BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
15 G
31

C. 97. d.
C. 31. e.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI;

*INTER LATINOS ARISTOTELIS INTERPRETES ET AETATE PRIMI, ET DOCTRINA PRAECIPVI.*

## DIALECTICA.

In qua quidem emendanda tantam adhibuit MARTIANVS ROTA diligentiam, vt nunc poſt omnes aliorum editiones ex manu ſcriptis libris multa, quæ pleriſque locis deſiderabantur, addiderit; multa, quæ deprauata erant, emendarit; totum denique opus in meliorem formam redegerit, ac plane illuſtrarit. quod, qui hos libros, cum cæteris, qui hactenus in lucem prodierunt, contulerit, factum eſſe facillime perſpiciet.

INDEX RERVM OMNIVM COPIOSISSIMVS.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

Conuentus ...
De scala ...
CARMELITANI SCALZI S. MARIA DELLA SCALA

VENETIIS, Apud Ioannem Gryphium.
M D L X X X.

12-15-6-3

# IVL. MARTIANVS ROTA
## GEORGIO CORNELIO PONTIFICI
### TARVISINO DESIGNATO S.

PRIMVM rebus in omnibus ſemper fuit, noui aliquid promere; Secundum, ubi conſequi illud nequeas, ab alijs deprompta meliora reddere. Vtrunque tibi præſtare pontifex Corneli cum uellem, diuerſas bibliothecas excutere cœpi, ſperans me, & hoc, & illud effecturum. Sed alterum quidem aſſequi minime potui; libros enim quos in phyſicas auſcultationes Seuerinus emiſit, quamuis eos extare non pauci ſciant, deprendere tamen adhuc non ualui. Alterum autem abunde, puto, conſecutus ſum: nam meliora, quam fuerant hactenus impreſſa, multo reddidimus eius commentaria, quæ partim uaria tranſcriptione labefactata ſtabiliri, partim longa uetuſtate collapſa reparari, multis in locis deſiderabant. Neque uero quiſquam à nobis hanc prouinciam fruſtra ſuſceptam opinetur. Fuit enim Boethus, non ſolum magna facundia uir, & eruditione ſingulari; uerum etiam iuuandi plurimos incredibili ſtudio tenebatur, atque ideo, cum barbaros, armis ab Italia prohibere conſul non poſſet, barbariem ab Europa diſciplinis eijcere doctus non dubitauit. Ariſtotelem enim Dialecticæ, & utriuſque Philoſophiæ, hoc eſt, humanæ felicitatis magiſtrum, primus, & latinitate donauit, & expoſuit: id quod Lucij Syllæ dignitatem non æquauit modo, ſed plurimum etiam excelluit. Opibus enim & potentia fretus Cornelius Sylla, inuentos Athenis Ariſtotelis libros, Romam portauit. Eloquentiæ & eruditioni fidens Manlius Seuerinus, eoſdem e Græco ſermone in Romanam linguam tranſtulit; & ex obſcuris adeo, ut uix a paucis intelligerentur, cuiuis mediocriter erudito peruios, luculentis expoſitionibus effecit. Quæ utilitas, non tantum illius ætatis homines plurimum iuuit, ſed ad poſteros quoque redundans, in nos uſque peruenit. Hanc eius egregiam animi uoluntatem, cum inter legendum animaduertiſſem, libuit mihi quædam ad ipſius cognitionem pertinentia in unum colligere; ut & illi, quamuis mortuo, gratiam, ſi poſſem, aliquam referrem; & tibi, ſapientiæ callem acrius inſiſtenti, multis e floribus coronam darem. Neque enim arbitror ingratum tibi fore eum tanquam de facie noſcere, per quem in dies magis ac magis proficis, & eius opera legendo, mirum in modum delectaris. Quod tamen dum facio, me nelim nullus exiſtimet complures noſtri temporis homines imitaturum, qui partim omnia in maius tollunt, partim quædam, ac ſi redargui nequeant, comminiſcuntur. Horum neutrum in præſentia facturum me recipio, quamuis probe intelligam, non eſſe facile, ſuæ quoque tempeſtatis facta deſcribere, nedum ullius qui mille ab hinc annis uita deceſſerit, in tanto præſertim ſcriptorum illius & ſuccedentibus æui ſilentio, qui ne publica quidem literis commiſerunt. Quam ob rem a nobis plura nullus expectet, quam ex eius aliorumue libris cognoſci potuerunt; aut euidenti coniectura ſaltem comprehendi. Ea tu Georgi nobiliſſime, qualiacunque in unum opus redacta, libenti, ſicut omnia mea ſoles, animo percurrere; & quam pridem nondum ſatis expolitam aſportaras, nunc denique perfectam Boethi hiſtoriam accipe.

ANITIVS Seuerinus Boethus, Romanus, & nobilitate maiorum, et animi dotibus clarus, in ea tempora incidit, quibus Italia a barbaris oppreſſa tenebatur. Natus eſt enim, non ita multis poſt annis, quam ab Alarico Roma caperetur: Floruitq; Theodorici regis tempeſtate. Theodoricus hic, a Zenone, cum ingentibus copijs miſſus, ereptam Odonacri Italiam ſibi uendicauerat. Rauennæq; regni ſede locata, cuncta, pro libidine adminiſtrabat. Quod uidens Boethus, bonis his diſciplinis animum applicuit, id ſibi tantum ſupereſſe intelligens, quod homine libero dignum foret. Eruditus itaq; Græcis & Latinis literis ab adoleſcentia cum eſſet, quædam primum ex Euclide tranſtulit, atq; ita tranſtulit, ut & dimetiendi rationes, & alia quædam de ſuo adiungeret. Ac quod nondum Ariſtotelis ætate repertum fuerat, æquale circulo quadratum aſtruere docuerit. Arithmeticam poſtea, Nicomachum, non ut interpres, ſecutus, ſed ſuo uſus iudicio, latinis uerbis reddidit. Et inde muſicam perplexam, & inuolutam diſciplinam, ex optimis quibusque collegit. Qua in re, & Ariſtoxenis copiam, & Pythagoræ iudicium expreſſit. Extat Theodorici regis ad Boethum epiſtola, quæ & Ptolemæi Syntaxin, & Archimedis Mechanicen, ab eo latinitate donatam affirmet. Verum præludia hæc fuiſſe crediderim eorum, quæ uir tantus, mente agitabat. Philoſophiā enim latinis literis illuſtrare conſtituerat, non ut Varro Stoicam, nec ut Tullius Academicam, ſed eam quæ cæteras obſcurauit, ab Ariſtotele inuectam, & a tot præſtantibus ingenio uiris, ætate tam longa celebratam; id ipſe his uerbis ſignificat. Ego omne Ariſtotelis opus quodcunque in manus uenerit, in Romanum ſtylum uertens, eorum omnium commenta, latina oratione perſcribam, Ut ſi quid ex logicæ artis ſubtilitate, & ex moralis grauitate peritiæ, & ex naturalis acumine ueritatis ab Ariſtotele perſcriptum eſt, id omne ordinatum transferam, atque id, quodam lumine cōmentationis illuſtrem. Igitur Porphyrium, quem Victorinus Apher compendio tranſtulerat, explanauit, & eundem a ſe mox interpretatum, nouis rurſum expoſitionibus illuſtrauit. Prædicamentis manum admouerat, cum ecce Conſul Romæ creatur. hoc ipſe ſuis uerbis ſignificat. Et ſi nos curæ officij conſularis impediunt, quo minus in his ſtudijs, omne otium, plenamq; operam conſumimus: pertinere tamē uidetur ad aliquam reipublicæ curam, elucubratæ rei doctrina ciues inſtruere. nec male de ciuibus meis merear, ſi cū priſca hominum uirtus, urbium cæterarum ad hanc unam rempublicam, imperium tranſtulerit, ego ad id ſaltem, quod reliquum eſt, Græcæ ſapientiæ artibus, mores noſtræ ciuitatis inſtruxero. Quare, ne hoc quidem ipſum Conſulis uacat officio, cum Romani moris ſemper fuerit, quod ubicunq; gentium pulcherrimum eſſet atq; laudabile, id magis ac magis imitatione honeſtare. Hæc ille. Ex quibus illud etiam falſum eſſe conuincitur, quod aliqui memoriæ prodiderunt, Boethū omnia, non pleraq; relegatum ſcripſiſſe. Ad Conſulatum autem iuuenis peruenit, fauore principium ciuitatis. puerū enim a patre relictum, curandum ſuſceperant, quòd & antiqua Manlij Torquati familia progenitum ſcirent, & bonā Anitij proaui indolem perſpectam in ipſo haberent. Primo eius Conſulatu, Rex Hunnorum, & Italiæ Odoacer Phœba Rugorum duce uicto, captoq; potitus eſt, ſicuti Caſſiodorus tradit, qui bis ſolum, cum Symmacho ſemel, ipſum in conſulibus nominat. Non ſolum autem dignitatem hanc ipſe adeptus eſt, ſed duos etiam filios ſuos, quod nunquam antea contigerat, Conſules eodem tempore uidit, Patricium & Hypatium. Anno illo Boethus in curia Theodoricum tum primū Romam acceſſitum. S.P.Q.R. nomine, magna facundia laudauit: & in Circo duorum Conſulum medius, triumphale conuiuium multitudini exhibuit. Collegam in ultimo Conſulatu Symmachum ſocerum habuit, cum quo magiſtratum ita geſſit, ut commune bonum, priuatis amicitijs præferret. Accidit, ut Paulini conſularis opes, regij ſatellites appeterent. Hominem ingenue tutatus eſt. Albinum falſo Cyprianus accuſauit: innocentem conſularem uirum oſtendit. Acerba fames Campaniam urgebat, & acerbiorem coemptionem tyranni procuratores indixerant; eam exigi Conſul non ſuſtinuit. Triguillam quoque regiæ domus præpoſitum, multoties ab iniuria deiecit; & Conigaſtum fortunas optimi cuiusq; inſectantem compeſcuit. Hiſce rebus factum eſt, ut Regis indignationem incurreret, perditorumq; delationibus in exilium pelleretur. Accuſationis ſumma hæc fuit Quòd Senatum læſæ maieſtatis accuſaturum prohibuerit: & Quòd ad Anaſtaſium Imperatorem literas miſerit de recuperanda libertate. Delatores perditis moribus homines, tres extiterunt, Gaudentius & Opilio, tunc ob innumeras fraudes exilio damnati, Baſiliusq; pridè a procuratione domus regiæ deiectus, obæratusq; plurimum. Purgaſſet facile Seuerinus obiecta crimina; ſi coram delatoribus arguendi facultas ſibi a Theodorico data fuiſſet. Sed uel iratus, oblatam ſibi ultionis occaſionem amitteret uel improbus, a ſe excitatam calumniam diſſoluere noluit. Abſens itaque uir & innocens & grandis natu Boethus, malorum conſpiratione relegatus eſt, nec a bonis in patria retentus. Ticinum ſeceſſit, urbem in Inſubribus poſitam, et ſibi a tyranno præſcriptam in quā ſimul atq; uenit, quo poſteris etiam innocentiam ſuam cognitam faceret, pulcherrimum illud de cōſolatione uolumē, Ciceronem imitatus conſcripſit. Nam ſicut, ille quo filiæ deſiderium leuaret, de animorum immortalitate diſceptās, Tulliam ſuperuiuere monſtrat: ita Seuerinus de falſo & uero bono, deque prouidentia diſputat, & omnia uoluntate diuina mortalibus euenire, declarat. Verum in eo opere Cicero carmen non attigit, Boethus utrumq; orationem admiſcet, atque ita admiſcet, ut facile unicuiq; oſtendat, ingenium ſibi, quicquid tentaſſet, nunquam defuiſſe. Sed quid naturali philoſophia difficilius? quid dialectica ſpinoſius? At utranq; diſciplinam ſic oratione ſua peruagatus eſt, ut abditiſſima quæque, cuius prompta reddiderit. Neque uero ſelectum unum aliquod argumentum ratione conſectatus eſt, ſed philoſophiæ penetralia ingreſſus, ea latinis hominibus primus reſerauit, quæ princeps Ariſtoteles de induſtria, pluribus occultauerat. Qua in re, optimos quoſque conſuluit, Theophraſtum dico. Eudemum, Andronicum, Aſpaſium, Herminum, Alexandrum, Syrianum, Porphyrium, Theſtium. de quorum ſententijs, tanquam honorarius arbiter dijudicat. Atteſtatur hoc expoſitio in librum Ariſtotelis de enunciatione, tam prima duobus, quam ſecunda ſex libris abſoluta. In quorum tertio cum de tribus contingentium modis ſe melius ſcripſiſſe dicat in libris phyſicis, ſuſpicandum reliquit, ſe naturalem quoque philoſophiam enucleaſſe. Verum hactenus tam hi deſiderantur commentarij, licet fuerint Taruiſium

hinc

hinc nuper aſportati, quam illi quos in Analyticen & Topicen emiſit. Siquidem et hos ipſe citat, & in Topicam Ciceronis ſeptem liberos a ſe confectos profitetur, opus uarium, difficile, eruditum, nec a quoquam antea quàm a Victorino fruſtra tentatum. Platonis dialogos ipſe latinos facturum ſe recepit, factos Caſſiodorus aſſeuerat. Mirarer quomodo tanta praſtare potuerit, niſi diuina illa in librum Ariſtotelis de interpretatione commendaria biennio ſcirẽ ab eo cõfecta. Quod tempus, uix euoluendis tot expoſitoribus ſatis feciſſe uidetur, nedum eorum ſententijs plerunq; cõtrouerſis, & dijudicandis, & eligendis, et accommodandis. Inter Peripateticos enim celebris eſt ferme nullus, qui in hunc librum non ſcripſerit, ꝙ & magnopere quidem neceſſarius ſit, & multa doctrina refertus, ſed acumine ſententiarum, & uerborum breuitate perobſcurus. Commentabatur autẽ hæc quo tempore Theodoricus ſuperatis lapibus Clodoueum ſocerum Francorum regem, ingenti prælio profligauit. Cæterum Seuerinus non tantum in interpretando & exponendo Ariſtotele uerſatus eſt, ſed pleraq; etiam ipſe ueluti procreauit. Horum in numero ſunt pulcherrimi illi quatuor de differẽtijs topicis libri, quibus dialecticos locos a rhetoricis dirimit. & totidem alij de utroq; ſyllogiſmo. item de diuiſione & definitione ſinguli. Nam qui ad ſyllogiſmos categoricos introductorius inſcribitur, titulum ſubornatum habet, cum libri Ariſtotelis de enunciatione, uel breuiarium ſit, ut ipſe appellat: uel certe idem quod primus de categoricis ſyllogiſmis. Opus quoque de ſcholaſtica diſciplina, non titulum modo, ſed & elocutionẽ & inuentionem mentitur. Aliter enim Boethus ſcripſiſſet, ſi ea de re ſcribere uoluiſſet. Sed ipſum mittamus, ac de Hebdomadibus aliquid potius in medium afferamus. Sunt autem Hebdomades opera ſeptem partibus diſtributa, ſicuti decẽ libris Decades, et nouem Enneades. Hebdomades Varro primus inſcripſit, deinde hic ipſe, ex quibus libellus de ſubſtantiæ bono, & alius de unitate & uno ſumptus eſt: reliqua, aut edita non ſunt, ꝙ ea ſibi, ut ſignificare uidetur, commentatus eſſet: aut ad nos uſque non peruenerunt. Hebdomades iuuenis compoſuit, uelut & de duabus naturis, & una perſona Chriſti, hoc ut ita exiſtimem eius uerba faciunt. Epiſcopus inquit ſcriptor epiſtolæ tanquam ualde neceſſarium cum præterire noluiſſet, e duabus naturis Chriſtum conſiſtere, & in duabus æqualiter catholicos credere, nouitate dicti perculſus, meditabar omnes animo quæſtione. Decretum hoc fuerat concilio Chalcedone celebrato, illucq; Leo Romanus epiſcopus uenerat, cuius epiſtola Romam miſſa, cum poſtea nitentibus Acephalis condemnatum iam dogma reuocare, pluribus conuocatis Romæ legeretur, nec ſatis iam quid decerneret intelligeretur: anſam Boetho dedit eum librum componendi contra Neſtorium, qui duabus naturis perſonas totidem adiungebat, & Eutychem, qui unicam naturam et perſonam tuebatur. Ergo ſiquis ab Imperatore Leone, qui reiectam ſub Martiano Neſtorij & Eutychis opinionem fouebat, ad Iuſtinum uſq; ſupputet annos, paulominus quinquaginta deprehendet: quibus de Boethi uita detractis, prima iuuentutis tempora relinquetur: uerum hæc ut libuerit quiq; accipiat. Illud certe non admittendum contenderim, Boethum morte præuentum, muſicam non abſoluiſſe. Nam quod obijciunt aliqui titulos eorum quę deſunt adhuc ſupereſſe, id nos in contrariam ſententiam potius trahit, abſurdum eſſe exiſtimantes, nondum conſcriptis rebus uelle nomen imponere. Quod ſiquid imperfectum Seuerinus reliquit: id ipſe Theologiam fuiſſe cenſuerim. Satis enim ſuperq; philoſophiam illuſtrauerat, itaq; diuina reſtabant, & iam multum proceſſerat, Auguſtinum ſecutus, ut ipſe de trinitate ad Symmachũ ſcribens affirmat. Vobis inquit inſpiciendum eſt, an ex beati Auguſtini ſcriptis, ſemina rationum in nos uenientia, fructus aliquos intulerint. Ex quibus illud etiam conijcere poſſumus, cur nono demum anno, Theodoricus, Seuerinũ, et Symmachum necarit: an quia ſenex in opinionem Arij defecit, & inimicus adeo catholicis euaſit, ut eorum templa diruere in Italia uoluerit, ſi Iuſtinus Arianus in Aſia non reſtitueret? Propugnatores autem ſani dogmatis, cum alias ſemper, tum præcipue eo tempore Boethus et Symmachus extiterunt. Quam ob rem tyrannus coniectos in carcerem obtruncari iuſſit. Ticini incolæ ſibi a maioribus traditum conſtanter aſſeuerant, Seuerinum cũ regius ſpeculator letale uulnus intuliſſet, utraq; manu diuulſum caput ſuſtinuiſſe, interrogatumq; a quoniam ſe percuſſum exiſtimaret, ab impijs reſpondiſſe. atq; ita, cũ in uicinum tempus ueniſſet, & flexis genibus ante altare ſacra percepiſſet, poſt paulum expiraſſe. Ex tinctus, diuinos honores a noſtris conſecutus eſt, ꝙ pro catholicis contra perfidiã Arij mortem ſuſtinuerit. Sunt qui ſcribant ipſum antea Rauenam accerſitum, prætorioq; regis præpoſitum, mox cum aliquot ſenatoribus occiſum, quod Symmacho potius conuenire uidetur. Turris enim lateritio lapide fabrefacta, etiamnum Ticini monſtratur, Boeti carcer, ſepulchrumq; eius in æde beati Auguſtini uiſitur, qua parte in adytum templi aſcenſus incipit, hoc epitafio inciſum.

Mæonia & latia lingua clariſſimus, & qui
Conſuleram, hic perij miſſus in exilium.
Et quia mors rapuit, probitas me uexit ad auras.
En nunc fama uiget maxima, uiuit opus.

Circunfertur & aliud elogium, quo ſepulchrum eius exornabatur, anteaquam illic a Luitphrando Longobardorum rege collocaretur. Ipſum, quia paucis multa continet ad eius uitam facientia, ſubiunximus.

Ecce Boethus adeſt in cælo magnus, & omni
Perſpectus mundo, mirus habendus homo.
Qui Theodorico regi delatus iniquo
Ticini ſenium duxit in exilio.
In qua ſe mæſtum ſolans dedit urbe libellum,
Poſt ictus gladio, exijt e medio.

Hic finis uiri clariſſimi fuit, qui facundia, probitate, doctrina, plurimum excelluit. Vltimus omnium, qui ex antiquis Romanis aliquid literarum monumentis conſecrauit: primus omnium qui Ariſtotelicam diſciplinam latinis literis illuſtrare cœperint: tantæ apud poſteros auctoritatis, ut ab eius ſententijs nulla ferme ſit prouocatio. Huius morte, magnam rem amiſimus, & fruſtra a multis poſtea tentatam, Platonis & Ariſtotelis concordiam, quam utriuſq; philoſo-

*phiæ peritiſſimus, ut pollicitus fuerat, & niſi uitam eripuiſſent improbi, preſtare ſolus potuiſſet. Vltio tamē paulo poſt inſecuta eſt diuinitus. Nam cœnanti Theodorico, cum piſcis caput illatū eſſet, uiſus eſt ſibi rex in eo uidere Symmachi, Boethique faciem, inferius labrum mordicus apprehendentem, toruisque oculis ſubinde minitatem. Eo ſpectaculo conſternatus tyrannus, in morbum incidit, & ſimul atq; quod uiderat, id ſe uidiſſe confeſſus eſt, expirauit. Ictu ſanguinis mortuum ſui diuulgarunt. uerum Amalaſiunta rei conſcia, cum in regno ſucceſſiſſet, patris acta, contra ius & fas decreta, reſcidit: & Seuerini ac Symmachi bona in fiſcum redacta, eorum liberis reſtituit, paucis annis antea quam Beliſarius a Iuſtiniano miſſus; Italia Gothos omnes expulit. Porro Boethi multi fuerunt, Primus Stoicus, de quo mentionē facit Diogenes in Zenonis uita. Secundus Epicureus, quem Plutarchus in conuiuijs introducit. Tertius, Cretenſis; Ariſtotelis ſtudioſus, & uir conſularis, a Galeno celebratus. Præter hos alij duo fuerunt & philoſophi ambo, & Peripatetici: Vnus hic ipſe, de quo ſatis iam dictum eſt, Patricius Romanus: Alter Sidonius & antiquor, quem & hic in Porphyrio, & Ammonius atque Simplicius, ut Ariſtotelis interpretem agnoſcunt. Fuerunt iidem & duo Symmachi, magnæ in literis exiſtimationum uterque. Primus Gratiani & Valentiani temporibus. Secundus, Zenonis & Anaſtaſij. Illius epiſtolæ circunferuntur, crebraq; de eo in Macrobij ſaturnalibus mentio habetur. Huius nihil quidē extat, ſed ut Boethi teſtimonium prætercam, Priſcianus Cæſarienſis de ponderibus ſcribens; ſic eum laudat, ut omnes omnium diſciplinarum apices conſecutus uideretur.*

## Iul. Martianus Rota, Georgio Nano. S. D.

*NON erit arbitror in hoc opere quicquam amplius, quod lectorem moretur: cum ita ſuum locum obtineant ſingula, ut nunc denique ſupremam affuiſſe manum nullus dubitet. Prima quippe cenſura, textum Ariſtotelis mutilum, confuſum, atq; luxatum, auxilio Græcorum codicum ſuppleuit, interpunxit, ac reduxit, Commentaria longa negligentia multis in locis manca repleuit, ac tanquam a Septentrione exeſis, nouum tectorium obduxit: partim iudicio, ubi non alia ſpes aderat: partim manu ſcriptis exemplaribus, ubi ſuffragabantur. Commentariorum libros, qui diutino ſitu eo aluerant, diſtinxit, ac ſuis titulis & nominibus, ne denuo coirent, inſigniuit. Figuras ſuis locis appoſuit & poſtremo, huiuſce ſcriptoris uitam, longa conquiſitione propoſuit. Secunda cenſura, quicquid primam euaſerat, annotauit, Numeros textibus aſcripſit. Porphyrianam arborem geminauit, & eam accurata declaratione patefecit. Quæ commentaria non erant, in capita diſtribuit, ut & tædium longæ lectionis amoueretur, & quid in quaque parte latebat, appareret. Quædam poſtremo, ceu flores collegit, quæ in Indicem redacta, totius operis gratiam indicarent. Mouit me primo communis utilitas, quæ tam eruditum & elegans opus, non ſqualere diutius ſuadebat: mouit me ſecundo iſtud idem, ne quid incepto labori deeſſe uideretur. Hunc librum Georgi ita reſtitutum, ſi familiarem habueris, non modo latinam & perſpicuam orationem facies; uerum diſtinctam & plenam. Nam præter artis rhetoricæ & dialecticæ præcepta, quæ tibi peruia propediem intelligo, multa ſunt hic & inuenta ſubtiliter, & eleganter explicata, ad quorum exemplum ſi te direxeris, non dubito, quin imitatione, facundus diſceptator: præceptis, diſertus orator, euaſuros ſis breui. Vale.*

## Index librorum, qui in hoc volumine continentur.


| | | |
|---|---|---|
| In Porphyrium a Victorio translatum. | Libri.ij. | 1 |
| In Porphyrium a ſe latinum factum. | libri.v. | 43 |
| In prædicamenta Ariſtotelis. | libri.iiij. | 110 |
| In libtum de interpretatione commentaria minora. | libri.ij. | 209 |
| In eundem de interpretatione commentaria. | libri.vj | 281 |
| Introductio ad categoricos ſyllogiſmos. | liber.j. | 456 |
| De ſyllogiſmo categorico. | libri.ij | 478 |
| De ſyllogiſmo hypothetico. | libri.ij | 505 |
| De diuiſione. | liber.j. | 539 |
| De difinitione | liber.j. | 550 |
| In Topica Ciceronis. | liber.vj. | 564 |
| De differentijs Topicis. | libri.iiij | 660 |
| Aduerſus Eutychen & Neſtorium. | liber.j. | 691 |
| Ad Symmachum ꝙ Trinitas unus ſit Deus, non tres Dei. | liber.j. | 701 |
| Ad Ioannem diaconum, an perſonarum omnia de eſſentia prædicentur. | liber.j | 706 |
| An omne quod eſt, bonum ſit. | liber.j. | 707 |
| De unitate & uno. | liber.j. | 709 |

# INDEX EORVM, QVAE IN HISCE BOETHI operibus notatu digna uiſa ſunt, ordine alphabetico.

## A

ABALIENATIO quid ſit colu. 603 uerſicul. 42
Abſurda, quæ contingunt dicenrib. omnia neceſſatio, euenire 363.25
Accidentis definitio, eius diuiſioni nō repugnar 33.12
Accidens principaliter indiuiduis accidit 58.48
Accidentia propria ſingularia ſunt 59. 5
Accidentium plurimum collectio, indiuidum faciunt 77. 2
Accidens eſt, ſine quo res aliqua cogitari poteſt 90.64
Accidentia prius de indiuiduis, ſecundo de ſuperioribus prædicantur 92 44
Accidens, ſubiectum mutare, nō autē eo carere poteſt 120.15
Accidentium diffinitio, nunquam ſubiectio prædicatur 129.16
Accidens quandoque ſignificat quod eſt minus principale 448.10
Accidentium diuiſio mutua eſt 550.32
Actionum humanarum principia, ſunt homines 363 54
Actus & potentiæ explicatio 30.68
Actu ſemper eſſe incorruptibilium eſt 439.55
Actu ſemper eſſe, dum ſunt etiam corruptibilium 440.65
Adiuncta, quid ſint 582 40
Adiuncta, coniecturalibus cauſis perutilia 623 63
Aequiuoca, quæ dicantur 113.16
Aequiuocatio, in omnibus partibus orationis inuenitur 113 55
Aequiuoca, quot modis fiant. 115.6. æquiuocatur uniuocis anteponantur 115.10
Aequiuoca, quomodo determinate unum ſignificent 394 74
Aequitas, quid ſit 603.35
Affectus & diſpoſitio, idem 107.54
Affirmatiuam de utroq; infinito, ſequitur negatiua de ſubiecto infinito tantum 251. 65
Affirmatio & negatio, an enunciationis ſpecies ſint 286. 5
Affirmatio, an ſit prior negatione 316.40
Affirmatio & negatio, utrum ſint ſpecies enunciationis, an non 324 69
Affirmationem ſimplicem ſequitur negatio priuatoria, non econtrario 379.66
Affirmatiuam priuatoriam ſequitur negatio ſimplex, nō econtrario 380.15
Affirmationem & negationem inter ſe uerum falſumque diuidere oportet 413.73
Affecta ſunt, quæ ſe aliqua relatione reſpiciunt 581.57
Aliud eſt, quod ſpecie differt ab alio 80. 9
Aliud eſt eſſe, aliud eſt dici ad aliquid 166 36
Ambiguum & dubitabile in quo differant 548.44
Animæ facultates quot, & quæ cuiuſque officia 43.34
Anima & animus 202.70
Animi perturbationes, in quo genere cauſarum ponendæ 646.40
Animalia teſtis incluſa, inſenſibilia dicuntur, quia minimo ſenſu prædita ſunt 13.24
Angulares faciunt contradictionem 340.55
Angulares propoſitiones in materia contingenti in indefinitis, ſunt ſimul ueræ: in definitis, negationes tantum 389. 9
Antiqua de uerborum ſignificatione diſceptatio, & quid in hac re ſenſerit. Ariſtoteles 290.70
Antecedentia, quæ dicantur 598.28
Antecedentium, conſequentium, & repugnantium unus eſt locus 624.68
Appoſitum eſt quod prædicatum 413.12
Aquam arcere, quid 593.15
Argumentatio a commutata proportione 451.50
Argumentatio quæ ſit 578.11.667.42
Argumentationis ſpecies omnes, ad ſyllogiſmum reducı 667.43
Argumenta ducuntur ab utriuſque terminis quæſtionis 580.15
Argumenta ab arte ſeiuncta 594 27
Argumentum, quid 554.56
Ariſtotelis philoſophia, & inuentorum utilitate, & orationis nitore, cæteris præſtat 566.39
Ariſtotelis & Ciceronis, de modo cauſarum concordia. 640.10. & inde
Ars rhetorica, quo pacto arte & natura conſtet 647.34
Artes dicendi & intelligendi, ſeiungi nequeunt 647.70
Artis rhetoricæ genus & ſpecirs 684.44
Artis rhetoricæ materia 688.64. & eius partes 685.35
Aſſiduus, quis dicatur 580 29
Auctoritas, natura & tempore conſtat 655.66

## B

BOethus philoſophus ante Alexandrum. 53.75
Breuiarium, ideſt paraphraſim, ſe facturum in librum perihermenias Boethus pollicetur 370.25

## C

COeleſtia æterno ſunt. 426.17
Caliditas igni, humanitas aquæ, ſubſtantialiter ineſt 140.47
Capitis diminutio, tribus modis 588.48
Caſus nomina non ſunt 216.74
Caſu quæ fieri dicantur 351.15
Categoricarum diuiſio, ſecundum materias 348.64
Categoricarum diſtinctio per tempora 349 47
Cauſarum genera quatuor 640.12. & 671.18
Cauſarum bimembris diuiſio 640.15
Cauſarum locus, plus orationibus & philoſophis, & quā iureconſultis, utilis: 648.58
Cauſarum ſtatus, ex ſcripto ex re ipſa 686. 9
Ceſſio, quid ſignificet 604.66
Circulus, quid 182.55
Circunſtantiæ ſunt loci argumentorum rhetori 688.45
Cognitio rerum & uocum ſignificatio, iunctæ ſunt 112.48
Commiſſa, duobus modis fiunt 698.47
Commune, quot modis accipiatur 113.75
Commutatio eſt tranſitus a qualitate in qualitatem 207.57
Comparatio primæ & ſecundæ æditionis 428.67
Comparatio inter quos fiat 650.33
Comparatio fit ſpecie, ui, & affectione conſiderata 650.45
Conceptus cur paſſio dicatur 293.16
Conditiones in oppoſitione ſeruandæ, octo 329. 5
Compoſitio & diuiſio, quomodo fiat 298. 6
Continent quæ de pluribus prædicantur 97.22
Conſequentiæ poſſibilis, eſſendi & neceſſarii 416 49
Conſequentia, ſecundo loco: antecedentia, primo nominantur 105.16
Conſultare naturali eſt homini 360. 5
Continuum eſt cuius una pars, ſi mota ſit, cæteræ mouentur, 143.46
Contraria quæ dicatur 148.51
Contrarium breuis diuiſio 189. 33 & eorum diſtinctio a priuatiuis 195.30
Contrarium ſi unum ſit, non oportet alterum eſſe 200.60
Contrariæ cur duæ ſimul falſæ eſſe poſſint, non autem ueræ 335.23
Contrariorum propoſitionum, duo ſunt genera 338.68
in Contrariis medio carentibus negatio & priuatio idem ſignificant 444.60
Contradictoriæ ſemper inter ſe uerum, falsūq; diuidūt 336. 2
Contradictio in angularib. & ſingularibus, conſiſtit 337.24
Contingens triplex, caſu, uoluntate indifferentia 349.66
Contingentium futurorum, & præſentibus, & præteritis diſtinctio 350.19

Contingentia futura, quomodo prædicenda 356.34
Contingentia ſunt quæ nec ſemper ſunt nec ſemper nõ ſunt 368.75
Conuerſio per accidens, cur dicatur 474.4.& 487.33
Conſecutio, quot modis fiat 508.71
Conditionalis deſtruitur, ſi tollatur conſequentia 514.61
Coniugata ſunt, quæ uocis cognatione iunguntur 582. 8
Conuertentia aliud eſt a conſequentia 157.66
in Conuertibilibus, quod cauſa eſt, prius eſt 203.39
Corporalia, an incorporalia, ſint prædicabilia 8.63
Corporibus cœleſtibus nulla ineſt potentia 366.5
Cur ſi poſsibile ſequitur neceſſarium, & poſsibile idem ſit quod non neceſſarium, non neceſſarium non ſequatur neceſſarium 417.47
Cur Ariſtoteles aliter proponat atque pertractet 287.80

D

DEmonſtrationib. utilia ſunt quinq; uniuerſalia 54.34
Denominatiua tria requirunt 116.34
Deſcriptio quid ſit, & quibus aſsignetur 115. 2
Deciſio quæſtionis an uniuerſalia ſint figmenta 52.42
Dei cognitio duplex, ciuilis & naturalis 295.44
Dialectici nõ cenſantur leporem orõnis, ſed ueritatem 402.29
Dialectici non eſt interrogare, quid eſt 254.39
Dialecticæ & rhetoricæ diſtinctio 684. 6
Dictio ſyllabarum ordine ſublato, ſignificationem amittit 146.14
Dictio duobus modis capitur 312.13
Definitionis generis explicatio 13.12
Definitio quæ qualis eſt definitio, bona eſt 62.37
Definitiones 49.13
Definitum & definitio, æqualia eſſe debent 262.37
Definitio, quid res ſit deſignat 58.27
Definitio, cur etiam ſi plurib. terminis conſtet, una ſit 317.72
Definitio duobus terminis contenta eſt 542. 2
Definiendi præcepta 546. 8
Definitionis utilitas 550.20
Definitio, eſt oratio, quæ id quod definit, explicat quod ſit 550.66
Definitio media eſt inter an ſit, & quid ſit 551.10
Definitio duplex, rhetorica & dialectica 551.57
Definitionis dialecticæ præcepta 553. 9
Definitio quomodo facienda 553.44
Definitio, quæ rem explicet quid ſit, una tantum eſt: reliquæ rem tantum manifeſtant 555.11
Definitio a partium enumeratione 555.25
Definitio negatiua 555.62
Definitio a nota 557.27
Definitionum enumeratio 557.70.& 606.19
Definitio, non eſt idem penitus quod definitum 576.12
Definitio per enumerationem partium, quatuor fit modis 576.12
Definiendi modus 607.61
Definitio totum eſt quoddam 677.29
Definitionum uitia 562.18
Differentiarum diſtinctiones, & proprietates 28.14
Differentiarum uaria inter ſe complicatio uariæ, & earum poteſtates 28.46.& 29 64
Differentiarum ſpecificarum uſus & definitiones 30.22
Differentiæ & generis per ſimilitudinem quandam explicatio 31.15
Differentiæ & ſpeciei communia & propria 39.26
Differentia eſt qualitas ſubſtantialis. 39.54
Differentiæ & proprii communia & propria 40. 7
Differentiæ & accidentis, communia & propria 40.40
Differentia magis in quale prædicatur, quam in quod 61.63
Differentiarum tres modi 78.50
Differentiæ ſubſtantiales, nec intenduntur, nec remittuntur 82. 2
Differentiarum bimembris diuiſio 82.50 & uaria earum officia 83. 2
Differentia ſubſtantialis, qualitas eſt 86.51
Differentia interdum de una ſpecie prædicatur tantum, ſpecies de uno indiuiduo 123.41
Differentia, nec ſubſtantia, nec qualitas eſt, ſed qualitas ſubſtantialis 134.19
Differentia inter antiquum & ſenem 201.56
Differentiæ per ſe quomodo inueniantur 542.37
Differentias oportet ſibi oppoſitas eſſe, & qua oppoſitione diſtare debeant 543.12
Differentiæ, propriæ eſſe debent eius generis quod diuidunt 545.18
Differentiarum uaria genera & officia 620.31
Diſtinctio inter ſimplicem & unam, inter plures compoſitam propoſitionem 319.63
Diſtinctio inter generis diuiſionem & uocis inter generis diuiſionem & totius 541. 6. inter diuiſionem totius & uocis 541.44
Diſtinctio loci a partium enumeratione, & a genere 617.64
Diſtinctio loci ab antecedente, conſequente, & repugnante, a loco quia genere, ſpecie, & differentia 626.70
Diuiſiones 49.46
Diuerſiuoca quæ dicantur 116.67
Diuinatio utrum maneat, ſi non omnia ex neceſsitate contingunt 361.41
Diuiſio propoſitionum de ſecundo adiacente 372. 9
Diuina ubiq; tota ſunt 441.16
Diſperata quæ dicantur 508.31
Dici de omni, eſſe in toto, dici de nullo, non eſſe in toto idem ſignificant 490.20
Diuiſionum enumeratio 539.50
Diuiſio bimembris eſſe debet 644.36
Diuidentia & diuiſum. conuerti debent 545.34
Diuiſum & definitum totum ſunt, diuidentia, & definientia, partes 547. 5
Diuiſionis, & partitionis diſtinctio 614.60
Diuiſionis officium 651.40
Diuiſio, uel negatione uel partitione tractatur 674.38
Dolus malus, quid 617 57
Donatus grammaticus 182.38
Duobus modis prædicata duo, uere coniunguntur 408.35
Duo prædicata accidentalia non faciunt unam propoſitionem, licet quandoq; ueram 410.34
Duo prædicata eſſentialia non ſe includentia, faciunt unum prædicatum 410.51.& 58
Duobus modis aliquid in alio contineri 410.74

E

EDictum, quid 603.32
Efficiens cauſa, quæ ſit. 591.58
Elementum quid 202.44.& quid a litera differat 288.67
Ens decem prædicamentis genus non eſſe 24.47
Ens æquiuoce, non uniuoce, prædicatur 72.26
Enthymema, quid ſit 571.17.& 668.38
Enunciatio una efficitur plures, ſi continuatim non proferatur 318.37
Enunciationis uis eſt, uel ponere, uel tollere 325.72
Eſſe, quid a neceſſario & poſsibili differat 415.48
Eſſentia uniuſcuiuſque una & eadem eſt 82.18
Eſſentia quid 694.29
Eſt, uel conſtituit, uel coniungit 221.24
Eſt, & non, qualitatem propoſitionum demonſtrant 375.28
Euentus rerum contingentium, tam longius, quam proxime poſitarum, æque incerti ſunt 362.70
Exemplum, quid ſit 668.48
Explicatio deſcriptionis generis 57.66
Expoſitionibus quæ ſint præmittenda 1.48
Expoſitionis officium eſt, & ſenſum & uerba explanare 410.19
Ex potentia ad affectum migrare, an ſolius corruptibilibus 439 72

F

FAtum, quid ſit 640.48
Figmenta ſunt conceptus, quid, nihil extra reſpondent 288.27
Figura, quid a ſuperficie diſtet 177.49
Fines regere, quid ſit 593.15
¶Fortunæ inueſtigatio 644.74
¶Futura contingentia non noſtræ cognitioni comparata ſunt indeterminata, ſed ſuapte natura 368.29

## G


GEneris logici ſimilitudo ad alia genera 12.10.& 57. 5
& eiuſdem generis ab aliis diuerſitas 12.10
Generis & differentiæ communia & propria 34.14
Generis & ſpeciei communia & propria 34.67
Generis & proprii communia & propria 34.74
Generis & accidentis communia & propria 35. 2
Generis diſcriptio & generaliſſimo & ſubalterno competit 14.13
Generi an inſint differentiæ 85.25
Generaliſſima decem ſunt, indiuidua infinita 74.23
Genus deſcribi non definiri poteſt 14.4.& 57. 4
Genus & ſpens non abſolute, ſed per comparationem dici 14.14
Genus totum eſt, ſpecies pars & totum 27.25
Genus ad differentias habeat 30.40
Genus cur cæteris anteponatur 54.15
Genus totum eſt, indiuiduum pars, ſpecies & totum & pars 77.30
Genus cur in unam ſpeciem deſcendere non poſſit 205.14
Genus totum, ſpecies pars, interdum appellatur non e contrario 556.68
Gentiles qui dicantur 610. 4


b

## H


¶HAbere, quot modis dicatur 208.17
Habitus & diſpoſitionis diſtinctio 170.61
Habitus diſpõnem includit, vt intenſium remiſſum 127.16
Habitus aliquando ſtatim, aliquando paulatim acquiritur 172.35
Habitus & priuatio, circa proprium ſubiectum verſantur 191. 3
¶Hæreditas, quid ſit 609. 9
¶Hominis ſtatus, triplex 700.55
Homo naturæ, ſyderibus, & propriæ rationi ſubiectus eſt 363.54
¶Hypotheſis, quid ſit 507.59
Hypothetica ex prædicatiua & conditionali 518.72
Hypotheticarum propoſitionum ueritas 508.44
& earum diuiſio.5 14.12.& earum numerus 510.21
Hypotheticæ ex conditionali & prædicatiua 521.57
Hypotheticæ mediæ inter compoſitas ex prædicatiua, & conditionali, & ex duabus conditionalibus 523.50
Hypotheticæ duplicatæ 532.33
Hypotheticæ diſiunctæ, & earum ſyllogiſmi 537. 4


## I


¶IDem & diuerſum tribus modis 61. 7
Idem nomen diuerſa ſignificans, in pluribus prædicamentis eſſe poteſt 154.70
Idem diuerſo modo acceptum, ſub diuerſis generibus eſt 176.57
Idem nomen in diuerſis prædicamentis reponitur, ſi diuerſas res ſignificet, uel connotet 185. 2
¶In aliquo eſſe aliquid, nouem modis dicitur 119.37
Incorporeum, tribus modis 9.63
Indefinita quomodo aliquando contraria ſignificent 337.60
Indefinita negatiua, an uniuerſali negã. æquiualeat 343. 3
Indiuiduum tribus modis dicitur 63.10
Indiuiduorum uarii modi 76.49
Indiuiduum uagum, eſt particulare indefinitum 331.31
Indiuiduum de ſubiecto non prædicatur 151. 2
Inductio, quid ſit 619.20.& 668. 1
Inferiora ablata non auferunt ſuperiora 95.65
Infinitarum rerum multitudines, ad decem reductio 111. 5
Inſcriptionis ratio & intentio 46. 6
Intellectus cur paſſio & ſimilitudo dicatur 211.1,284.56
Interrogatione tres ſunt, & reſponſiones quinque 86.18
Intentio Ariſtotelis in prædicamentis 110.49
Intentiones ſecundæ deſignant talitum rerum conditiones 122.67
Introductio trium quæſtionum 51.16
Interpretatio, quid ſit 209.31.& 282.19
Infinitum nomen, ideo non eſt nomen, quia determinatum ſignificatum non habet 216.39
Iniuſtus idem quod non iuſtus ſignificat 246.21
Interrogatio dialectica 254.14.& eius effectus 254.56
& 407.43
Interrogatio non dialectica duplex 408. 1
Interpretationis partes 263.21
Infinita nomina & uerba perimunt id, quod uox ſignificabat, & nihil ponunt 400. 5
Intercapedo pronunciandi, ſeparat etiam illa, quæ iunctium prolata facerent unum 406. 4
Indiuidua ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, ſecluſis accidentibus 694.21
¶Irrationale & immortale, an ſpecies conſtituant 83.30
Irrationabilia quædam, oppoſita poſſunt 438. 6
¶Iuris ciuilis partes 603.22
Iuris peritorum auctoritas 603.29
Iuris ſpecies 612.22
Ius ciuile, quid 524.30
Iuſtum duplex, ciuile & naturale 295.35


## L


LEctor qualis eſſe debeat inobſcuris ſenſibus 438.23
Lex, quid ſit 603.25
Lene & aſperum; quid ſit 178.19
Linea, quid ſit 143.28
Liber de interpretatione an Ariſtotelis ſit 284.15
Liber de interpretationem, nunquid de oratione, an de interpretatione ſit 283.53
Liberum arbitrium, quid ſit 351.39
Literis cur utamur, ad explicandam formam ſylogiſmorum 490.35
¶Logica, qua de cauſa inuenta 44. 50 & an pars philoſophiæ an inſtrumentum ipſis ſit 46. 6
Logica eſt habitus qui rationem in operando dirigit 567.28
Logicos inter libros an hoc opus cenſeatur 5. 6
Logici generis ſimilitudo ad alia genera 12. 9
& eiuſdem generis ab alii diuerſitas 12.36
Logicæ ſitus 45.61
Locutionis partes, ſyllabæ & coniunctione 282.30
Loci ſunt maximæ propoſitiones 572.16
Locum aliter Ariſto. aliter Cic. accipit 573.72
Locorum diuiſio 575.30.& 670.18
an Loci locus ſit 576.58
Locorum diſtinctio ab eo, de quo eſt quæſtio 595.74
Locus ab antecedentibus, conſequentibus & repugnantibus, dialectici eſt ſolus 626.31
Locus ab antecedentibus & conſequentibus, an ſit ſuperuacuus 627.30
Locorum per diuiſionum inuentio 651.32
& 660.50
Locutio, quid ſit 281.68
Locus eſt maxima propoſitio, uel eius differentia 668.74
Logicæ diuiſio in iudicantem & inuenientem 567.34


## M


MAcrobius Theodoſius uir doctiſſimus 10. 6
Magis proprium dicitur, & ut & magis ſpens 37.67
Magis falſum eſt, quod magis uero opponitur 448.23
Malum & bonum, ſub qualitate ſunt 208.30
Mancipi quid ſignificet 603.64
Mancipatio fiduciaria 619.34
Mandator & ſuſceptor negotii 649.33
Materia, cum ad oppoſita cognationem habeat, eſt poſſibilium cauſa 365.68
Media ex contrariorum miſtione naſci 206.33
Modus, non eſſe, ſed qualitatem eſſendi, dicit 423.29
Modi ſyllogiſmorum ſpecies ſunt, figuræ, genera 493.23
Mors eſt peccati pœna 700.42
Mos, quid ſit 603.34
Motus diuiſio per prædicamenta 206. 2
Multiuoca, quæ dicantur 116.6


Multipli-

Multiplicia,& æquiuoca & uniuoca dicuntur 170.39
Mundus, uario cauſarum genere adminiſtratur 366.32


## N


NAturalis potentia,nominibus caret. 179.29
Natura quid a conſuetudine differat 541. 3
Natura tribus modis accipitur 692.21
Natura dicitur ſpecifica cuiuſq; differentia. 692.69
¶Neceſſarium tria ſignificat 48. 3
Neceſſarium & non neceſſarium,ut eſſendi, ſic ſpeculandi principium eſſe debet 273.50
Neceſſaria ſunt, quæ ad contraria cognationem non habent 365.28
Neceſſarium tribus modis dicitur 512.15
Neceſsitate utrum omnia fiant, ân quædam caſu 351. 7
Neceſsitas duplex, abſoluta & conditionata 366.61
Neceſsitas non ſolum ineſſe dicit, ſed etiam immutabiliter ineſſe 415.68
Neceſsitas eſt poſsibilitas, quæ nec actum, nec ſubiectum unquam relinquit 441.13
Neceſsitas eſt ſpecies poſsibilitatis, quæ actu eſt 441.12
Negatio pro conditionale loci propoſitionem uariat 249.26
Negatio utrum uerbo an modo ſit adiungenda, ut contradictionem faciamus 260.48
Negociari eſt conſulationem exequi 360.53
Negatio ex reſponſione data,qua in parte propoſitionis collocanda ſit 399.10
¶Negatio, modo iungenda eſt, non uerbo in modalibus propoſitionibus 419.71
Negatio a priuatione, quid differat 445. 6
Negatio inutilis eſt definitioni 609.55
Nexus,quid ſignificet 603.51
¶Nomina primæ intentionis & impoſitionis rebus indita ſunt 210.41
Nomen, duobus modis accipitur 214.36
Nomina etiam compoſita & æquiuoca, rem unam ſubiectam oſtendunt 215. 3
Nominis completa definitio 217.45
Nomen infinitum primum eſt ab Ariſtotele appellatum 216.52 & 244.11
Nomen & uerbum an orationis partes tantum ſunt 265.23
Nomina & uerba, quid ſignificent,& quomodo 287.50
Nomina rerum cur eſſe dicimus, ſi primo conceptus ſignificant 295.14
Nomen infinitum,ſecluſo quod negat, reliqua ſignificat, etiam quæ non ſunt 303.38
Nomen & uerbum per ſe prolatum,an intellectum conſtituat 307.72
Nomen cur prius uerbo 326.26
Nomina definitum quiddam præſcribunt 458.19
Nomen confuſe,definitio diſtincte,rem monſtrat 601. 8
Non omnis poteſtas contraria poteſt 272.12
Non omnis,ſignificat quidam non 397.13
Nota sei nomen eſt 580. 5
Notio, quid ſit 613.43
¶Numero differre,quomodo Intelligendum 60.59
Nullus quid ſignificet 333.70
Numerus infinitus poteſtate ſemper eſt,nunquam actu. 274.33


## O


¶OMnis & nullus, determinationes ſunt, non termini 249.58.& 394.37
Omnis & quidam, ſunt nomina diſtribuentia id, quod indifferens eſt. 331. 5
Omnem uerbum adiectum ad ſubſtantiuum uerbum reſoluitur 392.30
¶Oppoſita, quæ dicantur 187.42
Oppoſita prædicata, licet iuncta uere dicantur oppoſita, tamen ambo non prædicantur, ſed diiunctum unum tantum 257.67
Opiniones contrariæ ſunt,quæ eodem cõtraria credunt 275.15
Opinio eſt etiam de rebus non exiſtentibus 413. 3
Opiniones contrariæ ſunt, quæ de eodem contrarie opinantur, non quæ de diuerſis idem 445.53
Opiniones contrariæ ſunt, quarum una uera eſt, altera falſa 445.60
Oppoſitorum omnium explicatio 621.27
Opus Ariſtotelis de iuſtitia 290.29
Opus rhetoricæ quodnam ſit 685.51
¶Oratio ut profertur, quantitas eſt 148.23
Orationis ueritas & falſitas a rebus pendet 242.73
Orationes apud peripateticos, ſunt tres 290.74
Orationis definitio, tam imperfectas quam perfectas, tam ſimplices quam compoſitas includit 312. 4
Orationis perfectæ ſpecies quinque 315.46
Oratio eſt rhetoricæ inſtrumentum 685.31
Ordinis oratio,quo uſus eſt Ariſtoteles 326. 9
Ordo uerborum, modo ſenſum non immutet,non attenditur 402. 6
Ordo partium propoſitionis,quomodo conſiderandus 419.50


## P


PArticulare affirmationem de utroque finito, ſequitur particularis negatio de prædicatio infinito 250.49
Particularis negatiua aſſumenda eſt,ſi quis neget uniuerſalem affirmatiuam 251. 6
Particularis propoſitio quid a ſingulari differat 370.72
Partes interdum ſpecies, interdum membra dicimus 578.49
Pars quid a ſpecie differat. 611. 3
¶Paſsio,diſpoſitio, & habitus, ſibi ſuccedunt 177.10
¶Per ſe & per accidens eſſe,quid ſit 147.31
Per ſe uerum, magis eſt uerum, quam per accidens uerum 448.17
Perſona & negotium, quid ſint 688.50
Perſonæ nomen unde ſit ſumptum 693.35
Perſona eſt naturæ rationabilis indiuidua ſubſtantia 693.50
¶Philoſophia eſt amor ſapientiæ 2.44
Philoſophiæ diuiſio 2.58
¶Platonis & Ariſtotelis,de genere & ſpeciebus, diſcordia 53.46.& 611.67
Platonicas,qualitas eſt Platoni ſoli propria,reliquis incommunicabilis 330.45
¶Prophyrius an librum hunc ſcripſerit 5.15
Prophyrius inter expoſitores Ariſtotelis excellit 282.49
Poſitio tria requirit 344.50
Poſsibile duplex, quod actu iam eſt, & quod nõdum eſt, ſed eſſe poteſt 371.30
Poſsibilia penes quid attendenda 352.13
Poſsibilia ſunt media neceſſariorum & impoſsibilium 365.40
Poſsibile quid a contingẽnti differat 415.35
Poſsibile & contingens, licet in ſignificando idem ſint, non tamen in enunciando 418.14
Poſsibile, dupliciter accipi,potentia & actu. 425.20
Poſsibile actu, duobus modis accipitur 425.37
Poſsibile non neceſſarium duplex 425.47
Poſsibile duplex, determinatum & indifferens 437.40
Poſsibile dicitur æquiuoce de his quæ actu iam ſunt, & his quæ nondum ſunt 439.49
Poſsibile actu, quod ſemper fuit,& quod aliquando 439.52
Poſsibile quod nondum eſt,non ſequitur neceſſarium 440.40
Poſsibile quod relinquit ſubiectum,non ſequitur neceſſarium 441.18
Poſsibile tribus modis dicitur 512.27
Poſtliminium & quæ poſtliminio redeant 615.45
¶Prædicabilia quid ad prædicamenta conferant 4.72
Prædicabilia quantum ad definitiones conducant 6.47
Prædicabilia non eſſe figmenta, ſed uera eſſe 8.15
Prædicabilium notitia facit ad diuiſiones & probationes 7.46
Prædicabilium.xx.comparationis ad.x.reductio 38.70
Prædicabilium diuiſio 58.46
Prædicabilium per diuiſionem inuentio 59.37
Prædicabilium ex diuiſione repertæ definitiones 59.59
Prædicamenta cur appellata ſunt 65.47
Prædicamentorum utilitas & ordo 111.37
Prædicamentorum inſcriptio 112.14
Prædicari de pluribus,commune eſt omnibus prædicabilibus 33.56


Prædi-

Prædicatio duplex obliqua & recta 93. 9
Prædicationes quomodo faciendæ 71.68
Prædicationes in rebus, duobus modis fiunt 122.15
Prædicationes aut maiorum, aut æqualium ſunt 26.15
Prædicari ſimul iuncta utrum poſſit, quæ ſeorſum uere prædicantur 255.21
Prædicato cur non adiungatur ſignum uniuerſale 339.67
Prædicatorū quæ deſtruunt ſeſe, ſeparatim deſtructum prædicari non poteſt 411.37
Prædicatio æquimoda, & æquimoda 526.40
Primi ſignificati generis a ſecundo ſeparatio 56.22
Priuata quæ dicantur 191.17
Priuatio & habitus non ſunt id, quod ſua ſubiecta 191.64
Priuationis & habitus ſubiecta diſtant, ut priuatio & habitus 192.39
Prius natura eſt, a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia 202.13
Priora naturā 161, 72. & 105 34
Priuatoria & infinita propoſitio, ſenſu non diſcrepant 380.43
Priuatiua utrum, an negatiua, ſit magis oppoſita affirmatiuæ 443 47
Priuatio forma quædam eſſe intelligitur 543.66
Proprium in quid prædicatur, fortaſſe quia in definitionem quandoque ſumitur 18.36
Proprij & accidentis, communia & propria 42.18
Proprij per diuiſionem inuentio 69 15
Proprij proprium eſt, conuerti ad ſpeciem 90.10
Propriū duobus modis capitur, ſecundum ſe, & ad aliud 94.69
Proprium extrinſecus eſt ſubiecto 155.71
Propoſitionum de tertio adiacente diuiſio 248.59
Propoſitionum unitas in categoricis pendet ex uerbo in hypotheticis, ex coniunctione 319.18
Propoſitionis definitam ueritatem ſequitur rei neceſſarius euentus. 358.45
Propoſitionum categoricum numerus ex Syriano 394.38
Propoſitio una eſt, quoties prædicatum & ſubiectum, rem unam ſignificat 404 64
Propoſitiones non euentu, ſed ſignificatione iudicantur 415.36
Propoſitionum diuiſio ſecundum Stoicos 415.56
Propoſitio modalis, modum rei, non ſubſtantiam petit 419. 2
Propoſitiones quæ aſſerunt id eſſe, quod non eſt, infinitæ ſunt, non quæ negant id non eſſe, quod eſt 446.37
Propoſitio implicita dicitur, quæ alia includit, ſimplex, quæ ſe ipſam tantum ponit 449.69
Propoſitionis ſingularis, a particulari diſtinctio 460.48
Propoſitiões categoricæ quantitate uel qualitate differūt 473.70
Propoſitionis categoricæ & hypotheticæ diſtinctio 506.06
Propoſitionum prædicaturum enumeratio 540 1
Propoſitionum hypotheticarum combinatio 649.47
Propoſitio, quæſtio, & concluſio, idem 651.21
Probabile quid dicatur 665.48
Proportio quid a ſimilitudine diſtat 673.34
Punctus, quid ſit 143.31


Q


QVatuor per ſe cauſarum genera 55.43
Qualitas ſubſtantialis 140 31
Quantitas finita, per ſe contrario caret 177.51
Qualitas an recte per qualis expreſſa ſit 169.46
Qualitatis ſecunda ſpecies non habet nomina, quibus denominet ſubiecta 173.16
Qualitatis ſpecierum diſtinctio 176.47
Qualitates interdum priuatiuo nomine exprimuntur, ut priuationes poſitiuo 182. 9
Qualitates utrum in abſtracto ſuſcipiant magis uel minus
Quadratus, & quadrangulus quid ſint 182.58
Qualitas in propoſitione conſideratur ex affirmatione & negatione 329.66
Qualis eſt rerum conditio, talis eſt prædictio certa uel incerta 362.56
Qualitas ad quale reliqua accidentia ad quomodo, reſpondentur 100.72
Qualitas recte ſequitur relationem. 186.70
Quæ probent genera & ſpecies non eſſe 51.51
Quæ iuncta uere prædicantur, utrum ſeparata poſſint prædicari 257.57
Quæ iunctim prædicantur, nec accidentia nec ſeſe includentia eſſe oportet 256.64
Quæ actu ſunt, alia ſemper ſunt, alia quandoq; ſunt 273.17
Quæ ſimul uera ſunt, contraria non ſunt 355.45
Quæ conſignificant, ſola non ſignificant 479.31
Quæſtio & propoſitio, quæ ſint 570. 5
Quæ quiſque artifex lectetq; argumenta 666.38
Quæ communem materiam habent, in ſeſe mutari queunt 698.32
Quid de quoque prædicatur 14 65
Quid per Deum Porphyrius intelligat 84.19 & 93.19
Quibus res conſtituitur, eiſdem definitur 84. 3
Qui habet potentiam ad unum, habet impotentiam ad oppoſitum 173.38
Qui cunctis ſpeciebus caret, genere caret 185. 1
Quid a quoq; negatur 363.43
Quid interſit inter homo ambulat, & nō homo ambulat 371.20
Quid eſt interrogatio eſt diſcentis 407.42
Quid inter poſſibile & neceſſarium interſit 417.46
Quid inter ideam Platonis, & Ariſtotelis uniuerſale 611.67
Quibus quinq; locus argumentis inſeruiat 676.25
Quid genere, ſpecie, numeroque diſtare faciat 78.29
Quid interſit inter quidam non, & non omnis 333.42
Quod unum non eſt, omnino non eſt 595.25
Quodlibet non agit in quodlibet, etiam ſi omnia corpora materia participent 697.71


R


RArum & denſum quid 178. 9
Ratio quot modis dicatur 114.65
Rationabilia oppoſita polluunt 437.62
Reijcienda prius, quam ſumenda, traduntur 13. 5
Relatiua, quoniam mutuo a ſe dependent, mutuo, ſe definiunt 64.29
Res omnes, aut nomine, aut definitione declarantur 213.24
Relatiua quomodo dignoſcantur 160. 8
Relatiua omnia, ſimul eſſe natura 164.55
Rerum diuiſio ſecundum actum & potentiam 442.49
Repugnantia quæ dicantur 582.75
Repugnans, quid ſignificet 591.32
Res iudicata, quid importet 603.27
Repugnantes hypotheticæ ex connexis fiunt 629.65
Regula ſecunda in prædicamentis, quō intelligenda 13.58
Rhetoricæ finis 685.63
Rubor in uerecundia, pallor in timore, cur fiant 574.76


S


SCientia quid ſit 162.41
Sermonem in prædicamentis Ariſto. cur. a. partitus eſt, in perihermenias in duo 282.57
Sempiterna non ſempiternis principia ſunt 441.66
Senatus conſultum quid 603.26
Similitudo eſt qualitatis unitas 74.71
Simul natura ſunt, quæ ſe mutuo ponunt & tollunt 160.62
Simpliciter & ſecundum tempus, tribus modis accipi 299.10
Significare & conſignificare tempus 301.26
Singulare quid a particulari diſtat 335.18
Similitudo, quæ ſit 582.10
Solum duobus modis accipitur 113 66
Sonus & uox, quid importent 299.69
Solus rectus cur nomen ſit, obliqui tantum nominis caſus 304 52
Species ultima ideo nomen non mutat, quia indiuidua non differunt ſubſtantialiter 23.71
Specierum nomina cum deſint, differentiæ in locum illarum accipiuntur 35.27
Species de genere non prædicatur 36.58
Speciei & proprij, communia & propria 41.5. & 106.55
Species ex indiuiduis, genus ex ſpeciebus, eſt collecta ſubſtantialis ſimilitudo 53.25
Species differentiæ cur prępoſita fuerit 63 11


Species

Species tria ſignificat 63.60
Species ultima, etiam ad indiuidua cur ſpecies dicatur 70.46
Species quæ unicum indiuiduum habet, quomodo de pluribus prædicetur 71.51
Species ultimæ ſubſtantiæ, æqualiter ſubſtantiæ ſunt 131.10
Species, licet ſit communis omnibus, in ſingulis tamen eſt tota 330.57
Species omnes, aut partes, enumerare non oportet 506.25
Stoicorum opinio, de fati neceſſitate 359.11
Stillicidium, quid ſit 594.40
Superiora colligunt inferiora: inferiora diuidunt ſuperiora 15.52
Subſtantia eſt, quæ in ſubiecto non eſt 126.66
Subſtantiæ ſecundæ licet de prius prædicentur, accidentia tamen non ſunt 133.12
Subſtātia æqualiter ijs conuenit, de quibus prædicatur 138. 4
Subſtantia ſi permutetur, contraria ſuſcipit 139.49
Subſtantiæ primæ dupliciter 274.18
Subcontrariæ propoſitiones, cur dicantur 335.69
Subiectum nunquam eſt maius prædicato, ſed æquale, uel minus 461.14
Subſtitutio pupillaris, quid ſit 619.63
Subſiſtentia & ſubſtantia, quid 694.19
Superficies quæ dicatur 143 37
Syllogiſmus perfectus 492.56
Syllogiſmi hypothetici, poſteriores ſunt categoricis 507.32
Syllogiſmus quot partes habeat 515.11.& 630.44
& quid ſit 667.45
Syllogiſmi hypothetici perfecti quatuor 516. 7
& imperfecti quatuor 517.24
Syllogiſmi ex hypothetica compoſita & prædicatiua & conditionali, uiginti 521.37
Syllogiſmi ex hypotheticis duplicatis 535.35
Syllogiſmorum hypotheticorum ſpecies ſeptem 630.69

T

TExtus per paraphraſim expoſitio 47.62
Termini qui dicantur 325.11.& 481.27
Termini infiniti non ſunt negationes 251.37
Tempora ſimplicia tria ſunt, miſta etiam plura 325.66
Termini propoſitionum quinam ſint appellandi 376.53
Termini in propoſitione qui dicantur, & qua de cauſa 461.27
Termini nomina & uerba cur dicantur 480.58
Termini non ſemper ſimplices 578. 6
Theorema, quid ſignificet 202.48
Theſis & hypotheſis quid ſint 663.39
Themiſtij commendatio 675.48
Totum, quot modis accipiatur 547.37
Topica, quid intendat 666.55
Totum, duplex 671.26
Triangulus quid ſit 177.57
Tria ſubſtantiam rerum demonſtrant, duo accidentia 89.2
Tribus de cauſis omnia eueniunt, caſu, uoluntate, neceſſitate 363.43
Tranſlatio quid ſit 612.43
Tutela, quid ſit 113.74

V

VAriæ de poſſibilibus opiniones 364.48
Vbi, non eſt locus: nec quando, tempus 186.28

Veritas primo eſt in conceptibus, ſecundò in uocibus 186.23
Veritas & falſitas in complexis eſt, non in ſimplicibus 197.55
Verbi completa definitio 219.69
Verbum præcipuum eſt in propoſitione de ineſſe 244.30
Verbum inter prædicata numeratur 245.28
Verborum ordo non uariat propoſitionem 252.29
Verum ſecundum ſe, eſt uerius uero ſecundo accidens, Falſum ſecundum falſum eſt falſo ſecundum accidens 278.15
Veritas omnis & falſitas, an circa orationē ſit, & an omnis oratio ſit uera, uel falſa 296.73
Verbum operationē ſignificat, & tempus conſignificat 305. 7
Verba ſicut & nomina, aliquid per ſe ſignificat 307.69
Veritas & falſitas non a rebus, ſed intellectibus pendent 308.30
Verbum oportet ſemper prædicari, nomen non ſemper ſubijci 317.29
Verbum oportet ſemper prædicari in categoricis propoſitionibus, uel quod eſt uerbo conſimile 371.59
Verbis infinitis cur in propoſitionibus non utamur 372.69
& 392.42
Verba infinita tunc ſunt, cum ſola ſunt 373.72
Verbum infinitum ſi quando utamur, reſolui in participium infinitum, & uerbum 392.58
Verba omnia in ſe continguunt verbum ſubſtantium eſt 420. 1
Verbi uſus in propoſitione 629.14
Virtus habitus eſt, non ſcientia 171.25
Virtus, nec ſcientia, nec naturalis eſt ſed diſci poteſt 169.62
Vindicta ſerui tribus modis libertatem adipiſcebantur 578.36
Vindex, quid ſit 580. 6
Virtus, quomodo in mediocritatem conſiſtat 699.62
Vniuerſalia in ſingularibus indiuidua euadunt 59.25
Vnica ex æquiuocis fiunt, & ex uniuocis æquiuoca 114.39
Vniuoca ſunt duobus modis 125.71
Vniuerſale & particulare, quid 118.10.& 227. 8
Vni multa contraria non ſunt 137.15.& 275.37
Vniuerſalem affirmationem de prædicato infinito, ſequitur uniuerſalis negatio de utroque finito 247.10
Vniuerſalis propoſitio, quo pacto unum ſignificet 346. 9
Vniuerſalem ſimplicem ſequitur particularis priuatoria & infinita 387.18
Vniuerſalem priuatoriam & infinitam negatiuam ſequitur particularis negatio ſimplex 388.10
in Vniuerſalibus ſubſtantiæ duplex eſt oppoſitio, in ſingularibus una 399.14
Vnum uni contrariorum eſt, finitum finitio 446.29
Vox non ſignificans 300. 4
Vox naturaliter ſignificans 300.25.& 300.38
Vocabula ex imponentium arbitrio ſignificant 300.42
Vocibus naturaliter ſignificantibus, uox ſecundum placitum ſignificans eſt impoſita 302.55.& 315.34
Voluntas eſt domina noſtrorum actuum 361.16
Vocum ambiguitas, quot modis fiat 547. 9
Vox intellectum & rem ſignificat 212.14
Vox & ſonus, quid ſint 281.55
Vox uel ex paſſione, uel propter paſſionem animæ profertur 296.55
Vtilitas huius operis 4.7.& 48.48
Vtrumlibet, quæ dicantur 355.62
Vtrum Deum ſcire futura, ſequetur omnia neceſſario fore 351.31
Vtrum poſt prædicamenta ſint Ariſtotelis 186.61
Vxor tribus modis habebatur 586.20

FINIS.

# ANITII MANLII SEVERINI
## BOETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,
## *IN PORPHYRIVM A VICTORINO TRANSLATVM* DIALOGI DENVO CASTIGATI.

HYEMANTIS anni tempore in Aureliæ montibus conceſſeramus: atque ibi tunc cum violentior auſter eieciſſet noctis placidam atque exturbaſſet quietẽ: recenſere libitum eſt ea quæ doctiſſimi viri ad illuminandas quodãmodo acies intellectus, denſitate caligãtiſſimas, quibuſdam quaſi introductorijs commentarijs ediderunt: eius vero rei Fabius initium fecit. qui cum me lectulo recumbẽtem, & quædam ſuper eiſdem rebus cogitantem, meditantemque vidiſſet, hortatus eſt, vt, quod ſæpe eram pollicitus, aliquam illi eius rei traderem diſciplinam. Complacitũ eſt igitur. quoniã tunc & familiarium ſalutationes, & domeſtica negocia ceſſabant. Interrogatus a me ergo ſuper quibus vellet rebus me enodare atque expedire: tunc Fabius, Quoniã inquit tp̃s ad ſtudia vacat, & hoc ociũ in honeſtũ negociũ cõuerti licet: rogo vt mihi explices id qđ Victorinus orator ſui tp̃is ferme doctiſſimus a Porphyrio per *εἰσαγωγὴν*, id eſt per introductionem, in Ariſtotelis categorias dicitur tranſtuliſſe. Et primũ diſciplinis didaſcalis quibuſdam me imbue: quibus expoſitores, vt diſcipulorũ animos docilitate quadam aſſueſcant, vtuntur. Tunc ego, Sex omnino inq̃ magiſtri in omni expoſitione prælibant. Prædocent.n. quæ ſit cuiuſcunque operis intentio: quod apud illos *σκοπὸς* vocatur. Quæ vtilitas, quod a Græcis *χρήσιμον* appellatur. Qui ordo, quod Græci vocant *τάξιν*. Si eius; cuius eſſe opus dicitur, germanus propriuſq; liber eſt: quod *γνήσιον* interpretari ſolet. Quæ ſit eius operis inſcriptio: quod *ἐπιγραφὴν* Græci nominant. In hoc etiam quod intentionem cuiuſcunque libri inſoleter interpretarẽtur, de inſcriptione quoq; operis apud quoſdam minus callentes hæſitatũ eſt. Sextum eſt id dicere, ad quam partem philoſophiæ cuiuſcunq; libri ducatur intẽtio: quod græca oratione dicitur *εἰς τὸ ποῖον μέρος φιλοσοφίας ἀνάγεται*. Hæc ergo omnia in quolibet philoſophiæ libro quæri conuenit, atque expediri. Tum Fabius, quæ eſſet introductionis intentio interrogauit. Et ego inquam, Ariſtoteles, cui factus eſt introductionis pons, non aliter intelligi poteſt: niſi ipſas res, de quibus diſputaturus eſt, ad intelligentiam præparemus. Videns.n. Porphyrius quod in rebus omnibus eſſent quædã prima natura, ex quibus oĩa velut ex aliquo fonte manarent, & illa quæ prima eſſent & ſubſiſtentia eſſe, & generis vocabulo nuncupari: porro aũt nunq̃ eſſe genus poſſe, niſi ei quædã alia ſubderẽtur, & quæ eſſent ſubdita ſpecies appellari: porro aũt nunquam genus vni ſpeciei genus eſſe poſſe, ſed pluribus. Plures aũt ſpẽs nõ poſſe eſſe multiplices: niſi eas aliqua diſcretio ſeparet. Si.n. nihil ſibi diſſimiles forent: vna ſpecies, non multiplices viderentur. Illa igitur diuiſio & diſſimilitudo ſpecierũ, differentiæ nomine vocitatur. Omnia vero quæ aliqua re differunt: fieri aliter non poſſunt, niſi quibuſdam proprijs ſolitarijſque naturis inſignita ſint. Atque hactenus: Videns ergo quod omnis omniũ diſparilitas in gemina rerum principia ſecaretur: in ſubſtantiam atque accidens: ita vt neque accidens ſine ſubſtantia, neque ſine accidenti ſubſtãtia eſſe poſſit. Accidens quippe ſine aliquo ſubſtantiæ fundamẽto eſſe non poteſt. Subſtantia vero ipſi ſine ſuperiecto accidẽte videri nullo modo poteſt. Vt enim color ſit, quod eſt accidẽs; in corpore erit, quod eſt ſubſtãtia. Porrò autẽ cũ corpus, id eſt ſubſtantiã videris: inſignitam eam accidenti, id eſt aliquo colore reſpicies. itaque ſit, vt neque ſubſtantia præter accidens ſit: neque accidẽs a ſubſtantia relinquatur. Vbi.n. ſubſtantia fuit: mox accidens conſecutum eſt. Speculatus igitur Porphyrius in his duabus rebus, id eſt accidenti & ſubſtantia: genera ſpecies, propria, differentiaſque verſari, & qđ ipſa per ſe ſint genera ſubiectis & ſubiacentibus ſpeciebus, quæ differentijs & ꝓprijs inſignitæ ſunt, ſtatuit principaliter de genere, ſpecie, differentia, proprijſque tractare. Et quoniam tractatus hic in definitionibus, vt poſt docebimus proderit. Si quis enim in definitione generali ponat accidens, eum nõ recte definire manifeſtũ eſt, qđ ſuo loco tractabitur, ſtatuit pauca de accidentibus prælibare. Ita.n. nos prudentiſſimus doctor Ariſtoteles inſtituit, vt tunc in definitionibus quibuslibet plenam ſcientiam queamus accipere, cum quod proſit, dictum ſit, & quod non ſit vtile, ſegregetur. Hæc igitur huius operis intentio eſt, de genere, ſpecie, differentijs, proprijs, accidentibuſque tractare. Hic Fabius Expediſti inquit de intentione, nunc vtilitatẽ explica. Varia inquam & multiplex in hoc opere commoditas vtilitaſque verſatur. Primum.n. in Ariſtotelis categorias per quã vberrime prodeſt. Quid autem proſit dicemus, cũ de eius libri inſcriptione tractabimus, ſed in q̃bus alijs proſit, paucis philoſophiæ ipſius diuiſione facta perſtringam. Et prius quid ſit ipſa philoſophia cõſiderandũ eſt. Eſt.n. philoſophia amor & ſtudiũ & amicitia quodã modo ſapientiæ. Sapiẽtiæ vero nõ huius quæ in artibus quibuſdã & in aliqua fabrili ſcientia notitiaque verſatur, ſed illius ſapientiæ, quæ nullius indigens, viuax mens, & ſola rerũ primæua ratio eſt. Eſt aũt hic amor ſapientiæ intelligentis animi ab illa pura ſapientia illuminatio, & quodãmõ ad ſeipſam retractio atque aduocatio, vt videatur ſapiẽtiæ ſtudium diuinitatis & puræ mentis illius amicitiæ. Hæc igitur ſapientia cuncto quidẽ animarũ generi, meritũ ſuæ diuinitatis imponit, & ad propriã naturæ vim puritatẽque reducit. Hinc naſcitur ſpeculationũ cogitationũque veritas, & ſancta puraque actuum caſtimonia. Quæ res in ipſius philoſophiæ diuiſionem ſectionẽque conuertitur. Eſt.n. philoſophia genus, ſpecies vero eius duæ, vna quæ *θεωρητικὴ* dicitur, altera quæ *πρακτικὴ*, id eſt ſpeculatiua, & actiua. Erunt aũt tot ſpeculatiuæ philoſophiæ ſpẽs, quot ſunt res in quibus iuſtæ ſpeculatio conſiderationis habetur, quotque actuũ diuerſitates, tot ſpẽs varietateſque virtutũ. Eſt igitur *θεωρητικῆς*, id eſt contemplatiuæ vel ſpeculatiuæ triplex diuerſitas. atq; ipſa pars philoſophiæ in três ſpẽs diuiditur. Eſt.n. *θεωρητικῆς* pars vna de intellectibilibus, alia de intelligibilibus, alia de naturalibus. Tunc interpellauit Fabius, miratuſq; eſt qđ hoc noui ſermonis eſſet: ꝙ vnã ſpeculatiuæ partẽ intellectibilẽ nominaſſem. Nota inq̃, quoniã latino ſermone nunq̃ dictum reperi, intellectibilia, egomet mea verbi cõpoſitione vocaui. Eſt.n. intellectibile; qđ vnũ atq; idẽ ꝑ ſe i ꝓpria ſemꝑ diuinitate cõſiſtẽs, nullis vnquã ſenſibus, ſed ſola tantũ mẽte intellectuq; capitur. Quæ res ad ſpeculationẽ Dei atque ad animi incorporalitatem conſiderationẽque, veræ philoſophiæ indagatione componitur.

ſtur. Quam partem Græci θεολογίαν nominant. Secūdā vero pars eſt intelligibilis: quæ primam intellectibilem cogitatione atque intelligentia ſuſcipiens, ea comprehēdit, quę ſunt omnium cęleſtium ſupernæ diuinitatis operum cauſæ & quicquid ſub lunari globo beatiore animo atque puriore ſubſtantia valet: poſtremo humanarum animarum conditionem atque ſtatū: quæ omnia cū prioris illius intellectibilis ſubſtantiæ fuiſſent, corporum tactu, ab intellectibilius ad intelligibilia degenerarunt, vt non magis ipſa intelligantur quàm intelligant, & intelligentiæ puritate tunc beatiora ſunt, quoties ſeſe intellectibilibus applicarint. Tertia φυσικὴν ſpecies eſt, quæ circa corpora atque corū ſcientiā cognitionemq; verſatur: id eſt phyſiologia: quæ naturas corporum paſſioneſq; declarat. Secunda vero, intelligibilium ſubſtantia, merito in medio collocata eſt: q habeat & corporum animationem, & quodammodo viuificationem, & intellectibilium conſiderationem cognitionéq;, vt dictum eſt. Practicæ vero philoſophię, quā actiuam ſuperius dici demōſtratum eſt, huius quoque triplex eſt diuiſio. Eſt.n. prima quę ſui curam gerens præ cunctis ſeſe erigit, exornat, augetq; virtutibus, nihil in vita admittens, quo non gaudeat, nihil faciens pœnitendum. Secunda vero eſt quæ reipublicæ curam ſuſcipiens, cunctorum ſaluti, ſuæ prouidentiæ ſolertia, & iuſtitiæ libra, & fortitudinis ſtabilitate: & temperaotiæ patiētia, medetur. Tertia vero quæ rei familiaris officium mediocri componens diſpenſatione diſtribuit. Sunt harum etiam aliæ ſubdiuiſiones, quas nunc perſequi ſuperſedendum eſt. Ad hæc igitur vt fieri poſſint: & ſuperiora intelligi queant, neceſſarius maximè vberrimuſque fructus eſt artis eius, quā Græci λογικὴν nos rationalem poſſumus dicere: quod recta orationis ratione, quid verum, quidque decens ſit, nullo erroris flexu diuerticulóue fallatur. Quam artem quidam partem philoſophiæ, quidam non partem, ſed ferramentum, & quodammodo ſupellectilem iudicarunt. Qua autē id vtrique impulſi ratione crediderint: alio erit opere commemorandum. Hæc autem generis, ſpeciei, differentiæ, proprij, atque accidentis diſputatio, in omni nobis philoſophiæ cognitione quaſi quadam viam parat. Nam cum quid genus ſit docemur, quid ſpecies, intelligimus genus eſſe philoſophiā: ſpecies vero indubitanter θεωρητικὴν & πρακτικὴν, id eſt ſpeculatiuam & actiuam. de logica vero vtrum ſit ſpecies: eadem hac poſſumus ratione perpendere. Prodeſt nobis differentiæ cognitio ad ipſarum philoſophiæ ſpecierum differentias cognoſcendas. Prodeſt proprij ſcientia ad cognoſcendum quid vnicuique philoſophiæ ſpeciei ſolitaria natura videatur ac ſubſtantiæ innatum. Prodeſt accidentis cognitio: per hoc enim quid principaliter in rebus ſit cernere, & quid ſecundo, contingentique loco conueniat, diſcernere valemus. Ita nobis harum quinque rerum ſcientia, ramoſa quadam & multifida vi, in omnes ſeſe philoſophiæ partes infundit. Ad grammaticam vero, non minor huius rei vſus eſt: qñ orationem pergenus: octo vero partes orationis, per ſpecies, differentias, propriaque metitur. Eſt vero huius rei perquam Rhetoricæ amica coniūctaque cognitio. Ita enim rhetoricam in tribus cauſarum demonſtratiuum, deliberatiuū, & iudiciale poſſumus ſeparare generibus: & eas in ſubiectis cōſtitutionibus diſſecare. Definitionū quoque quæ ad logicam pertinēt magna atque vtilis vberrimaque cognitio eſt. quas definitiones, niſi per genera, ſpecies, differentias, proprietateſque tractaueris, nullus vnquam definitionibus terminus imponetur. Nam ſi quid definis, ex quo ſit genere primum tibi dicendum eſt, atque in hoc genus ſpecieſque conſummata ſunt. Nam cuiuſcunque rei genus dixeris: ad quam rem illud dixeris: ſpeciem facis. Vt ſi quid ſit homo definias: dicas hominē eſſe animal. Igitur quoniam ad hominēa ptaſti animal: genus eſſe animal, & homioē ſpēm a te declaratū eſt: ſed non ſufficit ſola generis in definitione monſtratio. Si.n. ſolum animal hominē eſſe dixeris: non potius hominē quā bouē aſinumque, aut equum definitione depinxeris. Prodeſt igitur etiam differentiās adhibere: per quas id quod definias a ſpeciebus alijs ſeiungatur: vt dicas, hominē eſſe animal rōnale. Et qm̃ ſub eadē differentia plures frequēter ſpēs inueniūtur, vt ſub rationali Deus atq; homo: eſt vtiliſſimus proprietatis vſus eſt, vt id dicas q ſola quam definis, ſpecies ſuum propriumq; retinet. Fit ergo huiuſmodi hominis definitio. Homo eſt animal, id eſt genus: homo vero ſpecies: rōnale, quod differentia eſt: riſus capax, quod proprium eſt. Accidētium vero in definitionibus nullus eſt vſus.

Prodeſt ergo in definitionibus harū quinque rerum cognitio: vt nec ea quæ ſunt vtilia prætermittas: nec ea quæ nihil præſtant cōmoditatis, adiungas. In diuiſione vero tantū prodeſt, vt niſi per horū ſcientiā, nulla res recte diſtribui, ſecariq; poſſit. Nam quæ generū vel ſpecierū recta diſtributio diuiſione erit: vbi ipſarū per quas diuiduntur, rerū, nulla ſciētiæ cognitione dirigimur? Probationum vero veritas in his maxime cōſtituta eſt: qđ per ea quæ diuidis: id qđ diuidis: vel quid aliud probas. Nā Marcus Tullius in Rhetoricorū primo: qm̃ diuiſionem generum, cauſarum, rite atque ordinate faciebat: eius rei probationē ita eſſe debere per ſpecies generaq; diſpoſuit: cū ait, eaſdem res alijs ſuperponi, alijs ſupponi poſſe, eaſdem & ſubiectas & ſuperpoſitas eſſe non poſſe. Hæc fere de vtilitate ad tēpus dicenda credidimus. Tunc Fabius, demiror inquit, cur inchoanti mihi tā ſubtilius inuētas exercitataſq; res edideris. Sed dic quæſo, quodnā hoc tuum fuit conſilium? Et ego, dicā tibi qđ aſſueſcendus animus auditoris, & mediocri ſubtilitate imbuendus eſt, vt cū ſeſe hic primū exercuerit, paleſtra ingenij quaſi quodāmodo prius luctatus ea quæ ſequētur, ſine vllo labore conficiat. Sed quid reſtat dicas licebit. Et Fabius, ordinē inquit reſtare arbitror, ſi bene cōmemini. Atqui inquā, hic ordo valde cū inſcriptione coniunctus eſt. Si.n. alterum noris, ambo noueris. Ordo tamē eſt, quod omnes poſt Porphyriū ingredientes ad logicā, huius primum libelli tractatores fuerunt, qđ primus hic ad ſimplicitatem tenuitatis vſque progreſſus, quo procedentibus viandum ſit, præparat. Ariſtoteles.n. quoniā dialecticæ, atque apodicticæ diſciplinæ volebat poſteris ordinē ſcientiāque contradere, vidit apodictică dialecticamque vim vno ſyllogiſmi ordine contineri. Scribit itaque primos reſolutorios, quos Græci ἀναλυτικοὺς vocant, qui legendi eſſent ante quam aliquid dialecticæ vel apodicticæ artis attingerent. In primis n. reſolutorijs de ſyllogiſmorum ordine cōplexioneque & figuris tractatur. Et quoniā ſyllogiſmus genus eſt apodictici & dialectici ſyllogiſmi, dialecticam in topicis ſuis exercuit, apodicticam in ſecundis reſolutorijs ordinauit, horū diſciplina, quā ille in monſtrandis ſyllogiſmis ante collegerat, prius ēt in ſtudijs lectitatur. Itaque prius primi reſolutorij, q̃ ſecundi qui de apodictico ſyllogiſmo, vel topica quæ de dialectico ſyllogiſmo ſunt, accipiuntur. Contraxit igitur Ariſtoteles dialecticam atque apodicticam ſciētiam, adunauitque in ſyllogiſmorum reſolutoria diſputatione. Sed quoniam ſyllogiſmum ex propoſitionibus conſtare neceſſe eſt, librum περὶ ἑρμηνείας qui inſcribitur, de propoſitionibus annotauit. Omnes vero propoſitiones ex ſermonibus aliquid ſignificantibus componitur. Itaque liber, quem de decem prædicamentis ſcripſit, quæ apud Græcos κατηγορίαι dicūtur, de primis rerū ſermonibus ſignificātibus eſt. Vidit.n. Ariſtoteles infinitā miſcellam eſſe rerū omniū, verborumque diſparilitatē, & vt eorū ordinē reperiret, in decē primis ſermonibus, prima rerū genera ſignificātibus, omne quicquid illud vel rerū, vel ſermonū poterat eſſe, collegit. Sed Ariſtoteles hactenus. Speculatus autē Porphyrius ſi categoriæ genera ſunt rerū: rerum vero ſermonūque diuerſitas ſpeciebus, differentijs, proprijſque inſigniretur, videns ēē q accidentium in categorijs magna vis eſſet. Omnes enim res Ariſtoteles in duas primum partes diuidit. in accidens atque ſubſtantiam. & accidens in nouem membra diſperſit, dicens aut ſubſtantiam eſſe quamcunque illā rem. aut ſi accidēs eſſet, quoniam aut qualitas, aut quantitas, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut iacere, aut habere, aut facere eſſet, aut pati, prælibat nos Porphyrius ad horum veriſſimam cognitionem, hoc de generibus, ſpeciebus, differentijs, proprijs, accidentibuſque tractatu. Sic igitur cum ante apodicticam

dicticam

dicticã dialecticamq; rem, ſyllogiſtica prælegatur: ante ſyllogiſticam, in propoſitionibus primus labor ſit: ante propoſitiones in categorijs pauca deſudẽt: ante categorias in iſagogis plurimum laborẽt, quæ de generibus, ſpẽbus, differẽtijs, proprijs, accidentibuſq;, cenſentur, ordo eſt de his ipſis rebus pauca prælibare. Recte igitur & filo quodam hic Porphyrij liber primus legentibus ſtudiorum pguſtator, & quodãmodo initiator occurrit. Quod ſi in hac re, quod dictum eſt, ſat eſt, rẽ etiam de inſcriptione confecimus. Quo.n. alio melius quam introductionis nomine nuncupetur hic liber? Eſt nanq; ad categorias Ariſtotelis introitus, & quadã quaſi ianua venientes admittit. Tum Fabius. Perge, quæſo te, & ſi eius hoc proprium germanumq; opus eſt collige. Hoc in quam indubitatum eſt, omnibus n. Porphyrij libris ſtylus hic conuenit. Et mos hic Porphyrio eſt: ut in his rebus quæ ſunt obſcuriſsimæ, introducenda quædam & prægustanda præcurrat, ut alio quodam libro de categoricis ſyllogiſmis fecit, & de multis item alijs quæ in philoſophia grauia illuſtriaq; verſantur. Et hoc apud ſuperiores, indubitatum eſt, quibus nolle credere inſcitia eſt. Tũ Fabius, Reſtat inquit, vt ad quam partem philoſophiæ ducatur, ediſſeras. Et ego, dicam tibi. Quoniam categoriæ ad propoſitiones aptãtur, ſyllogiſmi de propoſitionibus componuntur, apodicticus vero & dialecticus ſyllogiſmi in logicę artis diſciplina verſantur. Conſtat quoq; categorias quę ad propoſitiones ſyllogiſmoſq; pertinent, logicę ſcientiæ eſſe connexas. Quare introductio quoq; in categorias, ad logicam ſcientiam conuenienter aptabitur. Quoniam ea quæ prædicenda ſunt, explicui, nunc textus ipſius ratio atq; ordo videatur. Tum Fabius. Priuſquam explanatio ſenſus procedat, id ſcire deſidero, cur cum poſſet dicere, cum neceſſarium ſit: præpoſterato ordine, cum ſit neceſſarium dixit. Et ego, Quoniam inquam nullum accidens eſt, quod non ſubſtantię fundamento nitatur. Porro autem quicquid ad cuiuſlibet ſuperiecti firmitatem eſt, id ante quam ipſum eſſet, fuiſſe neceſſe eſt: ut.n. in domibus, niſi prius fundamenta ſubijcias, nulla vnquam fabrica fit: niſi prius ſubſtantiæ fundamenta ſint, nulla unquam accidentia ſuperponentur. oportet. n. prius eſſe aliquid, vt formam qualitatis arripiat, nam neceſſariũ qualitas eſt. non abſurde igitur prius eſſe poſuit, poſt etiã neceſſarium, id eſt poſt ſubſtãtiam qualitatis nomen aptauit. Hic Fabius, Subtiliſsime inquit & lucide ſed nunc ordo ipſe operis textuſq; videatur.

,, Cum ſit neceſſarium Menanti, ſiue ad Ariſtotelis catego
,, rias, ſiue ad definitionis diſciplinã, noſſe quid genus ſit;
,, quidve ſpecies, quid differentia, quid proprium, & quid
,, accidens. Omninoque ad ea quæ ſunt diuiſionis, & quæ
,, approbationis, quorũ cognitio vtilitatis eſt magnæ, quin
,, que hæc tibi breuiter explicare tentabo. Quæ apud anti
,, quos quidem alte & magnifice quęſtionũ genera propo-
,, ſita ſunt. ego ſimplici ſermone cum quadam coniectura
,, in res alias, explicabo mediocriter.

Tunc ego. Prędiximus quidẽ pauca ſuperius, ſed vel his quædam addere, vel hæc eadẽ rurſus cõmemorare abſurdum eſſe non arbitror: Totus autẽ ſenſus talis eſt. Scribens ad Menantium de vtilitate libri, ſummatim pauca prędicit, quo elucubratior alius auditoris exercitatiorq; ad hæc capiẽda perueniat. Prodeſſe autẽ ad Ariſtotelis categorias dicit, quod cum omniũ ſermonũ ſignificantiũ varietatẽ diuerſa rerum ſumma diuideret, & in ſubſtantiam atq; accidens omnes res ſecaret atq; diſpergeret, accidens in nouẽ ſecuit partes, qđ ſuperius demonſtraui, & hæc genera generaliſsima nominauit, id eſt γενικώτατα, qđ ſuper iſta alia genera inueniri nõ poſsunt. Igitur ſi ſunt genera, ſine ſpeciebus eſſe non poſſunt. Si ſub his ſpecies ſupponũtur, differentijs nõ vacabunt. Qđ ſi differẽtias retinent, pprijs indigebũt. Accidentis vero nouẽ pdicamenta ſunt. Quo circa nõ abſurdũ fuit hinc introductionẽ in pdicamenta cõponi, ut de generibus, ſpẽbus, differentijs, pprijſq; tractaret, q̃ in ipſis pdicamentis inſeparabiliter uidentur inſerta. Amplius. Quod Ariſtotelica ſubtilitas priuſquã ad pdicamentorũ ordinem veniret, de æquiuocis vniuociſq; tractauit, definit uero æquiuoca ſic.

,, Aequiuoca ſunt quorũ nomen ſolũ cõe eſt, ſm vero no-
,, men ſubſtãtię alia rõ eſt, ut ſi qua ſunt, q̃ nomine tm̃ cõ-
,, municent, ſubſtantia uero diſsimulent. Vniuoca uero, q̃
,, ſub eodem nomine & ſub eadem ſubſtãtia cõtinent. Oẽ
,, igit genus ad ſpecies q̃ ſunt ſub ipſo poſitę, vniuoce pdicari põt.

Porro aũt quicquid ad quaſlibet res vniuoce pdicat, in his ſola definitio vna eſt, genus vero ſpecieſq; nõ cõuertitur. Animal.n. & homo vniuocum eſt. Animal.n. animalis nõe dicit. Porro aũt homini nomen etiã cõuenit aĩalis, vt dicat aĩal: vno ergo nomine aĩalis, & hõ & aĩal appellatur. Aĩalis uero definitio eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, quã ſi ad hoĩem vertas nihil abſurdũ feceris, põt.n. hõ eſſe ſubſtantia animata ſenſibilis. Sed aĩal genus, hõ uero ſpẽs, vniuoce igit genus & ſpecies prędicantur; æquiuoca vero quæ fuerint, qm̃ definitionibus differunt, & eorum quorum definitiones aliæ ſunt: alia eſt etiam ſubſtãtia: quorum alia ſubſtãtia eſt, alia ſunt etiam omnino genera, in his eiſdem æquiuocis conſtat, q neq; genus, neq; ſpecies poſsit aptari. etenim ſi quis hoiem marmoreum & hoiem uiuum hoĩs nomine appellet. idem nomen utriq; fecerit ſubſtantię: differentia uero definitioque eſt diſsimilis. Porro aũt hoĩs & ſtatuę nõ vnum genus eſt, ſed ſtatuę inanimatum, hominis animatũ. Quare conſtat qm̃ nunquam ſub eiſdem generib. continentur quæcunq; æquiuoce prædicantur. Quã vim niſi prius de generibus, ſpeciebus, pprijs, & differentijs, notitiã ſcientiamq; perceperis, nullo unquam tempore diſcernis Idem Ariſtoteles ait quid ſint primæ ſubſtantię, quid ſecundæ: & primas ſubſtãtias dicit eſſe indiuiduorum corporum & ſingulorum, vt eſt Cicero, aut Plato, aut Socrates. Secundas uero ſubſtantias ſpecies appellauit, ut eſt hõ, & genera in q̃bus ipſę ſpecies cõtinentur, ut eſt animal. Hæc igitur niſi prælibata generis ſpecieiq; cognitione ſciri nõ poſſunt. Idem ait ſubſtantiam ab alia ſubſtantia, in eo qđ ſubſtantia ſit, nulla differentia diſgregari. Idem ſubſtantię proprietates requirit, vt quaſi impreſſo aliquo ſigno, ſic proprietate nota, facilius quid ſubſtãtia ſit, inuenire atq; expedire poſsimus. Atq; hoc idem in accidentibus fecit. Nam & quantitatis, & qualitatis, & ad aliquid relationis, propria collegit, & idem magna apud Ariſtotelem cura diligentiaque cõſpicit. Vides ne ut ſeſe quinq; harũ rerum uis in categorias interſerat, & prædicamentorũ uirtutib. inſeparabiliter colligetur? Non mendax igitur Porphyrius de hac cognitione harum quinq; rerum nobis in categorias utilitate promiſit. Definitionis vero diſciplinam ſuperius diximus præter genera, ſpecies, differentias, & propria, nõ poſſe tractari: Sed qm̃ ſunt quædam genera quę genus habere non poſſunt, ut eſt ſubſtantia, & alia q̃ Ariſtoteles in prędicamẽtis cõſtituit: dicat quis hæc ad harũ cognitionem nihil oĩno pdeſſe, qđ non ſit in his à genere trahenda definitio, in quib. genus inueniri nõ poſsit: q ſi quare genus non haberet, ſpecies non eſſet. Hoc ita poſito ad generaliſsimorũ generũ definitionem nihil genera & ſpecies utilitatis habere. Ridicula mehercle atq; abſurda ppoſitione. Pręter ſciẽtiã.n. generũ ſpecierumq; magis genera, illa generaliſsima cognoſcere qui potis eſt? Cum hæc ſola generũ ſpecierũq; cognitio ſi amiſſa ſit, nihil de generibus ſpeciebuſq; noſcatur. In illis igitur, in quib. genus aliud ſuperius inueniri nõ põt, nullius unquã terminus definitionis aptabit, & ĩ ipſius definitione genera ſpecieſq; ceſſabũt. nam ſolę differentiæ ppriaq; illius terminum definitionis informant: Cum.n. id quod dicis ab alijs rebus omnibus adiunctis, differentijs ſegregaueris, & proprijs impreſsis formam eius figurãq; mõſtraueris, genus quod inuenire non poteris perquirere non labores. Sed in his ſpecies & genera non requiruntur, in q̃bus; q ipſa generaliſsima ſint genera, genus inueniri non queat. Porro autem in his quorum genus eſt aliquod, niſi à genere definitio ducatur, finis eius definitionis uitioſa cõcluſione colligit. Accidens vero ad definitiones nihil pdeſſe nõ dubiũ eſt. Definitio.n. ſubſtantiam informare deſiderat. Accidens uero ſubſtantiam non deſignat. Accidens igit

in definitione nihil ꝓdeſt. Eſt itaq; neceſſaria gñris ſpẽiq; cognitio; ut ſi generaliſsima non ſint q̃ quiſq; definiturus eſt, à genere definitionẽ trahat. Si uero generaliſsima ſint, eius genus quærere, qđ inueniri nõ põt, non laboret. ęq; .n. uitioſum eſt & in generaliſsimis genera q̃rere, & ſubalternis generib. à generib. definitionẽ ducere ſuperſedere. Differentię uero & ꝓpria vel ſi magis genera ſunt, uel ſi ſubalterna, maximã retinent utilitatem. & qm̃ ad definitiones q̃ ptinent q̃dam dicta ſunt, pauca etiam de his ipſis rationabilius ſubtiliuſq; colligemus. Sit genus animal, ſit ſpecies hõ, ſit differentia rõnale & mortale, ſit proprium riſibile. Accidẽs vero, qm̃ ad definitiones incommodum eſt, prætermittamus. Quiſquis ergo ſpẽm definit, ita genere ab alijs eam generib. ſeparat, ut ſi quis dicat quid eſt hõ? animal dicat eum. Dicens.n.animal, ſeparauit hominẽ ab omnib. generibus quæcunq; animalia non ſunt. Si quis uero differentiam dicat, & eam ad ſpẽm accommodet, res ſub eiſdem generibus p differentias ſegregauit. Nam cum dicis hoiem eſſe animal rõnale, cum etiam bos & equus ſpẽs animalis ſint, additum tñ rationale homini, ab alijs ſub eodem genere ſpeciebus, hominis ſpẽm ſegregauit atq; diſtinxit. Propria vero cum dederis, res quæ ſunt ſub eiſdẽ differẽtibus ſegregabis. Nam cum dixeris hinnibile uel riſibile: Illud eſt equi proprium, illud hominis. Et cum equus cum boue atq; cane ſub eadẽ differẽtia ſit, ꝙ irrationabilia ſunt omnia, adiectũ hinnibile à cæteris equum ſub eadẽ differẽtia ſpẽbus diuidit. Homo vero & Deus ſub eadẽ differentia ſunt, id eſt rõnali, qđ vtriq; rationales ſunt, quãuis homo & Deus adiuncta mortali differentia ſeparentur, proprio tñ, id eſt riſibili, quod ſolus hẽt homo, naturalius ſubſtantialiuſq; diſiungitur, quod in alijs rebus in quibus nulla ſpẽs tali differentia ſeparator, melius cognoſci põt. Nam cum ſub eadem differentia ſint irrationalia, equus, bos, canis, nec ſit ulla alia quæ eos ſeparet differentia ſubſtantialis (non poſſunt.n.accidentis eſſe differẽtiæ, ea q̃ eos ſeparent, quales ſunt formarum) additum equo proprium hinnibile, equum ab alijs ſub eadem differentia ſpẽbus proprietatis ipſius ſeparatione diſiunxit. Repetendum eſt igitur à primordio, quod genera in definitionibus ab alijs generibus ſeparant, differentia ab ipſis ſpẽbus q̃ ſub eiſdẽ generibus poſitæ ſunt. Propria à ſpẽbus, quę ſub eiſdem differentijs ſupponuntur. Sed qm̃ plene de diffinitione tractatum eſt, probationis & diuiſionis uim ſubtilitatemq; tractemus. Sed oĩs diuiſio, duplex eſt, aut cum totum corpus in diuerſa diſiungis, aut cum genera per ſpẽs diſtribuis. Si quis igitur harum quinq; rerum minus ſolers, diuiſiones rerum facere uoluerit, non eſt dubiũ, quin eas p inſcitiã ſæpe à ſpẽbus in genera ſoluat, qđ eſt factu fœdiſsimũ, qđ Hermagoræ in prima rhetoricorum diſputatione vſu venit. In tales .n. erroris nebulas incidit, ut duo genera ſub æqualis generis parte poneret. Qđ ſi diuiſionis vim veritatemq; uidiſſet, & diſciplinam generum, ſpẽrum, propriorum, & differentiarum recepiſſet, nunquã tam inſulſæ diuiſionis errore viuaciſsime à Marco Tullio culparetur. In probationibus uero tantus eſt huius operis fructus, ut pręter hæc nullius unquam rei poſſit prouenire probatio. Quid.n.mõſtrare digne queas, cũ cuius ſi differentias neſcias, idipſum quale ſit ſcire non poſſis, quid autẽ digne exequeris, cuius ſi genus neſcias, ex quo idipſum fonte manet ignores? Vel quid in probationibus ratione poſſis oſtendere, cum ſi ſpeciem neſcias idipſum de quo aliquid probare uis, quid ſit nõ poſſis agnoſcere? Quod ſi propria prætermittas, nullas unquã res valebis propriæ termino ꝓbationis includere. At vero ſi non vim accidentium naturamq; perſpicias, cum de cuiuſq; ſubſtãtia tractes, inane accidentis nomen ęq; in definitionibus probationibuſq; miſcebis. Ita his rebus cognitis integra ſtabiliſq; diuiſio & definitio permanebit: incognitis, debilis lababit & trũca ꝓbatio. Hęc ſe igitur Porphyrius (nõ Victorinus) breuiter mediocriterq; promittit exponere. Nõ .n. introductionis ucęſur gereretur, ſi ea nobis à primordio fundaret, ad quę nobis hęc tã clara introductio ꝑparatur. Seruat igitur ĩtroductionis modum doctiſsima parcitas diſputandi, ut ingredientiũ viam ad obſcuriſsimas rerum caligines aliquo quaſi doctrinæ ſuę lumine tẽperaret. Dicit.n, apud antiquos alta, & magnifica quæſtione diſſerta, q̃ ipſe nunc parce breuiterq; cõpoſuit. Quid autẽ de his à priſcis philoſophię tractatorib. diſſertum ſit, breuiter ipſe tangit & prętereit. Tum Fabius. Quid illud inquit eſt. Et ego. Hoc inquam qđ ait ſe oĩno ꝑtermittere genera ipſa & ſpẽs, vtrum vere ſubſiſtant, an intellectu ſolo, & mente teneantur, corporalia iſta ſint, an incorporalia. Et utrum ſeparata, an ipſis ſenſibilibus iuncta. De his ſeſe, qm̃ alta eſſet diſputatio, tacere promiſit. Nos ãt adhibito moderationis fræno, mediocriter unumquodq; tãgamur. Eorum ergo quę ſe tranſire & prætermittere pollicetur, prima eſt quęſtio, vtrum genera ipſa & ſpecies ueræ ſint, an in ſolis intellectibus nuda inaniaq; fingantur. Quę quæſtio huiuſmodi eſt. Qm̃ hominum multiformis eſt aĩs, ꝑ ſenſuum qualitatem, res ſenſibus ſubiectas intelligit, & ex his quadam ſpeculatione concepta, uiam ſibi ad incorporalia intelligenda pręmunit. Vt cum ſingulos homines uideã, eos quoq; me vidiſſe cognoſcã, & quia homines ſunt, me intellexiſſe profitear. Hinc igitur ducta intelligẽtia, velut iã ſenſibilium cognitione roborata, ſublimiori ſeſe intellectu conſiderationis extollit, & iã ſpẽm ipſam hominis quæ ſub animali eſt poſita, & ſingulos cõtinet, ſuſpicatur, & illud incorporeũ intelligit, cuius ante particulas corporales in ſingulis hominibus ſentiẽdis, & intelligẽdis aſſumpſerat. Nam hominem quidẽ illum ſpecialem, qui nos oẽs intra ſui nominis ambitũ coercet, non eſt dicere corporalem, quippe quem ſola mẽte intelligẽtiaq; cõcepimus. Sic igitur mens rerũ nixa primordijs, altiori atque incorporabili intelligẽtia ſublimat. Hinc ergo animus non ſolũ p ſenſibilia, res incorporales intelligẽdi eſt artifex, ſed ẽt fingendi ſibi atque ẽt mentiendi: inde.n.ex forma equi & hominis falſam centaurorum ſpẽm ſibi ipſa intelligentia comparauit. Has igit mẽtis cõſiderationes quæ à rerum ſenſu ad intelligentiam profectæ, vel intelliguntur, vel certe finguntur, ϕαντασίας Græci dicunt, à nobis viſa poterũt nominari. Ita ergo nũc de generibus, ſpeciebus, & cæteris quærunt, vtrum hęc vere ſubſiſtẽtia, & quodammodo eſſentia conſtantiaq; intelligãtur, vt à corporibus ſingulis uere atque integre, ductam hoĩs ſpẽm intelligamus, an certe quadã animi imaginatione fingant, ut ille Horatij verſus eſt. Humano capiti ceruicẽ pictor equinã. Iungere ſi velit, qđ neque eſt, neque eſſe poterit, ſed ſola falſa mẽtis cõſideratione fingitur. Nimis acuta & ſubtilis inquiſitio, atque ad rem maxime profutura. Scienda .n. ſunt utrum verę ſint, nec eſſet de his diſputatio conſiderationque ſi nõ ſint. Sed ſi rerũ veritatẽ atque integritatẽ perpẽdas, nõ eſt dubiũ quin uerę ſint. Nã cũ rės oẽs q̃ uerę ſunt, ſine his quinque eſſe nõ poſſint, has ipſas quinque res uere intellectus eſſe non dubites Sunt autem in rebus omnibus conglutinatæ, & quodammodo cõiunctæ atq; compactæ. Cur.n. Ariſtoteles de primis decem ſermonibus genera rerum ſignificantibus diſputaret? vel eorum differẽtias, propriaque colligeret, & principaliter de accidentib. diſſereret, niſi hęc in rebus intimata & quodammodo adunata uidiſſet? Quod ſi ita eſt, non eſt dubiũ quin uerę ſint, & certa animi conſideratione teneantur, qđ ipſius quoque Porphyrij probatur aſſenſu. Nam quaſi iã probato, & ſcito ꝙ ita uerę ſubſiſtant, aliam quęſtionẽ inſerre non dubitat, cũ dicit, an corporalia iſta ſint, an incorporalia. Quę nimis eſſet friuola atque abſurda quęſtio utrũ eſſent corporalia, niſi prius eſſe conſtaret. Hęc quoque non mediocriter utilis inquiſitio ita reſoluitur. Incorporalia eſſe nullus dubitat, quę licet ipſa nullis ſenſibus capiantur, animi tamẽ qualia ſint conſideratione clareſcunt. Nam quia incorporeorũ prima natura eſt, poteſt res incorporea parens eſſe quodãmodo corporeæ. Corporea uero incorporeis pręeſſe nõ poterunt. Quod quoniam ſubſtantia genus eſt, corporale uero & incorporale ſpecies ſunt ſubſtantię, corporale nõ eſſe genus hęc res declarat, quod ſubſtantię, id eſt generi, incorporale ſupponitur. Quod ſi corporale eſſet genus, nũ-

quam

quam ſub eo ſpecies incorporea poneret. Animaduerte igitur vehemẽtiſsime, quã unquam quicquã a te animaduerſũ fuit, genus ipſum qm̃ ſpẽs habet, ſpẽs vero differentijs diſiũguntur, & proprietatib. informantur. qm̃ quædam ſpẽs reperiuntur, quæ in contraria ſub generis diuiſione contrarias obtinent uices, vt ſub animali rationali atq; irrationale contraria ſunt, ſub rationali mortale atq; immortale, & hæc quoq; contraria; quæritur ſi animal ſolitario intellectu neq; rationale neque irrationale ſit, vnde hę differentię in ſpeciebus natę ſint, quæ in genere ante non fuerant. Qđ ſi genus, id eſt animal utraſq; res in ſe habet, ut & rationale & irrationale ſit, in uno eodemq; duo cõtraria eueniunt, qđ eſt impoſſe. Attingam igitur breuiter quæſtionẽ, & dicã qđ genus utrumq; non ſit, id eſt rationale uel irrationale, vel quicquid aliud inter ſe ſpẽs per contrarietates diuidũt, ſed vi ſua & poteſtate genus hoc cõtinet, ipſum vero nihil horum eſt. Ita ergo genus tale eſt, vt ipſum neq; incorporale, neq; corporale ſit, utrumq; tñ ex ſe poſsit efficere, qđ ſecundo libro melius liquebit, Spẽs uero aliàs corporalis; aliàs incorporalis eſt. Nam ſi hominẽ ſubſtantia ponas, corporalẽ ſpẽm poſuiſti: Sin deum, incorporalem. Eodem mõ etiam differentiæ, Nam ſi corporales uel incorporales ſpẽs diuidunt, erunt aliàs incorporales, alio tempore corporales, Vt ſi dicas quadrupes ad bipidem, corporalis differẽtia eſt. Sed rationalis ad irrationalem, incorporalis eſt differẽtia. Et propria nihilominus eodem modo, Nam æquale ſpẽi cum proprium fuerit; ſi incorporalis erit ſpẽs, incorporale erit proprium; ſin corporalis, corporale uendicabitur. Et accidens eodem modo. Nam ſi incorporalibus quidem accidit, incorporale eſſe manifeſtum eſt, vt in animo accidens eſt, ſciẽtia, incorporalis ſcilicet. Corporalibus vero quæ accidunt, corporalia eſſe manifeſtum eſt, ut ſi quis dicat accidens me habere capillum criſpum, Sic igitur genus neutrũ per ſeipſum eſt, ſed utraſque res ex ſeipſo efficere põt, ſpẽs differentiæ, propria, & accidentia, vt accepta in contrarias ſpẽs fuerint, proinde vel corporalia vel incorporalia vocabuntur. Sed ſunt quibus hoc ipſum integrum videri nõ poſſit, & hęc, ſolum incorporalia eſſe definiunt. qui ſic dicant, non conſiderari genus in eo quod ſuapte natura cõſtat, ſed in eo quod genus ſit. Itaq; ſi ſubſtantia genus eſt, non conſideratur in eo quod ſubſtantia eſt, ſed in eo qđ ſub ſe ſpẽs habet. Item ſi ſpẽs corporeum, & incorporeum eſt, nõ in eo quod Deus vel homo dicitur, conſiderantur, ſed in eo quod eſt ſub genere, Eodem modo etiam differẽtiæ non conſiderantur, in eo quod bipes uel quadrupes ſit, ſed in eo qđ eſt differentia. Nam quadrupes hoc ipſum nulla differẽtia eſt, niſi ſit bipes a quo differat. Itaque nõ quadrupes vel bipes reſpicitur, ſed id quod medium eſt in bipede & quadrupede, id eſt differentia. Et de proprio idem, Nam quod cuiuſcunque eſt proprium, in eo proprium conſideratur, qđ eius cuius dicitur eſſe proprium, ſpeciei ſolius eſt. Nam riſibile nõ in eo eſt proprium hominis quod riſus eſt, ſed in eo qđ ſolus homo poteſt ridere. Quæ manifeſte incorporalia eſſe indubitatum eſt. Deinde accidẽtia proinde ſunt, qualia fuerunt ea quibus accidunt, ut ſuperius dictum eſt, & hi probare uidentur hoc ipſius Porphyrij ſententia, qui, ueluti iam probato quod incorporea ſint, ita ait. Et utrum ſeparata, an ipſis ſenſibilibus iuncta, quod ſi eſſe hęc aliqñ corporalia conſtituiſſet, abſurdum eſſet quærere utrum corporalia ſeiũcta eſſent a ſenſibilibus, an iuncta, cum ſenſibilia ipſa ſint corporea. Talis aũt eſt quęſtio, ut qm̃ quędam incorporales ſunt res, quæ omnino corpora non patiuntur, vt animus & Deus· quædam uero quę ſine corporibus eſſe non poſſunt, ut prima poſt terminos incorporalitas: quędam aũt quę in corporibus ſunt, & præter corpora ſeſe eſſe patiuntur, ut anima. Quęritur ergo hæ quinque res ex quo incorporalitatis ſint genere, vtrũ eorũ quæ omnino ſeparantur a corpore, an eorũ quæ à corporibus ſeparari nõ poſſunt, an quę iungantur aliquoties, & aliquoties ſegregẽtur. Videtur aũt quod & ſegregari & iũgi poſsint, Nam quando corporaliũ diuiſio per genera in ſpecies fit, & eorum propria & differentiæ nominantur, hæc ſenſibilia, id eſt corporalia eſſe nõ dubiũ eſt. Cum vero de incorporalib. reb. tractatus habet, & p ea ipſa diuiduntur, quę corpore carent, circa incorporalia uerſantur. Qđ ſi hoc eſt, non eſt dubium quod quinq; hęc ex eodem ſint genere: qđ & pręter corpora ſeparatum eſſe poſsit, & corporib. iungi patiatur, ſed ita, ut ſi corporibus iuncta fuerint: inſeparabilia à corporibus ſint, Si vero incorporalibus, nunquam ab incorporalibus ſeparentur, & vtraſq; in ſe contineant poteſtates. Nã ſi corporalib. iungũtur, talia ſunt, qualis illa prima poſt terminos incorporalitas, q̃ nunquam diſcedit à corpore. Si uero incorporalibus, talia ſunt, qualis eſt animus, qui nunquam corpori copulat, Hęc ſeſe igitur tacere Porphyrius pollicitus, breuiter mediocriterq; ſup his reb. tractare promittit, habita in res alia conſideratione aut coniectura, quod ſimile eſt ac ſi diceret, Qm̃ hæc ad prędicamenta, & ad definitiones. & ad diuiſiones, & ad probationes pertinent, ideo hæc tractaturus aſſumo, & eatenus de his diſſeram, quatenus ſupradictis rebus proficiunt; non quatenus de his ipſis generib. ſpeciebuſque, & cęteris q̃uis tractari poſsint. Sunt.n. illa (vt ipſe ait) grauioris tractatus, q̃ doctrinam à Peripateticis acceptam, id eſt ab Ariſtotelicis ſe ſequi confeſſus eſt, Nam Stoici qui de his quoq; reb. tractare uoluerunt, non omnino à Porphyrio ſuſcipiuntur, atq; ideo ait ſe à Peripateticis rõnem diſputationis accipere. Tunc me Fabius ita percũctatus, quid eſt inquit, quod dudũ dixeras, cum à te de incorporalibus tractaretur, eſſe quaſdã incorporalitates quę circa corpus ſemp conſiſterent, ut ſunt primę incorporalitates poſt terminos; quę eſt hęc incorporalitas, aut quos terminos dicis? Non.n. intelligo. Et ego longus inquã tractatus eſt, & nihil nobis ad hãc rẽ quam quęrimus profuturus. Sed dicã breuiter, terminos me dixiſſe extremitates earũ quę in geometria ſunt figurarum. De incorporalitate uero quæ circa terminos cõſtat, ſi Macrobij Theodoſij doctiſsimi uiri primũ librũ, quẽ de ſomnio Scipionis cõpoſuit, in manib. ſumpſeris, plenius uberiuſq; cognoſces. Sed nũc ad ſequentia tranſeamus, Tunc Fabius, ut placet inquit, ſimulq; ſic incipit,

,, Videtur enim neq; genus, neque ſpecies, ſimpliciter ap-
,, pellari, id eſt uno modo. Genus nanque dicitur quorun-
,, dam ad ſe inuicem, & ad aliquem quodammodo ſe habẽ-
,, tium collectio, per quam Dardanidum dicitur genus, Di-
,, citur rurſus genus uniuſcuiuſque generationis princi-
,, piũ, aut à generante, aut ab eo loco in quo quis genitus
,, eſt, Secundo modo dicitur genus, ut eſt genus cauſæ ho-
,, neſtum. Cętera inquit fere nota ſunt, Tunc ego. Si uim

prius æquiuocationis aſpicias, diuiſionem generis diligenter agnoſces. Placet enim generis nomen cum ſibi ſubiectis ęquiuocę nominari. Aequiuoca uero ſunt, quę cum nomine una ſint, longe diuerſa ſubſtantię ratione & definitione diſcreta ſunt, ut ſi q̃s hãc, uerbi gratia, ſtatuã Venus appellet. Cõgruunt igiť Venus ipſa, & ſtatua Veneris, unius nũcupatione uocabuli, quod vtriq; Veneris nomẽ eſt. Si q̃s uero q̃d ſit utrunq; definiat, lõgę aliã ueræ Veneris, aliã lapidis, rationẽ definitionẽq; conſtituet. Speculantib. igitur illa eſſe ęquiuoca, q̃ uno uocabulo appellentur, definitionib. uero diuerſis conſtituantur, clareſcet (ut opinor) participatio generis, quã Porphyrius fecit præuiſa, Omne enim quicquid a genere in ſpecies ducitur, uniuocũ, non ęquiuocũ eſt. Vniuocum eſt, quod & eodẽ nomine uocari, & eadem definitione cõſtitui poteſt, vt eſt animal genus, homo vero ſpecies, ſed idem homo animal eſt. Genus igitur & ſpẽs, id eſt animal atque homo, poſſunt vnius animalis nomine nuncupari, ut vtrunque animal vocetur, ſed eadem definitionibus non diſcrepant. Nam ſi definitionẽ reddas id eſſe animal, quod eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, Quam definitionem ſi ad hominem vertas, non erit abſurdum dicere, hominem ſubſtantiam eſſe animatã atque ſenſibilem, ſicut animal, ſed hoc ſuperius dictum eſt. Si enim uniuoca ſunt, quę uno nomine atque eadem definitione cõſtituuntur, æquiuoca uero quæ vno nomine ſunt, & non ſunt ſub una definitione ſubſtantię, quicquid vniuocum eſt, vt animal, genus ad ſuas

ſpecies eſt, in his genera ſpecieſq; verſantur: quicquid ęquiuocum eſt, vt aries (namq; plura ſignificans ęquiuocum eſt, ſed non cēſetur participatione generis & ſpeciei) nō eſt in eis talis participatio, vt ſpēbus, & generibus cenſeant. Quę .n. erit in his generis ſpecieiq; cognitio, in quibus ſubſtantię definitio atq; integerrima nō diſgregatur? Ita ergo Porphyrius nomen generis in tres diuidit formas, ſed vt ęquiuoca dicantur, non vt vniuoca, id eſt vt hę formę vno quidē generis nomine contineantur: ſui autem proprietate diſgregata differant, & hoc modo illud in tres diuidit partes, ut dicat uocari ſemel genus eorum inter ſe plurimorūque collectio, qui ab vnoquocunq; nomē generis trahunt; vt Romani à Romulo trahentes genus, ex eodē genere eſſe dicuntur. Secūdo vero loco dici genus affirmat, vniuſcuiuſque generationis principium, aut à generante, aut a loco in quo quis genitus eſt, vt Aeneam ab Anchiſe, & genere dicimus eſſe Troianum. Tertium vero genus dicitur illud cui ſpēs ſupponitur. Victorinus uero duo ſuperiora genera in vnum redigit. Nam & multitudinis congruentiam inter ſe, per eandē generis nūcupationem, & quorumcunq; à generante lineam, & locū in quo quis natus eſt, uno generis vocabulo & deſignatione declarat. Addit aūt ipſe quod ſoli
,, latinæ linguæ congruere poſsit, dicit .n, ſecundo mō ge-
,, nus dici, vt eſt genus cauſę honeſtū. Quę genera cauſarū Græci ī rhetorica arte genera eſſe non putāt: ſed σχήματα uocant, id eſt figuras. Genera aūt ſola principalia accipiunt demonſtratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Quę ipſa εἴδη rhethorices uocant, id eſt ſpēs rhetoricæ, genera vero cauſarum nos dicimus. Tertiū uero genus, eſt id quod Porphyrius ponit, id eſt ſub quo differentijs diſtributę ſpēs ſupponuntur. Sed qm̄ de tertio genere tractaturus eſt; Victorini culpā, vel ſi ita contingit, emendationē æqui boniq; faciamus. Nunc ergo ad priorem apud Victorinum generis ſigni
,, ficationē reuertamur, & eius ut ſunt verba enodāda atq;
,, explanāda ſumamus Genus nāq; inquit, dicitur quorun-
,, dā ad ſe inuicē, & ad aliquē quodāmodo ſe habentium collectio. Hic ergo vtrūq; monſtrauit, & cognationē inter ſe multitudinis, & lineæ ductum. Nam cum dicit genus eſſe quorundam collectionem ad ſe inuicē quodammodo habētium, id eſt aliqua inter ſe cognatione iunctorum, cognationes monſtrat: & quod addidit, & ad aliquem, generis lineā ſignificat, quam ſinguli cōtingentes, & ad unum ſeſe ipſius generationis applicatione iungentes, plures ex eadē linea iuncti atq; cognati ſunt, ut ſit hic ordo. Genus dicitur quorūdam collectio ad ſe inuicem quodammodo, & ad aliquē habentium, id eſt ad alicuius lineam per genus contingentium, ut per collectionem, cognationem demonſtret, & per habitudinem quodammodo ad aliquem colligatam, lineam generis ductumq; deſignet. Sequitur ergo, & id planius lucidiuſq; ſignificat, cum dicit.
,, Dicitur rurſus genus cuiuſcunque generationis princi-
,, piū, aut a generāte, aut ab eo loco in quo qs genitus eſt.
Idipſum latius expedit qđ ſuperius ſtricto & ſentuoſo breuitatis vinculo colligauerat. Dicit .n. rurſus genus dici, aut à generante, id eſt a quo quis genitus eſt, aut ab eo loco in quo quis natus eſt. Sed, rurſus, particula, ſi ad hoc cōnectaē, qđ ait aut ab eo in quo quis genitus eſt, intellectus non titubat, vt ſit ordo, Dicitur genus vniuſcuiuſq; natiuitatis principium, aut à generante, aut rurſus ab eo loco in quo quis genitus eſt: vel certe erit ſimplicior expoſitio, ſi priorē generis ſignificationem, id eſt quorundam ad aliquem quodāmodo ſe habentium collationem, ad ſolius cognationem multitudinis accipiamus. Lineę vero ductum, & loci generationē in īferiori ſignificatione diſtribui. Ita tñ vt vna quodammodo generis ſignificatione, & multitudinis cognationē, & à generāte lineā, & loci natiuitatē ſignificet. Hæc em̄ oīa de ſola cuiuſlibet nominatione tractant. Quare non abſurdū eſt oīa q̄ ad ortū genitalē cuiuſlibet pertineāt una ſignificatione generis cōtineri. Propriæ tñ, & ſimplicisſimæ expoſitionis eſt quatuor ſignificationes generis cōſtituiſſe Victorinum, ut ad tres Porphyrij vnā ipſe addiderit, honeſtū genus cauſę, ut ſint generis hæ quatuor ſignificationes, multitudinis cognatio, lineę ductus, genus cauſæ, genus ſpētum. Sequitur ſecunda generis diuiſio apud Victorinum, ut eſt genus cauſæ: quæ Græci (ut dictum eſt) non genera ſed σχήματα uocāt. Tertiæ uero ſignificationis generis hic modus eſt, genus dici cui ſupponitur ſpecies, id eſt genus illud à quo ſpēs deriuantur, qđ ait ad ſuperiorum fortaſſe ſimilitudinem æquitatemq; diſpoſitum. Sic .n. genus ſpēbus ſuis principium eſt, vt Romulus his qui ab eo cognati ſunt lūctique Romani. Item eodem modo nomen Romuli Romanos omnes continet, quemadmodum nomine generis ſpēs cōtinentur. Nam ſicut à Dardano Dardanidę prioris nomē Dardani in ſeſe ipſos poſteriores accipiunt: Ita & animal, cum uerbi gratia ſpēs habeat hominem atq; equum. Equus .ſ. atq; homo animalis in ſe uocabulū capere, ut dicantur ipſa animalia, non recuſant. Eodem igitur modo ſpēs ſub generib. continentur, quemadmodū cognati homines ſub illo à quo illam cognationem ſorte traxerunt. Nam & genus ſpeciebus principium eſt, & plurimum in ſe ſpecierum collectiuū eſt. Rurſus primum cognationis nomen & ipſius generationis eſt principium, & in illius ſolius uocabulo diuerſitas hominum, vocabuli & generis participatione colligitur, atque hoc eſt quod ait his uerbis.
,, Aliter dicitur genus cui ſupponuntur ſpecies, iuxta ſimi
,, litudinem forte ſuperiorum apellatum, etenim princi-
,, pium quoddam eſt genus his quę ſub ipſo ſunt, & uide-
,, tur multitudinem continere omnium quæ ſub ſe ſunt.
Sed cautiſsime eſt aduitum, uidetur. Si .n. nihil hęc oīa diſtārent, una ſignificatio generis eſſet, & ea qua in ſpecies funditur, & ea quę in cognatione diuiditur. Sed eſt inter hęc genera talis diuerſitas, q̄ genera earum ſpecierum, q̄ ſub ſe habēt alias ſpēs, ęquæuis ſpēbus æqualiter ſunt genera. Hominē .n. & equū, qui ſub animali ſunt, neutrum neutro poſſumus dicere prius, quantū pertinet ad tēpus, inchoationēque naſcendi. Nā ſi quæres una ſit prior, altera poſterior, & eas ſub uniuſcuiuſq; generis noīe quis uelit aptare, non poterit. Genus .n. ſpēbus ſuis æqualiter genus eſt. Qđ ſi genus ſpēbus ſuis ęqualiter genus eſt. Quod ſi genus ſpecieb. ſuis æqualiter genus eſt, ſpecies ipſę eius ordinis inter ſe ęquali tempore ortuq; cenſentur. At uero in generibus quæ cognationes efficiunt nō ita eſt. Quiſquis .n. fuit Capis pater; qui Capuam condidit, ſi ſolum filium Capim progenuit, & ab vno Capuanorum cognatio iunctioq; manauit, diſtat à genere cui ſpecies ſupponuntur, quòd genus uni ſpeciei genus eſſe nūquam poteſt niſi pluribus, quod qm̄ eſt idoneū, genus illud, id eſt principium cognationum, etiam ab uno filio colligere, & congregare cognationem, quod genus p̄ ſpecies ductum facere non poteſt, niſi plures ſpēs ſupponātur, conſtat in hoc diſtare genus quod cognationē colligit; & à quo ſpecies diuiduntur. Poteſt aūt diſtare in hoc etiā; quod genus, id eſt principium cognationis, poteſt habere ſub ſe duos, ex ſe non ęquali temporis conditione progenitos, ſed alium poſterioris ortus: aliū uero ſenioris, quod in generib. ſpeciebuſq; non conuenit. Nā (ut ſuperius dictum eſt) ſpecies niſi ſibi æquales fuerint non merito, ſed natura: ſub genere poni non poſſunt. His igitur expeditis ſequitur.
,, Toties igitur de genere dicto de poſtrema ſignificatio-
,, ne inter philoſophos diſputatio eſt, qđ definientes ita
,, declarant. Genus eſſe quod ad plures differentias ſpecie
,, diſtantes in eo quod quid ſit, prædicatur.

Quod dicit toties, tertio demonſtrare uult; atque hoc propter lucidam operis ſeriem admiſſum eſt, ut quoniam genus plurimorum nomen eſt, omnis eius primum ſignificatio diceretur, ut de qua diſputandum eſſet alijs reiectis eligeretur. Quod ait hoc modo, cum totius, id eſt tertio genus ducat: apud philoſophos, unde ipſe tractaturus, eſt de poſtrema generis ſignificatione quā dixit, id eſt de illo genere quod ſub ſe ſpecies habet, diſputatio cōſideratioq; uertitur. At uero de ſuperioribus generibus, id eſt de cognatione, & loco in quo quis genitus eſt, aut hiſtoricorum, aut poetarum expectatio eſt, ſecundi uero generis rhetorū,

tertij

tertij philoſophorum conſideratio eſt. Etiam hic in diſputationibus ordo eſt, quòd cũ inciderint res quę multis poſſint nominibus nuncupari, & de vnoquocunq; eorũ uocabulo tractari differiq; neceſſe ſit, ducuntur prius I ordinẽ omnia, vt id qđ eligit & reiicitur diſtinguatur. Sed illa q̃ reiicienda atq; explodẽda ſunt, prius dicuntur. Illud uero qđ differendũ tractandũq; capitur poſterius nominatur. ut hic illa poſterior generis ſignificatio poſita eſt, quã differendam accepturus, prius definiendam, & termino quodã circũſcribendã demonſtrandãq; ſuſcepit. Omnis enim res, niſi qđ prius ſit conſtituerit, eius tractatus, vario mõ ſpeculationis habebitur. Definit igitur genus ſic, genus eſſe, qđ ad plures differentias ſpecie diſtantes in eo qđ qđ ſit, ꝑdicaẽ, velut animal. q̃ definitio talis eſt. Omnia q̃ diſtant, habent inter ſe q̃dam differẽtiã, qua diſtare & differre uidenẽ. Porro aũt ſi qđ ſit genus, & ſub eo ſpẽs ſupponaẽ, duas vel plures neceſſe eſt ſpẽs poni ſub genere, qm̃ unius ſpeciei genus eſſe nõ pt. Sed ſi plures ſpẽs erunt, aliqua neceſſe eſt differentia diuidanẽ, aliter enim plures eſſe non poſſunt. Nam ſi nihil diſtent, non erunt plures ſpẽs, & nomen generis perit. Cõſtat igiẽ eas ſub genere poni ſpẽs, q̃ differentijs diſtributæ, plures numero ipſarũ differẽtiarũ diuiſionib. cõponanẽ. Ergo qm̃ ſuperius dictũ eſt in omnib. definitionib a genere, definitionis trahẽdum eſſe principiũ, ſi quã cuiuslibet ſpeciem definire volueris, genus primo neceſſario nominamus, & ad illa ſpeciem quam definis, generis nomen prius aptabis. Et hoc illam, principaliter dicis eſſe, quod eſt illud genus, ſub quo ipſa ſpẽs quã definis, eſt poſita. Poſt ãt differentijs proprijsq; eam ab alijs circũſcriptione quadã definitionis excludis. Nã ſi dicis animal eſſe hominẽ, animal genus eſt, ſpecies uero homo. Nomẽ igitur animalis, id eſt generis de homine, id eſt ſpecie prędicaſti, cum dixeris hominem eſſe animal. Quod ſi nomen generis in definitionibus ad vnam ſpeciem dicere poſſes, de ea nomen generis prędicares, ſpecies autem æquali modo generibus ſuis ſpecies ſunt. Nihil uetat, immo etiam neceſſe eſt, ſemper quæcunq; ſunt genera de ſibi ſubiectis ſpeciebus in definitionibus, vel in quibuslibet interrogationibus prędicari. Sed quoniam prędicatur genus de ſpeciebus, quomodo prædicetur agnoſcẽdum eſt. Nam ſi dixeris, quid eſt homo? & aliquis reſponderit animal: bene & integre reſpondiſſe uidetur, & certe. Nam cũ tu quid ſit homo interrogaueris, ille reſpondit animal, genus ſcilicet de ſpecie in eo quod quid ſit ſpecies prędicauit. Nam tu quid eſſet ſpecies interrogaſti. Ille uero in eo quod quid ſit ſpecies, de qua interrogaſti, animalis nomen, id eſt genus accomodauit. Plena igitur, & propria definitio facta eſt generis, hoc eſſe genus, quod ad plurimas differentias ſpecies diſtantes in eo qđ quid ſit appellaẽ, ut animal: animal enim ad hominem, equum, bouem, coruum, anguẽ, & alia plura quæ differentijs ſpeciebuſque differũt, in eo quod quid ſit appellatur. Sed verum ſic dixit, genus eſſe, quod ad plures ſpecies differentia diſtãtes in eo quod quid ſit prędicetur, an ſic dixit, genus eſſe, quod ad plures differentias ſpecie diſtantes in eo quod quid ſit prædicet, nihil intereſt. Nam ſiue differentiæ ſpecie diſtent, ſiue ſpecies differentiis diſtent, vtrumq; idem eſt. Nam ſiue rationale & irrationale quę ſunt differentię, ſpecie hominis, uerbi gratia, atq; equi diſtent, ſiue ſpecies homo atque equus differentia rationali atq; irrationali diuidantur, & diſtent, nihil intereſt. Quare plena perfectaq; facta eſt generis definitio. Sed difinitiones duplicibus modis fiunt: una enim definitio eſt quæ (ſicut dictum eſt) a genere trahitur. Sed quoniam ſunt quędã genera magis, q̃ ſuper ſe genus aliud habere non poſſunt, vt ſunt prędicamenta decem, quę Ariſtoteles conſtituit, eorũ igitur definitio quę haberi poteſt? quorum genus inueniri non poteſt, quòd omnium quæcũq; ſunt, ipſa ſunt genera. Horum ergo quos Græci ὑπογραφὰς λογικὰς dicunt, Latini ſubſcriptiuas rationes dicere poſſunt, reddemus. Subſcriptiuę autem rationes ſunt demonſtratiuæ, & quodammodo ĩſignitiuæ proprietatis illius rei, quę cum ipſa generaliſſima ſit, & genus eius nullũ reperiri poſſit, eam tamen definire neceſſe eſt. & Ariſt. qm̃ ſubſtantiam genus generaliſſimum definire volebat, & eius nullũ genus poterat inuenire, proprietatem quandam & demonſtrationem, ſubſcriptionemq; ipſius rei dicit eſſe ſubiectũ. Subſtantia.n. omnibus ſubiecta eſt Accidens.n. quod in nouem diuidit partes, præter ſubſtantiam eſſe non põt: atque ideo omnia quæcunque definienda ſunt, ſi genus non habeant, eorum ſubſcriptiuam quandam & demonſtratiuam rationem reddi neceſſe eſt. Sic igitur nunc genus, quoniam rem ipſam definiendam putabat, non duxit a genere definitionem, ſed dedit q̃dam generis demonſtrationem proprietatemq;. Dico aũt ꝙ porphyrius & ſubalternorum generum, & illorum quę generaliſſima ſunt, hanc dederit definitionem, & quodãmodo ſubſcriptionem demonſtrationẽq;. Nam ſi quod genus habeat aliud genus, & item hoc ipſum aliud, & item aliud, ſi nullum erit ſupra genus, quod genus non habeat, in infinitum procedit ratio. Sin vero habuerit, neceſſe eſt quoque iſtam definitionem aperte ordinateque congruere. Dico autem genus non animal animali, neque ꝙ hõ ſpecies ſit homini atq; equus equo: ſed illud quo ipſum animal homini atque equo genus eſt. animal enim ipſum per ſeſe nulli genus eſt, neque homo ipſum per ſeſe vlli ſpecies eſt, neq; equus ipſum per ſeſe vlli ſpecies eſt, ſed ſunt genera & ſpecies ad alterius participationem. Nam qm̃ ſub animali eſt equus, atque homo, non ad ſeipſum animal genus eſt, ſed ad equum atque hominem. Et item ſpecies quæ uocatur, homo. ſ. atq; equus, non ad equum atque hominem, ſed ad animal ſpecies ſunt. Dico igitur genus & ſpecies nõ ipſas ſubſtantias in quibus genus & ſpecies ſunt, ſed ipſam participationem priorum ad ſubteriores, & ſubteriorum ad priores. Hæc igitur participatio qm̃ & in magis generibus, & in magis ſpeciebus, & in ſubalternis generibus, & in ſubalternis ſpeciebus vna atq; eadem eſt, & huius participationis inueniri genus non poterat, hęc definitio generis quę facta eſt, non a genere tracta eſt, ſed ſubſcriptiua ratio & demonſtratiua & deſignatiua quodammodo gñis eſt reddita. Hic fabius. Subtiliter mehercle, & quod nunq̃ fere añ hac audiuimus, ſed perge quęſo te. Iã.n. certant ſidera quodammodo, & nox luce ſuperatur. Tunc ego. Sequitur rerum omnium prima breuiſque diuiſio. Ita.n. ait.

,, Eorum quæ dñr, alia ad vnitatem dñr, ſicut ſunt omnia
,, indiuidua, vt eſt Socr. & hoc, & illud. Alia ad multitudi-
,, nem, vt ſunt genera, & ſpecies, & differentię, & propria,
,, & accidentia. Hæc.n. cõiter non vnius propriæ appella-
,, tionis ſunt. Eſt.n. genus vt animal, ſpecies vt homo, diffe-
,, rentia ut rationale, proprium vt riſibile, accidens vt al
,, bum, nigrum, ſedere. Ab his igitur quę ad vnitatem di
,, cuntur, differt genus, quòd genus eſt hoc quod de pluribus prædicatur.

Breuis (vt ſupra dictũ eſt) & diſtincta diuiſio. Omnis.n. res, aut vnius rei nomen eſt, aut plurimarum: & hoc eſt quod ait, Eorum quę dicuntur alia ad vnitatem dicuntur, ſicut ſunt omnia indiuidua, alia ad multitudinem.

Quid autem ſit, breuiter explicandum eſt. Omne genus, qm̃ ſub ſe ſpecies habet, ſpecies vero differentijs diſiungũtur, & proprietatibus explicantur. Accidunt aũt in ſpeciebus accidentia ſecundo loco, principaliter uero in indiuiduis quę ſunt ſub ſpeciebus. Quid aũt hoc ſit poſterius dicẽdum eſt. Genera igitur & de ſpeciebus dicuntur, & de differentijs q̃ ipſas ſpecies diſtribuunt, & de proprijs quę ſpecies componunt, & de his accidentibus quæ cum principaliter in indiuiduis fuerint, in ſpeciebus eſſe dicũtur. Hoc aũt monſtremus exemplis, & ſit nobis genus aĩal, ſit ſpecies hõ, ſit differentia rationale, ſit proprium riſibile, ſit accñs ſtans, vel ambulans, vel aliquid in menſura corporis, vt tripedalis. Aĩal ergo quod genus eſt, dicitur de ſpecie. i. de homine. Dicis.n. hominem eſſe animal. Porro aũt de ſpeciei differentia nihilominus dicis genus. Dicis.n. rationale eſſe animal. Nihil autem prohibet eodem modo & de proprio genus dicere. Nam ſi dicas quid eſt riſibile, nõ abſurdum eſt aĩal nominare, Accidẽtia uero hoc modo principaliter in indiuiduis ſecundo

cundo

ſcundo vero loco ſunt in ſpeciebus. Nam ſi quis dicat ſingulos homines, ut puta Ciceronem ſedere uel ſtare, uel quod aliud hẽt, in ſpecie hominis eadem quoq; conuenire neceſſe eſt. Nam ſi Cic. ſedet, ſedet etiam homo: Si Cic. ambulat, ambulat etiam homo. Ergo ſi qua accidentia venerint ad indiuiduis, & ea tractata in ſpeciebus conſederint, ad ipſa quoq; accidentia dici poterit genus. Quid eſt .n. ambulans ſi quis interroget, merito animal dicitur. Nihil .n. ambulare, niſi aĩal p̃t. Porro autem ſub ſpeciebus indiuidua ſunt, vt Cic. & Virg. ſua homine, atque de indiuiduo genus ſpeciei prædicari p̃t. Nam ſi interrogaueris quid eſt Cicero? merito animal dicas. Genus igitur & ad ſpeciem, & ad differentias, & ad accidentia, & ad propria, & ad indiuidua nominatur. Porro autem ſpecies, non iam de genere, neq; de differentijs, ſed de ſolis proprijs & ſubiectis indiuiduis appellatur. In illis .i. indiuiduis, quia ſupereſt: in proprijs, quia æqualis eſt. Quid autem ſit, hoc modo videamus. Omnia genera ſpeciebus ſuis ſuperſunt & abundant. Abundare autem genera dicimus ſpeciebus, plus habere genera virtutis q̃ ſpecies. Homo .n. quod eſt ſpecies ſolum homo eſt: Animal uero qđ eſt genus, non ſolum homo eſt, ſed & equus & bos, & quodlibet aliud animali ſuppoſitum. Ita maior uis generis recte de minori & ſibi ſubiecta ſpecie prædicatur. Alia uero ſunt quę ſibi ſunt paria, vt ſunt propria ſpecies. Species eſt homo, proprium riſibile. Quicquid ergo fuerit riſibile, hoc eſt homo. Quicquid homo, hoc riſibile eſt. Itaque neque riſibile hominis neque homo riſibilis potentiam ſuperuadit, ſed æqualia ſibi ad ſe inuicem prędicari p̃nt, ut ſi dicas quid eſt homo? Riſibile. Quid eſt riſibile? Homo. Ita igitur quæcunq; ſuperiora fuerint, ad illa quę ſubteriora ſunt, prædicantur. Et quęcunque æqualia fuerint, pariter ſibi adinuicem prædicantur. Illa uero quæ ſubteriora ſunt & minora, de ſuperioribus & abundantibus, vt ſunt genera & ſpecies prędicari non p̃nt. Nunq̃ .n. recte ſpeciem de genere prędicabis, Ita ergo ſpecies de proprio prædicatur ut pari. Sed quoniã ſub ſpeciebus ſigillatim indiuidua ſunt: indiuidua autem vocamus quæ in nullas ſpecies, neque in aliquas iam alias partes diuidi poſſunt, vt eſt Cato, vel Plato, vel Cicero, & quicquid hominum ſingulorum eſt: hos enim in nullis partibus diuidis, ut animal in ſpecies, hominem .ſ. atque equum, hominem quoque ipſum ſpecialem, & ſingulos circumplectentem, in Catonem, Platonem, Virgilium, & omnes ſigillatim homines diſtributos, hominem uero ipſum ſingularem, id eſt Ciceronem, in nullos alios diſtribuere poſſumus, atque ideo ἄτομον id eſt indiuiduum uocitatum eſt. Species ergo quæ ad propria æqualiter prædicatur; ad indiuidua quoniã maior eſt ſpecies hominis, quàm quodlibet indiuiduum, ita prædicatur ut ſuperius, ad id quod eſt ſubterius. Cicero .n. ſolus Cicero eſt, homo autem non ſolus eſt Cicero. Quod ſi ad indiuidua prædicatur, & ad indiuiduorum accidentia prædicabitur. Ita igitur ſpecies ad genus quod ſuperius eſt, non prædicatur, neque ad differentiam, quia differentia (ut hunc monſtrauimus) ſuper ſpeciem eſt: ad proprium vero, cui par ſpecies eſt, vel ad indiuiduum cui ſupereſt, prædicatur. Differentia vero, & ad ſpecies, & ad proprià, & ad accidentia, & ad indiuidua prędicatur, Nanque rationale quod eſt differentia, ad hominem prędicatur, quod eſt ſpecies. Ita rationale, quod eſt differentia, prædicatur ad riſibile, id eſt proprium. Dicitur .n. id eſſe riſibile, quod rationale, Nam ſi homo rationale, & homo riſibile, conſtat id qđ eſt riſibile etiam rationale poſſe nominari. Quod ſi ad ſpecies differentia dicitur, ſpecies autem ad indiuidua prædicatur, neceſſe eſt ut differentia quoque ad indiuidua prædicetur. Dicis enim qualis eſt Cicero? rationalis. Quod ſi differentia ad indiuidua prædicatur, accidentia uero indiuiduis accidunt, neceſſe eſt differentias ad accidentia prædicari, Proprium uero quoniam ſemper unius ſpeciei proprium eſt, & ad unam ſpeciem prædicatur ſolam, cui eſt proprium. Riſibile nanque quod proprium eſt, ad ſolam hominis ſpeciem prędicatur. Quod ſi ad hominis ſpeciem prædicatur, ſpecies uero ad indiuidua dicitur: nõ eſt dubiũ quin proprium quoq; de indiuiduis prædicetur. Nã ſi hõ riſibile animal eſt; Cicero quoq; & Virgilius riſibilia animalia recte dicunt. Qđ ſi propriũ ad indiuidua recte dicit: recte etiã & de accidentib. prędicetur, q̃ ipſis accidũt indiuiduis. Accidẽtia vero ipſa & de ſpecieb. & de aliis oĩb. p̃dicantur, & de ipſis maxime indiuiduis. Nãq; & albus equus, & albus hõ dicit, & iterũ niger equus, & niger ęthiops dicit. Qđ ſi ita eſt, animal quoq; nigrũ dicitur. Dicitur etiã rationale nigrũ, & irrationale nigrũ, quippe ſi equus & hõ ęthiops nigri ſunt. Dicitur ẽt riſibile nigrũ, cum hõ quis niger fuerit. Dicitur ẽt indiuiduũ nigrũ, cũ ſic q̃s unus hõ ex Aethiopia nominatur. Qđ cũ ita ſit, cõſtat & genus ad plurima p̃dicari, id eſt ſpẽs, differentias, accidentia, propria, atq; ĩdiuidua; nihilominus & differentiã ad plurima p̃dicari, id eſt ad ſpecies, propria, indiuidua, & accidẽtia: & proprium ad plurima, id eſt ſpeciẽ, indiuidua, & accidentia. Et ſpeciẽ ad plurima, id eſt indiuidua, & accidentia. Accidens vero, & ad genus & ad ſpeciẽ, & ad propriũ, & ad differentiã, & ad indiuidua. Qđ ſi ita ẽ, has quinq; res cõſtat ad plurima p̃dicari. At vero indiuiduũ, q̃m ſub ſe nihil habet, ad ſingularitatem q̃dam & vnitatẽ p̃dicatur. Cicero enim vnus eſt, & ad unũ nomẽ aptatur. Ita indiuidua q̃ ad unitatẽ dicuntur, cunctis ſuperiorib. ſuppoſita ſunt, vt genus, ſpẽs, differentia, p̃priũ, & accidentia, quãuis ad ſe inuicẽ dici poſſint, ad indiuidua tamẽ æqualiter p̃dicantur, vt ſuperius demonſtratũ eſt. Indiuidua vero, q̃m ſub ſe nihil habẽt, vbi ſecari diſtribuiq; poſſint, ad nihil aliud prædicantur, niſi ad ſeipſa, quę ſingula atq; una ſunt. Atq; hoc eſt quod ait.

» Eorum quæ dicuntur, alia ad unitatẽ dicuntur, ſicut omnia indiuidua, vt eſt Socrates, & hoc & illud. Alia ad multitudinem, vt ſunt genera, & ſpecies, & differentiæ, & propria, & accidentia. Hæc enim cõmuniter nõ unius propriæ apellationis ſunt.

Simile eſt ac ſi diceret, Hęc enim communiter ad plurima prędicantur non ad unitatem, ſicut indiuidua. Et quid ſint genera & ſpecies, & differentię & propria & accidentia exemplum ſupponit dicens. Eſt enim genus vt animal, ſpecies, vt homo, quam dudum hominis ſpeciem cum alijs animantibus ſub animali poſuimus. Differentia, ut rationale: qua ſpecies, ſcilicet hominis, ab irrationali diſtat animali. Proprium vt riſibile, quod nullum aliud animal, neque rationale neq; irrationale habet. Nullum enim animal ridet, niſi ſolus homo. Quare cum quędam caleſtium poteſtatum animalia rationabilia ſint, eorum tamẽ propriũ riſibile non eſt, quoniam non rident, Recte igitur riſibile, ſoluis hominis proprium prędicatur. Accidens, ut album, nigrum, ſedere, quoniam in ſubſtantiæ hominum non ſunt, merito accidentia nominantur. Nam ſi ſubſtantię cuiuſcunque ſpeciei ineſſet id quod accidẽs dicimus, interẽpto accidenti periret etiam eius ſpeciei ſubſtantia cui accidit. Nam quoniam rationale in hominis ſubſtantia eſt, ſi rationabilitas interimatur, hominis quoque ſubſtantia, neceſſario peritura eſt. Iccirco, quoniam in ipſius ſpeciei ſubſtantia naturaque uerſatur. At uero album & nigrum, & quæcunq; ſunt accidentia ſi interimas, ſpecies ipſa in qua illa accidebant, manet. Nam neque omnis homo candidus, neque omnis homo niger eſt, & cui alterutra defuerint eius ſpecies non peribit. Atque iccirco hæc accidentia, ueluti non innata in ſubſtantia, ſed a foris uenientia, recte nominata ſunt. Nunc ergo, quoniam quid ſit genus oſtenditur, & ea quę ad unitatem dicuntur, ab iis quę de plurimis prædicantur, diſtinxit, atque diſtribuit, ipſius generis differentias, & ab his quę ad unitatem dicũtur, & ab eis quæ ad pluralitatem congruunt, id eſt differentia, ſpecie, proprio, accidentique declarat, & dicit genus ab illis quę ad ſola indiuidua prędicantur, id eſt quæ ad unitatem, hoc differre, quod genus ad plurima prædicetur, indiuidua uero ad ſingula. Sed quoniam hęc differentia generis ad indiuidua communis erat differentijs, ſpeciebus, proprijs, & accidentibus, ab illis ipſis, alijs differentijs genus diuidit atque diſiungit. Quod ita demonſtrat.

Ab

> Ab his vero reliquis, quæ de pluribus appellantur, genus differt. Primo a ſpecie, quoniam ſpecies, & ſi de pluribus prædicantur, non tñ ſpecie differentibus, ſed numero.

Ac primũ generis ſpecieique diſtantiã monſtrat, quæ prior eſt a gñe. Nam quamuis differentia ſupra ſpeciem ſit, non ſuper ſubalternam tamen, ſed ſuper ſpeciem ſpecialiſsimam differentia ponitur: nam quamuis rationalis differentia ſuper hominẽ ponatur, quæ ſpecies ſpecialiſsima eſt, tamen ante ſpeciem ſpecialiſsimam ipſa differẽtia ſpecies eſt eius generis, cui ſpecies ſpecialiſsima ſupponitur. nam ſub animali ante hominem rationale ponitur. Igitur cum genus & ſpecies vtraque ad plurima prędicentur, genus uero ad plurimas ſpecies in eo quod quid ſit prędicat: ſpecies non iam ad plurimas ſpecies, ſed ad plurima indiuidua prędicatur. Sũt autem quædam gña generaliſsima (vt dictum eſt) ſupra quæ aliud genus inueniri non poſsit. Sũt & ſpecies, ſub quibus aliæ ſpecies inueniri non poſsint, & integre ſpecies illa nominatur, quę nunq̃ genus eſt, id eſt ſub qua ſpecies nullę ſunt. Nam ſi ſub ea ſpecies eſſent, ipſa etiam genus eſſe poſſet. Species ergo q̃ uere ſpecies eſt, alias ſub ſe ſpecies non habebit, vt eſt hõ. Nanq; homo qm̃ ſpecies eſt, ſinguli hoĩes qui ſub ipſo ſunt, non eius ſpecies, ſed indiuidua noĩantur. Nã ſi hõ genus eſſet hominũ ſingulorum, genus ãt, ſicut dictum eſt ad plurimas res ſpecie differentes in eo quod quid ſit, appellatur: Homo, id eſt ſpecies, ſi ſicut genus prædicaretur ad ſingulos homines, ſinguli hoĩes ſpecie ipſa defferrent. Sed ſinguli homines ſpecie non differunt, quod ãt ſpecie non differt, ſi quid ad hoc prędicatum fuerit, non prędicatur ut genus ad ſpecies, id eſt hõ non prędicatur ad ſingulos homines ut genus ad res plurimas ſpecie differentes, ſed ad res plurimas numero differentes: ſinguli .n. homines numero a ſe tm̃, non ſpecie diſtãt. Atq; ideo qm̃ genus ſi ad ſubiecta prędicatur, ut ad plurimas res ſpecie differentes prędicetur, ſpecies ãt ad ſubiecta ita prędicatur, ut ad plurimas res numero differentes prędicetur: genus in hoc ab ſpecie diſtat, qm̃ genus ad plurimas res ſpecie differentes prædicatur, ſpecies aũt ad plurimas res numero differentes dicitur. Congruunt igitur ſibi genus & ſpecies, quod genus & ſpecies ad plurima prędicãtur, & vtraq; in eo quod quid ſit. Nã ſi interroges quid eſt homo, animal dicitur .i. genus. Et ſi interroges quid eſt Cicero, homo diciẽ, id eſt ſpecies. Diſtant autem, ꝙ quanuis vtraque ad plurima prędicentur, & in eo quod quid ſit, genus tamen prædicatur ad res ſpecie differentes, ſpecies uero dicitur ad res tm̃ numero differentes. Quod Porphyrius ſic demonſtrat.

> Ab his vero reliquis quæ de pluribus appellantur genus differt, primo a ſpecie. Quoniam ſpecies, & ſi de pluribus prędicentur, non tamen ſpecie differẽtibus, ſed numero. homo enim ſpecies cum ſit, de Socr. Plat. & Cic. prędicatur, qui non ſpecie, ſed numero differũt. Animal vero quod genus eſt, & bouis, & equi prędicatio eſt. quę differunt ſpecie a ſe inuicem, non numero ſolo.

Quod ſimile eſt ac ſi diceret, genus a ſpecie unam differentiam plus habere. Congruunt nanque genera ſpeciebus, qđ vtraq; in eo quod quid ſit prædicantur, ut dictum eſt. Congruunt item genus & ſpecies, quod vtraque ad res plurimas prędicãtur. Congruit item genus, & ſpecies quod utraque ad res numero differentes prędicantur. Nam & ſinguli homines ita a ſe diuiſi ſunt, quantum ad numerum, ut homo ab equo uel boue, uel a ceruo, uel a quibuſlibet alijs animantibus. At uero diſtat a ſpecie genus, quod genus de pluribus rebus ſpecie differentibus prędicatur, quod ſpecies non habent. Nihil autem differre quis arbitretur, vtrum ita dicatur aliam rem ad aliam prędicari, an aliam rem de alia prædicari. Vterque enim idem intellectus eſt. Nam ſi animal prædicatur ad hominem, idem etiam animal de homine prędicatur. Nam cum interrogaueris quid eſt homo? reſpondes de hominis interrogatione, hominem eſſe animal. Sed nunc oportet nos ea quę ſequuntur aſpicere. Quid ergo ſequitur?

> A proprio autem genus differt, quod proprium, iuxta vnamquamque ſpeciem propriũ appellatur cui propriũ eſt, & iuxta ea quę ſub ſpecie ſunt, ſcilicet indiuiduum. Namque riſibile hominis ſolum eſt, & ſingulorum utique hominum. Genus autem non ad unam ſpeciem, ſed ad plures res ſpecie differentes ſemper aptatur.

Ergo hoc videt hic dicere, qđ omne ꝓpriũ ſi fuerit ſpeciei vnius, tunc uere eſt propriũ. Nã ſi vnius ſpeciei nõ fuerit, ſed duarũ vel pluriũ, tunc duob. vel pluribus nõ ꝓpriũ, ſed erit ĩ ſubſtantiæ rationẽ cõmune. Conſtat ergo ꝓpriũ ei cuius eſt propriũ ſoli ſpeciei ſingulariter adhærere. Vnde qm̃ hominis ſpẽs ſola eſt q̃ rideat, riſibili homini proprie, & ſingulariter aptaẽ. Ad unã ſemp igiẽ ſpeciẽ ꝓprietas adhibeẽ. Diſtat igiẽ ꝓpriũ a genere, qđ genus ſemp ad plurimas ſpẽs appellaẽ, propriũ vero de unã tantũ ſpecie cuius eſt ꝓpriũ. nã ſi riſibile dicas, ad unã tantũ ſpeciẽ hominis appellatur, Cõgruit aũt genus cũ ꝓprio in hoc, qđ genus & proprium de plurib. appellaẽ. Naq; genus ad plures ſpẽs appellaẽ Appellaẽ etiã genus de his q̃ ſub ſpecieb. ſunt indiuiduis. Nã ſi hõ & equus animal eſt, erit etiã Cicero animal, & quilibet equus ſingulariter, animal nominaẽ. Similiter & propriũ ad plurima dicitur. Diciẽ enim ad unãquãq; ſpeciẽ, & ad ea indiuidua q̃ ſunt ſub ſpecie, ꝑdicatur. Nam ſi hõ riſibilis eſt, riſibilis erit etiam Cicero, & Virgilius, & quicunque ſingulariter nominantur, riſibiles ſunt. Congruunt etiam, quoniam vtraq; in eo quod quid ſit, prædicantur. Nam genus de ſpecie in eo quod quid ſit prędicatur. Nam ſi dicas quid eſt homo? animal appellabis. Item proprium in eo quod quid ſit prædicatur. Nam ſi dicis quid eſt homo, merito riſibile prędicabis. Congruunt autem quod genus & propriũ ad plurimas res numero differentes prędicantur. Nam ita ſe differunt ſingula animalia, id eſt homo, equus, coruus, & cætera, ut ſinguli homines quantum ad numerum. Diſtat autem a genere, quod genus ad plurimas ſpecies prædicatur. Proprium uero ad unam ſolam cuius eſt proprium nominatur. Sed non eſt inter genus, & proprium eadem differentia quæ eſt inter ſpeciem & genus. Nam ſpecies de nulla omnino ſpecie prędicatur. Proprium uero licet non ad plures, ad vnam tamen ſolam ſpeciẽ cuius eſt proprium, ſemper aptatur. Poſt hęc igitur de differẽtię accidentiſque a genere diſtantiam differit dicens.

> A differentia uero & ab accidentibus differt genus, quoniam & ſi etiam iſta de pluribus ſpecie differentibus prędicantur, differentia ſcilicet, & accidentia quę communiter accidunt: non tamen in eo qđ quid ſit appellãtur, cum interrogantibus nobis ſit ſecundum ea reſpõſio. magis enim quale quid ſit oſtenditur.

Differentiã uero & accidens iccirco poſterius reſeruauit, ꝙ eorũ unã differentiã erat diſtantiamq; dicturus. Differentia enim & accidens qualitatẽ cuiuſcunq; ſpeciei demonſtrãt. Illa ſubſtãtiæ qualitatẽ id eſt differẽtia. Illud, id eſt accidẽs, accidentalẽ qualitatẽ, nõ ſubſtãtię. Ergo qm̃ genus ſup ſpeciẽ eſt, & ſpẽs ſuppoſita generi, genus ſpeciẽ, ſpẽs ĩdiuiduũ qd ſit oñdiẽ. Porro aũt ſolę poſſunt ſpẽs differẽtię ſegregare, q̃ qualitatib. ſubſtãtilibus, id eſt ſubſtantias declarantib, ſeiungũt atq; diſpertiũt. Nã cũ animal genus ſit, hõ uero & equus ſpecies: quales vtręq; ſpecies ſint, monſtrat differentię ſegregatio, ut dicamus ſpeciem eſſe hominis rationalẽ ſpeciem uero equi irrationalem. Si quis enim interroget quid eſt homo? animal dicitur. Sin autem quis dicat qualis eſt homo? rationalis reſpondetur. Ita ſemper differentia non in eo quod quid ſit, ſed in eo quod quale ſit appellatur. De accidenti uero non dubium eſt, cum ipſa qualitas in accidentis partibus componatur. Namque in prędicamentis inter alias nouem partes accidentis, etiam qualitas nominatur. Nam etiam ſi quis interroget qualis corui ſpecies ſit? nigra continuo reſpondetur. Congruunt ergo genera differẽtijs & accidentibus, quod de ſpeciebus plurib. prædicantur. Nam ſicut genus ſpecies ſub ſe plures habet, ita differentia. Nam rationalem dicimus Deum, & hominem. Rurſus etiam accidens de pluribus ſpeciebus prædicatur. Nam nigrum dicimus, & hominem, & equum, & coruum,

uum,& ebenum,& plurimas alias ſpecies. Rurſus congruit genus differentię,quòd ſicut genus, ſic differentia æqualiter ad indiuiduum prędicatur. Nam ſi Cicero Animal eſt, quod eſt genus:& rationale animal eſt,quod eſt differentia. Congruunt etiam ꝙ de numero differentibus prædicantur, ꝙ ſuperius de alijs monſtratum eſt. Diſtat autem ꝙ (ſicut dictum eſt) genus in eo quod quid ſit appellatur; differentia vero,& accidentia in eo quod quale ſit,prędicantur. Nam ſi dicas quid eſt homo? appellabis genus,& dicis animal eſſe hominē. Si uero qualis ſit, & differētiam interrogaueris, rationale reſpondeam:uel accidens,nigrum uel album, uel qualis quiſque ſit de quo interrogatur. His igitur diſtributis,diſtantias ipſas a primordio rurſus orditur dicens.

„ Vnde hoc quod de pluribus prędicatur genus, diſtat ab „ ijs quę de ſingulis prædicantur,hoc eſt ab indiuiduis. Il„ lo quod de ſpecie differentibus prædicatur,diſtat a ſpe„ ciebus & propriis. Illo etiam in quo quid ſit appellatur, „ ſecernitur a differentiis, & à communiter accidentibus, „ ꝙ hęc duo quale quid ſit declarant.

Hoc dicit diſtare genus ab indiuiduis,ꝙ genus de pluribus (vt dictum eſt)prædicatur. Colligit autem & in unum redigit proprij ſpecieiq; differentias. Nam qm̄ ſpecies de pluribus,non ſpecie,ſed numero differentibus prædicatur: proprium vero de vna tm̄ ſpecie, & de iis quę ſub eadem ſpecie ſunt indiuiduis prædicatur, Quamuis.n.de una ſpecie prædicetur:tn̄ ęqua eſt illi cum ſpecie a gñe differentia, de pluribus ſpecie differentibus non prędicari. Nam neq; ſpecies prędicare oĩno de ſpeciebus aliquid poterit, neq; proprium,qm̄ proprium non de pluribus ſpeciebus, ſed de una tm̄ cuius eſt,ſpecie prædicatur. Quod ſi ita eſt,vna differentia a gñe,ſpecies & propria ſeiunguntur. Accñs uero & differentia eadem quoq; vna a gñe differentia ſeparantur, ꝙ genus in eo quod quid ſit dicitur. Differentia vero & accidentia,in eo quod quale ſit,appellantur. Has Porphyrius ad conſtruendam generis rationem differentias,quam parciſſime poteſt colligit, & ipſas differentias multis modis poſterius probaturus,nunc uero quantum ſat eſt, dicit ſe abundantem generis conſtituiſſe rationem,hoc dicens.

„ Hoc ſi ita eſt, nullo modo minus aut plus effecta eſt ge„ neris definitio.

Perfectam plenamque ſe generis definitionem feciſſe dicit, quoniam neque plus, neque minus facta ſit definitio, ſed ęqualiter ad genus pariterque compoſita. Quod quale ſit hoc modo monſtrandum eſt. Nouimus quòd quędam res quæ ad alia prædicātur,his de quibus prędicantur,abūdant, vt genera & ſpecies. Nanque animal quod genus eſt, de homine quod eſt ſpecies, hoc abundat,quod nomen generis etiam in equum atque bouem,atque in alia valet aptari. Ergo ſi quis ad quamlibet rem abundantem fecerit,maioremque definitionem, quam ipſa res fuerit, quam definit, non erit integra propriaque definitio, quoniam non ſolam illam rem amplectitur quam definit, ſi maior fuerit definitio, ſed etiam alias qualcunque res, quibus ipſius definitionis terminus abundabit. Maiorum igitur prędicamētorum maior erit definitio. Minorum uero,minor erit etiam definitio. Animal ergo quod maius eſt,ita definiunt. Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Hominem vero, quod ab animali minus eſt, ita definiunt. Homo eſt animal rationale mortale,riſus & diſciplinę perceptibile. Quod ſi maius eſt animal ab homine,maior erit etiā animalis definitio ab hominis definitione. plus.n. erit dicere ſubſtantia animata ſenſibilis, quàm animal rationale mortale. Nam ſubſtantia animata ſenſibilis,ſicut ipſum animal,non ſolum hominem cōplectitur,ſed etiam equum & bouem, atque alias huiuſmodi ſpecies. Si quis ergo ad hominem maiorem definitionem aptauerit,quę eſt animalis,ut ita definiat hominem, homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, non eſt plena definitionis ratio,cum equus atque bos, ſubſtantia animata atq; ſenſibilis eſſe poſſint,quę ſpēs hominis non ſint. Si quis uero maiori rei minorem definitionem aptauerit,curtam & diminutam quodammodo faciet rationem. Nam ſi quis animal definire uolens dicat, Animal eſt res rationalis, riſus & diſciplinę perceptibilis,non erit integra definitio,qm̄ ſunt quędā animalia,q̄ iſtius definitionis rationē ſubterfugere atq; euadere poſſunt. eſt enim animal bos,qđ neq; rationale ſit, neq; riſus ꝑceptibile. Sola igiť relinquantur bene definiri, quæcunq; æqualib. definitionib. conſtituunť. Vbi autē æqualis definitio ſit,hoc mō poſſumus reperire. Prædicamenta quæcunq; fuerint,ſi maius ꝑdicamentū de minore aliquo ꝑdicať,conuerti nō pt̄,ut minus de maiore ꝑdicetur. Semper enim maiora de minoribus, nunquā minora de maiorib. ꝑdicanť. Nā ſi quis dicat hominē eſſe animal,nō poterit conuertere animal eſſe hominē. Nā hō nihil aliud quantū ad genus,niſi animal eſt. Animal q̄tum ad ſpēs pt̄ eſſe etiā nō hō. Paria uero prædicamēta ſemꝑ ſibiipſa inuicē cōuertuntur. Nā qm̄ riſibile ſolius eſt hominis:riſibile ad hominē prędicatū etiā conuerti pt̄,ut hō ad riſibile prædiceť. Dicit enim quicquid eſt homo riſibile: Quicquid eſt riſibile.hō. Ergo qualcunque definitiones conuertere potes,illæ uerę atque pares ſunt:quaſcunque conuertere non poteſt,aut maiores, aut minores ſunt,pares inueniri nō poſſunt. Nā ſi dicas hominem eſſe ſubſtantiam animatam atque ſenſibilem,uerum eſt. Item ſi conuertas & dicas, ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem eſſe hominē,non omnino uerum dixeris. Poteſt enim ſubſtantia animata eſſe atque ſenſibilis, & homo non eſſe. Item ſi dixeris rem rationalem mortalem, riſus,& diſciplinę capacem animal eſſe,uerum dixeris. Sin autem dicas atque conuertas animal eſſe rem rationalem mortalem riſus & diſciplinæ perceptibilem,non omnino uerum dixeris. Poteſt enim eſſe animal, & non eſſe rationale, & riſus capax. Ergo quoties maior eſt definitio,quàm id quod definitur, ſi prius dicitur id quod definitur, & maior definitio adhibetur, uera eſſe poterit definitio. Si enim prius dixeris hominem rem minorem, & ad ipſum poſtea adhibueris definitionē maiorem,ut prius dicas homo eſt,& poſtea ſubiūgas ſubſtantia animata ſenſibilis,uerū eſt. Homo enim neceſſario eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Si uero prius dixeris definitionē,& poſtea dixeris id quod definies, uera eſſe nō poteſt omnino. Nam ſi definitionem maiorem prius dixeris,dicens ſubſtantia animata ſenſibilis,& poſtea rem minorem intuleris,ut dicas homo eſt, ut ſit ſubſtātia animata ſenſibilis homo eſt,nō omnino uerum eſt. Poteſt enim eſſe & ſubſtantia animata ſenſibilis,non tamen homo. At uero ſi minor fuerit definitio,quàm illa ipſa res quę definitur, ſi prius dicta ſit definitio, uera eſt, poſterius, falſa. Nam ſi dixeris definitionē q̄ eſt minor,res rationalis mortalis, riſus & diſciplinę capax,& poſt intuleris animal eſt, ut ſit res rationalis,riſus & diſciplinæ capax animal eſt,uera eſt. Omnis enim res q̄ rationalis & mortalis,eſt,riſus & diſciplinę capax,neceſſario animal eſt. At vero ſi cōuerteris.& rē maiorē prius dixeris.poſt uero minorē, definitionem adhibueris,uera omnino eſſe nō pt̄. Nā dicas prius animal eſt,poſtea aūt iunxeris res rationalis mortalis,riſus & diſciplinæ perceptibilis:non omnino uerū eſt. Poteſt enim eſſe animal, & rationale vel mortale nō eſſe. Itaq; ſi maior eſt definitio, quā res fuerit:ſi prius rē dixeris.poſtea definitionē intuleris,uera eſt. Si vero prius definitionē dixeris, poſt rē intuleris, falſa eſt. In minoribus uero definitionib & maioribus reb. cōtra eſt. Nā ſi definitionē prius dixeris, poſtea rē ſubieceris; vera eſt. Si vero rem prius dixeris,poſtea definitione ſubieceris, uera omnino eſſe non poteſt. At vero in ęqualibus definitionibus conuerti ęqualiter poteſt. Nam quoniam ſolius hominis hæc eſt definitio,animal rationale mortale, qualis eſt hæc ad hominem definitio, quoniam non eſt aliud, cui poſſit aptari. Itaque ſi prius definitionem dixeris, poſtea rem ſubieceris,vera erit:vt eſt, homo eſt animal rationale mortale,riſus & diſciplinę perceptibile. Sin uero conuerteris,& prius definitionem, poſtea rem dixeris,ut ſi dicas;animal qđ fuerit rationale mortale, riſus & diſciplinę perceptibile homo eſt,hæc quoque uera eſt. Ita ſemper ut definitiones uerę ſint: neque plus, neq; minus in definitionibus oportet aptari:ſed æqualiter definitiones cōuenienterq;

terque diſponi. Quod Porphyrius. ſi non ignorans ait, ſe neque plus, neque minus effeciſſe generis definitionem. Et Fabius. Sequitur inquit de ſpecie diſputare. Dic inquam quid ſequitur. Et Fabius, hic (vt opinor) ordo eſt.

,, Species quoq; multis dr̄ modis Nam & vniuſcuiuſq; ho
,, minis forma ſpecies appellatur. Rurſus dr̄ & pulchritu-
,, do vultus, vnde pulcherrimos quoſq; ſpecioſos dicimus.
,, Dicitur ſpecies, & ea quæ ſuppoſita eſt generi. vnde ho-
,, minem, animalis ſpeciem appellamus: cum animal ipſum
,, genus ſit: & album, coloris ſpeciem.

Tunc ego: ſpeciei quoque nomē ſicut generis æquiuocū puta. Nā & hoc quoq. multifariā appellari deſignat. Dr̄.n. inquit ſpēs & figura corporis. & fortaſſe alia plura. De quibus qm̄ nullus tractatus habebat iure prætermiſſa ſunt. Hic tn̄ a Victorino vr̄ erratū, quod cū idem ſit cuiuſcūq; homini ſpecies, & vultus, quaſi in alia appellatione ſpeciei vultus, iterū pulchritudinē dixit. quaſi vero nō perinde pulchritudo vultus ſit, ac tota ſpēs fuerit. Nā ſi quiſpiam pulcher fuerit toto corpore, ēt vultu, ſed pretermiſſis his, ad illā ſpeciem quę ſub gn̄e ponitur, atq. genus efficic veniamus. Naq;, vt dictū eſt. ſubſtātiæ ipſæ nullo ſpeciei nomine generiſue cēſentur, niſi quadam ad ſe inuicē collatione ſint cōparationeq; cōpoſitæ. Nā q.ſ homo animal eſt, nō iccirco ei genus eſt, qm̄ animal eſt: ſed iccirco, quod ſub ſe hominis atque equi, & cæterorū animantiū ſpecies habet. Atq; iccirco ait, Vnde hominē animalis ſpeciē appellamus, cū animal ipſum genus ſit, neque.n. homo ſpecies diceretur, niſi ſuper ipſum animalis appellatio prædicaretur. Sed vt monſtraret non in vnis ſolis ſubſtantijs genera, ſpecieſque verſari; ſed ēt in omnium prædicamentorū nuncupationibus eſſe cōnexa, non ſolius ſubſtantiæ dedit exemplum, ſed ēt eius quod reliquū remāſerat accidentis. Quod.n. ait: Et albumi coloris, ſpeciem in accidentis diuiſione ponitur qualitatis. Sed qm̄ inter ſe quædam connexio eſt & talis comparatio atq; relatio, vt præter ad ſe inuicem habitudinem, genera & ſpecies eſſe non poſſint (nihil.n. in eorum definitionibus concludi pōt, niſi ad alterutrum nominata ſint. Nam ſubſtantia generis ſpē ſuppoſita: ſpeciei vero ſubſtantia, genere ſuperpoſito, & ad ipſam prædicato perficitur) non eſt dubium quin cum genus definire neceſſe ſit, iure ſpeciem & cum ſpeciem, iure nobis genus prædicare neceſſe ſit. Hæc igitur ēt in generis ſubſcriptione ſeruabatur diſtinctio, cum generis definitio habita eſt. Hoc.n. dictum eſt: tunc eſſe genus quod ad diſtātes ſpecies diceretur. Nunc vero dicēdum eſt id eſſe ſpeciem quę ſub genere ponitur. Sed multiplex eius definitio haberi poteſt. Poteſt.n. rurſus dici id eſſe ſpeciem, ad quam genus in eo quod quid ſit, prædicatur. Quę res vtræque id ſignificāt, ſpeciem poni ſub genere. Nam prima quidem definitio, id aperte deſignat. Secunda vero talis eſt: quoniam ſemper minora maioribus ſupponuntur, genus ab eo ad quod in eo quod quid ſit prædicatur: maius eſſe nō dubium eſt. Quod ſi ita eſt. nullus eſt obſcuritatis error: quin ſpecies quæ minor eſt maiori ſibi generi ſupponatur. Nihil igitur hæc ſecunda definitionis ſignificatio a priore differt, nō enim ſpecies ſub genere poneretur, niſi genus ad ſpeciē in eo quod quid ſit, prædicaretur Tertia vero definitio ſpeciei integra ratione collecta eſt, & ipſius ſpeciei vim naturāque demonſtrat. Dicit.n. ſpeciem eſſe, quæ ad plurima numero differentia in eo quod quid ſit prædicatur. Quæ definitio ēt ex ſuperiore genere debuit eſſe planiſſima. ſed nunc quantum caſtigata permittit breuitas explicabo: ſed prius de ipſis generibus ſpeciebuſque pauca dicenda ſunt: cum ſint quædam genera quæ ſpecies habeant: atque ipſa alijs generibus ſpecies eſſe poſſint, non eſt dubium ea gemina comparationis habitudine fungi: vt ad alia ſpecies, ad alia genera nominentur. Sed ſi in vno filo atq; ordine ſpeculemur: & quodcūq; genus alicuius rei repertū eſt; eius rurſus genus aliud requiramus, & rurſus aliud atq, aliud: iterū ſi nihil ſit quo intellectus ratioq; cōſiſtat. inexplicabilis rō interminabiliſque tractabitur. ſed quoniam multa ſunt in his ſcientiæ fundamenta, quæ nulla conſideratione animus in infinitum procedentia concluduntur: dicendum neceſſario eſt poſſe nos aſcēdētes vſque ad tale aliquid peruenire: cuius cum ipſum cæteris genus ſit: aliud genus inuenire non poſſumus: quod genus primū, & magis genus, & generaliſſimū nuncupetur: Sed, ſi hoc in genere contingit, vt aſcendentes alicubi conſiſtamus, non eſt dubium quin deſcendentes iterum per ſpecies ad aliquem quodammodo calcem offenſo termino cōſiſtamus. Igitur cum deſcenderimus per ſpeciem, & vſque ad illam ſpēm venerimus, quæ ſub ſe ſpecies nullas habet: illam ſpeciem vltimam ſpeciem, & magis ſpeciē, & ſpecialiſſimā nuncupemus. Sed qm̄ ſpecies aliquorū eſt continens: ſi aliquorū ſpecie differentiū continens eſſet: non magis ſpecies, ſed genus merito vocaretur. Sed qm̄ cōtinet, & nō ſpecie differentes res continet, ſimiles neceſſe eſt ſibi cōtineat pluralitates: ſed ſi continet pluralitatem: & maius ſemper eſt id quod cōtinet, quam id quod cōtinetur, de pluralitate illa ſpecies prædicabitur. Appellabitur igitur ſpecies de pluſibus rebus numero differentibus in eo quod quid ſit. Species.n. cū appellatur de ſubterioribus, ſuperiorem ſpeciem ſubſtantiāque declarat. Nam cum dicimus quid eſt Cicero? homo continuo reſpondetur. Cū ergo tribus modis ſpeciei facta ſit definitio, ſuperiores duæ non tantum ſunt ſpeciei; ſed ēt ſubalternæ ſpeciei. Eſt.n. ſpecies quæ & ipſa genus eſt. ſit.n. ipſa generaliſſimū genus ſubſtantia, & ſub ea corpus, ſub corpore animatum corpus, ſub animato corpore animal, & ſub animali homo, ſub homine indiuidua Sed hanc diuiſionem plenius poſterius exequemur. Nunc aūt hoc nobis tantum ſufficit Subſtantia igitur magis genus eſt: homo magis ſpecies. Ita vt neque ſubſtantia ſpecies aliquādo eſſe poſſit, nec homo genus: corpus vero animatū, & animal ad ſuperiora ſpecies, ad ſubteriora genera nominantur. Si quis ergo corpus animatum, & animal, & hominem velit exprimere, & dicat ſpecies eſt quod ponit ſub genere, & ad quā genus in eo qđ quid ſit prædicatur: hæc definitio & magis ſpeciem, id eſt hominem: & ſubalternam ſpeciem continet, id eſt corpus animatum, & animal. Nam corpus animatum, & animal, & homo, ſub genere ſunt poſita, & ad eas omnes in eo quod quid ſit appellatur, vt dictum eſt. Si quis vero illam ſpeciem definitione monſtrare velit, quæ vere ſpecies, eſt, id eſt, ſpecialiſſimam ſpeciem, quæ tantum ſpecies, & nunquam genus ſit, hoc non definiet, ſpeciē eſſe, quæ ad plurimas res numero differētes in eo quod quid ſit prædicetur, Sed hæc definitio ſubalternis ſpeciebus nunquam conueniet. Illæ.n. quæ ſubalternæ ſunt ſpecies, poſſunt etiā pro generibus accipi, ſi ad ſubiecta prędicentur, Quod poſſunt pro generibus accipi, cum pro generibus acceptæ fuerint non tantum ad plurimas res numero, ſed etiam ſpecie differentes prædicabuntur: quippe cum ſint genera. Sed quia hoc in magis ſpeciebus non euenit, vt aliquando de ſpecie differentibus prædicentur, hæc definitio poſterior ſolius magis ſpeciei definitio eſt, & eam cæteræ ſubalternæ ſpecies excludunt atque reijciunt. Quod Porphyrius ita demonſtrat.

,, Sed hæc definitio eius ſpeciei eſt, quæ magis ſpecies dici
,, tur. Aliæ vero definitiones erunt etiam illarum quæ non
,, ſunt magis ſpecies: Horum ergo ipſam ſubſcriptionem
,, demonſtrationemque clarius ſeipſum dicere promittit
,, cum dicit. Manifeſtus autem hoc fiet quod dicimus
,, hoc modo in omnibus prędicamentis ſunt quædam ma-
,, gis genera & magis ſpecies, ſunt alia mixta. Magis ge-
,, nera ſunt: ſupra quæ nullum aliud genus poterit inue-
,, niri. Magis ſpecies rurſus, ſub qua nulla ſpecies reperi-
,, tur: horum interualla quæ poſſident, & genera, & ſpe-
,, cies ſunt, ſingula ſuperioribus, & inferioribus collata, vt
,, alteri genus, alteri ſpecies appellentur.

Huiuſmodi ſunt inquit quædam, quorum genera inueniri non poſſunt, hæcque ipſa, merito magis genera nominantur, quoniam maius ipſis aliquid inueniri non poteſt. Nam ſi iſta ſunt genera, genus autem omnibus ſub ſe poſitis maius eſt, quorum genus nullum eſt, nihil eorum maius poterit reperiri. At quorum nihil maius poterit inueniri, merito ipſa magis genera vocitantur. Sunt autem quædam alia, quæ magis ſpecies

cies

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

cies appellentur, ſub quibus aliæ ſpecies locatæ nõ ſunt. Nã plus v r̃ eſſe ſpecies ea, & integrior, ac vere ſpẽs eſt, quæ genus nunq̃ eſt, quã ea quæ aliquando genus eſſe põt. Quod ſi verior ſpecies eſt, quæ ſola ſpecies, nunquã genus eſt, merito magis ſpecies appellata eſt. Igitur inter magis ſpẽm & magis genus interuallũ quod eſt, ſubalterna genera, & ſubalternæ ſpẽs impleuerunt. Nam ſubalterna vocamus quęcũque ad ſuperiora ſpecies, ad inferiora pro generibus accipiuntur. Iccirco quia ſi oẽs res ad inferiora cõponas, genera ſunt. Si ad ſuperiora, ſpecies: & ſi ad ſuperiora & inferiora eadẽ ducas, genera & ſpecies inueniẽtur. Atq; ideo ſubalterna generã & ſpecies nominata ſunt: quod filo quodã atq; ordine ad inferiora cõpoſita genera, & ad ſuperiora ſpecies agnoſcãtur. Sed hęc ita genera ſpeciesq; eſſe poſſunt, vt nõ cui genus eſt, eidẽ iterũ velut ſpẽs ſupponatur. Nã ſi (vt primus oſtẽſũ eſt) ſpecie ſua maius eſt genus, nõ eſt dubiũ quin maior res ſub minori poni nõ poſſit. Atq; ideo ait, vt alteri genus, alteri ſpecies appellẽtur, qđ nequaquã ad eandem rẽ & genus eſſe & ſpẽs cõueniret. Dat igitur huius rei exẽplũ: vt qđ dicit, facilius poſſit agnoſci. Facit igitur hanc diuiſionẽ: ponit ſubſtantiã magis genus, ſupponitur ſubſtãtiæ corpus & incorporeũ: Corpori, animatũ corpus & inanimatũ: Animato corpori animal ſenſibile, & animal inſenſibile, vt ſunt oſtrea & cõchilia, & echini, & arbores, & alia huiuſcemodi, quæ viuendi animã habẽt, nõ ẽt ſentiendi. Sub animali, animal rõnale, & irrationale. Sub rõnali, mortale, & immortale. Sub mortali hominẽ. Sub homine ſingulos homines, hoc eſt corpora indiuidua. Ciceronẽ & Virgilium. ſ. & eos qui iã in partes ſunt ſinguli. Subſtantia ergo quæ prior eſt, magis generis loco accipit̃. Genus .n. ſolum non ẽt ſpecies eſt, qđ nunquã ei genus ſuperius inuenitur. Homo vero ſolũ ſpecies eſt. Nullas .n. alias ſub ſe ſpecies coercet. Singuli .n. homines non ſpecie, vt dictum eſt, ſed numero differũt. Corpus vero quod pridẽ ſub genere poſuimus; ideſt ſubſtãtia: ad ſubſtantiã quidẽ ſpecies: ad animarum corpus genus accipitur. Animatũ aũt corpus ad corpus ſpecies eſt, ad animal genus. animal autem ad animatũ corpus ſpecies videt̃, ad rationale animal genus. Rationale item animal mortalis genus eſt, ſpecies animalis. Mortale autem genus hominis eſt: ſpecies rationalis animalis: homo autem qui ſuper indiuidua eſt, nihil de generis naturę ſortius eſt, ſed tantũ ſola ſpecies appellatur. Sed hanc diuiſionem ſicubi in alijs rebus transferri & aptari placet, ita conſiderandum eſt: vt quicquid fuerit, cuius genus inueniri non poteſt: magis id genus appelletur: quicquid cuius nulla ſpecies fuerit, ideſt vt ſemper indiuidua collocetur, illa magis ſpecies. Oportet enim ſi qđ genus ſit: ſuper differentes ſpecie res poni. Quod autem magis ſpecies, non ſuper differentes ſpecie res poni, aliter nunquam digne ſpecies poterit appellari. Ergo quemadmodum ſuperius genus, quoniã ſuper ſe nullum genus habet, magis genus dr̃: ita ſpecies, quoniã ſub ſe ſpecies nõ habet, ſed tantũ indiuidua, merito magis ſpẽs appellatur. Illa aũt quæ in medio poſita ſunt, nõ eiuſdẽ ſunt habitudinis. Nã quoniã ſpecies eſſe poſſunt, nõ ſunt magis genera, & quoniã genera eſſe poſſunt: idcirco nunq̃ magis ſpecies prædicãtur. Nam illis quæ ſuperſunt, ſpecies ſunt; illis vero quæ ſubſunt, loco generis præponũtur. Cũ igit̃ duæ formæ ſint omnium rerum, vt aut genera præponantur, aut ſpecies ſupponãtur, ſummitates, id eſt, generaliſſimum genus, & ſpecialiſſima ſpecies, ſingulas tantum continet habitudines. Illud vt tantum genus, nunquam ſpecies videatur, illud vt ſola ſpecies nunquam ẽt genus appelletur. Subalterna vero quæ media ſunt duas formas habent. i. vtraſq;. Nanque (vt frequentius inculcatum eſt) & generis quodammodo parentelam, & ſpeciei deriuationem ſortita ſunt. Nec hoc fortaſſe nos turbet, quod ſpecies ſpecialiſſima habet aliquid ſub ſe. Nanque homo, cum ſit magis ſpecies habet ſub ſe ſingulos homines. Hæc .n. quamuis indiuiduis ſuperſit, nunquã formam ſpecialitatis immutat. Cum .n. ſub ſe indiuidua habeat quod ea cõtineat, quæ ſub vna ſpecie ſint, & nulla ſubſtantiæ proprietate diſcrepent, ſpecies eorũ vocatur quæ continet. Ita homo & animalis ſpẽs dr̃, quia continetur, & hominum ſingulorũ ſpecies eſt, quia eos continet, qui nulla vnqñã ſpecie diſcrepabunt. Definitio igitur magis generum magiſq; ſpecierũ talis eſt. Magis genus eſſe dr̃, qđ genus ſemper ſit, nunquam ſpecies, & quo ſuperius nullum genus ſit. Rurſus magis ſpecies eſt, quæ ſpecies ſemper ſit, nunquã genus. & iterum quæ nunquã diuiditur in ſpecies, & quæ ad plurima numero differentia in eo quod quid ſit prædicatur. Illa vero alia (vt ſæpe dictum eſt) & genera & ſpecies eſſe poſſunt, ſuperioribus ſcilicet inferioribuſque collata. Hoc aũt attentiſſime reſpiciendũ eſt, qđ in diuerſis longe nationibus in eo genere, vbi ex ſanguine aliqua cognatio deducitur diuerſarũ cognationũ gens ad vnum caput generis duci põt. Nam quoniã Romani a Romulo ſunt, Romulus autem a Marte, Mars a Ioue, poterit gens Romanorum ad Iouem duci. Itẽ quoniã Athenienſes a Minerua, Minerua Ioue, põt Athenienſium gens ad eundem Iouem velut ad originem duci. Item quoniam Perſæ a Sole, Sol autem a Ioue, poſſunt Perſæ quoq; ad eũdem Iouem velut ad originem propriam deduci. Ita diuerſiſſimæ gentes ad vnius cognationem erigi poſſunt. Quod idẽ in ſpeciebus generibuſque non ſit. Nunq̃ .n. decem diuerſa genera ſub vno genere poterũt accõmodari. Ariſtoteles enim primorũ generũ prædicamẽta decem cõſtituit, quæ velut aliquis fons, ita ſubterioribus omnibus ortũ quodã modo narionem quæ profuderunt. Hæc igitur genera, quoniã generaliſſima ſunt, & ſuperius eis nullum aliud inueniri genus, poteſt, ad vnum genus reduci non poterunt. Quod ſi decem genera prima ad vnum genus reduci non poterũt, nec illa quæ ſunt ſub eiſdem generibus, id eſt ſpecies ſubalternaque genera, ad vnum genus aliquando poterunt applicari. Nam ſi prima eorum genera ad vnum ſuperius duci nõ poſſunt, non eſt dubium, quin ea ipſa quæ ſub ipſis ſunt, ab vno genere coerceri continerique non patiantur. Nam ſi ſubſtãtia, qualitas, & quantitas, & cætera ſub alio cõi genere poni non poſſunt, quod ipſa magis ſunt genera, nec quicquid ſubſtantiæ fuerit, id eſt ſub eodẽ genere, vt animal & homo, vel item ſub qualitate vel quãtitate, ad aliquod genus cõe ſe potuerũt applicare. Nunquam .n. inueniri genus poterit, quod hæc decem genera ſolitãrio & proprio intellectu intra ſe poſſit veluti ſpecies continere. At dicat quis. Hæc omnia decem genera, ſi vere ſunt ſubſiſtentia, quodammodo ſubſtantia vel entia dici poſſe. Flexus enim hic ſermo eſt ab eo qđ eſt eſſe, & in participij abuſione tractum eſt propter anguſtationem Latinæ linguæ compreſſionemque. Hæc igitur (vt dictum eſt) entia poſſunt appellari. Et ens hoc ipſum .i. eſſe genus eorum fortaſſe dici videbitur, ſed fallõ. Nanque omnia quæ inter ſe æquiuoce nominantur, nunquãm eiuſdem continentiã generis ſortiuntur. Quippe quorum ſubſtantia diſcrepat, non eſt dubium, quin generis quoque ipſius definitio diſcrepabit: hæc autem vt entia nominentur, non vniuoce ſed æquiuoce prædicantur. Nam quoniam ſubſtantia ens eſt, & itẽ qualitas ens, ſi quis rationem definitionemq; ſubſtantiæ & qualitatis dixerit, quoniam eadẽ natura vtriſq; nõ poterit conuenire, nõ eſt dubium quin ſubſtãtia & qualitas non vniuoce, ſed æquiuoce prædicentur. Quod ſi æquiuoce prædicantur, ſub eiuſdem generis fonte poni non poterunt. Non eſt igitur in generibus ſpeciebuſque aliquod genus ſolum, quod poſſit diuerſa rerum genera coercere. Tunc Fabius, Abundanter hæc inquit omnia, & de his ipſis rebus frequentius inculcatum eſt. Sed perge ad ſequentia. Faciam inquam. Hæc enim vt arbitror ſequuntur.

„ Ergo decẽ gña cõſtituit Ariſtoteles in prædicamẽtis, quæ
„ magis gña ſunt. At vero illæ quæ magis ſpẽs ſunt, ſemper
„ in plurimo qdẽ numero ſunt, nõ tñ in infinito. At vero in-
„ diuidua quæ ſub magis ſpeciebus ſunt, infinita ſunt ſemp.
„ Hoc .n. dicere vult, ꝙ multo plures ſpẽs ſunt, q̃ gñra: habet .n. genus ſub ſe plurimas ſpẽs. & qm̃ decẽ genera rerum oium prima sũt, ſpẽs ſpecialiſſimæ nõ ſolũ decẽ ſunt, ſed plures: nõ tamẽ infinitæ. Indiuidua vero quæ ſub magis ſpẽbus ſunt, infinita ſunt, & eorũ intelligẽtiæ nulla vnq̃ capi ſciẽtia põt. Quæ .n. infinita ſunt, nullo ſciẽtiæ termino cõcludunt̃.

Igitur

Igitur omnis diuiſio, omniſq; ſcientia a magis generib. per ſubalterna genera uſq; ad magis ſpecies deducatur. Ibi eñ cõſiſtentes, integram ſuperiorum ſcientiam accipere poſſumus ac retinere. Si quis aũt indiuidua uelit ſcientia diſciplinaq; comprehẽdere, fruſtra laborat, ſed ita iubemur a magis generibus uſq; ad magis ſpẽs per media interualla decurrere, ut ſpecificis differentijs diuidentes ſubalterna genera, à magis generibus vſque ad magis ſpecies deſcendamus. Specificæ differẽtiæ ſunt quæ ſpẽm quamcunq; declarant. Declaratur aũt ſpẽs differentijs hoc modo. Si quis.n. dicat ſubſtantiam, ut ponat ſub ſubſtantia, corpus: ſub corpore, animatum corpus: ſub animato corpore, animal: ſub animali, rationale animal: ſub animali rationali, mortale, oẽs has ſpẽs quæ ſunt ſubſtantiæ cũ pro differentijs poſuerit, hominis ſpẽs informabitur. Nam corpus animatum ab inanimato corpore differentia eſt. Porro autem animal ab inſenſibilibus, & rõnale ab irrationali, & mortale ab immortalibus differẽtię ſunt: hæc igitur omnia cum iunxeris, unã ſpẽm declarabis, id eſt hoĩem. Nam cum dicis corpus animatũ animal rationale & mortale, quæ differentię in ſubalterno ordine ſibi ſuppoſitæ ſunt, hoĩem demonſtraſti. Sunt aũt quędã aliæ differẽtiæ, quę tales ſunt, ac ſi dicas animal rhetoricum, ꝙ ſolus homo rhetor eſſe poſſit. Sed hæc differẽtia nõ ſpecifica differẽtia eſt, & ſubſtantiã hominis naturãq; non perficit, ſed tñ artẽ quandã ſcientiamq; commendat. Illæ igitur in diuiſionibus differentię ſpeciei proſunt, ex quibus illa q̃ dicitur magis ſpẽs informatur, & hæc vocatur ſpecifica differentia, quę magis ſpẽm poſſit efficere. Ergo cum per hęc deſcenſum fuerit ad magis ſpẽs, relinquenda ſunt ſub magis ſpẽbus indiuidua, nec eorũ ẽ aliqua ſciẽtia requirenda. Nã illa non ſolũ infinita ſunt, ſed ẽt quęcunque in ſeſe continuerint infinita fiunt; rhetorica.n. ſpẽs eſt, ſed cum venerit in ſingulos hoĩes, tunc per ſingulos & infinitos diuiſa, ſingula ẽt fiet & infinita. Si .n. omnes quicunque ſunt uel fuere numerentur rhetores, nullus unquã huiuſce numerationis finis erit, cum pręſertim etiã per infinita tẽpora in futurum ſinguli homines rhetores eſſe poſſint. Hic Fabius, Hoc igitur inquit erat quod ait.

„ Porro autem vel artium vel diſciplinarum cum indiui-
„ dua per ſingulos homines eſſe cęperint, rationem ad per
„ cipiendum capere uel habere omnino non poſſunt.

Et ego, Hoc inquam eſt qđ cum artes uel diſciplinę, quę in ſua ſpecie vna ante collecta fuerint, in indiuidua uenerint, id eſt per ſingulos homines, in infinitam multitudinem innumerabilemq; ſeſe diſpertiunt, hoc autem iccirco euenit, qđ hęc eadẽ ratio eſt, quã Porphyrius ipſe dicere nõ neglexit. Genus.n. cum vnum ſit plurimarum ſpecierum progenitiuum eſt. Nanq; ſub uno genere plures ſpẽs inueniuntur, Iccirco quoniam ſpecie genus illud unde profluunt, in plurima ſegregãt atq; diſpertiunt, Genus autem plurimas colligit res, ſicut ipſum à plurimis iterum ſpẽbus diuiditur. Nãque hõ, coruus, & equus, quę ſunt ſpẽs, quantum ad aĩal, ęqualiter animalia ſunt. Ita .n. nomen animalis omnes ſuas ſpecies intra ſe cõtinet. Quod ſi & in homine animalis nomen eſt, & in coruo, & in equo, non eſt dubium, quin illud genus, quod ſub ſeipſum ea continet, ſpecies diuiſæ inter ſe diuidant multiplicentq;. Colligit igitur genus ſpecies in ſe, ſpẽs uero ſuapte natura genus ipſum diſpertiunt. Eſt igitur genus collectiuũ ſpecierum ſuarũ & quodammodo adunatiuum. Species uero diuiſiuę generis quodãmodo & multiplicatiuę. Igitur quicunq; ad magis genera aſcendit, oẽm ſpecierum multitudinem per genera colligit adunatq;. Cũ vero à magis generibus uſque ad magis ſpecies decurrit, omnis unitas generum ſuperiorum in multifidas ramoſaſq; ſpecies ſegregabitur. Quod autem ait multitudo capienda: perinde eſt ac ſi diceret, multitudo facienda eſt: nam cum diuidis genus in ſpecies, eaſdẽ ſpecies multas eſſe accipis, quas tu idem feciſti. Species quoq; ab hac generis adunatione ac quodammodo collectione non diſcrepant. Nanq; & ipſę infinitatem indiuiduorũ ad vnã reuocant formã. Singulorum.n. hominum ſpecies, quæ eſt homo, collectiua eſt, hoc modo. Ad hominis .n. ſpẽm cuncti ſinguli hoĩes, unus homo ſunt, id eſt prima ſpecies, quę nos continet coercetque, Porro aũt ipſa ſpẽs in nos multos ſciſſa diuiditur. Oẽ .n. quod ſingulum eſt atq; indiuiduum, illud vnde naſcitur diuidit. Oẽ quod non eſt ſingulum atq; non indiuiduũ, ſed diuidi poteſt, nõ per ſeipſum magis diuidit ſubteriora, quã colligit. His igitur expeditis, conſtat & genus plurimarum ſpẽrum eſſe genus, & ſpeciẽ plurima ſub ſe indiuidua coercere. Nam ſi quę ſunt ſubteriora, illa quæ ſunt ſuperiora diſpertiunt, & in multitudinem diſſipant diuiduntq;, non eſt dubium quin ſuperiora ſemper inferioribus pauciora ſint, Prædicamenta uero quæ aliud de alio prædicant, uel ad ſe inuicẽ retorquentur, hoc mõ ſunt; omnis.n res alia aut maior erit, aut minor, aut equa, omne quod eſt, maius de minore poterit ꝑdicari, nã cum animal ſit maius ab homine, poterit animal de hoĩe ꝑdicari. Minus uero de maiore non dicit. Nam qm̃ animal eſt & hõ & equus, ad animal hoĩem ſi ꝑdicare uolueris, tñ hæc conuenit prędicatio, quantum conuenit animal partẽ eſſe ſuper hoĩem. Age.n. conuerte & dic hoc eſſe animal qđ hoĩem, Quantum igitur pars eſt animalis, quæ hominis ſpẽm contineat, tñ animal hõ eſt, In illis aũt alijs partibus animalis quæ aliud continẽt, quã eſt ſpẽs hominis, hominis appellatio non cõuenit. Nã ſi dicas aĩal, hoc eſt, qđ hõ, in illa parte in qua equus eſt, non erit hõ. Atque ideo vniuerſaliter non cõuertuntur. Nã ſi dicis, oĩs hõ animal, verum eſt. Si dixeris omne animal hõ eſt, falſum eſt. Quod ſi maiora de minorib. iccirco prędicantur, quia omne maius minus in ſe continet, & minora de maiorib. iccirco nõ prædicantur, quia maiora minoris definitionẽ ſuperuadunt, & quodammodo exuperant, non eſt dubium quin illa quę ſunt ęqualia, ſibi poſſint ipſa conuerti. Aequalia autẽ illa ſunt, quę neq; minora neq; maiora ſunt, id eſt ut ſi ꝗ quãlibet ſpeciẽ apponantur, & omni illi ſpeciei adſunt, & nulli alij, nã omnis hõ riſibilis eſt, & nulla alia ſpẽs riſibili põt proprio nuncupari. Atq; ideo qm̃ ęqualia ſunt, conuertuntur. Dicis.n. quid eſt homo? Riſibile, quid eſt riſibile? homo. & itẽ quid eſt hinnibile? equus, quid eſt equus? hinnibile. Quod ſi ſemper maiora de minorib. prędicant, ſuperiora neceſſe eſt genera eſſe, & omnia ſubalterna minora. Qđ ſi ſubalterna omnia minora ſunt, nõ eſt dubiũ, quin ſi quis per ſubdiuiſionẽ deſcendat ad ultimã ſpeciem, quodcunq; genus de uicinis ſibi ꝑdicabitur, ẽt de ſubalternis prædicetur nanq; ſubſtantia habet ſibi vicinum ab ſubteriora genus, ad ſe vero ſpeciẽ, quod eſt corpus. De hoc igitur ſubſtãtia prędicatur, Si quis.n. interroget, quid eſt corpus? dicitur ſubſtantia, ſub corpore vero eſt animatum corpus, & ſub eo animal. Ergo quoniam ſubſtantia iccirco prædicatur de corpore, quia illi eſt ſuperior, neceſſe eſt, quibus corpus ſuperius fuerit, eiſdem etiam ſit ſubſtantia ſuperior. Nam ſi corpus prædicatur de animato corpore, & de animali, prædicabitur etiam ſubſtantia de animato corpore, & de animali. Sic igitur quęcunq; ſuperiora fuerint de ſubterioribus non ſolum ſibi vicinis, ſed etiam longe ſubterioribus prædicantur. Nam ſi maiora ſunt ijs quę ſibi vicinę ſunt ſpeciebus, multo maiora erunt etiam illis quibus illę uicinę ſpecies fuerint ampliores: ergo de quibuſcunque ſpecies prædicatur, de ipſis prædicabitur, & illius ſpeciei genus. Nam ſi ſpecies aliqua alicui maior eſt, multo genus ſpeciei ipſius illa re qua ſpecies maior eſt, maius erit. Atque ita ad id prædicabitur quemadmodum ipſa ſpecies antea prædicata eſt. Quod ſi ita eſt, non eſt dubium quòd genus quoq; generis illius, quod ad illud ad quod ſpecies prędicabatur, poterat prędicari, etiam id quoque de eo de quo ſpecies & genus ſpeciei prædicabatur, prædicari poſſe. Nam ſi quis dicat Ciceronem eſſe hominem, cum animal hominis genus ſit, non erit abſurdum. Ciceronem animal prædicari, & cum animalis ipſius ſubſtantiã genus ſit, non erit inconueniens Ciceronem ſubſtantia prædicari; quoniam quæ ſuperſunt de ſubtilioribus prędicantur, & quę ſubteriora ſunt, ſi qua alia ſibi ſubteriora habeant, illud primum genus habebunt etiam iſta ſubteriora, & de his non inconuenienter prędi-

cabitur. Igitur ſpecies de indiuiduo prædicatur ut maius, magis genus vero de omnibus ſubalternis, & de magis ſpecie ꝓdicatur. Aequo.n.modo dicitur & corpus, ſubſtantia, & animatū corpus, ſubſtantia: & ſenſibile corpus, ſubſtantia, & rationale animal, ſubſtantia: & mortale, ſubſtantia, & hō, ſubſtantia, & de ipſis ēt magis genus indiuiduis prædicat, vt dictū eſt: poteſt.n.Cicero dici ſubſtātia. Spēs vero ſola de nullis alijs, niſi de indiuiduis prędicatur, ut prædictū eſt. Indiuidua aūt ipſa de nullo alio prædicantur niſi de ipſis, id eſt ſingulis. Natura autem indiuiduorum hęc eſt, qđ proprietates indiuiduorum in ſolis ſingulis indiuiduis conſtant, & in nullis alijs transferūtur, atq; ideo de nullis alijs prædicātur. Ciceronis.n.proprietas cuiuſlibet modi fuerit, neq; in Catonem, neq; in Brutum, neq; in Catulum aliquando conueniet. At uero proprietates hominis quæ ſunt idē quod rationale, mortale, riſibile, pluribus, & omnib. indiuiduis poſſunt & ſingulis conuenire. Omnis.n.homo & ſigillatim indiuiduus, & rationalis eſt, & mortalis, & ſenſibilis, & riſibilis. Atq; ideo illa quorum proprietates poſſunt alijs conuenire, poſſunt de alijs prædicari. Hæc aūt quorum proprietas in alijs non cōuenit, niſi in ſe ipſis tm̄ ſingulariter, de aliquibus alijs præter ſe ſingulariter prędicari non poſſunt. Repetēdū eſt igitur, ꝙ omne indiuiduum ſpē continetur. Spēs vero ipſa coercetur à genere, & vnum quaſi oīum totum corpus, magis genus eſt, & nunquam eſt pars, indiuiduum uero pars ſemper eſt, nunquam eſt totū. Spēs autē & pars, & totum merito nūcupatur, nam ad genus pars, ad indiuidua totum. diuidit.n.genus (vt dictum eſt) & indiuidua colligit. Sed ſpecies pars eſt alterius, id eſt generis. Totū vero non eſt partis, ſed partium. Nanq; genus, & unum eſt, & plures ſpecies: vnius rei, id eſt vnius generis ſpecies pars ē. Et qm̄ indiuidua plura ſunt & infinita ſub una ſpecie quæ illa indiuidua colligit, ſpecies illa non eſt unius totū, id eſt non eſt partis totū, ſed plurimorum, id eſt partium. plures .n.partes ſub ea indiuiduorum ſunt, quarum totum ſpēs, id eſt homo appellatur. Sed de genere & ſpecie ſufficienter dictum eſt. Et quoniam matutinæ ſalutationes uocant, in futuras noctis uigilias quod eſt reliquum transferamus.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Patritij ordinarij & conſularis viri, in Porphyrium à Victorino translatum dialogus ſecundus.

MVLTA nobis à parente natura excelſius, quā cęteris animātibus grauia illuſtriaq; cōceſſa ſunt: quæ nos ita quaſi quēdā benigna artifex humanitatis excoluit, ut primū nobis reputādi cōſiderādiq; animos rōnēq; cōcederet, poſt vero rōne reperta proloquendi cōferret vires, perinde ac ſi voluiſſet, iuſſiſſetq; nos nō corporis ſenſibus à belluis, ſed mentis diuinitate diſtare: quæ cum ſe ſibi adiūxerit, & à ſuę viuacitate naturę non diſceſſerit, tunc ſicut ipſa eſt æterni generis, ita quoq; famam in poſteros, vitāq; gloriæ infinitiſſimis temporibus coęquat. Sin uero prauis ſe libidinibus corporis obnoxiam mens perdendam corrūpendamq; permiſerit, natura corporis ſequitur. Nam nihil eius uiuacitatis poſt corpora remanet, cui oīs labor & ſtudiū de reb. corporis atq; in corpus impēſum eſt. Quare aduertēdū eſt, vt nos meliores accuratioreſq; reddamus nō ea re qua pecudibus nihil diſtare poſſumus, ſed quo cęleſtiū uirtutū ſimilitudine ęternitatis gloriā factis ęgregijs dictiſq; mereamur. Sed de his alias, nūc ad ꝓpoſitum reuertar. Cū igiť alterius noctis cōſueta lucubratio uigiliæq; ueniſſent, credo heſternæ rationis ſubtilitate captus, uel qua ipſe eſt cupiditate diſcēdi audiēdiq; ſtudio, uigilantius quā unqua ſurrexerat, Fabius ad me perrexit. Qui poſtquā cōſalutatus, ſequētis à me operis ꝓmiſſam cōtinuationē repoſcet: Faciā inquā nō inuitus, quippe cū nec mihi ſit in uita quicquā melius agere, & tu hanc mihi iocunditatem ſtudio tuo augeas, qđ mihi perquā gratiſſimū eſt. Placuit igitur ut qm̄ heſterna diſertio ſpeciem explicuerat, alterius expoſitionis principiū de ſequenti differentia ſumeretur. Hic Fabius, Vberrime inquit à te heſternis vigilijs de generib. & ſpēbus expoſitū eſt. Sed (vt dici audio) ſubtilior de differentijs tenuiorq; tractatus eſt nō inquā immerito. Nā uariæ acceptę differētiæ uarias habebūt ēt poteſtates. Erūt nāq; alias genera, alias ſpēs, alias uero differentię, ſed hoc poſtea demonſtrabitur. Nunc uero ita (vt arbitror) textus eſt.

„ Omnis differentia & communiter & proprie & magis
„ proprie dicitur.

Differentiā quoq; multis appellari modis deſignat. Dicit āt tribus his modis fieri differentiam, cum aut cōes ſunt, aut ꝓpriæ, aut magis propriæ. Cōes ſunt quibus oēs aut ab alijs differimus, aut a nobiſipſis. nam ſedere, vel ambulare, vel ſtare differentia eſt. nam ſi tu ambules, ego uero ſedeam, in ſitu ipſo atque ambulatione differimus. Et item ego cum nunc ſedeo, poſtea uero ſi ambulem, communi à mę ipſo differentia diſcrepabo. Proprię uero ſunt quæ vniuſcuiuſque indiuidui formam aliqua naturali proprietate depingunt, ut ſi quis ſit cęſijs oculis, vel criſpo capillo. Etenim ꝓpria vniuſcuiuſq; ſinguli hoīs ſunt, quo cum iſta naſcuntur. Magis propriæ ſunt quæ in ſubſtantia ipſa permanēt, & totam ſpēm differentia deſcriptioneq; permutant, ut eſt rōnalis & mortalis hoīs differētia. Horū autem cōes & propriæ differētię ſub eadē ſpē ſingulos a ſe faciunt diſcrepare, illa proprijs differentijs, illa cōibus. Magis proprię uero totam naturā cuiuſlibet ſpeciei ſubſtantiamq; permutant, & ab alijs ſpeciebus ſegregant atq; diſiungunt. Harum ergo cōes & propriæ differētię, qm̄ ſpeciem non permutāt, ſed formā quodammodo & habitudinē ſolum faciunt diſcrepare, alteratum facere dr̄, id eſt nō integrum alterum facere, id eſt non integre permutare, ſed quodammodo diſcrepantiam diſtantiamq; faciunt, atq; ideo non vocantur alterum faciētes, id eſt permutantes, ſed magis alteratum, id eſt non integre alterum facientes. Illa uero tertia, id eſt magis ꝓpria, qm̄ ſubſtantialis eſt, & ipſius ſpeciei inſerta naturæ, alterū facit. Nam quoniam homo atq; equus quantū ad hoc ꝙ animalia erant, vna illis erat ſubſtantia, ueniens rationale diſgregauit omnino ſpēm, & funditus alterā fecit. Ergo cōes & proprię differentiæ, alteratum facientes uocantur. Magis proprię autem alterum facientes. Conſtat igitur differentiarum alias facere alterum, alias alteratum, illæ quæ faciunt alterum, quæ ſubſtantiales ſunt, omnes & naturam ſpeciemque permutant, & ſpecificæ prędicantur: valent.n.quamlibet ſpeciem conſtituere, & ab alijs omnibus ſegregare, & eius formam naturamq; componere. Nam ſi dicas mortale & rationale differentias, & eas animali ſupponas, nō eſt dubium quin cum hominis ſpeciem facias, ſpeciei huius ſint ꝑfectrices atq; ideo ſpecificæ nominantur, quòd & permutant naturam, & ipſam ſubſtantiam cuiuſlibet illius ſpeciei conſtituunt. Illæ vero alię nihil aliud efficiunt, niſi alteratum, quippe cum aut proprietate quadam formę alius diſtet ab alio, aut aliqua habitudine, & diſpoſitione aliquid faciendi. Illa igiť magis ꝓpria differētia, quā ſpecificam nominamus, ſola poterit in generis diuiſione congruere. Etenim cæterę nihil ad ſubſtantiā, ſed ad quandam quodammodo eiuſdem ſimilitudinis diſcrepantiā diſtantiamq; ponuntur. Nihil .n. in illis præter alteritatem ſolam reperire queas, quippe quę non conſtituunt ſpecies, ſed conſtitutas iā, & effectas magis proprijs ſuis qualitatibus ipſæ diſcriminant.

„ Quod aūt dicit. Repetenti nunc à ſuperioribus di-
„ cēdū eſt. Differentiarum alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles.

Hoc eſt, qđ hic nunc diuiſio alia rurſus aſſumitur. Nā cū prius differētiā in trib. partibus ſepararet, & poſtea tres illas in duarum tm̄ numerum quantitatemque colligeret, ut alias alterum facientes eſſe diceret, alias alterantes, ipſarum rurſus trium tertia ſumitur facienda diuiſio. Dicit enim alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles: & ſicut in priore diuiſione alteratum facientes duę fuerunt commu-

nes &

nes & propriæ. Sola vero magis propria remanſerat q́ alterum faciebat, eodem nunc etiam modo in ſeparabilibus & in inſeparabilib. communis tm̄ ſeparabilis differentia eſt, vtreq; aliæ, vt cæſitas oculorum, uel flaua cęſaries, uel corporis proceritas: quæ ſunt proprię differentię, vel certe rõnabilitas, vel mortalitas, quæ ſunt magis proprię differentiæ, non pñt vnquam ab hominis ſpecie ſegregari. Sedere vero vel currere, quę cões ſunt, ſeparantur à ſingulis & itẽ rurſus adduntur. Earum vero quę ſunt inſeparabiles, alię ꝑ ſe veniunt, alię vero ꝑ accidens. Et illæ quę ꝑ ſe veniũt, a magis proprijs manant. Illę quę per accidens, a ſolis proprijs effunduntur. Et inſeparabile accidens eſt, quicquid ꝑ inſeparabilẽ propriã differentiam vnicuiq; ſpeciei contigerit. Sed q̄q̄ propria & magis propria inſeparabiles differentiæ ſint, nunq̄ tamen illam ſuperiorem formam naturamq́; commutant. Nam magis propria ſemper alterum, propria ſolum ſemper efficit alteratum. Huc accedit ꝙ inſeparabiles proprię, poſſunt alicui plus minusve contingere. Inſeparabiles magis propriæ, nec cumulis Intentionis augenſ, nec imminutione decreſcũt. Poteſt.n. alius procerior alius fuſcior, deductiorib. alius capillis alius flauiorib. naſci: quę ſunt inſeparabiles proprię differentię. At uero magis propriæ, i. rationale, neq; plus, neq; minus admittit. Omnes eñ homines in eo quod homines ſunt, ęqualiter ſunt rationales atq; mortales. Nam ſi genus alicui plus minuſve eſſe poſſit genus, poſſunt etiam differentiæ uel intentione creſcere, uel remiſſione deſcrere. Nã quoniam animal nõ eſt plus homini quam equo, neq; equo plus quam cęteris, & æqualiter ſubiectis omnibus genus eſt. Sic ſpecierum differentię quas ſpecificas appellamus, magis minuſve non capiũt. Nã ſi animal rationale mortale hominis eſt definitio, & hominum nihilominus ſingulorum, non eſt dubium quin hęc definitio ad omnes homines ſingulos ęqualiter ſꝑ aptetur, & nulli neq; plus, neq; minus conueniat. Quod ſi ita eſt, partes quoq; totius definitionis, q́ ſunt differentię tales erũt, ut nulli neq; plus neq; minus, ſed æqualiter ſemper, & conuenienter aptentur. Partes autem huius definitionis ſunt rationale & mortale. Rationale igitur, & mortale, quę ſunt magis proprię differẽtię, plus minuſve non capiunt. Ab hac igitur, i ſeparabilium inſeparabiliumq́; differentiarum diuiſione, tribus modis differentias ſpeculamur. Nam aut ſeparabiles ſunt, aut inſeparabiles Inſeparabilium uero aut per ſe veniunt, aut per accidens. Quę per ſe ueniunt, alię ſunt quæ genus diuidunt, alię quæ ſpeciem informant atq; conſtituunt. Sed de ſuperioribus prius dictum eſt. Nunc autẽ de ijs quæ genus diuidunt, & ſpeciem conſtituunt diſſeramus. Omnis quæcunq; ſit generum diuiſio in ſpecies, ſi earũ ſpecierum alia ſubdiuiſio fiat, & a magis generibus per ſubalterna genera uſq; ad magis ſpecies decurratur, gemina in his erit duplexq; diuiſio. Nanq; ſi contrarias differẽtias reſpicies, generum eſt diuiſio. Si ſubalterna genera, fit ſpecierum conſtitutio. Si.n. genus diuidamus, i. ſubſtantiam ut iam in ſpeciei diſputatione diuiſa eſt, & ſicut ſubſtantia ſit ſumma, poſt ſubſtantiam animatum corpus, & inanimatum. Sub animato corpore ſenſibile & inſenſibile. Sub ſenſibili, i. animali, rationale, & irrationale Sub rationali, mortale, & immortale. Hæ igitur differentię eædem ſpecies ſunt, ſi cõtra ſeipſas in diuiſione reſpiciantur, & diuidunt genus hoc mõ. Nam quoniam ſub ſubſtantia animatum corpus, & inanimatum poſuimus. ſi animatum corpus contra inanimatũ reſpicias ſubſtanriam diuiſiſti. Si uero ſubalterna genera in ipſis differentijs aſpicias, ſpeciem conſtituens. Nam ſi animatum corpus, & quod ſub ipſo ſenſibile corpus aſpexeris, aĩal reſpexiſti. Item ſi rationalem differentiã contra irrationalem differẽtiam acceperis, genus quod eſt vtrorumq́;, id eſt animal diuiſiſti. Si uero ſub eodem ordine rationalem differentiam, & mortalem accipias, hoĩs ſine dubio ſpẽm demõſtraſti, ita hę differentię alio modo acceptę ſiunt generis diuiſibiles, id eſt genera diuidentes: Alio uero modo fiunt conſtitutinę ſpecierum, i. quę ſpecies declarent, atque conſtituant. Nam ſi contrarias differentias reſpexeris, diuides genus. Si uero ſubalternas, ſpeciẽ conſtitues. Differentiarum igitur nis, & ſeparabilium, & inſeparabilium cęteras tres res: id eſt genus, ſpeciem, accidensq́; ſic retinet, ut permutata comparatione per hęc eadem ipſa etiam permutentur. Nam rationale, & mortale differentias ſi contra irrationale, & immortale reſpexeris, diuiſibiles ſunt generis differẽtiæ. Si uero idem ipſum rationale, & mortale ad ſuperiora cõparaueris, ſpẽs erunt eius quod eas continet animalis. Si vero rõnale atq; mortale ad ſubiectum hominẽ conſideres, genera eius conſtitutiuaſq́; differentias contemplabere. Ac vero de illis alijs inſeparabilibus, id eſt proprijs cadũt differentiæ inſeparabilis accidentis. Inſeparabile nanq; eſt accidens, cęſitas oculorum, & naſi curuitas, & alia hmõi. Et idem de ſeparabilibus accidentibus, id eſt de cõibus. Separabile nanq; accidens eſt, uigilare, dormire, currere, & ſedere.

„ Quod autem dicit. Sic igitur cum poſita ſit ſuper oĩa „ ſubſtantia, & ſint eius differentiæ diuiſibiles animatum, „ & inanimatũ. Cõtrarias differentias in ſpẽs mõſtrat. Qđ „ autem dicit. Hæc differẽtia animata atq; ſenſibilis ſociata ſubſtantię perficiet animal. Conſtitutiuas ſpecierũ differentias monſtrat. Sic igitur varijs modis acceptę, varias virtutes formaſq́; ſortitę ſunt. Sed & diuiſibiles & cõſtitutiuę vtræq; ſpecificę nominantur, & in diuiſionibus generũ definitionibuſq́; ſolæ ſunt vtiles. Cęterę vero inſeparabiles ꝑ accidens, inutiles, & multo magis illę ſunt inutiles, q́ ſeparabili differentia diſcretioneq́; formatę ſunt. Has autẽ ſpecificas differẽtias, qui de differentiarum diuiſione tractaue„ re, tales eſſe declarant, quibus ſpecies a genere abũdãt. Quid autem ſit, breuiter explanandum eſt. Cõtrouerſia eſt utrũ genus differentias ſpecierum ſuarũ in ſe habeat, an minime, ut puta Animal ſub ſe habet ſpecies rationale, & irrationale. id eſt hominem, & verbi gratia equum. Rationabilitatem igitur, & irrationabilitatem, id eſt hominis, & equi differentias, quibus à ſe ſpecie ſub animali poſitæ differiit, utrum habeat vtraſq; animal, an non habeat, in controuerſia eſt. Nam ſi animal quod genus eſt, neq; rationale eſt, neque irrationale, ſpecies quę ſub ipſo ſunt poſitę iſtas differentias non habebunt. Nam ſi genus iſtas differentias non habebit, vnde erunt ſpeciebus differentię, quibus a ſeipſis differunt? Sed ſi quis dicat eſſe in genera iſtas differentias (non .n. haberent differentias ſpecies, niſi prius genus habuiſſet) aliud maius continget incommodum. Nam quoniã ęque ſunt ſpecies quę ſub aliquo genere ſupponuntur, & ęqualiter homo atq; equus ſub animali genere ponuntur, neq; homo prius eſt neq; equus, ſed uterq; ęqualiter animalis ſpecies nominantur. Igitur ſi rationale atq; irrationabile ęqualiter ſub eodem genere ſunt, erunt etiam uno tꝑe. Quod ſi uno tempore, & genus iſtas differentias habet: ve genus ſuapte natura, id eſt animal, rationale ſit & irrationale, nõ eſt dubium quod eadem res uno tempore duas cõtrarietates in ſe ſe ſubſtãtialiter retineat, quod fieri neq d. Quid igitur? Dicẽdũ eſt quoniã genus actu quidẽ ipſo: quod Gręci ἐνέργειαν vocant, iſtas differentias nõ habet: Ad vero poteſtate ab his ipſis differentijs, quas in ſuas ſpecies fundit, non vacat. Quid aũt ſit actus & ptãs caſtigatius explicãdũ eſt. Tantũ intereſt actus à ptãte quantum hõ ridens ab eo qui ridere poſſit nõ tñ rideat. Ille.n. agit ipſam rem, illa tantum põt, non ẽt agit. Sic igitur & animal. Nanq; hõ actu ipſo rationalis eſt. Semper.n. homo rationalis, & nihil aliud eſt: & equus ſemper irrationalis, & eius irrationabilitas in actu poſita eſt. At uero ipſum animal rationale, uel irrationale non ipſum agit, neq; eſt in eorum actu poſitum, ſed in poteſtate. poteſt.n. ex ſe rationale atq; irrationale profundere. Quare, quoniam ſpecies actu differentias continent, genus vero poteſtate, ſpecies à genere merito differentijs abundare dñr. Quoniam quod genus poteſt, id eſt differentias facere ſpecies, non ſolum poſſunt, ſed ẽt agũt. In ipſis .n. ſpeciebus poſitæ informatęq́; ſunt. Eſt autem alia differentię definitio talis, quę dicat differentiam eſſe quę plurimas ad ſpecies in eo quod quale ſit, prędicatur. Differẽtia ad res plurimas dici poteſt, ut rationale dicitur ad homi-

nem homo.n. eſt rationalis, dicĩ ad Deũ. Deus enim rõna lis dicitur, ſed nõ in eo quod qd ſit, ſed in eo qđ quale ſit. Nam ſi qualis homo ſit interrogetur, rationalis cõtinuo re ſpõdetur. Qualis Deus ſit ſi interroges, rõnale nõ abſurde dixeris. Eodem modo ẽt irrationabilitas, dicĩ & ad equũ, & ad bouem, & ad piſcẽ, & ad auem, quę oĩa ſi qualia ſint interrogaueris, irrationabilia prędicãtur. Bona igitur & ir recta hæc eſt definitio, id eſt differẽtia ẽ q̃ ad plurimas res ſpecie diſtantes in eo quod quale prędicatur. Et de mortali uero, & de alijs differentijs, eadẽ eſt rõ. Sequitur locus per difficilis, ſed trãſferentis obſcuritate Victorini magis, quã Porphyrij ꝑponẽtis, qui hmõi eſt. Dicit enim omnem rẽ q̃- cũq; eſt corporea, ex materia et forma cõſtare. Namq; ſi ſta tuã dicas, conſtat ſtatua ex ære, uerbi gratia, & figura illa quã ei ſuus fictor impoſuit, & eſt materia, ex qua facta eſt, ęs: forma vero figura, qua ęs ipſum formatũ eſt. Nã ſi homi nẽ formabis ex ære, & figura hominis, erit hominis figura, forma, ęs uero materia. Eodem modo ẽt genus. Namque ge nus in modũ materię accipitur, differentia uero in modum formæ. Etenim quemadmodũ quęcunq; illa res ex materia & forma cõſtat, ſic ẽt omnis ſpecies ex genere & differen tia. Nãq; genus ita eſt hominis, ut eſt ſtatuę æs, differentia uero ſic eſt hominis. ut eſt figura illa qua ęs effictum eſt. Nã ſicut ex aliqua figura & ex ęris materie, effcta eſt cuiuſcun q; illius ſpecies ſtatuæ ſit, ſic etiã in genus, ideſt i animal cũ uenerit differentia, id eſt rõnale, hominis ſpecies effingit. Iſta igitur ſibi proportionalia ſunt. Proportio aũt eſt cu- iuſcunq; rei ſimilis ad aliquã rem cognatã cõparatio, ut pu ta ſi duo compares ad quatuor, dupla proportio eſt. Si ue- ro xx. ad xl. eadem dupla. Sub eadem ergo proportione sũt quatuor ad duo, ſub quali xl. ad xx. quod vtraque duplex eſt numerorum comparatio. Sic igitur qualis proportio eſt id eſt cõparatio, materię, & figurę, talis eſt proportiu gene ris & differentię, & iſta quatuor ſibi proportionaliter ſunt. Eodem .n. modo ex materia & figura ſpecies unicuiuſque, illius fictionis formata eſt, quemadmodum ex genere & differentia ſpecies cuiuſcunque illius animãtis inanimantiſ ve formatur, quod Victorinus. i. intellexiſſe minus videtur. Nam qđ Porphyrius ἀνάλογον dixit. i. proportionabiliter, il le ſic accepit quaſi ἄλογον diceret, ideſt irrationale. Atque

„ ideo in loco vbi ..... ſcriptum: hoc mõ, Omnes namq;
„ res ex forma & materia conſiſtunt. ipſa autem forma ir-

rationalis eſt, tollendum eſt irrationalis, & dicendum pro- portionabilis eſt. Et ſubterius paululũ ubi habet, iam omne genus ſimile materiæ eſt, & conſiſtit irrationale, tollendum eſt irrationale, & ponendum eſt proportionabile, vt ſit, & conſiſtit proportionaliter. Nam quæ proportio eſt figuræ ad materiam in efficienda cuiuſlibet corporis fictione: ea- dem eſt proportio differentię ad genus in efficienda cuiuſ libet ſpecie animati atq; inanimati. Sequitur item alia de- finitio quæ eſt huiuſmodi. Dicunt.n. eſſe differentiam quę poſſit ſeparare quicquid ſub eodem genere eſt, & recte di cunt. Nam cum ſub eodem genere ſit homo atque equus, quia vtrumque eſt animal, cum venerit rõnale vel irratio nale, equuum atque hominem quę ſub eodem genere ſunt, diuidunt atque diſcernunt. Sunt igitur illæ differentię quę poſſunt res ſub eodem genere ſeparare. Eſt etiam alia de finitio. Differentiæ ſunt q̃bus qđ q̃ ab alio diſtat. Na homo atq; equus rõnali atque irrationali differentia diſcrepant; cum unum ſint quantum ad genus, & hoc eſt quod dicit.

„ Differentia eſt qua differunt ſingula, quia per ſeipſum
„ genus eſt, & illa, quæ rõnalia ſunt, nos. ſ. & illa quæ irra
„ tionalia ſunt. Namque & homo, & equus, & auis, hęc
„ omnia, genus unum ſunt, id eſt animal. Nanque animal
„ horum omnium genus eũ.

Sed ſi de hoc loco in quo poſitum eſt, quia ꝑ ſeipſum ge- nus eſt, mutes & facias, quæ per ſeipſa animalia ſunt, pla- nior ſenſus erit. Generis enim hic nomine pro animalis ab vſus eſt, & erit huiuſmodi ordo. Differentia eſt quẽ diffe- runt ſingula, quæ per ſeipſa animalia ſunt, & illa quæ rõ- nalia ſunt animalia, nos ſcilicet, & illa quæ irrationalia ſunt. Quod ſi ſic eſſet, nullus eſſet error omnino. Nunc uero genus qđ ait pro aĩalis noĩe intelligendum eſt. Itẽ dij atq; hoĩes cum vtriq; rationalis ſint, mortalitatis tñ noĩe adie- cto differunt diſcrepantq;. Sic igitur differentia eſt qua ſin- gula differunt, ſed hoc non ſimplr, ſed illas tm̃ differentias hmõi eſſe putandũ eſt, quę ad ſubſtantiam proſint, & q̃ ad id quod eſt, & quęcunq; ſpeciei pñt eſſe aliquę partes; qđ hmõi eſt. Si equus atq; homo, quorum utrorumq; unum ge- nus eſt animal, a ſe differunt rationali atq; irrationali quali tate, attamen iſta rõnabilitas irrationabilitas in ſubſtantia ipſarum ſpecierum eſt hoc modo. Nam neq; equus pt eſſe ſi ne irrationabilitate, neque homo ſine rationabilitate. Atq; ideo iſtę differentię proſunt ad aliquid eſſe ſpeciei, illi cui fuerint accommodatę, & ſubſtantiæ ipſius partes ſunt. Nã cum homo ex his differentijs conſtet. i. ex rõnali & morta- li, rationale & mortale ſolum poſitum pars eſt ſubſtantiæ hoĩs. Nam ſi vtraque ſimul vnum hoĩem faciunt, non eſt du- bium quin ad ſubſtantiam hoĩs efficiendam vnaquęque ea- rum res, pars eſſe videatur. Quare illæ differentię quæcun- que non proſunt ad eſſe, neque partes ſubſtantiæ cuiuſlibet ſpeciei ſunt, ſpecificæ differentię dici non habent, quamuis ſola hoc una ſpecies habet. Nam ſi homo nauigat, põt dici animal nauigabile. Sed nauigare in ſubſtantiam hominis nõ conuertitur. Neq; .n. homo inde ſubſiſtit, quia nauigat, quã- uis hoc nullum aliud animal habere poſſit. i. nullum poſſit animal nauigare. Eodem modo & eſſe rhetorem uel gram- maticum. Has igitur differentias quæ ad eſſe non proſunt, ſed tm̃ artem aliquam ſcientiamq; commemorant, non po nimus ſpecificas eſſe, q̃uis vna quælibet animalis id ſpecies habeat. Ergo conſideradum eſt, vt quoties dicimus defini- tionem differentiæ, illam, differentiam eſſe qua differãt ſin- gula, illã ſignificari differentiã intelligamus, quę ad aliquid eſſe prodeſt, & quæ eſt alicuius pars ſubſtantiæ ſpeciei. Illas vero quę ad eſſe non proſunt, in hoc genere differentiarũ, quamuis ſingulæ cuiuſque ſint, non ponamus. Sed qm̃ de dif ferentia dictum eſt, de proprio explicemus. Tunc Fabius vt arbitror conſequens eſt. Proprium quatuor dicitur modis.

„ Dicitur nanque proprium quod uni ſpei accidit, ẽt ſi nõ
„ omnibus. Et ego. Quatuor ergo modis propria diuidun-

tur. eſt.n. propriũ quod vni accidit, & ſi nõ oĩbus ut eſt Rhe tor, vel Geometer, vel Grammaticus. Hęc vero omnia vni ſoli ſpeciei, id eſt homini accidunt, non tamen omnibus. Neque.n. omnes homines vel grammatici, vel Rhetores, vel Geometræ ſunt, atque ideo vocabitur hoc proprium quod vni adſit, etiam ſi non omnibus. Eſt item alia proprietas, q̃ eſt, omnibus etiam ſi non ſoli. Nam bipes oĩ homini acci- dit. Omnis.n. homo bipes eſt, ſed non ſoli hominum ſpeciei accidit, ſed ẽt auibus. Eſt item tertium proprium, qđ omni, & ſoli, & aliquo tpe accidit, vt eſt in pubertate pubeſcere, & in ſenectute caneſcere. Nanque & omnib. hominibus eue nit, & nulli alij ſpeciei niſi ſoli hominum: ſed aliquo tempo re. conſtitutum.n. tempus eſt & adoleſcentib. pubeſcendi, & ſeneſcentibus caneſcendi. Neque .n. a ſexto anno uel ſepti- mo aliquis pubeſcit, aut a uiceſimo caneſcit, niſi forte ali- quid accidat noui. Quartum proprium eſt, quod uni ſpeciei accidit, & omnibus ſub eadem ſpecie indiuiduis, & omni tempore, Nam riſibilem eſſe hominem, & uni ſpeciei ſolũ, id eſt homini contingit, & omnibus ſub eadem ſpecie indi- uiduis, omnes enim ſinguli homines rident, & omni tempo re. Nunquam.n. tempus fuit, vt quicunq; ridere non poſſit. Sed riſibile dico poteſtate non actu. Nanque & ſi nõ rideat homo, tamen quia ridere poteſt, riſibilis appellatur. Et sũt integre & uere propria iſta, quæ & vni, & omnibus & om- ni tempore inſunt. Nanque hęc ſpeciebus ſuis conuerti poſ ſunt. Si.n. dicas quid eſt homo? Riſibile. Si quid eſt riſibile interroges, homo prædicabis. Illa uero alia bipes uel grã maticus propria quidem ſunt, ſed conuerti non poſſunt. Nam grammaticus ſemper homo, homo vero non ſemper grammaticus. Et econtrario, homo ſemper bibes eſt, nõ e contrario bipes ſemper homo eſt. Et hinnibile ſimi- liter magis proprium equi eſt. Nam eodem modo hęc


proprietas

proprietas ad ſuam ſpēm conuerti poteſt:nam ſi dicas quid eſt equus?hinnibile reſpōdebis. Si quid eſt hinnibile, equus prædicabitur.Sed qm̄ de proprijs dictum eſt, de accidentibus ſequēs tractatus habeatur.Tum Fabius,definit Porphy- ,, rius accidens ſic. Accidens eſt quod infertur,& aufertur ,, ſine eius in quo eſt interitu. Hoc autem dicere uidetur, illud eſſe accidens, ſine quo poteſt conſtare illud cui accidit, ut puta ſi forte caſu aliquo cuiquam facies irrubuerit, abſcēdete rubore,illæſa facies permanebit, ſicut eueniēte non læſa eſt.Diuiditur ergo accidens in ſeparabile, & in inſeparabile.Nanq; ſeparabile accidens eſt, vt puta ſi quis ſedeat uel ambulet:inſeparabile eſt,ut ſi dicas coruum nigrū cygnum album, à quibus hęc accidentia ſeparari non poſſunt.Naſcitur autem hmōi dubietas, vtrum ſuperior definitio uera ſit,& omnium accidentium nomen includat. Nam qm̄ ſunt quædam(vt ipſe ait)accidētia inſeparabilia, in his talis definitio videtur conuenire nō poſſe. Nam ſi ſeparari nō poſſunt,nō eſt in illis vera definitio, quę dicit accidens eſſe, qđ inferri & auferri pōt ſine eius in quo eſt interitu. Nā cū inſeparabilia ſint,auferri nō poſſunt.Sed hęc tā uehemēs q̄ſtio ſoluitur, ſic ꝙ hæc ipſa definitio de accidentibus facta eſt poteſtate, non actu, & intelligentia, non veritate. Nō quia ęthiops & coruus colorem amittant, ſed ſine iſto colore ad intelligentiam noſtrā poſſunt ſubſiſtere. Nā verū eſt ꝙ æthiopem,aut coruum,color niger nunquam deſerit ſed ſi quis intelligat colorem iſtum, æthiopem uel coruum poſſe amittere,plumarum tn̄ color in coruo mutabitur, & erat auis alba ſpecie & forma corui, ſi quis hoc intelligat. At uero hominis, id eſt æthiopis, amiſſo nigro colore, erit eius ſpecie candida, ſicut etiam aliorum hominum. Ergo hoc nō iō, quia fiat dicitur,ſed ideo quia ſi poſſet fieri,huius accidētis ſuſceptrix ſubſtantia nō periret. Qđ ipſe hoc ,, modo demonſtrat. Pōt aūt ſubintelligi & coruus albus, ,, & ęthiops, vt coruus amiſſo colore in proprię ſubſtātię ,, natura permanęat colorē ſuum perditurus ſine interitu ,, ſuo,ī quo color fuit.Nihil.n.ad ſpēm impedit ſi ęthiops, vel coruus, amiſſo colore in propriæ ſubſtantiæ natura permaneat.Eſt etiā alia definitio,quæ eſt hmōi. Accidēs eſt qđ ,, contingit alicui,& ineſſe & non ineſſe.Nam quod in ſubſtantiam nō uertitur,id accidens eſſe dicimus,id eſt non in ſubſtātia inſitū,ſed extrinſecus ueniēs. Ergo ea q̄ cōtingūt & eſſe & nō eſſe,ideo accidentia uocata ſunt,quoniā in ſubſtantiæ rōne non accipiuntur. Si.n.in ſubſtantię rōne ponerentur,nunquā non eſſent. & ſi non eſſent,nūquam eſſe poſſent. Nam quoniam uerbi gratia rationalis in ſubſtantia hominis eſt,nunquam homo eſſe poterit irrationabilis, quoniam irrationabilitas in ſubſtantia hoīs non eſt. Ex hoc er- ,, go uenit etiam alia definitio. Accidens eſſe illud,qđ ne- ,, que genus ſit,neq; ſpecies, neq; differentia,neq; ꝓpriū. Nam quoniam genus,ſpecies,differētia & proprium,in ſubſtantia ſunt,& cuiuſcunq; illius rei ſubſtantiam monſtrant, iccirco quicquid horum aliquid non fuerit, id accidens merito prędicabitur. Explicitis igitur atq; expeditis his quę propoſuit,id eſt genere,ſpecie,proprijs,differentijs,accidetibuſq; tractare,nunc exequitur illa,quę inter hęc oia communia ſunt,& quę differentia.Et primo oīum ſimul inter ſe communiores explicat. Poſt etiā ſingulorū proprietates.Et ,, dicit oīum eſſe cōmune de plurib.prædicari.Nāq; genus prędicatur de ſpeciebus,& de indiuiduis. Eodē modo pdicatur & differētia de ſpēbus, & de indiuiduis. Etiā propriū de ſpē & de indiuiduis pdicatur.At vero ſpecies de ſolis tātū indiuiduis appellatur.Genus.n.ut animal pdicat̄ de eqs, hominibus,bobus,& canibus,id eſt ſpeciebus: pdicatur itē & de his q̄ ſub ipſis ſpecieb. indiuidua continentur Nam ſicut ſpecies ipſa canis & equi & hominis animalia ſunt, ſic & vnuſquiſq; equus & homo animalia pdicantur. Differentiæ vero pdicantur de ſpecieb. & de indiuiduis hoc mō.Nā que hō & equus ſpecies ſunt.Sed rōnalis dicitur, & ad ſpeciem hoīs differentia pdicatur, eodem modo & ad Ciceronem. Nā cum ſub hoīs ſpecie indiuiduum ſit, & ipſe rationalis appellatur. Proprium autem de ſpecie pdicatur, cum dicitur ſpecies,qđ eſt homo, riſibilis. & cum dicitur Cicero riſibilis,qđ eſt indiuiduum,mōſtratur proprium de indiuiduis pdicari. Species vero de ſuis tantum ſolis indiuiduis pdicatur.Interrogatur.n.quid eſt Cicero?Et homo rn̄detur. Accidēs vero an̄te pdicatur de indiuiduis, & poſtea de ſpeciebus.Nā ſi quis dicat homo ſedet,qđ eſt accidens ſeparabile,quicunq; ſingulū hoīem, id eſt indiuiduum ſedere uiderit, tunc idem & de ſpecie pdicat, ut dicat,quoniā Cicero ſedet,Cicero autē homo eſt,homo ſedet. Eodem mō inſeparabile accidens de ſpecieb. & de indiuiduis pdicat.Expeditis ergo oīum cōmunionibus,generis & differētię primum cōmuniones differentiaſq; declarat. Et primum dicit generi cum differentia eſſe commune, ꝙ ab vtriſq; ſpecies continentur. Nam genus qđ eſt animal,cōtinet ſpeciem hominis atq; equi.Porro aūt rōnale qđ eſt differentia,cōtinet hoīem & Deum.Et irrationale, qđ eſt differentia,continet equū,& bouem,atq; auem. Sed ita continet: vt genus ſemꝑ plures ſpecies contineat, q̄ continet differentia. Nanq; genus & ipſas differentias continet.Genus.n,id eſt aīal,rōnale atq; irrationale cōtinet,id eſt illas ſpecies q̄ ſunt ſub rōnali,& illas q̄ ſunt ſub irrationali continet genus,id eſt animal.At uero differentia, id eſt rōnale,irrationale nō continet,ſed tantum hoīem atq; Deū. Plus igit̄ genus cōtinet q̄ differentia.Eſt autē alia cōio, ſi quid.n.ad quodlibet genus ita pdicatur,vt eius genus ſit; & de illis ſpecieb. q̄ ſunt ſub illo genere ad quod pdicatur, illud genus appellatur,& de illis indiuiduis q̄ ſub illis ſpecieb.ſunt.Nanq; aīal genus eſt hoīs, & de animali pdicatur ut genus ſubſtantia. Genus.n. ſubſtantia animalis eſt.Ergo illa ſubſtantia q̄ ad hominis genus,id eſt animal ita pdicatur,vt genus, pdicatur etiā & ad ipſum hominem.Dicitur.n hō ſubſtantia.Prędicatur item illud generis genus, etiā de his q̄ ſunt ſub ſpecie indiuiduis. Dicit.n.Cicero,qđ eſt ſub hominis ſpecie indiuiduum,ſubſtantia.Differentia eodem mō. Nam ſi qua differentia dicta fuerit de alia differentia, ut differentia intelligatur, prędicabit & ad ſpeciem q̄ ſub illa differentia eſt ad quam pdicatur,& de illis indiuiduis q̄ ſub eadem ſpecie ſunt. Nam rōne uti,differentia,ad rōnalem differentiam,ueluti cognata differētia pdicatur.Rōnabile autem pdicatur ad hoīem,ergo & rōne vti pdicabitur ad hoīem. Idem etiā rōne uti pdicatur ad Ciceronem, qđ eſt indiuiduum ſub illa ſpecie, ad quā ſpeciem illa differentia, id eſt rōnalis,pdicatur,de qua pdicabitur vt cognata illa differentia,id eſt rōne uti.Igitur eſt iſta generis differentiæq; cōitas, ꝙ ea q̄ de genere ſpeciei pdicantur ut genus,& de ſub eodem genere ſpecie prędicantur,& de indiuiduis, & illa quę de differentia prædicant ut differentia,& de ſub eadem differentia ſpecie prędicatur,& de indiuiduis.Eſt aūt & alia cōio, ꝙ quemadmodū interempto gn̄re ſpecies interimuntur,ſic interempta differentia ſpecies ſub eadem differentia interimuntur. Nam ſi interierit aīal,hō atq; equus cominus periturus eſt: ſin vero differentia interierit, id eſt rōnale, dij atq; hoīes interibunt,& nihil eorum erit qđ vti rōne poſſit. Poſt demōſtrationem igitur communionum,proprietates eorum differentiaſq; deſignat, & dicit primā differentiam eam, qua genus non ſolum à differentijs,ſed etiam à ſpeciebus,proprijs,& accidentibus differt. Nanq; dicit genus multo de pluribus prędicari,q̄ prędicetur differentia,vel ſpecies,vel propriū vel accidens.Nanq; genus dicitur, id eſt animal de quadrupede,de bipede,de reptili,id eſt de ſerpente,de natatili,id eſt de piſce. Quadrupes autem qđ eſt à bipede differentia, de ſolis illis dicitur, q̄ quatuor pedes habent, ut equus uel bos.De cęteris autem alijs, i.bipede,vel reptili,uel natabili,vn̄ genus æqualiter pdicatur, appellari non poteſt. Plus ār genus à ſpecieb. prædicatur, ꝙ cum homo ſpecies ſit, & de ſolis indiuiduis prædicetur, idem tn̄ homo de equo vel boue uel cane non prędicatur.At uero aīal qđ eſt genus,de plurib. ſpecieb.prædicatur,i.de hoīe,& equo,& cane,& boue, & de omnibus quæ ſub ipſis poſita ſunt indiuiduis. Genus autem à proprio prædicationibus abundat, quòd proprio vnius ſpeciei ſemper eſt, & de ſub eadem indiuiduis.

Genus uero de multis ſpeciebus, & proprijs prædicatur, & de ſub eiſdem indiuiduis. Ab accidentibus vero genus magis de plurimis prędicatur, qđ cum vnius cygni inſeparabile fortaſſe accñs ſit album, animal non ſolum de cygno prędicatur, ſed ēt de albis omnibus, & nō albis animalibus. At vero accñs de ſolis tm̃ illis quibus inſeparabiliter continetur, uel quibus ſeparabiliter. nam principaliter de indiuiduis dicitur. Quare conſtat multo de pluribus prędicari genus, q̃ accidentia prædicantur, ꝙ accidentia principaliter de indiuiduis, genera vero de indiuiduis, & de ſpeciebus, ,, & de differentijs prædicãtur. Sed nunc illas differentias ,, accipiamus, quibus genus diuiditur, non quibus ſpecies ,, informãtur. Hoc autem tale eſt. Quoniam duas diximus differentiarum eſſe formas, vt aliæ ſint diuiſibiles, aliæ conſtitutiuę. Conſtitutiuas illas diximus, quæ ſub eodem ſilo poſitæ, & à ſubalternis generibus deſcendentes ſpeciē quãdam informant atq; perficiũt, vt eſt rationale, & mortale, quæ hominis ſpeciem conſtituunt. Alias vero diuiſibiles, q̃ genus diuidunt non ſpeciem informant, id eſt rationale, & irrationale, mortale, & immortale. Nũc de differentijs illis iſte tractatus habetur, quę genus diuidunt, non quæ ſpeciē conſtituunt. Nam illæ quæ genus diuidunt, in differentiarũ integro loco accipiuntur: illę vero quæ ſpeciem conſtituũt, in ſpecierum generumq; ſubſtantiam recipiuntur. Nanq; rõnale mortalis genus eſt. Porro mortale hominis genus eſt, & iſtæ cõſtituunt ſpẽm. At vero rõnale irrationalis ſpecies non eſt, neq; genus. Nec mortale immortalis, neq; genus, neque ſpecies eſt. Atq; ideo qm̃ propriam vim differentiarum iſta retinent, quę neq; genera, neq; ſpecies ſibi inuicem eſſe poſſunt. Ipſas nunc differentias accipiamus, in quib. nulla quantũ ad genus ſpeciemq; communitas eſt. Eſt etiam generis differentia quòd ablato genere pereunt differentiæ. Nanq; genus à proprijs differentijs prius eſt. Nanq; ſi abſtuleris genus, omnes ſimul differentias abſtuliſti. Nam ſi abſtuleris animal, rationale atq; irrationale non remanent. Porro autem ſi rationale abſtuleris, remanet animal. Sed ſi utraſq; interemeris differentias, id eſt rationale, & irrationale, poteſt tñ quoddam intelligi, quod ſit ſubſtantia animata ſenſibilis, id eſt animal. Ita genus ſublatum, omnes ſecum aufert differentias. Sublatæ differentiæ, genus ſecum non interimunt. Quod intelligentia genus remanet, id eſt qm̃ poteſt animal intelligi pręter differentias, ut eius tantũ definitionem animo capias, & eſſe dicas ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem. Quę autem talia ſunt, ut ipſa interempta interimant, non ſimul alijs interemptis ipſa interimantur, priora ſunt illis quę non poſſunt interimere. Eſt etiam alia differentia, quod genus ſemper in eo quod quid ſit prędicatur, ut dictũ eſt: differentia uero in eo quod quale ſit. Sed hoc frequentius inculcatum eſt, atq; ideo id à nobis ꝑtermittendum eſt. Eſt etiã alia differentia, quod ad oẽm ſpeciem unum ſemper genus aptatur. Homo.n. vnum tantũ genus habet, ut animal appelletur. In unam autem ſpeciē plurimę differentię poterunt commodari. Nanq; homo & rationale eſt, quę differentia eſt, & mortale, quæ eadem differentia eſt, & ſenſibile, quibus.ſ. omnibus ab alijs differt. Differt.n. his omnibus, quod ſenſibilis eſt, ab inſenſibilibus: qđ rationalis, ab irrationabilibus: quod mortalis, ab immortalibus. Eſt etiam alia differentia quæ ſuperius dicta eſt. Nam genus ſpeciei ita eſt, vt materies: differentia vero, vt figura. Nã ſicut in æris materiem ueniens figura ſtatuam efficit, ita animali, id eſt generi ueniens differentia, id eſt rationale, uel irrationale facit hominis uel pecudis ſpeciem. Quę autẽ ,, communitates uel proprietates generis & differẽtię fuerunt ,, hactenus dixit. & fortaſſe erunt etiam alię, quę ꝑ breuitatem ſuperſedendę atq; dimittendæ ſunt. Nunc autẽ de generis & ſpeciei communitatibus proprietatibuſq; tractatur, & dicit genus & ſpeciem, commune habere de pluribus prædicari, ſicut dictum eſt. Nam genus & de ſpeciebus pluribus prędicatur, & de earum indiuiduis. Vt item ſpecies de ſub ſe plurimis indiuiduis appellatur, & hic quoque illę ſpecies accipiuntur, quæ magis ſpecies ſunt. Nam ſi ſubalternæ accipiuntur, non magis ſpecies quàm genera videbuntur. Nam quæ ſubalternæ ſpecies ſunt, etiam genera ſunt, & erit abſurdum, & huic propoſitioni inconueniẽs de generũ inter ſe differentijs communionibuſq; tractare. Accipiantur igitur illę tm̃ ſpecies, quæ ueræ ſpecies, & magis ſpecies appellantur. Eſt etiam alia eorum cõmunio, qđ ſicut genus à ſpecie primũ eſt, ſic ſpecies ab indiuiduis primæ ſunt. Nam ſi genus auferas ſpecies abſtuliſti. ſi ſpecies abſtuleris, genera non peribunt. Porro ſi ſpecies abſtuleris, indiuidua morientur. ſi indiuidua interierint, ſpecies manent. Eſt ēt his alia communio, ꝙ quemadmodum genus qđ ſit totũ declarat, ſic etiam ſpecies. Nam totum quod eſt rõnale, atq; irrationale à genere declaratum eſt. Dicitur.n. quicquid fuerit rationale vel irrationale, id eſſe animal. ſic igit̃ totum quid ſit à genere declaratum eſt. Porro autem quid ſit tota hominum diuerſitas, id eſt indiuiduorum, à ſola ſpẽ declaratur, cum dicitur hõ. Nã & Scytha & Indus & totum quicquid indiuiduũ eſt, vno ſolo hoĩs, id eſt ſpeciei nomine continetur. Diſſertis igitur generis ſpecieiq; communionibus ad proprietates eorum uel differentias tranſitum fecit, ,, dicens. Differre inter ſe genus & ſpecies, ꝙ genera ſpe,, cies continent, nunquã rurſus genera ab proprijs ſpecie,, bus continentur. Opportet autem (vt dictum eſt) in hoc tractatu non ſubalternas, ſed magis ſpecies conſiderari. Genus.n. plurimarum ſpecierum eſt continens, & unum oĩum, & totũ omnibus & ſingulis. Quod ſi ita eſt. & genus à ſuis ſpeciebus ſingulis maius eſt, atq; ideo eas dicitur cõtinere, non eſt dubium, quin ea ipſa genera quę continent ſpẽs, ab his ipſis contineri nõ poſſint. Inſuper oĩa genera pręiacẽt. ,, Hoc videtur dicere, quod oĩa genera prius ſint ab his ſpeciebus quę ſub ipſis poſitæ continentur. Nam ſicut materies prior eſt ab illa re, quam ueniens in materiam forma conſtituerit atq; figurauerit, ſic etiã prius eſt genus ab illa ſpecie quã veniens differentia formauit atq; cõſtituit. Niſi .n. in generibus differentia venerit, ſpecies nunquam cõſtituentur. Quare pręiacent, id eſt præſunt, & antiquiora ſunt genera ſpeciebus ſuis. Atq; ideo ſi genera interimantur, ſpecies quoq; peribunt. Nam ſi animal ſuſtuleris, hominem pecudemq; ſuſtuliſti. Si vero ſpecies interimantur, non continuo genus interibit. Nam ſi homo perierit, animal cõtinuo nõ interemptum eſt. alia.n. remanebit ſpecies, de qua ipſum animal, id eſt genus prædicetur. Atq; ideo genera ab ſpeciebus ſuis priora ſunt. Et ꝙ omnia genera vniuoce de ſpeciebus prędicentur, ſpecies ipſæ de generibus nunquam: hoc vt arbitror heſterna lucubratione iam dictum eſt. Nam genera ſemper de ſpeciebus uniuoce prędicantur. Homo n. & hõ eſt & animal. Porro autẽ animal genus eſt hominis, & ꝑdicatur animal de hoĩe. Quoniam ergo animal de homine prędicatur, & dicitur homo animal, animal, & homo, vno animalis nomine nuncupantur. Sed his ipſis definitio vna conueniet. Eſt.n. animal ſubſtantia animata ſenſibilis, quod non abſurdum eſt in hoĩe dici. Nam homo ipſe ſi animal dicatur, non erit abſurdum dici de hoĩe ſubſtantia animata ſenſibilis. Igitur genus de ſpeciebus ſuis vniuoce prędicat̃, qđ & eodem nomine, & eadem definitione conueniat. At vero ſpecies non modo uniuoce non prędicantur de generibus ſuis, ſed nec oĩno prędicantur. Nulla .n. res minor de maiore poterit prædicari. Atque ideo qm̃ ſpecies minores ſunt ſuis generibus, de generibus ſuis, neq; uniuoce, neque ,, aliquo mõ poterunt appellari. Amplius oĩa genera abun,, dant cõplexione ſub ſe poſitarum ſpecierum, ipſę ſpe,, cies abundant generum ſuorum proprijs differẽtijs. Qđ dicit perinde eſt, ac ſi diceret. Omne quod genus eſt, plures ſub ſe ſpecies continet. omne uero quod ſpecies, ſub ſe plures habet differentias. Genus.n. id eſt animal in hoc homine idẽ ſpecie ſuperabundat & ſupereſt, ꝙ homo ſolum hõ eſt. Aĩal uero non ſolum homo, ſed etiã bos, & auis, & alia hmõi. Species vero in eo ſuperant genera ſua, quòd eas differentias quas ſpecies in actu habent, eas genera non habent. Nam ſicut ſuperius dictum eſt genera differentias illas quas habent ſub ſe ſpecies poſitę, poteſtate continent,

non ēt re. Atq; ideo ſpēs quę eſt hō, vel alia ſpecies ſicut eſt equus, à genere ſuo animali in hoc abundāt & ſuper ſunt, ꝙ animal ipſum per ſe neq; rōnale, neq; irrationale eſt. At uero homo uel equus, illud rōnale, hoc eſt rationis expers. illud ēt, qđ ſpēs nunquā magis genus fiet, rurſus & genus nūquā magis ſpēs fit, & ut ſciremus hic nō de ſubalternis ſpeciebus, ſed de illis magis ſpēb. ſpecialiſſimiſq; tractari ait: Qđ ea q̄ ſunt genera, magis ſpēs fieri nūquā poſſunt: neque magis ſpēs aliqñ fieri magis genus. Nā ſpēs nūquam genus eſt. Quicqd enim fuerit ſpecies, genus nō erit, neq; quicqd fuerit genus, ſpecies erit. Quare conſtat in his eum tractatibus de ſpeciebus ſolis, non ēt de ſubalternis diſſerere. Subalternæ enim poſſunt eſſe ēt genera. Magis ſpecies vero (ut ipſe ait) nunquam genera eſſe poſſunt. ſed poſtquam de generum ſpecierumq; communitatibus differentijſq; tractatus habitus eſt, ad genera propriaq; tranſgreſſus eſt ſermo. Generis, & proprij commune hoc eſt adhærere ſpeciebus & eas amplexari. Dicit genera & propria in hoc ſibi eſſe conſimilia. ꝙ omne genus à ſuis ſpeciebus nunquā recedit. Eodem mō & propria. Nam ſi dixeris homo: cum ipſo homine continuo animal nominaſti, quod ipſius hominis, id eſt ſpeciei genus eſt. At uero ēt ſi hominem dixeris, eius ēt proprium continuo cum homine nominaſti. Omnis enim homo riſibilis eſt. Ita ſemper genus & ꝓpria ſuis ſpeciebus inſerta, & quodammodo conglutinata ſunt. Similiter & genus prædicatur de ſpeciebus, & proprium de iis quę ſui participantia ſunt, æqualiter ſoquit omnes ſpecies eidem generi ſupponuntur, & ad eas genus illud appellat, ſicut propria ad ea prędicantur, quę ſui participari poſſunt. Namq; æqualiter genus de hoīe dicit, & de equo, & de boue, & de cæteris animantibus, quemadmodum & riſibile, ideſt propriū, de Hortenſio dicit & Cicerone, & de ſingulis indiuiduis quæ ſub eadem ſpecie cōtinentur, ad quā ſpeciem proprium, id eſt riſibile poterit prædicari. Adhuc cōe eſt ipſis vniuoce prędicari. Namq; ſicut genus de ſuis ſpeciebus (ut dictum eſt) uniuoce prędicatur: Ita & propriū de ea ſpecie cuius eſt proprium uniuoce ꝑdicatur. Nā qui homo eſt & riſibile eſt. Porro autem ſi quis dicat hominem eſſe animal rationale & mortale, & dixerit riſibile eſſe animal rationale & mortale, non errabit. Aequaliter igitur & genus de ſpeciebus ſuis & ꝓpria de ea ſpecie cuius ſunt propria, vniuoce ꝑdicantur. Differt autem vtrunque: ꝙ genus primum eſt, ſm proprium. Genus enim ſi ab ſpecie primum eſt, proprium autem vni tm̄ ſpeciei adhæret, & eidē ęquale eſt; non eſt dubium quin genus quod ſpecie maius eſt, proprio etiam ſpeciei maius ſit. Nam ut ſit riſibile, animal prius eſt. Namque ut aliqua ſpecies informetur proprijs & differentiis primo erit genus, ubi illa conueniant, ſicut frequentius inculcatum eſt. Accidit etiam ꝙ genus de pluribus ſpeciebus prædicatur. Namque genus, ideſt animal, de pl⸗us, at uero proprium, ideſt riſibile, de ſola tm̄ hominis ſpecie prędicatur. Vnde fit, ut ſemper propria de ſpeciebus ſuis conuerſim prædicari poſſint, ſpecies autem de genere nunquam. Neq; enim quod animal eſt, homo eſt: neq; omne quod animal eſt, riſibile eſt. Poteſt enim eſſe & equus & hinnibile id quod animal nominatur. Porro autem omne quod eſt homo, id riſibile eſt, & omne qđ eſt riſibile, id homo eſt. Poſſunt enim propria & ſpecies ſibiipſis conuerti, & conuerſim ad ſe inuicem prędicari. Præterea omni ſpeciei quicquid fuerit proprium, & omni, & ſoli ineſt. Namq; riſibile & oībus hominibus adeſt, & ſoli hominis ſpeciei euenit. At uero animal qđ genus eſt, & ſi vni ſpeciei ineſt, non tamen ſoli. Namq; animal omni homini ineſt, non ſoli tamen homini, quia ineſt ēt pecudi, & cęteris animantibus. Oportet aūt hic in propria intelligere, quæ magis propria ſunt. i. quę integre propria nominantur, quę ſunt hmōi, ut & uni ſpeciei & oībus inſint. Differunt ergo in hoc quoq; genera & propria, ꝙ propria & vni ſpeciei adſunt & omnibus indiuiduis quę in ea ſpecie ſunt. Genera uero oībus quidem indiuiduis, quæ in eadem ſpecię ſunt & ſub eodē genere, nō tm̄ uni ſoli ſpeciei, quū genus ſemper de pluribus prædicatur. Vnde fit, vt ſublata propria non auferant genus. Sublatis vero generibus ipſa quoq; propria auferantur. Nam ſi ſuſtuleris proprium. i. riſibile. remanet ſenſibile, remanet animal rationale. Si uero genus ſuſtuleris, ſimul quoque ſpecies ſuſtuliſti. Si ſpecies ſuſtuleris propria etiam quæ inſunt ſpeciebus ſimul interibunt. Itaq; ſublatis generibus, propria ſuſtuleris: ſublatis vero proprijs, ſimul genera non auferentur. Peractis igitur generum propriorumq; differentijs, ad generū accidētiūq; communitates & proprietates tranſitum facit, & vnam eorum prædicat cōitatem: quæ eſt, quod de pluribus prędicantur. Namque ſicut genus de pluribus ſpeciebus prædicatur, ita ēt ſeparabile accidens, & inſeparabile de pluribus ſpeciebus appellatur. Dicitur .n. & de coruo, & de æthiope. nigrum, & de equo & homine moueri, ꝙ illud eſt inſeparabile accidens, illud vero ſeparabile, & qm̄ longius à ſe diſtant, iccirco vnam eorum ſolam cōionem dixit, & alias, ſi quæ forte eſſent, quęrere ſuperſedit. Differt autē genus ab accidenti, ꝙ genus ante ſpecies eſt. Accidentia vero ſpeciebus poſteriora ſunt. Semper genera ſuperare ſpecies, & his præiacere, & eſſe maiora ſuperius demonſtratum eſt. Naque prius eſt animal ab homine, atque ideo conſumptum aīal, ſpecies quoque conſumit. Conſumptæ vero ſpecies, non interimunt genera. At vero accidens poſtea neceſſe eſt vt ſit, quam ſint ipſæ ſpecies. Erit enim prius aliquid cui poſſit accidere? Omne .n. accidens præter illud cui accidit eſſe non poteſt. Atque ideo prius erit aliqua res cui accidat, quam ſit ipſum accidens. Neceſſe eſt igitur vt omne accidens poſt ſpecies inueniatur, & magis poſt indiuidua, quibus principaliter poſſit accedere. Huc accedit, ꝙ generis participantia ęqualiter participāt, ſicut omne genus ſpeciebus ſuis æqualiter genus eſt, vt ſæpius dictum eſt, & ſpecies omnes ęqualiter ſuo generi participant. Nanque equus & homo æqualiter animalia ſunt, neque equus homine plus, neque homo plus equo. At uero accidentia non ęqualiter participant. Nam cum ſeparabile accidens ſit moueri, poſſunt alię inter ſe ſpecies eodem accidenti participantes tardius & citius moueri, & de inſeparabili accidenti eodem modo. Eſt enim vt aliquis nigrioribus oculis ſit, & alius quamuis nigris, tū purpureis, & atq; iō & inteiuionem & remiſſionem recipit accidens. Nam & candidus quod dicitur, & magis & minus dicitur, & alia hmōi. Quare diſtant hęc duo, ꝙ genero quę participant, æqualiter participant: accidenti fortaſſe non æqualiter. Huc accedit, quod genera non modo ante indiuidua, ſed ante ſpecies ſunt. Accidentia vero non modo poſt ſpecies, ſed ēt poſt indiuidua ſunt. Ipſis .n. principaliter accidunt, vt dictum eſt. Eſt ēt differentia, q̄ iā ſuperius dicta eſt: nā genus in eo quid ſit prædicatur, Accn̄s vero in eo quod quale ſit, aut q̄o ſe habeat, nam ſi quid ſit Socrates interroges, homo atque animal reſpondetur: ſi uero qualis ſit, fortaſſe caluus, aut ſimus, quæ accidentia ſunt inſeparabilia. Sin vero q̄uo ſe habeat, aut iacet reſpondetur, aut ſedet, aut quid aliud facere contigerit. Ergo qm̄ generis à ſpecie, & differentia, & proprio, & accidenti, diuiſa ſubſtātia eſt: Nūc poſteriora perſequitur. Sunt aūt oēs differentiæ 20. Nam cū 5. res ſunt, & vnaqueq; ipſarum ab alijs 4. diſtet, & itē 4. differentias habeat, quinquies quaterni, 20. differentiæ efficiūtur. nā ſi genus differt ab ſpecie, proprio, differentia, & accidenti 4. differentię fiunt. Sin vero ſpecies differt à genere, proprio, differentia & accidenti, item aliæ 4. q̄ iunctę cū ſuperioribus 8. fiunt. Et ſi differentia diſtat ab ſpecie, proprio gn̄e, & accidēti, alię 4 ſupercreſcunt. Quæ iunctæ cum 8. prioribus 12. faciunt. At vero ſi proprium differt à genere, ſpecie, differentia, & accidenti, aliis 4. differētiis ſuper 12. poſitis, oēs 16 differentiæ fiunt. Quod ſi accidentis quoque differentias ad 4. reliqua duxeris, 4. ſuper 16 creſcentib. 20. oēs differentiæ perficiuntur. Quę ita 20. ſunt, vt ad ſufficientem doctrinę cumulum 10. tm̄ differentiæ numerentur. Nā quod dictum eſt genus differre à differētia, ſpecie, proprio & accidenti quatuor fuere differentiæ. Si autem differentiā dicamus differre à ſpecie, proprio, & accidenti, ſuperuacuum

ſtum eſt differētiæ cum genere differentiarum commemorare, cum iam prius commemorauerimus quõ generis ad differentiam, differentias diximus, iiſdem .n. (ut opinor) differt differentia à genere, quibus differebat genus a differētia. Itaq; relinquenda eſt hęc differentia, qua diſtat differentia a genere, quæ ſuperius iam dicta eſt, cum diceretur quo genus diſtaret a differentia, Remanent igitur tres differentiæ, quibus ipſa differentia ab ſpecie, proprio, & accidenti diſtat, & cum ſuperioris generis ad alia, 4. differentię fuerint, nunc uero differentiæ ad alia, tres diſtantię uideantur, 7. hæ diſtantiæ fiunt At uero ſpecies quid a genere diſtet, iam tunc dictum eſt, cum dicebatur quo genus diſtet a ſpecie. Quid autem à differentia diſcreparet, tunc demonſtratum eſt, cum diceremus in quo differentia à ſpecie diſcerneretur. Remanent igitur duæ differentiæ ſpeciei cum proprio & accidenti, quæ iunctę cum ſuperioribus. 7. 9. differentias efficiunt. Reſtat igitur una proprij, & accidentis differentia quę dicatur. nam quid à genere diſtet, dictum eſt, cum quid genus diſtaret à proprio diceretur. Porro quid à ſpecię diſtaret dudum dicebatur, cum quid ſpecies à proprio differret enumerabatur. Porro autem quid à differentia, etiam id dictum eſt, cum à proprio differentia ſepararetur. Sed nunc quemadmodum differentia à ſpe-




cie, proprio accidentiſq; diſcernitur, videamus. Eſt cōio differentię, & ſpeciei quod ęqualiter ſpēs ſub ſe indiuiduis ſe permittit, & æqualiter indiuidua ſpecie ipſa participāt. nāq; omnes homines ęqualiter homines ſunt, & hominis participatione ęq; participāt, eodē mō ēt differētia. nāq; omnes homines æqualiter rationales ſunt, & rationabilitate, quæ eſt differentia, omnes q ratione participant æq; participant. Eſt ēt alia cōmunitas, qđ quemadmodū ſpēs nunquā deſerit ea quorū ſpēs eſt, & qbus ſupereſt: ſic & differentia nūquā ea deſerit quæ diſtare ab alijs facit. nanque Socrates quoniam ſub ſpecie hominis eſt, nunquā ab hominis ſpecie deſeritur. Semper enim Socrates homo eſt. At uero differētia Socratem, quõ Socrates rationalis eſt, nunquam deſerit. Semper. n. Socrates rationale animal eſt, Differunt autē inter ſe ſpecies & differētia, quod differētia ſemper in eo quod quale ſit prędicatur. Nam dicitur Socrates quale animal ſit, ut rationale rńdeatur, ſpecies vero in eo quod quid ſit pdicat. Nam dicitur qd ſit Socrates, ut homo reſpondeat. Nanq; hominis qualitas rationale eſt, ſed non ſimpliciter. Illa . n. qualitas pro differentia accipitur, quę veniens in genere ſpeciem conſtituit, & de qualitate ſubſtantiali facta eſt ſubſtantialis & ſpecifica differentia. Iſta igitur talis qualitas differentia nominatur, & ea in eo quod quale ſit, ad hominem prædicatur, Hoc etiam in eorum eſt differentijs. Nanque differentia frequenter in pluribus ſpeciebus conſideratur. Differentia. n. quadrupes in bouis, & equi, & canis ſpeciebus eſt. & differentia rationalis hominis, & Dei, ſpecies vero nunquam aliis niſi ſolis ſub ſe poſitis indiuiduis pręeſt. Nunquam n. alia res homo eſt, niſi quod eſt indiuiduū, ut eſt Socrates, & Plato, & Cicero. Vnde ſit, ut ſublata differentia. ſpecies, quoq; tollatur. Nam ſi ſuſtuleris rōnale, hoīem ſuſtuleris. Sin uero ſuſtuleris ſpeciem, differentia manet. Nam ſi ſuſtuleris hoīem, rōnalis Dei differentia manebit. Eſt vero ēt hæc differentia, qđ differentia cū alia differentia iungi pōt, vt aliqua ex his ſpecies informetur. Nanque rōnalis differentia, & mortalis differētia iunctæ vnius hois ſpēm reddiderunt, Iunctæ uero ſpēs nunquam aliquā ex ſe ſpeciem conſtituunt Si. n. iungas hoīem boui, nulla ex his ſpecies informabitur. Sed fortaſſe dicat aliquis, aſini atque equi coniunctione nullus naſcitur, ſed nō ita eſt. Nanq; indiuidui coniunctione natū eſt aliqđ indiuiduū. Si autem ſic ſimplr ſpeciē ipſam aſini atque equi coniungas, nulla ex his vnquam ſpēs conſtituitur, Neque .n. ſi ſe poſſunt indiuidua commiſcere, iccirco ēt ſpēs indiuiduorū in alterutram ſubſtantiā tranſeūt, atq; ideo conſtat iunctas ſpēs unam ſpeciem non poſſe componere, quod differentiæ iunctę vnius ſpeciei conſtitutiuę ſint. His itaq; tranſactis ad differētię, & ꝓprij cōia ueniamus. Differentia & ꝓprium cōe habēt quod qb. differētia eſt, & a qbus ipſa differentia participat æqualiter participatur. nam rōnalis differentia, quõ ineſt hoībus, & omnes hoīes rōnabili differentia participant, nō eſt dubiū qn oēs hoīes ęqualiter ſint rōnales, atq; ęqualiter rōnabilitate participent. At vero propriū qđ riſibile eſt, æqualiter omnib. hominib. ineſt: oēs. hoīes æqualiter riſibiles ſunt. Eſt ēt hęc eorū cōitas, quod ſicut poteſtatę riſibile dicit, ēt ſi non rideat: ita ēt poteſtate bipes dicit, ēt ſi qs uno pede minuatur. non. n. qđ eſt, dicitur, ſed qđ eſſe poſſit, nā quõ ille ridere poteſt, riſibilis nominatur, & quõ ille duos pedes habere poſſit, bipes. Atq; ideo nunquā ab illis in quib. ſederint, propriū differentiaq; diſcedūt. Sēper enim hō riſibilis eſt, ēt ſi non rideat. Semper bipes, ēt ſi uno pede minuatur. In his enim differentijs & proprijs (ut dictum eſt) quod poteſtate eſſe poſſit, non quod vere ſit, conſideratur. Differunt autem inter ſe differentia & proprium, quod differentia de pluribus ſpēbus prędicatur, proprium vero de una, Nāq; differentia quę eſt mortalis prędicatur de homine, de boue, de equo, & cæteris animantibus, & rationale prædicatur, & de Deo, & de homine. At riſibile de ſola tantum ſpē hominis prædicatur. Vnde euenit, ut omnis differentia, quoniam plurimarum continens eſt ſpērum a ſuis ſpēbus major ſit. Atque iō ipſa de ſpēbus prędicari pōt. Porro autem de ipſa ſpes prędicari non pōt: neq; enim conuerſim dici pōt. Nam quoniam homo dicitur rationalis, non contra dicitur, quod rationale eſt, id hō eſt. Poteſt .n. rationale eſſe & non homo, ſed Deus. At vero proprium, quoniam æqualiter, & ad vnam ſpeciem ſemper aptatur, ęqua uice atq; appellatione conuertitur: dicitur .n. quid eſt homo? riſibile. Quid eſt riſibile? homo. Quib. pertractatis ad differētiam & accidens tranſgreſſa diſputatio eſt. Differentia & accidens cōe habent de pluribus prædicari. Nanq; differentia dicitur & de homine, & de Deo, quoniā vtriq; rōnales ſunt. Et accidens dicitur & de hoīe & de equo, ut homo ęthiops, niger, & equus, niger. Eſt etiam alia cōio quod inſeparabile accidens cuicunque ſpeciei fuerit, inſeparabiliter & omnib ineſt, ut differētia. Nanq; inſeparabiliter accidēs, qđ eſt nigrū, coruo inſeparabiliter accidit, & omnibus coruis. Eodē mō ēt differētia. Nā quõ accidit homini ut bipes ſit, ſēꝑ & oib. hoib eſt eſſe bipedibus. Differūt aūt inter ſe, quod omnis differētia ſpēs cōtinet: Nō cōtra ipſa a ſpēb. cōtinet. Nā ſi differētia plures ſub ſe ſpēs habet ut dictū eſt, maior erit ſub ſe poſitis ſpeciebus. Si maior erit, nunquā eā q̄libet ſpēs continet. Maior .n. a minori nunquā poterit contineri. Nam qđ eſt rōnale, continet hominem & Deum. Homo uero rōnale non continet. Accidentia vero aliquoties continent, aliquoties continent. Nanq; continent, quõ frequenter unū accidens duas ſub ſe ſpēs habet, ut nigrū habet æthiopem & coruū. Continent vero, quoniā ſæpe una ſubſtātia habet duo, vel tria, vel qualibet plurima accidētia. Si qs. n. ſit claudus, & criſpus, & cādidus, & ꝓcerus, hæc oīa accidentia ille unus cui acceſſerūt, complectit & continet. Atq; iō ſpēs illa quæ illud indiuiduū continet, qđ indiuiduū plura in ſe „ accidētia ſuſcepit, accidētis illius cōplexiua eſt. Dehinc „ differētia nūquā intēdit neq; relaxat. Qđ dicit, hoc eſt, rōnale in vna quaq; plus neq; ſpē, neq; minus eſt. Nullus. n. hō alio hoīe ad ſubam plus rōnalis eſt neq; minus. At vero accidens & intendit & remittitur. Dicit .n. quicunq; procerior, dicitur quicunq; velocior, dicitur quicunq; criſpior,

„ quæ

„ quæ omnia accidentia eſſe non dubium eſt. Præterea im „ miſtæ ſemper ſunt contrariæ differentiæ. Immiſtæ .i. immiſcibiles, quæ miſceri non pñt. Neq; n. rationale cum irrationali miſceri pt, neque in una ſpecie conuenire. At uero contraria accidentia manifeſtum eſt in una ſpecie poſſe cõgruere. Nanq; nigrũ & album pt in una non modo ſpecie, ſed indiuiduo cõgruere. Põt. n. quicunq; homo, cum ipſe ſit candidus, nigros tñ capillos habere. Ergo quemadmodum ſpecies differat a gñe & differentia dictum eſt, cum de gñis ad ſpẽm, & differentiæ ad ſpẽm diſtantiam diceremus. Nũc dicemus id quod reliquum eſt, de ſpeciei proprijq; cõibus. Et eſt una eorum cõio, ꝙ de ſeipſa inuicẽ prædicantur. Nã qm̃ æqua ſibi ſunt, neq; ſpecies hominis alij proprio conuenit niſi riſibili, neq; riſibile alij conuenit ſpeciei, niſi homini, atq; ideo dicit quid eſt hõ? riſibile. Quid eſt riſibile? hõ. Cõe eſt ẽt illud, ꝙ oẽ proprium æqualiter ad ſub ſe poſita prædicatur. Nãque oẽs hoies æqualiter riſibiles ſunt, & ſpecies æqualr ad ſub ſe poſita prædicatur. Nanq; oẽs hoies indiuidui, æqualiter vno noie hoies nuncupantur. Differunt a ſe, qm̃ ſpecies pt ẽt genus alteri eſſe, propriũ eſſe non põt. Sed hic illã ſpẽm intelligamus q̃ ſubalterna eſt, non illam q̃ magis ſpecies eſt, & genus eſſe nunq̃ pt. Atq; ideo nos illam modo ſolam, q̃ ſubalterna ſpecies eſt, intelligamus, quæ .i. poterit eſſe & genus. Namq; mortale cum rationalis generis ſit ſpecies, & hois genus eſt. At vero riſibile de nulla unquam alia ſpecie poterit prædicari, neque alij eſſe propriũ, ſicut eſt hois. Illa. n. ſemper (vt dictum eſt) propria ſunt, quæ „ nulli alij niſi ad vnam ſpeciem ſp aptantur. Deinde ſpẽs „ præcedit, & ſic propriũ ſequitur. Quod dicit, tale eſt, oĩs ſpecies vt habeat proprium, primo eam eſſe & conſtare neceſſe eſt. Oportet. n. prius eſſe hoiem vt ſit riſibilis, nõ prius eſſe riſibile ſit homo. Nam qm̃ proprium dicitur, per ſe proprium non conſtat, niſi alicuius ſpeciei ſit. Atque ideo prius eſſe neceſſe eſt illud cuius eſt proprium, quam ſit proprium. Huc accedit, ꝙ ſpecies ſemper in opere intelligitur cuiuſcunque ſubiecti. Species. n. ſemper in actu eſt, non ſolũ propria poteſtate. Homo. n. & reuera & opere & actu homo eſt. i. nunq̃ poterit eſſe non homo. At uero riſibile quod eſt proprium, poteſtate tñ dicitur, ẽt ſi actu non ſit. Poteſt. n. quilibet ille non ridere, tamen quia ridere pt, riſibile nominatur. Diſtant igitur in hoc, ꝙ ſemper ſpecies in actu eſt & in opere, proprium uero aliquoties poteſtate, deinde quorum definitiones diuerſæ ſunt, neceſſario ẽt ipſa quoque diuerſa ſunt. Omnis definitio ſubſtantiam definit. Ergo ſi qua eiuſdẽ ſubæ fuerint: eadem etiam definitione monſtrantur. Si qua eiuſdem definitionis fuerint: eadem ſubſtantia prædicantur. At uero ſi qua definitionibus differant, differunt ẽt ſubſtantijs, quæ ſubſtãtiis differunt, longe a ſeipſis alia ſũt. Nũc igitur qm̃ definitiones proprij & ſpeciei differunt: ſpecies ipſa quoq; & proprium a ſe differunt. Eſt autem ſpeciei diffinitio ſub genere eſſe, & ad plurima numero differentia in eo quod quid ſit prædicari. At uero proprij, uni tm̃ ineſſe ſpeciei, & ſub ipſa de oĩbus ĩdiuiduis prædicari. Sed qm̃ definitionibus differunt, ipſa quoq; ſpecies a proprio diſtabit. Poſt hæc ad cõitates ſpeciei & accidentis diſputationẽ tranſtulit, & dicit, eorũ raras alias eſſe cõitates, niſi has ſolas ꝙ de pluribus prædicantur. Longe. n. a ſe diſtare vñr, in ſubſtantia ſui, & in ptãte patiendi atq; faciendi id quod alicui accidit, & id cui accidit. Nanq; illud cui accidit, quaſi quoddam fundamentum eſt accidentis. Illud uero quod accidit præter id cui accidit, eſſe in ſui ſubſtantia non poteſt. Propria vero ſingulorum ſunt hæc, ꝙ ſpecies in eo quod qd ſit prædicat, accñs vero in eo quod quale ſit & quodam mõ ſe hñs. Nam ſiquis dicat, quid Socrates eſt? homo dicit, Siqs dicat qualis ſit: caluus vel ſimus appellat. Si quis vero quõ ſe habens: ſedens aut iacens appellabitur. Item in hoc differunt, ꝙ vna quæque ſubſtantia unam ſpeciem habet. Naque hominis ſubſtantia vnã ſolam hominis ſpeciem habet, Subſtantia vero equi vnam ſolius equi ſpeciem habet. At uero vna ſubã plura frequenter accñtia cõtinebis. Nam & in eodem æquo q̃dam pars frequenter nigra, q̃dam alba eſt. Et eſt in eo proceritas, eſt altitudo, eſt aquilinum caput, & alia huiuſmodi. Habet etiam non ſolum inſeparabile accñs eadem ſuba, ſed etiam ſeparabile. Nam fortaſſe qdam velox, & idẽ etiã corpore validus eſt, idem etiam ſagittator, &c. Huc accedit ꝙ ſpecies præcognoſcuntur, i. præ intelliguntur, hoc eſt ante eſſe cognoſcuntur q̃ accñtia. Et prius erit aliqua res vbi accidat, q̃ illa quæ accidit: & qm̃ ſpecies eſt ſubiectum accidentis vbi accñs accidat, ideo ante ſpecies intelligitur eſſe q̃ accñs. Accidentia uero poſtea nata ſunt q. a foris venientia & extranea a qualibet illa ſubſtantia, etiam ſi inſeparabilia ſunt. Hæc quoq; eſt eorũ ſeparatio, ꝙ ſp omnia quæ participant ſpecie, æqualiter participant. Aequaliter. n. & Socr. & Cicero, & Plato ſunt hoies. At vero illa quæ participant accidenti, etiam ſi inſeparabile accñs ſit, tñ non æqualiter participant. Nam q̃uis inſeparabile ſit accñs æthiopibus nigris eſſe, tñ eſt aliquis inter ipſos nigrior, nec omnes illa nigredine æqualiter participãt. Relinquitur igitur de communibus proprij accidentiſque tractare. Nam proprium quid diſtaret uel a ſpecie, uel a genere, uel a differentia, ſuperius demonſtratum eſt. ꝓprium ãt & inſeparabile accñs cõe habent, ꝙ ſine his nunq̃ conſiſtunt ea quæ eorum participant & in quibus ipſa conſiderantur, Nam neq; hõ amittit riſibile eſſe, nec æthiops, aut coruus nigrum. Atque ideo ſine his ipſis .i. proprijs & accidentibus, q̃ eorum participant, conſtare non pñt. Ne forte contra ſuperiorem definitionem accidentis uenire videatur iſta cõio. Eſt. n. ita definitum. Accñs eſt quod infertur & auſertur ſine eius in quo eſt interitu. Quod nunc dici uidetur ſine his conſtare nõ poſſe, cum ſuperius ſine eorum interitu poſſe diceretur auferri. Sed hoc modo dicit, non quod ſi auferatur hoc accñs inſeparabile, intereat illud cui accidit, ſed qm̃ ſeparari non põt, iccirco ſine his conſtare non poſſit. Eſt etiam inſeparabilis accidentis, & proprij alia cõio, ꝙ ſicut & oĩ, & ſemper ineſt proprium, cui ineſt. i. homini, ſemper. n. & omnis homo riſibilis eſt. Sic etiam quodlibet accñs inſeparabile, & omni & ſemper eſt accidens inſeparabile Nãq; & omnis coruus & ſemper niger eſt. Sola aũt cum ſeparabilibus accidentibus illa cõio eſt, ꝙ quemadmodum de multis indiuiduis proprium prædicatur, ita etiam accidens de multis indiuiduis pt prædicari. Plures. n. currunt, plures etiam ambulant, quæ. ſ. accidentia ſeparabilia ſunt quemadmodum plures pñt eſſe riſibiles. Differunt autem iſta, ꝙ proprium ſemper uni ſpeciei ineſt, accñs vero pluribus. Nam accidens pluribus ſpecieb. & animatis & inanimatis euenit, ut eſt ebeno nigrum, coruo nigrum, homini æthiopi nigrum. Riſibile uero nulli, niſi ſoli homini. Atq; ideo conuerſum proprium prædicatur, qa vnius ſpeciei conueniens eſt, & illi ſpeciei ſoli æqualis eſt. At uero accidens conuerſum prædicari non pt, quia plures ſub ſe ſpecies habet. Non. n. poteſt dicere id eſſe nigrum, qđ ebenum; cum dicas hoc eſſe ebenum quod nigrum. Poteſt .n. eſſe nigrum & non eſſe ebenum. Deinde omne proprium æqualiter ſe his rebus quæ ſub ſe fuerint dat, & ab his æqualiter participatur. Socr. n. & Cic. & Virg. æqualiter & riſibili participant, & æqualiter riſibiles ſunt. At uero accidens nõ ſemper æqualiter eſt accidens. Poteſt. n. quicunque eſſe procerior, & alius eſſe velocior. Quod ſ. illud ſeparabile eſt accidens, illud inſeparabile. Et fortaſſe aliæ eorum quænam ꝓprietates & communiones eſſe uideantur, ſed nunc quantũ introductioni ſat eſt, ita ſufficiant. Sed iam tibi mi Fabi omnia quæcunque ad introductionem Porphyrij pertinent, plenius vberiusque tractata ſunt. Poſt uero ſi quidem vnquam me egueris, ſtudiis præſertim tuis, quæ nulla vnquam honeſtate caruerunt, habens animo hortatorq; ad eaſdem cupiditates patebo. Hic Fabius, Tu inquit paterno hæc mihi animo polliceris, uerum ego nunquam deficiam ab iis ſtudijs, te præſertim docente, a quo totam fortaſſe logicæ Ariſto. ſi vita ſuppetit, capiam diſciplinam. Et ego, faciam inquam libentiſſime. Sed qm̃ iam matutinus vt ait patronus ſol tectis arriſit, ſurgamus. & ſi quid eſt illud, diligentiore poſtea conſideratione tractabitur.

# ANITII MANLII SEVERINI

## BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI

## COMMENTARIORVM IN PORPHYRIVM A SE TRANSLATVM.

### Liber Primus.

SECVNDVS hic arreptæ expoſitionis labor noſtræ ſeu tranſlationis expediet: in qua quidem vereor ne ſubierim fidi interpretis culpam, cum uerbum uerbo expreſſum comparatumq; reddiderim. Cuius incępti ratio eſt, ꝙ in his ſcriptis in quibus rerum cognitio quæritur, non luculentę orationis lepos, ſed incorrupta ueritas exprimenda eſt. Quocirca multum profeciſſe uidebor, ſi philoſophię libris latina oratione compoſitis, per integerrimæ tranſlationis ſinceritatem, nihil in gręcorum libris amplius deſideretur. Et quoniam humanis animis excellentiſſimum bonum philoſophiæ comparatum eſt, ut uia ex filo quodam procedat ratio. ex animę ipſius efficientijs ordiendum eſt. Triplex omnino animę vis in vegetãdis corporib. deprehenditur. Quarũ una quidem uitam corpori ſubminiſtrat, ut naſcendo creſcat, alẽdoq; ſubſiſtat. Alia vero ſentiendi iudiciũ prębet. Tertia vi mẽtis & rõne ſubnixa eſt: Quarũ quidẽ primę id officium eſt, ut creãdis, nutriẽdis, alendiſque corporibus pręſto ſit. Nullũ vero rõnis pręſtet ſenſuſve iudicium. Hęc aũt eſt herbarum atque arborum, & qcq̃d terrę radicitus affixum tenetur. Secunda vero cõpoſita atque coniuncta eſt, & primã ſibi ſumẽs & in partẽ conſtituens, variũ ac multiforme iudicium capit, de quibus capere põt. Omne.n. animal qđ ſenſu viget, idẽ & naſcitur, & nutritur, & alitur. Senſus vero diuerſi ſunt, & vſque ad quinarium numerum tendunt. Itaq; quicquid tm̃ alitur, non etiã ſentit, quicq̃d vero ſentire põt ei, prima quoq; vis animę, naſcendi.ſ. atque nutriendi, probatur eſſe ſubiecta. Quibus vero ſenſus adeſt, non tm̃ eas rerũ capiunt formas, quibus ſenſibili corpore feriunť pręſente, ſed abſente quoque, ſenſibilibuſque ſepoſitis ante cognitarũ ſenſu formarum imagines tenent, memoriamq; conficiunt, & ꝓut qđq; animal valet, longius breuiuſq; cuſtodit. Sed eas imaginationes cõfuſas atq; ineuidentes ſic ſumunt, ut nihil ex earũ coniunctione ac compoſitione efficere poſſint. Atq; iccirco meminiſſe qdem poſſunt, nec æque omnia. Animalia uero obliuione, memoria recolligere ac reuocare non poſſunt. Futuri vero his nulla cognitio eſt. Sed animę uis tertia quæ ſecum priores alẽdi ac ſentiendi uires trahit, hiſq; uelut famulis atq; obediẽtibus utitur, eadẽ tota in ratione conſtituta eſt, eaq; vel in rerum præſentiũ firmiſſima contemplatione, vel in abſentiũ intelligentia, uel in ignotarum inq̃ſitione verſatur. hęc tm̃ humano gñi pręſto eſt, quę non ſolũ ſenſus imagines perfectas, & non inconditas capit, ſed ẽt pleno actu intelligentię, qđ imaginatio ſuggeſſit, explicat atque confirmat. Itaque vt dictum eſt huic diuinę naturæ nõ ea tm̃ in cognitione ſufficiunt, quã ſubiecta ſenſibus comprehendit, uerum ẽt & inſenſibilibus imaginatione conceptis, & abſentibus rebus, nõia indere põt, & qđ intelligentia rõne comprehendit, uocabulorum quoq; poſitionibus aperit, illud quoq; ei naturã proprium eſt, ut per ea q̃ ſibi nota ſunt, ignota veſtiget, & non ſolum vnumquodq; an ſit, ſed q̃d ſit ẽt, & quale ſit, necnon cur ſit, optet agnoſcere. Quã triplicis animę uim ſola hominũ (ut dictum eſt) natura ſortita eſt. Cuius animæ uis intelligentię motibus nõ caret, q̃a in his quatuor proprię uim rõnis exercet. Aut eñ aliquid an ſit inquirit, aut ſi eſſe conſtiterit q̃d ſit id dubitat. Qđ ſi ẽt utriuſq; ſciam rõne poſſidet, quale ſit unum qđque veſtigat, atque in eo cętera accidẽtiũ momenta perquirit q̃bus cognitis cur ita ſit quęrit, & rõne nihilominus ueſtigat. Cũ igitur actio ſit humani animi vt ſemper aut in pręſẽtiũ cõprehenſione, aut ĩ abſentiũ ĩtelligentia, aut in ignotarum inq̃ſitione atq; inuentione verſetur: duo ſunt in q̃bus oẽm operã vis aĩæ rõcinantis impendit. Vnũ q̃dẽ, ut rerũ naturas inq̃ſitionis certa rõne cognoſcat: Alterũ uero, ut ad ſciẽtiam prius veniat eius qđ poſt grauitas moralis exerceat. q̃bus inquirendis ꝑmulta eſſe neceſſe eſt, quę veſtigantem animũ a recti itineris non minimũ ꝓgreſſione deducant, ut in multis euenit Epicuro, q atomis mũdum cõſtare putat, & honeſtũ corporis voluptate metitur. Hęc aũt idcirco huic atque alijs accidiſſe manifeſtum eſt, qm̃ ꝑ imperitiam diſputandi quicq̃d rõcinatione comprehenderant, in res quoque ipſas euenire arbitrabantur. Hic uero magnus eſt error, neque .n. ſeſe res ut in numeris, ita ẽt in rõcinationibus habet. In numeris .n. quicquid in digitis recte computatis euenit, id ſine dubio in res quoque ipſas, neceſſe eſt euenire, vt ſi ex calculo centum eſſe contigerit, centum quoque res illi numero ſubiectas eſſe neceſſe eſt. Hoc uero non ęque in diſputatione ſeruatur. neque enim q̃cquid ſermonum decurſus inuenerit, id in natura quoque fixum tenetur. Quare neceſſe erat eos falli, qui abiecta ſciã diſputandi, de rerum natura perquirerent. Niſi quis enim prius ad ſcientiam venerit, quę ratiocinatio ueram teneat diſputandi ſemitam, quę ueriſimilem: & niſi agnouerit q̃ fida poſſit eſſe, quęve ſuſpecta, rerũ incorrupta veritas ex rõcinatione non põt inueniri. Cũ igitur veteres ſępe multis lapſi erroribus, falſa quędã & ſibi cõtraria in diſputatione colligerent, atq; id fieri impoſſibile videretur, vt de eadẽ re cõtraria concluſione facta, vtraq; eſſent vera quę ſibi diſſentiens ratiocinatio concluſiſſet, cuive ratiocinationi credi oporteret, eſſet ambiguum, uiſum eſt prius diſputationis ipſius veram atque integram conſiderare naturam: qua cognita, tum illud quoq; quod per diſputationem inueniret, an verum comprehenſum eſſet, poſſet intelligi. Hinc profecta eſt igit logicę peritia diſciplinę, quę diſputandi modos, atque ipſas ratiocinationes & internoſcendi uias parat, ut quę ratiocinatio nunc quidem falſa, nunc aũt uera ſit, quę vero ſemper falſa, quã nunquã falſa, poſſit agnoſci. Huius autem uis duplex eſſe perpenditur, una quidem in inueniendo altera in iudicãdo, qđ Marcus ẽt Tullius in eo libro cui Topica titulus eſt, euidenter expreſſit, dicens. Cum oĩs ratio diligens diſſerendi duas habeat partes, vnã inueniendi, alteram iudicandi, vtriuſque princeps (ut mihi quidem uidetť) Ariſtoteles fuit. Stoici aũt in altera elaborauerunt. Iudicandi .n. viam diligenter ꝑſecuti ſunt, eam ſcientiam, q̃ dialecticen appellant. Inueniendi vero artem, quę topice dicitur, q̃ ad uſum potior erat, & ordine naturę certe prior, totam reliquerunt, Nos autem quoniam in vtraque ſumma vtilitas eſt,

eſt,& vtramque, ſi erit ociũ, perſequi cogimus,ab ea quæ ;, prior eſt, oriemur. Cũ igit tantus huius cõſiderationis fructus ſit,dãda eſt huic tã ſolertisſimę diſciplinę tota mentis inuentio, ut primis firmatis in diſputãdi ueritate veſtigũs,facile ad rerum ipſarũ certã cõprehenſionẽ uenire poſſimus.Et qm̃ qui ſit ortus logicæ diſciplinæ prædiximus, eſſe reliquũ videt adiungere,an omnino q̃dã ſit pars philoſophiæ:an(vt quibuſdã placet)ſupellex atq; inſtrumẽtũ,p qđ philoſophia cognitionẽ rerũ naturãq; deprehẽdat.Cuius q̃dẽ rei has econtrario uideo eſſe ſententias. Hi.n.q partẽ philoſophię putãt logicã cõſiderationẽ,his fere argumentis utunt,dicentes, philoſophiã ĩdubitãter habere partes, ſpeculatiuã atq; actiuã. De hac tertia rõnali,id eſt logica, quęrit an ſit in parte ponẽda, ſed eã quoq; partẽ eſſe philoſophię nõ põt dubitari.Nã ſicut de naturalib.cęteriſq; ſub ſpeculatiua poſitis ſolius philoſophię veſtigatio eſt, itẽq; de moralib.ac de reliquis q̃ ſub actiuã partẽ cadũt ſola philoſophia ppendit:ita quoq; de hac parte tractat.i.de his q̃ logicę ſubiecta ſunt,ſola philoſophia iudicat. Qđ ſi ſpeculatiua atq; actiua,idcirco philoſophię partes ſunt, q̃a de his philoſophia ſola pertractat, pp eandem cãm erit logica philoſophiæ pars,qm̃ philoſophię ſoli hęc diſputandi materia ſubiecta eſt. Ita uero inquiũt cũ in his tribus philoſophia,uerſetur:cumq; actiuã & ſpeculatiuã conſiderationẽ ſubiecta diſcernant, qđ illa de rerum naturis, hęc de moribus quærit,dubium non eſt,quin logica diſciplina naturali atq; morali ſuę materię proprietate diſtincta ſit. Etenim logicę tractatus eſt de propoſitionibus atque ſyllogiſmis & cæteris hmõi:qđ,neq; ea quæ,non de oratione, ſed de reb.ſpeculatur,neq; actiua pars, q̃ de moribus inuigilat, ęque pręſtare põt.Qđ ſi in his tribus,id eſt ſpeculatiua,actiua,atque rõnali,philoſophia conſiſtit, quæ proprio tripliciq; a ſe fine diſiũcta ſunt:qm̃ ſpeculatiua & actiua philoſophiæ partes eſſe uidentur,non dubiũ eſt quin rõnalis quoq; philoſophię pars eſſe conuincatur.Qui vero non partẽ, ſed philoſophiæ inſtrumẽtũ putant,hac fere afferunt argumẽta. Nõ eſſe inquiunt ſimilem logicę finem, ſpeculatiuæ atque actiuę partis extremo, vtraque .n. illarũ ad ſuũ ppriũ terminũ ſpectat:ita ut ſpeculatiua quidem rerum cognitionem, actiua uero mores atq; inſtituta pficiat,neq; altera refertur ad alterã:logicæ uero finis eſſe non põt abſolutus,ſed quodãmõ cum reliquis duabus partibus colligatus atq; conſtrictus eſt.Quid.n.eſt in logica diſciplina,qđ ſuo merito deat optari, niſi quod pp inueſtigationem rerum huius effectio artis inuenta eſt? Scire .n. quẽadmodum argumẽtatio concludatur,vel quę vera ſit, quę veriſimilis, ad hoc.ſ.tendit, vt vel ad cognitionem rerũ referatur hæc rõnum ſcĩa, vel ad inueniẽda ea quę in exercitiũ moralitatis adducta, beatitudinem pariunt. Atque ideo qm̃ ſpeculatiuæ atq; actiuæ ſuus certuſq; finis eſt,logicę aũt ad duas reliquas partes refertur extremum: manifeſtum eſt non eam eſſe philoſophię partem,ſed potius ĩſtrumentũ. Sunt vero plura q̃ ex alterutra parte dicantur, quorum nos ea quæ dicta ſunt, ſtrictim notaſſe ſufficiat. Hanc litem vero tali rõne diſcernimus.Nihil quippe dicimus impedire,vt eadem logica partis nice ſimul inſtrumẽtiſq; fungatur officio. Quoniam .n. ipſa ſuum retinet finem, iſque finis a ſola philoſophia cõſideratur, pars quidem philoſophiæ eſſe ponẽda eſt: Quoniam uero finis ille logicæ quem ſola ſpeculatur philoſophia, ad alias eius partes vnam operam pollicetur, inſtrumentum eſſe philoſophiæ non negamus; eſt autem finis logicę inuentio iudiciumque rõnum: quod quidem non eſſe mirum uidebitur, quod eadem, pars: eadem quoddam ponitur inſtrumentum ſi ad partes corporis animum reducamus, quibus & fit aliquid vt his quaſi quibuſdã inſtrumẽtis utamur, & ĩ toto tñ corpore partiũ obtinent locum. Manus.n.ad tractãdũ,oculi ad uidendum, cętereq; corporis partes ppriũ quoddam uidentur officium habere,qđ tamen ſi ad totius utilitatem corporis referatur, inſtrumenta q̃dam corporis eſſe deprehendunt quæ ẽt partes eſſe nullus abnuerit. Ita quoq; logica diſciplina,pars quędam philoſophiæ eſt, quoniam eius philoſophia ſola magiſtra eſt:ſuppellex uero eſt,ꝙ per eam inquiſita ueritas philoſophię ueſtigatur.Sed qm̃ q̃tum mihi quidẽ breuitas ſuccincta largita eſt,ortũ logicę,& qd ipſa logica eſſet explicaui. Nũc de eo nobis libro pauca dicẽda ſunt,quẽ in pſens ſũpſimus exponẽdũ Titulo.n.pponit Porphyrius introductionẽ ſe in Ariſtotelis pdicamenta cõſcribere.Quid uero valeat hæc introductio,uel ad quid lectoris animũ paret explicabo.Ariſtoteles.n.qui de decem prædicamẽtis inſcribit librũ hac intẽtione cõpoſuit,ut ĩfinitas rerũ diuerſitates,q̃ ſub ſcĩam cadere nõ poſſent, paucitate generũ cõprehenderet,atq; ita id qđ p incõprehenſibilem multitudinẽ ſub diſciplinã uenire nõ poterat,p generũ(vt dictũ eſt)paucitatẽ,animo fieret ſcientięq; ſubiectũ. Decẽ igit genera rerum eſſe omnium conſiderauit Ariſtoteles, i. unã ſubſtantiã,& accidentia nouẽ:quę ſunt,qualitas,quantitas, relatio,vbi,qñ,ſitus,habere,facere,& patiq̃ quę qm̃ genera eſſent ſuprema, & quibus nullũ aliud ſupponi genus poſſet,omnem neceſſe eſt multitudinem rerum p horũ decem generum ſpecies inueniri.Quæ quidem genera oĩbus a ſe differentiis diſtributa ſunt.Nec quicquam videntur habere cõe niſi tm̃ nomen,qm̃ omnia eſſe prædicantur.Quippe ſubſtãtia eſt,qualitas eſt,quantitas eſt, & de aliis oĩbus eſt uerbum cõiter prędicatur, ſed non eſt eorum cõis una ſubſtantia,vel natura,ſed tantum nomen, itaque decem genera ab Ariſt. reperta omnibus a ſe differentijs diſtributa ſunt.Sed quę aliquibus differentijs diſiungũtur, neceſſe eſt ut habeant proprium quiddam, ꝙ ea in ſingularem ſolitariamq; uendicet formam. Non eſt autem idẽ proprium qđ accidens.Accidentia.n.& uenire & abeſſe poſſunt, propria vero ita ſunt inſita, ut abſq; his quorum propria ſunt, eſſe non poſſint,quę cum ita ſint, cumq; Ariſtoteles decẽ rerũ genera reperiſſet, quę vel intelligendo mens caperet, vel loquendo diſputator efferre(quicquid enim intellectu capimus,id ad alterũ ſermone vulgamus) euenit, ut ad horũ decẽ prędicamẽtorũ intelligentiã, quinq; harũ rerũ tractatus incurreret.ſ.generis,ſpeciei,differentiæ,proprij,& accidẽtis. Generis quidem, qm̃ oportet ante prędiſcere quid ſit genus, ut decem illa quæ Ariſtoteles cæteris ante poſuit rebus genera eſſe poſſimus agnoſcere. Speciei vero cognitio plurimum ualet,ut quæ cuiuſque generis ſit ſpecies poſſit agnoſci.Si .n. quid ſit ſpecies ignoramus, nihil impedit errore turbari:fieri .n. poteſt ut per ſpeciei inſcientiam ſępe quantitatis ſpẽs in relatione ponamus, & cuiuſlibet primi generis ſpẽs,alteri cuilibet generi ſubdamus, atque ita fiat permiſta rerũ atque indiſcreta confuſio, quod ne accidat quæ ſit natura ſpeciei ante noſcendum eſt. Nec uero in hoc tantum prodeſt ſpeciei cognoſcenda natura,ne priorum generum ſpecies inuicem permutemus, uerumetiam vt in eodem quolibet genere proximas ſpecies cuilibet generi nouerimus eligere: ut ne ſubſtãtię mox animal dicamus eſſe ſpẽm potius quam corpus, aut corporis hominem potius quàm animatum corpus. At uero differentiarum ſcĩa tn his maximum retinet locũ. Qui enim omnino qualitatem a ſubſtantia,vel cætera a ſe genera diſtare cognoſcimus, niſi eorum differentias nouerimus? Quomodo autem diſcernere eorum differentias poſſumus, ſi quid ipſa ſit differentia neſciamus? Nec hunc ſolum nobis inſcientia differentię infundit errorem, verum etiam ſpecierum quoque tollit omne iudicium. Nam omnes ſpecies informant differentiæ.Ignorata differentia; ſpẽs quoque neceſſe eſt ignorari.Quomodo ergo fieri põt, vt quamlibet differentiam poſſimus agnoſcere,ſi omnino quæ ſit nominis huius ſignificatio neſciamus? Iam vero proprij tantus vſus eſt, ut Ariſtoteles quoque ſingulorum prædicamentorum propria perquiſierit, quę propria eſſe quis deprehenderit, antequam quid omnino ſit proprium diſcat. Nec in his tantum proprij hęc cognitio valet, quę ſingulis nominibus efferũtur, ut hominis riſibile, uerum ẽt in his quę in locum definitionis adhibentur. Omnia.n.propria, rem ſubiectam quodam termino deſcriptionis includũt,quod ſuo loco quoque opportunius commemorabo. Accidentis quoque congnitio

quantum

quantum afferat, quis dubitare queat? cum videat inter decē prædicata nouem tenere accidentis naturas? Quæ qſio accñtia eſſe putabimus, ſi oīno quid ſit accñs ignoremus? Cum ꝑſertim nec differentiarū, nec proprij ſcīa cognita ſit, niſi accñtis naturā firmiſſima conſideratione teneamus: fieri.n.pt, ut differentię loco, uel proprij, per inſciam accñs apponat, qđ eſſe vitioſum ēt definitiones probāt, q̄ cū ipſæ ex differentijs conſtent, & fiant uniuſcuiuſque definitiones propriæ, accñs tñ non vñr admittere cum igitur Ariſt.x.rerum gña collegiſſet, quæ numerum diuerſarū ſub ſe specierum continerent, quę ſpēs nunq̄ diuerſę forent, niſi differētijs ſegregarentur, cumq; oīa in ſubſtantiā, atq; accñs uero in alia prædicamenta ſoluiſſet, cumq; aliquorū prędicamentorum ſit propria perſecutus, de his ipſis quidem prędicamentis docuit. quid uero eſſet genus, quid ſpecies, quid differentia, quid illud accñs, de quo nunc dicendum eſt, & qđ proprium uelut nota præterijt. Ne igitur ad prędicamenta Ariſt. venientes, quid ſignificaret vnumquodq; eorum, quæ ſuperius dicta ſunt, ignorarent: hunc librum Porphyrius de earum quinq; rerum cognitione perſcripſit, quo perſpecto & conſiderato, quid unumquodq; eorum quæ ſupra poſuit, deſignaret, facilius intellectus ea quæ ab Ariſt. pręponerentur addiſcere. Hęc quidem intentio eſt huius libri, quē Porphyrius ad introductionem prędicamentorum ſe conſcripſiſſe, ipſa (ut dictum eſt) tituli inſcriptione ſignificauit. Sed licet ad hoc vnum huius libri referatur intentio, non tamen ſimplex eſt eius utilitas, ſed multiplex, & in maxima queq; diffuſa, quam idem Porphyrius in principio huius libri commemorat dicens.

*Cū ſit neceſſariū Chryſaori, et ad eā quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam, noſſe quid ſit genus quid differentia, quid ſpecies, quid propriū, & quid accidens, & ad definitionum aſſignationem: & omnino ad ea quæ in diuiſione, & in demonſtratione ſunt. utili iſtarum rerum ſpeculatione, compendioſam tibi traditionem facienſ, tentabo breuiter, uelut ītroductionis modo, ea quæ ab antiquis dicta ſunt, aggredi. Ab altioribus quidem quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores uero mediocriter coniectans.*

1 Vtilitas huius libri quadrifariā ſpargit, nanq;, & ad illud ad qđ eius dirigitur intētio, magno uſui legētibus eſt, & ad cętera q̄ cū extra intentionē ſint, non tñ minor ex his legētib. utilitas cōparatur. Eſt.n. per hoc opuſculū, & prędicamētorū facilis cognitio, & definitionum integra aſſignatio, & diuiſionū recta pſpectio, & demonſtrationū ueraciſſima cōcluſio. Quæ res q̄to difficiles atq; arduæ ſunt, tanto perſpicaciorē ſtudioſioreq; animū lectoris expectāt. Dicendū uero eſt quod in oībus libris euenit. Nā primū ſi quę ſit intentio cognoſcatur, q̄ta quoq; vtilitas inde prouenire poſſit, ꝑpenditur, & licet ex multa (vt ſit) hmōi librū ſequantur, tñ illam proxime vtilitatē videtur habere, ad quod eius refertur intentio, ipſo libro, quē ſumpſimus, exponēte, cum eius intentio ſit ad prædicamenta intellectum facilē cōparādi, non dubiū eſt quin hęc eius principalis probetur utilitas, licet non minores ſint comites definitio, diuiſio, ac demonſtratio Quorum nobis quædam hic principia ſuggeruntur? ſenſus uero totus hmōi eſt; Cum ſit inquit utilis gñis, ſpeciei, differentiæ, proprij, accidentiſq; cognitio ad prædicamenta Ariſt. eiuſq; doctrinā, ad definitionum ēt aſſignationē, ad diuiſionē, & ad demōſtrationē, quia ſit harum rerum vtilis vberrimaq; cognitio, compendioſam inquit traditionē faciens. ea q̄ ab antiquis large ac diffuſe dicta ſunt tentabo breuiter aperire. Neq; .n. eſſet compendioſa, niſi totum opus breuitate conſtringeret. Et qm introductionem ſcribebat, altiores inquit qōnes ſponte refugiam: ſimpliciores uero mediocriter coniectabo .i. ſimpliciorum qōnum obſcuritatem, habita in eis quadam coniecturę rōcinatione tractabo. Tota quidem ſnīa huiuſcemodi procemiis talis eſt, q̄ & utilitate vberrima & facilitate incipientis animo blādiatur. Sed dicendum eſt quidnam cælet amplius altitudo ſermonum, Neceſſarium in Latino ſermone ſicut in Gręco ἀναγκαῖον plura ſignificat. Diuerſa.n. ſignificatione Marcus Tulius dicit neceſſariū ſuū eſſe aliquē atq; noſtrū. Item neceſſariū dicimus, vt cū neceſſariū eſſe nobis dicimus ad forū deſcēdere, qua ī uoce q̄dā vtilitas ſignificat. Alia quoq; ſignificatio eſt qua dicimus Solē neceſſariū eſſe moueri .i. neceſſe eſſe. Et illa quidē prima ſignificatio ꝑtermittēda eſt. Oīno .n. ab eo neceſſario, qđ hic Porphyrius ponit, aliena ē. Hæ vero duę huiuſmodi sūt, vt īterſe certare uideant, q̄ huius loci obtineat ſignificationē, ī quo dicit Porphyrius, Cū ſit neceſſariū Chryſaori, nāq; (ut dictū eſt) neceſſariū, & utilitatē ſignificat, & neceſſitatem. Vidētur aūt loco utraq; cōgruere. Nā & ſumme vtile eſt ad ea q̄ ſuperius dicta sūt, de genere, & ſpecie, & cęteris diſputare; & ſumma eſt neceſſitas, q̄a niſi ſint hęc ante præcognita, illa ad quæ iſta ꝑparantur, non poſſunt cognoſci quæ dicuntur prędicamenta. Nam neque præter cognitionem generis, & ſpeciei prędicamenta diſcuntur, nec definito genus relinquit & differentiam, & in cęteris quā ſit vtilis iſte tractatus, cū de diuiſione & demōſtratione diſputabit apparebit. Sed quāquam neceſſe erit hæc quinque de quibus hic diſputādū eſt, prius ad cognitionē venire, q̄ ea quibus illa prępárantur, nō tñ ea ſignificatione hic a Porphyrio poſitum eſt, qua neceſſitatem ſignificare vellet, ac non potius vtilitatem: ipſa enim oratio contextusq; ſermonum id clariſſima intelligentiæ rōne ſignificat. Nec.n. quiſquam ita vtitur oratione, ut aliquam neceſſitatem referri dicat ad aliud. Neceſſitas enim per ſe quidē eſt: utilitas vero ſemper ad id qđ utile eſt, refertur, ut hic quoque Ait .n. cum ſit neceſſarium Chryſaori, & ad eam quæ eſt apud Ariſtotelem prædicamentorum doctrinam. Si hic igitur neceſſarium intelligamus utile, & id noīe ipſo uertamus dicentes, cum ſit vtile Chryſaori, & ad eam quę eſt apud Ariſtotelem ꝓdicamentorum doctrinā, noſſe qđ ſit genus. & cętera, rectę intelligētię ſermonū ordo conuenit; ſin uero id ad neceſſe permutetur, vt dicamus, cū ſit neceſſarium Chryſaori, & ad eam quæ eſt apud Ariſtotelē ꝓdicamētorum doctrinā noſſe qđ genus ſit, & cætera, rectę intelligentię ſermonum ordo non conuenit. Quocirca hic diutius immorādum non eſt. Quāquam enim ſit ſumma neceſſitas his ignoratis non poſſe ad ea, ad quæ hic tractatus intendit perueniri, nō tñ hic de neceſſitate dictum eſt, neceſſariū, ſed potius de utilitate. Nunc vero licet idem ſuperius dictum ſit, tñ breuiter qđ ad prędicamenta generis, ſpeciei, differentię, proprij atque accidentis proſit cognitio, diſputemus Ariſtoteles .n., in prędicamentis decem genera conſtituit rerum, quæ de cunctis alijs prędicarētur, ut qcqđ ad ſignificationē venire poſſet, id ſi integrā ſignificationem teneret, cuilibet eorum ſubijceretur generi, de quib. Ariſtoteles tractat in eo libro, qui de decē prędicamentis inſcribitur. Hoc ipſum referri ad aliquid uelut ad genus, tale eſt, quale ſi quis ſpēm ſupponat generi. Hoc vero neq; pręter cognitionem ſpeciei ullo modo fieri pōt nec uero ipſę ſpecies quid ſint, vel cuius magis ſint, poſſumus agnoſcere, niſi eorum differentię cognoſcantur. Sed differentiarum natura incognita, quę uniuſcuiuſque ſpeciei ſint differentiæ, modis omnibus ignorabitur. Quare ſciendum eſt, quoniam ſi de generibus Ariſtoteles tractat in prędicamentis, generum natura cognoſcenda eſt, cuius cognitionē ſpeciei quoque comitatur agnitio. Sed hoc cognito, quid ſit differentia, non poteſt ignorari: quanquam in eodem libro plura ſunt, ad quæ niſi maximam peritiam & generis, & ſpeciei, & differentię lector attulerit, nullus omnino intellectus pateat, ut cum ipſe Ariſtoteles „ dicat. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſi„ torum diuerſę ſecundum ſe ſpecies & differentiæ ſunt, „ qđ his ignoratis intelligi impoſſibile eſt. ſed idē Ariſtoteles proprium uniuſcuiusq; prędicamenti diligentiſſima inquiſitione ueſtigat, vt cū ſubſtantiæ proprium poſt multa

dicit

ta dicit eſſe, ꝙ eadem numero, contrariorum ſuſceptibilis ſit. Et rurſus quantitatis, ꝙ in ea ſola ęquum atq; inæquale dicatur qualitatis ẽt, ꝙ per eam ſimile aliud alijs aut diſſimile proponimus. & in cęteris eodem modo, ut quę ſit cõtrarij proprietas, quæ ſm relationem oppoſitionis quæ priuationis & habitus, quę affirmationis & negationis: in quibus ita tractat tanquam iam peritis ſcientibusq; quæ ſit proprietatis natura, quam ſi quis ignorat, fruſtra ea quę de his diſputantur aggreditur. Iam uero illud manifeſtum eſt, ꝙ accidens maximum prædicamentorum obtineat locum ꝙ proprio noĩe nouẽ pdicamenta circundat, & ad prędicamẽta quidẽ quanta ſit huius libri utilitas, ex his manifeſtũ eſt. Quod vero ait, & ad aſſignationem definitionum, facile cognoſci põt, ſi prius ſubſtantiæ rationum diuiſio fiat, ſubſtantię rõ, alia quidem in deſcriptione ponitur, alia uero in definitione, ſed ea quæ eſt in deſcriptione, proprietatẽ quãdã colligit eius rei, cuius ſubſtantię rationem prodit, ac non modo proprietate id quod monſtrat, informat: verum ẽt ipſa ſit proprium, quod in definitionem quoq; venire neceſſe eſt. Si quis.n. quantitatis rationem reddere velit, vt dicat licebit, quantitas eſt ſm quam ęquale atq; inęquale dicitur. Sicut igitur proprietatem quantitatis in ratione poſuit quãtitatis, & ipſa tota ratio ipſius quãtitatis propria eſt: ita deſcriptio, & proprietatem colligit, & propria ſit ipſa deſcriptio. Definitio uero ipſa quidem propria non colligit, ſed ipſa quoq; ſit propria. Nam quũ ſubſtantiam monſtrat, genus differentijs iungit, & ea quę per ſe ſunt communia atque multorum, redigens in unum, vni ſpeciei quam definit reddit ęqualia. ita igitur ad deſcriptionẽ utilis eſt proprijs cognitio, qm̃ ſola proprietas in deſcriptione colligitur, & ipſa ſit propria, ſicut definitio quoq;: ad definitionem vero, quod genus primo ponitur, & ſpecies ad quã genus illud aptatur, & differentiæ, quibus iunctis cum genere, ſpẽs definitur. Sed ſi cui hæc pſſiora quã expoſitionis modus expoſtulat, uidebuntur, hoc eum ſcire conuenit, nos (vt in prima æditione dictum eſt) hanc expoſitionem noſtro reſeruaſſe iudicio, vt ad intelligẽtiam ſimplicem huius libri, ędi tio prima ſufficiat. ad interiorem uero ſpeculationem, confirmatis iam pene ſcientia, nec in ſingulis vocabulis rerum hęrentibus, hęc poſterior ęditio collocatur. Ad diuiſionem vero facienda tam hic liber eſt utilis, ut pręter earũ ſcıẽtiã rerũ, de quibus in hac libri ſerie diſputatur, caſu fiat potius quam rõne partitio. Hoc aũt manifeſtũ erit ſi diuiſionẽ ipſam diuidamus, id eſt ſi nomen ipſum diuiſionis in ea quæ ſignificat, partiamur. Eſt nãq; diuiſio generis in ſpẽs, ut cum dicimus coloris aliud eſt album, aliud nigrum, aliud uero mediũ. Rurſus diuiſio eſt quoties uox plura ſignificans aperitur, & quam multa ſint quę ab ea voce ſignificantur, oſtẽditur. ut ſi quis dicat nomen canis plura ſignificat, & hunc latrabilẽ quadrupedemq;, & cœleſte ſidus, & marinam beſtiam, quę omnia à ſe definitione defuncta ſunt. Diuiſio dicitur & quoties totum in partes proprias ſeparatur, vt cum dicimus, domus aliud ſunt fundamẽta, aliud parietes, aliud tectum. Et hæc quidem triplex diuiſio ſm ſe partitio, nũcupatur. Eſt autẽ alia, quę ſm accidens dicitur, ea quoq; ſit tripliciter, aut cũ accidẽs in ſubiecta diuidimus, ut cum dico, bonorum alia ſunt in anima, alia in corpore, alia extrinſecus: aut cum ſubiectum in accidẽtia diſtinguimus, ut corporum, alia ſunt alba, alia nigra, alia medij coloris aut cum accidens in accidentia ſeparamus, vt cum dicimus, liquentiũ alia alba, alia nigra, alia medij coloris. Et rurſus alborũ alia ſunt dura, alia liquentia, quædam mollia, cum igitur ita oĩs fiat diuiſio aut ſm ſe, aut per accidens, & vtraq; partitio tripliciter, cumq; in ſuperiore ſecundum ſe triplici partitione ſit una diuiſionis forma, genus in ſpecies ſeparare, id neq; pręter generis ſcientiam fieri ullo modo poteſt, neq; pręter ſcientiam differentiarum, quas neceſſe eſt in ſpeciarum diuiſione ſumi. Manifeſtum eſt igitur quanta utilitas huius libri ad hanc diuiſionem ſit, quę primo adtu genus ac ſpẽs & differentias tractat. Secunda uero diuiſio quæ eſt ſecundum uocis ſignificantias, ne ipſa quidem ab huius libri utilitate diſcreta eſt. Vnio.n. nõ cognoſci poterit, utrum vox cuius diuiſionem facere quęrimus, ęquiuoca ſit, an genus: ſi ea quę ſignificat definiantur. Et ſi ea quę ſub cõione ſunt, vna definitione claudantur, ſpẽs eſſe neceſſe eſt, & illud cõmune genus earũ. Quod ſi illa quę propoſita vox deſignat, non poſſunt una definitione concludi, nemo dubitat quin illa uox ſi ęquiuoca, nõ cõis his de quibus prædicatur, ut genus, qñ quidem ea q̃ ſub ſe poſita ſignificat, ſm cõe nomen non poſſunt una definitione comprehendi. Si igitur ex definitione manifeſtum eſt quid genus ſit, quidque nomen ęquiuocum definitio uero per genera differentiaſq; diſcurrit, quiſquam ne dubitare poteſt, & in hac diuiſionis forma plurimum huius libri auctoritatem ualere? Illa uero ſm ſe diuiſio quę eſt totius ĩ partes quemadmodum diſcernitur? an nõ potius generis in ſpecies, diuiſio eſſe putabitur? niſi ſint genus, & ſpecies, & differentiæ earum quauis ante rõne diſciplinæ tractata. cum.n. nõ quiſquam dicat, domus ſpecies potius eſſe, quã partes, fundamenta, parietes, & tectũ. Sed cum occurrerit generis nomen in unaquaq; ſpecie totũ poſſe congruere, totius uerõ in vnaquaq; parte ſua nomen cõuenire nõ poſſe, manifeſtũ fiet aliam diuiſionem eſſe generis in ſpecies, aliam totius in partes. Cõuenire autem nomen generis ſingulis ſpeciebus oſtenditur per id, ꝙ & homo & ęquus, ſingula animalia nuncupantur. Neq; tectum vero, neq; parietes, aut fundamenta ſigillatim domus noĩe appellari ſolent. Sed cum fuerint iunctę partes, tunc recte totius nomen excipiũt. De ea vero diuiſione quę ſm accidens fit, nullus ignorat, quin incognito accidenti, incognitaq; ui generis ac differentiarũ facile euenire poſſit, ut accidens ita in ſubiecta ſoluatur, quaſi genus ſpecies, & poſtremo omnem hunc ordinem partitionis fœdiſſime permiſcebit in ſcientia. Et qm̃ quid ad diuiſionem hic liber proſit oſtendimus, nunc de demõſtratione dicemus, ne p ardua atq; difficilia hęreat, qui in tanta hac diſciplina uigilantiſſimo ingenio, & ſolertiſſimo labore ſudauerit: ſit .n. demonſtratio id eſt alicuius quęſitę rei certa rõnis collectio ex ante cognitis naturaliter, ex cõuenientibus, ex primis, ex cã, ex neceſſarijs, ex per ſe inhęrentibus. Sed genera ſpeciebus, ſpecies proprijs, priora ſunt naturaliter. Ex generibus .n. ſpecies fluunt. Item ſpecies ſub ſe poſitis indiuiduis priores naturaliter eſſe manifeſtũ eſt. Quę vero priora ſunt, ea & noſcuntur, & notiora ſunt ſubſequentib. naturaliter. Duobus .n. modis primum aliquid & notum dicitur, ſm nos.ſ. & ſm naturam, nobis.n. illa magis cognita ſunt quę ſunt pxima, vt indiuidua, de hinc ſpecies, poſtremo genera. At vero naturæ conuerſo modo ea ſunt magis cognita, quæ nobis minime proxima ſunt. Atq; ideo quãtumlibet ſe longius à nobis genera protulerunt, tanto magis erunt lucida & naturaliter nota. Differentię vero ſubſtantiales illæ ſunt, quas per ſe his rebus ineſſe quę demonſtrantur agnoſcimus. Pręcedere autem debet generum ac differentiarum cognitio, ut in vnaquaq; diſciplina quę ſint eius rei quę demonſtratur conuenientia principia poſſit intelligi. Neceſſaria vero eſſe ea ipſa, q̃ genera & differentias dicimus nullus dubitat, q ſpeciem ſine genere & differentia intelligit eſſe non poſſe. Genera uero & differentię ſunt cauſæ ſpecierũ. Idcirco .n. ſpecies ſunt, quia genera earum & differentię ſunt, q̃ in ſyllogiſmis poſita demõſtrantibus, non rei ſolum, uerũ etiã cõcluſionis cauſæ ſunt, quod poſtremi reſolutorij locupletius dicent. Cum igĩ perutile ſit, & definitione quodlibet illud circumſcribere, & diuiſione diſſoluere, & demonſtrantibus comprobare, hęc autem pter earum rerum ſciẽtiam de qbus in hoc libro diſputabĩ, neq; intelligi, neq; exerceri valeant, qs vnquam poterit dubitare, quin hic liber maximum totius logicę adiumentum ſit, præter quam ꝙ cætera quæ in ea magnam uim tenent, nullum doctrinæ aditum pbent. Sed meminit Porphyrius introductione ſeſe conſcribere, neq; vltra quam inſtitutionis modus eſt, formam tractatus egredi. Ait.n. ſe altiorum q̃ſtionum nodis abſtinere, ſimpliciores vero mediocri cõiectura pſtringere. Quę vero ſint altiores q̃ſtiones, quas ſe differre pmittit, ita pponit.

*Mox de generibus, ſpeciebus illud quidem, ſiue ſubſiſtant, ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint: ſiue ſubſiſtentia, corporalia ſint, an incorporalia: & utrũ ſeparata a ſenſibilibus, an in ſenſibilibus poſita, & circa hæc cõſiſtentia, dicere recuſabo. Altiſſimum enim negocium eſt huiuſmodi, & maioris egens inquiſitionis.*

2. Altiores inquit quęſtiones prætereo, ne eis intempeſtiue lectoris animo ingeſtis, initia eius primitiaſq; pturbem. Sed ne omnino faceret negligentem, vt nihil ꝑterquam qđ ipſe dixiſſet, lector amplius putaret occultum, idipſum cuius executionem ſeſe differre ꝑmiſit, addidit. ne de his minime obſcure penituſq; tractando lectori quicquam obſcuritatis effunderet, & tñ ſcientia roboratus quid quęri iure poſſit, agnoſceret. Sunt autem q̃ſtiones quas ſeſe reticere ꝑmittit & perutiles, & ſecretę, & tantæ q̃dem à doctis uiris, nec à pluribus diſſolutę. Quarum prima eſt huiuſmodi. Omne qđ intelligit animus, aut id qđ eſt in rerum natura conſtitutum, intellectu concipit, & ſibimet rõne deſcribit, aut id qđ non eſt, vacua ſibi imaginatione dipingit. Ergo intellectus gñis & cęterorum, cuiuſmodi ſit q̃ritur, vtrum ne ita intelligamus ſpecies, & genera, vt ea q̃ ſunt, & ex quibus verum capimus intellectum: an noſmetipſos eludimus, cum ea q̃ non ſunt, nobis caſſa imaginatione formamus. Qđ ſi eſſe q̃dem conſtiterit, & ab his quę ſunt, intellectum concipi dixerimus, tunc alia maior ac difficilior quęſtio dubitationem parat, cum diſcernendi atq; intelligendi gñris ipſius naturam ſumma difficultas oſtenditur. Nã qm̃ omne quod eſt, aut corporeum, aut incorporeum eſſe neceſſe eſt, genus, & ſpecies in aliquo horum eſſe oportebit. Quale erit igitur id qđ genus dicit, vtrumne corporeum, an incorporeum? neque.n.qd ſit diligenter intenditur, niſi in quo horum poni debeat agnoſcant. Sed neq; cum hęc ſoluta fuerit quęſtio, omne excluditur ambiguum: ſubeſt.n aliquid qđ ſi, incorporalia eſſe genus ac ſpecies dicantur, obſideat intelligentiã atq; detineat, exſolui poſtulans: vtrum circa corpora ipſa ſubſiſtant, an ẽt præter corpora ſubſiſtentia, incorporales eſſe videantur. Duæ quippe incorporeorum formæ ſunt, ut alia præter corpora eſſe poſſint, & ſeparata à corporib. in ſua incorporalitate perdurent, ut Deus, mens, anima: alia vero cum ſint incorporea, tñ pręter corpora eſſe non poſſunt, ut linea, ſuꝑficies, numerus, & ſingulę qualitates, quas tametſi incorporeas eſſe pronũciamus, quod tribus ſpatijs minime diſtendantur, ita tñ in corporibus ſunt, ut ab his diuelli nequeant, aut ſeparari, aut ſi a corporib. ſeparata ſint, nullo mõ permaneant. Quas licet quæſtiones arduum ſit, ipſo interim Porphyrio renuẽte diſſoluere, tñ aggrediar ita, ut nec anxium lectoris animum relinquam, nec ipſe in his q̃ præter numeris ſuſcepti ſeriem ſunt, tempus operamque conſumã. Primum quidẽ pauca ſub quæſtionis ambiguitate proponã. Poſt vero eũdem dubitationis nodum exſoluere atq; explicare tentabo. Genera & ſpecies aut ſunt, & ſubſiſtunt, aut intellectu, & ſola cogitatione formantur, ſed genera & ſpecies eſſe non poſſunt. Hoc autem ex his intelligitur. Omne.n. quod commune eſt vno tpe pluribus, id in ſe unum eſſe non poterit. Multorum.n.eſt quod cõe eſt, pręſertim cum una atq; eadem res in multis uno tpe tota ſit. Quãtęcunq;.n.ſunt ſpecies, in omnibus genus unũ eſt, non quod de eo ſingulę ſpecies quaſi partes aliquas carpant, ſed ſingulæ uno tpe totũ genus habeant, quo ſit, vt totum genus in pluribus ſingulis vno tpe poſitũ, vnũ eſſe non poſſit. Neque.n.fieri põt, ut cũ in plurib. totum uno ſit tpe, in ſemetipſo ſit unum numero. Qđ ſi ita eſt, vnum quiddã genus eſſe non poterit, quo ſit ut omnino nihil ſit. Omne.n. qđ eſt, iccirco eſt, qa vnum eſt: & de ſpẽ idẽ cõuenit dici. Qđ ſi eſt quidẽ genus ac ſpẽs, ſed multiplex, neq; vnum numero, nõ erit vltimũ genus, ſed habebit aliud ſuꝑ ſe poſitum genus, qđ illã multiplicitatẽ unius ſui nõis vocabulo concludat. Vt.n.plura animalia, qm̃ habent quiddam ſimile, eadem tñ non ſunt, & iccirco eorum genera perquirunt: ita quoque qm̃ genus quod in pluribus eſt, atq; ideo multiplex, habet ſui ſimilitudinẽ quod genus eſt, non eſt vero unum, qm̃ in pluribus eſt. Eius generis quoq; genus aliud quęrendũ eſt, cumq; fuerit inuentum eadem rõne quę ſuperius dicta eſt, rurſus genus tertium ueſtigatur, itaq; in infinitum rõ procedat neceſſe eſt, cum nullus diſciplinę terminus occurrat. Qđ ſi unum quoddã numero genus eſt, cõe multorum eſſe nõ poterit: vna.n.res ſi cõis eſt, aut partibus cõis eſt, & nõ iam tota cõis, ſed partes eius propriæ ſingulorum ſunt: aut in uſus habentium ẽt per tempora tranſit, vt ſit cõe, ut puteus & fons, vt ſeruus cõis vel equus: aut uno tpe oĩbus cõmune ſit, non tñ, vt eorum quibus cõe eſt, ſubſtantiam cõſtituat, vt eſt theatrum, uel ſpectaculum aliquod, quod ſpectãtibus omnibus cõe eſt. Genus vero ſm̃ nullum horum modum cõe eſſe ſpeciebus poteſt: nam ita commune eſſe dẽt, vt & totum ſit in ſingulis, & uno tempore, & eorum quorũ commune eſt conſtituere ualeat, & conformare ſubſtantiã. Quocirca ſi neq; vnum eſt, quoniam commune eſt, neque multiplex, quoniam eius quoque multitudinis genus aliud inquirendum eſt, uidebitur genus omnino non eſſe, idemque de cæteris intelligendum eſt. Quod ſi tantum intellectibus genera, & ſpecies cæteraq; capiuntur, cum omnis intellectus aut ex re ſubiecta fiat, ut ſeſe res habet: aut ut res ſeſe non habet, vanus eſt qui de nullo ſubiecto capitur, nã ex nullo ſubiecto fieri intellectus non poteſt. Si generis, & ſpeciei cęterorũq; intellectus ex re ſubiecta ueniat, ita ut ſeſe res ipſa habet quę intelligitur, iam non tantum in intellectu poſita ſunt, ſed in rerum etiam ueritate conſiſtunt. Et rurſus quęrendum eſt q̃ ſit eorum natura: quod ſuperior quæſtio ueſtigabat. Quod ſi ex re quidem generis, cæterorumque ſumitur intellectus, neque ita ut ſeſe res habet quę intellectui ſubiecta eſt, vanum neceſſe eſt eſſe intellectum, qui ex re quidem ſumitur, non tamen ita ut ſeſe res habet, id eſt.n. falſum quod aliter atque res eſt, intelligit. Si igitur quoniam genus, & ſpecies nec ſunt, nec cum intelliguntur verus eſt eorum intellectus, non eſt ambiguum, quin omnis ſit deponenda de his quinque propoſitis diſputandi cura. Quãdoquidem neque de ea re, quæ ſit, neque de ea de qua uerum aliquid intelligi proferrive poſſit inquiritur. Hęc quidem eſt ad præſens de propoſitis quęſtio, quam nos Alexandro conſentiente hac ratiocinatione ſoluemus. Non.n. neceſſe eſſe dicimus omnem intellectum qui ex ſubiecto quidem ſit, non tamen ut ſeſe ipſum ſubiectum habet, falſum & uacuum uideri. In his.n.ſolis falſa opinio ac non potius intelligentia eſt, quæ per coniunctionem fiunt. Si enim quis componat atque coniungat intellectu id quod natura iungi non patiatur, illud falſum eſſe nullus ignorat, ut ſi quis equum atq; hoĩem iungat imaginatione, atque effigiet centaurum. Quod ſi hoc per diuiſionem, & abſtractionem fiat, non ita quidem res ſeſe habet, ut intellectus eſt. Intellectus tamen ille minime falſus eſt: ſunt .n. plura quæ in alijs ſuum eſſe habent, ex quibus aut omnino ſeparari non poſſunt, aut ſi ſeparata fuerint, nulla ratione ſubſiſtunt. Atque ut hoc nobis in peruagato exemplo manifeſtum ſit; linea in corpore eſt aliquid, & id quod eſt, corpore debet, hoc eſt eſſe ſuum per corpus retinet, qđ docetur ita: Si.n. ſeparata ſie à corpore, non ſubſiſtit, quis.n.unq̃ ſenſu ullo ſeparatam à corpore lineam cepit? Sed animus cum confuſas res permiſtaſq; corporibus in ſe à ſenſibus cepit, eas ꝓpria ui & cogitatione diſtinguit. Omnes .n. huiuſmodi res incorporeæ in corpore ſuum eſſe habentes, ſenſus cum ipſis corporib. nobis tradit: At vero animus, cui poteſtas eſt & disiũcta cõponere, & compoſita diſſoluere, quę à ſenſibus confuſa, & corporibus coniuncta traduntur, ita diſtinguit, ut incorpoream naturam ꝑ ſe ac ſine corporib. in quib. eſt cõcreta, & ſpeculetur, & uideat. Diuerſę.n. proprietates ſunt incorporeorum corporibus permiſtorum, ẽt ſi ſeparentur à corpora. Genera ergo & ſpẽs cęteraq; uel in incorporeis rebus, uel in his quæ ſunt corporea, reperiuntur: & ſi ea in rebus incorporeis inuenit animus, habet illico incorporeũ generis intellectum. Si uero corporalium rerũ genera ſpecieſq;

pro-

proſpexerit, aufert (vt ſolet) a corporibus incorporeorum naturam, & ſolã puramq; ut in ſeipſa forma eſt, contuetur. Ita hęc cum accipit animus permiſta corporibus, incorporalia diuidens ſpeculatur atq; conſiderat. Nemo ergo dicat falſam nos lineam cogitare, quõ ita eam mẽte capimus quaſi pręter corpora ſit, cum ꝑter corpora eſſe non poſſit. non .n. oĩs qui ex ſubiectis rebus capitur intellectus aliter quã ſeſe ipſæ res hñt, falſus eſſe putandus eſt: ſed (vt ſuperius dictum eſt) ille quidem, qui hoc in compoſitione facit, falſus eſt, vt cum hoĩem atq; equum iungens putat eſſe centaurũ. Qui vero id in diuiſionibus, & abſtractionibus, atq; aſſumptionibus ab his rebus in quibus ſunt, efficit, non modo falſus non eſt, uerum ẽt ſolus intellectus, id quod in proprietate verum eſt, inuenire pt. Sunt igitur huiuſmodi res in corporalibus atq; in ſenſibilibus rebus. Intelligũtur ãt præter ſenſibilia, ut eorum natura perſpici, & proprietas ualeat cõprehendi. Quocirca cũ & gña & ſpecies cogitantur, tunc ex ſingulis in quibus ſunt, eorum ſiſitudo colligitur, vt ex ſingulis hoĩbus inter ſe diſſimilib. humanitatis ſimilitudo: q̃ ſimilitudo cogitata aĩo, veraciterq; perſpecta fit ſpecies, quarum ſpecierũ ruſus diuerſarũ conſiderata ſimilitudo, q̃ niſi in ipſis ſpeciebus, aut in earum indiuiduis eſſe non põt efficit genus. Itaq; hæc ſunt quidem in ſingularibus, cogitãtur vero vĩa, nihilq; aliud ſpecies eſſe putanda eſt, niſi cogitatio collecta ex indiuiduorum diſſimilium numero ſubſtãtiali ſimilitudine · genus vero cogitatio collecta ex ſpẽrum ſimilitudine. Sed hęc ſimilitudo cum in ſingularib. eſt, fit ſenſibilis: cum in uniuerſalibus, fit intelligibilis: eodẽq; mõ cum ſenſibilis eſt, in ſingularibus permanet; cum intelligitur, fit vniuerſalis. Subſiſtunt ergo circa ſenſibilia, intelliguntur aũt ꝑter corpora, neq;.n. interclusum eſt, vt duæ res eodem in ſubiecto non, ratione diuerſę, ut linea curua atq; caua, quę res cum diuerſis definitionibus terminentur, diuerſusq; earum intellectus ſit, ſemp tñ in eodem ſubiecto reperiuntur, eadem.n. caua linea, eadẽq; curua eſt. Ita quoq; generibus & ſpeciebus .i. ſingularitati, & vniuerſalitati vnum quidem ſubiectum eſt, ſed alio modo vĩe eſt cũ cogitatur: alio ſingulare, cum ſentitur in rebus his in quibus habet eſſe ſuum. His igit terminatis oĩs (vt arbitror) qõ diſſoluta eſt. ipſa.n. gña & ſpecies ſubſiſtunt quidem alio modo, intelliguntur vero alio modo, & ſunt incorporalia, ſed ſenſibilibus iuncta ſubſiſtunt in ſenſibilibus. Intelliguntur vero præter corpora, ut per ſemetipſa ſubſiſtentia, ac non in alijs eſſe ſuum habentia. Sed Plato gña & ſpecies cęteraqꝫ non mõ intelligi vĩa, verum ẽt atque eſſe præter corpora ſubſiſtere putat. Ariſtot. vero intelligi quidem incorporalia atq; vĩa, ſed ſubſiſtere in ſenſibilibus putat, quorũ diiudicare ſnĩas aptum eſſe non duxi. Altioris.n. eſt philoſophię. Idcirco vero ſtudioſius Ariſt. ſnĩam executi ſumus, non ꝙ eã maxime probaremus, ſed quod hic liber ad pręDicamenta conſcriptus eſt, quorum Ariſt. auctor eſt.

*Hoc uero quemadmodum de his, ac de propoſitis, probabiliter antiqui tractauerunt, & horum maxime Peripatetici, tibi nunc tentabo monſtrare.*

3. Pręrermiſſis his qõnibus, quas altiores eſſe ꝓdixit, exoptat mediocrẽ introductorij operis tractatum. Sed ne ipſa harũ qõnum omiſſio vitio daret, appoſuit, quẽadmodum de propoſitis tractaturus eſt, ex quorũq; hoc opus auctoritate ſubnixus aggreditur, ante denunciat. Cur mediocritatẽ quidem tractaturus promittit detracta obſcuritatis difficultate, animum lectoris inuitat: at uero acquieſcat ac ſileat ad id quod dicturus eſt, Peripateticorũ auctoritate confirmat. Atq; iõ ait de his .i. de gñibus & ſpeciebus de quibus ſuperiores intulerat qõnes, ac de propoſitis .i. de differentijs, ꝓprijs atq; accidẽtibus, ſeſe probabiliter diſputaturum. Probabiliter ãt ait .i. veriſimiliter, quod Græci λογικῶς & ἐνδόξως dñt. Sępe.n. & apud Ariſt. λογικῶς veriſimiliter ac probabiliter dictum inueniemus, & apud Boethiũ & apud Alexan. Porphyrius quoq; ipſe in multis hac ſignificatione hoc verbo vſus eſt, quod nos .ſ. in trãſlatione qđ ait λογικώτερον ita interpretari, vt rationabiliter diceremus, omiſimus. Longe.n. melior ac verior ſignificatio ea viſa eſt, vt probabiliter ſeſe dicere promitteret .i. non pręter opinionem ingredientium atq; lectorum, quod introductionis eſt proprium. Nam cum ab imperiorũ hoĩum mentibus doctrinæ ſecretũ altioris abhorreat, talis eſſe introductio debet, vt ꝑter opinionem ingredientium non ſit. Ergo melius probabiliter, quam rationabiliter, vt nobis videtur, interpretati ſumus. Antiquos aũt ait de eiſdem diſputaſſe rebus, ſed eorum illũ ſe maxime tractatum inſequi, quẽ Peripatetici Ariſt. duce reliquerunt, vt tota diſputatio ad prædicamenta conueniat.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Patritij ordinarij & conſularis viri commentariorum in Porphyrium a ſe translatum,

## LIBER SECVNDVS.

QVAERI ſolet in expoſitionum principijs, cur vnumquodq; cæteris in diſpoſitionis ordine præponat, velut nunc in gñe dubitari pt, cur genus, ſpeciei, differentię, proprio, accidentiq; ꝓtulerit, de eo.n. primitus tractat. Rñdebimus itaq; iure factum videri, oẽ.n. quod vĩe eſt, intra ſemetipſum cætera concludit, ipſum uero nõ clauditur. Maioris itaq; meriti eſt ac principalis naturę, quod ita cetera coercet, vt ipſum naturę ſuæ magnitudine nequeat ab alijs contineri. Genus igitur & ſpecies intra ſe poſitas hẽt, & earũ differentias, propriaq;, nihilominus ẽt accidentia, atq; ita de gñe inchoandum fuit, ꝙ cætera naturæ ſuæ magnitudine coercet & continet. Præterea illa ſemper priora putanda ſunt, quæ ſi auferat quis, cætera perimũtur: illa poſteriora quibus poſitis. ea quę cæterorum ſubſtantiam perficiunt, conſequuntur, vt in genere & cæteris. Nam ſi aĩal auferas, quod eſt hoĩs genus: hõ quoq; qui eſt ſpecies, & rationale, quod differentia, & riſibile, quod proprium, & grãmaticum quod accidens eſt, non manebit, & interemptum genus cuncta conſumit. Si uero hoĩem eſſe conſtituas, vel grãmaticũ, vel rationale, uel riſibile, animal quoque eſſe neceſſe. Siue.n. eſt hõ animal eſt, ſiue rõnale, ſiue riſibile, ſiue grãmaticũ, ab animalis ſubſtãtia non recedit. Sublato ergo genere & cætera conſumuntur, poſitis vero cęteris, ſequitur genus. prior eſt igitur natura generis, poſterior cæterorum. Iure igitur in diſputatione præpoſitum eſt genus, ſed qm̃ generis nomen multa ſignificat, (hoc eſt enim quod ait.

3. *Videtur aũt neque genus, neque ſpẽs ſimpliciter dici.*

4 Vbi.n. non eſt ſimplex dictio, illic multiplex ſignificatio eſt) prius huius noĩs ſignificationes diſcernit, ac ſeparat, vt de qua ſignificatione gñis tractaturus eſt, ſub oculis ponat. Sed cum neq; genus, neq; ſpecies, neq; differentia, nec proprium, nec accidens ſignificatione ſimplicia ſint: cur de his tm̃ duobus, gñe inq̃ ac ſpecie, dixit non ſimpliciter dici, cũ proprium, differentia, atq; accidens ipſa quoq; ſint ſignificatione multiplicia? Dicendum eſt qm̃ longitudinem uitans tm̃ ſpeciem nominauit, eamq; idcirco ne ſolum genus eſſe ſignificationis multiplicis putaretur. Enumerat autem primam generis ſignificationem hoc modo.

*Genus enim dicitur & aliquorum quodammodo ſe habentium ad unum aliquod collectio, & ad ſe inuicẽ ſecundum quam ſignificationẽ Romanorum dicitur genus, ab unius .ſ. habitudine. Dico autẽ Romuli & multitudinis, habentium aliquo modo ad ſe inuicẽ, eam quæ ab illo eſt, cognationẽ, ſecundum diuiſionẽ ab alis generibus dictũ.*

5 Vna inquit generis ſignificatio eſt, quæ in multitudinem venit à quolibet uno principium trahens, ad quod .ſ. ita

illa multitudo coniuncta eſt, ut ad ſe inuicem per eiuſdem unius principium copulata ſituit cum romanorũ genus dicitur, multitudo romanorum ab uno Romulo uocabulũ trahens, & ipſi Romulo, & ad ſe inuicem quaſi quadã nominis hęreditate coniuncta eſt. Eadem enim quę a Romulo ſocietas deſcendit romanos inter ſe omnes uno generis nomine deuincit & colligit. Videtur ãt ſecuiſſe hanc generis ſignificationẽ in duas partes, cũ copulatiuã coniunctionem admiſcuit dicens. Genus dicitur & aliquorũ quodammõ ſe habentiũ ad unũ aliquod & ad ſe inuicẽ collectio, tanquã & illud genus dicatur ad unũ aliquo mõ ſe habere, & hoc rurſus genus dicatur, ꝙ ad ſe inuicẽ unius generis ſignificatione coniuncti ſint, hoc vero minime eſt. eadẽ enim a quolibet uno propagata ſocietas, & ad illũ, qui princeps eſt generis, totã multitudinẽ refert, & ipſam inter ſe multitudinẽ uno generis nomine connectit & continet. Quocirca nõ eſt putãdus diuiſionẽ feciſſe, ſed omne quicquid in hac generis ſignificatione intelligendũ fuit, aperuiſſe. Ordo ãt verborũ ita ſeſe habet, qui eſt per hyperbaton intelligendus. Genus enim dicitur, & aliquorũ ad unũ ſe aliquo modo habentium collectio, & ad ſe inuicem aliquo modo habentium, rurſus collectio ſubaudienda eſt, eſt enim & Zeugma: cuius ſignificationis adiecit exemplum, ſecundum quam ſignificationem romanorum dicitur genus ab unius ſcilicet, habitudine. Dico autem Romuli, & multitudinis, rurſus habitudine, habentiũ aliquo modo adinuicem cognationem, eam ſcilicet, quę ab illo eſt, id eſt Romulo, ſecundum diuiſionem ab alijs generibus dictum, ſcilicet multitudinis: hęc enim multitudo aliquo modo ad unum, & ad ſe inuicem habens cognationem genus dicta eſt, ut ab alijs diſcerneretur, ut Romanorum genus ab Athenienſiũ genere cæterorumq; ſepararetur, ut ſit integer verborũ ordo, Genus enim dicitur & collectio aliquorũ ad unum ſe quodammõ habẽtiũ, & collectio ad ſe inuicẽ, ſm quam ſignificationẽ romanorum dicitur genus ab vnius. ſ. habitudine, dico aũt Romuli & multitudinis ſm diuiſionem ab aliis generibus dictum, ſ. hominum habentium aliquo mõ adinuicem eam quę eſt ab illo, id eſt Romulo cognationem, atque hęc hactenus, nunc de ſecunda generis ſignificatione dictum eſt.

*Dicitur ãt & aliter rurſus genus, illud quod eſt uniuſcuiuſq. generationis principium, uel ab eo qui genuit, uel ab eo loco, in quo quis genitus eſt. Sic enim Oreſtẽ quidẽ dicimus a Tantalo genur habere, Hylum aũt ab Hercule. Et rurſus Pindarũ quidẽ Thebãum eſſe genere, Platonẽ uero Athenienſem: etenim patria principium eſt uniuſcuiuſq. generationir, quemadmodũ & pater. Hæc autem uidetur eſſe ꝓmptiſſima ſignificatio generir. Romani enim dicũtur qui ex genere deſcendunt Romuli: & Cecropidæ, qui ex genere deſcendunt Cecropis & eorum proximi.*

6. Quatuor omnino ſunt principia, q̃ unũquodq; principaliter efficiũt. Eſt enim una cauſa, quæ effectiua dicitur, velut pater filii. Eſt alia quæ materials, uelut lapides domus. Tertia eſt forma, uelut hominis rationabilitas. Quarta quã ob rẽ geritur velut pugnæ victoria: duę uero ſunt q̃ ꝑ accidẽs vniuſcuiuſq; dicuntur eſſe principia, locus. ſ. ac tempus. Qm̃ enim omne qđ naſcitur & fit, in loco ac tẽpore eſt, & quicquid loco vel tẽpore natũ factumue fuerit, eũ locũ vel id tẽpus accidentaliter dicitur habere principiũ. Horũ omniũ ĩ hac ſecũda generis ſignificatione duo quædã ex alterutris aſſumit, q̃ ad ſignificationẽ generis uidebãtur accõmodata; Ex his quidem cauſis quæ principalia ſunt, effectiuũ: Ex his vero quę accidentia, locũ: an enim, Genus dicitur & a quo quis genitus eſt quæ eſt, effectiua principalium cauſa, & in quo quis loco eſt procreatus, quę eſt accidens cauſa principij. Itaq; hęc ſecunda ſignificatio duo continet, eum a quo quis procreatus eſt, & locum in quo quis æditus ut exempla quoque demonſtrant. Oreſtem enim dicimus a Tantalo genus ducere. Tantalus quippe, Pelopem, Pelops Atreum, Atreus Agamemnomen, Agamemnon genuit Oreſtrem. Itaq; a ꝓcreatione genus hoc dictũ eſt. at uero Pindarũ dicimus eſſe Thebanum. ſ. qm̃ Thebis ęditus tale gñis non accepit, ſed qm̃ diuerſum eſt illud a quo quiſque procreatus eſt, & locus in quo q̃s editus ẽ, diuerſa uidet eſſe gñis ſignificatio procreãtis, & loci, q̃ in ſcđa pte enumerãs unã fecit, ſed ne uideret duplex ſignificatio gñis, ꝑ ſiſitudinẽ cõiũxit dicẽs. Etenim patria principiũ eſt vniuſcuiuſq; gñationis, quẽadmodũ & pater. Sed qm in ſignificationibus euenit ſępe, ut aliqd ſit qđ intellectui ſignificatę rei ꝓpinquus eſſe uideatur, quoniãq; duas gñis appoſuit ſignificationes, multitudinis. ſ. & procreantis, cui generis nomen conuenientius aptet, iudicat atq; diſcernit, dicens, Hanc eſſe prõptiſſimam generis ſignificationẽ, quę a ꝓcreante deducta ſit: hi. n. maxime Cecropidę ſunt. q a Cecrope deſcendunt: hi Romani, q a Romulo. Quæ cũ ita ſint, cõfũdi rurſus generis ſignificationes uident. ſi. n. ſunt hi maxime Romani, q a Romulo originẽ trahunt, & hæc ſignificatio eſt illa quæ a ꝓcreante deducit, vbi eſt reliqua, quã primam quoq; enumerauit, quæ eſt multitudinis ad unũ & ad ſeinuicẽ quodammõ ſe habentiũ collectio? Sed acutius intuentibus plurimę admodũ differentiæ ſunt. Aliud. n. eſt a quolibet primo ꝓcreante genus deducere, aliud unũ genus eſſe plurimorũ. Illud. n. ꝑ rectã ſanguinis lineã fieri põt & nõ in multa diffundi, ut ſi ꝑ unicos familia deſcẽdat: huic. n. aptatur ſcđa illa generis ſignificatio, quę a procreante deducit, prima uero illa non niſi in multitudine cõſiſtit. Illud quoq; eſt, ꝙ prima procreatiõis principiũ nõ quęrit, ſed (ut ipſe ait) ſufficit aliquo mõ ſe hẽre ad id, vnde huiuſmodi generis principiũ ſumit. Secunda uero ſignificatio nullam uim niſi a ꝓcreãte ſortitur. Itẽ in illa prima ſignificationis multitudine, huius ſecundæ particularitas cõtinetur, ut in Romanorũ genere Scipiadarũ genus, natura cũ ſint Romani, Scipiadę ſunt. Qm̃. n. & ad Romulum & ad cæteros Romanos ſecundum Romuli habitudinem iuncti ſunt, Romani ſunt. Scipiadæ uero dicuntur ad ſecundam generis ſignificationem, ꝙ eorum familiæ Scipio, & ſanguinis principium fuit.

*Ac prius quidem appellatum eſt genus uniuſcuiuſq. generationir principium, dehinc etiã et multitudo eorũ quæ ſunt a uno principio, ut a Romulo: quam diuidentes & ab aliir ſeparanter dicebamus omnem illam collectionẽ, eſſe Romanorum genur.*

7. Senſus facilis & expeditus eſt, ſi tamen ambiguitas una ſoluatur. Cum. n. prius multitudinis ſignificationem retulerit ad generis nomen, poſt aũt ad procreationis initiũ, nũc ãt cõtrario modo illam prius a ſe dinumeratam ſignificationem dicere uidetur, quę eſt procreationis, illam uero poſteriorem, quæ eſt multitudinis, quod cõtrariũ uideri põt, ſi quis ad ordinem ſuperius digeſtæ diſputationis aſpexerit: ſed hic nõ de ſe loquitur, ſed de humani cõſuetudine ſermonis, in quo prius eã ſignificationẽ generis fuiſſe dicit, quæ procreante ſit dicta: accedente uero ætate, vſu loquẽdi nomen generis ẽt ad multitudinem habentem ſe quodammõ ad aliquem fuiſſe tranſlatum. Hoc uero idcirco dixit, qm̃ ſuperius dixerat, hæc. n. uidetur eſſe prõtiſſima ſignificatione ab hac. i. ſcđa, quã prõptiſſimã eſſe ſignificationẽ dixit, illa quoq; nunc ipaia uideretur, quæ multitudinis. Prius. n. genus inter hoĩes appellatũ eſt, qđ q̃s a generãte deduceret, poſt aũt factum eſt, ut ꝑ loquendi uſum ẽt multitudinis ad aliquẽ quodãmõ ſe habentis genus diceretur, ꝑꝑ diuiſionẽ. ſ. gentium, ut eſſet inter eas nominis ſocietatiſq; diſcretio. His igitur expletis uenit ad tertium genus quod inter philoſophos tractatur, cuius ad Dialecticam facultatẽ multus uſus eſt, horum quippe generum hiſtoria magis & poeſis tractat exordium. Tertium uero genus apud philoſophos conſideratur, de quo hoc modo loquitur.

Aliter

*Aliter autem rurſus dicitur genus, cui ſupponitur ſpecies ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. Et.n.principium quoddam eſt huiuſmodi genus earum quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum: videtur que, & omnem eam multitudinem continere quæ ſub ipſo ſunt ſpecierum.*

8 Duplicem ſignificationem generis ſupra propoſuit, nũc tertiam monſtrare contendit. Hanc aũt ad ſuperiorum ſimilitudinem dictam eſſe arbitratur. Superius aũt dictę ſignificationes duę ſunt: vna quidem cum generis nomen quadã principij antiquitate ad ſe iunctam multitudinem continere: Alia uero, cum genus ab vnoquoq; procreante duceretur, quod eorum quę procreantur principium eſt. Cũ igitur ſint ſuperius duę generis ſignificationes propoſitę: tertium nunc addit de quo inter philoſophos ſermo eſt, illud.ſ. cui ſupponitur ſpecies, quod iccirco genus vocatum eſſe ſub opinionis ſuæ credit ambiguo, qm̃ habet aliquam ſimilitudinem ſuperiorum. Nam ſicut illud genus quod ad multitudinem dicitur, vno ſolo nomine multitudinem claudit: ita quoq; genus plurimas ſpecies coercet & continet. Item vt genus illud, quod ſecundum procreationem dicitur principiũ quoddam eſt eorum quę ab ipſo procreantur: ita genus cõſtat ſuis ſpeciebus eſſe principium. ergo quoniam vtriſq; eſt ſimile, iccirco nomen quoq; generis etiam in hac ſignificatione a ſuperioribus mutuatum eſſe, veriſimile eſt.

*Tripliciter igitur cum genus dicatur, de tertio apud philoſophos eſt ſermo: quod etiam deſcribentes aſſignauerunt, dicentes, Genus eſſe quod de pluribus & differentibus ſpecie, in eo quod quid ſit prædicatur, vt animal.*

9 Iure tertium genus philoſophi ad diſputationem ſumũt. Hoc.n.ſolum eſt quod ſubſtantiam monſtrat. Cætera vero, aut vnde quid exiſtat, aut quemadmodum à cæteris hominibus in vnam quaſi formam populi diuidatur, oſtendunt. Nã illud quod multitudinem continet genus, illius multitudinis quam continet, ſubſtantiam non demonſtrat, ſed tantũ vno nomine collectionem populi facit, ut ab alterius generis populo ſegregetur. Item illud quod ſecundum procreationem dictum eſt, non rei procreatę ſubſtantiam mõſtrat, ſed tantum quod eius fuerit procreationis initium. At vero genus id cui ſupponitur ſpecies ad differentiam accommodatum, ſpeciei ſubſtantiam informat, & quia inter philoſophos hęc maxima quęſtio eſt, quid vnum quodque ſit: tunc enim vnumquodque ſcire videmur, quando quid ſit, agnoſcimus. Iccirco reiectis cęteris, de hoc genere quam maxime apud philoſophos ſermo eſt, quod etiam deſcribentes aſſignauerunt ea deſcriptione, quam ſubter annexuit. Diligenter vero ait deſcribentes, non definientes, definitio enim ſit ex genere, genus autem aliud genus habere non poterit, idque obſcurius eſt, quam vt primo aditu dictum pateat. fieri autem poteſt, ut res quę alij genus ſit, alij generi ſupponatur, ſed cum ſupponitur non quaſi genus, ſed tanquam ſpecies ſub alio collocatur. vnde non in eo quod genus eſt, ſupponi alicui poteſt, ſed cum ſupponitur, illico ſpecies ſit. Quæ cum ita ſint, oſtenditur genus ipſum in eo quod genus eſt, genus habere non poſſe, ſi igitur voluiſſet genus definitione cõcludere, nullo modo potuiſſet. Genus enim aliud quod ei poſſet pręponere non haberet, atque iccirco deſcriptionem ait eſſe factam non definitionẽ. Deſcriptio vero eſt (vt in priori volumine dictum eſt) ex proprietatibus informatio quędam rei, & tanquam coloribus quibuſdam depictio. Cum enim in vnum plura conuenerint, ita ut omnia ſimul rei cui applicantur æquentur, niſi ex genere, & differentijs hęc collectio fiat, deſcriptio nũcupatur. Eſt igitur deſcriptio generis hęc, Genus eſt quod de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quid ſit prędicatur. Tria hęc requiruntur in genere, vt de pluribus prędicetur, vt de ſpecie differẽtibus, vt in eo quod quid ſit de qua re, quoniam ipſe poſterius latius diſputat, nos breuiter huius rei intelligentiam ſignificemus exemplo, hoc modo. Sit .n. nobis in forma generis animal, id de aliquibus ſine dubio prædicatur, homine, ſcilicet, equo, boue, & cęteris: ſed hęc plura ſunt, animal igitur de pluribus prædicatur: homo vero, equus, atque bos talia ſunt, vt à ſe diſcrepent, nec qualibet mediocri re, ſed tota ſpecie, id eſt tota forma ſuæ ſubſtantiæ, de quibus dicitur animal: homo enim, & equus, & bos animalia nuncupantur. Prędicatur ergo animal de pluribus ſpecie differentibus. ſed quonam modo ſit hæc prędicatio? non.n. quicquid interrogaueris, mox animal reſpondetur: non.n. ſi quantus ſit homo interrogaueris, animal reſpondebitur vt opinor: hoc n. ad quantitatem pertinet, non ad ſubſtantiam. Item ſi qualis ſit homo interroges, ne huic quidem reſponſio conuenit animalis cęteriſque omnibus interrogationibus hanc animalis reſponſionem ineptam atque inutilem ſemper eſſe reperies, niſi ei tantum apta eſt, quę quid ſit interroget. Interrogantibus enim nobis quid ſit homo, quidque ſit equus, quid bos, animal reſpondebitur, ita nomen animalis ad interrogationem quid ſit de homine, equo, atque boue, ac de cęteris prędicatur. vnde ſit vt animal prædicetur de pluribus differẽtibus ſpecie in eo quod quid ſit. Et quoniam generis hęc definitio eſt, animal hominis, equi, bouis, genus eſſe neceſſe eſt. Omne autem genus aliud eſt, quod in ſemetipſo atque in re intelligitur, aliud quod ad alterius prędicationẽ refertur: ſua enim proprietas ipſum eſſe conſtituit, ad alterum relatio genus facit, vt ipſum animal, ſi eius ſubſtãtiam quæras, dicam ſubſtãtiam eſſe animatam atque ſenſibilem. Hæc igitur definitio rem monſtrat per ſe ſicuti eſt, non tanquam referatur ad aliud. At vero cum dicimus animal genus eſſe, non (vt arbitror) tunc de re ipſa nomen hoc dicimus, ſed de ea ratione qua poteſt animal ad cæterorum quę ſibi ſubiecta ſunt, prędicationem referri. Itaque character quidam ac forma generis eſt in eo quod referri prędicatione ad eas res poteſt, quę cum ſint plures & ſpecie differentes, in earum tantum ſubſtantia prædicatur. Huius autem definitionis rationem per exempla ſubiecit dicens.

*Eorum enim quæ prædicantur, alia quidem de vno dicuntur ſolo, ſicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc, Alia vero de pluribus, quemadmodum genera & ſpecies, & differentia, & propria, & accidentia communiter, ſed non proprie alicui. Eſt autem genus quidem, vt animal: ſpecies vero, vt homo: differentia, vt rationale: propriũ, vt riſibile: accidens, vt album, nigrum, ſedere.*

10 Omnium quę prædicantur quolibet modo, facit Porphyrius diuiſionem iccirco, vt à reliquis omnibus prędicationem generis ſeiũgat ac ſeparet, & id facit hoc modo. Omnium inquit quę prędicantur, alia de ſingularitate dicuntur, alia de pluralitate. De ſingularitate uero inquit prędicantur, quæcunque unum quodlibet habent ſubiectum, de quo dici poſſint, vt ea quibus ſingula ſubiecta ſunt indiuidua, ut Socrates, & Plato, vt hoc album quod in hac niue propoſita eſt: vt hoc ſcamnum in quo nunc ſedemus, nõ omne ſcamnum, hoc eſt enim vniuerſale, ſed hoc quod nunc ſuppoſitum eſt: nec album quod in niue eſt (vniuerſale enim eſt album & nix,) ſed hoc album quod in hac niue nunc eſſe conſpicitur. Hoc enim nõ poteſt de quolibet alio albo prędicari quod in hac niue eſt. quia ad ſingularitatem deductum eſt, atque ad indiuiduam formam conſtrictum eſt indiuidui participatione. Alia vero ſunt quę de pluribus prędicantur, vt genera, & ſpecies, & differentię, & propria, & accidentia communiter, ſed non proprie alicui. Genera quidem de pluribus prædicantur, ſpeciebus ſuis. Species vero de pluribus prędicantur, indiuiduis. Homo enim quod eſt animalis ſpecies, plures ſub ſe homines habet de quibus appellari poſſit. Item equus qui ſubeſt

animali loco ſpeciei, plurimos habet indiuiduos equos de quibus prædicatur. Differentia vero ipſa quoq; de pluribus ſpeciebus dici poteſt, ut rationale de homine ac de Deo, corporibuſq; cœleſtibus, quę (ſicut Platoni placet) animata ſunt & ratione uigentia. Proprium item & ſi de vna ſpecie prædicatur, de multis tamen indiuiduis dicitur, quę ſub conuenienti ſpeciei collocantur, ut riſibile de Platone, Socrate, & cęteris indiuiduis dicitur, quæ homini ſupponunt. Accidens etiam de multis dicitur, album.n. & nigrũ de multis omnino dici poteſt, quę a ſe genere ſpecie ſeiũcta ſunt: ſedere etiam de multis dicitur, homo.n. ſedet, ſimia ſedet, aues quoque quarum ſpecies longe diuerſę ſunt. Accidens autem quoniam communiter accidẽs eſſe poteſt, & proprie alicui, idcirco determinauit dicens, & accidentia communiter, ſed non proprie, quæ proprie enim alicui accidũt indiuidua ſunt, & de uno tantum valentia prędicari, & ea q̃ communiter accipiuntur, de pluribus dici queunt, ut enim de niue dictum eſt, illud album quod in hac ſubiecta niue eſt, non eſt communiter accidens, ſed proprie huic niui quę oculis oſtenſionique ſubiecta eſt: ita quoque ex eo, quod cõmuniter prædicari poterat (de multis enim album dici pôt, vt albus homo, albus equus, alba nix) factum eſt, vt de vna tantum niue prędicari illud album poſſit, cuius participatione ipſum quoque factum eſt ſingulare. Omnino autem omnia genera, vel ſpecies, vel differentias, vel propria, vel accidentia, ſi per ſemetipſa ſpeculemur, in eo quod genera, uel ſpecies, vel differentię, vel propria, vel accidentia ſunt: Manifeſtum eſt, quoniam de pluribus prædicantur. At ſi ea in his ſpeculemur in quibus ſunt, ut ſecundum ſubiecta eorum formam, & ſubſtantiam metiamur, euenit ut ex pluralitate prędicationis ad ſingularitatem uideantur adduci: animal enim quod genus eſt, de pluribus prædicatur, ſed cum hoc animal in Socrate conſideramus, ex pluralitate prædicationis adducitur ad ſingularitatem. Socrates enim animal eſt, ipſum animal fit indiuiduum, quoniam Socrates eſt indiuiduus ac ſingularis. Item homo de pluribus quidem hominibus prędicatur, ſed ſi illam humanitatem quę in Socrate eſt indiuiduo, conſideremus, fit indiuidua, quoniam Socrates ipſe indiuiduus eſt atq; ſingularis. Item differentia, ut rationale de pluribus dici poteſt, ſed in Socrate indiuidua eſt: riſibile etiam cum de pluribus hominibus prædicetur, fit vnicum, Communiter quoque accidens, vt album, cum de pluribus dici poſſit, in vno quoque ſingulari corpore perſpectum indiuiduum eſt. Fieri autem potuit commodior diuiſio hoc modo, Eorum quę dicuntur, alia quidem ad ſingularitatem prædicantur, alia ad pluralitatem. Eorum quę de pluribus prædicantur, alia ſecundum ſubſtantiam prędicantur, alia ſecundum accidens. Eorum quæ ſecundum ſubſtantiam prędicantur, alia in eo quod quid ſit dicuntur, alia in eo quod quale ſit. In eo quod quid ſit quidem genus, & ſpecies, in eo quod quale ſit differentia. Item eorum quę in eo quod quid ſit prędicantur, alia de ſpeciebus prędicantur pluribus, alia minime. De ſpeciebus quidem pluribus prædicantur, ut genera: de nullis vero, ſpecies. Eorum autem quæ ſecundum accidens prędicantur, alia quidem ſunt quę de pluribus prędicantur, ut accidentia, alia quæ de vna tantum, vt propria. Poſſet autem fieri etiam huiuſmodi diuiſio, Eorum quę prædicantur, alia de ſingulis prędicantur, alia de pluribus. Eorum quę de pluribus, alia in eo quod quid ſit, alia in eo quod quale ſit prædicantur Eorum quæ in eo quod quid ſit, alia de differentibus ſpeciebus dicuntur, vt genera: alia minime, vt ſpecies. Eorum autem quæ in eo quod quale ſit de pluribus prædicantur, alia quidem de differentibus ſpecie prędicantur, vt differentiæ, & accidentia communiter: alia de vna tantum ſpecie, vt propria. Eorum vero quę de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale ſit prædicantur, alia quidem in ſubſtantia prędicantur, vt differentiæ, alia in communiter euenientibus, ut accidentia. Et per hãc diuiſionem quinque harum rerum definitiones colligi poſſunt hoc modo. Genus eſt, quod de pluribus ſpecie differentibus in eo qđ quid ſit prædicatur. Species eſt quod de pluribus minime ſpecie differentibus in eo quod quid ſit prędicatur. Differentia eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quale ſit in ſubſtantia prædicatur. Propriũ eſt, quod de vna tantum ſpecie in eo quod quale ſit non in ſubſtantia prędicatur. Accidens eſt quod de pluribus ſpecie differentibus in eo quod quale ſit non in ſubſtantia prędicatur. Et nos quidem has diuiſiones fecimus, vt omnia a ſemetipſis ſepararemus. Porphyrio uero alia intentio fuit. Non enim omnia nunc à ſemetipſis diſiungere feſtinabat, ſed tantum, vt cętera a generis forma, & proprietate ſepararet. At idcirco diuiſit omnia quę prædicantur, aut in ea quę de ſingulis p̃dicarentur, aut in ea quę de pluribus. Ea vero quę de pluribus prędicantur, aut genera eſſe dixit, aut ſpecies, aut cætera horum quoque exempla ſubijciens adiungit.

*Ab his ergo quę de vno ſolo prædicantur, differunt genera, eo quod hæc de pluribus dicuntur. Ab his autẽ rurſus quę de pluribus, a ſpeciebus quidem, quoniã ſpecies, & ſi de pluribus prædicentur, nõ tamen de differentibus ſpecie, ſed numero. Homo.n. cum ſit ſpecies, de Socrate, & de Platone prædicatur, qui non ſpecie a ſe inuicem differunt, ſed numero. Animal vero cum ſit genus, de homine, equo, & boue prædicatur, qui differunt a ſe inuicem ſpecie, non numero ſolum. A proprio quoque differt genus, quoniam proprium de vna ſola ſpecie, cuius eſt proprium, prædicatur, & de ijs quæ ſub vna ſpecie ſunt indiuiduis, quemadmodũ riſibile de homine ſolo, & de particularibus hominibus: genus autem non de vna ſolum ſpecie prædicatur, ſed de pluribus & differentibus. A differentia vero & ab ijs quæ communiter ſunt accidentia differt genus, quoniam & ſi de pluribus & differẽtibus ſpecie prędicentur differentiæ, & communiter accidentia: nõ tamen in eo quod quid ſit prædicantur, ſed potius in eo quod quale eſt, & quomodo ſe habet. Interrogantibus .n. aliquibus quid eſt illud de quo p̃dicantur hæc, genus reſpondebimus, differentias autem, & communiter accidentia non reſpondebimus. Non.n. in eo quod quid eſt p̃dicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale ſit. Interrogantibus enim qualis eſt homo, dicimus rationalis, & qualis eſt coruus, dicimus, niger. Eſt autem rationale, differentia: nigrum uero, accidens. Quando autem quid eſt homo interrogamur, animal reſpondemus: eſt autem genus hominis animal.*

Nunc genus a cęteris omnibus, quæ quolibet modo prędicantur, ſeparare cõtendit hoc modo. Quoniam enim genus de pluribus prędicatur, ſtatim differt, ab his quidem quę de vno tantum prędicantur, quęque vnum quodlibet habent indiuiduum, ac ſingulare ſubiectum, ſed haec differentia generis ab his quę de vno ſolo praedicantur communis eſt ei cum caeteris idest ſpecie, differentia, proprio, atque accidenti. Idcirco quoniam ipſa quoque de pluribus praedicantur, horum igitur ſingulorum differentias à genere colligit, ut ſolum intelligendum genus quale ſit ſub animi deducat aſpectum dicens. Ab his autem quae de pluribus praedicantur differt genus, à ſpeciebus quidem primum, quoniam ſpecies, & ſi de pluribus praedicantur, non tamen de differentibus ſpecie, ſed numero. Species enim ſub ſe ſpecies habere non poterit, alioqui genus non ſpecies appellaretur. Si enim genus eſt quod de pluribus ſpecie differentibus, in eo quod quid ſit praedicatur, cum ſpecies de pluribus praedicatur, & in eo quod quid ſit, huic ſi addatur, vt de ſpecie differẽtibus praedicetur, ſpeciei forma tranſit in genus, id quod exemplo quoque intelligi fas eſt.

eſt.Homo enim cum ſit ſpecies, prędicatur de Socrate,Platone,& cęteris quę a ſe non ſpecie diſiuncta ſunt, ſicut homo atq; equus & bos,ſed numero: quod quidem habet dubitationem quid ſit,hoc quod numero dicitur differre. Numero.n.differre aliquid videbitur quoties numerus a numero differt,ut grex boum , qui fortaſſe continet triginta boues,differt numero ab alio boum grege, ſi centum cõtinet in ſe boues,in eo.n.quod grex eſt,nõ differt , neq; in eo qđ boues,nec niſi numero quidem differunt , quod illi plures, illi vero ſunt pauciores.Quomodo igitur Socrates, & Plato ſpecie non differunt,ſed numero , cum & Socrates unus ſit,& Plato vnus,& unitas numero ab vnitate non differat, ſed ita intelligendum eſt quod dictum eſt,numero differentibus.i.in numerando differentibus, hoc eſt dum numerantur differentibus.Cum.n.dicimus hic Plato eſt,hic Socrates duas fecimus vnitates. ac ſi digito tangamus dicentes , hic vnus eſt de Socrate,rurſus de Platone hic vnus eſt, non eadem unitas in Socrate numerata eſt quæ in Platone,alioqui poſſet fieri,ut ſecundo tacto Socrate , Plato etiam demonſtraretur,quod non fit.Niſi.n.tetigeris Socratem, uel mẽte, vel digito.Itemq; niſi tetigeris Platonem, non facies duos, dum numerant ergo differunt quę ſunt numero differentia. Cum igitur ſpecies de numero differentibus,non de ſpecie prædicetur,genus de pluribus & differentibus ſpecie dicit̃, ut de boue, de equo,& de cæteris quæ a ſe ſpẽ inuicem differunt, non numero ſolo.Tribus.n. modis vnumquodq; uel differre ab aliquo dicitur,uel alicui idem eſſe.i.genere, ſpecie,numero.Quæcunque igitur genere eadem ſunt, non neceſſe eſt eſſe eadem ſpecie,vt ſi eadem ſint genere differat ſpecie.Si uero eadem ſunt ſpecie, genere quoq; eadem eſſe neceſſe eſt,vt cum homo atq; equus idem ſint genere (vterque.n.animal nuncupatur)differunt ſpecie , qm̃ alia eſt hominis ſpecies,alia equi.Socrates vero atq; Plato cum idem ſint ſpecie , idem quoque ſunt genere : uterque enim ſub animalis prędicatione ponitur . Si quid uero uel genere uel ſpecie idem ſit , non neceſſe eſt idem eſſe numero , vt Socrates & Plato,cum & genere animalis , & ſpecie hominis idẽ ſint,numero tñ reperiuntur eſſe diſiuncti.Qđ ſi idẽ ſit numero,idem & gñe & ſpecie eſſe neceſſe eſt: gladius.n. atq; enſis idem ſunt numero:nihil.n.omnino aliud eſt enſis quam gladius.Sed nec ſpecie diuerſi ſunt: vtrumque.n.gladius eſt.Nec genere:vtrumq; enim inſtrumentum eſt , quod eſt gladij genus.Quoniam igitur homo,bos, atq; equus , de quibus animal prędicatur, ſpecie differunt , numero etiam eos differre neceſſe eſt.Idcirco hoc plus habet genus a ſpecie,ꝙ de differentibus ſpecie prędicatur : nam ſi integram generis definitionem demus,dabimus hoc modo:Genus eſt quod de pluribus differentibus ſpecie,non ſolum numero, & in eo quod quid ſit prædicatur. At vero ſic ſpecies : Spẽs eſt quod ſolum de pluribus numero differentibus in eo qđ quid ſit prędicatur. A proprio uero differt genus , qm̃ proprium de una ſola ſpecie,cuius eſt proprium prędicatur,& de his quę ſub vna ſpecie ſunt indiuiduis,Proprium .n.ſemper ſpeciei uni adeſſe poteſt,neque eam relinquit,nec tranſit ad aliam,atq; idcirco proprium nuncupatum eſt, ut riſibile hominis eſt:itaq; & de ea ſpecie cuius eſt proprium prædicatur,& de his indiuiduis quę ſub illa ſunt ſpecie , ut riſibile de homine dicitur,& de Socrate,& de Platone , & cæteris,quæ ſub hominis nomine continentur. Genus vero non de vna tantum ſpecie , vt dictum eſt , ſed de pluribus differt igitur genus a proprio,eo quod de pluribus ſpeciebus prædicetur , cum proprium de una tantum ſpecie , de qua dicitur,appelletur , & de ijs quæ ſub illa ſunt indiuiduis. Differentiæ atq; accidentis diſcrepantia a genere vna ſeparatione concludit.Omnino.n.quia hæc in eo quod quid ſit minime prædicantur,eo ipſo ſegregantur a genere. nam in cæteris propinqua ſunt generi:nam & de pluribus prædicantur,& de ſpecie differentibus,ſed non in eo quod quid ſit. Si quis.n.interroget qualis eſt homo , reſpondetur rationalis , quod eſt differentia . Si quis interroget qualis eſt coruus, dicitur niger,quod eſt accidẽs. Si aũt interroges quid eſt homo,animal reſpondebitur,quod eſt genus. Quod uero ait.Non.n.in eo quod quid ſit prædicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale ſit. Hoc magis queſtioni occurrit huiuſmodi.Ariſt.n.differentię in ſubſtantia putat oportere prædicari,quod aũt in ſubſtantia prędicatur, hoc rem de qua prædicatur,non quale ſit,ſed quid ſit oſtendit:unde non uidetur differentia in eo quod quale ſit prædicari, ſed potius in eo quod quid ſit , ſed ſoluitur hoc modo. Differentia.n.ita ſubſtantiam demonſtrare ſolet,vt circa ſubſtãtiam qualitatem determinet.i.ſubſtãtialem qualitatem proferat, quod ergo dictum eſt magis,tale eſt,tanq̃ ſi diceret , uidetur quidem ſubſtantiam ſignificare, atque in eo quod quid ſit prædicari.Sed magis illud eſt verius:quia tametſi ſubſtãtiam monſtret,tamen in eo quod quale ſit prędicatur.

*Quare,genus de pluribus predicari, diuidit ipſum ab iis quæ de vno ſolo dicuntur,ſicut indiuidua. De differẽtibus vero ſpecie, ſeparat idem ab iis quæ ſicut ſpecies prædicantur, uel ſicut propria. In eo autẽ quod quid ſit prædicari, diuidit ipſũ a differentiis & cõmuniter accidentibus, quæ ſingula nõ in eo quod quid prædicatur, ſed in eo quod quale eſt, vel quomodo ſe habet.*

12 Tria hæc eſſe diximus, quæ ſignificationem hãc tertiam gñis informarent.i.de pluribus prędicari,de ſpecie differẽtibus,& in eo quod quid ſit,quę ſingulæ partes genus a cęteris q̃ quolibet p̃dicantur,diſtribuunt ac ſecernunt , quod ipſe breuiter colligens dicit.Id.n.quod de pluribus prędicatur,genus ab his diuidit,q̃ de uno tm̃ prædicantur indiuiduo.Indiuiduum autem pluribus dicit̃ modis,dicitur indiuiduum quod oĩno ſecari non p̃t,ut unitas & mens.Dicitur indiuiduum,quod ob ſoliditatem diuidi nequit, ut adamas.Dicitur indiuiduũ cuius p̃dicatio in reliqua ſiſia nõ cõuenit,vt Socr.nam cum illi ſint cæteri homines ſimiles,non conuenit proprietas & prædicatio Socr.in cæteris ergo ab iJs quę de uno tm̃ p̃dicantur genus differt,eo quod de pluribus p̃dicetur.Reſtant igitur quatuor,ſpecies , & propriũ, & differentia, & accñs,quorũ a gñe differẽtias colligamus. Singulis igitur differẽtiis ab his rebus ſegregabit̃ genus, ea quidẽ differentia quã de ſpecie differẽtibus p̃dicari genus dicitur,ſeparatur ab his q̃ ſicut ſpecies prædicantur, vel ſicut propria:ſpecies.n.oĩno de nulla alia ſpẽ dicetur , proprium vero de vna tm̃ ſpẽ p̃dicatur , atq; ideo non de ſpecie differentibus:Itẽ genus a differentia & accidẽte differt quod in eo quod quid ſit prædicatur : illa uero in eo quod quale ſit appellantur,ut dictum eſt . Itaq; genus quidem ab iJs q̃ de uno prędicantur,differt in quantitate prędicationis,quod de pluribus prædicetur : a ſpeciebus uero & proprio in ſubiectorum natura,qm̃ genus de ſpecie differentibus dicitur:proprium uero & ſpecies minime . Item genus in qualitate prędicationis a differentia accidenteque diuiditur . Qualitas.u prędicationis q̃dam eſt , uel in eo quod quid ſit,uel in eo quod quale ſit prædicari.

*Nihil igitur neque ſuperfluum,neque minus continet generis dicta deſcriptio.*

13 Omnis.n.deſcriptio uel definitio debet ei quod definitur æquari.Si.n.definitio definitę rei non ſit ęqualis , & ſi quidem maior ſit,etiam q̃dam alia continebit , & non neceſſe eſt ut ſemper definiti ſubſtantiam monſtret . ſi minor ſit,ad omnem definiti ſubſtantiam non pertenit:omnia .n. q̃ maiora ſunt de minoribus p̃dicantur,ut animal de homine:minora uero de maioribus minime , nemo enim uere dicere poteſt,omne animal homo eſt.Atque idcirco ſi ſibi p̃dicatio conuertenda eſt,æqualis oportet ut ſit:id autem fieri poteſt,ſi neque ſuperfluum quicquam habet neque diminutum,ut in ea ipſa generis deſcriptione. Dictum eſt enim genus eſſe quod de pluribus differentibus ſpecie in eo qđ quid ſit p̃dicatur , quæ deſcriptio cum genere conuerti

poteſt,

poteſt, vt ſi dicamus. Quod de pluribus ſpecie differẽtibus in eo quod qd ſit prędicetur, id genus eſſe, quod ſi cõuerti pt (ut ait) nec plus nec minus cõtinet, gñis facta deſcriptio.

# ANITII MANLII SEVERINI Boethi Patritij ordinarij & conſularis viri commentariorum in Porphyrium a ſe tranſlatum.

## LIBER RERTIVS.

SVPERIOR diſputatio de genere uidetur forſitan omnem & ſpeciei conſumpſiſſe tractatum. Nam cum genus ad aliquid prędicetur. i. ad ſpeciẽ, cognoſci natura gñis non poteſt, ſi ſpeciei q̃ ſit intelligentia neſciatur. Sed qm̃ diuerſa eſt in ſuis naturis eorum conſideratio, atq; diſcretio diuerſa in permiſtis, idcirco ſicut ſingula in procemio propoſuit, ita diuidere cuncta proſequitur, ac primum poſt generis diſputationẽ de ſpecie tractat, de qua quidem dubitari poteſt. Si. n. hęc fuit ratio proponendi genus reliquis omnibus, ꝙ naturæ ſuæ màgnitudine cętera contineret, non ęquum erat differentię ſpeciem in ordine tractatus anteponere, ꝙ differentia ſpeciem contineret, cũ præſertim differentiæ ipſas ſpecies informent: prius autem eſt quod informat, quam id quod eius informatione perficitur. Poſterior igitur ſpecies eſt differentia: prius igitur de differentia tractandum fuit. Etenim procemio & conſentiret, in quo eum ordinem collocauit, quem naturalis ordo ſuggeſſit, dicens, utile eſſe noſſe quid genus ſit, & quid differentia. Huic reſpondendum eſt quęſtioni, qm̃ omnia quęcunque ad aliquid prædicantur, ſubſtantiam ſemper ex oppoſitis ſumunt. Vt igitur non poteſt eſſe pater niſi filius ſit; nec filius niſi præcedat pater, alteriuſq; nomen pendet ex altero: ita & in genere ac ſpecie uidere licet, ſpecies quippe niſi generis non eſt, rurſuſque genus eſſe non poteſt, niſi referatur ad ſpeciem, nec uero ſubſtantię quædam aut res abſolutę eſſe putãdæ ſunt genus ac ſpecies, vt ſuperius quoque dictum eſt, ſed quicquid illud eſt quod in naturæ proprietate conſiſtat, id tunc genus fit ac ſpecies, cum vel ad inferiora, vel ad ſuperiora refertur. Quorum igitur relatio alterutrum conſtituit, eorum continens factus eſt iure tractatus: de ſpecie igitur inchoans ait hoc modo.

*Species autem dicitur quidem, & de uniuſcuiuſque forma, ſecundum quam dictum eſt. Primum quidem ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autem ſpecies, & ea quæ eſt ſub aſſignato genere, ſecundum quam ſolemus dicere, hominem quidem ſpeciem animalis, cum ſit genus animal: album autem coloris ſpeciem, triangulum uero figuræ ſpeciem.*

14 Sicut generis ſupra ſignificationes diſtinxit ęquiuocas, ita idem in ſpecie facit dicens, non eſſe ſpeciei ſimplicem ſignificationem, & ponit quidem duas. Longe autem plures eſſe manifeſtum eſt, quas idcirco prętcrijt, ne lectoris animum prolixitate confunderet. Dicit autem primum quidem ſpeciem figuram vniuſcuiuſque vocari, quę ex accidẽtium congregatione perficitur. Cautiſſime autem dictum eſt, vniuſcuiuſque: hæc enim ſecundũ accidens dicitur, quęcuique indiuiduo forma eſt. Ea enim non ex ſubſtãtiali quadam forma ſpecies, ſed ex accidentibus euenit. Alia eſt. n. ſubſtantialis formæ ſpecies quæ humanitas nuncupatur: ea que non eſt quaſi ſuppoſita animali ſed eſt tanq̃ ipſa qualitas ſubſtantiam monſtrans. Hęc enim & ab hac diuerſa eſt, quę vniuſcuiuſque corpori accidentaliter inſita eſt, & ab ea quæ genus deducit in partes. Poſtremum plura ſunt, quæ cum eadem ſint, diuerſis tamen modis ad aliud atque ad aliud relata intelliguntur, ut hanc ipſam humanitatem in eo quod ipſe eſt, ſi perſpexeris, ſpecies eſt, eaque ſubſtãtialem determinat qualitatem. Si ſub animali eam intelligendo locaueris, deducit animalis in ſe participationem, ſeparaturque a cæteris animalibus, ac fit ſpecies generis. Quod ſi vniuſcuiuſque proprietatem conſideres. i. quam virilis uultus, quam firmus inceſſus, cęteraque quibus indiuidua conformantur, & quodammodo depinguntur, hęc eſt accidentis ſpecies, ſecundum quam dicimus quemlibet illũ imperio eſſe aptum propter formę eximiam dignitatem. Huic alia adiungit ſpeciei ſignificationem. i. eam quam ſupponimus generi. Nos uero triplicem ſpecie, ſignificationẽ eſſe ſubijcimus, unam quidem ſubſtantialem qualitatem, aliam cuiuſlibet propria formam indiuidui, tertiam de qua nunc loquitur, quæ ſub genere collocatur. Credendum uero eſt propter obſcuritatem eius quam nos adiecimus, quia nimium altiorem atque eruditiorem quæreret intellectũ, ea tacita prętermiſſaque, cęteras ipſum ędidiſſe. Et alterius quidem ſpeciei hęc exempla ſubiecit, vt hominem quidem animalis ſpeciem, album autem coloris, triangulum vero figurę. Hęc enim omnia ſpecies nuncupantur eorũ quæ ſunt genera, animal quidem hominis, color autem albi figura vero trianguli.

*Quod ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus, dicentes quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid prædicatur: & ſpeciem dicimus id quod ſub aſſignato genere ponitur.*

15 Dudum cum generis deſcriptionem aſſignaret, in generis definitione ſpeciei nomen interit dicens, id eſſe genus quod de pluribus ſpecie differentibus, in eo quod quid ſit prędicaretur, ut. ſ. per ſpeciei nomen definiret genus. Nunc uero cum ſpeciem definire contendat, generis vtitur nuncupatione dicẽs, ſpeciem eſſe, quę ſub genere ponatur, cui quidem dicto illa quæſtio iure videtur opponi. Omnis. n. definitio rem debet declarare quam concludit, eamq; apertiorem reddere, quam ſuo nomine monſtrabat. Ex notioribus igitur fieri oportet definitionem, quam res illa ſit quæ definitur. Cũ igitur per ſpeciei nomen deſcriberet, uel definiret genus, abuſus eſt vocabulo ſpeciei, uelut notiore quã generis, atque ita ex notioribus deſcripſit genus. Nunc vero cum ſpeciẽ vellet termino deſcriptionis includere, generis utitur nomine, rerumq; conuertit notionem, ut in generis quidem deſcriptione, ſit notius ſpeciei uocabulum; in ſpeciei autem deſcriptione, ſit notius generis, quod fieri nequit. Si. n. generis uocabulum notius eſt quam ſpeciei, in definitione generis ſpeciei nomine uti non debuit. Quod ſi ſpeciei nomen facilius intelligitur quam generis, in definitione ſpeciei nomen generis non fuit apponendum, cui quęſtioni occurrit dicens.

*Noſſe oportet quòd quoniam genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, idcirco neceſſe eſt & in utrorumque rationibus, utriſque uti.*

16 Omnia quæcunque ad aliquid prędicãtur, ex his de quibus prędicantur, ſubſtantiam ſortiuntur. Quod ſi definitio vniuſcuiuſque ſubſtantię proprietatem debet oſtendere, iure ex alterutro fit deſcriptio in his quę ad ſe inuicem referuntur. Ergo qm̃ genus ſpeciei genus eſt, & ſubſtantiã ſuam & vocabulum genus a ſpecie ſumit, in definitione generis ſpeciei nomen fuit aduocandum. Qm̃ uero ſpecies id quod eſt ſumit ex genere, nomen generis in deſcriptione ſpeciei non fuit relinquendum. Quoniam vero diuerſæ ſunt ſpecierum qualitates; aliæ. n. ſunt ſpecies, quæ & genera eſſe pñt, aliæ quæ in ſola ſpeciei proprietate permanent, neque in naturam generis tranſeunt: idcirco multiplicem ſpeciei definitionem dedit dicens.

Aſſignant

*Aſſignant ergo & ſic ſpeciem. Species eſt quæ ſub aſſignato genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid ſit prædicatur. Amplius autem ſic quoq;. Species eſt quæ de pluribus & differentibus numero, in eo quod quid ſit prædicatur. Sed hęc quidem aſſignatio ſpecialiſſimæ eſt, & eius quæ ſolum ſpecies eſt, non etiam genus: aliæ vero & non ſpecialiſſimarum eſſe poſſunt.*

17. Tribus ſpeciem definitionibus informauit, quarum duę quidem omni ſpeciei conueniunt, omneſque quę quolibet modo ſpecies appellantur ſua concluſione determinant: tertio vero non ita. Cum.n. duæ ſint ſpecierum formę, una quidem cum ſpecies alicuius, aliquando etiam alterius genus eſſe poteſt: altera cum tantum ſpecies eſt, neq; in formã generis tranſit. Priores duæ, illa.ſ. in qua dictum eſt, id eſſe ſpeciem quod ſub genere ponitur, & rurſus in qua dictum eſt, id eſſe ſpeciem de qua genus in eo quod quid ſit prædicetur, omni ſpeciei conueniunt. Id.n. tantum hę definitiones monſtrant, quod ſub genere ponitur. Nam & ea quę dicit id eſſe ſpeciem, quod ſub genere ponitur, eam uim ſignificat ſpeciei, qua refertur ad genus: & ea quæ dicit id eſſe ſpeciẽ, de qua genus in eo quod quid ſit prædicatur, eã rurſus ſignificat ſpeciei formam, quam retinet ex generis prædicatione. Idem eſt autem & poni ſub genere, & de eo prædicari genus: ſicut idem eſt ſupponi generi, & ei genus pręponi. Quod ſi omnes ſpecies collocantur ſub genere, manifeſtum eſt omnem ſpeciem hoc ambitu deſcriptionis includi. Sed tertia definitio de ea tantum ſpecie loquitur, quę nũquam genus eſt, & quę ſolum ſpecies reſtat. Hæc autem ſpecies eſt ea, quę de differentibus ſpecie minime prædicatur: nam ſi id habet genus plus à ſpecie, quòd de differentibus ſpecies prędicatur, ſi qua ſpecies quidem prædicetur de ſubiectis, ſed non de ſpecie differentibus, ea ſolum erit ſpecies ſuperioris generis ſubiectorum vero non erit genus. Igitur pręḋicatio ea quam ſpecies habet ad ſubiecta, ſi talis ſit vt de differentibus ſpecie non pręḋicetur, diſtinguit eam ab his ſpeciebus quę genera eſſe poſſunt, & monſtrat eam ſolum ſpeciem eſſe, nec generis pręḋicationem tenere. Illa igitur tertia deſcriptio ſpeciei quæ magis ſpecies, ac ſpecialiſſima dicitur, definitur hoc modo; Species eſt quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit prædicatur, ut homo; pręḋicatur.n. de Cicerone, ac Demoſthene, & cęteris, qui a ſe (vt dictum eſt) non ſpecie, ſed numero diſcrepant. Ex tribus igitur definitionibus duabus quidẽ & ſpecialiſſimas & non ſpecialiſſimas ſpecies claudit, hęc vero tertia ſolum ultimam ſpeciem tangit. Vt autem apertius id liqueat, rem paulo altius orditur, eamque congruis illuſtrat exemplis.

*Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In unoquoque pręḋicamento ſunt quædam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima, & inter generaliſſima & ſpecialiſſima ſunt alia, quæ & genera & ſpecies eadẽ dicũtur. Eſt autem generaliſſimum quidem ſupra quod non eſt aliud aliquod ſuperueniens genus. Specialiſſimum autem poſt quod non eſt alia aliqua inferior ſpecies. Inter generaliſſimum autem & ſpecialiſſimum, alia ſunt quæ & genera, & ſpecies ſunt eadem, ad aliud tamẽ & ad aliud ſumpta. Sit autem manifeſtum in vno prædicamento quod dicitur, Subſtantia, eſt quidẽ & ipſa genus, ſub hac autem eſt corpus: & ſub corpore, animatum corpus: ſub quo, animal: ſub animali vero, rationale animal: ſub quo, homo: ſub homine vero, Socrates & Plato, & qui ſunt particulares homines. Sed horum ſubſtantia quidem, generaliſſimum eſt, & genus ſolum: homo vero ſpecialiſſimũ, & ſolum ſpecies: corpus vero, ſpecies quidem eſt ſubſtãtiæ, genus vero corporis animati: ſed & animatum corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus vero animalis. Rurſus animal ſpecies quidem eſt corporis animati, genus vero animalis rationalis: ſed rationale animal, ſpecies quidem eſt animalis, genus autem hominis: homo uero ſpecies eſt rationalis animalis, non autem etiam genus particularium hominum, ſed ſolum ſpecies. Ac omne quod eſt ante indiuidua, proximeque de ipſis prædicatur, ſpecies erit ſolum, non etiam genus.*

18 Pręḋiximus ab Ariſtotele decem prædicamenta eſſe diſpoſita, quę iccirco pręḋicamenta vocauit, q̃m de cęteris omnibus pręḋicantur. Quicquid vero de alio pręḋicatur, ſi non potuerit pręḋicatio conuerti, maior eſt res illa quę p̃dicatur, ab ea de qua prædicatur. Itaque hęc pręḋicamenta maxima rerum omnium, quoniam de omnibus pręḋicant̃, oſtenſa ſunt. In vnoquoq; igitur horum prædicamentorum, quędam generaliſſima ſunt genera, & eſt longa ſeries ſpecierum, atq; à maximo decurſus ad minima. Et illa quidem quæ de cęteris pręḋicantur ut genera, neq; vllis alijs ſupponuntur vt ſpecies, generaliſſima genera nuncupantur iccirco, quia his nullum aliud ſuperponitur genus. Infima vero quę de nullis ſpeciebus dicuntur, ſpecialiſſimę ſpecies appellantur iccirco, quoniam integrum cuiuſlibet rei vocabulum illa ſuſcipiunt, quę pura immiſtaq; in ea de qua quęritur, proprietate ſunt conſtituta. At quoniam ſpecies, id quod ſpecies eſt, ex eo habet nomen, quia ſupponitur generi: ipſa erit ſimplex ſpecies, ſi ita generi ſupponatur, vt nullis alijs ſpecieb. pręponatur ut genus. Species.n. quę ſic generi ſupponitur alij, vt alij pręponatur, non eſt ſimplex ſpecies, ſed habet quãdam generis admixtionem. Illa vero ſpecies quę ita ſupponitur generi, vt minime ſpeciebus alijs p̃ponatur, illa ſolum ſimplexq; ſpecies eſt, atq; iccirco & maxime ſpecies eſt, & ſpecialiſſima nuncupatur. Inter genera igitur quę ſunt generaliſſima, & ſpecies quę ſunt ſpecialiſſimę, in medio ſunt quædam quę ſuperioribus quidem collatæ ſunt ſpecies, inferioribus vero genera, hęc ſubalterna genera nuncupantur, quod ita ſunt genera, ut alterum ſub altero collocetur. Quod igitur ſolum genus eſt, id dicitur generaliſſimum genus: quę vero ita ſunt genera, vt eſſe ſpecies, poſſint, vel ita ſpecies, vt ſint genera nonnunquam, ſubalterna genera vel ſpecies appellantur. Quod vero ita eſt ſpecies vt alij genus eſſe non poſſit, ſpecialiſſima ſpecies dicitur. His ergo cognitis ſumamus vnius prædicamenti exẽplum, vt ab eo in cęteris quoq; pręḋicamentis, atq; in cæteri generibus & ſpeciebus filo atq; ordine quid eueniat poſſit agnoſci. Subſtantia igitur generaliſſimum genus eſt,: hoc .n. de cunctis alijs pręḋicatur, ac primum huius ſpecies duę ſunt, corporeum, & incorporeum. Nam & quod corporeũ eſt, ſubſtantia dicitur, & item quod incorporeum eſt, ſubſtãtia pręḋicatur: ſub corporeo vero animatum atq; inanimatum corpus ponitur. Sub animato corpore, animal ponitur, nam ſi ſenſibile adijcias animato corpori, animal facis: reliqua vero pars .i. ſpecies continet animatum & inſenſibile corpus. Sub animali autem rationale atq; irrationale. Sub rationali Deus & homo: nam ſi rationali mortale ſubieceris, hominẽ conſtitues: ſi immortale, Deum: Deum vero dico corporeum. hunc .n. mundum veteres Deum vocabant, & Iouis eum appellatione dignati ſunt. Deumque, Solem, cęteraq; cœleſtia corpora, quę animata eſſe cum Plato, tum plurimus doctorum chorus arbitratus eſt. Sub homine vero indiuidui ſingulareſq; homines ſunt, vt Plato, Cato, Cicero, quorum infinita pluralitas numerum non recipit cuius rei ſubiecta deſcriptio ſub oculis ponat exemplum.

MARTIANVS.

EXemplum hoc bene perceptum magnas utilitates affert: nam & prædicamenta diſponere, & ſecundas intentiones rebus applicare docet: Subſtan-

tia

tia vero hic potius diuiſa eſt, quam e nouem alijs vnũ, quia eius prædicamentum & notius nobis eſt, & cęteris magis diſtinctum. Ea materialibus & immaterialibus, indifferens eſſe poteſt apud logicum, qui rerum non exactam notitiã, ſed mediocrem profitetur. Subſtantia per corporeum & incorporeum diuiſa, corpus & angelum procreat, Angelum voco naturã ex ente & eſſentia compoſitam, quæ quia vix tandem ab hominibus mente percipitur, ideo Porphyr. ea dimiſſa corpus animato & inanimato diſtinguit. Eſt aũt corpus non trina dimenſio, nam id in quantitate collocatum eſt, ſed quod tribus dimenſionibus ſuſterni valet. Corpus inanimato copulatum ſpeciem gignit, quę ſaxa, metalla, & quæ in ſublimi fiunt, grandinem, niuem, & id genus alia, ipſaque elementa complectitur. Hanc ſi mixtum nominem, minus & pluſquam conueniat dixi. Appelletur ergo donec aptius aliquid occurrat, vel negatiuo nomine, non viuum, quando nomen infinitum id totum comprehendat quod finitum non continet: vel priuatiuo, aut certe poſitiuo, mortuum. non quòd vitæ coniunctum aliquando fuerit, verum quia vita careat. Ex corpore & animato naſcitur viuum, ſpecies antedictæ ſpeciei, quamuis ſimul natura, ex ęquo tamẽ omnia ſub corpore contenta cum ea partiens. Eſt autem viuum quod alitur & creſcit. Id Porphy. cum vocabulum non haberet, definitione expreſſit, corpus animatum appellans, ſed ſi vocem aliquam arrogare poſſimus, longe dilucidior eſt prędicamentorum enarratio. Viuens igitur ſenſibili inſenſibilique ſeparatur, atque cum illo animal, cum hoc plãtam gignit. Planta longis diuiſionibus in ſingulas herbas & arbores abit, quod videns Porphyrius omiſſa planta, ſecuit animal rationabili & irrationabili differẽtijs, quib. adiunctum, hinc diſcurrens, inde brutum effecit. Nominatur autem brutum a Latinis quod diſcurſu caret. Diſcurrens quod e notis ignota colligit, ſolius opus rationis. Hic quoque Porphy. cum appellationes nõ haberet, brutum tacuit, diſcurrens per animal rationale explicuit, nomini definitionem ſubſtituens: brutum in ſpecies ultimas diducere uix magnus liber poſſet. Quod ille uidens, mortali & immortali diſcurrens ſeiunxit, atque ita Deum & hominem produxit. Per Deum non ſupremum illum rerum omnium auctorem & finem intelligit, qui non eſt in prędicamento niſi ſicut materia & forma, per reductionem, ſed vel globos cœleſtes quibus immortalitatem & rationem Ariſtoteles attribuit, Plato ſenſum etiam & alimoniam concedit, vel certe dæmonem: qui animal genere cum ſit, eſt animo paſſiuus, mente rationalis, corpore aereus, tempore ęternus. Sed nũquid dæmon in ſpecies, an in indiuidua ſtatim ſoluatur, qa non ſatis conſtat, ideo Porphy. ad hominem redit, quem aſſerit certis quibuſdam accidentibus iunctum, quorũ collectio in alio reperiri nequit, Socratem & Platonem componere. Differentijs igitur accidentalibus non ſubſtantialibus cum homo in ſingulos homines ſoluatur: ſpecies etiam reſpectu illorum, merito nuncupatur non genus. Oportet enim vt ſiquid appellari genus velit, differentiis ſubſtantialibus ſcindatur. Quod ſiquis etiam modis intrinſecis hominem ad indiuidua contrahat, quia ſunt aliquid rei, non autem res, homo ſpecies adhuc remanet, non genus euadit. & Socrates atque Plato, indiuidua, non ſpecies: Singuli vero homines cum ulterius diuidi nequeant in partes, ſubiectiuas dico non quantas, indiuidua, ſicut & nomen ſignificat iure cognominantur: nec aliquis homo, quamuis vagum nomen ſit, indiuiduum non eſt, cum vni tantum conueniat, ſicut hic homo, ſicut Socrates, ſicut Sophroniſci filius. Vt autem e ſupremo venimus ad infima diuidendo, ſic ab infimis ad ſupremum colligendo redibimus. Nam ſicut homo varijs accidentium differentiis adiunctis ex uno plures euadit: ita detractis, e multis unus efficitur. Neque enim is homo quem communem, quem ſpeciem dicimus, figmentum eſt, aut ſeparata forma, ſed res quędam in omnibus & ſingulis hominibus tota reperta, poſtquam eorum a ſe inuicem diſtinctiones mente remoueris. Quemadmodum autem homo a particularibus hominibus colligitur, ita diſcurrens ex homine & dæmone, ſeclusis immortali & mortali differentijs. Et animal in diſcurrenti & bruto, ſemotis rationali & irrationali. Et uiuens ex animali, & planta, ſeparatis ſenſibili & inſenſibili. Et corpus e uiuenti & non uiuenti, ſequeſtratis animato & inanimato. Et poſtremo ſubſtantia e corpore & angelo, & reiectis corporeo, & incorporeo. Simplex ergo res eſt ſubſtantia, & omnes differentiæ, compoſita ſunt reliqua in prædicamentis diſpoſita. Atque has res non per ſe dialectici conſiderant, ſed quatenus ſecundis intentionibus ſubſternuntur. Sunt autem ſecundæ intentiones hoc quod dico, genus, differẽtia, ſpecies, indiuiduum, ſuperius, inferius, diuidens, conſtituens, diuiſum, conſtitutum, vniuerſale, ſingulare, commune, particulare, & id genus alia, quibus omnia in prędicamentis diſtributa nominantur, prout ipſis tamen conuenit. Vnde ſubſtantia ſolum genus dicitur, quia ſupra ſe genus non habet. Homo ſolum ſpecies, quia infra ſe ſpeciẽ non continet. Corpus autem, uiuens, animal, diſcurrens, utroque modo, quoniam ſupra ſe genus habent & infra ſe ſpecies: nam quæ lateribus circumpoſita ſunt, ex aduerſo ſibi poſitiue repugnantia, differentiæ nuncupantur, quoniam differre ſpecies a ſe inuicem faciant. Ac ſi præcedentibus comparentur, diuiſiuæ, quia genera diuidant. Sin ſequentibus conferantur, conſtitutiuę quia ſpecies conſtituant, dicuntur. Quicquid autem ſub vltimis ſpeciebus eſt, indiuiduum, quod ulterius in partes ſubiectiuas diuidi nequeat; & ſingularia atque particularia eo quod neque communia, neque uniuerſalia ſint. Inuentæ ſunt autem ſecundæ intentiones à Dialecticis, ut plura poſſemus vnica uoce ſignificare, nam artis eſt multitudinem in compendium redigere, quod & hic euenit. Si quis enim dicat indiuiduum non habere definitionem, uix explicari poteſt quam multa complexus ſim. Item ſi dixero, ſola ſpecies definitur: pauciora quidem ſignificaui, ſed adhuc tam multa ut ne longo quidem libro deſcribi queant. Recte itaque modos intelligendi ſecundas intentiones ferunt, & logicam eſſe de ſecundis intentionibus applicatis primis. Traduntur. n. artis pręcepta in ſecũdis intentionibus, q̃ in primis, hoc eſt in rebus ipſis, exequuntur, ut cum dico; genus prędica-



prędicatur de ſpecie. nõ hoc dico ſpẽs eſt genus.falſum eſt enim diſparata cum ſint,ſed hoc dico corpus & angelus,eſt ſubã, viuens & mortuũ, eſt corpus,& ſubã.animal & plãta, eſt uiuens,corpus,& ſubã.diſcurrens & brutũ,eſt animal,uiuens,corpus, & ſubã.Hõ & dęmon,eſt diſcurrens, animal, uiuens,corpus,& ſubã.Rurſus ſi dixero,ſuperius de ſuo inferiori prędicatur,totũ qđ ante propoſui quidẽ ſignificaui, & prętere a differentia in ſpẽbus ſuis, & indiuiduis eſſe,nec ſolũ in prędicamento ſubſtantię, hoc uerum eſſe,ſed in cæteris etiam nouem,quantitate,qualitate, relatione, actione,paſſione,vbi,quando, ſitu, & habitu. Verum de his hactenus & fortaſſe nimium.

Superius poſita deſcriptio ordinem a generaliſſimo uſque ad indiuidua prędicationis oſtendit,in qua quidem ſubſtantia generaliſſimum dicit genus,qm̃ prępoſita eſt omnibus,nulli uero ipſa ſupponitur, & ſolum genus pp eandem dicitur cãm.Hõ autem ſpecies ſolum,qm̃ Plato,Cato Cicero,quibus eſt ipſa prępoſita non differunt ſpecie,ſed numero tantum. Corporeũ vero quod ſecundum a ſubſtãtia collocatur,& ſpecies eſſe probatur,& genus, ſubſtantię ſpẽs, genus animati. At uero animatum,genus eſt animalis, corporei ſpecies:eſt autem animatum genus ſenſibilis, animatum uero ſenſibile animal eſt. igitur ipſum animatum propter propriam differentiam quę eſt ſenſibile, recte genus dicit eſſe animalis. Aĩal uero rationalis genus eſt,& rõnale genus eſt mortalis, cunque rõnale & mortale nihil aliud ſit quam homo, rõnale ſit animalis ſpecies: hominis uero genus: homo uero ipſe, Catonis, Platonis, Ciceronis non erit(ut dictum eſt)genus, ſed ſolum ſpecies, nec ſolum differẽtię rationalis ſpecies eſt homo, verum etiam Catonis, & Platonis, cęterorumq; ſpecies appellatur, pp diuerſam ſcilicet cauſam. Nã rõnalis idcirco eſt ſpecies,qm̃ rationale per mortale atq; immortale diuiditur, cũ ſit homo mortale,Idem uero homo ſpẽs eſt Platonis atque cæterorum, in forma .n. eorum omnium homo erit ſubſtantialis atque ultima ſimilitudo. Eſt autem communis & omnium regula,eſſe eas ſpecies ſpecialiſſimas, quę ſupra ſola indiuidua collocantur, ut homo,equus,coruus, ſed non auis, auiũ nãque multę ſunt ſpecies, ſed hę tantũ ſpecies dicuntur eſſe, quorum ſubiecta ita ſibi ſunt conſimilia,vt ſubſtantialẽ differentiam habere non poſſint. In omni autem hac diſpoſitione priora genera cum inferioribus coniunguntur, ut poſteriores efficiant ſpecies. Nam ut ſit corpus, ſubſtantia cũ corporalitate coniungitur, & eſt ſubſtantia corporea, corpus.Item ut ſit animatum, corporeum atq; ſubſtantia, animato copulatur, & eſt animatum ſubſtantia corporea habens animam. Item ut ſit ſenſibile eidẽ tria illa ſuperiora iunguntur. Nã quod eſt ſenſibile,tantum eſt, quantũ ſubſtãtia corporea animata retinẽs ſenſum, quod totum animal eſt.Item ſuperiora omnia rationali iuncta, rationale animal efficiunt, poſtremumque hominẽ ſuperiora omnia nihilominus terminant,id eſt ſubſtantiã hominis,addito tantum rationali mortali:eſt.n.homo ſubſtantia corporea,animata ſenſibilis,rationalis,mortalis. Nos vero definitionem hominis reddimus dicentes, animal rationale mortale, in animali ſcilicet includentes,& ſubſtantiam,& corporeum, & animatum atque ſenſibile, & in cęteris quidem ſpeciebus atque generibus ad hunc modum, & diuiduntur genera, & ſpecies deſcribuntur.

*Quemadmodum igitur ſubſtantia,cum ſuprema ſit,eo quod nihil ſupra eam ſit,genus eſt generaliſſimũ:ſic et homo,cum ſit ſpecies,poſt quã nõ eſt alia ſpẽs, neque aliud eorum quæ poſſunt diuidi in ſpecies,ſed ſolum indiuidua, (indiuiduum enim eſt Socrates & Plato,& hoc album) ſpecies erit ſolum,& vltima ſpecies,& ut(dictum eſt)ſpecialiſſima. Quæ uero in medio ſunt,eorum quidem quæ ſupra ſe ſunt,ſpecies erũt:eorum vero quæ poſt,genera sũt. Quare hæc quidem duas habent habitudines: illam quæ eſt ad ſuperiora,ſecundum quam ſpecies dicuntur eſſe ipſorum:& eam quæ eſt ad poſteriora,ſecundũ quam genera ipſorũ eſſe dicuntur. Extrema uero habent unã habitudinem,nam & generaliſſimum ad ea quæ poſteriora sũt, habet habitudinem,cum genus ſit omnium ſupremũ:eam uero quæ eſt ad ſuperiora,non habet,cum ſit ſupremũ,& primum principiũ,& (ut dicimus) ſupra qđ nõ eſt aliud ſuperueniens genus:& ſpecialiſſimum etiam unam habet habitudinem,eam quæ eſt ad ſuperiora,quorum eſt ſpecies,eam vero quæ eſt ad poſteriora,nõ diuerſam habet, ſed eandem:nam et indiuiduorum ſpecies dicitur. Sed ſpecies quidem dicitur indiuiduorum velut ea cõtinens, ſpecies uero ſuperiorum,ut quæ ab illis contineatur.*

19. Ex proportione ſpeciei nomen etiã generis oſtenditur. nam ut genus, qm̃ nõ habet genus ſupra ſe generaliſſimum genus dicitur,ut ſubſtantia:ita ſpecies qm̃ non habet ſub ſe ſpeciem ſed indiuidua,ſpecialiſſima ſpecies dicitur, ut hõ. Quid autem eſt ſpecies non habere ſub ſe? id eſt his præeſſe,quæ neque in diſſimilia diuidi poſſunt, vt genera diuiduntur,neque in ſimilia, ut ſecantur ſpecies. Illa vero quę inter genera generaliſſima, ſpeciesque ſpecialiſſimas conſtituta ſunt,ſpecies & genera nuncupantur, quę & ipſa alijs ſupponuntur, & his alia ſubijciuntur, quorum in diſſimilia, uel in ſimilia poſſunt eſſe participationes. Cumque duę ſint habitudines,& quaſi comparationes oppoſitę,quę in omnibus generibus ſpeciebuſque uerſantur,una quidem quæ ad ſuperiora reſpiciat,ut ſpecierum quę ſuis generib. ſupponuntur: alia vero quæ ad inferiora. ut generum cum ſpeciebus proprijs pręponuntur: generaliſſima quidẽ genera unã tantũ retinent habitudinem, eam.ſ.quę inferiora amplectitur,illã uero quæ ad ꝑpoſita comparantur non habẽt. Generaliſſimum.n.genus nulli ſupponitur. Itẽ ſpẽs ſpecialiſſima vnam poſſidet habitudinẽ, per quam .ſ. ad ſola genera comparatur. Illam uero quę ad inferiora committitur,non habet:nullis .n. ſpeciebus ipſa præponitur.At uero quę ſubalterna ſunt genera,utraque habitudine funguntur. nã & illam poſſidẽt,quę ad ſuperiora reſpicit, quoniã quę ſubalterna ſunt,habent ſuperpoſitum genus, & illã quę de inferioribus ꝑdicatur.Habent.n.ſubalterna genera ſuppoſitas ſpẽs,ut corporeũ ad ſubſtãtiã quidẽ eã retinet habitudinẽ,qua ꝑt poni ſub genere, ad animatum uero eã qua ꝑt ad ſpẽ ꝑdicari.Specialiſſimę uero ſpẽs licet ipſæ indiuiduis ꝑponãtur,tamẽ ꝑpoſiti habitudinẽ non habẽt, idcirco quoniã illa quæ ſpeciei ultimæ ſupponuntur,talia ſunt, ut quantum ad ſubſtantiã unum quidam ſunt,non habentia ſubſtantialem differentiã,ſed accidentalẽ:efficitur ergo, ut numero ſaltem diſtare uideantur, ut pene dici poſſint, & pluribus ꝑeſſe ſpecies, & quodammodo nullis omino eſſe præpoſitę.Nã cum ſpẽs ſubſtãtiam monſtret,unaq; ſit omnium indiuiduorum ſub ſpẽ poſitorum ſubſtantia, quodammodo nulli ꝑpoſita eſt ſi ad ſubſtãtiã quis velit aſpicere.At ſi accidẽtia q̃s conſideret,plures de q̃bus ꝑdicatur ſpẽs,ſiunt nõ ſubſtantię diuerſitate, ſed accidẽtium multitudine.Itaque ſit ut genus q̃dẽ ſemper plurimas ſub ſe ſpẽs habeat:de differentibus.n.ſpecie ꝑdicatur.Differẽtia vero niſi pluralitati non conuenit,at vero ſpẽs ẽt uni aliq̃ indiuiduo pręeſſe ꝑt.Si.n. unus(ut perhibetur)eſt phęnix, phęnicis ſpecies de uno tantum indiuiduo prędicatur. Solis etiam ſpecies unum Solem intelligitur habere ſubiectum,ita nullã multitudinem ſpecies per ſe continet,cum etiam ſi unum ſit tantum indiuiduum,ſpeciei tamen non pereat intellectus: quibuſdam enim ſuis quaſi ſimilibus partibus præeſt,ut ſi æris uirgulam diuidas, ſecundum id quod æs dicitur, idem & partes eſſe intelligitur, & totum.Idcirco dictum eſt ſpeciẽ licet ſit indiuiduis prępoſita, unam tantum habitudinem poſſidere,illam vnam.ſ.qua ſpecies eſt. Quando enim prępoſitis ſubditur: ſpecies nuncupatur, & eſt ſuperiorum ſpecies tanquam ſubiecta,inferiorumque ſpecies, idcirco

quoniam

quoniam eorum ſubſtantia monſtratur. Nec ita eſt ſpecies indiuiduorum, quemadmodum ſpeciei genus. Illud .n. pars eſt ſubſtantię, ut animal hominis. Reliquæ .n. partes rõnale atq; mortale adduntur animali ad definiendam ſubſtantiã hominis; homo vero Socratis atq; Ciceronis tota ſubſtantia eſt: nulla .n. additur differentia ſubſtantialis ad hominẽ, vt Socrates fiat aut Cicero, ſicut additur animali rationale atq; mortale, vt homo integra definitione claudatur. Idcirco igitur ſpecies ſpecialiſſima tantum eſt ſpecies, atq; hanc ſolam poſſidet habitudinem: ad ſuperiora quidem quoniam ab his continetur: ad inferiora vero, quoniam ſubſtantiam eorum format & continet.

*Determinãt ergo generaliſſimum ita, quod cum genus ſit, non eſt ſpecies: & rurſus, ſupra quod non eſt aliud ſuperaueniens genus. Specialiſſimum uero, quod cum ſit ſpecies, non eſt genus: & quod cum ſit ſpecies, non amplius in ſpecies diuidere poſſumus: & hoc modo, quod de pluribus differentibus numero, in eo quod quid ſit, prædicatur. Ex uero quæ ſunt in medio extremorum, ſubalterna uocantur genera & ſpecies, et unumquodque eorum ſpecies eſſe põt & genus: ad aliud quidem, & ad aliud ſumpta. Ea uero quæ ſunt ſupra ſpecialiſſima uſque ad generaliſſimum aſcendentia, uiciſſim genera dicuntur & ſpecies, ut Agamemnon Atrides, Pelopides, Tantalides, & ultimo Iouis. Sed in familiis quidem plerunque reducuntur ad unum principium, uerbi gratia Iouem.*

20. Poſtq̃ naturam generum ac ſpecierum diuerſitatemque monſtrauit, eorum ordinem definitionis deſcriptioniſq; cõmemorat, ac primum quidem generaliſſimi generis terminũ inducit dicens, generaliſſimum genus eſſe quod cum ipſum ſit genus, non habet ſuperpoſitum genus, hoc eſt ſpeciẽ non eſſe, & rurſus ſupra quod non erit aliud genus ſuprauueniens. Si .n. haberet aliud genus ſuperueniens, minime ipſũ generaliſſimũ vocaretur. Specialiſſima vero ſpecies hoc modo deſcribitur: quod cum ſit ſpecies non eſt genus .ſ. ex oppoſito, qm̃ oppoſita ex oppoſitis deſcribuntur interdum, nã qm̃ prępoſitio oppoſita eſt ſuppoſitioni. Genus autem præponitur, ſpẽs vero ſupponitur, ſi idcirco erit primum genus, quia ita ſuperponitur vt minime ſupponatur: idcirco erit vltima ſpecies, quia ita ſupponitur, vt pręponi non poſſit: igitur recte oppoſitorũ ex oppoſitis facta eſt definitio. Eſt alia rurſus deſcriptio ſpeciei, quod cum ſit ſpecies, nunquam diuiditur in ſpecies .i. genus eſſe non pt. Si .n. omne genus ſpecierum genus eſt, ſi quid non diuiditur in ſpecie, genus eſſe non poteſt. Et rurſus alia definitio, quod de pluribus differẽtibus numero in eo quod quid ſit prędicatur, de qua definitione ſępe eſt ſuperius demonſtratum. Nunc illud attendendum eſt (ſicut paulo ſupra dictum eſt) ſpeciei unum indiuiduum põt ſubiectũ eſſe, vt phœnici atomus ſua, ut Soli corpus hoc lucidũ, vt mundo vel Lunę, quorum, ſpecies ſingulis ſuis indiuiduis ſuperponũtur. Quod ſi ita eſt ut ſpecies de vno quolibet indiuiduo prędicetur, vt de phęnice, quo conuenit dicere ſpẽm eſſe q̃ de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit p̃dicat. Sunt .n. q̃dã q̃ de numero differentibus minime dñr, vt phœnix, Sol, Luna: ſed de his illa ratio eſt, de qua ẽt ſuperius pauca reddidimus, quæ paululum explicata cõmodiſſime nondum q̃onis abſoluet. Omnia .n. quæ ſub ſpecialiſſimis ſpeciebus ſunt, ſiue infinita ſint, ſiue finito numero conſtituta, ſiue ad ſingularitatẽ deducantur, dum eſt aliquod indiuiduum, ſemp ſpẽs manebit, neq; indiuiduorũ diminutione ſi quodlibet unũ maneat ſpẽs conſumit. Qm̃, ut dictũ eſt, tametſi plura ſint indiuidua, ſubſtãtiales differentias non habebunt, id ergo in gñe dici nõ cõuenit, qđ his p̃eſt, q̃ ſubſtantiali a ſe differentia diſgregata ſunt: p̃eſt .n. ſpeciebus q̃ diuerſis differentijs informãtur. Si igit una earũ perierit, & ad unitatẽ ſpẽi redacta fuerit rõ generis, genus eſſe non poterit, quia de differentibus ſpecie prędicatur, non ita in ſpeciebus. Nam ſi omnium indiuiduorum natura conſumpta ſit, & ad unius ſingularitatẽ indiuidui ſuppoſitę ſpeciei prædicatio ueneris, eſt tñ ſpẽs, ac permanet. Talia .n. ſunt illa quę pereunt ac deſunt, quale eſt id quod permanſit & ſubiacet. Quod uero dicimus de pluribus numero differentib. ſpẽm p̃dicari, duobus id recte excuſat modis. Vno quidẽ quia multo plures ſunt ſpẽs, quæ de numeroſis indiuiduis prędicantur, quam hæ quibus unũ tñ indiuiduũ videt eſſe ſuppoſitũ. Deinde hoc modo, quia multa ſm poteſtatẽ dñr, cum actu non ſemper ita ſint, ut riſibilis hõ dicitur, ẽt ſi minime rideat, qm̃ ridere pt. Ita igit ſpẽs de numero differentib. p̃dicatur: nihil .n. minus phœnix de plurib. phęnicib. p̃dicaretur, ſi plures eſſent q̃ nunc, qñ vnus eſſe perhibet. Item Solis ſpẽs de hoc uno Sole quẽ nouimus nunc dicitur: at ſi in aĩo plures ſoles & in cogitatione fingãtur, nihilominus de pluribus Solibus indiuiduis, nomẽ Solis quã de hoc uno prędicabitur. Idcirco igitur ſpecies de pluribus numero differentibus dicitur prędicari, cum ſint aliq̃, q̃ de ſingulis indiuiduis appellentur: illa vero quæ ſubalterna vocantur, ita definiri queunt. Subalternum genus eſt qđ eſſe genus & ſpecies poterit ad eum modum qui eſt in familijs, quæ procreant & procreantur, ut ẽt ſubiectum mõſtrat exemplum ut Agamemnon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis. Atreus .n. Pelopis filius tanq̃ euidẽ ſpecies quaſi Agamemnonis genus eſt. Item Agamemnõ Pelopides & Tantalides, cum Pelops ad Tantalum comparat. Tantaluſq; ad Iouẽ quaſi ſpecies, itemq; Tantalus ad Pelopẽ, Pelops ad Atreũ quaſi gña eſſe videantur, cũ Iupiter ſit horũ uelut gñaliſſimũ genus. Sed in familijs quidem plerũq; reducuntur ad vnum principium, v. g. ad Iouem.

*In generibus ãt & ſpecies non ſic ſe habet, neque .n. unum cõe genus oĩum eſt ens, nec oĩa eiuſdem generis ſũt ſecundũ unum ſupremũ genus, quemadmodum dicit Ariſtoteles, ſed ſint poſita, quemadmodum dictum eſt in prædicamentis, prima decem genera, quaſi decem prima principia. Et ſi omnia quis entia uocet, æquiuoce inquit nuncupabit, non uniuoce. Si enim ens unum eſſet cõe omnium genus: uniuoce omnia, entia dicerẽtur: cũ uero ſint decẽ prima, cõmune eſt ens ſecundũ nomen ſolũ, non ẽt ſecundum rationem, quæ ſecundum entis nomen eſt.*

21. Qm̃ cum de ſubalternis generibus diceret, familiæ cuiuſdã poſuit exemplum quę ab Agamemnone peruenit ad Iouem, quẽ pro numinis quidem reuerẽtia, vltimum poſuit. Quantum .n. ad veteres theologos, refertur. Iuppiter ad Saturnum, Saturnus ad Cęlum, Cęlus uero ad antiquiſſimum Ophionem dicitur, cuius Ophionis nullum principium eſt. Ne igitur quod in familijs eſt, id in rebus quoq; eſſe credatur, ut res omnes poſſint ad unum ſui nominis redire principium. Idcirco determinat hoc in generibus ac ſpẽbus eſſe non poſſe, neq; .n. ſicut familiæ cuiuſlibet, ita etiã omnium rerũ unum eſſe principium pt. Fuerunt .n. qui hac opinione tenerentur, ut rerum omnium quę ſunt, unũ putarent eſſe genus: qđ ens nũcupatur, tractum ab eo qđ dicimus eſt. omnia .n. ſunt & de oĩbus eſſe prędicatur, itaq; ſubſtantia eſt, & qualitas eſt, item quantitas eſt, cęteraq; eſſe dicuntur, nec de his aliquid tractaretur, niſi hec quę prędicamenta dicũtur, eſſe conſtaret. Quę cũ ita ſint vltimũ omniũ genus ens poſuerũt .i. quod de omnibus prędicaretur: ab eo .n. qđ dicimus eſt, participium inflectentes: gręco quidem ſermone ὄν latine ens appellauerũt. Sed Ariſtoteles ſapiẽtiſſimus principiorũ cognitor, reclamat huic ſniã, nec ad unum res oẽs putat duci poſſe primordiũ, ſed decẽ eſſe genera in rebus. Quę cũ a ſemetipſis diuerſa ſunt, tũ ad nullũ cõe principiũ reducuntur. Hęc autẽ decẽ genera ſtatuit, ſubſtantiã, quantitatem, qualitatem, ad aliquid, vbi, quando, ſitum, habere, facere, pati: Quod vero occurrebat, quoniam de his omnibus eſſe prædicaretur: (Omnia .n. quę ſuperius cõ

memorata ſunt gñra eſſe dñr)ita diſcuſsit ac repulit dicẽs, non oẽ cõe nomen cõem ẽt formare ſubſtantiã, neq; ex eo debere genus eſſe cõe arbitrari, ꝙ de aliquibus cõe nomẽ prędicaretur. Quibus.n.definitio cõis nõis conuenit, illa cõis nominis iure ſpẽs iudicabuntur, & cõi illo uocabulo vniuoce predicãtur. Quibus uero nõ cõuenit, uox his cõis tm̃ eſt, nulla uero ſubſtantia. Id aũt manifeſtius declaratur exẽplis, hoc mõ. Animal hoĩs atq; equi genus eſſe prędicamus. demus igitur aĩalis definitionem q̃ eſt, ſubſtãtia aĩata ſenſibilis: hãc ſi ad hoĩem reducamus, erit hõ ſubſtãtia aĩata ſenſibilis, neç ulla falſitate definitio maculatur: Rurſus ſi ad equum, erit equus ſubſtantia animata ſenſibilis. id quoque uerũ eſt. conuenit igitur hęc definitio & animali, quod cõe eſt homini atq; equo, & eadem equo, atq; homini, quę ſpecies ponuntur animalis, ex quo fit, ut homo atq; equus utraq; animalia uniuoce prædicentur. At ſi quis hoĩem pictum hominemq; uerum cõi animalis nomine nuncupauerit, definiat (ſi libet) animal hoc modo, ſubſtãtiam animatã eſſe atq; ſenſibilem. Sed hęc definitio ei quidem homini q̃ viuus eſt, cõuenit, ei vero qui pictus eſt, minime, neq; .n. eſt animata ſubſtantia. Igitur homini viuo atque picto, quibus cõis nominis definitio, ideſt animalis, non poteſt conuenire, non eſt animal cõe genus, ſed tamen cõe uocabulum dicitur, ꝙ hoc nomen animal in viuo homine atq; picto non ineſt ut genus, ſed vt vox plura ſignificans. vox.n.plura ſignificans ęquiuoca nũcupatur; ſicut ea vox quę genus oſtẽdit, uniuoca dicitur. Itaq; id quod dicitur ens, & ſi de omnibus dicatur prædicamentis; qm̃ tamen nulla eius definitio inueniri poteſt, quę omnibus prędicamentis poſsit aptari, idcirco non dicitur vniuoce de prædicamentis, id eſt ut genus, ſed æquiuoce, id eſt vt vox plura ſignificans. Conuincitur hac quoq; rõne id quod dicimus, ens prædicamentorum genus eſſe non poſſe, unius.n.rei duo genera eſſe non poſſunt, niſi alterum alteri ſubijciatur vt hominis genus eſt animal atq; animatum: cum animal animato uelut ſpecies ſupponatur. At ſi duo ſibimet ita æqualię ſint, ut nunquam alteri alterum ſupponatur, hæc vtraq; eidem ſpecies gñera eſſe non poſſunt. Ens igitur atq; vnum neutrum alteri ſupponitur; neq; .n. vnius dicere non poſſumus genus ens nec eius quod dicimus ens; vnum, Nam quod dicimus ens, vnũ eſt, & quod vnum dicimus, ens eſt, genus autem, & ſpẽs ſibi inuicem minime conuertuntur. Si igitur prædicatur, ens de omnibus prædicamentis, prædicatur etiam vnum, Nã ſubſtantia vnum eſt, qualitas vnũ eſt, quantitas vnum eſt, cæteraq; ad hunc modum. Si igitur qm̃ eſſe de omnibus his prædicatur, omnium genus erit eos; & vnum, qm̃ de omnibus prędicatur, erit omnium genus, ſed vnum atq; ens (ut demonſtratum eſt) minime alterum alteri pręponitur. duo igitur æqualia ſingulorum prędicamentorum genera ſunt, qđ fieri nequit. Cum hoc igitur ita ſit, id Porphyrius determinauit dicens: non ita in rebus, ut in familijs omnia ad unũ principium poſſe deduci, nec omnium rerum commune eſſe genus poſſe, vt Ariſtoteli placet, ſed ſunt prępoſita inquit quemadmodum in prędicamentis dictũ eſt, prima decẽ genera, quaſi decem prima principia .ſ. vt nulla interim ratio perquiratur, ſed Ariſtotelis auctoritati cõcedentes hæc decem genera nulli alij generi credamus eſſe ſubiecta; quæ ſi quis entia vocet, æquiuoce nuncupabit, non vniuoce: neq; in., vna eorum omnium ſm̃ cõmune nomẽ definitio poterit adhiberi, quæ res facit, vt non vniuoce de his aliquid p̃dicetur. Si.n. vniuoce prædicaretur, genus eſſet eorum cõe nomen quod de omnibus prædicaretur: at ſi genus eſſet, definitio generis conueniret in ſpecies, quod quia non fit, commune his id quod dicimus ens vocabulum eſt, vocis ſignificatione, non ratione ſubſtantiæ.

*Decem quidem igitur generaliſſima ſunt, ſpecialiſſima vero in numero quidem quodam ſunt, non tamẽ infinito. Indiuidua autẽ quæ ſunt poſt ſpecialiſſima, infinita ſunt. Qua pp̃ vſque ad ſpecialiſſima à generaliſſimis deſcendentes iubebat Plato quieſcere. Deſcendere autẽ per media, diuidendo ſpecificis differentiis, infinita vero relinquẽda ſuadet; neque enim eorum poſſe fieri diſciplinam,*

22. Qm̃ ſpẽrum noſſe naturã ad ſectionẽ generis p̃tinet, qm̃que ſcĩa infinita eſſe non põt (nullus.n.intellectus infinita circundat) idcirco de multitudine generum, ſpecierũ atque indiuiduorũ rectiſsima rõne perſequit, dicens; Supremorum generũ numerũ notũ eſſe: decem.n.p̃dicamenta ab Ariſtotele eſſe reperta, quæ rebus oĩbus generis loco pręferenda ſunt. Species vero multo plures eſſe, quã genera: nam cum decem ſuprema ſint rerũ genera, cumq; uni generi nõ vna, ſed multę ſpẽs ſupponantur, proximęq; ſpecies ſupremis generibus ſubalterna ſint genera vſq; dum ad vltimas ſpecies deſcẽdant, nimirũ vnius generis multas ſpecies neceſſe eſt eſſe vtrobique diffuſas. Specialiſsimas vero multo plures eſſe quam ſubalterna, qm̃ per multitudinem generũ ſubalternorum ad ſpecialiſsimas deſcenditur ſpecies, quas multo plures eſſe. quã genera ſubalterna, hoc maxime oſtẽditur, qđ inferiores ſunt, & ſemper ſubalterna genera ĩ plura ſubiecta diuidũtur. Decem uero generum ſpẽs multo plures, quam vnius exiſtere, manifeſtum eſt; verũtamẽ & ſi plures, ſũt certo tñ numero continẽtur, quẽ facile ſiquis diſcutiat omniũq; generum ſpecies proſequatur, poſsit agnoſcere. Indiuidua vero quę ſub vnaquaq; ſpẽ ſunt, infinita ſunt; vel eo quod tam multa ſunt diuerſiſq; locis poſita, vt ſcientia numeroq; in vnum concludi comprehendiq; non poſſint; vel quod in generatione & corruptione poſita nunc quidẽ incipiũt eſſe, nunc deſinunt; atq; idcirco ſuprema quidem genera, & ſubalterna, & ſpecies eas, quę ſpecialiſsimę nuncupantur, qm̃ finitæ ſunt numero: poteſt terminus ſcientię includere, indiuidua vero, nullo modo. Idcirco igit̃ Plato magis à generibus, quam à ſpẽbus.i.ſpecialiſsimis pręcipiebat facere ſectionem: per ea.n. quę finita eſſent numero, iubebat deſcendere diuidentẽ, vbi aũt ad indiuidua ueniretur, ſtandũ eſſe ſuadebat, ne ꝙ natura nõ ferret, infinita colligeret: ita vero genera in ſpecies diuidi comprobat, ut in ſpecificis differentijs ſoluerẽtur. De ſpecificis vero differentijs melius in eo titulo vbi de differentia diſputatur ac largius diſſeremus. Hoc.n. hoc tantum dixiſſe ſufficiat, eas eſſe ſpecificas differentias, quibus ſpecies informantur, vt rõnale, mortale, hominis. Cum igitur diuidimus animal, rõnale atq; irrationale, mortalę immortaleq; ſeparamus, cęteraq; genera talibus differentijs q̃ ſubiectas ſpẽs informent, Plato cenſuit eſſe diuidendum vſq; dum ad ſpecialiſsima veniretur de hinc conſiſtere, nec infinita ſequi, quoniam indiuiduorum nunquam eſſet nec diſciplina, nec numerus.

*Deſcẽdentibus igitur ad ſpecialiſſima neceſſe eſt, diuidendo per multitudinẽ ire. Aſcendentibus vero ad generaliſſima neceſſe eſt colligere multitudinẽ in vnũ. Collectiuum .n. multorũ in vnam naturã ſpecies eſt, & magis ẽt genus. Particularia vero & ſingularia e contrario, in multitudinẽ ſemper diuidunt id quod vnum eſt. participatione.n. ſpeciei, plures homines, ſunt vnus homo. In particularibus, autem & ſingularibus, vnus & communis, plures: diuiſiuum.n. eſt ſemper quod ſingulare eſt, collectiuum, autem & adunatiuum quod commune eſt.*

23. Diuidere.n. eſt in multitudinẽ quod vnum ante fuerat diſſoluere, Omniſq; collectio e contrario compoſitionem cõiunctionemq; meditatur. Quod.n. cum ſit vnum, diſpartiendo diuiditur, idipſum ex pluribus rurſus partibus adunando cõponitur. Vt igitur ſuperius dictum eſt, indiuiduorum quidem ſimilitudinem ſpecies colligit, ſpecierum vero genus, Similitudo autem nihil eſt aliud niſi quædam unitas qualitatis. ergo ſubſtantialẽ ſimilitudinẽ indiuiduorum ſpẽs colligere manifeſtum eſt. Subſtantialem uero ſimilitudinem ſpecierum, genera contrahunt, & ad ſeipſa reducunt

cunt. Rurſus generis adunationem differétiæ diſtribuût in ſpecies, ſpeciesq; adunationem in ſingulares indiuiduasq; perſonas accidétia partiuntur. Cum igitur hoc ita ſit, neceſſe eſt ſemper cû à genere deſcendis ad ſpecies diuidendo, ſemper facere multitudinem: Cum vero à ſpeciebus aſcendis ad genera côponendo, colligere, & plures in ſpêrû differentijs quę diuerſę fuerant ſimilitudinû qualitates adunare. In ſpeciebus ét idem conſiderari poteſt. ut .n. ipſa indiuidua, quę ſunt infinita, vnam ſimilitudinem ſubſtantialê colligunt, ita indiuidua ſpêm propriam infinite diſtribuût. Oîa .n. indiuidua diſgregatiua ſunt & diuiſiua: ſpês vero & genera collectiua Spês quidem indiuiduorum collectiua atq; adunatiua, ſpêrum uero genera: ut ita dicendum ſit, genus quidem ſpês diſtribuunt, & ſpês ab indiuiduis in multitudinê deducuntur. Rurſus aût, genus quidem multas ſpês colligit, ſpecies aût ſingularê particularêq; multitudinê ad ſingularitatis deducit unitatê. igitur plus genus adunatiuum eſt, quâ ſpecies. Species nâq; ſola indiuidua colligit. Genus vero tam ſpecies, quam ipſarum quoq; ſpêrum indiuiduas contrahit ſingularesq; perſonas. Sed in hoc conuenienti vtitur exéplo dicens, participatione ſpeciei ideſt hominis, Cato, Plato, Cicero, pluresq; reliqui homines, vnus, ideſt multa hominum in eo quod ſunt homines, unus homo eſt; velia vero vnus homo, qui ſpecialis eſt, ſi ad hominum multitudinem qui ſub ipſo ſunt conſideretur, plures ſiunt: ita & plures hoîes in ſpeciali homine, unus eſt. Et ſpecialis vnus, eſt in pluribus infinitus. Sic igitur quod ſingulare quidem eſt diuiſiuum eſt, quod commune uero quoniâ multorum unû eſt, ut genus ac ſpecies, collectiuum atq; adunatiuum.

*Aſſignato autem genere & ſpecie quid ſit utrunq. & genere quidê vno exiſtente, ſpeciebus vero pluribus. Semper .n. diuiſio generis in ſpecies plures eſt genus quidem ſemper de ſpeciebus prædicatur, & omnia ſuperiora de inferioribus: ſpecies autê neque de proximo ſibi genere, neque de ſuperioribus: neque .n. conuertitur. Oportet .n. aut æqua de æquis prædicari, ut hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, ut animal de homine: minora vero de maioribus, minime. Nec .n. aîal dicis eſſe hominê; quê admodû dicis hominê animal. De quibus aût ſpecies prædicatur, de his neceſſario & ſpeciei genus prædicatur, & generis genus, vſque ad generaliſſimû. Si .n. verû eſt dicere, Socratê hominê, hominê aût animal, animal vero ſubſtâtiâ: verû eſt Socratê animal dicere atque ſubſtâtiâ. Sêper igitur cû ſuperiora de inferioribus prædicêtur, ſpecies quidê de indiuiduo prædicabitur, genus aût et de ſpecie & de indiuiduo. Generaliſſimû autê & de genere, & de generibus, ſi plura ſunt media & ſubalterna, & de ſpecie & de indiuiduo. Dicitur .n. generaliſſimum quidem de omnibus ſub ſe poſitis generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis. Genus autem quod antê ſpecialiſſimum eſt, de omnibus ſpecialiſſimis, & de indiuiduis, ſolû aût ſpecies de omnibus indiuiduis. Indiuiduû aût prædicatur de vno ſolo particulari. Indiuiduû aût dicitur Socrates, & hoc album, & hic ueniês Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit ei Socrates filius.*

24. Breuiter quęq; ſuperius dicta ſunt cômemorat hoc mô: Cum inquit aſsignauerimus quid ſit genus, & quid ſpecies, cûque ſuis ét ea definitionibus côprehenderimus, docuerimusque unum genus ſemper in plurimas ſpecies ſolui: illud inquit adiungimus quoniam omnia ſuperiora de inferioribus prędicantur, inferiora vero de ſuperioribus minime. Et ea quę ſunt vtilia de prędicationis modo rite pertractat. Oſtendit autem unum genus in plurimas ſpecies ſolui ſemper, aſsignata generis definitione. Quod .n. de pluribus rebus ſpecie differentibus in eo quod quid ſit prędicari, eſſe definiuit genus. Nihil aût ſunt plurimę res ſpê differentes, niſi plurimæ ſpês, de quibus aût prędicatur genus, ſi ea ipſa diſſoluitur. Oſtêſum eſt igit ex definitionis aſsignatione, vnius generis ſemp eſſe ſpecies plures, quę cû ita ſint, genus quidê de ſpecie prædicatur, ſpês vero de indiuiduis omniaque ſuperiora de inferioribus, inferiora de ſuperioribus nullo mô. Id quare eueniat paucis abſoluam. Quę ſuperiora ſunt ſubſtâtialiter, ea genera eſſe prędiximus, q̃ vero genera ſunt, ampliora ſunt, q̃ vnaquęq; ſpecies. Neq; .n. in plurima diuideretur genus, niſi ab vnaquaq; ſpê maius exiſteret. Id cû ita ſit, nomê generis toti conuenit ſpêi. Nô .n. coęquat ſolû ſpeciei generis magnitudo, verû etiâ ſpêm ipſam ſupuadit. Iccirco igit oîs hô aîal eſt, quoniâ intra aîalis vocabulû, & hô, & cætera aîalia continent. At vero nullus dixerit omne aîal homo eſt non .n. puenit ad totum animal hoîs nomen q̃a cum ſit minus, nullo mô generis vocabulo coæquat. Itaq; q̃ maiora ſunt de minorib. prędicant; q̃ vero minora ſunt, non conuertuntur vt de maiorib. prędicentur. At vero ſi qua ſint ęqualia, ea ſm naturę paritatê conuerti neceſſe eſt, vt hinnibile atq; equus; quoniâ ita ſibimet coęquantur, vt neq; equus ſit, niſi hinnibile, neq; q̃d ſit hinnibile, niſi equus. Fit ergo vt omne hinnibile equus ſit, & omnis equus hinnibile. q̃ cum ita ſint. ea q̃ ſuperiora ſunt, non modo de ſibi proximis inferioribus prędicant, verû etiâ de inferiorum inferioribus. Nâ ſi illud recipit, vt ea quę ſuperiora ſunt de inferioribus prędicentur, inferiorû inferiora ſuperiorib. multo magis inferiora ſunt, velut ſubſtantia prędicat de animali quod eſt inferius, ſed animali inferius eſt, homo prędicatur igitur etiâ ſubſtâtia de hoîe. Rurſus Socrates inferius eſt homine, prędicabitur igit ſubſtantia & de Socrate. Itaq; ſpecies quidê de indiuiduis prędicantur, genera vero & de ſpeciebus & de indiuiduis, q̃d conuerti non poteſt. Nam neq; indiuidua de ſpeciebus, & generibus prædicantur nec ſpecies de generibus. Itaq; fit, vt genus quidem generaliſsimum de omnibus ſubalternis generibus prędicari, & de ſpêbus, & de indiuiduis poſsit, de ipſo vero nihil. Vltimum vero genus (id aût eſt quod ante ſpecialiſsimas ſpecies collocatur) ſine medio & de ſolis ſpeciebus ſpecialiſsimis dici poteſt, & de earû indiuiduis: ſpecies vero de indiuiduis vt dictum eſt. Indiuidua .n. de ſingulis prædicantur, ut Socrates, & Plato: eaq; maxime ſunt indiuidua, quę ſub oſtenſione indicationeq; digiti cadunt, vt hoc ſcamnum, & hic veniens, eaq; quę ex aliqua proprietate accidentiû deſignantur nota; vt ſiquis Socratem ſignificatione velit oſtendere, non dicat Socrates, ne ſit alius q forte hoc nomine nuncupetur, ſed dicat Sophronici filius, ſi vnicus Sophroniſci fuerit. Indiuidua .n. maxime oſtendi queunt, ſi, vel tacito noîe, ſenſui ipſi oculorum digito, tactuve, monſtrentur, vel ex aliquo proprio noîe, ſi ſolus illud adeptus eſt nomen, vel ex parentibus, ſi illorum eſt vnicus filius, vel ſi ex quolibet alio accidête ſingularitas demôſtratur, eo q̃d accidentia ad vnâ ſe prædicationem habeât, eius vel prędicatio vel dictio non tranſeat ad alterum, ſicut generis, quod ad ſpecies, ſpecierum vero ad indiuidua.

*Indiuidua autê dicuntur hmôi, quoniam ex proprietatibus conſiſtit vnumquodque eorum, quarum collectio nûquam in alio quolibet, eadê erit. Socratis .n. proprietates nunquam in aliquo quolibet erunt particularium eadê. Hæ vero quæ ſunt hominis proprietas, dico autê eius eſt cômunis, erunt eadê pluribus, magis autem in omnibus particularibus hominibus, in eo quod homines ſunt.*

25. Quoniam ſuperius indiuiduum appellauit, huius nominis rationem conatur oſtendere: ea namque ſola diuidunt, quę pluribus communia ſunt In his .n. vnumquodque diuiditur, quorum eſt commune, quorum quę naturam ac ſimilationem continet. Illa vero in quibus commune diuiditur, communi natura participant, proprietasque communis rei his quibus communis eſt, conuenit. At vero proprietas indiui-

indiuiduorũ nulli cõis eſt. Socratis.n. proprietas, ſi fuit caluus, ſimus, propenſis aluo, cęteriſq; corporis lineamentis aut morũ inſtitõne, aut forma uocis, nõ cõueniebat in alterũ. Hæ.n. proprietates, q̃ ex accidentibus ei obuenerant, & eius formam figuramq; cõiunxerant, in nullũ aliũ cõueniebant. Cuius vero proprietates in nullũ aliũ conueniunt, ꝓprietates eius nulli poterant eſſe cões, cuius aũt proprietas nulli cõis eſt, nihil eſt qđ eius proprietatem participet. Qđ vero tale eſt, vt proprietaté eius nullus participet, diuidi ſ ea q̃ nõ participat, nõ pt. recte igiť hęc quorũ ꝓprietates in aliũ non cõueniunt, indiuidua nũcupantur. At vero hoĩs ꝓprietas.i. ſpecialis, cõuenit in Socratem, & Platonẽ, & in cęteros, quorum proprietates ex accidentibus venientes in quemlibet alium ſingularem nulla ratione conueniunt.

*Cõtinetur igitur indiuiduum quidem ſub ſpecie, ſpecies autem ſub genere, totum.n. quoddam eſt genus. Indiuiduum autem pars, ſpecies vero totum & pars. Sed pars quidẽ alterius, totũ vero non alterius, ſed in aliis. In partibus.n. totum eſt. De genere quidem & ſpecie, & quid ſit generaliſſimum, & quid ſpecialiſſimum, & quæ genera, et ſpecies eadem ſunt, & quæ indiuidua, & quot modis genus & ſpecies dicatur, ſufficienter dictum eſt.*

26. Retractat oĩa breuiter q̃ ſupra latius abſoluit dicẽs. Indiuiduũ à ſpẽ contineri, ſpẽs vero ipſas à genere, huiuſque cãm reddens ait: Oẽ genus totũ eſt, indiuiduum vero pars. Genus.n. in eo qđ totũ eſt, continet tm̃, & ſi ſpẽs eſſe põt. Totũ. n. non ut genus, eſt ſpẽs, ſed ut ea quæ ſupponiť generi. Genus igitur in eo qđ genus eſt, totũ eſt ſpẽbus, ſemp.n. continet eas. At vero indiuiduum ſemp eſt pars. nunquã.n. ipſum aliquid ſua proprietate concludit. Species vero, & pars, & totũ eſt: pars quidem generis, totũ vero indiuiduis. Et cũ pars eſt, ad ſingularitaté refertur: cũ totũ ad pluralitatem. Qm̃.n. vnum genus pluribus ſpeciebus ſupereſt, vna q̃libet ſpẽs pars eſt generis, ideſt unius. Qm̃ autem ſpẽs pluribus indiuiduis pręeſt, nõ eſt uni indiuiduo totum, ſed pluribus. Idcirco.n. totum diciť, quia plura cõtinet & coercet. Nã ut pars ſit aliquid, vnum ipſum vnius pars eſſe poterit, ut vero totum ſit, vnum ipſum vnius totum eſſe nõ poterit. Idcirco alterius quidem pars eſt ſpẽs, alijs vero totum. Sed de genere quidẽ & ſpecie dictum eſt, & quid ſit generaliſſimum genus, qm̃ id cui nullum aliud ſuperponitur genus: & quid ſpecialiſſima ſpecies, quoniam ea cui ſpecies nulla ſupponitur, & quæ genera eadem ſunt & ſpecies.ſ. ſubalterna, quibus aliquid ſupraponitur, aliquid ſupponitur: quę ẽt, indiuidua, ea.ſ. quorum proprietates alteri nequeunt conuenire: & quot modis genus & ſpecies dicitur. Genus quidem aut in multitudine, aut in procreatione, aut in participatione ſubſtantiæ conſiſtit, ſpecies autem ex figura, aut ex generis ſuppoſitione. De his itaq; ſufficienter dictum eſt. Quib. abſolutis modum uoluminis terminabo, ut quarti area libri. Differentię reſeruetur.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Patritij ordinarij & conſularis viri commentariorum in Porphyrium à ſe translatum.

## LIBER QVARTVS.

DE differentia diſputanti non æque illud dẽt occurrere, quod in generis ſpecieique tractatu de collocationis ordine q̃rebatur. Illic.n. meminimus inquiſitum, cur eſſet oĩbus ꝓpoſitũ genus, ut id primum ad diſputationẽ veniret, cur poſt genus ſpecies eſſet iniecta. Nũc vero ſuꝑuacuũ eſt, dicere cur poſt ſpeciem differentia ſumpta ſit, cũ illud iã fuerit inqſitum, cur nõ ante ſpẽm collocata ſit. Qđ ſi mirum videbať ſpẽm differentię in diſputationis loco fuiſſe præpoſitã, eo qđ differentia cõtinentior ac magis amplior eſſet ſpecie qđ, eſt qđ poſsit quiſq; mirari, ſi eãdẽ differentiã ante ꝓprium atq; accidens collocauerit? Cum ꝓprium vnius ſemp ſit ſpeciei: vt poſterius demõſtrabiť, accidens uero exteriorẽ quãdã oſtẽdat naturã, nec oĩno in ſubſtantia prædicetur. Differentia vero vtrumq; contineat & de pluribus ſpeciebus, & in ſubſtantia prędicetur: ſed hæc hactenus. Nunc ad ipſa Porphyrij verba redeamus.

*Differentia vero cõmuniter, proprie, & magis proprie dicitur: Cõmuniter quidẽ differre alterum ab altero dicitur, quoniã alteritate quadã differt quocunque mõ, uel à ſeipſo, vel ab alio: Differt.n. Socrates à Platone alteritate quadã, & ipſe à ſe puero, iã vir factus, & à ſe faciente aliquid, cũ quieſcit. & ſemp in aliquo mõ habẽdi ſe alteritatibus ſpectatur. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quando inſeparabili accidente alterum ab altero differt. Inſeparabile vero accidens eſt, vt naſi curuitas, cæſitas oculorum, & cicatrix cum ex vulnere occalluerit. Magis autẽ proprie alterum differre ab altero dicitur, quãdo ſpecifica differentia differt: quẽadmodum hõ ab equo, ſpecifica differentia differt, rationali qualitate.*

27. Tribus modis aliud ab alio diſtare ꝑdiximus, genere, ſpẽ, numero in qbus oĩbus aut ſm ſubſtantiales quaſdã differentias aliã res diſtat ab alia, aut ſm accidens. Nã quę genere, vel ſpẽ diſtant ſubſtantialib. qbuſdã differẽtijs diſgregata ſunt. Idcirco qm̃ genera, & ſpẽs qbuſdã differẽtijs ſubſtantialibus informantur. Nã cum homo ab arbore genere differt, animalis ſenſibilis qualitas in eo differentiam facit. Addita.n. ſenſibilis qualitas animato, animal facit: eidem detracta facit inanimatũ atq; inſenſibile, q̃ virgulta ſunt. igiť homo atq; arbor genere differunt. vtraq;.n. ſub animalis genere poni non poſſunt. Nam differentia ſenſibili ſm genus diſcrepant, quę unus ex propoſitis tm̃ genus .i. hominis informat, ut dictum eſt. Illa vero quæ ſpẽ diſtant, manifeſtum eſt, quod ipſa quoq; differentijs ſubſtantialibus diſcrepant, ut homo atq; equus differentijs ſubſtantialibus rationalitate atq; irrationalitate diſtant. Ea vero quę indiuidua ſunt, & ſolo numero diſcrepant, ſolis accidentibus diſtant. hæc autẽ ſunt uel ſeparabilia, vel inſeparabilia: Separabilia quidẽ, ut moueri, dormire. diſtat .n. alius ab alio, ꝙ ille ſomno prematur, hic uigilet. Diſtat itẽ inſeparabilib. accidẽtibus, ꝙ hic ſtaturæ ſit longioris, hic minimæ. Quæ cum ita ſint in ternarium numerum has differẽtiarũ diuerſitates Porphyrius colligit, hiſq; ipſe nomina quib. poſt vtatur, apponit, dicens. Oĩs differentia vel communis, vel propria, vel magis propria nuncupatur. Communiter quidem eam differentiam ſumens, quæ quodlibet accidens monſtraret, quę ĩ quadam alteritate conſiſtit, ut ſi Plato à Socrate differat, quod ille ſedeat, hic ambulet: uel qđ ille ſenex, hic uero ſit iuuenis: a ſeipſo etiam ſæpe aliquis differre poteſt, ut ſi nunc quidem faciat aliquid, cum ante quieuerit, vel ſi nunc adoleſcens iam factus ſit, cum prius tenera uixiſſet infantia. Communes autem differentiæ nuncupatæ ſunt, quoniam nullius proprię eſſe poſſunt differentię, & quas ſeparabilia accidẽtia ſola ſignificant. Nam & ſtare, & ſedere, & facere aliqd, ac non facere, multorum, atque adeo omnium ſunt, & ſeparabilia eſſe accidentia manifeſtum eſt: quibus ſi qua differunt, communibus differentijs diſtare dicuntur. Pręterea puerum eſſe atq; adoleſcentem vel ſenem, ea quoque uera-citer ſeparabilia ſunt accidentia. Nam ex pueritia ad adoleſcentiam, atq; hinc ad ſenectutem, ab hac denique ad decrepitam uſque ætatem, naturæ ipſius neceſsitate progredimur. Illud forſitan ſit dubitabile de uniuſcuiuſque forma corporis, an ullo modo ſeparari queat. Sed ea quoque eſt ſeparabilis forma: nullius enim diuturna ac ſtabilis forma perdurat. Idcirco nec peregrinus pater relictum domi pue-

um, ſi adoleſcētem redux uiderit, poſſet agnoſcere: forma .n. ſemper quę ante fuerant, permutatur, atq; ipſa alteritas qua diſtamus ab altera ſemper diuerſa eſt. Conſtat igit hác cōem differentiā ſeparabilibus maxime accidentibus applicari. Propria uero eſt quæ inſeparabilia ſignificat accidentia: ea hmōi ſunt, ut ſiquis cæſiis naſcatur oculis, ſiquis incuruo naſo: dū.n. ad eſt naſus atq; oculi, ille cęſius, ille ſemper erit incuruus, atq; hoc per naturā. Sunt uero alia quæ ꝑ accidens corporibus fiunt, ut ſicui vulnus inflictum cicatrice fuerit obductū, hoc ſi occaluerit propriam differentiā faciet: diſſabit.n. alter ab altero, quod hic cicatricē habeat, ille vero minime. poſtremoq; in his oībus, uel ſeparabilibus accidentibus, vel inſeparabilibus, alia ſunt naturaliter accidētia, alia extrinſecus. Naturaliter quidē. ut pueritia uel iuuētus, & totius cōformatio corporis. Sicq; cæſij oculi, & curuitas naſi, & ſuperiora quidē exēpla ſeparabilis accidentis per naturā ſunt, poſteriora vero inſeparabilis accidentis. Itē extrinſecus vel ambulare, vel currere. id.n. non natura, ſed ſola affert volūtas. Natura vero tm̄ poſſe dedit, non ēt facere. atq; hęc ſunt ſeparabilis accidentis extrinſecus uenientis exēpla. Illa uero inſeparabilis accidentis extrinſecus, ut ſiqua cicatrix obducta vulneri occalluerit. Magis ꝓprię aūt differentiæ ꝑdicantur, quę non accidens, ſed ſubſtantiā formant, vt hominis rōnabilitas, differt.n. hō à cæteris, ꝙ rōnalis eſt, vel ꝙ mortalis. Hę ſunt igitur magis propriæ, quę mōſtrāt vniuſcuiuſq; ſubſtantiā. Nā ſi illæ quidem idcirco cōes dr̄r, quia ſeparabiles atq; oīum ſunt, alię autē proprię, qm̄ ſeparari nō poſſunt, quāuis ſint in accidentium numero: illę iure magis propriæ prędicantur, ꝗ non mō à ſubiecto ſeparari non poſſunt, verū ēt ſubiectis ipſis ſpeciē ſubſtantiāq; perficiunt. Ex his igitur tribus differentiarū diuerſitatibus, id eſt coībus, proprijs, & magis proprijs, ſunt ſm genus, uel ſpeciem, vel numerum diſcrepantiæ. Nam ex cōibus, & proprijs ſecundum numerum diſtantię naſcūtur, ex magis proprijs uero, ſecundum genus ac ſpeciem.

*Vniuerſaliter ergo, omnis differētia alteratū facit cuilibet adueniens, ſed ea quæ eſt communiter, & propriæ, alteratū facit, illa autē quæ eſt magis propriæ, aliud. Differentiarum.n. aliæ quidem alteratum faciunt, aliæ vero aliud. Illæ igitur quæ faciunt aliud, ſpecificæ vocantur; illæ vero quæ alteratum, ſimpliciter differentiæ, animali .n. rationalis differentiæ adueniens, aliud facit, & ſpeciē animalis facit: Illa vero quæ eſt mouendi: alteratum facit ſolum à quieſcente. Quare hæc quidem aliud, illa vero alteratum ſolum facit.*

28. Omnis differentia alterius ab altero diſtātiam facit. Sed hęc quæ facit alteratum, uel eſt cōis & continens, uel cum quodam proprio, & magis proprio differentiarū mō, quare quicquid qualibet rōne ab alio diuerſum eſt, alteratum eſſe dicit. Si uero acceſſerit illi diuerſitati, ut ēt ſpēfica quadā differentia ſit diuerſum, non alteratum ſolum, verumēt aliud eſſe prædicatur. Alteratio igitur continens eſt, aliud uero intra alterationis ſpatium cōtinetur. igitur omne qđ aliud eſt, alteratum eſt: ſed nō omne qđ alteratum eſt, aliud dici poteſt. Itaque ſi accidentibus aliquibus fuerit facta diuerſitas, alteratum quidem effectum eſt, qm̄ quolibet mō, uel ex quibuſlibet differentijs conſiderata diuerſitas, alterationem facit intelligi: aliud uero non ſit, niſi ſubſtātiali differentia alterum ab altero fuerit diſſociatum. Itaq; cōes & proprię differentiæ, qm̄ accidentium (ut dictum eſt) ſunt ſolum, efficiunt alteratum, aliud uero minime: magis autem proprię, qm̄ ſubſtantiam tenent, & in ſubiecti forma prędicantur, non modo alteratum, quod eſt commune & ſubſtantiali, & accidentali differentiæ, ſed etiam aliud faciunt. Qđ ea ſola retinet differentia, quę ſubſtantiam continet formāque ſubiecti. Atq; hę quidem differentię quæ faciunt aliud, ſpecificæ nuncupantur idcirco ꝙ efficiunt ſpeciem, quam cum ſubſtantialibus differentijs informauerint, faciunt ab alijs ita eſſe diuerſam, ut non alterū ſolum ſit, verum ēt tota aliud eſſe ꝑdicet. Itaq; ſit hmōi diuiſio. Differentiarū alię alteratum faciunt, alię vero aliud: & illę quidem ꝗ faciūt alteratum, ſimpliciter puroq; noīe differentię nuncupant: illæ vero ꝗ aliud, ſpecificæ differentiæ ꝑdicant. Atq; ut planius liqueat quid ſit alteratum & quid aliud, tali deſcribuntur termino uel declarātur exēplo. Aliud eſt quod tota ſpeciei rōne diuerſum eſt, ut equus ab hoīe, qm̄ rōnalis differētia animali adueniēs hoīem fecit, aliudq; eū quā equum eſſe cōſtituit. Item ſi vnus hō ſedeat, alter aſsiſtat, nō efficiet hō diuerſus ab hoīe ſed eos alteratio ſola diſiungit, ut eum ꝗ aſsiſtit ab eo ꝗ ſedet, alteratū faciat. Itemq; ſi ille ſit nigris oculis, iſte cęſijs, nihil quantum ad formā humanitatis attinet ꝑmutatum eſt: ita ſm has differentias alteratio ſola conſiſtit. at ſi equus quidē faceat, hō uero ambulet, & aliud eſt equus ab hoīe & alteratum, dupliciter quidē alteratum, ſemel uero aliud. Alteratum.n. eſt, quod oīno ſpē diuerſum eſt; & eſt aliud. Omne.n. aliud, ut dictum eſt, etiā alteratum eſt: & ꝙ accidentib. diſtat, ꝙ ille iaceat, hic ambulet. Semel vero eſt aliud, ꝙ rōnabili atq; irrationabili differentijs ſegregatur, ꝗ ſpecificæ ſunt, & ſubſtantiales dicuntur. Et igit alteratum, quod ab aliquo qualibet ratione diuerſum eſt.

*Secundū igitur aliud facientes differentias, & diuiſiones fiūt à generibus in ſpecies, & definitiones aſsignātur. quæ ſunt ex genere, & huiuſmodi differentijs: ſecundum autē eas quæ ſolum alteratum faciunt, alterationes ſolū conſiſtunt, & aliquo modo ſe habentes permutationes.*

29. Qm̄ in principio huius operis, generis, ſpeciei, differentiæ, proprij, & accidentis notitiam ad diuiſionem atq; definitionem vtilem eſſe ꝑdixit: idcirco nunc differentiarum ipſarum facta diuiſione, eaſdem partit & ſegregat, quęnā differentiæ diuiſionibus ac definitionibus accōmodent, ꝗ vero minime. Qm̄ igit diuiſio generis ita in ſpecies facienda eſt, ut illę à ſe ſpecies omni rōne ſubſtantiæ diuerſæ ſint: idcirco non probat eſſe aſſumendas eas ad diuiſionem differentias, ꝗ vel ſeparabilis vel inſeparabilis accidentis ſignificationem tenent, uel eas differentias ꝗ ſolum faciunt alteratum, aliud vero perficere & informare non poſſunt. Inutiles.n. ſunt ad diuiſionem hę differentiæ ꝗ faciunt alteratum. Segregandę igit ſunt cōes, & propriæ à generis diuiſione, illæ aſſumendę tm̄ quæ ſunt magis propriæ. Nam illę faciunt aliud, quod generis diuiſio uidet expoſcere. Ad definitionem quoq; eædem magis proprię plurimum ualerent. Cōes, & propriæ velut inutiles ſegregantur: cōes.n. & proprię, qm̄ accidens diuerſi generis ferunt, nihil ſubſtantialę rōne cōformāt. Definitio uero oīs ſubſtantiā conatur oſtendere. Specificæ vero differentiæ illæ ſunt, quæ, ut ſuperius dictum eſt, ſpeciem informant ſubſtantiamq; perficiunt, hæ ſunt magis propriæ. Eædem igitur ſicut in diuiſionem generis, ita etiam in definitionem ſpecierum aſſumuntur, nunc diuiſiuę, ad partitionem generis accommodantur. Ita igit cum diuiſiuę ſint generis, aliud conſtituunt quam erat. In ſubſtāti vero definitione, ſpeciei informationem faciunt. ſ. cumq; magis propriæ & aliud faciant, & ſpecificę ſint, eo quod aliud faciunt, diuiſionibus aptæ ſunt, eo vero ꝙ ſpeciem informant, definitionibus accommodatę ſunt. Communes autem & propriæ, quoniam neque aliud faciunt, ſed alteratum, neque omnino ſubſtantiam monſtrant, ęque à diuiſione, ut à definitione diſiunctæ ſunt.

*A ſuperioribus rurſus inchoāti dicendum eſt differētiarū alias quidem eſſe ſeparabiles, alias vero inſeparabiles. Moueri.n. & quieſcere, & ſanū eſſe, & ęgrum, & quæcunque his proxima ſunt, ſeparabilia ſunt. At vero aquilum eſſe, vel ſimū, vel rationale, vel irrationale, inſeparabilia ſunt. inſeparabilium autem, aliæ quidem ſunt*

per

*per ſe, aliæ vero per accidẽs. nã rationale per ſe ineſt homini & mortale, & diſciplinæ eſſe ſuſceptibile. At uero aquilum eſſe vel ſimum, per accidens & non per ſe.*

30. Superius differẽtias triplici diuiſione partitus eſt dicẽs, aut cões eſſe, aut proprias, aut magis proprias dehinc eaſdem alia diuiſione ĩ duas ſecuit partes dicens, has quidem aliud facere, illas uero alteratũ. Nunc tertiam earundem facit diuiſionẽ dicens, alias eſſe ſeparabiles alias inſeparabiles. poſſe aũt de unoquoq; cuius multę ſunt differentiæ, plurimas fieri diuiſiones, vt ex ipſa differentiarum natura, manifeſtum eſt. Nã ſi oĩs diuiſio differentijs diſtribuitur, quorũ multę ſunt differentię, multas ẽt diuiſiones eſſe neceſſe eſt. Fit ãt ut aĩal diuidatur hoc mõ. Animalium alia quidem ſunt rõnalia, alia irrationalia. Itẽ alia mortalia, alia immortalia. Itẽ alia pedes habentia, alia minime. Rurſus, alia herbis veſcentia, alia carnibus, alia ſeminibus. Ita nihil mirum, videri dẽt ſi multiplex differentiæ eſt facta partitio, ac primum quidẽ cum in ternarium differentiæ numerum mẽbra ſecuiſſet, cões, proprias, & magis proprias nuncupauit. Secunda vero diuiſio cões & proprias intra nomẽ alteratum facientis incluſit: Magis proprias uero intra aliud facientis. Hęc vero tertia diuiſio, qua ait differentiarũ alias eſſe ſeparabiles, alias inſeparabiles, vnam quidẽ ex facientib. alteratum ſeparabilib. differẽtijs adiungit; cęteras uero inter inſeparabilis differentiæ vocabulum claudit; unam.n. ex alteratum faciẽtibus, i. propria differentia, & reliqua q̃ aliud facere demõſtrata eſt, i. magis ꝓpria, inſeparabiles differẽtiæ eſſe dicunt. Quarum ita ſubdiuiſio fit, inſeparabiliũ differẽtiarum aliæ ſunt per ſe, alię per accidens: ꝑ ſe quidẽ, magis ꝓprię, ſm accidens vero, propriæ: ꝑ ſe aũt aliq̃d ineſſe dicitur, ꝙ alicuius ſubſtantiã informat. Si.n. idcirco q̃libet ſpecies eſt, qm̃ ſubſtantiali differentia conſtituitur: Illa differẽtia per ſe ſubiecto adeſt, non q̃ per accidens, aut ꝑ quodlibet aliud mediũ, ſicut ꝑ ardorem Solis adhęret nigredo faciei hominis, ſed ſui pñtia ſpeciem q̃ tuet informat, ut hominem rationalitas; homini .n. hmõi differentia ꝑ ſe ineſt. Iccirco.n. hõ ẽ, q̃a rõnabilitas adeſt, q̃ ſi diſceſſerit, ſpecies hoĩs nõ manebit: & has quidem quę ſubſtantiales ſunt, inſeparabiles eſſe nullus ignorat. Separari.n. à ſubiecto non poterunt, niſi interempta ſit natura ſubiecti. Scdm accidẽs vero inſeparabiles differentiæ ſunt, hę quæ proprię nuncupãtur, ut aquilum eſſe, vel ſimum, quę iccirco per accidens nũcupantur, quoniam iam conſtitutæ ſpeciei extrinſecus accedunt, nihil ſubiecto ſubſtantię accommodantes.

*Illæ igitur quæ ꝑ ſe ſunt, in rõne ſubſtãtiæ accipiũtur, & faciũt aliud, illæ vero quæ ſcdm accidẽs, nec in ſubſtãtiæ rõne accipiuntur, nec faciunt aliud, ſed alteratum. Et illæ quidẽ quæ per ſe ſunt, nõ ſuſcipiunt magis & minus, illæ vero quæ ꝑ accidẽs, & ſi inſeparabiles ſint, intẽſionẽ accipiunt, & remiſſionẽ: nã neque genus magis & minus ꝑdicatur de eo cuius eſt genus, neque generis differẽtiæ, ſcdm quas diuiditur, ipſæ.n. ſunt quæ uniuſcuiuſq. rõnẽ cõplẽt: eſſe autẽ vnicuiq. vnũ & idẽ, nec intẽſionem nec remiſſionem ſuſcipiens eſt, aquilum autem vel ſimũ eſſe, vel coloratum aliquo modo, & intenditur, et remittitur.*

31. Differentijs rite partitis earũ inter ſe diſtantiam mõnſtrat Porphyrius. Atq; unam quidem repetit quam ſuperius dixit. Cum.n. tres eſſe dixiſſet differentias communes, proprias, & magis proprias; alteratum facere dixit, proprias, ſicut & communes, aliud uero minime, ſed hoc ſolis magis proprijs reſeruauit, nunc igitur idem repetit dicens. Qm̃ inſeparabiles differentię quæ ſubſtantiam monſtrant, i. quę per ſe ſubiectis ſpeciebus inſunt, eaſq; perficiunt; aliud faciunt, Illæ uero quæ ſunt propriæ, i. ſm accidens inſeparabiles differentiæ, neq; in ſubſtantia ſunt, neq; aliud faciũt, ſed tantum (ut ſuperius dictum eſt) alteratum. Item alia diſtantia eſt earum differentiarum quæ ſecundum ſubſtãtiam ſunt, ab his quę ſm accidens. Qm̃ quę ſubſtantiam mõſtrãt, intendi aut remitti non poſſunt; q̃ vero ſm accidens & intenſione creſcunt, & remiſsione decreſcunt. id aũt probat hoc modo, vnicuiq; rei eſſe ſuum neq; creſcere, neq; diminui, põt, nam qui homo eſt, humanitatis ſuę nec crementa põt, nec decremẽta ſuſcipere. Nã neq; ipſe plus à ſe aut minus hodie, vel quolibet alio tpe hõ eſſe põt. nec hõ rurſus ab alio hoĩe plus hõ põt eſſe uel aĩal. Vtrique.n. æqualiter animalia, ęqualiter hoĩes eſſe dicuntur. Quod ſi vnicuiq; eſſe ſuum nec cremẽto ampliari põt, nec imminutione decreſcere, ꝙ per id facile mõſtrari põt; qm̃ quę genera ſunt vel ſpecies, nulla intenſione vel remiſsione uariant, non eſt dubium quin differentię quoq;, quæ uniuſcuiuſq; ſpeciei ſubſtantiã informãt, nec remiſsionis detrimenta ſuſcipiãt, nec intenſionis augmenta. Itaq; ſubſtantiales differentię neq; intenſionẽ, neq; remiſsionem ſuſcipiũt, huius cauſa hęc eſt. Qm̃ eſſe unicuiq; unum & idem eſt, & intenſionem remiſſionemq; nõ ſuſcipit, huius exemplum ſit. Genus.n. dici nõ poteſt plus minusve cuilibet eſſe genus. Omnibus.n. genus æqualiter ſuperponitur. Differentiæ quoq; quę diuidunt genus, & informant ſpeciem, quoniam ſpeciei eſſentiam complent, nec intenſionẽ recipiunt, nec remiſsionẽ. Quæ uero ſm accidens differentię ſunt inſeparabiles, ut ſimũ eſſe, uel aquilinũ, uel coloratum aliquo mõ, & intenſionẽ ſuſcipiũt, & remiſsionem. Fieri.n. poteſt ut hic paulo ſit nigrior, hic vero amplius ſimus ſit, ille minus aquilus. At uero ꝙ non omnes homines ęqualiter rõnales mortaleſq; ſint, nec ſpecierum, nec differentiarum natura uidetur admittere.

*Cum igitur tres ſpecies differentiæ cõſiderẽtur, & cũ hæ quidẽ ſint ſeparabiles, illæ vero inſeparabiles: & rurſus inſeparabiliũ hæ quidem ſint per ſe, illæ uero per accidẽs: & rurſus earum quæ per ſe ſint differentiarum, aliae quidẽ ſunt, ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies, aliae vero ſecundũ quas ea quae diuiſa ſunt ſpecificãtur: vt cũ per ſe differentiae oẽs huiuſmodi animalis, ſint animati & ſenſibilis, rationalis & irrationalis, mortalis, et immortalis, ea quidem quae eſt animati & ſenſibilis differentia, cõſtitutiua eſt animalis ſubſtãtiae. eſt.n. animal ſubſtantia animata ſenſibilis, ea uero quae eſt mortalis & immortalis differentia, itemque rationalis & irrationalis, diuiſiuae ſunt animalis differẽtiae, per eas.n. genera in ſpecies diuidimus.*

32. Fit nunc differentiarum plena & ſuprema diuiſio, quę eſt, huiuſmodi differentiarum alię ſunt ſeparabiles, alię inſeparabiles, inſeparabilium, alię ſunt ſecundum accidens, alię ſubſtantiales, Subſtantialiũ alię ſunt diuiſiuę generis alię cõſtitutiuę ſpecierum. Quod uero ait, Cum igitur tres ſpecies differentię conſiderentur, ad hoc retulit, quod in prima differẽtiarum diuiſione, partim eas communes dicit eſſe, partim proprias, partim magis proprias dixit. quas rurſus tres differentias, alias ſeparabiles eſſe monſtrauit, alias inſeparabiles. Separabiles quidem communes, inſeparabiles uero proprias ac magis proprias. Inſeparabilium vero fecit diuiſionem dicens, alias eſſe ſecundum accidens, alias ſecundum ſubſtantiam conſiderari, & illas eſſe ſecundum accidens, quę proprię nuncupantur, Magis proprias vero, ſecundum ſubſtantiam conſiderari. Earum uero quę ſecundum ſubſtantiam ſunt, ſubdiuiſionem facit, quod alię earũ genus diuidant, alię ſpeciem informent. Ad cuius rei facilem cognitionem, illa tertij libri ſpecierum generumq; diſpoſitio tranſcribatur. Sitque primum ſubſtantia, ſub hac corporeum atque incorporeum: ſub corpore, animatum atque inanimatum: ſub animato, ſenſibile atque inſenſibile: ſub quo animal: ſub animali, rationale atque irrationale: ſub rationali, mortale atque immortale: & ſub mortali ſpecies hominis, quę ſolis deinceps indiuiduis pręponatur. In hac igĩ diuiſione, oẽs hę differẽtię ſpecificę nuncupantur,

Generum.n.ſpecierumq; differentiæ ſunt, ſed generum quidem diuiſiuę ſpecierum autem conſtitutiuæ: id autẽ probat hoc mõ. Subſtantiã quippe corporei atq; incorporei differentię partiuntur. Corporeum uero animati atq; inanimati. Animatum ſenſibilis atq; inſenſibilis partiuntur. Ita igit genera ſubſtãtiales differentiæ patiuntur & dicuntur generũ diuiſiuæ: At uero ſi eędẽ differentiæ quæ à genere deſcẽdentes genus diuidunt, colligãtur, & ad unum ad ꝙ poſsũt iungi copulent, ſpecies informant: nam cum animal ſubſtantię ſit ſpecies (Omnia.n.ſuperiora de inferiorib. ꝑdicantur, & quicquid inferius fuerit ſpecies erit & ſuperioris:) Animatum tñ atq; ſenſibile, q̃ ſunt eiuſdem differentiæ ſi referantur ad genera, diuiſiuę ſunt, ſi ad ſpeciẽ, cõſtitutiuæ fiũt animali, eiuſq; ſubſtantiã formãt atq; conſtituunt, definitionemq; cõformant, ut ſit aĩal ſubſtantia aĩata ſenſibilis. Subſtantia qdem eſt genus, aĩatum vero atq; ſenſibile diuiſiuę eiuſdẽ differentię, conſtitutiuæ aĩalis. Itẽ animal rõnabilitas atq; irrationabilitas, mortalitas atq; immortalitas diuidit, ſed iuncta rõnalitas atq; mortalitas, q̃ animalis diuiſiuæ fuerãt, fiunt hoĩs conſtitutiuæ, eiuſq; perficiunt ſpẽm, atq; oẽm eius rõnẽ definitionis informant atq; ꝑficiunt. At ſi irrationabilitas cũ mortalitate iungat, fiet equus, atq; quodlibet aĩal ꝙ rõne non utitur. Rõnabilitas uero atq; immortalitas copulatæ ſubſtantiam Dei informant. Ita igit eędem differentię cum referuntur ad genera, diuiſiuę generũ fiũt. Si vero ad inferiores ſpecies conſiderentur, informãt ſpẽs, earumq; ſubſtantiã cõuenienti copulatione conſtituunt. In hoc q̃ſitum eſt, quemadmodum dicerentur eſſe hæ differentię ſpecierũ conſtitutiuę, cum irrationabilis differentia atque immortalis nullã ſpeciem uideãtur efficere. Rñdeimus primũ quidem placere Ariſtoteli, cęleſtia corpora animata non eſſe, ꝙ vero animatum non ſit, animal eſſe non poſſe, qđ uero non ſit animal, nec rationale eſſe concedi. ſed eadem corpora ꝑꝑ ſimplicitatem & ꝑpetuitatẽ motus ęterna eſſe cõfirmat. Eſt igit aliqd qđ ex duab. his differentijs conficiatur, irrationabili, ſ. atq; immortali. Quod ſi magis concedendum Platoni eſt, & cæleſtia corpora animata eſſe credendum, nullum quidem his differẽtijs poteſt eſſe ſubiectum. Quicquid .n. irrationabile eſt, corruptioni ſubiacens & generationi immortale eſſe non poterit. Sed tñ hæ differentię, qm̃ in ſubſtãtialiũ differentiarum numero ſunt, ſi iungi ullo mõ potuiſſent, earũ naturã & ſpeciẽ quoq; poſſent efficere, atq; ut intelligatur q̃ ſit hæc potentia efficiendæ ſubſtantię, ſpecieiq; formandæ reſpiciamus ad ꝓprias atq; cões, quę tametſi iungatur. ſpeciem ſubſtantiamq; nulla rõne cõſtituunt. Si qs.n. loquatur ambulans, quæ ſunt duæ cõmũnes differentię, uel ſi ſedens ac albus num iccirco eiſdem eius ſubſtantia cõſtituitꝰ minime Curꝰ qa non eiuſdem ſunt generis, quæ alicuius poſſunt conſtituere & cõformare ſubſtantiã. ita igitur hæ, ſ. irrationale atq; mortale, etiam ſi ſubiectũ aliqđ ſubſtantiæ habere non poſſunt: poſſent tñ ſubſtantiam efficere, ſi ullo modo iungi copulariq; potuiſſent. Prętęrea irrationale iunctum cum mortali ſubſtantiam pecudis facit. Eſt igitur conſtitutiua irrationalis differentia. Item immortale atq; rõnale coniuncta, efficiunt Deum. Eſt igitur immortale ꝙ ſpeciem format. Quod ſi inter ſe iungi nequeunt, non iccirco ꝙ in natura eorum eſt, abrogatur.

*Sed hæ quidem quæ diuiſiuæ ſunt differẽtiæ generum, completiuæ fiunt & conſtitutiuæ ſpecierum, diuiditur.n. animal rationali et irrationali differentia, et rurſus mortali & immortali differentia, ſed ea quæ ſunt rationalis differentiæ & mortalis, conſtitutiuæ ſunt hoĩs, rationalis uero & immortalis, Dei: illæ vero quæ ſunt irrationalis, & mortalis, irrationabilium animalium. Sic et ſuprema ſubſtãtia, cum diuiſa ſit animati & inanimati differentia, ſenſibili & inſenſibili animata & ſenſibilis congregatæ ad ſubſtãtiam, animal perfecerunt, animata uero & inſenſibilis perfecerunt plantam.*

33. Geminum differentiarum uſum eſſe demonſtrat: unum quidem quo genera diuiduntur, alium quo ſpecies informantur, neq;.n. hoc ſolum differentia faciunt, ut genera partiantur, verum etiam dum genera diuidunt: ſpecies in quas genera deducuntur, efficiunt. Itaq; q̃ diuiſiuæ ſunt generum, fiunt conſtitutiuę ſpecierum. huiuſq; illud exemplum eſt, ꝙ ipſe ſubiecit. Animalis quippe differentię ſunt diuiſiuæ, rõnale, atq; irrationale mortale atq; immortale: his.n. prædicatio diuiditur animalis. Omne.n. quod animal eſt, aut rõnale aut irrationale, aut mortale aut immortale eſt. Sed iſtæ differentiæ q̃ diuidũt genus qđ eſt ſpeciei ſubſtantiã formã que conſtituunt. Nã cum ſit homo animal, efficitur rõnali mortaliq; differentijs quæ dudum animal partiebant. Item cum ſit equus animal, irrationali mortaliq; differentijs cõſtituit, quę dudum aĩal diuidebãt. Deus aũt cum ſit aĩal, vt de Sole dicamus, rõnali immortaliq; efficitur differentijs, quas diuidere genus, habita partitio paulo ante mõſtrauit. Sed hic (vt diximus) Deum corporeum intelligi oportet, ut Solem, & Cœlum, cęteraq; hmõi, quę cum animata, & rõnabilia Plato eſſe confirmat, tum in deorum vocabulum antiquitatis veneratione probantur aſſumpta de primo quoque genere, i. ſubſtantia demonſtrantur uenire differentię. Nam cum eius diuiſiuæ ſint differentiæ, animatum atq; inanimatum, ſenſibile atq; inſenſibile, iunctæ differentię ſenſibilis atq; animati efficiunt ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem, ꝙ eſt animal. Iure igit dictum eſt, quæ diuiſiuę ſunt differentię generum, eaſdem conſtitutiuas eſſe ſpecierum.

*Quoniam ergo eædem aliquo modo acceptæ ſunt conſtitutiuæ, aliquo modo autẽ, diuiſiuæ, oẽs ſpecificæ dicuntur, & his maxime opus eſt ad diuiſiones generum, & definitiones ſpecierum, ſed non his, quæ ſecundum accidẽs inſeparabiles, nec magis his, quæ ſunt ſeparabiles.*

34. Omnes à genere procedentes differentias genus ipſum à quo ꝓcedũt, diuidere nullus ignorat. Ipſe aũt q̃ diuidunt genus ſi ad poſteriores ſpecies applicent, informant ſubſtãtias earum, eaſq; ꝑficiunt. Eædem igit ſunt cõſtitutiuæ ſpecierum, eędem ſunt diuiſibiles generum, alio tñ modo atq; alio cõſideratę, vt. ſi relatæ quidem ad genus in contrariã diuiſionem ſpecientur, diuiſibiles generis inueniunt: ſi vero iunctæ aliquid efficere poſſunt, ſpecierũ cõſtitutiuę ſunt. Quę cum ita ſint, hæ differentiæ quę genus diuidunt, rectiſſime diuiſiuę nominant, q̃ conſtituunt ſpeciem ſpecificę nũcupaui; ſed cõſtituũt ſpeciem hę differentię quę ſunt gñis diuiſiuæ: igitur eædem quę ſunt ſpecierum cõſtitutiuę, ſpecificæ nuncupantur. quare quæ generum diuiſiuę, & q̃ ſpecierum conſtitutiuę, ſunt iure ſpecificæ nuncupantur. Has igitur in diuiſione generis & in definitione ſpecierum accipi oportere, manifeſtum eſt: qm̃.n. diuiſiuę ſunt, ꝑ eas diuidi oportet genus, qm̃ autem conſtitutiuę, ꝑ has ſpecies definiri. Quibus.n. vnũquodq; cõſtituitur: eiſdem etiã definitur. Conſtituitur autem ſpecies per differentias generis diuiſiuas, quæ ſunt ſpecificæ. Iure igitur hę ſpecificæ ſolæ, & in gñis diuiſione & in ſpecierum definitione ponuntur, & de ſpecificis quidẽ hęc rõ eſt. De his aũt q̃ uel ſeparabilia, vel inſeparabilia cõtinet accidentia, nihil in gñrum diuiſione, vel in definitione ſpecierũ poterit aſſumi, iccirco qm̃ q̃ diuiſibiles ſunt, ſubſtantiã gñis diuidunt, & quæ conſtitutiuæ ſunt, ſubſtantiam ſpeciei cõſtituunt. Quæ uero ſunt inſeparabilia accidentia. nullius ſpeciei ſubſtantiam informant: vnde fit vt multo minus ſeparabilia accidentia ad diuiſionem gñrum, uel ſpecierum definitiones accõmodentur. Oĩno.n. diſſimiles ſunt ſubſtantialib. differentijs. Nã inſeparabilia accidentia hoc fortaſſe habent cõe cum ſpecificis, hoc eſt cum ſubſtantialib. differentijs ꝙ eque ſubiectum non relinquunt, ſicut nec ſpecificæ differentiæ. Separabilia aũt accidentia, ne hoc qdem, ſeparari.n. poſſunt non tñ poteſtate, & mentis ratiocinatione: ſed actus etiam pręſentia, & omnino ueniendi & diſcedendi uarietatibus permutantur.

*Quas etiam determinantes dicunt: Differentia eſt qua abundat ſpecies a genere. Homo enim ab animali plus habet rationale & mortale, animal enim ipſum nihil horum eſt. Nam unde haberent ſpeciei differentias? nec enim omnes appoſitas habet. nanque idem, ſimul habebit oppoſitas, ſed quemadmodum probant, poteſtate quidem habet omnes differentias ſub ſe, actu uero nullam. Et ſic, nec ex his quæ non ſunt, aliquid ſit, nec in eodem ſimul oppoſita erunt.*

35. Specificas differentias definitione concludit, dicens ſubſtantiales differentias a quibuſdam tali deſcriptionis & ratione definiri. Differentia ſpecifica eſt qua abundat ſpecies a genere. ſit.n. genus animal, ſpecies homo: habet igitur hõ differẽtias in ſe, q̃ ipſũ cõſtituunt, rõnale atque mortale: omnis.n. ſpẽs cõſtitutiuas formæ ſuæ differẽtias in ſe retinet, nec pter illas eſſe poteſt, quarũ cõgregatione pfecta eſt. Si igiẽ animal q̃dẽ ſolũ genus eſt, hõ vero ẽ animal rationale mortale, plus hẽt hõ ab animali id quo rationale eſt atque mortale. Quo igiẽ abundat ſpẽs a genere, i. quo ſuperat genus, & quo plus hẽt a genere, hoc eſt ſpecifica differẽtia. Sed huic definitioni q̃dã qð videẽ occurere, habẽt principiũ ex duab. ꝓpoſitionib. p ſe notis vna q̃dẽ, q̃m duo cõtraria ĩ eodẽ eſſe nõ poſſunt: alia vero, q̃m ex nihilo nihil fit. Nã neq; cõtraria pati ſeſe poſſunt, vt in eodẽ ſimul ſint, nec aliquid ex nihilo fieri poteſt. Omne.n. qð fit, habet aliquid vnde effici poſſit atq; formari. Quę ꝓpoſitiones talẽ faciunt q̃õnẽ, dictum eſt differentiã eſſe qua plus hẽt ſpẽs a genere. Quid igiẽ dicẽdũ ne, eſt genus eas differẽtias, quas habet ſpẽs nõ habere, & unde habebit ſpẽs differẽtias, quas genus nõ habet? niſi enim ſit unde veniant differẽtiæ, ĩ ſpeciẽ uenire nõ poſſunt. Qð ſi genus q̃dẽ has differentias non hẽt: ſpẽs aũt hẽt, videẽtur ex nihilo differẽtiæ ĩ ſpeciẽ cõueniſſe, & factũ eſſe aliquid ex nihilo, q fieri nõ poſſe ſuperius dicta ꝓpoſitio mõſtrauit. Qð ſi differẽtias oẽs genus continet, differentię aũt in cõtraria diſſoluũt, fiet vt rationabilitatẽ atq; irrationabilitatem mortalitatem atq; immortalitatem ſimul habeat animal, q eſt genus, & erunt in eodem bina contraria, q fieri nõ poteſt. Neq;.n. ſicut in corpore ſolet eſſe alia pars alba, alia nigra, ita fieri in gñe pt. genus n. per ſe conſideratum partes non habet, niſi ad ſpecies referatur: quicquid igitur hẽt, non partib. ſed tota ſui magnitudine retinebit. Nec illud dubium eſt, quin in partib. ſuis genus habeat cõtrarietates, vt animal in hoĩs hẽt rõnabilitatẽ, in boue vero cõtrariũ. Sed nũc nõ de ſpecieb. quęrimus de quib. conſtat q dictum eſt, ſed an ipſum per ſe genus eas differẽtias, quas hñt ſpẽs habere poſſit, atq; intra ſuæ ſubſtantię ambitum continere: hanc igitur q̃õnem tali ratione diſſoluimus. Poteſt quilibet id q eſt, non eſſe, ſed alio modo eſſe, alio vero non eſſe, vt Socrates cum ſtat, & ſedet & non ſedet, ſedet quidẽ poteſtate, actu vero non ſedet. Cum.n. ſtat, manifeſtum eſt eum non agere ſeſſionem, ſed potius ſtandi immobilitatem. Sed rurſus cum ſtat, ſedet, non q̃ſi iã ſedeat, ſed quia ſedere poteſt, ita actu quidem nõ ſedet ptãte vero ſedet. Et quum animal eſt, & non eſt aial, non eſt quidem aial actu, adhuc nanque ouum eſt, nec in animalis proceſſit viuificationem, ſed idem eſt tñ animal poteſtate, quia pt effici animal, cum formam ac ſpeciem viuificationis acceperit. Ita igitur genus habet has differentias & nõ hẽt: nõ hẽt quidem actu, ſed habet poteſtate. Si.n. ipſũ per ſe aial conſideretur differentias non habet. Si autem ad ſpecies reducatur, habere poteſt ſed diſtributim, atque ut eius ſpecieb. ſeparatum nihil poſſit, quoniã contrariũ. Ita ipſũ genus ſi per ſe conſideret, differentiis caret, ſi ad ſpẽs referas p diſtributas ſpẽs, velut in parib. ſuis cõtraria retinebit: atque ita nec ex nihilo venerunt differentiæ, quas genus retinet poteſtate, nec vtraq; cõtraria ſiẽ in eodem ſunt, cũ contrarias differentias in eo q dicit genus, actu non habeat: ꝓpoſitas.n. illis ꝓpoſitionis q̃ dicit contraria in eodem eſſe non poſſe, in eo conſiſtit, q contraria actu in eodẽ eſſe non poſſunt. Nam poteſtate & non actu, duo contraria in eodem eſſe nihil impedit. Quæ vero nos contraria diximus Porphyrius oppoſita nũcupauit. Eſt.n. genus contrarij oppoſitum. omnia.n. cõtraria ſi ſibimetipſis conſiderentur, oppoſita ſunt.

*Definiunt autem & hoc modo. Differentia eſt quę de pluribus et differentibus ſpecie in eo qð quale ſit prędicatur: rationale enim & mortale de homine prædicatum in eo quod quale eſt, homo dicitur; ſed non in eo quod quid eſt. quid nam enim eſt hõ interrogatis nobis; conueniens eſt dicere, animal, quale autẽ requiſiti, rationale, & mortale, conuenienter aſſignabimus.*

36. Tres ſunt interrogationes ad quas genus, ſpecies differentia proprium, atque accidens reſpondetur, hę autem ſunt. Quid ſit quale ſit, quomodo ſe habet. Nam ſi quis interroget, quid Socra. reſpondere pro genus ac ſpeciem conuenit, aut animal, aut homo. Si quis quomodo ſe habeat Socra. interroget, iure accidens reſpondetur .i. aut ſedet, aut legit, & cętera. Si q̃s uero qualis ſit Socra. ĩterroget, aut differẽtia, aut ꝓpriũ, aut accidẽs, reſpõdebit .i. uel rationalis, uel riſibilis, uel caluus. Sed in proprio quidem illa eſt obſeruatio, q illud propriũ dici poteſt, qð de vna ſpecie prędicatur: accidens uero tale eſt, q qualitatem deſignat, quæ non ſubſtantiam ſignificat. Differẽtia vero talis eſt, quę ſubſtantiam demonſtret. Interroganti igitur qualis unaquæque res ſit, ſi uolumus reddere ſubſtantiæ qualitatem, differentiam prædicamus. Quę differentia nunq̃ de una tñ ſpecie prędicatur, ut mortale, uel rationale, ſed de plurib. Quod igitur de plurib. ſpẽbus inter ſe differentibus prædicat, ad meã interrogationẽ, q̃, quale ſit id de quo q̃ritur interrogat, ea eſt differẽtia, cuius talẽ poſuit definitionẽ. Differentia eſt q de plurib. ſpẽ differentibus in eo qð quale quid ſit prędicatur. Cuius definitionis cauſam rationemque pertractans ait.

*Rebus.n. ex materia & forma conſtantibus, uel ad ſimilitudinem proportionemq. materia et forma cõſtitutionẽ habentibus, quemadmodum ſtatua ex materia quidem eſt, ære, forma aũt, figura: ſic & hõ cõis & ſpecialis, ex materia quidem proportionabiliter conſiſtit, genere: ex forma aũt, differentia: totum autem hoc, animal rationalę mortale, homo eſt: quemadmodum illic ſtatua.*

37. Dixit ſuperius differentias eſſe quę in qualitate ſpeciei prædicarentur: nunc aũt cauſas exequitur, cur ſpeciei qualitas differentia ſit. Omnis inquit res vel ex materia, formaq; conſiſtunt, vel ad ſimilitudinẽ materię, atque formæ ſubſtantiam ſortiuntur. Ex materia quidem formaq; ſubſiſtunt omnia quęcunque ſunt corporalia Niſi.n. ſit ſubiectum corpus q ſuſcipiat formam nihil omnino eſſe põt. Si .n. lapides nõ fuiſſent tanti, muri parieteſq; non eſſent. Si lignum non fuiſſet, omnino nec menſa quidem, quæ ex ligni materia eſt, eſſe potuiſſet. Igitur ſuppoſita materia ac pręiacente, cum in ipſam figura ſuperuenerit, fit quælibet illa res corporea ex materia formaq; ſubſiſtens, ut Achillis ſtatua ex ęris materia, & ex ipſius Achillis figura perficitur. Atque ea quidem quę corporea ſunt manifeſtum eſt, ex materia formaq; ſubſiſtere ea vero quę ſunt incorporalia, ad ſimilitudinem materię atque formę habent ſuppoſitas priores antiquioreſq; naturas, ſuper quas differentiæ uenientes efficiunt aliquid, quod eodem modo ſicut corpus, tanquam ex materia ac figura conſiſtere uideatur, ut in genere ac ſpecie, additis generi differentiis ſpecies effecta eſt. Vt igitur in Achillis ſtatua, æs quidem materia eſt, forma uero Achillis, qualitas, & quædam figura, ex quibus efficitur Achillis ſtatua, quæ ſubiecta ſenſibus capitur: ita etiam in ſpecie quæ eſt homo, materia quidem eius genus eſt, quod eſt animal

cui

cum ſuperueniens qualitas rõnalis, animal rationale, i. ſpeciẽ fecit. Igiẽ ſpeciei materia q̃dã, eſt genus, forma vero quaſi qualitas differẽtia. Qđ de igiẽ ĩ ſtatua æs, hoc eſt ĩ ſpecię genus; ꝙ ĩ ſtatua figura cõſormãs, id ĩ ſpecie differẽtia. Qđ in ſtatua eſt ipſa ſtatua, q̃ ex ęre figuraq; cõformaẽ, id ĩ ſpecię eſt ipſa ſpẽs, q̃ ex genere differẽtiaq; coniungit. Qđ ſi materia q̃dã ſpeciei genus eſt, forma aũt differẽtia, omnis uero forma qualitas eſt, iure omnis differentia qualitas appellaẽ. Quę cũ ita ſint, iurę ĩ eo ꝙ qualę ſit, interrogãtib. reſpõdet,

*Deſcribunt autem hmõi differentias, & hoc modo. Differentia eſt quod eſt aptum natũ diuidere ea quę ſub eodẽ genere ſunt: rationale enim & irrationale, hominẽ & equum quę ſub eodem genere ſunt, animali, diuidunt.*

38. Hęc quidẽ definitio cum ſit vſitata, & ante oculos expoſita: eam tñ exempli inſuper luce reſerauit. Omnes enim differentiæ idcirco differentiæ nuncupatur, quia ſpecies a ſe differre faciunt, quas unum genus includit, ut homo atq; equus proprijs diſcrepant differentijs: nam ſicut homo animal eſt, ita ẽt equus, ergo ẽm genus nullo mõ diſtant. Quæ igitur ẽm genus nullo modo diſcrepãt, ea differentijs diſtribuuntur. Aditum. n. rõnale quidem homini, irrationale uero equo, equus atq; homo quæ ſub eodem fuerãt genere diſtribuuntur & diſcrepant, additis, ſ. differentiis,

*Aſſignant ẽt hoc modo, differentia eſt, qua differunt a ſe ſingula, namq; homo & equus ſecundum genus non differunt. Sumus. n. animalia nos & irrationabilia, ſed additum rõnale diſiunxit nos ab illis, rõnales quoq; ſumus & nos & dij, ſed mortale appoſitũ diſiunxit nos ab illis,*

39. Vitioſa rõne & non ſana ꝙ vult explicat definitio quorundam. Id. n. dicit eſſe differentiam, qua vnaquęque res ab alia diſtat. in qua definitione nihil intereſt qđ ita dixit an ita cõcludat. Differẽtias eſt id qđ eſt ipſa differẽtia. etenim differentia nomine, in ei uſdẽ differentiæ uſus definitione, dicens. Differentia eſt qua differũt a ſe ſingula. Qđ ſi adhuc differẽtia neſcitur, niſi definitione clareſcat, differre quoq; quid ſit, qũo poſſumus agnoſcere? ita nihil amplius attulit ad agnitionẽ, qui differentię nomine ĩ eiuſdem vſus eſt definitione. Eſt aũt cõmunis & uaga nec includens ſubſtãtiales differentias, ſed quaslibet etiam accidentales hoc mõ. differentia eſt qua a ſe differunt ſingula. Quę. n. genere ſunt eadem differentia diſcrepant. vt cum hõ atque equus idem ſint in animalis genere, qm̃ utraque ſunt animalia differũt tamen differentia rõnali: & cum dij atque homines ſub rõnalitate ſint poſiti, differunt tamẽ mortalitate. Rationabile igitur hominis ad equum differẽtia eſt, mortale hominis ad Deum, atq; hoc quidem modo ſubſtantiales differentiæ colliguntur. Quod ſi Socrates ſedeat, Plato uero ambulet; erit differentia ſeſsio, uel ambulatio, quę ſubſtantialis non eſt. Nãque iſtã quoq; differẽtiam definitio uidet includere, cum dicit differentia eſt qua differunt a ſe ſingula. Qũocunque. n. Socra. a Platone diſtiterit, nullo aũt alio mõ diſtare ab alio niſi accidentib. poteſt: id erit differẽtiam ẽm ſuperioris terminũ definitionis, q̃ rem, ſ. uiderunt etiam hi, qui definitionis huius uagum communemque finem cõprehendentes, certę concluſionis terminum ſubiecerunt,

*Interius autem perſcrutantes differentiam dicunt, nõ quodlibet diuidens ea, quæ ſub eodem genere ſunt eſſe differentiam, ſed quod ad eſſe conducit, & quod eſt pars eius, & quod eſt eſſe rei. Neque enim quod aptum natum eſt nauigare, erit hominis differentia, etſi proprium ſit hominis. Dicimus enim animalium hęc quidem apta eſſe ad nauigandum, illa uero minime, diuidentes hominem ab aliis. ſed aptum eſſe ad nauigandum, non erat completiuum ſubſtantiæ, nec eius pars, ſed aptitudo quędam ſolum. Iccirco quia non eſt talis differentia, quales ſunt differentię, quę ſpecifica dicuntur. Erunt ergo ſpecifica differentia, quæcunque alteram faciunt ſpeciem, & quæcunque in eo quod quid eſt eſſe rei accipiuntur. Ac de differentijs quidem iſta ſufficiant.*

40. Sẽſus ꝓpoſitionis hmõi eſt. Qm̃ ſuperius dixit determinaſſe quoſdã differentiam eſſe, qua a ſe ſingula diſceparẽt: Ait alios diligentius de differẽtia ꝑſcrutantes nõ fuiſſe arbitratos rectę eſſe ſuperius propoſitã definitionẽ: Neq; n. omnia quæcunq; ſub eodẽ poſita genere differre faciũt, differẽtię de quib. nunc tractaẽ. i. ſpecificæ, nominari quẽt. Plures. n. ſũt q̃ ita diuidũt ſpẽs ſub uno genere poſitas, ut tamẽ eorũ ſubſtantiã minime conformẽt. Quia nõ uident eſſe differentię ſpecificę, niſi illę tantũ q̃ ad id ꝙ eſt eſſe ꝑficiunt, i. hę q̃ in definitionib. alicuius partis ponunẽ: hæ aũt ſunt, ut rõnale hominis. Nã ſubſtantiã hominis conformat, & ad eſſe hoĩs ꝑficit, & definitionis eius pars eſt ergo niſi ad id quod eſt eſſe cõducit, & eius ꝙ eſt eſſe rei pars ſit, ſpecifica differẽtia nullo mõ poterit nũcupari. Quid eſt aũt eſſe rei? nihil aliud niſi definitio. Vnicuique. n rei interrogatæ quid eſt: Si quis ꝙ eſt eſſe monſtrare uoluerit, definitionem dicit. Ergo ſi qđ definitionis pars fuerit, eius erit pars quę uniuſcuiuſq; rei quid eſſe ſit deſignet. Definitio eſt quidem quę quid unaquęq; res ſit, oſtendit ac profert: demonſtraturq; ꝙ unicuique rei ſit, eſſe ꝑ definitionis aſsignationẽ. Illę uero differẽtiæ q̃ non ad ſubſtantiam cõducunt, ſed quoddam extrinſecus accidens efferunt, ſpecificæ non dicuntur, licet ſub eodẽ genere poſitas ſpecies faciãt diſcrepare: ut ſi quis hominis atq; equi hãc differẽtiã dicat, aptũ eſſe ad nauigandũ homo autem aptus eſt ad nauigandum equus uero minime, & cum ſit equus atque homo, ſub eodem genere animalis, addita differẽtia aptũ eſſe ad nauigandũ, equum diſtinxit ab homine. Sed aptum eſſe ad nauigandum non eſt huiuſmodi, ꝙ poſsit hominis formare ſubſtantiam, ſicut rationale, quę eſt ſubſtãtialis qualitas, ſed tantum quandam quodam modo aptitudinem monſtrat, & ad faciendum aliquid uel non faciendum oportunitatem. Idcirco igitur ſpecifica differentia eſſe non dicitur, quo ſit, ut non omnis differentia quę ſub eodem genere poſitas ſpecies diſtribuit, ſpecifica eſſe poſsit, ſed ea tantum quę ad ſubſtantiam ſpeciei proficit, & quę in parte definitionis accipitur. Concludit igitur eas eſſe ſpecificas differentias, quę alteras a ſe ſpecies differre faciunt ꝑ diſtantias ſubſtantiales: nam ſi unicuique. i. eſſe quocunque ſubſtantialiter fuerit, quęcunq; differentiæ ſubſtantialiter diuerſę ſunt, illas ſpecies quib. adſunt, omni ſubſtantia faciũt alias ac diſcrepantes: atq; hæ in definitionis parte ſumunẽ. nam ſi definitio ſubſtantiam monſtrat, & ſubſtantiales differentię ſpecies efficiunt, ſubſtantiales differentię partes ſunt definitionum.

## DE PROPRIO.

*PROPRIVM vero quadrifariam diuidunt. Nam & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi non omni, proprium eſt: ut homini eſſe medicum uel geometram. Et quod omni accidit, etſi non ſoli; quemadmodum homini eſſe bipem. Et quidem ſoli, & omni, & aliquando: ut homini in ſenectute caneſcere. Et quod ſoli, et oĩ & ſꝑ: quẽadmodum homini eſſe riſibile: nam & ſi non rideat ſemper, tamen riſibilis dicitur: nam quod ſemper rideat, ſed quod ſemper aptus natus ſit ad ridendum, hoc autem ei ſemper naturale eſt, ut & equo hinnibile. Hæc autem nominantur uere propria, quoniam conuertuntur. quicquid. n. eſt equus, hinnibile eſt, & quicquid hinnibile, equus.*

41. Superius dictum eſt omnia propria ex accidentium genere deſcendere. Quicquid enim de aliquo prædicatur, aut ſubſtan-

ſubſtantiam informat:aut ſm accidens ineſt. Nihil uero eſt quod cuiuslibet rei ſubſtantiam monſtret niſi genus, ſpẽs, & differentia, Genus q̃dẽ,& differẽtia,ſpeciei:Spẽs uero in diuiduorũ.Quicquid ergo reliquũ eſt ĩ accidentiũ numero ponitur.Sed q̃m ipſa accidentia habent inter ſe aliquã differentiam:idcirco alia q̃dẽ ꝓpria,alia priore atq; antiquiore nomine accidentia nuncupant.Ac de accidentib. paulo poſt,nunc de proprijs,q̃ quadrifariam diuiduntur,nõ tãquã genus aliqđ ꝓprium in quatuor ſpẽs diuidi ſecariq; poſsit,ſed hoc qđ ait diuiduntur, ita intelligendũ eſt, tanquã ſi diceret nuncupant, id eſt propriũ quadrifariã dicunt:cuius quadrifariæ appellationis ſignificationes enumerat, ut q̃ ſit cõueniẽs & cõgrua nũcupatio proprietatis oſtendat. Dicit ergo ꝙ ꝓpriũ primo eſt accidens, qđ ita uni ſpeciei adeſt,ut tñ nullo mõ coęquet ei,ſed infra ſubſiſtat ac maneat,ut hominis dicit ꝓpriũ medicũ eſſe., idcirco ꝙ nulli alij animalium ineſſe põt. Nec illud attendendum, an hoc de omni hoie prędicari poſsit,ſed illud tm̃, ꝙ de nullo alio niſi de hoie dici põt medicum eſſe. Et hæc quidẽ ſignificatio proprij dicitur eſſe ſoli,ẽt ſi non omni.Soli.n.ſpeciei, etiam ſi non omni coęquatur, ut homini medicũ eſſe, ſoli quidem ineſt homini, ſed non oĩbus hoĩbus ad ſciẽtiã adeſt. Aliud ꝓpriũ eſt,qđ huic ẽ cõtrario dicitur omni ẽt ſi non ſoli: qđ hmõi eſt, vt omnem quidem ſpeciẽ contineat eamq; tranſcendat:Et qm̃ quidẽ nihil eſt ex ſubiectis ſpeciei, quod illo proprio non utatur,dicimus omni, qm̃ uero tranſcendit in alias,dicimus non ſoli, hoc huiuſmodi eſt quale homini eſſe bipedem.Propriũ enim eſt hominis eſſe bipedem. Omnis.n.homo bipes eſt,ẽt ſi non ſolus: aues.n. bipedes ſunt. Geminę igitur ſignificationes proprij, quę ſuperius dictæ ſunt,habent aliquid minus.prima quidem, ꝙ non omni, ſecunda vero ꝙ non ſoli:quas ſi iungimus facimus, omni, & ſoli.Sed dempſimus aliquid ſm temporis, ſi ei adijciatur aliquando,ut ſic hęc, tertia proprij nuncupatio,omni,& ſoli, ſed aliquando, ut eſt in ſenectute caneſcere, & in iuuentute pubeſcere. Omni n. homini adeſt in iuuentute pubeſcere,& in ſenectute caneſcere:& ſoli: Pubeſcere.n. ſolius eſt hominis, ſed aliquando:neque.n.in omni tempore, ſed in ſola tantum iuuentute. Hæc igitur determinatio proprij in eo quidem ꝙ omni,& ſoli ineſt,abſoluta eſt; ſed ex eo minus aliquid cõtrahit,cũ dicimus aliquando,ꝙ ſi auferamus, fit proprij integra & ſimplex ſignificatio hoc modo. Proprium eſt qđ omni,& ſoli, & ſemper adeſt, vt homini riſibile,equo hinnibile. Omnis.n. homo & ſolus homo riſibilis eſt & ſemper, ſimiliter & equus hinnibile. neque illud nos ulla dubitatione perturbet, ꝙ ſemper hõ non rideat. Non.n.ridere proprium eſt homini, ſed riſibile, quod non in actu,ſed in pẽte conſiſtit.ergo etiã ſi non rideat,quia ridere tñ poſsit: ſoli, & omni homini ſemper adeſſe dicitur, & conuenienter proprium nuncupatur. Nam ſi actu ſeparetur a ſpecie,poteſtate nulla ratione deſiungitur. Quatuor igitur ſignificationes proprij dixit. Nam prima quidem eſt, qñ accidens ita ſubiectæ ſpeciei adeſt, ut ſoli ei adſit, ẽt ſi non omni,ut homini medicina.Secunda vero, cũ ſoli quidẽ non adeſt,omni uero ſemper adiungitur,ut homini eſſe bipedem.Tertia,cum omni,& ſoli, ſed aliquando, ut homini in iuuentute pubeſcere. Quarta,cũ omni, & ſoli,& ſemper adeſt,ut eſſe riſibile. Atque ideo cętera quidem conuerti non poſſunt. Neque.n.coęquatur quod ſoli,ſed non omni ſpeciei adeſt.Species quidem de ipſo dici poteſt, ipſum vero de ſpecie minime.Qui.n. medicus eſt,poteſt dici homo. Homo vero qui eſt:medicus etiam nõ dicitur.Rurſum quod ita eſt alij proprium, ut omni adſit,etiam ſi non ſoli,ipſum quidem de ſpecie prędicari poteſt, Species vero de eo minime. Nam bipes prędicari de homine poteſt, homo vero de bipede nullo modo.Rurſus quod ita adeſt,ut omni.& ſoli, ſed aliquãdo adſit, quoniam de tempore habet aliquid diminutum, nec ſimpliciter adeſt, reciprocari non poterit.Poſſumus enim dicere omnis q pubeſcit homo eſt: non tamen dicimus omnis qui eſt homo, pubeſcit. poteſt enim minime ad iuuentutem venire, atque ideo nec pubeſcere; niſi forte non ſit pubeſcere hominis proprium,ſed in iuuentute pubeſcere ſolummodo, aut etiam cum nondum eſt in iuuentute,aut etiam præterijt, tamen ſit ei proprium non tale,quale tunc fieri pt,cum pręter iuuentutem eſt, ſed quale cum in iuuentute conſiſtit: atque ideo hoc quod non in omne tempus tenditur,ẽt ſi tale eſt quod omni ſpeciei adſit,quod tñ in tp̃s aliquod differatur,integrum atque abſolutum proprium eſſe non dicitur. Quartum eſt, quod ita adeſt,ut & ſolam teneat ſpeciem,& ut omni adſit, & abſolutum ſit a temporis conditione,ut riſibile,quod a ſuperiori plurimum diſtat.nam quod riſibile eſt ſemper ridere poteſt.Rurſus qui põt in iuuentute pubeſcere,cum ipſa iuuentus non ſit ſemper,non ei adeſt ſemper,ut in iuuentute pubeſcat.Hęc aũt quarta proprij ſignificatio, quam nulla temporis definitio conſtringit,abſoluta eſt. Atq; ideo ẽt cõuertitur,& de ſe inuicem proprium atq; ſpecies prędicantur: homo enim omnis riſibilis eſt,& omne riſibile homo.

## DE ACCIDENTE.

*Accidens eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo, inſeparabile,& in inſeparabile.Separabile enim accidens eſt dormire:nigrum uero eſſe,inſeparabiliter coruo, & æthiopi accidit. poteſt autem intelligi, & coruus albus, et æthiops nitens candore præter ſubiecti corruptionem. Definitur autem ſic quoque. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe uel non ineſſe. Et quod neque genus eſt,neque ſpecies,neque differẽtia,neque proprium, ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Omnibus igitur determinatis quæ propoſita ſunt,dico autem genere,ſpecie,differentia, proprio, & accidente; dicendum eſt quæ ſint ipſis communia,& quę propria.*

42. Quoniam ſuperius dictũ eſt omnia,quę de aliquo prędicantur,uel ſubſtantialiter,vel accidentaliter dicunt: Cũque ea quę ſubſtantialiter prędicantur, eius de quo dicuntur,ſubſtantiam definitionemq; contineant,& ſint eo antiquiora atque maiora,quod ex ſubſtantialibus prædicatis efficitur:cumq; ea quę ſubſtantialiter dicuntur,pereunt, neceſſe eſt vt ſimul etiam ea interimantur, quorum naturam ſubſtantiamque formabant.quę cum ita ſint, neceſſe eſt, vt quę accidentaliter dñr, quoniam ſubſtantiam minime informant, & adeſſe, & abeſſe poſſint pręter ſubiecti corruptionem.Ea .n. tantum cum abſunt ſubiectum corrumpere poſſunt,quę efficiunt atq; conformant quæ ſunt ſubſtantialia.quæ uero non efficiunt ſubſtantiam,vt accidentia,ea cũ adſunt,uel abſunt,nec informant ſubſtantiam,nec corrumpunt.Eſt igit accidens quod adeſt, & abeſt pręter ſubiecti corruptionem.Id autem diuiditur in duas partes. Accidens enim aliud eſt ſeparabile, aliud inſeparabile. Separabile quidem,ut dormire,ſedere.Inſeparabile uero,æthiopi atq; coruo,color niger.In qua rẽ talis oritur dubitatio,ita.n.eſt definitum. Accidens eſt quod adeſt & abeſt pręter ſubiecti corruptionem. Idem tamen accñs aliqñ inſeparabile dicit: quod ſi inſeparabile eſt,abeſſe non poterit.fruſtra igitur poſitum eſt accidens eſſe quod abeſſe,& abeſſe poſſit, cum ſint quędam accidentia, quæ a ſubiecto non ualeant ſeparari. Sed ſit ſępe, vt quę actu diſiungi non ualeant, mente & cogitatione ſeparentur.Sed ſi animi ratione diſiunctę qualitates a ſubiectis,non ea perimunt, ſed in ſua ſubſtantia permanent,atq; perdurant,accñtes eſſe intelliguntur. Age igitur,qm̃ æthiopi color niger auferri nõ pt, animo eum & cogitatione ſeparemus:erit igitur color albus æthiopi. Num idcirco ſpẽs conſumptę ſunt,minime:itẽ ẽt coruus,ſi ab eo colorẽ nigrum imaginatione ſeparemus, permanet tamen auis,nec interit ſpẽs.ergo quod dictum eſt adeſſe & abeſſe, non re,ſed animo intelligendum eſt,alioqui, & ſubſtantialia, quę omnino ſeparari non poſſunt, ſępe animo, & cogitatione

gitatione

gitatione diſiungimus, vt ſi ab homine rationabilitatem auferamus, q̃ licet actu ſeparare non poſſumus, tñ ſi animi imaginatione diſiungimus, ſtatim perit hoîs ſpẽs, quod idẽ in accñtib. non fit. Sublato.n. accidenti cogitatione, ſpẽs manet. Eſt quoq; alia accidentis definitio cæterorum oĩum priuatione, vt id dicatur eſſe accñs, quod neq; genus ſit, neque ſpecies, neq; differentia, neq; propriũ, quæ definitio plurimum uaga eſt, ualdeq; cõis. Sic.n. ẽt genus definiri põt, quod neq; ſpẽs, neq; differentia, neq; proprium ſit, nec accñs. Eodem quoq; mõ ſpes, ac differentia, atq; proprium. Cum autẽ eadem ſimilitudine definitionis plurima definiri queunt, non eſt terminãs & circunclusa deſcriptio, præſertim cum longe ſit ab definitionis integritate ſeiunctum, quod cuiuſlibet rei formam aliarum rerum negatione demõſtrat. Quibus oĩbus expeditis.i. gñe, ſpẽ, differentia, proprio, atque accidenti, deſcriptiſq; eorum terminis q̃tum poſtulabat inſtitutionis breuitas, ea ipſa cõiter pertractanda perſequitur, vt quas inter ſe habeant differentias hæc quinque, de quib. ſuperius diſputatum eſt, quaſve cõiones, mediocri conſideratione demonſtret, vt non ſolum q̃ ipſa ſint, uerum etiam quemadmodum ipſa inter ſe comparentur, appareat.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Patritij ordinarij & conſularis uiri commentariorum in Porphyrium à ſe tranſlatum.

## LIBER QVINTVS.

EXPEDITIS per ſe omnibus quę propoſuit, & quantum in vniuſcuiuſque cõſideratione poterat, ad ſcientiæ terminum breuiter adductis, nunc iam non de ſingulorum natura.i. vel gñis, vel differentiæ, vel ſpeciei, vel proprij, vel accidentis: ſed de ad ſe inuicem relatione pertractat. Nam quia cõiones ad differentias rerũ colligit, non ut ſunt p ſe res illę conſiderat, ſed ad alias qualiter cõparent. Id ãt duplici mõ fit, vel ſimilitudine dñ retractat cõitates, vel diſſimilitudine dũ differentias. q̃ cũ ita ſint, nos quoq; (ut adhuc fecimus) pp planiorem intellectum philoſophi veſtigia perſequentes, ordiemur de his cõitatibus quæ adſunt generi, ſpeciei, differentiæ proprio, atque accidenti.

*Cõe igitur omnib. eſt de pluribus prędicari. Sed genus quidem de oĩbus ſub ſe ſpecieb. et de indiuiduis. Similiter et differentia, p̃dicatur, Spẽs vero de his quæ ſub ipſa ſunt indiuiduis. At proprium, & de ſpẽ cuius eſt proprium, et de his quæ ſub ea ſpecie ſunt indiuiduis. Accidens aũt, et de ſpeciebus, & indiuiduis namq; animal, & de equis, et de bobus prędicatur, quę ſunt ſpecies, & de hoc equo, & de hoc boue, quæ ſunt indiuidua. Irrationale uero de eq̃s, & bobus, & de his qui ſunt particulares, prædicatur. Hõ, pręterea de his qui ſunt particulares, prædicatur. Riſibile quoq; & de hoĩe, & de his qui ſunt particulares, p̃dicatur. Nigrum poſtremo de coruo, & ebeno, & de his q ſũt particulares, quod eſt accidens inſeparabile: item moueri de boue, & equo & de his qui ſunt particulares, quod eſt accidẽs ſeparabile, ſed principaliter quidẽ de indiuiduis, ſecũdario uero et de his q̃ continent indiuidua, p̃dicatur.*

43. Antequam ſingulorum ad vnumquodque habitudinem tractet, illam prius reſpicit, quam omnes ad ſe inuicem habere videntur. hæc ãt eſt vna cõio, quę propoſitarum quinque rerum numerum pluralitate prędicationis includit. Omnia.n. de pluribus prædicantur. in hoc ergo ſibi cuncta cõmunicant: nã, & genus de pluribus prædicatur, itemque ſpecies, ac differẽtia, & propriũ, atque accidens, q̃ cũ ita ſint, eſt eorum una atq; indiſcreta cõio de pluribus prędicari. Deſignat aũt Porphyrius ipſam de pluribus p̃dicationem; quemadmodum in ſingulis fiat, & unumquodq; ppoſitorũ de quibus pluribus p̃dicetur, oſtendit. Ait.n. genus quidẽ de plurib. p̃dicari id eſt ſpẽbus, ac ſpecierũ indiuiduis, ut animal p̃dicat̃ de hoĩe atq; equo, ac de his indiuiduis q̃ ſub eis ſunt. Itẽ genus p̃dicatur de differẽtiis ſpecierũ: atq; id iure, qm̃.n. ſpecies differẽtiæ informãt, cũ genus de ſpecieb. p̃dicet̃, conſequens eſt ut ẽt de his dicat̃ q̃ ſpecierũ ſubſtãtiam formãq; efficiũt. quo fit, ut genus etiã de differẽtiis p̃dicet̃, ac, nõ de una, ſed de pluribus. dicit̃.n. q̃d rationale eſt, eſſe animal: & rurſus q̃d in rationale eſt, eſſe animal. Ita gẽus de ſpeciebus, ac differẽtiis p̃dicat̃, ac de his q̃ ſub ipſis ſunt indiuiduis: differentia vero de pluribus dñr ſpeciebus, ac de earum indiuiduis, ut irrationale de equo p̃dicatur ac boue, q̃ ſunt plures ſpecies, & de his q̃ ſub ipſis ſunt ĩdiuiduis eodẽ mõ dicit̃. nã q̃d de uniuerſali prędicatur, prædicatur & de indiuiduo. Quod ſi differẽtia de ſpecieb. dicit̃, p̃dicabit̃ etiam de eiuſdẽ ſpeciei ſubiectis. Species uero de ſuis tm̃ indiuiduis prædicatur. neque.n. fieri põt, ut quæ ſpecies eſt ultima, quæq; vere ſpecies ac magis ſpecio nuncupat̃, hęc alias deducatur in ſpecies: q̃d ſi ita eſt, ſola poſt ſpeciem indiuidua reſtant. iure igitur ſpecies de ſuis tm̃ indiuiduis p̃dicatur, ut homo de Socrate, Platone, Cicerone, & cæteris. Proprium item de ſpecie prædicatur cuius eſt propriũ. neque.n. eſſet proprium alicuius, ſi de aliquo prædicaretur. de quo.n. quæque res, & ſoli, & omni, & ſemper dicitur, eiuſdem proprium eſſe monſtratur. quę cum ita ſint, proprium de ſpecie dicitur, ut riſibile de homine. Omnis.n. homo riſibilis eſt. Differẽtiæ etiã de indiuiduis ſpeciei de qua prædicatur. Eſt.n. Socrates, Plato, & Cicero riſibilis. Accñs uero & de ſpeciebus pluribus dicitur, & de diuerſarum ſpecierum indiuiduis. Dicitur.n. coruus atque æthiops niger, & hic æthiops atque hic coruus, qui ſunt indiuidui: nigri aũt ſm nigredinis qualitatem uocantur, atque hoc quidem eſt accidens inſeparabile. Sed multo magis ſeparabilia accidentia pluribus inhæreſcunt, vt moueri homini, & boui. vterque.n. mouetur. Et rurſus ea quæ ſunt homine ſunt atq; boue indiuidua, moueri ſæpe prędicantur. Sed aduertendum eſt auctore Porphyrio, quod ea quę accidentia ſunt, principaliter quidem de his dñr, in quibus ſunt indiuiduis, ſecundo uero loco, ad vniuerſalia indiuiduorum referuntur, atq; ita prædicatio ſubiectiorum ſuperioribus reddit, ut qm̃ nigredo ſingulis coruis adeſſe dicitur, dicitur etiam adeſſe ſpeciali coruo. Nam quia omnis particularia qualitas iſta accidentis nigredinis inficit, idcirco eandem nigredinem de ſpecie quoq; prædicamus, dicẽtes coruum, ipſam ſpeciem, nigrum eſſe. In quibus omnibus mirum uideri poteſt, cur genus de proprio prædicari non dixerit, nec vero ſpeciem de eodem proprio, nec differẽtiam de proprio, ſed tñ genus quidem de ſpeciebus, atque indiuiduis. Differentiam vero de ſpeciebus atque indiuiduis. Speciem de indiuiduis. Proprium de ſpecie atque indiuiduis. Accidens de ſpeciebus atq; indiuiduis. Fieri.n. poteſt, ut quę maioris prædicationis ſunt, ea de cunctis minoribus prædicentur, & quæ æqualia ſint, ſibimet conuertantur. Eoque fit, ut genus de differentijs, & ſpeciebus, & proprijs atque accidentibus prædicetur, vt cum dicimus, Quod rationale eſt, animal eſt, genus de differentia. Quod homo eſt, animal eſt, genus de ſpecie. Quod riſibile eſt, animal eſt, genus de proprio. Quod nigrum eſt, ſi forte coruum vel æthiopem demonſtremus, animal eſt, genus de accidenti prędicamus. Rurſus Quod homo eſt, rationale eſt, differentiam de ſpecie. Quod riſibile eſt, rationale eſt, differẽtiam de proprio. Quod nigrum eſt, rationale eſt, ſi ęthiopem demonſtremus, differentiam de accidente. Item quod riſibile eſt, homo eſt, ſpeciem de proprio. Quod nigrum eſt, homo eſt, ſi æthiopem deſignemus, ſpeciem de accidenti. Qua in re quod nigrum eſt, etiam riſibile eſt, in ęthiopis demonſtratione, proprium de accidenti prędicatur, conuerti

uerti autem ad totum accidens poteſt, ut quoniam indiuiduis ſingulorũ eſſe ꝓponitur, idcirco de ſuperioribus etiã, ꝓdicatur, vt quonia Socrates animal eſt, rõnale eſt, riſibile eſt, & hõ eſt. Cumq; in Socrate ſit caluitium: qđ eſt accidẽs: prædicatur, idem de animali, de rõnali, de riſibili, de hoĩe, ut accidens de quatuor reliquis prędicetur. Sed horũm profundior qõ eſt nec ad ſoluendũ ſatis eſt tpis. hoc tantum in gredientium intelligentia expectet, ꝙ alia quidem recto ordine prædicantur, alia uero obliquo. Qm̃ moueri hoĩem rectum eſt, id qđ mouetur hoĩem eſſe cõuerſa locutione ꝓponitur. Quocirca rectã Porphyrius in omnibus propoſitionem ſumpſit Quod ſi quis uim prędicationis ſubiectioniſque attenderit in ſingulis comparãs prędicationibus; eas quidem prolationes quæ rectæ ſunt, inueniet a Porhpyrio eſſe numeratas: eas vero quæ conuerſo ordine prędicatur, fuiſſe ſepoſitas.

## GENERIS ET DIFFERENTIAE Comparatio.

*Commune eſt autem generi, & differentiæ continentia ſpecierum. continet enim & differentia ſpecies & ſi non tot, quod genera; rationale enim, & ſi non contineat irrationabilia quemadmodum animal, tamen continet hominem, & Deum quæ ſunt ſpecies. Et quęcunque prædicantur de genere, ut genus, & de his quę ſub ipſo ſunt ſpeciebus prædicantur. Item quęcunque de differentia prædicantur, ut differentia, & de his quæ ex ipſa ſunt ſpeciebus prædicabuntur: Nam cum genus ſit animal, nõ ſolum de eo prædicatur ſubſtantia, & animatum, & ſenſibile, ſed etiam de his quæ ſub animali ſunt ſpeciebus omnibus prędicantur hęc, uſque ad indiuidua: Cunque ſit differentia rationale, prædicatur de ea ut differentia id quod eſt ratione uti, non ſolum autem de eo quod eſt rationale, ſed etiam de his quę ſub rationali ſunt ſpeciebus prædicabitur ratione uti. Commune uero eſt & hoc, perẽpto genere, uel differentia, ſimul perimi, & ea quæ ſunt ſub ipſis: quemadmodum enim ſi non ſit animal, non eſt equus, neque homo; ſic ſi non ſit rationale nullum erit animal, quod utatur ratione.*

44. Poſt eam quę cunctis adeſſe uiſa eſt cõitatem, ſingulorũ ad ſe ſimilitudines ac diſsimilitudines quærit. Et, qm̃ inter quinq; ꝓpoſita genus ac differẽtia uniuerſaliõris ſũt prædicationis. Siquidem genus, & ſpẽs, & ſpẽs cõtinet, & differẽtias: differẽtię vero ſpecies continent, neq; ab his ullo mõ cõtinentur. Primũ generis & differntiarũ ſimilitudines colligit, ac primã qdẽ põnit hãc. Dicit. n. cõe eſſe generi ac differẽtiæ, ut ſpecies claudant. nã ſicut genus ſub ſe habet ſpecies, ita ẽt differẽtia, & ſi nõ tot quot habet genus. Etenim qm̃ genus differentiã etiam claudit, & nõ unã tantũ ſub ſe differentiã coercet ac retinet, plures neceſſe eſt, ut habeat ſub ſe ſpẽs, quã ꝑlibet una earũ quas claudit differentiarũ, vt aĩal ꝓdicatur de rationabili; & irrationabili. Quod ſi ita eſt, ꝓdicabitur, & de his quę ſub rationali ſunt poſitę ſpeciebus, & de his quæ ſub irrationali. Eſt ergo cõe animali, & rationali, id eſt generi, & differentię: qđ ſicut genus de Deo, & homine prędicatur, ita ẽt rationale qđ eſt differentia, de Deo & de homine dicitur. Sed non in tantũ hęc prędicatio ſunditur quantum animalis, ideſt generis. Animal. n. non de Deo ſolum atque hoĩe dicitur, ſed de equo, & boue prędicatur, ad quæ rationalis differentia non peruenit. Sed quicunque Deum ſupponimus animali, ſiue eorum opinionem facimus qui Solem, ſtellaſque, atque totum hunc mundum animatum eſſe confirmant, quę etiam deorum nomine (ut ſępe dictum eſt) appellauerunt. Secunda item cõio eſt generis, ac differentię. quoniam, quęcunque prędicantur de genere, vt genere: eadem & de his quę ſub ipſo ſunt ſpẽbus prędicantur. Ad hanc ſilitudinẽ, & q̃cunq; ꝓdicanẽ de differẽtia, vt differẽtia, eadẽ quoq; & de his q̃ ſub ipſa differẽtia ſunt. vt differẽtię ꝓdicanẽ. Cuius ſentẽtiæ talis eſt expoſitio. Sunt plura q̃ de generibus ꝓdicãtur, ut gñ̃a ut de aĩali dicit̃ animatũ, & ſubſtantia atq; hæc, ut genera. Hęc igit ꝓdicanẽ, & de his q̃ ſub animali ſunt, rurſuſq;, ut genera: nam hoĩs, & animatũ, & ſubſtãtia genus eſt, ſicut ante fuerat animalis. Item in ipſis differẽtiis q̃dã differẽtię inueniunt, q̃ de ipſis differẽtijs ꝓdicantur, ut de rationali duę differentiæ dñt. Qđ. n. rationale eſt, uti rõne, vel hẽt rõnẽ. Aliud eſt aũt uti ratione, aliud eſt habere rationẽ, ut aliud eſt habere ſenſum, aliud uti ſenſu. Habet quippe ſenſum, & dormiens, ſed non vtit. Ita quoq; dormiens habet rationẽ, ſed minime utit: ergo ipſius rationabilitatis quædã differẽtia eſt, ratione uti, ſed ſub rationabilitate poſitus eſt hõ. Prędicatur igit de hoĩe ratione uti, uti ut quędã differẽtia. Differt. n. a cęteris animalibus hõ, quia ratione utit. Demonſtratũ eſt igit ꝙ ſicut ea q̃ de genere ꝓdicantur, dñr de generi ſubiectis, ita ẽt ea q̃ de differentia ꝓdicanẽ, dñr de his q̃ differẽtiis ſupponũtur. Tertiũ cõe eſt, qđ ſicut aſſũptis generibus, ſpẽs interimunẽ: ita cõſumptis differẽtiis de q̄bus differentiæ prędicantur, intereunt. Commune. n. eſt hoc uniuerſalium in ſubſtantia pereuntium perire ſubiecta. Sed prima communio demonſtrauit genera de ſpeciebus prędicari, ſicut etiam differentias. Propter hanc igitur ſimilitudinem ſi auferantur genera: ſpecies pereunt. Sic etiam ſpecies perire neceſſe eſt quæ ſub differentiis ſunt, ſi uniuerſales earum differentiæ conſumatur. cuius exemplum eſt. Si. n. auferas animal, hominẽ atque equũ ſuſtuleris, quę ſũt ſpẽs poſitę ſub animali. Si auferas rationale, hominem Deumque ſuſtuleris, qui ſunt ſub rationali differentia collati. Et de communitatibus quidem hactenus. nunc de generis, & differentiæ diſsimilitudine perpendit.

*Proprium autem generis eſt de pluribus ꝓdicari q̃ differentia, & ſpecies, & propriũ, et accidens. animal enim de homine, et equo, et aue, & ſerpente prædicatur. Quadrupes uero de ſolis quatuor pedes habẽtibus. homo uero de ſolis indiuiduis hominibus. item hinnibile de ſolo equo, & de his qui ſunt particulares. ſimiliter & accidens de paucioribus quã genus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, nõ eas q̃ cõplent ſubſtantiã generis. Amplius genus continet differentiã poteſtate: animalis enim hoc quidem rationale eſt, illud uero irrationale, differentiæ uero non continent genera. Amplius genera quidem priora ſũt his quæ ſub ſe ſũt poſitæ differentiis, & propter hoc ſimul quidem eas auferunt, nõ autem ſimul auferuntur ab eis: ſublato enim animali, aufertur rationale, & irrationale. differentiæ uero nõ auferũt genus, nam etiam ſi omnes interimãtur, tamẽ ſubſtãtia animata ſenſibilis, intelligi poteſt, quæ eſt animal. Amplius genus in eo quod quid eſt, differentia ĩ eo qđ quale quid eſt prędicatur, quemadmodum dictũ eſt. Amplius genus unum quidem eſt ſecundum unamquãque ſpeciem. ut eſt hominis animal, differentiæ uero plures, vt rationale, mortale, mentis, & diſciplinę ſuſceptibile, quibus ab aliis differt. Amplius genus quidem ſimile eſt materiæ, formę uero differentiã, cum autem ſint, & alia communia, & propria generis & differentię, nunc iſta ſufficiant.*

45. Proprium quidem quid ſit cõuenienti atque integro uocabulo definitum eſt. Sed per abuſionem illa etiam propria quorumlibet dicuntur; quę in unaquaque rẽ ab aliis continent differentiam, licet cũ aliis ſint ea ipſa communia. Per ſe quippe proprium eſt homini quod ei omni, & ſoli, & ſemper adeſt, ut riſibilitas, per uſurpatam uero locutionem

nem

nem etiam proprium hominis rationabilitas dicitur, non ꝑ ſe ꝓpriũ. Quippe qđ ei cũ deorũ eſt natura cõe, ſed hoſ rationabilitas ꝓpriũ dicit, ad diſcretioné pecudis, qđ rationale non eſt. Id uero ꝑꝑ hanc cauſam, qm̃ id proprium vniuſcuiuſq; dicit qđ hẽt ſuũ. Quo igitur quis ab alio differt, proprium eius non abſurda vſurpatione prędicatur. Sed nunc qđ dicit propriũ generis pluribus prędicari quam cętera quatuor, id ipm̃ generis tale propriũ eſt, quale ꝑ ſe ꝓprium dici ſolet, ideſt qđ ſemper, & ſoli, & omni adſit generi. Generi.n. ſoli adeſt, vt differẽtia, ſpecie, ꝓprio, atque accidẽte vberius atq; affluentius prædicetur. Sed de his ſpeciebus, differentijs, propriis atque accidentibus, id dici poteſt, quæ ſub quolibet genere ſunt, id eſt de differentiis quidem quę quolibet diuidunt genus. Specie uero quæ diuiſibili generis differẽtia informaẽ. Proprio aũt illi ſpeciei q̃ ſub illo genere eſt, qđ differentiis eſt diuiſiuum. Accidentibuſque quæ his hærent indiuiduis, quę ſub ea ſpecie ſunt, quá deſignatum genus includit. Hoc facilius exempla declarant. Sit.n. genus animal, quadrupes ac bipes differentiæ ſub animalis poſitæ continentia. Hõ atque equus ſpecies ſub eodem genere conſtitutę. Riſibile atque hinnibile propria earundem ſpecierũm. Velox, & bellator, accidentia, quę his indiuiduis accidunt, quæ ſub ſpeciebus hominis atque equi continentur. Animal igitur quod eſt genus prædicatur de quadrupede, & bipede, q̃ sũt differẽtiæ. Quadrupes vero non dicitur de bipede, ſed tm̃ de his animalibus quę quatuor pedes habent, plus igitur ꝑdicatur genus quam differentia. Rurſus homo de Platone, & Socrate ꝑdicatur, & de cæteris. Animal vero non modo de hominis indiuiduis, verum etiam de cæteris irrationabilibus indiuiduis dicitur. plus igitur genus quam ſpecies ꝑdicatur. Sed cum ſit propriũ equi hinnibile, cumq; genus quam ſpecies vberius prædicetur, ꝑdicatio quoque generis proprii ſupergreditur ꝑdicationem. Accidens quoque & ſi pluribus ineſſe poteſt, tamen ſępe genere contractius inuenitur, vt bellator, nõ ꝓprie niſi hõ dicitur, & velocitas in paucis animalibus inuenitur, quo fit, vt genus, & differentia, & ſpecie, & proprio, & accidente, amplius ꝑdicetur. Atque hęc eſt una proprietas generis, q̃ genus ab aliis omnibus diſiungat ac ſeparet. Oportet autem inquit nunc eas differentias intelligere, quibus diuiditur genus, non quibus informatur genus. illę .n. a quibus informatur genus, plus quam ipſum genus ſine dubio ꝑdicatur, vt animatum & corporeum vltra animal tendunt, cum ſint differentię animalis, non diuiſiuæ, ſed potius conſtitutiuę. Omnia.n. ſuperiora de inferioribus ꝑdicant, Quæ vero de inferioribus ꝑdicantur, neq; conuerti poſsũt, hęc ab eis quę inferiora ſunt, amplius ꝑdicantur. Poſt hoc aliud proprium generis oſtendit, quo ab his differentiis q̃ ſub eodem ſunt poſitæ ſegregatur. Omne. n. genus continet differentias ptãte. Differentia vero genus non põt continere. Animal.n. rationale, atque irrationale continet poteſtate. Neq;.n. rationabilitas, aut irrationabilitas animal poterit continere. Poteſtate aũt ait, continere animal differentias, quia (vt ſuperius dictum eſt) genus quidem oẽs habet ſub ſe differentias ptãte, actu vero minime. Ex quo fit, vt alia proprietas oriatur. Sublato .n. genere, perit differentia: veluti ſublato animali interimitur rationabilitas, quod eſt differẽtias. At ſi rationabile interimas, irrationabile animal manet. Sed obiici poteſt, quid ſi vtraſque differentias ſimul abſtulero, nõ poterit remanere genus? Dicimus poteſt. Vnumquodque .n. non ex his, de quibus prędicatur, ſed ex his, ex quibus efficitur, ſubſtantiam ſumit. Itaq; fit, ut genus ſublatis differentiis diuiſiuis permanere poſsit, Dum tñ maneant illæ, quæ ipſius generis formam ſubſtantiamque conſtituunt. Qm̃.n. animal animata atque ſenſibilis differentiæ conſtituunt, hę ſi maneant, atque iungantur, perire animal non poteſt, licet ea pereant de quibus animal prędicatur, rationale .ſ. atque irrationale, Vnumqđq; enim (ut dictum eſt) ex his ſubſtantię proprietatem ſumit, ex quibus efficitur, non ab his de quibus prędicatur. Amplius ſi vtraſq; differentias genus poteſtate cõtinet, ipſum per ſe neutram earum intra ſe poſitam collocatamque concludit. ꝙ ſi actu quidem eas nõ continet, ſed poteſtate, actu ẽt ab his poterit ſeparari: hoc ipm̃.n. quod eſt eas poteſtate continere, id erat actu nõ continere. Genus uero, quia quaſlibet differentias actu non cõtinet, actu ab eiſdem, ẽt ſeparatur. Rurſus aliud eſt gñis proprium, quod ex proprietate ꝑdicationis agnoſcitur, Oẽ .n. genus ad interrogationẽ q̃d eſt vnumquodque, rñderi conuenit, ut aĩam in eo quod q̃d eſt, de hoĩe ꝑdicatur: differentia uero minime, ſed in eo qđ quale ſit. Omnis.n. differentia in qualitate conſiſtit. Sed hoc proprium tale eſt, quale ſuperius diximus, nõ per ſe, ſed ſm̃ alicuius differentiam dictum. Alioqui cõe eſt hoc generi cum ſpecie, ut in eo qđ quid ſit ꝑdicetur. ſed quia hac in re genus a differentia diſcrepat, qm̃ differentia quidem in eo quod quale eſt, genus vero in eo qđ quid eſt ꝑdicatur: gñis proprium dicit non per ſe, ſed ad differentię comparationẽ, & in oĩbus reliquis eandem rationem conueniet ſpeculari. Quodcunq;.n. ita proprium gñi dicitur, vt nulli ſit alij cõe, ſed tm̃ hoc genus habeat, & ſp, id ſm̃ ſe proprium nuncupatur. Quicquid vero cum alio cõe eſt, id non per ſe, ſed ad alterius differentiam proprium dicitur. Alia rurſus generis & differentiæ ſeparatio eſt, quod genus quidem ſpeciei vnum ſemper adeſt .ſ. proximum. plura.n. pñt eſſe ſuperiora, velut hominis aĩal atq; ſubã. ſed proximum eiuſdem hominis aĩal tm̃. Differentiæ vero plures vni ſpeciei adeſſe poterunt, vt rationale atque mortale homini, Itaque fit definitio ex uno vno quidem genere, ſed pluribus differentijs, vt hominis animal rationale atque mortale. Rurſus alia diſcretio eſt, qđ genus quidem uelut quendam ſubiecti locum tenet, differentia uero formæ, ita ut illud ſit materia quędá, quæ figuram ſuſcipiat: hęc vero ſit forma: quę ſuperueniens ſpeciei ſubſtantiam rationemque perficiat. Idcirco pluribus differentijs a genere differentiam ſegregauit, quia hęc maxime generis quandam ſimilitudinem continet, quia eſt vniuerſalis, & præter genus inter cætera maxima. ſed cum alia plura cõia, pluraque propria generis inter ſe ac differentię valeant inueniri, ſufficiant nunc inquit iſta, Satis eſt.n. ad diſcretionem quaſlibet differentias aſſumere, etiam ſi quę dici poſſunt non omnia colligantur.

## GENERIS ET SPECIEI
### Comparatio.

*GEnus autem & ſpecies commune quidem habẽt de pluribus prædicari, quemadmodum dictum eſt. Sumatur autem ſpecies, vt ſpecies ſolum, nõ autem, vt genus, ſi fuerit idem ſpecies & genus. Commune his eſt etiã hoc, priora his eſſe de quibus prædicantur, et totũ quoddam eſſe utrunque.*

46. Generis & ſpeciei enumerat tria cõia, vnum quidem de pluribus ꝑdicari. genus.n. & ſpẽs de pluribus ꝑdicantur, ſed genus de ſpecieb. vt dictum eſt, ſpecies uero de indiuiduis. Sed nunc de illa ſpecie loquitur, quę tm̃ ſpecies eſt, ut hõ, .ſ. q non ẽt genus eſt, ſed vltima ſpecies. Quod ſi talem ſpeciem ponamus q̃ ẽt genus eſſe pt, ac de ea dicamus qđ cõe habet cum gñe de pluribus prædicari, nihil intereſt an ita dicamus, ipm̃ genus id ſecum habere cõe, de pluribus ꝑdicari. Talis eſt.n. ſpecies q̃ non ſolum eſt ſpecies, ſed ẽt genus eſt. Eſt aũt cõe his quoq; qđ utraq; priora ſunt his de q̃bus prædicantur. Omne.n. quod de pluribus prædicatur, ſi recto (vt ſuperius dictum eſt) ordine dicatur prius eſt his de quibus prædicatur. Præterea eſt illis hoc etiam cõe, quod genus ac ſpecies totum ſunt eorum quę intra ſuum ambitum continent, & coercent; omnium .n. ſpecierum totum genus eſt, & omnium indiuiduorum totum, eſt ſpecies. Atque.n. genus, & ſpecies adunatiua ſunt plurimorum, quod vero multorum adunatiuum eſt: id eorum quę ad unitatis formam reducit, recto dicitur totum.

*Differunt autē, eo qđ genus quidē ſpecies cōtinet, ſpēs vero cōtinētur, & nō cōtinent genera. De pluribus.n. ꝑdicatur genus quā ſpēs. Amplius genera quidē praiacere oportet, & informata differentiis ſpecificis, perficere ſpecies. vnde & priora ſunt naturaliter genera, & ſecū ſpecies interimentia, nec tamen ab eis interimūtur. nā ſi ſpecies ſit eſt & genus. genus vero ſi ſit, nō omnino erit ſpecies. Et genera quidē vniuoce de ſpēbus ꝑdicātur, ſpēs vero de generibus minime. Amplius genera quidē excedūt eas quæ ſub ipſis ſunt ſpēs, cōtinētia ſpēs aūt excedūt genera propriis differētiis. Amplius nec ſpēs fiet unquā generaliſſimum, nec genus fiet unquam ſpecialiſſimum.*

47. Expeditis cōibus gnris, & ſpēi, nūc de eorum diſcretione pertractat. Differre.n. dicit genus à ſpē, qm̄ genus continet ſpēs, ut animal continet hoīem. ſpēs uero non continet genera. neq;.n. homo de aīali ꝑdicatur. Itaq; fit ut ſpēs quidem contineantur a generibus nunquā uero cōtineāt genera. Omne.n. quod amplius prædicatur, illius eſt cootinens, qđ minus dicitur. Qđ ſi genus amplius prædicetur quā ſpecies, neceſſe eſt ut ſpēs quidem cōtineatur à genere, genus vero nullo modo ſpeciei ambitu prædicationis includat. huius autem rō eſt, quoniam genus ſemper ſuſcipiens differentiā, ſpēm facit. hoc eſt genus quod habet latiſsimam prędicationem: coarctatum in differentias, & contractum, facit ſpeciem. omnino.n. generi iuncta differentia ſpeciem reddit, & ex uniuerſalitate, & latiſsima prædicatione in anguſtum ſpēi terminū cōtrahit. Animal.n. cuius prædicatio per ſe longe lateq; diffuſa eſt, ſi corripiet rōnalis differentiā, & mortalis, diminuit atq; contrahit in unū hominis ſpeciem: vnde fit ut minor ſit ſemp ſpecies, quam genus: atq; ideo contineatur, ſed non contineat, ſublatoq; genere auferatur ſpecies. ſi.n. totum auferas, pars non erit. quod ſi ſpecies auferatur, genus manet, veluti cum animal ſuſtuleris, interimitur etiā homo: ſi hoīem auferas, animal reſtat. Hoc etiā cauſa eſt, ut genus de ſpē uniuoce ꝑdicet .i. ut ſpecies ſuſcipiat definitionem generis & nomen, ſed nō e cōuerſo, definitionem qppe ſpeciei genus ſuſcipere nō uidet, ſubſtantiam.n. priorum inferiora ſuſcipiunt. Si.n. definias aīal, & dicas ſubſtantiam eſſe animatam atq; ſenſibilem, aut ſi ꝑdices de homine aīal, uerum dixeris. ſi etiam animalis definitionem de homine prædicaueris, dicasq; hoīem eſſe ſubſtantiam animatam atq; ſenſibilem, nihil fuerit in ꝓpoſitione falſi: ſed ſi hominis rationem reddas, animal rationale mortale, ea animali non conueniunt, neq;.n. id quod animal eſt, id dici poterit aīal rōnale mortale. Fit igitur, ut ſicut ſpecies generis nomē ſuſcipit, ita etiam capiat definitionem: & ſicut genus nomen ſpeciei non ſuſcipit, ita nec eiuſdem definitione monſtraret: ſed cuius nomen, & definitio de aliquo prædicatur, id uniuoce dicitur. Cum igitur generis, & nomen, & definitio de ſpecie prædicetur, gènus de ſpē uniuoce dicit. Qm̄ vero ſpeciei de genere neq; nomen neq; definitio prędicatur, nō conuertitur uninoca prędicatio. Differunt genera à ſpēbus hoc quoq; mō: ꝙ genera ſupuadunt ſpēs ſuas, aliarū continentia ſpecierum. Species uero genera, differentiarū pluralitate: animal.n. quod eſt genus, ſuperuadit hominem quod eſt ſpecies, qa non hoīem ſolum continet, uerū etiā bouem, equū, aliaſq; ſpecies, quas ſuæ ꝑdicationis ſpatio includit. Species vero, ut hō, ſuperuadit genus, ut aial multitudine differentiarum. Nam actu genus, non habet rōnale uel mortale, nullas quippe actu genus retinet differentias, eaſdem ſpecies ſuę ſubſtantiæ inhærentes atq; inſitas tenet. Homo.n. rationalis eſt atq; mortalis: quod genus minime eſt. Animal .n. neq; mortale eſt per ſe neq; rationale. Quod ſi genus quidem plus quam unam continet ſpeciem, at uero ſpecies multis differentijs informantur, ſuperat quidem genus ſpeciem cōtinentia ſpecierum: ſpecies vero vincit genus differentiarum pluralitate. Illa quoq; eſt differentia, ꝙ genus qm̄ omnium primum eſt, nunquā in tm̄ deſcēdere poterit ut fiat ultimū, ſpecies uero q̄ cunctis eſt inferior, nunquam in tm̄ aſcendere poterit, ut ſuprema omniū fiat: nunquam igitur nec ſpecies generaliſsimum fiet, nec genus ſpecialiſsimū. Sed ex his q̄ dictæ ſunt differētijs, aliæ ſunt q̄ genus à ſpecie propriæ cōiunctæq; diſtermināt: Aliæ vero quæ noo ſolū genus à ſpē, verumetiā à cæteris deducunt ac diſterminant. neq;.n. in his tantum oportet differentijs, quæ ſunt dictæ, verumetiam in cæteris conſiderare, ſi propriæ normam diſcretionis quęrimus agnoſcere.

## GENERIS ET PROPRII COMPARATIO

*GENERIS autē & proprii commune quidē eſt ſequi ſpecies uanque ſi homo eſt, animal eſt: ſi homo eſt, riſibile eſt: Commune eſt quoque æqualiter prædicari genus de ſpeciebus, & proprium de his quæ participant illo indiuiduis: æqualiter.n. & homo, & bos animal eſt, & Cicero, & Cato ſunt riſibiles. Commune demum eſt his vniuoce prædicari, genus de propriis ſpeciebus, & proprium de his quorum eſt proprium.*

48. Tria interim generis ac proprij dicit eſſe cōia. quorum primū illud eſt, qm̄ ita genus ſequitur ſpecies ut proprium, poſita.n. ſpecie neceſſe eſt intelligamus genus & propriū. neutrū.u. ſpecies proprias derelinquit, nā ſi homo eſt, aīal eſt. ſi homo eſt, riſibile eſt. ita quemadmodum genus, ſic proprium ab ea ſpecie cuius eſt proprium, non recedit. Illud quoq; eſt cōe, quod æqualis eſt generis participatio, ſicut etiam proprij. Omne.n. genus æqualiter à ſuis ſpecieb. participatur: propriū vero indiuiduis omnib. æqualiter adhæreſcit. Manifeſtū eſt aūt participatione eſſe generi æquale proprium. neq;.n. plus homo animal eſt, q̄ equus, atq; bos, ſed in eo qđ ſunt animalia, æqualiter aīalis .i. generis vocabulū trahit. Cato etiā & Cicero ęqualiter riſibiles ſunt, ēt ſi ęqualiter nō rideant. in eo.n. quod apti ad ridendū ſunt, dici riſibiles poſſunt, non ꝙ ſemper rideant. Aequaliter ergo ea quæ ſub genere ſunt, ſuſcipiunt genus, ſicut ea q̄ ſub proprijs, propria. Tertium illud, quòd ſicut genus de proprijs ſpeciebus vniuoce prędicatur, ita etiam proprium de ſua ſpecie vniuoce dicitur. Genus n. qm̄ ſubſtātiam ſpeciei continet, non modo eius nomen de ſpecie, uerum etiā definitio prædicatur. Proprium vero quia ſpeciem non reliqt, eiq; ſemper ęquatur, nec in aliam ſpeciem tranſgreditur, nec infra ſubſiſtit. Definitionem quoq; proprium ſpeciebus tradit. cuius.n. nomen uni tantum conuenit ſpeciei cui coæquatur, dubitari noo poteſt, quin eius quoq; definitio ſpeciei conueniat. Quo fit vt ſicut genus de ſpeciebus, ita proprium de ſua ſpecie uniuoce prædicetur.

*Differunt autē quoniā genus prius eſt, poſterius propriū: oportet.n. eē prius animal, dehinc diuidi differētiis & propriis. Amplius genus quidē de pluribus ſpēbus ꝑdicatur, quarū eſt genus: propriū uero de vna ſola ſpē, cuius eſt proprium. Amplius proprium quidem conuerſim de eo cuius eſt proprium, ꝑdicatur: genus vero de nullo cōuerſim prædicatur. nā nec ſi animal eſt, hō eſt: nec ſi animal eſt, riſibile eſt: ſi vero riſibile eſt, homo eſt: & econuerſo: Amplius oī ſpēi ineſt proprium cuius eſt ꝓprium, & ſoli & ſemp: genus vero, omni quidē ſpēi ineſt cuius fuerit genus, & ſemp, non tamē ſoli. Amplius ꝓpria quidē interēpta nō ſimul interimūt genera: genera interempta interimunt ſpecies quarum ſunt propria: Quare his interēptis quorū ſunt ꝓpria, & ipſa ſimul interimūtur.*

49. Tale ruſus proprium ſumit, ꝙ ad alterius cōparationem proprium nuncupetur. dicit .n. proprium eſſe generis prius eſſe quam propria. Oportet enim prius eſſe genus, qđ ueluti materia differentijs ſupponatur, venientibuſque

differẽtijs fieri ſpẽm, cum qbus ꝓpria naſcunẽ.Si igiẽ prius eſt genus,quã differentiæ, prius ẽt differentię,quam ſpẽs, & ſpecieb. ꝓpria coęquantur ; non eſt dubium quin ꝓpria generib. poſteriora ſint.atq; hoc qđ dictum eſſe,proprium eſſe generis,prius eſſe quam propria:cõę eſt generi cum differentia:differentię.n.ſpecies conformantes,priores conſiderantur eſſe,quam propria . Si qdem ſpecieb. ipſius priores ſunt,quas ꝓpria rõne determinant. ſed vt dictũ eſt,hoc proprium ad differentiam proprij intelligendũ eſt,nõ quale ſuperius propriũ per ſe cõſtitutum eſt.Rurſus differt genus à proprio,ꝙ quidem de plurib.ꝑdicatur ſpeciebus,proprium uero minime: nã neq; genus eſt,niſi plures ex ſe ſpecies proferat , nec proprium ſi alteri cuilibet ſpeciei poſsit eſſe cõe.Fit igitur ut genus quidem plurimas ſub ſe ſpecies habeat, ut animal hoĩem atq; equum proprium uero unam tm̃,ſicut riſibile hominem.Quo fit,vt illa quoq; proprietas ex differentia naſcatur.genus,n.prædicatur quidem de ſpeciebus,ipſum vero in nulla prędicatione ſupponitur . Proprium vero & ſpecies alterna prędicatione mutantur , Fit .n.prędicatio aut à maioribus ad minora, aut ab ęqualibus ad æqualia Genus igitur quod maius eſt, de ſpeciębus oĩb, ꝑdicatur:ſpecies vero qm̃ minores sũt , de generib. nõ dñr, vt aĩal de homine dicitur, hõ vero de animali nullo mõ ꝑdicatur.At uero proprium,qm̃ ſpeciei ęquale eſt,æque prędicatur , atq; ſponitur, vt riſibile de hoĩe dicitur,oĩs.n.hõ riſibilis eſt,eodemq; modo conuertitur. oẽ.n.riſibile homo eſt. Differt etiam proprium à genere, ꝙ proprium vni ſpeciei,& omni,& ſemper adeſt.Genus vero ex his quidẽ duo retinet,in uno vero diuerſum eſt.nam ſpecieb. ſuis & ſemper adeſt & omnibus,non vero ſolis;hoc.n.erat tm̃ proprijs eſſe,quod ſingulas ſpecies tm̃ continent;hoc autem generibus,qđ plures.igitur propria quidem ſingulas obtinent ſpecies,genera vero non ſingulas.adeſt igitur proprium vni ſoli ſpeciei,& ſemper,& omni, Genus vero & omni quidem, & ſemper,ſed non ſoli.præeſt.n.cunctis,quæ irrationabilia nuncupamus . Pręterea ſi auferamus genus , ſpecies interimuntur.nam ſi non ſit animal,non erit homo. ſi auferamus ſpecies non interimitur genus.nam ſi non ſit homo animal, non erit homo.ſi auferamus ſpecies non interimitur genus, nam ſi non ſit homo, animal non peribit.Species vero & ꝓprio,qm̃ ſunt ęqualia,alterna ſe uice conſumunt.nam ſi nõ ſit riſibile,homo non erit. ſi homo non ſit,riſibile non manebit.Conſumunt igitur genera ſub ſe poſitas ſpecies, non vero ab his inuicem conſumuntur. Species vero & propriũ inuicem perimuntur & perimunt.

### GENERIS ET ACCIDENTIS Comparatio.

*GENERI vero & accidenti commune eſt de pluribus(quemadmodum dictum eſt)prædicari,ſiue ſeparabile ſit accidens,ſiue inſeparabile:etenim & moueri de pluribus, & nigrum de coruis & de æthiopibus, & aliquibus inanimatis prædicantur.*

50.Nihil eſt quod inter cętera,ita ſit à generis ratione diſiunctum,ſicut eſt accidens . nam cum genus cuiuſlibet ſubſtantiam monſtret: accidens uero à ſubſtantia longe diſiunctum ſit. & extrinſecus ueniens , nihil vero notius cõę põt habere cum genere,quam de pluribus prędicari. Genus.n. de pluribus prędicatur ſpeciebus , accidens uero non modo de pluribus ſpeciebus,verum etiam generibus , animatis,atq; inanimatis,vt nigrum dicitur de rationali homine, & de irrationali coruo,& de inanimato ebeno Album etiã de cygno , & marmore. moueri de homine, dę equo, & de ſtellis,ac de agitatis,quę ſunt ſeparabilis accidẽtis exẽpla .

*Differt autem genus ab accidenti , quoniã genus ante ſpecies eſt,accidentia vero ſpeciebus poſteriora, ſunt: nã etſi inſeparabile accidẽs ſumatur,tamen natura prius eſt illud cui accidit,quã accidẽs.Et genera quidẽ quæ participãt,æqualiter participãt:accidẽtia vero nõ æqualiter. Intenſionem.n. & remiſſionẽ ſuſcipit accidẽtiũ participatio,generũ vero minime.Et accidẽtia quidẽ principaliter in indiuiduis cõſiſtũt genera vero,& ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtãtiis . Et genera quidẽ in eo qđ quid ſit ꝑdicãtur de his quæ ſub ipſis ſunt:accidẽtia vero in eo qđ quale aliquid ſit, uel quomodo ſe habet vnũquodque.qualis eſt.n.æthiops interrogatus,dicis, niger : & quomodo Socrates ſe habet,dicis,ſedet, uel ambulat.*

51. Differentiã generis & accidentis hanc primam ꝓponit, Qđ genus quidẽ ante ſpẽs ſit; qppe qđ materiæ loco eſt,& differentijs informatũ ſpecies gignit: at uero accidens eſſe poſt ſpecies inuenitur.Oportet.n.prius eſſe cui aliquid accidat,poſt vero ipſum accidens ſuperuenire. Nã ſi ſubiectum non ſit qđ ſuſcipiat,accidens eſſe nõ poterit.Qđ ſi genus qdẽ ſpecieb. ſubiectum eſt,non poſſunt eſſe ſpẽs, niſi eis genus uelut materia ſupponatẽ, Accidentia vero eſſe non poſſunt,niſi eis ſpẽs ſupponatur, nã manifeſtũ eſt genus qdem ante ſpẽs eſſe,accidentia uero poſt ſpẽs.Rurſus eſt alia differentia,qm̃ genus atq; intenſionẽ,neq; remiſsionẽ ſuſcipere põt. Quo fit,ut ꝙ participant genere, æqualiter eius nomen definitionemq; ſuſcipiant . Omnes.n.homines ęqualiter animalia ſunt,eodemq; modo equi: nec non inter ſe homo atq; equus,& cætera animalia comparata ęq; aĩalia ꝑdicantur. Accidentis vero participatio & intenditur & remittitur.Inueniens.n. quemlibet paulo diutius ambulantem & paulo amplius nigrũ. & ſi in ipſius ęthiopibus cõſiderabis, oẽs non æq; nigro colore eſſe obductos inuenies.Alia quoque differentia eſt,qm̃ omne accidens in indiuiduis principaliter ſubſiſtit. Genera vero ſpeciebus,& indiuiduis priora ſunt,niſi.n.ſingulariter corui nigredine īfecti eſſent, corui ſpẽs nigra eſſe nullo mõ diceretur . Ita fit, vt accidentia poſt indiuidua videãtur . Nã ſi prius eſt id cui aliquid accidit,ꝗ̃ illud qđ accidit,non eſt dubium prius eſſe indiuidua, poſterius vero accidens. Genera vero & ſpecies ſupra indiuidua conſiderantur:hoc iccirco fit,qm̃ de his omnibus ꝑdicantur,eorumq; ſubſtantiam propria prædicatione conſtituunt.ſed dici põt,genera quoq; & ſpecies poſteriora indiuiduis inueniri. Niſi.n.ſint ſinguli hoĩes, ſinguliq; equi,hominis atq; equi ſpẽs eſſe non poſſunt:& niſi ſint ſingulę ſpecies,earũ genus aĩal eſſe non poterit. Sed meminiſſe debemus ſuperius dictum eſſe genus non ex his ſumere ſubſtantiã de quib.prędicatur,ſed de eo potius quo differẽtijs conſtitutiuis eius ſubſtantia formaq; perficitur . Itaq; ſi genus quidem diuiſiuis differẽtijs interemptis non perimitur,ſed manet in ijs , quæ eius conſtitutiuæ ſunt, quę eius formam definitionemq; perficiunt: cumq; differentię diuiſiuæ generis,ſpeciebus ſint priores(ipſę.n.ſpecies conformant atque conſtituunt ) non eſt dubium quin genus etiam pereuntib. ſpeciebus poſsit in propria ꝑmanere ſubſtantia, idẽ de ſpẽbus dictum ſit.Species.n.ſuperiorib. differentijs non poſterioribus indiuiduis formantur.Quę cum ita ſint,ſpecies quoque ante indiuidua ſubſiſtunt.Accidentia vero,niſi ſint quibus accidant , eſſe non poſſunt;nullis vero prius accidunt , quam indiuiduis.Hęc.n.generationi & corruptioni ſuppoſita,uarijs ſemper accidentibus permutantur.Illam quoque annumerat differentiam quę dicta eſt ſuperius,quod genus quia rem demonſtrat , & de ſubſtantia prędicatur, in eo ꝙ quid eſt dicitur;Accidens vero aut in eo quod quale eſt,aut in eo quod quomodo ſeſe habet res. Nam ſi qualitatem interroges,accidens reſpondebitur,ut ſi qualis eſt coruus:niger,Si quomodo ſe habet: aliud rurſus accidens, aut ſedet, aut uolat , aut crocitat . Nam cum accidens in nouem prędicamenta diuidatur, qualitatem, quantitatem,ad aliquid, ubi , ſitum , habitum , quando , facere , pati , cætera quidem omnia in quomodo ſe habet interrogatione ponuntur , qualitas vero in qualitatis ſciſcitatione reſponderi

ſolet

ſolet. Nam ſi interrogemur qualis eſt æthiops: reſpondebimus accidens, id eſt niger. Si quomodo ſe habeat Socrates nunc dicimus, aut ſedet, aut ambulat, aut ſuperiorum aliquod accidentium.

## COMPARATIONVM NVMERVS.

*Genus itaque quomodo ab aliis quatuor differat dictum eſt. Contingit aūt etiam vnumquodq; aliorū differre ab alijs quatuor, vt cū quinq; quidē ſint, & unumquodque ab alijs quatuor differat, quater quinque uiginti fiant oēs differentiæ: ſed non ſic ſe res habet, ſed ſemper poſterioribus enumeratis, & ſecundis quidē una differētia ſuperatis, propterea quia iam ſumpta eſt: tertijs uero, duabus: quartis vero, tribus: quintis vero, quatuor: decēſiūt omnes differentiæ, quatuor, tres, duæ, una. Genus etenim quo differt a differentia & a ſpecie, & a proprio, & ab accidente dictū eſt, quatuor ergo ſunt generis differentiæ. differentia vero quo differt a genere dictum eſt, quādo quo differt genus ab ea dicebatur: relinquitur ergo quo differat a ſpecie, proprio, & accidenti dicere, & ita ſiūt tres. Rurſus ſpecies quo quidē differt a differentia, dictū eſt quādo quo differt a ſpecie differentia dicebatur, & quo differat a genere, dictū eſt, quādo quo differat genus a ſpecie dicebatur. reliquū eſt igitur quo differat ſpecies a proprio, & ab accidenti dicere, & ſunt duæ hæ differentiæ. Quo autem differt proprium ab accidenti relinquitur: nā quo à genere, & ſpecie, & differentia differat, prædictum eſt in illorum ad ipſum differentijs, quatuor igitur ſumptis generis differentijs ad alia, tribus vero differentiæ, duabus ſpeciei, vna autem proprij ad accidens, decem erunt omnes, quarum quatuor quæ erant generis ad reliqua, ſuperius demonſtrauimus.*

52 Qm̄ differētias atq; cōitates gn̄ris ad differentiā, ſpēm, propriū, atq; accidēs perſecutus eſt: idem quoq; de cęteris facere cōtendēs, prædicit quot oēs differētiæ poſſunt eſſe, quę inter ſe comparatis commiſtisq; rebus ijs q̄ ſupra poſitæ ſunt, efficiantur. Sunt aūt .xx. nā cū quinq; ſint res, & vna quæq; res earum a quatuor alijs differat, quinquies quater differētię fiunt, quod appoſitarum literarū manifeſtat exēplo. Sunt quinq; res, veluti quinq; literæ .a.b.c.d.e. differat igitur .a. quidē ab alijs, quatuor idest b.c.d.e. fient quatuor differētię. Rurſus .b. differat ab alijs quatuor, idest a.c.d.e. erūt rurſus quatuor, quę ſuperioribus iūctę octo cōiungūr. C. vero tertia à reliquis differt quatuor, videlicet .a.b.d.e. q̄ quatuor differentię ſuperioribus octo copulatę .12. reddunt. Quarta .d. ſi reliquis quatuor cōparet, differt eq; ab eiſdē, idest .a.b.c.e. fient igit rurſus quatuor q̄ ſuperioribus .12. appoſitæ .16. copulāt. Qd̄ ſi ultima .e. ab alijs quatuor differat, videlicet .a.b.c.d. fiēt alię quatuor differentiæ, quę cōpoſitę prioribus .xx. perficiūt, & fit quidem huiuſmodi deſcriptio.

| Genus | Differentia | Species | Proprium | Accidens |
|---|---|---|---|---|
| a | b | c | d | e |
| b c d e. | a c d e. | a b d e. | a b c e. | a b c d. |

Quę cū ita ſint, in generibus quoq; & ſpeciebus & cęteris idem conſiderabitur. Erūt ergo quatuor differentię quibus genus a differentia, ſpecie, proprio, accidentiq; diſiungitur. Alię rurſus quatuor, quibus differentia a genere, ſpecie, proprio, atq; accidēti diſcrepat. Rurſus quatuor ſpeciei ad genus, differētiā, propriū, atq; accidēs. Quatuor ēt proprij ad genus, differētiā, ſpēm, atq; accidens. Quatuor inſuper accidentis ad genus, differentiā ſpēm, atq; propriū. Quę cōiunctę omnes uiginti explicant differentias. Sed hoc uiget ſi ad numeri referatur naturam cōparationiſq; alterutationem. Nam ſi ad ipſas differentiarū naturas vigilās lector aſpicit eaſdem ſępe ſumptas differencias inueniet. Quo enim genus differt a differentia, eodē differētia diſtat a gn̄re: & quo differētia diſtat a ſpē, eodē ſpēs à differētia diſgregat, & in cęteris eodē modo. In hac igitur differētiarū diſpoſitione, quā ſupra diſpoſui, eaſdē ſępius annumeraui. At ſi differentiarū ſimilitudines detrahamus, decē fient oīno differētiæ, quas ad p̄ſentē tractatū velut diuerſas atq; diſſimiles oportet aſſumi. Age.n. differat genus a differentia, ſpē, proprio, atq; accidenti, quatuor differentijs, quas ſupra iā diximus, Itē ſumamus differētiā, diſtabit hęc a gn̄re primū, de hinc à ſpē, proprio, atq; accidenti, ſed quo diſcrepet a gn̄re iā ſuperius explicatum eſt, cum diceremus quo genus a differentia diſcreparet. Detracta igitur hac cōparatione, qm̄ ſupra cōmemorata eſt, relinquuntur tres diſcrepantię, quibus differentia a ſpecie, proprio, accidentiq; diſiungitur, quę iūctę cum ſuperioribus quatuor, ſeptē reddunt differentias, Poſt hanc ſpecies ſi ſumatur, quatuor quidem eius erunt differētiæ ſm̄ numeri diuerſitatem, cum ad genus, differentiam, proprium, atq; accidens cōparatur, ſed priores duæ cōparationes iā dictę ſunt. Nā quo ſpecies differat a genere, tunc dictum eſt, cum quid genus differret a ſpecie dicebamus: quo vero ſpecies a differentia diſtet commemoratum eſt, cū differentiæ ad ſpeciem diſſimilitudines redderemus. Quib. detractis duę ſuperſunt integrę atque intactę ſpeciei ad propriū & accidens diſcrepantię, quæ iunctę cum ſeptem, nouem differencias copulant. Proprij vero ſi ad numerum differentię cōſiderentur, quatuor erunt ad genus, differentiā, ſpeciem, atq; accidens comparati: quarum quidem tres ſuperiores differentię iam dictæ ſunt. Nam quid a genere proprium diſtet tunc dictum eſt, cum quid genus a proprio diſtaret oſtendimus. Rurſus quid proprium a differētia diſcrepet, in colligenda diſtantia differentię proprijque ſuperius demōſtratum eſt: nā quid propriū differt a ſpē, tunc expoſitum eſt, qn̄ quid ſpecies diſtaret a proprio dicebatur. Reſtat igitur differentia vna proprij ad accidens, quæ ſuperiorib. iuncta, decem differentias claudit. Accidentis vero ad cætera poſſent, quidē eſſe quatuor, niſi iam oēs probarētur eſſe conſumptæ. Nam quid differat vel genus, vel differētia, vel ſpecies, vel propriū ab accidēti ſupra monſtratum eſt, nec ſunt plus diuerſę differentię accidētis ad cætera, quā cęterorum ad accidēs. Itaq; fit vt cū ſit quinq; rerum numerus, ſi prima aſſumatur, quatuor fiant differentię: ſi ſecunda res, uincanturq; ſecundę rei ad cęteras differētię, a primis quatuor una tm̄ diſtantia. Nam cū prima habuerit quatuor, ſecūda retinet tres. Tertia uero ſi ſumatur, duas habebit differētias, quę uincuntur a primis quatuor, differentijs duabus. Quarta uero ſi ſumatur, nam habebit differentiam, q̄ vincitur a primis quatuor, differentijs tribus. Quinta uero, qm̄ nullam habebit omnino differentiam nouam, totis quatuor a primis differentijs ſuperatur: atq; hoc numerorum gradu quidem vſq; ad denarium numerum tēditur, quatuor, tres, duę una. vt generis quidem quatuor: differentię uero tres, ſpeciei duę: proprij vna: accidentis nulla ſit. primę generis quidem comparationes quatuor nouas tenent differentias: ſecundę vero differentię comparationes, tres nouas tenēt, vna.n. ſuperius enumeratā eſt: uincitur autem a primis quatuor nouis differentijs, vna tantum: ſpeciei vero tertia comparatio duas tantum habet differentias nouas, duas quippe ſuperius enumeratas cognoſcimus, & vincit a quatuor primis duabus tātum differentijs nouis: proprium vero vnā tātum retinet, nouam, quoniam tres habet ſuperius enumeratas, vinciturq; a prima nouis tribus differentijs: quinti vero accidentis comparationes, quoniam nullam retinent nouam differentiam, totis quatuor a primis generis tranſcenduntur. Atq; ad hunc modū ex viginti differentijs ſm̄ numerum, decem ſecundum diſſimilitudinem cōtrahuntur; vt tn̄ has ſecundum diſſimilitudinē differentias non in quinario tantum numero, verū in cęteris quoque notas habere poſſimus, dabitur regula talis, quę plenam differentiarum diſ-

*Proprium autem differentiæ eſt, quod hæc quidem de pluribus ſpeciebus dicitur ſæpe, vt rationale de homine, & de Deo: propriũ vero de vna ſola ſpecie, cuius eſt proprium. Amplius differentia illis eſt conſequens, quorum eſt differentia, ſed non conuertitur; propria vero conuerſim prædicantur de his quorum ſunt propria, propter id quod conuertuntur.*

56 Diſtat a proprio differentia, quia differentia plures ſpẽs claudit ac de his omnibus ꝑdicatur: propriũ vero vni tantũ ſpeciei coniungitur atque æquatur. Rationale.n. de homine atq; de Deo ꝑdicatur: quadrupes vero de equo, & cæteris quadrupedib. Riſibile vero vnã tm̃ ſpeciẽ continet, i. hominem, vnde fit ut differentia ſemper ſpeciem conſequatur: ſpẽs uero differentiã minime. Propriũ vero ac ſpẽs alternis ſeſe uicib. æqua ꝑdicatione comitantur. Sequi vero dicitur aliquid, qđ qualibet re prius nominata, poſterius reliqua conuenit nuncupari, vt ſi dicam omnis homo rationabilis eſt, prius hominem, poſterius differẽtiam poſui. Sequitur ergo differentia ſpẽm. At ſi conuertã nomina, dicamq; omne rõnabile homo eſt, propoſitio non tenet veritatem. Igitur ſpecies nulla ratione differentiam comitatur: proprium uero, & ſpecies quia conuerti poſſunt, mutuo ſe ſequuntur, ut omnis homo riſibilis eſt, & omne riſibile homo.

## DIFFERENTIAE ET ACCIDENTIS.

### Comparatio.

*Differentiæ autem & accidenti commune quidẽ eſt de pluribus, dici commune uero ad ea quæ ſunt inſeparabilia accidentia ſemper & omnibus adeſſe, bipes enim ſemper adeſt omnibus hominibus, & omnibus coruis, & nigrum ſimiliter.*

Duo quidẽ differentię & accidentis communia ꝓponit, quorũ vnum inſeparabilib. & ſeparabilib. accidentib. cum differentia cõe eſt. Ab altero uero ſeparabile accidẽs ſegregatur. Tm̃ vero inſeparabile ſecunda cõmunione clauditur. Eſt.n. cõe differentię cũ oĩbus accidentibus de pluribus ꝑdicari. Nã & ſeparabilia & inſeparabilia accidentia, ſicut differentia de pluribus ſpeciebus & indiuiduis ꝑdicanĩ; ut bipes de coruo atq; cygno nuncupatur & de his indiuiduis ꝗ ſub coruo & cygno ſunt. Item de eodem coruo atq; cygno, album & nigrum, ꝗ ſunt inſeparabilia accidentia, ꝑdicanĩ. Ambulare.n. & ſtare, dormire ac uigilare, de eiſdẽ dicimus, ꝗ ſunt accidentia ſeparabilia. Reliqua vero cõmunitas ea tm̃ accidentia videt includere, ꝗ ſunt inſeparabilia. Nam ſicut differentia ſp ſubiectis ſpeciebus adhęreſcit, ita etiã inſeparabilia accidentia nunq̃ videntur deſerere ſubiectũ. ut .n. bipes, ꝗ eſt differentia, nunquam coruorum ſpeciem derelinquit: ita nec nigrum ꝙ accidens inſeparabile eſt, differentia vero iccirco non relinquit ſubiectum, qm̃ eius ſubſtantiam complet ac perficit. Accidens vero hmõi eſt, quia non poteſt ſeparari: neq; enim poſſet eſſe accidens inſeparabile, ſi ſubiectum aliquando relinqueret.

*Differunt autem, quod differentia quidem continet, & non continetur: cõtinet.n. rationalitas hominem, & Deũ accidentia vero quodammodo continent, eo quod in pluribus ſunt; & quodammodo cõtinentur, eo quod nõ vnius accidentis ſuſceptibilia ſunt ſubiecta, ſed plurimorum. Et differentia quidem in intenſibilis eſt & irremiſſibilis, accidentia vero minus & magis recipiunt. Amplius imper miſta ſunt quidem contrariæ differentiæ, miſcentur vero contraria accidentia. Huiuſmodi quidem cõmuniones & proprietates differentiæ, & cæterorum ſunt. Species vero quo quidem differat a genere, & differentia, dictum eſt, quãdo dicebamus quo genus, et differẽtia differat a cęteris: reliquũ eſt quo differat a proprio et accidenti dicere.*

57 Poſt differentię & accidentis redditas cõitates, nunc de eorũ differentijs tractat. Ac primũ quidem talem ꝓponit differentia oĩs, inqt ſpeciem cõtinet. Rõnabilitas.n. continet hoĩem, qm̃ plus rõnabilitas, ꝗ ſpẽs, i. hõ, ꝑdicat, ſupgreſſa.n. ſubſtãtiã hoĩs in Deũ vſq; diffundit. Accidẽtia vero aliqñ qdem cõtinent, aliqñ cõtinenĩ. Cõtinẽt qdem, qa quod libet vnũ accidens ſpeciebus adeſſe plurib. cõſueuit, ut album cygno & lapidi, vt nigrũ coruo, & ęthiopi, atq; ebeno. Cõtineni vero, qm̃ plura accidentia vni accidũt ſpeciei, vt videat illa ſpecies plura accidentia cõtinere. cũ .n. æthiopi accidat ut ſit niger, accidat vt ſit ſimus, vt criſpus, ꝗ cuncta accidentia ſunt ęthiopis: ſpecies ꝗ eſt hõ, intra ſe plurima accidentia videt includere. Huic occurri põt: qm̃ differentię quoq; aliquo mõ cõtinenĩ, aliquo mõ cõtinent, ut rõnabilitas cõtinet hoĩem: plus.n. ꝗ de hoĩe, ꝑdicat, cõtinet quoque ab hoĩe, qm̃ nõ ſolũ hãc differentiã hõ cõtinet, verum etiam mortale. Rñdebimus contra hoc: ſola quęcunq; ſubſtantialiter de plurib. ꝑdicantur, ab his de qbus dicuntur, non poterunt cõtineri, quo fit, vt differentię qdem non continerantur a ſpecie, & ſi ſint plures differentię ꝗ ſpeciem informent. Accidentia uero cõtinentur, quoniã accidentia ſpeciei ſubſtantiam nulla ꝑdicatione cõſtituũt; nam nec ꝓprie vña dicũtur accidentia, cũ de ſpecieb. plurib. dicũtur. Differentiæ vero maxime dicũtur vña, & ꝓprię. Quę.n. quorũ libet vña ſunt ea neceſſe eſt eorũ quorũ ſunt vña, etiã ſub ſtantiã cõtinere. quo fit vt, qa ſubſtantiam differentię mon ſtrant, intenſione ac remiſſione careant: vna.n. queq; ſubſtãtia neq: contrahi, neq; remitti põt. At uero accidentia, qm̃ nullam cõſtõnem ſubſtãtia ꝓfitentur, intenſione creſcunt, & remiſſione decreſcunt. Illa quoq; eorũ eſt differentia, ꝙ differentiæ contrarię permiſceri, ut ex eis fiat aliquid non queunt. Accidentia uero contraria, ut ꝗdam medietas ex alterutra contrarietate naſcatur cõiungũtur. Ex rõnabili.n. & irrationabili nihil unũ iungi põt: ex albo vero, & nigro cõiũctis fit aliquis medius color. Expoſitis igitur diſtantijs differentiæ ad cætera, reſtat de ſpecie dicere, cuius quidẽ differentias ad genus ante collegimus, cũ gñis ad ſpeciẽ differentias dicebamus, eiuſdem etiam ſpeciei diſtãtias ad differentiã diximus, cũ differentię ad ſpeciem diſſimilitudines monſtrabamus. Reſtat igitur ſpeciem proprio, & accidenti communione coniungere, tum differentijs ſegregare.

## SPECIEI ET PROPRII.

### Comparatio.

*Speciei vero, & proprij commune eſt quidem de ſe inuicem prædicari. nam ſi homo eſt, riſibile eſt, ac ſi riſibile, homo: riſibile vero ſecundum id, quod natum eſt ridere accipi, ſæpe iam dictum eſt. Commune eſt quoq; æqualiter participari; æqualiter.n. inſunt ſpecies his quæ eorum participant, & propria quorum ſunt propria.*

58 Cõe inqt habẽt ꝓprium atq; ſpẽs ad ſeipſa ꝑdicationes habere cõuerſas. Nam ſicut ſpẽs de ꝓprio ita proprium de ſpecie ꝑdicat, nã vt eſt hõ riſibilis, ita eſt riſibile hõ. Idq; iã ſuperius dictum eſſe cõmemorat, cuius cõitatis rõnẽ ſubdit eam. qua æqualiter ſpẽs indiuiduis participantur, ſicut eadẽ ꝓpria his quorum ſunt ꝓpria, ꝗ rõ nõ uidet ad cõuerſionẽ ꝑdicationis accommodata, ſed potius ad illam aliam ſimilitudinẽ, qa ſicut ſpecies æqualiter ab indiuiduis participantur, ita et propria. eq.n. Socrates, & Plato hoĩes ſunt, ſicut et riſibiles. Itaq; tanq̃ aliam cõionẽ debemus accipere illud ꝙ eſt additum, æqualiter .n. ſunt ſpecies his ꝗ eorum participant, & ꝓpria quorum ſunt ꝓpria. An magis intelligendum eſt hoc modo dictum, tanq̃ ſi diceret æqualia ſunt ſpẽs, & propria: nam qa ſpecies eorũ ſunt ſpecies ꝗ ſpeciebus ipſis participant: & propria eorum propria ꝗ proprijs participant, proprium atq; ſpecies ęqualiter vtriſq; inſunt i. neq; ſpecies ſuperuadit ea ꝗ ſpecie participant, neq; propria ſuperuadunt ea quę proprijs participant. Cumque hæc propria ſpecierum ſint propria, ſpecies ac propria ęqualia eſſe neceſſe eſt, atq; inuicem prędicari.

*Differt aũt ſpecies a proprio, quoniã ſpecies quidẽ poteſt, & aliis eſſe genus, propriũ uero aliarũ ſpẽrũ eſſe impoſſibile eſt. Et ſpẽs quidẽ ante ſubſiſtit quã propriũ, propriũ uero poſt ſit in ſpẽ. oportet .n. ante hominẽ eſſe: ut ſit riſibile. Amplius ſpecies quidẽ sẽper actu adeſt ſubiecto; proprium uero aliquando actu, poteſtate uero ſemper. hõ.n. ſemper actu eſt Socr. non uero ſemper ridet, quãuis ſit natura ſemper riſibilis. Amplius quorum termini differentes ſunt, & ipſa ſunt differentia, eſt aũt ſpeciei quidẽ, eſſe ſub genere, & de pluribus differentibus numero in eo quod quid ſit prædicari, & cætera huiuſmodi: proprii uero eſt, ſoli, & omni, & ſemper adeſſe.*

59. Primam proprij, & ſpeciei differentiam dicit, qm̃ ſpecies p̃t aliqñ in alias ſpecies deriuari, id eſt poreſt eſſe genus, ut animal cũ ſit ſpecies animati, p̃t eſſe genus hominis ſed nunc nõ de his ſpeciebus loquitur, q̃ ſunt ſpecialiſſime, atq; hunc confundere uiderur errorẽ, quod cum de his ſpecieb. dicere propoſuerit, quæ eſſent ultimæ, nunc de his q̃ ſunt ſubalternæ, & ſepe locum g̃nis obtineant diſſerit: propria uero nullo modo genera eſſe p̃nt, qm̃ ſpecialiſſimis adæquantur. Quæ qm̃ genera eſſe nequeunt, nec propria, q̃ ſunt ipſis æqualia, eſſe permittuntur. Rurſus ſpecies ſp ante ſubſiſtit quam proprium, niſi.n. ſit hõ, riſibile eſſe nõ poterit, & cum iſta ſimul ſint, tamen ſubſtantiæ cogitatio prę cedit proprij rõnẽ. Oẽ.n. proprium in accidentis g̃ne collocatur. Eo.n. differt ab accidenti, q̃a circa omnem ſolam quãlibet vnam ſpẽm vim propriæ prædicationis continet. accidens autem qñ continet, ad multas ſpecies poteſt diffundi. Quod ſi priores ſunt ſubſtãtię, q̃ accidentia, ſpecies vero ſubſtantia eſt proprium uero accidens nõ eſt dubium, quin prior ſit ſpẽs, ꝓprium vero poſterius. Diſcernuntur ẽt ſpecies a proprio actus poteſtatiſq; natura. Species.n. actu ſemp indiuiduis adeſt. Propria vero non ſp, ſed aliquoties actu, p̃tãte autem ſemper. Socrates.n. & Plato actu ſunt homines non uero ſp actu rident, ſed riſibiles eſſe dicuntur, quia tametſi nõ rideant, ridere rñ p̃nt. Natura itaq; ſpecies, & proprium ſemper ſubiectis adeſt: ſed actu ſpẽs, propriũ vero non ſemper actu, vt dictum eſt. At rurſus qm̃ definitio ſubſtantiã monſtrat quorum diuerſę ſunt definitiones, diuerſas neceſſe eſt eſſe ſubſtãtias ſpeciei vero, & proprij diuerſæ ſunt definõnes, diuerſæ igitur ſunt ſub̃æ. Eſt autem ſpeciei definitio ſub g̃ne eſſe, & de plurib. numero differentibus in eo quod quid ſit pręđicari, quã ſuperius frequẽter expoſitã nunc iterare non opus eſt. Proprium vero ita definitur. Proprium eſt quod vni, & uĩ, & ſemper ſpeciei adeſt. Quod ſi definitiones diuerſę ſunt, non eſt dubium ſpeciem, & proprium ẽm naturæ ſuæ terminos diſcrepare.

## SPECIEI ET ACCIDENTIS
### Comparatio.

*SPeciei uero, & accidentis commune quidem eſt de pluribus prædicari, raræ uero ſunt aliæ communitates, propterea quod plurimum diſtant a ſe accidens, et id cui accidit.*

60 Speciei, & accidentis ſimilitudinem cõem dicit de pluribus, p̃dicari, de plurib.n. dicitur ſpẽs, ſicut & accñs. Raras vero dicit eſſe alias eorum cõiones, idcirco qm̃ longe, diuerſum eſt, id quod accidit, & cui accidit. Cui.n. accidit ſubiectum eſt atq; ſuppoſitum. Quod uero accidit ſuperpoſitum eſt, atq; aduenientis naturę. Item quod ſupponitur ſubſtantia eſt, quod uero uelut accñs p̃dicatur, extrinſecus venit. Quę oĩa multã eius ꝙ eſt ſubiectum, & eius quod eſt accñs, differentiam faciunt: tamen inueniri ẽt aliæ poſſunt ſpeciei & accidentis inſeparabilis communitates, ut ſemper ſubiectis adeſſe. æque .n. homo ſingulis hominib. ſemper adeſt, & inſeparabilia accidentia ſingulis indiuiduis prẹſto ſunt, & ꝙ ſicut ſpẽs de his quę continet indiuidua, ęque de plurib. & accidentia indiuiduis prædicantur. Nam homo de Socrate & Platone: Nigrum uero atque album de plurib. coruis, & cygnis quibus accidit, nuncupatur.

*Propria uero utriuſq. ſunt, ſpeciei quidem in eo quod quid eſt prædicari de his quorum eſt, ſpecies accidentis autem in eo quod quale eſt, uel quomodo ſe habens. Amplius unamquamque ſubſtantiã, una quidem ſpecie participare, pluribus autem accidentibus, & ſeparabilibus, et inſeparabilibus. Et ſpecies quidem ante intelligi poteſt quam accidentia, etiam ſi ſint inſeparabilia: oportet .n. ante eſſe ſubiectum, ut illi aliquid accidat, accidentia uero poſterioris generis ſunt, & aduentitiæ naturæ. Et ſpeciei quidem participatio æqualiter eſt, accidentis uero vel ſi inſeparabile ſit, non æqualiter: æthiops enim plus alio æthiope habebit colorem, uel intenſum, uel remiſſũ ſecundum nigredinem. Reſtat igitur de proprio, & accidenti dicere, quo enim proprium a ſpecie, & differentia, & genere differt dictum eſt.*

61. Quod nunc proprium ſpẽi, & accidentis ſe exequi pollicet, tale proprium intelligendum eſt, qđ ut ſuperius dictũ eſt, ad cõparationẽ dicatur differentiũ rerũ. Spẽs uero ĩ eo quod quid eſt p̃dicatur, accidẽs uero in eo quod quale eſt: qua differentia non ab accidentib. ſolũ ſpẽs diſcernit, uerũ ẽt a differentiis, & propriis, nec ſolũ ſpẽs, ab, eiſdem, uerũ ẽt genus. Preterea qđ ſpecies in eo qđ quid eſt prædicatur accñs uero in eo quod q̃uo ſe habeat, id quoq; cõe eſt ſpeciei cũ g̃ne: genus quippe ab accidenti in ęo quod quid eſt, & q̃uo ſe habeat prędicatione diuiditur. Item unamquamq; ſubſtantiam una uidetur ſpecies continere, ut Socr. hõ, atq; ideo Socr. una tm̃ propinquitas ſpeciei eſt, hoĩs. Rurſus indiuiduo equo una ſpecies equi eſt proxima. Itemq; in cæteris, vnicuiq;.n. ſubſtantiæ una ſpecies præeſt. at uero unicuique ſubſtantiæ non unum accidens iungitur. unicuiq; enim ſubſtantiæ plura ſp accidentia ſuperueniunt, ut Socr. ꝙ caluus, ꝙ ſimus, ꝙ glaucus, ꝙ propenſo uentre, & in aliis quidem ſubſtantiis de numero accidentiũ idem conuenit dicere. De hinc ſemper ante accidentia ſpecies intelliguntur. niſi.n. ſit hõ cui accidit, aliquod accidens eſſe non poterit: & niſi ſit quęlibet ſubſtantia cui accidens poſſit adiungi, accidens non erit. Omnis aũt ſubſtantia propria ſpecie continetur, recte igitur prius ſpecies, accidentia uero poſterius intelliguntur. Poſterioris.n. ſunt generis, ut ait, & aduentitię naturę. Nã q̃ ſubſtantiam non informant, recte aduentitiæ naturæ eſſe dñr, & poſterioris generis. His.n. ſubſtantiis ad ſunt q̃ ante differentiis informatę ſunt. Rurſus qm̃ ſpẽs ſub̃am monſtrat, ſub̃a uero (ut dictum eſt) intenſione ac remiſſione caret, ſpeciei participatio intentionem remiſſionẽ que non ſuſcipit. Accidens uero uel ſi inſeparabile ſit, põt intenſionis remiſſioniſq; cremento & decremento uariari, vt ipſum inſeparabile accidens qđ ęthiopib. ineſt, nigredo. Põt.n. quibuſdam talis adeſſe ut ſit fuſcis proxima, aliis nero talis, vt ſit nigerrima. Reſtat nunc proprii accidentiſque cõiones ac differẽtias perſequi. Sed quo proprium differat a genere, ſpecie, & differentia, ſuperius demonſtratum eſt, cum quid genus, ſpecies, & differentia a proprio diſtaret oſtẽdimus. Nũc reliqua de cõitate & differentia conſideratio eſt, quæ proprium accidentib. aut iungit, aut ſegregat.

## PROPRII ET ACCIDENTIS
### Comparatio.

*COmmune autem proprii, & accidentis inſeparabilis eſt, quod præter ipſa nunquam conſiſtant ea in quibus conſiderantur, quemadmodum enim præter ri-*

ſibile

*ſibile non ſubſiſtit homo,ita nec præter nigredinem ſubſiſtit æthiops,& quemadmodum ſemper, & omni adeſt proprium,ſic & inſeparabile accidens.*

62. Quoniam proprium ſemper adeſt ſpeciebus,nec eas ullo modo relinquit,qm̃que inſeparabile accidens a ſubiecto non poteſt ſegregari,hoc illis inter ſe videtur eſſe cõe, ꝙ ea quibus inſunt,præter propria,& ſeparabilia accidentia eſſe non poſſunt. Inſeparabilia uero accidentia comparat proprio, qm̃ ut in ſpecie dictum eſt,rariſſime ſunt ſpeciei atq; accidentis ſĩlitudines. Quocirca multo magis proprij atq; accidentis cõitates difficile reperiuntur:accñs.n. in cõtrarium diuidi ſolet,in inſeparabile accñs atq; ſeparabile, q̃ uero ſub gñe in contrariũ diuidũtur,ea nullo alio niſi tm̃ gñis prędicatione participant.Quod ſi proprium inſeparabile quoddã accñs eſt,a ſeparabili accidẽti plurimũ differt, atq; iõ nullas proprij,& ſeparabilis accidentis ſimilitudines quęrit.Sed qm̃ ipm̃ proprium certis quibuſdam rationibus ab inſeparabilibus accidentibus differt, horum & cõitates inueniri poſſunt,& inter ſe differentię. quarum una quidem ea eſt,quam ſuperius expoſuimus:ſecunda uero, qm̃ ſicut proprium ſemper & omni ſpeciei adeſt,ita ẽt inſeparabile accidens. Nam ſicut riſibile omni homini, & ſemper adeſt.ita ẽt nigredo omni coruo,& ſemper adiuncta eſt.

*Differt autem quoniã proprium uni ſoli ſpeciei adeſt, quẽadmodum riſibile hoĩ:inſeparabile uero accidens, ut nigrum,nõ ſolum æthiopi,ſed ẽt coruo adeſt,& carboni, & ebeno,& quibuſdã aliis. Amplius proprium cõuerſim de eo cuius eſt proprium,prædicatur: inſeparabile uero accidens cõuerſim non prædicatur. Et propriorum quidẽ æqualis eſt participatio,accidẽtium uero hæc quidẽ magis,illa uero minus. Sunt quidẽ & aliæ cõitates, & proprietates eorum quæ dicta ſunt,ſed ſufficiunt hæc, & ad diſcretionẽ ipſorum, & ad communitatis traditionem.*

63. Proprij atq; accidentis prima quidem differentia eſt, quia proprium ſemper de una tm̃ ſpecie dicitur, accidens vero minime,ſed eius ꝓdicatio in plurimas diuerſi generis ſubſtantias ſpecieſq; diffunditur.riſibile.n.de nullo alio niſi de hoĩe ꝓdicatur: Nigrum uero,qđ eſt quibuſdã inſeparabile accñs,tã coruo,& æthiopi,q̃ diuerſa ſunt ſpecie, quam coruo atq; ebeno q̃ differunt generibus non tm̃ ſpecie,ꝑſto eſt.quo fit,ut propriis quidẽ conuerſio ęqua ſeruetur, in accidentib. uero minime.Qm̃.n.propria in ſingulis eſſe ſuum habent,atq; oẽs continent ſpecies proprias, conuerſo ordine ꝓdicantur. Nam quod riſibile eſt,homo eſt, & quod hõ riſibile:nigrum uero non ita,ſed ipſum quidem de his ꝓdicari pt̃ quibus ineſt.Illa uero ad huius prędicationem conuerti retrahiq; non poſſunt:nigrum .n. de carbone, ebeno, homine,atq; coruo prędicatur, hęc uero de nigro minime. Nam q̃ plura continent de his q̃ continẽt, ꝓdicari poſſunt, ea vero q̃ continentur de ſeſe continentibus nullo modo prędicantur.Rurſus proprium quidem ęqualiter participatur, accidens remiſſionibus atque intenſionibus permutatur:omnis.n.hõ ęque riſibilis eſt,ęthiops uero non æqualiter niger eſt,ſed(ut dictum eſt)aliquis quidem paulominus niger,alius vero teterrimus inuenitur.Et de proprij q̃dem atq; accidentis differẽtijs ſatis dictum eſt,reſtabat uero accidentis ad cæteras cõiones proprietateſq; explicare, ſed iam ſuperius annumeratæ ſunt,cum generis,differẽtiæ, ſpeciei,proprij,& accidentis ſimilitudines ac differentias aſſignauimus.Fortaſſe autem his inſtitutus animus, & ſolertior factus,alias ꝑter eas, quas nunc diximus, communitates & differentias quinq; rerum.q̃ ſuperius ſunt poſitæ, reperiet, ſed ad diſcretionẽ,atq; ad eorum ſimilitudines comparandas ea fere q̃ ſunt dicta ſufficiant. Nos etiam qm̃ promiſſi operis portum tenemus,atque huius libri ſeriẽ primo quidem a rhetore Victorino,poſt uero a nobis latina oratione conuerſam gemina expoſitione patefecimus,hic terminum longo ſtatuimus operi,continenti quinque rerum diſputationem,& ad prędicamenta ſeruienti.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI,

# IN CATHEGORIAS ARISTOTELIS

## *Liber Primus.*

EXPEDITIS his quę ad predicamẽta Ariſt.Porphyrij inſtitutione digeſta ſũt, hos quoq; cõmentarios,in prædicamẽta præſcribens,mediocris ſtyli ſeriem perſecutus,nihil de altiorum q̃onum tractatione permiſcui,ſed dilucidandi moderatione ſeruata,nec augere lectorẽ breuitate volui,nec dilatione confundere. Quare prius breuiter huius operis aperienda videtur intentio,quæ eſt hmõi. Rebus pręiacentibus,& in ꝓpria principaliter naturæ conſtitutione manentibus,humanũ ſolũ genus extitit, quod rebus noĩa poſſet imponere.Vñ factum eſt, vt ſigillatim oĩa proſecutus hoĩs aius,ſingulis uocabula reb. aptaret.Et hoc quidẽ.v. g. corpus,hoĩem vocauit:illud uero,lapidẽ:aliud, lignum:aliud uero,colorem.Et rurſus quicunq; ex ſe alium genuiſſet,patris vocabulo nuncupauit. Menſurã quoq; magnitudinis,proprij forma noĩs terminauit,vt diceret bipedale eſſe,aut tripedale,& in aliis eodem modo. Omnibus ergo noĩbus ordinatis,ad ipſorum rurſus vocabulorum ꝓprietates figuraſq; reuerſus eſt,& hmõi vocabuli formã, q̃ inflecti caſibus poſſit,nomẽ vocauit, quę uero temporibus distribui,uerbum.Prima igitur illa fuit noĩum põ,per q̃ vel intellectui ſubiecta,uel ſenſibus,deſignaret.Secunda,conſideratio, qua ſingulas nominum proprietates figuraſq; perſpiceret,ita ut primum nomen, ſit ipſum rei vocabulum: ut v.g.cum quælibet res hõ dicatur. Quod aũt ipſum vocabulum.i.homo,nomen vocatus,non ad ſignificationem nominis ipſius refertur,ſed ad figuram,iccirco quod poſſit caſib. inflecti.Ergo prima poſitio nominis ſm̃ ſignificationem vocabuli facta eſt.Secunda uero ſm̃ figuram, & eſt prima põ, vt noĩa rebus imponerentur:ſecunda vero, vt alijs noĩbus ipſa noĩa deſignarentur. Nã cum hõ vocabulũ ſit ſubiectę ſubſtantiæ,id quod dicitur hõ,nomen eſt hominis. Id eſt ipſius nominis appellatio.Dicimus.n.quale vocabulum eſt homo,& proprie rñdetur,non. In hoc igitur opere hæc intentio eſt,de primis rerum nominibus,& uocibus res ſignificãtibus diſputare:non in eo ꝙ ſm̃ aliq̃ proprietatem figurãq; formantur,ſed in eo quod ſignificantes ſunt. Nam quodcunque,de ſubſtantia,uel facere,uel pati dicitur, nõ ita tractatur,quaſi unum eorum caſibus inflecti poſſit, aliud uero temporibus permutari,ſed quaſi aut hominem,aut equum, aut indiuiduum aliquod,aut ſpeciẽ,genuſue,ſignificet. Eſt igitur huius operis intentio de uocibus res ſignificantibus, in eo quod ſignificantes ſunt pertractare. Hęc quidem eſt tempori introductionis, & ſimplicis expoſitionis apta ſententia,q̃ nos nunc Porphyrium ſequentes, quod uidebatur expeditior eſſe planiorq; digeſſimus. Eſt uero in mente de tribus olim quęſtionibus diſputare, videlicet in alio commentario, quem cõponere ꝓpoſui de eiſdẽ cathegoriis ad doctiores,quarum vna eſt quid prædicamẽtorum uelit intẽtio.Ibique numeratis diuerſorum ſententijs,docebimus cui noſtrum quoq; accedat arbitrium.Quod nemo huic in præſentia ſententiæ repugnare miretur,cum uideat quanto illa ſit altior,cuius non nimium ingredientium mentes capaces eſſe potuiſſent,ad quos mediocriter imbuendos iſta cõſcripſimus.Afficiendi ergo,& quodãmodo diſponendi mediocri expõne ſunt in ipſis quaſi diſciplinę huius foribus, quos ad hac paramus ſciam admittere.Hanc igitur cãm mutatæ īnię vtriuſque operis lector agnoſcat, quod illic ad ſcientiam Pytagoricam perfectamq; doctrinam: hic ad ſimplices

plices

ſectamq; doctrinam: hic ad ſimplices introducendorum mo ius, expoſitionis ſit accōmoda a ſnīa, ſed nunc ad ꝓpoſitū iuuertamur, ſitq; in pręſens prędicamentorū, intentio, q̄ ſu ; eius eſt cōprehenſa .i. de primis uocib. ſignificantib. prima rerum genera, in eo qđ ſignificantes ſunt, diſputare, & qm̄ res infinitas ſunt, infinitas quoq; uoces, q̄ ſignificent eas eſſe neceſſe eſt, ſed infinitorum nulla cognitio eſt, infinita nāq; animo cōphendi nequeūt. Quod aūt ratione mentis circū dari non pōt, nullius ſcientię fine concludiť quare infinitorū ſcīa nulla eſt. ſed hic Ariſtoteles non de infinitis rerum ſignificationib. tractat, ſed decē ꝑdicamenta conſtituens, ad q̄ ipſa infinita multitudo ſignificantiū uocū referri debeat, terminauit. ut verbi gratia cū dico hō, lignū, lapis, equus, animal, plūbum, ſtamnum, argentū, aurū & alia hmōi, q̄ nimirum infinita ſunt, hęc omnia ad unum ſubſtantię uocabulum reducanť. Hęc nāq;, & ſi qua ſunt alia, quæ certe ſunt infinita uocabula, unū ſubſtantiæ nomen includit. Rurſus cum dico bipedale, tripedale, ſex, quatuor, decem, lineam ſuperficiem ſoliditatem & quęcunq; alia ex eodem genere quę infinita ſunt, uno quantitatis nomine continentur: ut hæc oīa ſub quantitate ponātur. Rurſus cum dico album, vel ſciam, uel bonū, uel malum, uel alia hmōi, quę tn hoc quoq; genere infinita ſunt, unum tamen nomen concludēs oīa qualitatis occurrit, & de aliis quoque ſimiliter. Rerum ergo diuerſarum indeterminatam infinitamque multitudinem, decem prædicamentorum pauciſſima numeroſitatem concluſit, ut ea quæ infinita ſub ſciētiam cadere non poterant, decem propriis generib. definita, ſcientię comprehenſione claudantur. Ergo decem prædicamenta quę dicimus, infinitarum in uocib. ſignificationum genera ſunt, ſed qm̄ omnis uocum ſignificatio de reb. eſt, decem uoces ſignificātes, in eo quod ſignificantes ſunt, genera rerum neceſſario ſignificabunt. Vt igitur concludenda ſit intentio, dicendū eſt in hoc libro de primis uocib. prima rerum genera ſignificantibus in eo quod ſignificantes ſunt, diſpoſitum eſſe tractatum. Sed quoniam de intentione dictum eſt, breuiter huius operis utilitas explicanda eſt. Nam cum res infinitę infinitis quoque uocibus ſignificarentur, & (ut dictum eſt) ſub ſcientiam uenire non poſſent, hac definitione, qua decem prædicamentorum diuiſio facta eſt, cunctarum rerū & uocum ſignificantium acquirimus diſciplinam. Hinc eſt ꝙ ad logicam tendentib. primus hic liber legendus occurrit Idcirco qđ cum omnis logica ſyllogiſmorum ratione ſit conſtituta, ſyllogiſmi uere propoſitionibus iunguntur, propoſitiones uero ſermonib. conſtet, prima eſt utilitas quid quiſq; ſermo ſignificet, proprię ſcientiæ definitione cognoſcere. Hęc quoque nobis de decem ꝑdicamentis inſpectio & in phyſica Ariſtotelis doctrina, & in mortalis philoſophiæ cognitione perutilis eſt, quod ꝑ ſingula currentib. magis liquebit. Quocica de ordine quoq; libri huius eadem rō eſt. Nam qm̄ res ſimplices compoſitis natura priores ſunt, quę .n. compoſita ſunt, ex ſimplicibus componuntur. Hic qm̄ de ſimplicibus uocib. res ſignificantib. diſputat, ſm̄ ipſius ſimplicitatis principalem naturam, primus hic Ariſtotelis liber inchoantibus addiſcitur. Nec illud fere dubiū eſt, ad q̄ partem philoſophię huius libri ducatur intentio. Idcirco quoniam q de ſignificatiuis vocib. tractat, de rebus quoque eſt aliquatenus tractaturus. Res etenim & rerum ſignificatio iuncta eſt, ſed principalior erit illa diſputatio quæ de ſermonibus eſt: ſecundo vero loco illa quę de rerū rōne formatur. Quare, quoniam omnis ars logica de oratione eſt, & in hoc opere de vocib. principaliter tractatur. Quanquam .n. ſit huius libri relatio ad cęteras quoque philoſophiæ partes, principaliter tn̄ refertur ad logicam, de cuius quodam modo ſimplicib. elementis .i. de ſermonibus in eo principaliter diſputatur. Ariſtotelis uero neq; ullius alterius liber eſt idcirco ꝙ ī omni philoſophia ſibi ipſe de huius operis diſputatione conſentit, & breuitas ipſa atque ſubtilitas ab Ariſtotele non diſcepat. Alioqui interruptū imperfectumque opus edidiſſe uideretur q de ſyllogiſmis ſcriberet, ſi aut de propoſitionibus ꝑtermiſiſſet, aut de primis uocibus tractatum, quib. ipſę propoſitiones continētur, omitteret. Quanquam extet alter Ariſtotelis liber de eiſdē diſputans, eadē fere cōtinens, ſed cum ſit oratione diuerſus, hic proprietatis liber calculū cepit. Architas etiam duo compoſuit libros quos καθόλου λόγους inſcripſit, quorū in primo hęc decē ꝑdicamenta diſpoſuit. Vnde poſteriores qdā nō eſſe Ariſtotelē huius diuiſionis inuentorē ſuſpicati sūt, ꝙ Pythagoricus uir eadē cōſcripſiſſet, in qua ſnīa Iāblicus philoſophus eſt nō ignobilis, cui nō cōſentit Themiſtius, neq; concedi eū fuiſſe Architā q Pythagoricus Tarētinuſq; eſſet quinq; cum Plat. aliq̄tulū uixiſſet, ſed peripateticū aliquē Architā, q nouo operi auctoritatē uetuſtate nominis cōderet, ſed de his alias. Reſtat inſcriptio q̄ uaria fuit. Inſcripſere nāq; alii de rebus, alii de generib. rerū quos eadē ſimiliſq; culpa cōfudit. Nā (ut docuimus) non de rerum generib. neq; de rebus, ſed de ſermonib. rerū genera ſignificātib. in hoc opere tractatus habetur, hoc vero Ariſt. ipſe declarat cū dicit. Eorū q̄ ſm̄ nullā cōplexionem dicuntur, ſingulū aut ſubſtātia ſignificat, aut quantitatē. Qđ ſi de reb. diuiſionem faceret nō dixiſſet ſignificat, res .n. ſignificatur. nō ipſa ſignificat. Illud quoq; maximo argumento eſt. Ariſtotelem non de reb. ſed de ſermonib. res ſignificantib. ſpeculari ꝙ ait. Singulum igitur eorum quę dicta ſunt, ipſum quidē ſm̄ ſe in nulla affirmatione dicitur. horū aūt ad ſe inuicē complexione affirmatio fit. Res .n. ſi iungātur, affirmationem nullo mō perficiunt. affirmatio nanque in oratione eſt. Quocirca ſi prædicamenta iuncta faciunt affirmationē affirmatio uero non niſi in oratione eſt, q̄ autem iunguntur ut affirmatio fiat, hę ſunt rerum ſignificantes uoces: prędicamētorum tractatus non de reb. ſed de uocib. eſt. male igitur uel de rebus uel de rerum generib. inſcripſerūt. An notant alii hunc librum legendum ante topica, ꝙ nimis abſurdum eſt. Cur .n. non magis ante phyſicam quaſi uero minor huius ſit libri uſus in phyſicis. cum primi reſolutorij ante topica legantur, & ante primos reſolutorios, Perihermenias liber ad cognitionem ueniat inchoantibus cur non magis hunc librum uel ante perihermenias, uel ante reſolutorios inſcripſerunt? Quare repudianda eſt inſcriptionis iſtius quoque ipſa ſnīa. Dicendumque eſt, quoniam rerū prima decē genera ſunt, neceſſe fuit decem quoque eſſe ſimplices uoces, quę de ſubiectis reb. dicerentur. Omne .n. qđ ſignificat de illa re dicitur q̄ ſignificat inſcribēdus liber eſt de decē prædicamentis. Sed forte quis dicat, ſi de ſignificantib. rerum uocibus ipſa diſputatio eſt, cur de ipſis diſputat rebus? dicendum eſt quoniam res ſ p eum propria ſignificatione coniunctæ ſunt, & quicquid in res uenit, hoc idem in rerum vocabulis inuenitur. quare recte de uocabulis diſputans proprietatem ſignificantium vocum de his quę ſignificabantur .i. de rebus, aſſumpſit. Erit alia quoque forſaſſe quæſtio: cur cum hic orationem in decem prædicamenta ſit partitus, in perihermenias libro in duas tantum partes diuiſionem fecit, in uerbum uidelicet & nomen? Sed hoc intereſt, ꝙ illic figuras uocabulorum diuidit, in hoc de ſignificationibus tractat, quare non eſt ſibi ipſe contrarius. In perihermenias enim libro de nomine & uerbo conſiderat, quæ ſecundum figuram quandam uocabuli ſunt, quod illud inflecti caſibus poteſt, illud uariari per tempora, hic uero non ſecundum has figuras, ſed in eo ꝙ uoces ſignificāter ſunt, diſputatur. Quare diuerſam in diuerſis reb. atque tractatibus faciendo diuiſionem, nulla contrarietate notabitur: neque nunc orationem diuidit, ſed ad multitudinem generum ipſa nomina diſpertit. nam quoniam decē rerum gn̄a ſunt, non ſecundum orationem, ſed ſecundum rerum ſignificationem in decem prædicamēta uoces diuidit, deque his tractat. Atque ideo neceſſe fuit quodam modo diſputationem de reb. quoque miſceri, ita ut dictum eſt, ut non aliter niſi ex rebus proprietates in ſermonibus apparent, atque ita non de rebus proprie, ſed de prędicamentis, id eſt de ipſis rerum ſignificatiuis uocibus, in eo quod ſignificante ſunt, ſeriem diſputationis orditur. Cur autem ſi de prędicamētis diſputat, de ęquiuocis & uniuocis & de de-

nominatiuis

nominatiuis primus illi tractatus eſt. Idcirco nimirum, qđ quędam ſemper a diſputantibus pręmittuntur, quibus poſitis facilior de ſequentibus poſſit eſſe doctrina, ut in geometria, prius termini præponuntur, poſt theorematũ ordo contexitur. Ita quoque hic quicquid ad prædicamentorum diſputationem poſſit eſſe utile, prius quam ad ipſa prædicamenta ueniret, expoſuit. quare, q̃m quæ prædicenda erãt explicaui, nunc ad ipſius diſputationis ſeriem textumq; ueniamus. Quid ãt æquoca, & uniuoca, & denominatiua utilitatis habeant, ſecundum ipſas ſingulorum rationes definitioneſque tractabitur.

## PRIMA DEFINITO.

*AEQVIVOCA dicuntur quorum ſolum nomẽ commune eſt, ſecundum nomen uero ſubſtãtiæ ratio diuerſa, ut animal, homo, & quod pingitur. Horum enim ſolum nomen cõmune eſt ſecundum nomen uero ſubſtantiæ ratio diuerſa. Si quis enim aſſignet quid ſi utrumque eorum quo ſint animalia propriam aſſignabit utruſque rationem.*

1\. Omnis res aut nomine, aut definitione monſtratur: nanque ſubiectam rem aut proprio nomine uocamus, aut definitione quid ſit oſtendimus. Vt uerbi gratia, q̃dam ſubſtantiam uocamus hominis nomine, & eiuſdẽ definitionem damus dicentes eſſe hoĩem, animal rõnale mortale: ergo q̃m res oĩs, aut definõne, aut noĩe, declarat: ex his duob. noĩe. ſ. & definitione diuerſitates quatuor procreantur. Omnes nãque res, aut eodem nomine, & eadem definitione iũguntur, ut hõ, & animal. vtraque n. animalia dici pñt, & utrãq; una definitione iunguntur. Eſt nanque animal, ſubſtantia animata ſenſibilis, & homo rurſus, ſubſtantia animata ſenſibilis, & hæc uocantur uniuoca. Alia uero quæ, neque nominibus neque definitionibus coniunguntur, ut ignis, lapis, color, & quæ proprię ſubſtantię natura diſcreta ſunt: hæc autem uocantur diuerſiuoca. Alia uero quę diuerſis nominibus nuncupantur, & vni definitioni deſignationiq; ſubduntur, ut gladius, enſis: hæc. n. multa ſunt nomina, ſed id qđ ſignificat, una definitione declaratur, & hoc uocatur multiuocum. Alia uero quæ nomine quidem cõgruunt, definitionibus diſcrepant, ut eſt homo uiuens, & homo pictus: nam utrumque, uel animalia, uel hoĩes nuncupantur. Si vero quis uelit picturam hominemq; definire, diuerſas utriſque definitiones aptabit, & hæc uocantur equiuoca. Quare, quoniã quid ſint æquiuoca dictum eſt ſingulas Ariſtotelicę definitionis ſententias perſequamur. Aequiuoca inquit dñr, Res ſcilicet, quę per ſe ipſas æquiuocę non ſunt, niſi uno nomine prędicentur. Quare q̃m ui æquiuoca ſint, ex cõi uocabulo trahunt, recte ait, ęquiuoca dñr. Non enim ſunt æquiuoca, ſed dñr. Fit aũt non ſolũ in nominibus, ſed ẽt in uerbis æquiuocatio, ut cũ dico, complector te, & complector a te. In quibus ſignificationibus cum unum nomen ſit complector, alia tamen faciendi ratio eſt, alia patiendi atque ideo hic quoq; æquiuocatio eſt. unum. n. nomen quod eſt complector, diuerſis faciendi, & patiendi definitionibus terminatur. In præpoſitionibus quoque, & in coniunctionibus frequẽter ęquiuocatio reperitur, Atque ideo quod ait, quorum nomen ſolum cõe eſt, nomen accipiendum eſt omnis rerum per uocem ſignificatio, ideſt omne uocabulum, non proprium ſolum, aut appellatiuum, quod ad illud tm̃ nomen pertinet, quod caſibus inflecti poteſt, ſed ad omnem rerum ſignificationem, qua rebus impoſita uocabula prædicamus. Solum autem duobus modis dicitur, ſemel cum aliquid unum eſſe dicimus, ut ſi dicamus ſolus eſt mundus, ideſt unus. Alio uero modo cum dicimus ad quãdam ab altero diuiſionem, ut ſi quis dicat ſolam me habere tunicam, ideſt non ẽt togã, ad diuiſionem uidelicet togę. Hic ergo Ariſtoteles poſuit dicens ſolum nomen cõe eſt, quaſi hoc uoluiſſet intelligi, non ẽt definitio: æquiuoca. n. iunguntur nomine, ſed definitione diſſentiunt. Cõe quoq; multis dicit modis. Dicitur cõe, qđ in partes diuiditur, & non iam totum cõe eſt, ſed partes eius propriæ ſingulorũ, ut domus. Dicit cõe qđ in partes nõ diuiditur, ſed uiciſſim in uſus habentiũ trãſit, ut ſeruus cõis, uel equus, Dicitur ẽt cõe qđ vtẽdo cuiuſq; ſit propriũ poſt uſũ uero in cõe remittit, ut eſt, theatrũ: nã cũ eo utor, meũ eſt, cũ inde diſcẽdo, in cõe remiſi Dicit quoq; cõe, qđ ipſum q̃dẽ nullis diuiſum partib. totũ uno tẽpore ĩ ſingulos venit, vt vox vel ſermo ad multorũ aures uno eodẽq; tp̃e totus, atq; integer ꝑuenit. Scđm hanc igitur ultimã cõis ſignificationẽ, Ariſtoteles putat ęquiuocis rebus cõe eſſe uocabulum. Nanque in homine picto, & in homine uiuo totũ in utriſq; uocabulũ dicitur animalis: ſm nomen uero ſubſtantię ratio diuerſa. Hoc hac ſignificatione præmittit, ut ſi aliter reddantur definitiones quam ſm nomen ſtatim tota definitio labet ac titubet. Ac primum de definitionis proprietate dicendum eſt Illæ. n. certæ definitiones ſunt quæ conuertuntur, ut ſi dicas, quid eſt homo, animal rationale mortale, uerum eſt. quid eſt animal rationale mortale, homo. hoc quoque verum eſt. At vero ſi ita quis dicat, quid eſt homo? ſubſtantia animata ſenſibilis, verum eſt. quid ſubſtantia animata ſẽſibilis? homo. hoc non modis oĩbus verum eſt, idcirco quod equus quoque eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ſed homo non eſt. Ergo illa conſtat eſſe definitiones integras quæ conuerti poſſunt. Sed hoc fit in iſs quę non de cõi, ſed uno tantum, ut de hominis nomine, redduntur. verbi gratia, Animal eſt commune nomẽ, ſi dixerit quis, homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, procedit, ſi non conuertatur, quia de cõmuni nomine reddita eſt definitio: ſm vero de vno noĩe redditur, tunc de ipſo nomine facienda eſt definitio, ſic tñ eſt recte facienda, ut hominis definitio, ſit animal rationale mortale, non ſubſtantia animata ſenſibilis: illa. n. ſm hominis nomen, iſta ſm animalis eſt reddita. Idem etiã in his nominibus, quę de duabus rebus cõiter prædicantur, ſi ſm nomen ſubſtantiæ ratio non reddatur, poteſt aliquoties fieri, ut ex vniuocis æquiuoca ſint, & ex ęquiuocis uniuoca. nanque homo, atq; equus cum ſm nomen animalis uniuoca ſint, poſſunt eſſe æquiuoca, ſi ſm nomẽ minime definita ſint. Homo nanq; & equus communi nomine animalia nũcupantur. ſi quis ergo hominis reddat definitionem dicens, animal rationale mortale, & equi, animal irrationale hinnibile, diuerſas reddidit definitiones, & erunt res uniuocæ in æquiuocas permutatæ. Hoc aũt idcirco euenit, quod definitiones non ſm animalis nomen redditæ ſunt, quod eorũ cõe uocabulum eſt ſed ſm hominis, atque equi. Nam ſi ſm commune nomen quod eſt animal definitio redderetur, ita fieret, homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ſm nomen, ſcilicet animalis: & rurſus, equus eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, ſm nomen rurſus animalis. ſm idem nanque animalis uocabulum equus, atque homo uniuoce prædicaní. Rurſus ex ęquiuocis uniuoca fiunt hoc modo, ſi quis Pyrrhum Achillis filiũ, & Pyrrhum epirotem dicat eſſe uniuocos, idcirco quod uno nomine, & Pyrrhi dicantur, & ſint animalia rationabilia, atque mortalia. Hic ſm nomẽ hominis reddita definitio, ex æquocis fecit uniuoca. Quod ſi ſm nomẽ Pyrrhi definitionis ratio iungeretur, uel a parentibus, uel a patria, diuerſis eos oporteret definitionibus terminari. Recte igitur additum eſt, ſecundum nomen, idcirco quia ſi aliter facta ſit definitio, ſtabilis eſſe non poterit, & frequenter diuerſos ſecum ducit errores. Ratio quoque multimode dicitur. Eſt enim ratio animę, & eſt ratio computandi. eſt ratio naturę, ipſa nimirum ſimilitudo naſcentium. eſt ratio quę in diffinitionibus, & deſcriptionibus redditur. quoniam generaliſſima genera genere carẽt, indiuidua vero nulla ſubſtãtiali differentia diſcrepãt, definitio uero ex genere & differẽtia trahit, neq; generaliſſimorũ generũ, neq; indiuiduorũ ulla pt̃ defino reperiri. Subalternorum uero generum, q̃m, & differentias habent, & genera, definitiones eſſe poſſunt. At uero quarum definitiones

tiones reddi nequeunt, illa tantum deſcriptionibus terminantur. Deſcriptio aũt eſt, q̃ quãlibet rẽ ꝓpria quadã proprietate deſignat. Siue ergo definitio ſit, ſiue deſcriptio, utraque rationẽ ſubſtantię deſignat. Quare cũ ſubſtantiæ rõnẽ dixit, & definitionis & deſcriptionis nomẽ incluſit. Aequiuocorũ alia ſunt caſu, alia cõſilio. Caſu, ut Alexander Priami filius, & Alexãder magnus. Caſus.n. id egit, ut idẽ vtriq; nomen poneret. Cõſilio vero, ea quæcunq; hominũ uoluntate ſunt. Horũ aũt alia ſunt ſm ſimilitudinẽ, ut hõ pictus, & hõ verus, quo nunc vti; ut Ariſtoteles exemplo: Alia ſm ꝓportionẽ, ut principium. nanq; principiũ eſt in numero unitas, in lineis punctus. Et hęc ęquiuocatio ſm ꝓportionẽ eſſe dicitur. Alia uero ſunt quæ ab uno deſcendunt, ut medicinale ferramentũ, medicinale pigmentũ. ab una.n. medicina æquiuocatio iſta deſcendit. Alia q̃ ad unũ referuntur, ut ſiquis dicat ſalutaris vectatio eſt, ſalutaris eſt, hæc.ſ. idcirco ſunt æquiuoca, q̄ ad ſalutis unũ uocabulũ referuntur. Cur aũt prius æquiuocis poſt de uniuocis tractat? Idcirco q̄ ipſa decẽ p̄dicamenta cũ definitionib. diuerſa ſint, vno prędicationis uocabulo nuncupantur. cuncta.n. prędicamenta dicimus: ipſa vero prædicamenta, qm̃ rerũ genera ſunt, de ſubiectis reb. uniuoce prædicantur. Omne.n. genus de ſpeciebus proprijs vniuoce dicitur, quare rectius primo de omnium prędicamentorum cõi uocabulo tractat, quaſi dehinc quemadmodum ſingula de ſpeciebus proprijs prędicarentur, exprimeret. At ſi (ut dictum eſt) non de rebus, ſed de nominibus libri huius intentio eſt: cur de æquiuocis & non de ęquiuocatione tractauit? æquiuocæ nanq; res ſunt, ęquiuocatio uero uocabulum. Idcirco, qm̃ ipſum nomen nihil in ſe retinet ęquiuocationis, niſi diuerſę ſint res, de quibus illud uocabulum prædicetur. Quare unde ſubſtantiam ipſa ęquiuocatio trahit, de ipſis dignius inchoatum eſt. Videt aũt alius eſſe modus ęquiuocationis quem Ariſtoteles omnino non recipit. nam ſicut dicitur pes hominis, ita quoq; dicitur pes nauis, & pes mõtis, quę hmõi omnia ſm tranſlationem dñr. Tranſlatio uero nullius proprietatis eſt. Quare ſm tranſlationem ęquiuoca nunquam ſunt niſi proprijs & immutabilibus ſubiectę res uocabulis appellentur. Eſt aũt talis eorũ uniuerſalis inſpectio. Neque.n. omnis tranſlatio ab æquiuocatione ſe iungitur, ſed ea tm̃, cum ad res habentes poſitũ uocabulum, ab alia in nominata re nomen, ornatus ca transfertur, ut quia iam dicitur quidam auriga, dicitur ẽt gubernator, ſiquis ornatus gratia eũ qui gubernator eſt, dicat aurigã, non erit auriga nomen ęquiuocum, licet diuerſa.i. moderatorem currus nauiſq; ſignificet, Sed quoties res q̃dem uocabulo eget, ab alia uero re quę hẽt, uocabulum ſumit, tunc iſta tranſlatio æquocationis retinet ꝓprietatẽ, ut ex hoĩe uiuo ad picturã nomen hoĩs dictum eſt. Et de æquocis hactenus, nũc de vniuocis pertractemus.

## SECVNDA DEFINITIO.

*VNIVOCA uero dicuntur quorum nomen commune eſt, & ſecundum nomen eadem ratio ſubſtãtiæ, ut animal, homo atq. bos. cõmuni enim nomine utraque, animalia nuncupantur, & eſt ſubſtantiæ ratio eadem. Si quis enim aſſignet vtriuſque rationem, quid utrũque ſit, quo ſint animalia, eandẽ aſſignabit rationem.*

Poſt ęquiuocorum definitionem ad uniuocorum terminum tranſitum fecit: in quibus nihil aliud diſcrepat, niſi q̄ æquiuoca definitione diſiuncta ſunt, uniuoca ipſo quoque termino coniunguntur, ſed cętera omnia quæcunque, in ęquiuocorum definitione dicta ſunt, in hac quoq; uniuocorum deſignatione conueniunt. Nam quemadmodum in æquiuocis feci di: nomen æquiuocatum rerum definitio fiebat, ita quoq; e in uniuocis ſm nomen ſubſtantiæ ratio aſſignabitur. Sunt autem uniuoca aut genera ſpeciebus, aut ſpecies ſpeciebus, & genera ſpeciebus, ut animal atque homo. Nam cum hoĩs animal ſit genus, dicitur homo animal, ergo & animal & homo, animalia nuncupantur. Secundum igitur cõe nomẽ ſi utroſq; definias, dicis animal eſſe ſubſtantiã animatã atq; ſenſibilẽ: hoĩem quoq; ſm id q̃d animal eſt, ſi ſubſtãtiã animatã ſenſibilẽ dixeris, nihil in eo falſitatis inueniẽs. Spẽs uero ſpecieb. vniuocę ſunt, q̃ uno atq; eodẽ genere cõtinentur, ut hõ, equus, atq; bos, his cõe genus eſt animal, & cõi nomine animalia nominãtur. Ergo ſm nomẽ unũ, q̃d illis cõe eſt, animalis, una illius ratio definitionis aptabitur: omnia.n. ſunt ſubſtantię animatę atq; ſenſibiles. Scd̃m igitur poſteriorẽ vniuocationis deſignationem Ariſtoteles, qua ſpeciebus ſpẽs uniuocę ſunt, ut homo & bos, quæ ſub eodem ſunt genere, ſumpſit exemplum.

## TERTIA DEFINITIO.

*DENOMINATIVA uero dicuntur, quæcunque ab aliquo ſolo differentia caſu ſecundum nomen habent appellationem, ut a grammatica, grammaticus, & a fortitudine, fortis.*

Hęc quoq; definitio nihil habet obſcurum. Caſus.n. antiqui nominabãt aliquas nominum trãſfigurationes, ut a iuſtitia, iuſtus, a fortitudine, fortis. Hæc igitur noĩs transfiguratio caſus ab antiquioribus uocabatur. Atque ideo quoties cũq; aliqua res alia participat, ipſa participatione ſicut rẽ, ita quoq; nomẽ adipiſcit. ut quidã hõ, q̃ iuſtitia participat, & rẽ quoq; inde trahit, & nomen: dicitur.n. iuſtus. Ergo denominatiua uocant quęcunq; a principali nomine ſolo caſu id eſt ſola transfiguratione diſcrepant. Nã cũ ſit nomẽ principale iuſtitia, ab hoc transfiguratum nomẽ iuſtus efficitur, Ergo illa ſunt denominatiua quęcunq; a principali noĩe ſolo caſu.i. ſola transfiguratione nominis diſcrepãtia, ſm principale nomen habent appellationem. Tria ſunt aũt neceſſaria ut denominatiua uocabula conſtituantur. Prius ut re participet, poſt ut nomine, poſtremo ut ſit quędam nominis transfiguratio, ut cum aliquis dicitur a fortitudine fortis, eſt.n. quędam fortitudo, qua fortis ille participet habet quoq; nominis participationem, fortis.n. dicitur. At uero eſt quædam transfiguratio, fortis.n. & fortitudo non eiſdem ſyllabis terminãtur. Siquid vero ſit q̃d re non participet, neq; noĩe participare poteſt: quare quæcunq; re non participant, denominatiua eſſe non pñt. Rurſus quoque, quæ re quidem participant, nomine uero minime, ipſa quoque a denominatiuorum natura diſcreta ſunt: ut ſiquis, cum ſit uirtus, uirtute ipſa participet, nullo cum alio nomine niſi ſapientem uocamus. Sed uirtus & ſapientia nomine ipſo diſiuncta ſunt. hic ergo re quidem participat, nomine uero minime. quare ſapiens a uirtute denominatus eſſe non dicitur, ſed a ſapientia: qua ſ. & participat & nomine iungitur, & transfiguratione diuerſus eſt. Rurſus ſi transfiguratio non ſit, ut quædam mulier muſica, participat q̃dem ipſa muſicę diſciplina, & dicit̃ muſica. hęc igit̃ appellatio non eſt denominatiua, ſed ęquiuoca. uno.n. nomine & diſciplina ipſa & mulier muſica dicitur. Qm̃ ergo ſimilis terminus ſyllabarum eſt, & nomen ſimile, & nulla transfiguratio, denominatiua eſſe non poterũt: quare quicquid denominatiuũ eſſe dicitur, illud & re participabit, & nomine, & aliqua transfiguratione uocabuli diſcrepabit. Hæc igitur quę ad prędicamenta neceſſaria credidit: pręmiſit. Multiuoca vero & diuerſiuoca reſpuit, q̄ ad pręſentem tractatum utilia non putauit. Breuiter tñ utraque definienda ſunt. Multiuoca ſunt quorum plura nomina, una definitio eſt, ut eſt ſcutum, clypeus. His.n. plura nomina, ſed una definitio eſt, & Marcus Portius Cato, his.n. tot noĩbus res una ſubiecta eſt. Diuerſiuoca ſunt quorum neque nomen idem eſt, neque eadem definitio, ut homo, color, & quicquid omnino a ſe & nominis nuncupatione, & definitionis ratione diſcretum eſt.

## PRIMA DIVISIO.

*EORVM quæ dicuntur alia quidem ſecundum cõplexionem dicuntur, alia uero ſine complexione: &*

ea quę

*ea quæ ſecundum complexionem dicuntur, ſunt, ut homo currit, homo uincit: ea uero quæ ſine complexione dicuntur, ſunt ut homo, bos, currit, uincit.*

Poſtquã de coniunctione definitionum, atque nominum quantum ad præſens attinebat opus ſufficienter expoſuit, qm̃ de primis ſermonib. prima rerũ genera ſignificantib. diuiſio facienda eſt, cũ nomine, ſed genere diſcrepãtibus: nũc oſtẽdit qd ſic ſine cõplexione cuiuslibet uocabuli facta ꝓlatio. Sine cõplexione. n. dñr quęcunq; ſm̃ ſimplicẽ ſonũ nomini ꝓferunt, ut hõ, equus; his. n. extra nihil adiunctũ eſt. Secundum complexionem dñr quęcunque aut aliqua coniunctione copulantur, ut aut Socrate, aut Plato: vel quęcunque ſm̃ aliquod accidens coniunguntur. Nam quia uerbi gratia in Socratem venit ambulatio, dicimus Socrates ambulat, & eſt prolatio iſta ſm̃ complexionem, idcirco, quia cum dico, Socrates ambulat, Socratem ſum cum ambulatione complexus. Quod autem ait, Eorum quę dicuntur, nihil aliud demonſtrare vult, niſi ſe de primis rerum uocabulis huius libelli diſpoſuiſſe tractatum. Rerum enim uocabuli ſunt quæ dicuntur, ipſa enim proprie nominamus.

## SECVNDA DIVISIO.

*EORVM quæ ſunt, alia de ſubiecto quodam dicuntur, in ſubiecto uero nullo ſunt, ut homo de ſubiecto quidem dicitur aliquo homine, in ſubiecto autẽ nullo eſt. Alia in ſubiecto quidem ſunt, de ſubiecto autem nullo dicũtur. In ſubiecto aũt eſſe dico, quod cum in aliquo nõ ſicut quædã pars ſit, impoſſibile eſt ſine eo eſſe in quo eſt, vt quędam grammatica in ſubiecto quidem eſt, in aĩa: de ſubiecto aũt nullo dicitur. & quoddam album in ſubiecto eſt corpore, omnis. n. color in corpore eſt, de ſubiecto aũt nullo dicitur. Alia & de ſubiecto quodã dicuntur, & in ſubiecto ſunt: ut ſcientia in ſubiecto quidem eſt in aĩa, de ſubiecto aũt dicitur, ut de hac grãmatica. Alia neque in ſubiecto ſunt, neq. de ſubiecto dicũtur, ut aliquis homo, uel aliquis equus, nullum. n. horum neq; in ſubiecto eſt, neq; de ſubiecto dicitur. Simpliciter aũt quæ ſunt indiuidua, et numero ſingularia, de nullo ſubiecto dicuntur, in ſubiecto aũt nihil prohibet horum aliqua eſſe, quædam. n. grammatica in ſubiecto eſt: de ſubiecto autem nullo dicitur.*

Hic Ariſtoteles ſermonum omnium multitudinem in paruiſsimam colligit diuiſionem. Nam quod rerum uocabula in decem prædicamenta diſtribuit, maior hac diuiſione non poteſt inueniri; nihil. n. eſſe poterit, quod huic diuiſioni undecimum adijci queat. Omnis. n. res, aut ſubſtantia eſt, aut quantitas, aut qualitas, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut qñ, aut vbi, aut habere, aut ſitus. Quo circa tot erunt etiam ſermones qui iſta ſignificent, & hæc eſt maxima diuiſio, cui nihil vltra poſsit adiungi. paruiſsima uero eſt, quæ fit in quatuor, in ſubſtantiam, & accidens, & uniuerſale, & particulare. Omnis. n. res, aut ſubſtantia eſt, aut accidens, aut uniuerſalis, aut particularis. Sicut ergo decẽ ſuperioribus nihil addi poterat, ita ex his quatuor nihil demi. Nam neque minor ulla diuiſio his quatuor fieri poteſt, nec maior quam ſi denario limite prædicamenta claudantur. Cur autem in his quatuor diuiſio facta eſt, paucis exponam. Prima quidem rerum eſt omnium diuiſio in ſubſtantiam atq; accidens. Sed quoniam ſubſtantia proferri non poteſt, niſi aut vniuerſaliter, aut particulariter intelligatur. Nam cum dico homo, rem dixi vniuerſalem, idcirco qđ nomẽ hoc de multis indiuiduis prædicatur: cum vero dico Socrates, vel Plato, rem dixi particularem, quoniam Socrates de nullo ſubiecto dicit̃. Accidens quoq; eodem mõ. Nam cum dixero ſcientiam, rem protuli vniuerſalem, idcirco qđ ſcientia, & de grammatica, & de rhetorica, & de alijs oĩbus ſub ſe poſitis prędicatur. Si uero dixero Platonis ſcientiã; quoniam omne accidens qđ in indiuidua venit, indiuiduum fit, particularem ſcientiam dico: nanq; Platonis ſcientia, ſicut ipſe Plato, particularis eſt. Igit̃ quoniam neq; ſubſtantia, neque accidens vllo mõ proferri pt̃, niſi in ſuo noĩe, aut vniuerſalitatis vim, aut particularitatis includat, recte in quatuor diuiſio facta eſt, ut ſit omnis res aut ſubſtantia, aut accidẽs; & horum aut vniuerſalis, aut particularis. Ex his igit̃ quatuor, fiunt quatuor complexiones. Nam cum venerit vniuerſalis in ſubſtantiam, fit vniuerſalis ſubſtantia, vt eſt hõ vel animal. Vniuerſale aũt eſt qđ aptum eſt de plurib. prędicari. Particulare vero qđ de nullo ſubiecto prædicatur. Ergo eſt vna complexio, vniuerſalitatis, & ſubſtantiæ, ut ſit ſubſtantia vniuerſalis. Si vero particularitas ſubſtantiæ copuletur, fit ſubſtantia particularis, vt eſt Socrates vel Plato, & quicquid in ſubſtantia indiuiduũ reperitur. At cum miſcet vniuerſalitas accidẽti, fit accidẽs vniuerſale, ut ſciẽtia, q̃ cũ accidẽs, & ꝑter animã cui accidit eſſe non poſsit, tamẽ uniuerſalis eſt, qđ de ſubiecta grammatica, & aliis ſpẽb. ꝓdicari pt̃. Cũ vero particularitas accidẽti cõiungit̃, fit accidẽs particulare, vt Platonis, vel Ariſtotelis ſciẽtia. Fiunt. n. quatuor cõplexiones, ſubſtãtia vniuerſalis, ſubſtãtia particularis, accidẽs vniuerſale, accidẽs particulare. Vt aũt accidẽs in ſubſtantię naturã tranſeat, vel ſubſtantia in accidentis, fieri nullo modo pt̃, & accidens quidem venit in ſubſtantiam, ſed non ut ſubſtãtia fiat: neq;. n. qm̃ color, quod eſt accidens, uenit in ſubſtantiam, idcirco color iã ſubſtantia eſt: nec quoniam ſubſtãtia ſuſcipit colorẽ, idcirco color iã ſubſtantia fit. Quare neq; ſubſtantia in accidentis, neque accidens in ſubſtantiæ naturam tranſit. At vero nec particularitas, nec uniuerſalitas in ſe tranſeunt. Nanque vniuerſalitas pt̃ de particularitate prędicari, vt animal de Socrate, uel Platone, & particularitas ſuſcipiet uniuerſalitatis prędicationem, ſed non, ut uniuerſalitas ſit particularitas, nec rurſus ut qđ particulare eſt vniuerſalitas fiat. Ergo quatuor complexiones, vniuerſalẽ ſubſtantiã, uniuerſale accidens, particularem ſubſtantiã particulare accidens Ariſtoteles diſponere cupiẽs, non eorum nomina, ſed deſcriptiones appoſuit. Et quoniam generaliſsimorũ generum definitiones non poterat inuenire, deſcriptionibus uſus eſt his, id ſubſtantiam eſſe dicens, qđ in ſubiecto non eſſet. Accidẽs vero quod in ſubiecto eſſet. Omne nanque accidens in ſubiecto eſt, ut color in corpore, ſcientia in anima, & ſubiectam hẽt ſubſtantiã omne accidens. Si quis. n. ſubſtantiam tollat, accidens non erit. Quare ſubſtantia locus quidam eſt accidẽtis, ubi valeat natura conſiſtere. Ipſa vero ſubſtantia per ſe conſtat, atque ideo dicit̃ ſubſtãtia, nec ullo ſubiecto alio nitit̃, ſed cunctis ipſa ſubiecta eſt. Alioqui ſi ſubſtantia in ullo ſubiecto eſſe poſſet, eſſet accidens. Omne. n. accidens in ſubiecto eſt, & quicquid in ſubiecto eſt, illud eſt accidens. Quod ſi ſubſtantia eſſet in aliquo ſubiecto, continuo fieret accidens, ſed ſubſtãtia accidẽs eſſe nõ pt̃ ſicut ſupra docuimus. Quare, quoniam accidens in ſubiecto eſt, ſubſtãtia vero accidens non eſt, ſubſtantia in ſubiecto non eſt. Vniuerſalitatis uero deſcriptio eſt, de ſubiecto prędicari. Omnis nanque uniuerſalitas de ſubiectis particularibus prędicatur, nã quoniam vniuerſale eſt anima, & homo, de Socrate prædicatur, & Platone. Dicitur. n. Socrates animal atque homo. Et qm̃ vniuerſale eſt accidens ſcientia. dicit̃ de ſubiecta grammatica, grãmatica. n. ſcientia eſt. Particularitas uero quoniã ipſa eſt rerũ ultima, & nihil eſt illi ſubiectum, de nullo ſubiecto prędicatur. nam quoniã vniuerſalitas de ſubiecto prædicatur, particularitas uero uniuerſalitas non eſt, particularitas de ſubiecto non prædicabitur. Vbi. n. res diſcrepant, & definitio diſcrepabit, ita quoque in his, nã quoniã diſcrepat ſubſtantia & accidens; definitiones quoque eorum diſcrepabunt. Vt quoniã eſt accidẽs in ſubiecto, erit ſubſtantia non in ſubiecto. Et quoniã uniuerſalitas de ſubiecto prædicatur, particularitas autem ab vniuerſalitate diſcrepat, de ſubiecto non prędicatur. Has igitur hmõi deſcriptiones Ariſtote. ita permiſcuit dicens. Eorũ quę ſunt, alia de ſubiecto quodam dicuntur, in ſubiecto uero nullo


ſunt,

ſunt, uolens .ſ. vniuerſalem ſubſtantiam demonſtrare. Nam q̃ dixit de ſubiecto dñr, uniuerſale eſt, q̃ vero ait in ſubiecto nullo ſunt, ſubſtantia. ergo qđ ait quędã de ſubiecto dici, in ſubiecto vero nullo eſſe, vniuerſalem ſubſtantiam demonſtrare cõtendit: vt .n. ſępius dictũ eſt, quod de ſubiecto dicit̃, vl̃e eſt, qđ in nullo ſubiecto, eſt, ſubſtantia. Hęc iuncta idest de ſubiecto quodã dici, & .i. ſubiecto nullo eſſe, ul̃em ſubſtantiã demonſtrat. Poſt vl̃em ſubſtantiã particulare accidens poſuit dicens. Alia aũt in ſubiecto quidẽ ſunt, de ſubiecto aũt nullo dicunt̃. Nã q̃ ait ĩ ſubiecto ſunt, accides mõſtrat, q̃ vero addidit, ſubiecto aũt nullo dñr, particulare. Accidens .n. in ſubiecto eſt. particularitas de nullo ſubiecto p̃dicatur. Ergo quæcunq; res ipſa quidem in ſubiecto eſt, ſi de nullo ſubiecto prędicatur, accidens eſt particulare; ut eſt quædam grammatica .i. Ariſtarchi, uel alicuius hominis indiuidua grammatica. illa .n. qm̃ indiuidui hominis, ipſa quoqne facta eſt indiuidua & particularis. ergo qm̃ quędam grammatica in anima eſt, accideus eſt, & qm̃ de nullo ſubiecto prędicatur, particularis eſt: quẽadmodum .n. ipſe Ariſtarchus de nullo ſubiecto dicit̃, ita quoque eius grammatica de nullo ſubiecto prędicatur. Non autem dicit q̃ ipſa grammatica particularis eſt, ſed quòd quædam grammatica .i. alcuius hoĩs indiuidui grammatica, quam .ſ. homo particularis propria retinet cognitione. Et qm̃ in corporale accideus poſuit, qđ animæ accideret .i. grãmaticam, quæ eſſet in anima, ponit quoq; aliud exemplum corporale, ait .n. Et quoddã albũ in ſubiecto eſt corpore. omnis .n. color eſt in corpore Hic quoq; non omne album dicit eſſe particulare, ſed qđ ad indiuiduum corpus album uenit. Probatur quoque particulare album in ſubiecto eſſe hoc modo. nam color qđ genus eſt albi. & cuiuſdam albi, in corpore eſt, & eſt in ſubiecto. Quare cuius genus in ſubiecto eſt, ipſum quoque in ſubiecto eſt. Omnes .n. ſpecies & indiuidua, proprio genere continentur, & eiuſdem habent naturã. Qm̃ vero eſſe in aliquo multi dicitur modis, quid velit Ariſtoteles oſtẽdere eſſe in ſubiecto, paucis abſoluã. Dicitur .n. eſſe aliquid in aliquo nouem modis. Dicimus enim eſſe aliquid in loco ut in foro uel in theatro. Dicimus quoque eſſe in aliquo vt in aliquo vaſe, ut triticum in modio. Dicimus ẽt eſſe in aliquo, velut pars in toto, ut manus in corpore. Dicimus eſſe in aliquo, velut totũ in partibus, ut corpus in oĩbus ſuis partibus. Rurſus velut in genere ſpecies, ut in animali hõ, & genus in ſpeciebus, vt in homine animal. Dicimus quoq; eſſe in aliquo, velut in fine, ut qm̃ bonę uitæ finis beatitudo eſt. ſiquis ſit beatus, in fine eſt bonę uitę. Dicimus quoque eſſe in aliquo, ut in quolibet potente, ut in Imperatore eſſe regimen ciuitatis. Dicimus quoq; eſſe in aliquo uelut formã in materia, ut ſimilitudinem Achillis in ære vel in marmore. Nouem igit̃ modis aliquid in aliquo eſſe dicitur, ut in loco, ut in uaſe, vt pars in toto, ut totum ĩ partibus, vt in genere ſpecies, ut in ſpẽbus genus, ut in fine, ut in Imperatore, ut in materia forma. Horũ igitur Ariſtoteles tria ſola commemorat, ſed duo in unũ coniuncta, aliud ſeparatum. Ait .n. In ſubiecto aũt eſſe dico, qđ cum in aliquo ſit, non ſicut quędam pars, impoſsibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Senſus autẽ talis eſt. Hoc inquit dico eſſe accidens, qđ ſit in ſubiecto, id eſt qđ ita ſit in altero, ut pars eius non ſit, & ſine aliquo ſubiecto eſſe non poſsit, ut uerbi gratia color, cũ ſit in corpore, nulla pars corporis eſt, & ſi color a corpore ſeparatur, color nuſquam eſt. Omnis .n. color in ſolo corpore eſt. Ergo illud eſt accidens, qđ ſẽp ita in ſubiecto eſt altero, vt eius pars non ſit: & cũ ab eo in quo eſt, ſeparat̃, ad nihilum redigatur, & per ſe ſine alterius ſubiecto eſſe non poſsit. Quod aũt ait, ut non ſit ſicut aliqua pars, ab ea .ſ. ſignificatione in aliquo cõſiſtendi diuidere uoluit. ſm quam partes in toto eſſe dicimus: non .n. tale eſt ſubiectũ ut accidens eius pars ſit. Quod uero dicit, impoſsibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt, ab ea .ſ. ſignificatione diuiſit, quę eſt eſſe aliquid ut in uaſe, & in loco. quod .n. in uaſe, uel in loco eſt, a uaſe & loco poterit ſeparari: ut triticum, quod in modio eſt, p̃t a modio ſegregari, & hõ a theatro diſcedere. Accñs uero ab eo in quo eſt, ſegregari non p̃t. Quare ſolas tres poſuit ſignificationes .i. ſm quã in uaſe, & in loco dicitur eſſe, & ſm quam pars in toto eſt. Sed ut in vaſe, & vt in loco, vna ſententia diſtribuit, dicens, impoſ̃e eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Sed fortaſſe quis dicat non eſſe definitionẽ uerã, illa eſſe in ſubiecto quę ſic ſint in alio, vt non ſint partes, & ſine eo in quo ſunt, eſſe non poſsint Socr. n. & hõ quilibet cũ accñs nõ ſit, tñ ſemper in loco eſt, & ſine loco eſſe non p̃t. Quibus r̃ndẽdũ eſt: quod Socr. loca poterit permutare, & eſſe præter locum in quo fuit, & poſtremo ſi intelligentia capiamus, per ſe ſubſiſtit: accidentia vero per ſe ipſa non conſtant. Sed ſi quis quoque obiiciat, poſſe locum accidẽtia permutare: malum nanq; ſi in manu teneatur, manus mali odore complet̃, atq; odor quod eſt accñs, in aliud ſubiectum trãſire p̃t, Sed non hoc ait Ariſt. qm̃ mutare accñs locum non p̃t, nec ita dixit impoſ̃e eſſe ſine eo in quo erat, ſed ſine eo in quo eſt. hoc aũt ſignificat mutare quidem poſſe locum, ſed ſine aliquo ſubiecto non poſſe ſubſiſtere. Quare recta eſt atque integra definitio eius quod in ſubiecto eſt, quod ita ſit in altero non ſicut quædam pars, & impoſ̃e ſit eſſe ſine eo in quo eſt. ſm aũt illam ſignificationem dictum eſt, ſecundum quam formam in materia eſſe dicimus. Namque forma ſi in materia non ſit, per ſe ipſa nulla ratione cõſiſtit. Poſt quam igitur particulare accidens quid eſſet, oſtendit dicẽs, quod in ſubiecto eſt, & de ſubiecto non prædicatur, & in ſubiecto conſiſtentis rei definitionem reddit dicens, Quod cum in aliquo ſit non ſicut quędam pars, impoſsibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt: ad vniuerſale accidens continenti diſputatione reuertitur, quod definit hoc modo. Nanque poſt eius rei quę in ſubiecto eſt, definitionem, & poſt particularis accidentis exempla, ad vniuerſale accidens tranſitum fecit, inquiens alia eſſe quæ in ſubiecto ſint, & de ſubiecto prædicentur, quod .ſ. accidens vniuerſale ſignificet: nam qm̃ de ſubiecto dicitur, vniuerſale eſt, quoniam in ſubiecto eſt, accidens in ſubiecto ergo eſſe, & de ſubiecto prædicari, vl̃e accidens monſtrat. Huius quoque complexionis conuenientia proponit exempla. ait .n. ſcientiam in ſubiecto eſſe, in anima: nam niſi anima ſit, in qua ſit, ſcientia nulla eſt, idcirco quod ſcientia actus eſt animę. nam ea quæ ſunt inanimata, nihil ſciunt. Hinc ſequitur ſubſtantiæ particularis propoſitio, quam .ſ. ita declarat, quod neque in ſubiecto ſit, neq; de ſubiecto prędicetur. Nam quod in ſubiecto non eſt, ſubſtantia eſt: & quod de ſubiecto non prędicatur, particularitas. Vtrçque igitur res, de ſubiecto non prædicari, & in ſubiecto non eſſe, particularis eſt ſubſtantia. Res igitur quatuor cum propria complexione, non ſm propria nomina, ſed ſm ptoprias rationes definitioneſque contexuit. Nam pro ſubſtantia uniuerſali poſuit, quod in ſubiecto non eſt, & de ſubiecto prędicatur. pro accidenti particulari dixit, quod in ſubiecto eſt, & de ſubiecto non prędicatur. Accidens vero vniuerſale per hoc deſignauit, quod ait, & in ſubiecto dicitur. Pro particulari ſubſtantia interpoſuit, quod nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto prędicatur. ſimpliciter autem quæ ſunt indiuidua & numero ſingularia, de ſubiecto nullo dicuntur, in ſubiecto autem nihil ea prohibet eſſe, quædam .n. grãmatica in ſubiecto eſt. Omnis particularitas aut ſubſtantia erit, aut accidens. Nam cum dico Socratem, indiuiduam & particularem ſignificaui ſubſtantiam, cum dico quandam grammaticam, indiuiduum & particulare accidẽs dixi. Indiuidua aũt ſũt, quę neq; in alias ſpecies diuidi p̃nt, neque in alia indiuidua. Nam quemadmodum animal diuiditur in ſpecies, hominẽ atq; equum, hõ aũt in ſingulos homines, id eſt in Socratem, & Platonem, & cęteros: ſic Plato & Socrates non diuiduntur in alios: atque hoc idem de accidentibus dici conuenit. Nam quemadmodum ſcientia diuiditur in ſpecies grammaticam & rhetoricam, grammatica uero ipſa in particulares grammaticas, quas .ſ. particulares homines norunt: Sic ipſa particularis grammatica in particulares grammaticas non ſecatur. Ergo indiuidua ſunt quæcunque ſunt numero ſingularia, & in nullas alias

mul-

multitudines ſm ſpecies,uel ſm indiuidua diuidũtur. Oẽ indiuiduũ,qm̃ particulare eſt,de ſubiecto non prędicaſ.oẽ ãt qđ de ſubiecto non prędicatur, aut ſubſtantia erit, ut Plato,aut accidẽs,ut quędã grammatica. Ex his ergo particularibus, ſubſtantia.ſ.atq; accidẽti,quę de ſubiecto non prędicantur,ſubſtantia quidem nec in ſubiecto eſt,accidẽs uero i ſubiecto eſt.Ita illa indiuidua quę ſubſtantię ſũt ſubiecto eſſe non poterunt:alia uero indiuidua q̃ ſm accidentis naturã dñr,illa in ſubiecto eſſe nihil prohibet.Atq; hoc eſt qđ ait.Simpliciter ãt quę ſunt indiuidua & numero ſingularia,de nullo ſubiecto dicuntur,in ſubiecto ãt nihil prohibet eorũ aliqua eſſe. Quędã.n.grãmatica in ſubiecto eſt de ſubiecto ãt nullo dicit.Hoc.n.maluit demõſtrare,& accidentib.& ſubſtantijs particularib hoc eſſe cõe,q̃ de ſubiecto nõ pdicantur. Hoc.n.dixit,Simpliciter aũt quæ ſunt indiuidua & numero ſingularia,de nullo ſubiecto dicũtur.Subaudiendo.ſ.ſiue ſub̃a ſint ſiue accidẽtia,ſed non omnia in diuidua nõ ſunt in ſubiecto.Indiuidua .n.accidẽtia in ſubiecto eſſe nihil phibet.Quędã.n.grãmatica cũ ſit indiuidua, & de ſubiecto non prædicetur, tamen in ſubiecto eſt .i. in anima. Sed ut congregatim dicatur,ſenſus hmõi eſt.omnia quidem quæcunque ſunt indiuidua de ſubiecto quidem nullo dñr,ſed non omnia non ſunt in ſubiecto. Nam cum particularis ſubſtantia in ſubiecto non ſit,ut Plato, particulare tamen accidens in ſubiecto eſt, ut quædam grammatica,in anima.Illud quoque magna attentione notandum,eſt quis ſit huius ordo propoſiti. Nam cum ſint quatuor complexiones, factę ex quatuor rebus. quarum duæ natura diſcrepant,ut ſubſtantia & accidens, duę quantitate, ut particularitas & uniuerſalitas, coniunctis compoſitisq; his quatuor omnibus diſſentientem lateribus diſpoſitionem fecit. Poſuit.n. prius ſubſtantiam uniuerſalem dicens, quod in ſubiecto non eſt,& de ſubiecto dicitur.Poſt hãc primam poſitionem totis diſcrepantem rebus,rem ſubdidit,id eſt accidens pariculare, quod in ſubiecto eſſet, & de ſubiecto non prędicaretur.Nam cum accidens dixit, a ſubſtantia diſgregauit, quod particulare addidit,ab uniuerſali,diſiũxit.Rurſus ex alio latere diſpoſuit in diuiſione accidens uniuerſale,dicens quod in ſubiecto eſt, & de ſubiecto prædicatur: & ultimo ſubſtantiam particularem contrariam ſuperiori accidẽti accidens,quod neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto prędicatur,ſubſtantię particularitatem,uniuerſalitati accidentis opponens.Sed ut planus quod dicimus ſit, figuram deſcriptionemque ſubiecimus.in qua ſuperius latus ſubſtantia accidentiq; notauimus, reliquum particularitatis & uniuerſalitatis titulo inſcripſimus Ariſtotelicam complexionem angulariter & per latera deſignantes.

Aſyſtaton




Aſyſtaton

PRIMA REGVLA.

*Qvando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcunque de eo quod prædicatur dicuntur, omnia etiam de ſubiecto dicuntur, vt homo prædicatur de quodam homine, animal uero de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur. quidam.n.homo, & homo eſt & animal.*

Cum ſuperius de his quę in ſubiecto ſunt.i.de accidẽtib. loqueretur,definitionem conſtitutæ in ſubiecto rei,& prę ter ſubiectum nullo modo permanẽtis in media tractatione diſpoſuit,dicens,illud eſſe in ſubiecto quod neq; pars eſſet alicuius,nec ſine ſubiecto poſſet ullo modo permanere. Patefacto igitur quid ſit eſſe in ſubiecto, nunc quid ſit prędicari de ſubiecto declarat:duobus.n.modis prędicationes ſiunt:vno ſecundum accidens,alio de ſubiecto. de homine nãq; prędicatur album dicitur.n.homo albus:rurſus de eodem hoie prædicatur animal:dicitur.n.homo animal.Sed illa prior prędicatio quæ eſt, homo albus eſt,ſecundum accidens eſt,nãq; accidens,quod eſt album,de ſubiecto homine prędicatur,ſed non in eo quod quid ſit:nam cum album ſit accidens,homo ſubſtantia, accidens de ſubſtantia in eo qđ quid ſit prædicari non poteſt:ergo iſta prædicatio ſecundũ accidens dicitur. de ſubiecto uero prędicare eſt quoties altera res de altera in ipſa ſubſtantia prædicatur, ut aĩal de homine:nam,qm̃ animal & ſubſtantia eſt,& genus hoĩs: iccirco in eo quod quid ſit de homine prędicatur.Quare illa ſola de ſubiecto pdicari dicuntur, quęcunque in cuiuſlibet rei ſubſtantia & definitione ponuntur.ergo quotieſcunque huiuſmodi fuerit prędicatio, ut alterum de altero ut de ſubiecto prædicetur,id eſt ut de eius ſubſtãtia dicatur, ut animal de homine,hanc proprietatem euenire neceſſe eſt,ut ſi de eo quod prędicatur, quippiam ut de ſubiecto, id eſt in eius ſubſtantia prędicetur, neceſſario idem hoc quod de pdicato dicitur, dicatur etiam de prędicari ſubiecto, ut homo prędicatur quidem de Socrate in eo quod quid ſit. Interrogantibus.n.quid ſit Socrates, hominem reſpondemus. At uero de ipſo homine i eo quod quid ſit, animal dicitur, in ſubſtãtia.n. hominis animal prędicatur.atq; ita ſit ut animal quidem de homine, homo uero de Socrate in eo quod quid ſit, ut de ſubiecto prędicentur. Ergo quoniam iſta eſt conſequentia, & animal de Socrate in eo quod quid ſit prędicabitur.Poteſt .n. dici interrogantibus quid eſt Socrates? animal.Ergo manifeſtũ eſt, quod ſi qua res de alia ut de ſubiecto prędicetur, ut homo de Socrate: de eadem uero re quæ prædicatur, de homine ſcilicet,alia rurſus ſuperior,ut de ſubiecto prędicetur,vt animal,neceſſe erit:& hanc eandem de ſubiecto eius de quo ipſum dicitur prędicari,ut animal de Socrate: Socrates nanque ſubiectus eſt homini, de quo animal prędicatur. Ergo conſtat huiuſmodi definitio q̃ dicit.Quoties alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto vt ſi quid ſit quod de eo quod prędicatur, in eo quod quid ſit,dici poſſit, hoc idem ipſum de eo quod prius ſubiectum erat, poſſit prędicari. Sed fortaſſe quiſquam dicat minime verũ eſſe qđ dictum eſt:nã cum hõ de Socrate prędicetur: Socrates.n.homo eſt, de homine uero ſpecies, homo enim ſpecies eſt: Socrates ſpecies eſſe non dicitur.Et rurſus cum animal de homine prędicetur, de animali uero genus: animal .n. genus eſt, homo generis uocabulo caret: non enim dicitur homo eſſe genus:homo enim genus non eſt,ſed tantum ſpecies. His dicendum eſt,quod minus aduerterint illam eſſe definitionem de ſubiecto prędicationis, quę in eo quod quid ſit unumquodq; & in eius ſubſtantia prędicaretur, nunc autem ſpecies de homine non in eo q̃ quid ſit prędicatur.Neque enim ſi quis hominis definitionem reddat,ſpeciem nominauit, ſed deſignatiuum nomen eſt tantum,utrũ de pluribus ſpecie differentibus prędicetur, hoc nomẽ qđ eſt homo, an certe tantum de ſolis indiuiduis. Nam quoniam de indiuiduis ſolis homo prædicatur iccirco ſpecies dicitur,& quoniam de ſpecie differentibus animal dicitur, iccirco animal genus uocamus. Et ſunt quodam modo nominum nomina.Quare neq; genus de animali,neq; ſpecies de hoĩe, in eo qđ qđ ſit prędicatur, ſed tantum deſignant,

quomodo homo, & animal de ſubiectis(ut dictum eſt)proprijs prędicentur, Ergo non eſt mirandum, ſi ad eorum ſubiectũ, quæ de ſubiecto dñr, eius prædicari, quod de ſubiecto non dicitur, prędicatio peruenire non poteſt,

## SECVNDA REGVLA.

*Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſecundum ſpeciem ſunt differentię, vt animalis & ſcientiæ. animalis ſi quidem differentiæ ſunt, vt greſſibile, volatile, bipes, & aquatile: ſcientiæ vero nulla harum eſt, neque enim ſcientia a ſcientia differt in eo quod eſt bipes. Subalternorum vero generum nihil prohibet eaſdẽ eſſe differentias, ſuperiora.n. de inferiorib. prędicantur, Quare quęcunque fuerint prędicati differẽtiæ, erunt eadem & ſubiecti.*

7 Cum multis modis genus dicatur, ſolum quod nũc tractari conuenit aſſumamus. Dicitur.n.genus, quod de pluribus ſpẽ differentibus in eo quod quid ſit prædicatur. vt animal prędicaẽ de hoĩe, & de equo, & de cane, & de boue, & de cæteris, quæ omnia ſpecie ipſa a ſe diſcreta ſunt. Spẽs vero eſt, quod de plurib. numero differentibus in eo qđ quid ſit, prędicatur. ut homo prædicatur de Catone, Socrate, Platone, Virgilio, Cicerone, & de ſingulis hominibus, qui ſpẽ ipſa non differunt, ſed tñ a ſe numero diſtant. differentia vero eſt, quæ ſub eodem genere poſitas ſpecies propria qualitate diſterminat. nã cum equus & homo quantum ad genus unum ſint: (vterq;.n.animal eſt) differentia rationalis, & irrationalis vtroſq; diſtingit ac diſcernit. Qualitate.n. quadã rõnabilitatis, & irrationabilitatis vterq; a propriæ ſubſtantię definitione diſſentiunt. Ergo differentia eſt, quæ de pluribus ſpẽ differentibus in eo quod quale ſit, prædicatur. Nãque hæc ipſa differentia quę eſt irrationabilitas de multis ſpẽ differentibus prædicatur, ut de cygno, & equo, & piſce, quę omnia a ſe cum ſpẽ ſua diſſentiant, irrationabilitatis tñ qualitate coniuncta ſunt. Sed non in omnibus differentia de pluribus ſpecie differentibus prędicatur, Sunt.n. quædã quę non niſi de vna ſpecie prędicantur, ut grauitas de ſola terra, leuitas de ſolo igne proprie dicitur At vero nec ſpẽs ſemper de pluribus numero differentibus prædicatur: mundi.n. ſpecies de vno ſolo mũdo dicitur & phœnicis ſpecies de vna tñ phœnice, ſed idcirco ita definita eſt, ꝙ frequentius differentia de pluribus ſpecie differentibus prędicaẽ, quã de vno. Eodemq; modo & ſpecies frequentius inuenit de pluribus numero differentibus prędicari, quã de vna tñ re ac ſingulari. His ita poſitis ſunt quædam genera, quæ generaliſſima nuncupantur, quibus genus inueniri non poſſit. ſunt ſpecies quibus alias ſubiectas ſpecies nullus inueniet. Inter vtraq; autẽ ſunt alia, quę ſubalterna genera nominãtur, quæ ſuperiorum quidem ſpecies ſunt, poſteriorũ vero genera. vt ſubſtantia genus quidem eſt generaliſſimum, vt eius genus inueniri nõ poſſit, homo vero ſpecies eſt, vt eius ſpẽs alia reperiri non valeat. Animal vero ad ſubſtantiam quidem ſpecies eſt, ad hominem vero genus. Decem igitur prædicamentorum ſignificatio nihil aliud demonſtrat, niſi decem genera rerum, quę generaliſſima nominamus. Ergo quoties genera generaliſſima diſcrepant, eorum quoq; ſpẽs diſcrepabunt: & quoties ſpẽs diſcrepant, quoniam differentijs disiunguntur, atque informantur, differentię quoque diuerſarum ſpecierum diſcrepabunt. Animal namque & ſcientia, quoniam eſt animal ſubſtantia, ſcientia vero ad aliqd: quoniamq; genus animalis eſt ſubſtantia, & genus ſcientiæ eſt ad aliquid, omni ſubſtantiæ a ſe ratione diſcreta ſunt, & differentię quoque ſcientię, atque animalis omnibus qualitatibus disiunguntur. Eſt nanque differentia animalis, bipes, & quadrupes: animal.n. ſic ab alio animali differt, quo hoc quidem bipes ſit, vt homo, & auis: illud vero quadrupes, vt equus, atque bos; illud vero multipes, vt formica, & apis. Sed ſcientia differentias huiuſmodi non habet, neq;.n. ſcientia a ſcientia differt in eo quod bipes eſt. Quare conſtat quoties diuerſa ſunt genera, ſpẽrũ quoq; differẽtias eſſe diſcretas. Atq; hoc eſt qđ ait. Diuerſorum generũ & nõ ſubalternatim poſitorum diuerſas ſm ſpẽm differẽtias eſſe. Et hoc exempli adiectione firmauit dicens. Aialis & ſcientię diuerſas eſſe differentias: nam cum ſit bipes aialis differentia, ſcientiæ non eſt. Et hoc quidem diuerſis generib. dictũ eſt, id eſt quę ſubalterna non ſunt. Quod ſi ſubalterna ſunt genera, nihil prohibet alias eaſdem eſſe differentias, alias diuerſas, ut auis eſt ſpecies animalis, & rurſus eſt genus coruι, & eſt ſubalternum genus, auis. Sed animalis differentię ſunt rõnalis, atq; irrationalis: auis vero differẽtia rõnalis non eſt. Nulla.n. auis ab alia aui differt ꝙ ſit rõnalis, ergo hoc loco non ſunt eædem ſubalternorum, gñrum differentiæ, Si quis uero has gñris.i. aialis differentias dicat, vt aĩalium alia ſunt, quę paſcatur herbis, alia q̃ ſeminibus, alia quę carnibus. Hæ differentiæ conueniunt in ſubalterno genere, videlicet in auis nanq; auium ſunt aliæ, quæ ſeminibus veſcuntur, alię quę herbis, alię q̃ carnibus, vt vultus, & miluus. ergo in ſubalternis generibus nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, & iterum diſcrepare. Hoc aũt idcirco euenit, quia quæ de prędicato dñr, poſſunt de ſubiecto prædicari. Quare qđ dicitur de genere, põt etiã dici de ſpẽ. Atq; hoc eſt qđ ait, Subalternorum vero gñrum nihil prohibet eaſdẽ eſſe differentias. Superiora.n. de inferioribus generibus prędicantur. ſed cum diceret nihil prohibet eaſdem eſſe differentias, hoc quodammodo voluit demonſtrare, eſſe quaſdam eaſdem differentias. alias vero poſſe eſſe diuerſas, cui rem contrariã intuliſſe uidetur cum dicit. Quare quęcũque prędicati differentię fuerint, eędem erunt ẽt ſubiecti. nã cum illic dixiſſet, nihil prohibet eſſe eaſdem differẽtias generũ ſubalternorũ: hic oẽs eaſdem eſſe declarat. dicit.n. Quęcunq; fuerint differentiæ ꝓdicati, eaſdem ẽt ſubiecti eſſe. atq; hæc res plures maximis illigauit erroribus, ut emendandum crederent locum, non vt eſſet ita. Quare quæcũq; prędicati differentię fuerint, eædẽ erunt ẽt ſubiecti: ſed ut hoc modo. Quare q̃cunq; ſubiecti differentię fuerint, eędẽ erunt etiam ꝓdicati. Sed hoc abijciendum eſt, neque.n. fieri poteſt ut in rẽ ſuperiorẽ prædicatio poſterioris redundet. Nam cum dicitur, quęcunq; ſubiecti fuerint differẽtię, eędẽ erunt prędicati, hoc.i. ſignificatur, vt prędicatio ſubiecti redeat in prędicatum, quod fieri non poteſt. Sed dicendũ eſt, quod ſunt alię differentiæ quæ dicuntur completiuæ prædicati, & cuiuſlibet illius ſpeciem informantes, quæ cõi nomine ſpecificæ nominantur. Nam cũ dico animatum, & ſenſibile, ſi ſubſtantiæ coniungantur, definitionem, & ſpeciem mox animalis efficiunt. Animal.n. eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, atq; hę differentię dicuntur ſpecificę, & completiuę, Sunt aũt alię quę ipſæ quidem nihil complent, nec vllã ſpẽm reddunt, ſed genus tñ diuidunt, vt rationale, & irrationale, hæc.n. diuidunt genus, ideſt animal. Animal.n. rõnali differentia irrationaliq; diuiditur. Ergo illæ quæ ſunt generis diuiſiuę differentiæ, poſſunt aliquoties eędẽ eſſe poſſunt aliquoties non eædem, ut animalis quoniam diuiſibilis eſt differentia quę eſt rõnale, poteſt eam non habere auis, quę eſt ſubalternum genus. Et rurſus eaſdem diuiſibiles habere poteſt, vt eaſdem quas ſuperius diximus. Nam cum diuidant animal differentię, quæ carnibus, herbis, & ſeminibus ueſcuntur, eędem poſſunt eſſe ſubalterni generis ideſt auis, ergo hæc diuiſibiles poſſunt etiam eſſe diuerſæ. Illę vero quę completiuę & ſpecificę ſunt, aliquando non prędicari de ſubiecto non poſſunt. Vt quoniam animal habet differentias completiuas, & ſuæ ſpeciei effectiuas, ſenſibile.ſ. & animatum: Hę differentiæ de homine, quod eſt ſubiectũ animalis, non prædicari non poſſunt. Omnes.n. ſpecificę differentiæ de his prædicantur, quorum ſpeciem complent, ut de animali prædicatur ſenſibile & animatum, & hoc vt de ſubiecto. In ſubſtantia.n. animalis utraq; prædicantur, ſed animal prædicatur de homine, ut de ſubiecto, neceſſe eſt ergo animatũ, atq; ſenſibile de homine prędicari, ut de ſubiecto.

ſubiecto.Hoc eſt.n.qđ ſuperius pręmiſit,cũ diceret. Qñ alterum de altero prædicat, vt de ſubiecto, quæcunq; de eo qđ prædicatur,dñr, omnia ẽt de ſubiecto dñr. Atq; hoc in omnibus generibus recte conſtat intelligi. Ergo diuiſibiles differentię poſſunt aliqñ cum ſubiectis eſſe cões, aliqñ diuerſę.Specificę vero & completiuę cum ſubiectis cões non eſſe non poſſunt. Qđ ergo Ariſtoteles ait, Subalternorum generum nihil prohibere eaſdem eſſe differentias, diuiſibiles differẽtias eaſdem eſſe nihil prohibere diſputatum eſt, quæ poſſunt eſſe etiã diuerſæ. Quod uero ait. Quęcunq; ꝑdicati differentię fuerint, eædem erunt etiam ſubiecti, de ſpecificis intelligendum eſt. q̃ cum ſpeciẽ cuiuſlibet informent,& de eo qđ informant, ut de ſubiecto prędicenť, ad quodcunq;,vt de ſubiecto prędicatur illud quod ipſę differentiæ informant, de eo, vt de ſubiecto prædicabuntur,& de eo non prædicari non poſſunt. Quare nihil eſt in huiuſmodi theoremate, quod vllo modo debeat emendari.

## PRAEDICAMENTORVM ENVMERATIO.

*EOrum quidem quæ ſecundum nullam complexionẽ dicuntur,ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat, aut quãtitatem, aut qualitatem,aut ad aliquid, aut vbi,aut quando,aut ſitum, aut habere, aut facere,aut pati. Eſt autem Subſtãtia, vt figuraliter dicatur,ut homo,equus. Quantitas,vt bicubitum, tricubitum. Qualitas,vt albũ, grammaticum. Ad aliquid,vt duplum,dimidium,maius, minus.Vbi,vt in Lyceo,in foro. Quando,vt heri,ſuperiori anno. Situm,vt ſedet,iacet.Habere, vt calciatus, armatus.Facere, vt ſecare, vrere. Pati,ut ſecari,uri.Singula igitur eorum quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſecundum ſe in nulla affirmatione dicuntur, aut negatione. Horum aũt ad ſe inuicem affirmatio,vel negatio fit complexione.Videtur autem omnis affirmatio vel negatio, vel vera vel falſa eſſe. eorum autem quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur ſingula, neq; vera, neq; falſa ſunt, ut homo,album,currit,uincit.*

8·Poſt paruiſſimam in quatuor enumerationẽ, ideſt in ſubſtantiam,accidens,vniuerſalitatẽ, particularitatę,nunc eſt de partitione maxima tractaturus, q̃ fit in decẽ.hac.n enumeratione maior nõ põt inueniri. Neq;.n.vndecim prędicamenta potuerunt inueniri, nec vltra decem vllo modo aliqđ genus recte excogitari põt.Quare facit hmõi enumerationẽ,ſed non diuiſionem: Diuiſio nanq; ſere eſt generis in ſpecies. prędicamẽtorum vero, qm̃ genus vnum nõ habẽt, diuiſio eſſe non poteſt,ſed potius enumeratio eſt.Sunt uero quidam qui contendunt recte enumerationem non eſſe diſpoſitam,alij nanq;,ut ſuperuacua quędam demunt, alij ut curto operi addunt,alij vero permutant, quos nimirum nõ recte ſentire alio nobis opere dicendum eſt, ait autem.Eorum quæ ſm nullam complexionem dñr. Adeo non de rebus, ſed de vocibus tractaturus eſt,vt diceret.Dñr.Res eñ proprie non dñr,ſed uoces,& qđ addidit, ſingulum aut ſubſtantiam ſignificat,late patet eum de uocibus diſputare nõ.n.res,ſed uoces ſignificant,ſignificantur autem res Sine cõplexione uero dñr (ut dictum eſt)quæcunq; ſingulari intellectu,& uoce proferuntur.Secundum cõplexionem uero, q̃cunq; aliqua coniunctione, uel accidentis copulatione miſcentur ſed quid ex ijs quę ſecundum nullam complexionẽ dñr efficitur, ipſe demonſtrat cum dicit. Singula igitur eorum quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſm ſe in nulla affirmatione dicuntur. Horum autem ad ſe inuicem complexione affirmatio fit.uidet.n.oĩs affirmatio,uel falſa eſſe,uel uera.Eorum autem quę ſm nullam complexionem dicuntur, neque uerum quicquam,neque ſalſum eſt,ut homo,album, currit, uincit. Significat ergo, & hic ea quæ ſine nlla complexione dicuntur,affirmationis uim non obtinere. Si quis eñ dicat homo, uel album, uel decem, uel quidlibet ſimplicimodo,in eo neq; uerum aliquid inueniet,neq; falſum, ſed oĩs affirmatio,vel vera,vel falſa eſt. Igitur vr̃ pronunciae prędicamenta affirmationis rõne penitus non teneri. Sed hæc eadẽ ſi cum quadam complexione coniuncta ſint, fieri propoſitiones neceſſe eſt, quę in ſe uerum falſumve contineant.Sed non omnis complexio propoſitionẽ facit. Nec ſi dixero,Socr.in foro,idcirco iam propõ eſt.Sed ſi quis dicit, Socr.in foro ambulat,tunc fit propõ,quę aut affirmatio eſt, aut negatio.Affirmationis autem & negationes,uel uerę uidentur eſſe uel falſę.atque ideo quodcunque neque uerum, neque falſum eſt:illud propoſitio non eſt.Ergo quadam cõplexione ex ijs quę ſm nullam complexionem dñr, veritas falſitasq; conficitur;Affirmationẽ autem ſolam nunc Ariſt. interpoſuit idcirco,ꝙ oĩs affirmatio prior eſt. hoc .n. negatio tollit quod affirmatio ante conſtituit,prior quidem ſm ſignificationem ſed non ſm genus,quod alio liquebit loco. Maxime ãt monſtrat Ariſt.ſe non de rebus, ſed de uocibus tractaturum,quod ait.Horum ãt ad ſe inuicem complexione affirmatio fit,non enim rerum complexione fit affirmatio,vel negatio,ſed ſermonũ.nec in rebus eſt veritas,& falſitas,ſed in intellectibus,atque opinionibus, & poſt hęc in vocibus atq; ſermonibus. Atque hęc hactenus. Secundum complexionem ergo ſunt quæcunque ex integris compoſitis fiunt,vt Socrates ambulat.nam & Socr. & ambulat uterque integer ſermo eſt,& coniunctus affirmationem facit.At vero ſiquis dicat flammiger,uel multiſonus, uel fluctiuagus ſm complexionem non erit iſta prolatio, idcirco quod ex neutris integris factum eſt. Horum autem decem prędicamentorum definitiones inueniri non pñt, idcirco quod ea q̃ ſignificant,generaliſſima ſunt. Subſtantia .n. & quantitas, & qualitas nulli unq̃ generi uidentur eſſe ſubiecta. Quare qm̃ definitio omnis a gñe dicitur,genus quod alij gñi ſubiectum non eſt,a definitione relinquitur. Sed nunc quidem omnium prędicamentorum conuenientia dixit exempla. Poſt vero latius de vno quoq; tractabitur. & qm̃ definitio inueniri nulla poteſt,quibuſdam proprietatibus informantur.quare,qm̃ de his dictum eſt plene,ad tractatum ſubſtantię tranſeamus.

## DE SVBSTANTIA.

*SVbſtantia autẽ quæ proprie & principaliter & maxime dicitur,eſt quæ neque de ſubiecto dicitur,neque in ſubiecto eſt,ut aliquis homo,vel aliquis equus. Secundæ ãt ſubſtantiæ dicuntur ſpecies,in quib.illæ quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur,inſunt.Et hæ quidem: & harum ſpecierum genera,vt aliquis homo,in ſpecie quidem eſt,in homine genus vero ſpeciei,animal eſt. Secundæ ergo ſubſtantiæ hæ dicuntur,vt eſt homo,atque animal.*

9.Quæritur cur ꝑdicamentorum tractatum a ſubſtantiis inchoauerit.nam qm̃ omis res aut in ſubiecto eſt, aut in ſubiecto non eſt:quicquid in ſubiecto eſt,eget ſubiecto,qm̃ in ꝓpria natura non ꝑt conſiſtere.& qm̃ rebus oĩb.ſubſtantia ſubiecta eſt, nihil eorum quę in ſubiecto preter ſubſtantiam poterit permanere.Sed prior illa natura eſt,ſine qua alia eſſe non poſſunt. Quocirca prior naturaliter uidetur eſſe ſubſtantia, non abſurde igitur in diſputatione quod prius per naturam fuit,prius ẽt ſumpſit.Et definitionem quidem ſubſtantiæ proferre non potuit:ſed poſt exemplum ſuperius datum,dſcriptionem quandam profert,qua quid ſit ipſa ſubſtantia queamus agnoſcere,hoc eſt ãt, non eſſe in ſubiecto: Subſtantia.n.in ſubiecto non eſt.Facit ãt quandam ſubſtantiarum diuiſionẽ cum dicit,alias primas eſſe ſubſtantias,alias ſecundas. Prima vocans indiuiduas,ſecundas uero indiuiduarum ſpecies & genera. Ergo cum primis ſecundiſque ſubſtantijs commune ſit non eſſe in ſubiecto, addit um primis ſubſtantijs de ſubiecto non prędicari,primas ſubſtãtias a ſecundis ſubſtantiis ſeparat:ſubſtantia.n.indiuidua, in eo quod eſt ſubſtantia, in ſubiecto non eſt, quod autem indi-

uidua.eſt, de ſubiecto non prędicatur. Sût ergo primæ ſubſtantiæ, q̄ neq; in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto dicunt̄, vt eſt Socrates & Plato. Hi.n. quoniam ſubſtãtię ſunt, in ſubiecto nullo ſunt: qm̄ vero particulares ĩdiuiduiq; ſunt, de nullo ſubiecto p̄dicantur. Secundę vero ſubſtantiæ ſunt, quib, cõe eſt cum primis ſubſtantijs quod in ſubiecto non ſi[illegible]t, propriũ vero quod de ſubiecto prędicantur, q̄ ſecundę ſubſtantię ſunt vniuerſales, vt eſt homo atq; animal. homo nãque & animal ĩ nullo ſunt ſubiecto, ſed de ſubiecto aliquo p̄dicantur. Sunt igitur primę ſubſtantię particulares: ſecundæ vniuerſales. Proprie autem ſubſtãtias, indiuiduas dicit, quod hominem quidem ideſt ipſam ſpẽm, & animal, quod eſt genus, non niſi ex indiuiduorũ cognitione colligimus. Quare qm̄ ex ſingulorum indiuiduorum ſenſibus generalitas intellecta eſt, merito proprię ſubſtantiæ indiuidua & ſingula nominantur. Principaliter vero indiuiduæ ſubſtantię dictę ſunt, ꝙ omne accidens prius in indiuidua, poſt vero in ſecundas ſubſtãtias venit. Nam quoniam Ariſtarchus grammaticus eſt, homo vero eſt, Ariſtarchus eſt homo grãmaticus, ita prius omne accidens in indiuiduum venit: ſecũdo vero loco etiam in ſpecies generaq; ſubſtantiarum accidens illud venire putabitur. Recte igitur quod prius ſubiectum eſt, hoc ſubſtantia principaliter appellatur. Maxime autem ſubſtantia prima dicitur, idcirco quia q̄ maxime ſubiecta eſt rebus alijs, ea maxime ſubſtantia dici põt, maxime aût ſubiecta eſt prima ſubſtantia. Omnia .n. de primis ſubſtãtijs dñr, aut primis ſubſtãtijs inſunt, vt genera & ſpecies: nanq; & genera & ſpecies p̄dicantur de proprijs indiuiduis. vt aĩal atq; homo p̄dicantur de Socrate .i. ſecundæ ſubſtantiæ de primis. Sin vero ſint accidentia, in primis ſubſtantijs principaliter ſunt. Quare, qm̄ & accidentia in primis ſubſtãtijs principaliter ſunt, & ſecũdæ ſubſtãtiæ de primis ſubſtantijs p̄dicantur, primæ ſubſtantię ſecundis ſubſtãtijs accidentibusq; ſubiectę ſunt. Quare, qm̄ iſte maxime ſubiectæ ſunt, & accidentium ſubſiſtentiæ, & ſecundarũ ſubſtantiarum p̄dicationi, idcirco maxime ſubſtantię nuncupãtur. Dicit aût non omnes ſpẽs neq; omnia genera, ſecundas eſſe ſubſtantias, ſed eas tantum q̄ primas ſubſtantias contineret, vt eſt homo atq; aĩal. homo nanq; continet Socratẽ .i. aliquã indiuiduam ſubſtantiam. Animal vero continet indiuiduũ ſpẽmq; id eſt hoĩem & aliquem hominem. Quare genera & ſpecies q̄ de primis ſubſtantijs p̄dicantur, ipſas ſecundas putat eſſe ſubſtantias, hoc aût modo ait. Secundæ aût ſubſtantiæ dicuntur in quibus ſpẽbus illę q̄ principaliter ſubſtantię dicũtur, inſunt, & hę & harum ſpecierũ genera, & inde conuenientia ponit exempla. Ac ſi diceret, non oĩa genera, neq; omnes ſpẽs ſecundas ſubſtantias dico, ſed eas tm̄ ſpecies in, quibus indiuidua illa, ideſt primę ſubſtantię, ſunt, & harum ſpecierum, id eſt q̄ continent primas ſubſtantias, genera. Hoc aût idcirco dictum videt, ne quis colorem qd̓ genus eſt, vel album quod eſt ſpecies, ſecundas putat eſſe ſubſtantias. Iſta.n. primas ſub ſe non continent. Sed dicat aliquis, quemadmodũ primę poterunt eſſe ſubſtantię indiuiduę, cũ omne qd̓ prius eſt ſublatum, auferat id quod eſt poſterius, poſterioribus vero ſublatis priora nõ pereũt. Homo nanq; ſi pereat, Socrates quoq; ſit continuo periturus. Si vero Socrates interierit, homo continuo non periturus. Si igitur ſublatis generibus & ſpeciebus indiuidua perimuntur, ſublatis indiuiduis genera ſpecieſq; permanent magis primas ſubſtantias, ſpecies & genera nominari, dignum fuit. Sed hoc modo indiuiduorum natura non recte accipitur. Neq;.n. cuncta indiuiduorum ſubſtãtia in vno Socrate eſt, vel quolibet vno homine, ſed in omnibus ſingulis. Genera namq; & ſpecies non ex vno ſingulo intellecta ſunt, ſed ex omnibus ſingulis indiuiduis, mentis rõne concepta. Semper etiam q̄ ſenſibus propinquiora ſunt, ea etiam ꝓxime nuncupanda vocabulis arbitramur. Qui enim primus hominem dixit, non illum qui ex ſingulis hominibus conficitur concepit animo, ſed quendam ſingularem atq; indiuiduum, cui hominis nomen imponeret. Ergo ſublatis ſingulis hominibus, homo non remanet, & ſublatis ſingulis animalibus, animal interibit. Quo circa, qm̄ in hoc libro de vocabulorũ ſignificatione tractatus habet̄, ea q̄bus vocabula prius poſita ſunt, merito primas ſubſtantias nuncupauit. prius aût illis vocabula ſunt indita, q̄ prius ſub ſenſib. cadere potuerunt. Senſibus vero obijciuntur prima indiuidua. Merito igitur ea prima in diuiſione poſuit. Eodem quoque modo illa q̄ö ſoluitur, q̄ dicit. Cum naturaliter primæ intellectibiles ſint ſubſtantię, vt Deus & animus, cur nõ has primas ſubſtantias nuncupauerit? Qm̄ hic de nominibus tractatus habet̄, nomina aût primo illis indita ſunt, q̄ principaliter ſenſibus ſuere ſubiecta. Poſteriora vero in noĩbus ponendis putantur q̄cunq; ad intelligibilem pertinent incorporalitatẽ. Quare, qm̄ in hoc opere principaliter de nominibus tractatus eſt, de indiuiduis vero ſubſtantijs, q̄ primę ſenſibus ſubiacent prima ſunt dicta vocabula, in opere quo de vocabulis tractabatur, merito indiuiduę ſenſibileſque ſubſtantię primę ſubſtantię ſunt poſitę. Cum aût tres ſubſtantię ſint, materia, ſpecies, & q̄ ex vtriſq; conficitur, vndiq; compoſita & compacta ſubſtãtia: hic neq; de ſola ſpẽ, neq; de ſola materia, ſed de vtriſq; miſtis compoſitiſq; propoſuit. Partes aût ſubſtantię, incompoſitæ & ſimplices ſũt, ex quib. ipſa ſubſtantia conficitur, ſpecies, & materia, quas poſt per tranſitum nominat, dicens ſubſtãtiarum partes & ipſas eſſe ſubſtantias, atq; hęc hactenus. Nunc expoſitionis curſum ad ſequentia conuertamus.

*Manifeſtum eſt aût ex ijs quæ dicta ſunt, quoniam eorum quę de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt & nomẽ & rationem de ſubiecto prædicari, vt homo de ſubiecto, aliquo homine prędicatur, prędicatur quoq; nomen ipſius. Hominem.n. de aliquo homine prædicabis. Ratio quoq; hominis de ſubiecto, aliquo homine prædicabitur. quidam.n. homo & homo eſt & animal: quare & nomen & ratio prędicabitur de ſubiecto. Eorum vero quę in ſubiecto ſunt, in pluribus quidem neq; nomẽ de ſubiecto, neq; ratio prædicabitur: In aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet interdum prædicari de ſubiecto, rationem vero impoſſibile eſt prędicari. vt albũ cum in ſubiecto ſit, in corpore, prædicatur de ſubiecto, dicitur.n. corpus album, ratio vero albi nũquam de corpore prædicabitur. Alia autem omnia aut de ſubiectis dicuntur, principalibus ſubſtantijs, aut in ſubiectis eiſdem ſunt. Hoc aût manifeſtũ eſt ex his quę per ſingula proponentur, vt animal de homine prædicatur ergo de aliquo homine. nam ſi de nullo aliquorum hominũ neq; omnino de homine. Rurſus color in corpore eſt, ergo & in aliquo corpore nam ſi non in aliquo ſingulorum, nec omnino ĩ corpore. Quare alia omnia aut de ſubiectis principalibus ſubſtantijs dicuntur, aut in ſubiectis eiſdem ſunt. Non exiſtentibus ergo primis ſubſtantijs impoſſibile eſt eſſe aliquid aliorum.*

10 Omnia q̄cunq;, vel in ſubiecto ſunt, vel de ſubiecto p̄dicani, de ſubiectis proprijs dicuntur, namq; qđ in ſubiecto aliquo eſt, de proprio ſubiecto p̄dicatur, vt album de corpore p̄dicatur. dicitur.n. corpus album. Sed qm̄ ſecundę ſubſtantię primarum ſubſtantiarũ vel ſpecies vel genera ſunt. Socratis.n. ſpecies homo eſt, & animal genus: genus autẽ de ſubiectis ſpeciebus & ſpecies de indiuiduis vniuoce p̄dicatur. ſecundę ſubſtãtię de ſubiectis ſpẽbus & indiuiduis vniuoca p̄dicatione dicũtur. Conuenit namq; primarũ & ſecũdarum ſubſtantiarum, ſi ſit vna facta, definitio: nam; animal & homo & Socrates vna definitione iunguntur, qđ ſubſtantiæ animatę atq; ſenſibiles ſunt. Igit̃ ſecundę ſubſtantię ita de ſubiectis prędicantur proprijs, id eſt de primis ſubſtantijs, ut uniuoce prædicentur. Illorum uero quæ ſunt in ſubiecto, aliquoties quidem neque nomen ipſum de ſubiecto dicitur. Nam uirtus in anima eſt, ſed uirtus de anima mini-

me ꝓdicatur: aliquoties aũt denominatione dicitur, vt grāmatica qm̃ eſt ĩ homine, denominatiue grammaticus a grāmatica dicit̃. Sæpe aũt ipſius nomen de ſubiecto ꝓdicatur, vt qm̃ album eſt in corpore, corpus album dicitur, ſed ſiue nomen non prędicetur, ſiue denominatiue dicatur, ſiue ꝓprio noĩe ꝓdicatio fit definitio eius quod eſt ĩ ſubiecto, de proprio ſubiecto nunquam ꝓdicabitur, vt album quoniam eſt in ſubiecto corpore, ꝓdicatur quidem albi nomẽ de corpore. definitio vero albi ad corpus nullo modo dicitur: album namq; & corpus vna ratione vtraq; definiri non pñt. Amplius, ſi omne accidens in ſubiecto eſt, & ſubſtantia, ſubiectum eſt, differt ab accidente ſubſtantia, differt etiam definitio ſubſtantię atq; accidentis, ꝙ eadem definitio ſubiecti & eius quod eſt in ſubiecto, eſſe non poteſt. Atq; hoc eſt ꝙ ait. Eorum vero q̃ ſunt in ſubiecto, in pluribus quidẽ neque nomen de ſubiecto neq; ratio ꝓdicatur, vt virtus in anima. Addidit quoq; in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet interdum ꝓdicari, & in alijs quidem denominatiue, in alijs vero recto nomine fit ꝓdicatio. De ſecundis vero ſubſtantijs ſp ad primas ſubſtantias prædicatio peruenit. Nam ſi quidem homo, & homo eſt & animal & cętera, vna definitio animalis & ad hominem, & ad quendam hominem conuenienter aptabitur. Magis tñ eſſe ſubſtantias indiuiduas, & particulares ipſę ſignificantius monſtrat. Nam cum omnis res aut ſubſtantia ſit aut accidens, & ſubſtantiarũ aliæ ſint primæ, alię ſecundę fit trina partitio, ita vt oĩs res, aut accidens ſit, aut ſecunda ſubſtantia aut prima. Horũ aũt vt ſub deſcriptione diuiſio fiat, hoc modo dicimus. Oĩs res aut in ſubiecto eſt, aut in ſubiecto non eſt. eorum q̃ in ſubiecto ſunt, alia ꝓdicantur de ſubiecto, alia minime. eorum q̃ in ſubiecto non ſunt, alia de nullo ſubiecto ꝓdicãtur, alia vero ꝓdicantur. Ergo omnis res aut in ſubiecto eſt, aut in ſubiecto non eſt. Aut in ſubiecto eſt, & de ſubiecto ꝓdicãtur. aut in ſubiecto eſt, & de nullo ſubiecto ꝓdicatur. aut in ſubiecto nõ eſt, & de ſubiecto ꝓdicatur. aut in ſubiecto nõ eſt, & de nullo ſubiecto ꝓdicatur. His igitur ſumptis ſi primas ſubſtantias ſeparemus, remanent ſcdę ſubſtantiæ atq; accidentia. Sed ſcdę ſubſtantiæ ſunt q̃ in ſubiecto nõ ſunt, & de ſubiecto ꝓdicantur. Ergo eſſe ſuũ, niſi in hoc ꝙ de aliquo ꝓdicantur, nõ retinent. Prædicantur aũt ſcdæ ſubſtantiæ de primis, ergo vt ſcdę ſubſtantiæ ſint, ꝓdicatio de primis ſubſtantijs ca eſt. Nõ.n. eſſent ſcdę ſubſtãtię niſi de primis ſubſtantijs ꝓdicarentur. Illa vero q̃ in ſubiecto ſunt penitus cõſiſtere nõ valerent, niſi fundamenti quodã mõ loco, primis ſubſtantijs niterẽtur. Ergo oĩa q̃cunq; ſunt ꝑter primas ſubſtantias aut ſecũdę ſubſtantiæ erunt aut accidentia. Sed ſecũdę ſubſtantiæ de primis ſubſtantijs ꝓdicantur, accidentia in primis ſubſtantijs ſunt. Quocirca oĩa aut de primis ſubſtantijs ꝓdicatur, vt ſecũdę ſubſtantiæ, aut in primis ſubſtãtijs ſunt, vt accidentia: ꝙ Ariſtoteles propoſuit hoc modo. Alia aũt oĩa aut de ſubiectis dñr principalibus ſubſtantijs, aut in ſubiectis eiſdẽ ſunt. hic quoq; veriſſima ſumit exempla, Ait.n. Si accidẽs in nullo ſubiecto corpore eſſet, nec in corpore eſſet omnino. Nam ſi in nullo ſingulorum, in nullo generaliter eſſe diceretur. Et itẽ animal niſi de ſingularib. atq; indiuiduis hominibus ꝓdicaretur, nec de homine ꝓdicaretur omnino. Quare, qm̃ idcirco ꝓdicantur ſecundę ſubſtantiæ, qm̃ ſunt primæ & idcirco ſunt aliquid accidentia, quoniam eiſdem primę ſubſtantiæ ſubiectę ſunt, ſi primæ ſubſtantię non ſint, nec quæ de his prędicantur manſura ſunt, nec quæ in his ſubiectis ſunt, permanebunt.

*Secundarum vero ſubſtantiarũ magis ſubſtantia eſt ſpẽs quã genus: propinquior.n. eſt primæ ſubſtantiæ. Si quis.n. aſſignet primam ſubſtantiam quid eſt, euidentius & conuenientius aſſignabit ſpeciem proferens quã genus. vt quẽdã hominẽ aſſignãs, manifeſtius aſſignabis hoĩem, quã animal aſſignãdo. Illud.n. propriũ eſt magis alicuius hoĩs, hoc aũt cõius. Et cũ aliquã arborẽ reddideris, manifeſtius aſſignabis, cum arborem reddideris quam planta.*

11 Cõſtãt indiuiduas ſubſtãtias primas & maxime & ꝓprie eſſe ſubſtantias. Secundę vero ſubſtantię, i. genera, & ſpẽs, ſicut non ęqualiter à prima ſubſtantia diſtant, ita nõ æqualiter ſubſtantiæ ſunt: nam qm̃ propinquior eſt ſpecies primæ ſubſtantię q̃ genus, idcirco magis eſt ſubſtantia ſpẽs q̃ propriũ genus, vt hõ propinquior eſt Socrati quam aĩal, atque ideo magis eſt homo ſubſtantia. Animal vero q̃q̃ & ipſum ſubſtantia ſit, minus tñ hoĩe. hoc aũt idcirco euenit, ꝙ in omni definitione conuenientius ſpẽs ad primam ſubſtantiam dicit̃, quam genus. Nam ſi quid ſit Socrates aliquis velit oſtẽdere, propinquius ſubſtantiam Socratis proprietatẽque mõſtrabit, ſi dixerit eũ eſſe hoĩem quam ſi animal. Qđ.n. animal eſt Socrates, cõe eſt cũ cæteris qui homines non ſunt, i. cum equo, atq; boue. Qđ vero hõ eſt, cum nullo alio eſt commune, niſi cũ his qui ſub eadẽ ſpecie hominis continentur. Quocirca propinquior erit ad ſignificationem deſignatio, cũ indiuiduo ſpẽs redditur, quã ſi generis uocabulũ ꝓdicet. Rurſus ſi quãlibet indiuiduam arborẽ deſignare aliquis volens, arborẽ dicat, propinquius deſignabit qđ ſit id qđ definitur, quã ſi plantam nominet, planta aũt genus ẽ arboris, ꝓdicatur.n. plãta & de ijs q̃ arbores nõ ſunt, vt de caulib. atq; lactucis. Quare conſtat ſpẽs magis eſſe ſubſtantias, eo qđ ſint primis, & maxime ſubſtãtijs ꝓpinquiores: & qđ in eo quod qđ ſit, aſſignata ſpẽs cõueniẽtius & euidentius aſſignet, genus vero longinquius atque communius.

*Amplius principales ſubſtãtiæ eo quod aliis oĩbus ſubiectæ ſunt, & alia oĩa, aut de his prædicãtur, aut in eis ſunt, ideo maxime dicũtur ſubſtãtiæ. Sicut aũt principales ſubſtãtiæ ad alia oĩa ſe habẽt, ſic, & ſpẽs ad genus ſe hẽt. ſubiacet.n. ſpẽs generi, genera.n. de ſpeciebus ꝓdicantur, ſpecies autẽ de generibus nõ cõuertuntur. Quare & ex his manifeſtũ eſt ſpeciẽ magis genere ſubſtantiã eſſe.*

12 Magis eſſe ſubſtantias ſpẽs validiori rurſus argumentatione cõfirmat, ꝑ ſimilitudinẽ namq; hoc ita eſſe declarat. Nã cum oẽs ſubſtantiæ aut primę ſint, aut ſecundę ſecũdarũ aũt aut genera aut ſpẽs, ſpecierũ atq; generũ q̃ cõmuni ſimilius primis ſubſtantijs inuenitur, hoc magis ſubſtãtia merito putabitur. Sed primę ſubſtantię idcirco maxime ſubſtantię dicuntur, ꝙ omnibus ita ſubiectę ſunt, vt aut in ipſis ſint cętera, vt accidẽtia, aut de ipſis alia ꝓdicent̃, vt ſubſtãtiæ ſecũdę. Quod ergo ĩ primas ſubſtantias, hoc idẽ in ſpẽs venit. Namq; ſpẽs & cũctis ſubiacẽt accidẽtib. & de ſpeciebus genera ꝓdicant, de generib. uero ſpẽs nõ ꝓdicant. Quare nõ ſimiliter genera ſubiacẽt, quemadmodum ſpẽs. Non.n. de generib. ſpẽs ꝓdicantur. Ergo ſicut primæ ſubſtantię ſubiectæ ſunt ſecũdis ſubſtantijs & accidẽtib. ita ſpẽs ſubiectæ ſunt & accidentib. & generib. Genera uero q̃q̃ ſubiecta ſint accidẽtibus ſpeciebus tñ ipſa nõ ſubiacẽt. Quocirca maior eſt ſimilitudo ſpẽi ad primas ſubſtantias, q̃ generis, ꝙ ſi maior eſt ſimilitudo ſpẽrum ad maximas ſubſtantias, ipſæ erũt magis ſubſtantiae. Sed ne qs nos arbitret dicere, ꝙ ea q̃ ſunt genera, ſpẽs eſſe non poſſunt: ſed in eo ꝙ ſunt genera, ſpẽs eſſe non poſſunt. Nam in eo ꝙ ſpecies eſt de ſuperioribus non ꝓdicatur, ſed in eo quod genus, de eo ꝓdicabitur cuius eſt genus. Quocirca genera ipſa, quorum ſunt genera, his ſubiacere non poſſunt, ſpecies uero quorum ſunt ſpecies, de his praedicari non poſſunt.

*Ipſarum uero ſpecierũ quæcunq. nõ ſunt genera nihil magis alterũ altero ſubſtãtia eſt. nihil.n. familiarius aſſignabis de aliquo homine, hominem aſſignando, quam de aliquo equo, equum. Similiter autẽ & principalium ſubſtãtiarum nihil magis alterum altero ſubſtantia eſt, nihil.n. magis aliquis homo ſubſtãtia eſt, quã aliquis bos.*

13 Praedictum eſt ut Porphyrius quoque in libro de generibus, ſpeciebus, differentijs, proprijs, atque accidentibus

planiſſime docuit, alia eſſe ſolũ génera, quorum genus inueniri non poſſet, alia ſolũ ſpẽs, q̃ in alias ſpẽs diuidi non ualerent. Hæ autẽ ſunt quę de pluribus numero differentibus in eo quod quid ſit, prædicantur, ut homo de ſingulis hominibus dicit, & equus de ſingulis equis, & bos de ſingulis bobus, qui ſub propria ſpẽ poſiti a ſeipſis proprię naturæ figura non diſcrepant. Ergo hmôi ſpẽs, vt eſt homo, atq; equus, quæ ſolis indiuiduis pręſunt, qm̃ genera eſſe non pñt, ęqualiter ſp ſubſtãtiæ ſunt. Nam tam proprie, & propinquę redditur de quolibet indiuiduo equo, nomen equi q̃ de quolibet indiuiduo hoĩe, hominis nomen. Quocirca ſi æqualiter ſpẽs hæ, quæ genera non ſunt ad primas ſubſtantias ſunt, ęqualiter eſſe ſubſtantię merito putabuntur. hoc aũt dicit non quod oẽs ſpecies æqualiter ſubſtantia ſint, ſed q̃ æqualiter a primis ſubſtantijs diſtant. Pôt.n. fieri ut cuiuſlibet ſuperioris generis una q̃libet ſpecies ſit, q̃ comparata ad propriam ſpeciem minus illa ſuperior uideatur eſſe ſubſtãtia, ut animalis ſi quis dicat ſpẽm eſſe auem, eiuſdem quoq; ſpeciem hominem; auis & homo non æqualiter ſubſtantię sũt, idcirco ꝙ auis hoĩe ſuperior eſt. Hõ nanq; in alias ſpẽs non diuiditur, eſt.n. magis ſpecies. Auis autẽ poteſt in alia diuidi ſpẽs, ut in accipitrem & vulturem, q̃ quanquam aues sũt, ſpecię tñ ipſę diſſentiunt. Proprie autẽ ſpecies accipiter ac vultur eſt, hi.n. ſolis indiuiduis p̃ſunt. Quare homo atq; accipiter ęqualiter a primis ſubſtãtijs diſtãt, & sũt ęqualiter ſubſtantię. Homo uero atq; auis, quoniam ſuperior eſt auis hoĩe, non æqualiter ſubſtantię ſunt. magis.n. ſubſtantia hõ eſt. Ergo quęcunq; ſpecies ęqualiter a ſuis indiuiduis diſtant, æqualiter ſubſtantiæ ſunt. Qđ quoniam ſpẽs hę q̃ gña nõ ſunt, ęqualiter a primis ſubſtantijs abſunt, ęqualiter ſubſtantiæ eſſe dñr. Planũ aũt eſt, ut expoſitione nõ egeat, primas quoq; ſubſtantias æqualiter eſſe ſubſtantias. aliqs hõ .n.' atq; aliquis equus quoniam ſunt indiuidua principaliter ſubſtantiæ ſunt, & proprie, & maxime, Quocirca in maximis ſubſtantijs, neq; minus, neq; magis ſubſtantia poterit inueniri. Indiuidua igitur æqualiter ſubſtantiæ ſunt.

*Merito igitur poſt principales ſubſtantias, ſola aliorũ ſpẽs, & genera dicuntur eſſe ſecundæ ſubſtãtiæ. Eorũ.n. quæ prædicantur, principalẽ ſubſtãtiã ſola hæc indicant. Aliquem.n. hominem ſi quis aſſignauerit quid ſit, ſpeciẽ quidẽ, uel genus aſſignãs, familiariter aſſignabit, & manifeſtius faciet hominẽ quam animal aſſignans. Aliorum vero quicquid aſſignauerit quilibet, aſſignabit extranee, velut album, aut currit, aut quæcunq. taliũ reddẽs, ergo merito hæ ſolæ aliorum, ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur.*

14 Ordine & conuenienter poſt primas ſubſtantias, i. indiuidua, gña, & ſpecies, ſcđas eſſe ſubſtantias conſtitutas mõſtrat Ariſtoteles, quæ eſt firma, atq; expedita probatio, ait .n. Poſt primas ſubſtantias recte genera, & ſpẽs ſecundas ſubſtantias eſſe nominatas. In definitionib.n. ubi ſubſtantia cuiuslibet oſtendit, nihil aliud primas ſubſtantias mõſtrat niſi genus & ſpecies. Socrates nãq; ſi q̃s q̃d ſit interroget, dicitur hõ, uel animal, & in eo ꝙ quid ſit Socrates interrogatus, recte hoĩem uel animal eſſe reſpondet. Quare quid ſint primæ ſubſtantię ſecundę mõſtrãt. Quòd ſi quis pręter ſecundas ſubſtantias in interrogatione quid ſit prima ſubſtantia dicat, id alieniſſime profert, ut ſi quid ſit Socrates interroganti, aliquis rñdeat albũ, uel currit, uel aliquid hmôi, qđ ſecunda ſubſtantia non ſit, nihil cõuenienter unquam profert, ſi quid de prima ſubſtantia præter ſecundas ſubſtãtias dicat. Quare, qm̃ nihil eorum quæ nõ ſunt ſecũdæ ſubſtantię quid ſit prima ſubſtantia declarat, ſecundę aũt ſubſtantia genera & ſpecies ſunt, recte poſt primas ſubſtantias & ſpecies & genera ſecundę dicuntur eſſe ſubſtantię.

*Amplius principales ſubſtantiæ eo quod aliis omnib. ſubiaceant, & alia omnia de ipſis prædicantur, aut in ipſis ſunt, idcirco proprie ſubſtantiæ dicuntur. Sicut autẽ primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſeſe habent, ita principalium ſubſtantiarum genera, & ſpecies ad omnia reliqua ſeſe habent. De his.n. omnia reliqua prædicantur. aliquẽ .n. hominẽ dicis grãmaticũ eſſe, ergo, & hominem, & animal, grammaticum dicis. ſimiliter autem, & in aliis.*

15 Hęc quoq; eſt de eadẽ re probatio, qua recte poſt primas ſubſtantias genera & ſpecies eſſe poſitas veriſſima ratione confirmat. Nanq; indiuidua idcirco primæ dicũtur eẽ ſubae, ꝙ alijs cunctis ſubiaceant. Nam qm̃ & ſecundis ſubſtantijs ad p̃dicationem ſuppoſitę ſunt, & de his ſecundae ſubſtantię dicuntur, & qm̃ accidentib. vt poſſint eſſe accidentia ſubduntur, idcirco primae ſubſtantiae sũt. Et ſicut primae ſubstantiae cũctis ſubiacent accidẽtib.' ſic etiam ſecundę. Nam quoniam aliquis homo accidentibus ſubiacet, & homo, & animal accidenti ſupponitur. & qm̃ est quidam homo grammaticus, i. Ariſtarcus, est homo grãmaticus, est ẽt aĩal grãmaticum. Quocirca accidentib. primę ſubstantię principaliter ſubduntur, ſecũdae uero ſecundo loco: & quo admodum primae ſubſtantiae, & accidentibus, & ſecundis ſubstantiis ſubiacent, ſic ſecundae ſubstantiae accidentib. ſupponuntur, ſed ſecundae ſubstantiae ſpecies, & genera sũt, Recte igitur post primas ſubstantias, ſpecies, & genera ſecundas ſubſtantias eſſe propoſuit.

## DE PROPRIETATIBVS SVBSTANTIAE.

*COmmune eſt autem omni ſubſtantiæ in ſubiecto non eſſe. principalis.n. ſubſtantia neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto eſt. Secũdæ uero ſubſtantiæ ſic ẽt conſtant, quia nulla eſt in ſubiecto. Etenim homo de ſubiecto aliquo homine dicitur, in ſubiecto autẽ nullo eſt: neque.n. in aliquo homine homo eſt. Similiter animal de ſubiecto quidẽ dicitur aliquo homine: non eſt autem animal in aliquo homine. Amplius eorum quæ ſunt in ſubiecto, nomen quidem de ſubiecto aliquando nihil prohibet prædicari, rationem uero impoſſibile eſt. Secundarum uero ſubſtantiarum, & nomen de ſubiectis & ratio prædicabitur. rationem.n. hominis, & animalis de aliquo homine prædicabis. Quare non erit ſubſtantia ex eorum quæ ſunt in ſubiecto.*

16 Poſt enumerationem ſubarum, & diuiſionem in qua alias primas, alias ſecundas eſſe propoſuit, quoniam ſubſtantię definitio nulla eſt reddita, idcirco quia generaliſſimum genus definitionib. non tenetur. proprietatem quandam cupit exquirere, quaſi ſignum aliquod, quo ſubam queamus agnoſcere, priusq; quid ipſis ſubſtantiis communiter poſſit euenire propouit, poſt uero quid illis proprium ſi quærit, ſed idcirco iſta p̃mittit, ut ad illud verum proprium ſine ullo errore perueniat, & quod uere eſt ſubarum proprium vltimũ dicat, Trib. aũt modis proprium ſignificatur. Eſt.n. proprium quod alicui ſpeciei omni euenit, & non ſoli, ut homini bipedem eſſe. Omnis.n. homo bipes eſt ſed non ſolus aues nanq; & ipsae sũt bipedes. Aut ſoli & non omni, ut eidẽ homini euenit ut ſit grammaticus, ſed non omni homini, neq;.n. omnis homo grãmaticus eſt. At uero tertia proprij ſignificatio eſt, q̃ omni euenit, & ſoli, & ſemper ut riſibile. Omnis.n. hõ riſibilis eſt, & ſolum est animal hõ qđ rideat. Ex his igitur illa duo ſuperiora quę diximus, ubi omni & non ſoli aut ſoli, & non omni, eſſe quaedam propria dicebamus, a proprium ueritate eſſe uidentur aliena. hoc uero tertium, quod omni inest, & ſoli, uere eſt proprium: illa .n. ſuperiora conſequentia quidem dicuntur, non tamen uere propria, hoc autem ultimum, uere eſt proprium. Quaecunque ergo talia propria Ariſtoteles inuenerit, quæ aut ſolis & non omnibus ſubſtantiis, aut omnibus & non ſolis eueniant, uelut non uere in natura cuiuſlibet con-

ſtituta

ſtituta repudiat. Illud uero ultimũ ponit, qđ & omni ſubæ, & ſoli valeat euenire. Illa.n.ſunt propria, quę conuertunt, ut qd fuerit hõ, riſibile eſt, ſi qd riſibile, hõ eſt. Hęc ãt ſolũ conuerti pñt, q̃ omni ſoliq; contingunt, nã neq; ulli alij magis, neq; ulli minus euenĩet. Quare his pdictis, ad loci ipſius orationẽ expoſitionemq; veniamus. Qđ ergo dicit hoc eſt, omnib. ſubſtantiis cõe eſt, ut in ſubiecto non ſint. nãq; primę ſubſtantię, i. indiuidua. in ſubiecto nõ ſunt, qđ planiſſime his demonſtratur. Nunquã.n. particularis ſubſtantia alicui accidẽs eſſe põt. Scđę uero ſubſtantiæ habent quandam imaginẽ, q ſint in ſubiecto. uidentur.n. ſecundę ſubſtantię ĩ ſubiectis, i. primis ſubſtantiis, eſſe: ſed falſo. nã ſecundę ſubſtantiæ. de primis ſubſtãtiis ſolũ prędicãtur, nõ ĩ ipſis sũt. Animal.n. de quodam homine tñ dicitur, non ẽt in aliquo homine conſiſtit, ut in ſubiecto. Hoc autem illa res probat quod oĩa quęcunq; in ſubiecto ſunt, eorum quoque indiuidua in ſubiecto ſunt: color qm̃ ſubiecto corpore eſt, & quidam color ſubiecto corpore nititur. in hoc vero, qm̃ primę ſubſtantiæ .i. indiuidua, in ſubiecto non ſunt, nec eorum uniuerſalia. i. ſecundę ſubſtantiæ, quæ genera ſpeciesque ſunt, poſſunt aliquo niti ſubiecto. Quare ſecũdę ſubſtãtię primas ſubſtantias, ad prædicationem tñ, ſubiectas habent, non ẽt ut ipſæ primis ſubſtantiis accidant. Illud quoque maximum argumentum eſt ſecundas ſubſtantias non eſſe in ſubiecto. qm̃ omne q in ſubiecto eſt, poteſt mutari. illa quæ ſubiecta ſunt, non mutantur. ut color qui eſt in corpore, eodem corpore manente poteſt mutari, ut niger fiat ex albo. Manentib. autem ſubſtantiis primis, ſecundę ſubſtantię non mutantur. Quam uero ipſe Ariſtoteles poſuit probationẽ, ſecunda ſubſtantias non eſſe in ſubiecto, hmõi eſt. pdocuit .n. quorundam q̃ ſunt in ſubiecto nomen de ſubiectis poſſe prædicari, rationem uero nunquam. Album.n. cum ſit in corpore, dicitur corpus album, & pdicatur, albedo de corpore: ſed alia eſt definitio albedinis, alia corporis. Secũdæ uero ſubſtantiæ de primis ſubſtantiis, & nomine prędicantur & definitione iunguntur. Nam quidam homo animal eſt, & homo, ſed quidam homo, & hominis & animalis rationale definitur. Et, ut ueraciſſime ſententia concludatur, omne q eſt in ſubiecto, ęquiuoce de ſubiecto dicitur. Secundę uero ſubſtantiæ de primis non ęquiuoce, ſed uniuoce nuncupantur, idcirco q ut dictum eſt, & nomine, & definitione conſentiunt. Quare quemadmodum primæ ſubſtantiæ in ſubiecto non ſunt ſic ſecundę ſubiecto carebunt. Commune eſt igitur omnib. ſubſtantiis & ſecundis & primis, in ſubiecto non eſſe, & quodcunque ſubſtantia fuerit cõſequẽs eſt, ut in nullo ſubiecto ſit. Sed quęritur utrũ hoc ſoli ſubſtantiae inſit, an ẽt aliis, nã ſi ſoli ſubſtantiae ineſt, quoniam omni ſubſtantiae hoc ineſſe mõſtrauimus, q in ſubiecto non ſit, uerũ propriũ dicĩ eſſe ſubſtãtiæ, non eſſe in ſubiecto. Hoc.n dictum eſt eſſe maxime proprium, q omnib. ineſſet & ſolis. Sed hoc nõ eſſet ſubſtãtiæ propriũ ueriſſima Ariſtoteles probatione cõfirmat dicens.

*Non eſt autem hoc proprium ſubſtantiæ, nanq. et differentia eorum eſt, quæ in ſubiecto nõ ſunt. bipes enim et greßibile de ſubiecto quidẽ homine dicitur, ĩ ſubiecto ãt nullo eſt. non enim in homine eſt bipes, neque greſſibile. Ratio quoque differentiæ de illo dicitur, de quo ipſa differentia prædicatur, ut ſi greſſibile de homine dicitur, et ratio greſſibilis de homine prædicabitur: eſt enim hõ greſſibilis.*

17. Non eſſe proprium hoc ſubſtantiæ dicit, idcirco quod in differẽtiis idẽ ſit, ĩ nulla.n. differẽtia ſubiecto eſt. At illud nanq; recurritur. Si differẽtia in ſubiecto eſſet, nomine tantũ de ſubiecto pdicaretur, non ẽt orõne. Differẽtia uero de eo; de quo dicitur uniuoce pdicatur. ut ſi qs dicat greſſibilẽ differentiã de homine, ipſius differentię definitio quoq; homini conuenienter aptabitur. Greſſibile nanque eſt quod p terram pedib. ambulat, & homo eſt quod per terram pedibus ambulat, ita differentiæ, & eius de quo ipſa differentia dicitur, una poterit eſſe rõ ſubæ. i. vnius pñt, & nõis nuncupatione & definitionis determinatione contingit. Quòd ſi ĩ ſubiecto eſſet differentia, nequaq̃ de ſubiecto ſibi uniuoce pdicaretur Quare non proprium eſt ſubæ, q retinet ẽt differentia, differentia nanq; ſuba non eſt. Eſſet.n. propriũ ſubſtantiæ ĩ ſubiecto nõ eſſe. Non eſt ãt differentia accidens, eſſet.n. in ſubiecto. Omnis aũt res, aut accidens, eſt, aut ſuba, i. aut in ſubiecto eſt aut in ſubiecto non eſt, & ſunt accidentia q̃cunq; in ſubam ſubiecti non veniunt, q̃que permutata naturam ſubæ non perimunt Si quib. vero peremptis ſubiecta interimantur, illa proprie accidentia non vocamus differentia uero eſt q̃ de plurib. ſpecie differentib. in eo q quale ſit, pdicatur. Sed differentia ſuba non eſt, idcirco q ſi eſſet ſuba, non in eo quod quale ſit de ſubiecto, ſed in eo qđ qd ſit, pdicaretur. Qualitas uero ſolum non eſt. eſſet.n. accidẽs, & in ſubiecto. An magis ex ſuba & qualitate differentia ipſa conficitur, ita ut illud de quo pdicatur, perempta differẽtia ſit interimatur ut calor cum eſt in aqua, perempto calore pt aqua in ſua ſuba permanere, & eſt calor in ſubiecta aqua. quo interempto, aqua non peribit. Idem tñ calor eſt in igne, ſed perempto calore, ignem interire neceſſe eſt. Quare hæc qualitas caloris ſubſtantialiter ineſt igni, & eſt propria differentia. i. ſubalis. Concludendum eſt igitur differẽtiã, neq; ſolũ ſubam eſſe, neque ſolum qualitatem, ſed q ex vtriſq; conficitur, ſubalem qualitatem, q̃ permanet in natura ſubiecti. Atq; iõ, qm̃ ſuba participat, accñs nõ eſt, qm̃ qualitas eſt, a ſuba relinquitur. ſed quoddam medium eſt inter ſubam & qualitatem, q̃ qm̃ in ſubiecto non eſt, & ſuba non eſt, proprium ſubſtantię non eſt, non eſſe in ſubiecto.

*Non conturbent autem nos, ſubſtantiarum partes, ut quæ ita ſint in toto, quaſi in ſubiecto: ne forte cogamur confiteri eas non eſſe ſubſtantias. non.n. ſic dicebamus ea eſſe quæ ſunt in ſubiecto ut quaſi partes eſſent in toto.*

18. Poſt hoc illud quoq; dicit non debere nos cõturbari, ne forte ſubſtãtiarum partes, q̃ ita ſunt in toto, quaſi in aliquo ſubiecto, aliqñ cogamur accidentia non ſubas confiteri. Subſtantiarum partes in ſubiecto ſunt, ſed non ut accidentia, uidemus .n. quaſdã partes ſubarũ ita eſſe in toto quaſi ſint in ſubiecto. ut caput in toto corpore eſt, & manus in toto corpore eſt: forma quoq; & materia q̃ ſunt. partes compoſitæ ſubę, in ipſa compoſita ſuba ſunt. Ne forte ergo cogamur aliqñ partes ſubarum, qm̃ ſunt in ſubiecto ſuſpicari non eẽ ſubas, ſed accidentia pmonet dicens, non .n. ſic dicebamus ea eſſe q̃ ſunt in ſubiecto, ut quaſi partes eſſent in aliquo. Hoc .n. rõnis affert, cur iſta accidentia eſſe aliquis ſuſpicari non debeat. Illa.n. accidentia eſſe definita ſunt, q̃ eſſent in ſubiecto, nõ ut q̃dã partes. Hoc.n. ſuperius ait. In ſubiecto ãt eſſe dico, q cũ in aliquo ſit, non ſicut q̃dam pars, impoſſe eſt eſſe ſine eo in quo eſt. Quocirca qm̃ accidentia ita ſunt in ſubiecto, vt ſubiecti partes non ſint, ſubarum uero partes in toto ita ſunt, vt in ſubiecto non ſint, partes ſubſtãtiarum, partes accidentium eſſe nullus recte ſuſpicari poteſt.

*Ineſt aũt ſubſtantijs & differentijs ex his omnia uniuoce prædicari. Omnia.n. quę ab his prædicata ſunt, aut de indiuiduis prædicantur, aut de ſpeciebus: a prima nanq; ſuba nulla eſt prædicatio, de nullo.n. ſubiecto dicitur. Secundarum uero ſubarum ſpecies quidem de indiuiduo prædicatur, genus autẽ & de ſpecie & de indiuiduo. Similiter autẽ & differentiæ de ſpeciebus & de indiuiduis prædicãtur. Rationem ẽt ſuſcipiunt primæ ſubſtantię ſpecierum & generum, & ſpecies generis. Quæcunque.n. de prædicato dicuntur, eadem & de ſubiecto dicuntur. Similiter ãs & differentiarum rationem ſuſcipiunt, & ſpeciei.*

*cies, & indiuidua, vniuoca autem erant, quorum & nomen commune, & ratio eadẽ eſt. Quare omnia, quæ a ſubſtantijs & differentijs ſunt, vniuoce dicuntur.*

19 Qm̃ in ſubiecto non eſſe differentijs & ſubſtantijs cõe monſtrauit, aliam rurſus cõitatem ſubſtãtiarum differentiarumq; propoſuit. Nam cum ſubãrum aliæ ſint primæ, aliæ ſecundæ, & primæ ſubæ ſint indiuiduæ, qm̃ nullum indiuiduũ põt habere ſubiectũ, ab indiuiduis nulla prædicatio eſt. Secundæ uero ſubſtantiæ de indiuiduis .i. de primis ſubijs pdicantur, & de his vniuoce dñr. Secundarum .n. ſubarũ nomẽ de indiuiduis pdicatur & rõ. Ac de indiuiduo quidẽ & ſpẽs pdicatur & genus, vt de Plat. i. de aliquo homine, & hõ dicitur, & aĩal. aliquis .n. homo, & hõ eſt, & animal, & vtriuſq; de indiuiduo pdicatur ratio. Dicimus .n. aliquẽ hoĩem, aĩal eſſe rationale mortale, q̃ eſt ſpeciei definitio .i. hominis. Et rurſus aliquem hominem dicimus eſſe ſubam animatã atq; ſenſibilem, q̃ gñis eſt definitio .i. aĩalis. Species vero gñis ſuſ & definitionẽ ſuſcipit & vocabulum: de hoĩe .n. aĩal pdicatur. dicitur .n. homo aĩal eſt, & idem ipſe rurſus homo rõnẽ ſuſcipit animalis. Dicimus .n. eſſe hominem, ſubam aĩatã atque ſenſibilem. Conſtat ergo qm̃ & gña & ſpẽs de indiuiduis, & genera de ſpeciebus vniuoce pdicantur .i. in oĩ prædicatione ſecundæ ſubæ vniuoca appellatione de ſubiectis dicuntur, qd̃ his cum differentia cõe eſt. Differentia nanq; de ſpẽ de qua dicitur & de eius indiuiduo ipſa quoq; vniuoce pdicatur. Nã cum ſit greſſibilis differentia, de aliquo hoĩe pdicatur. dicitur .n. quidã homo greſſibilis, vt Plato & Cic. ſed & definitionem differentiæ ſuſcipiũt indiuidua, de qb. illa differentia pdicatur. Greſſibile nanq; eſt, q per terram pedib. ambulare pt. Et quendam hoĩem poſſis ita ſm̃ nomen differentiæ definire, vt dicas Plat. eſſe, qui per terram pedib. ambulare poſſit. Et hoc idem euenit de ſpecie cuiuſdam hominis .i. de hoĩe. homo nanq; .i. ipſa ſpecies, cum ſit greſſibilis pt definiri, homo eſt quod per terram pedibus ambulare poſſit: Ergo & differentiæ de his de quib. pdicantur vniuoce dñr. Quocirca qm̃ & ſecundæ ſubæ de his, de quibus pdicãtur, vniuoce dñr, & differentiæ eodem modo; quæcunque a ſubſtantijs uel differentijs pdicationes fuerint, hæ & de ſubiectis vniuoce pdicabuntur. Quã ãt eã ſit, vt ſecundæ ſubæ de primis ſubſtantijs vniuoce pdicentur, illa eſt quam ſupra docuit Ariſt. nos admonens, dixit .n. omnia quæcunq; de prædicatio dicuntur, eadem etiam dicentur de ſubiecto. Omnes .n. differentiæ q̃ ſunt ſpecificæ generis, pdicantur & de ſpecie & de indiuiduo, vt qm̃ animal efficiunt differentiæ animatum atq; ſenſibile, eadem & de ſpecie .i. homine & de indiuiduo .i. aliquo homine prædicabuntur. quod quoniam ſuperius dictum eſt, nunc quantum expoſitionis breuitas poſtulat, dixiſſe ſufficiat.

*Omnis autem ſubſtantia uidetur hoc aliquid ſignificare atq; in primis quidem ſubſtantijs indubitabile & uerum eſt, quoniã hoc aliquid ſignifi. ant. Indiuiduum .n. & unũ numero eſt qd̃ ſignificatur. In ſecundi uero ſubſtantijs, videtur quidem ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare, quando quis dixerit uel hoĩem uel aĩal, non tamen uerum eſt, ſed magis quale aliquid ſignifi: at. neq; .n. eſt unũ quod ſubiectũ eſt, quemadmodum prima ſubſtantia, ſed de pluribus homo dicitur & animal. Non aũt ſimpliciter quale quid ſignifi. at, quemadmodum album. nihil .n. album aliud ſignificat, quam qualitatem. genus autem & ſpecies circa ſubſtantiam qualitatem determinant. qualem .n. quandam ſubſtantiam ſignifi. ant. plus autem in genere quam in ſpecie determinatio fit. dicens .n. animal plus complectitur quam hominem.*

20. Poſtquam ſuperius geminas dixit ſubſtantiæ conſequentias .i. in ſubiecto non eſſe, & cuncta ab his vniuoce prædicari, & eas a maxime pprio ſubæ ſeparauit: idcirco qd̃ differentijs ẽt videtur eſſe cões, aliud adijcit, qd̃ idcirco ſubæ propriũ non ſit q non ſit in omni ſuba. Nã quemadmodum qutitas quãtũ ſignificat, & qualitas quale, ſic ẽt ſuba uidetur hoc aliquid ſignificare. Nã cũ dico Socra. vel Plato, uel aliqua indiuidua ſubam nomino; hoc aliquid ſignifico, ſed omnib. hoc ſubſtantijs non ineſt. Indiuidua nanque, qm̃ particularia ſunt & numero ſingularia, uerum eſt, hoc aliquid a ſubſtantijs ſignificari. In ſecundis vero ſubſtantijs non idem eſt. Nanque ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt unæ, nec numero ſingulares, ſed ſpẽs intra ſe plurima indiuidua continent: & multas intra ſe ſpẽs genus includit. Quocirca cum dico homo, non hoc aliquid ſignificaui. neq; .n. ſingulare eſt hominis nomen, idcirco q de plurib. indiuiduis prædicatur, ſed potius quale quiddam. Qualis .n. ſubſtantia ſit demonſtratur, cum dicitur hõ. Qualitas autem hæc circa ſubſtantiam terminatur, nam ſicut indiuidua qualitas, ſpecies & genera qualitatis hẽt, & ſicut ſingulas quantitates quãtitas ſpeciebus & generib. claudit, ita quoque indiuiduarum ſubſtantiarum ſpẽs & genera ſecundæ ſubſtantiæ ſunt. Ergo cum dico homo, talem ſubſtantiam ſignifico, quæ de pluribus numero differentib. in eo quod quid ſit prædicatur. Qualem ergo quandam ſubſtantiam ſignifico, cum hominem dixi, talem .i. quæ de indiuiduis nominetur. Idem quoque de genere eſt. Nam cum dico animal, talem ſubſtantiam ſignifico, quæ de pluribus ſpeciebus dicatur. Eſt igitur qualitas, vt album, quæ ip ſit in ſubſtantia, ſed non ut ipſam ſubſtantiã interimat, idcirco q proprietatem ſubſtantiæ albedo non hẽt. Qualitas uero hæc q̃ de ſubſtantijs dicit, circa ſubſtantiam qualitatem determinat; qualis ſit .n. illa ſubſtantia demonſtrat. Nam ſi homo eſt rõnalis & ſubſtantia erit rationalis, ſed rõnale qualitas eſt. Qualem ergo ſubſtantiam monſtrant ſecundæ ſubſtantiæ. Quocirca non eſt hoc proprium ſubſtantiæ hoc aliquid ſignificare. Secundæ .n. ſubſtantiæ non hoc aliqd, ſed quale aliquid (ut dictum eſt) monſtrant: ita tamen aliquid quale monſtrat, ut ipſam qualitatẽ circa ſubſtantias determinent. Qualitas .n. ſecundarũ ſubſtãtiarum in indiuiduis eſt. de ipſis .n. naturaliter prædicat, quæ ipſa indiuidua ſubſtantiæ ſunt. Qualitas igitur ſecũdarũ ſubſtantiarum circa indiuidua .i. quæ prima ſunt terminatur. Determinatio vero quoties ipſe terminus multa concludit maior eſt, & minor quoties pauciora. quocirca genus plurima colligit, ſpẽs uero non tã plurima. Nã cum dico animal, ẽt hominem bouemque & alia cuncta animalia hoc uno noĩe clauſi. Cum vero dico hõ, ſolos homines indiuiduos hac nominis ſignificatione concluſi. quocirca maior fit determinatio p genus, q̃ per ſpeciem, & fit determinatio circa ſubſtantiam qualitatis, vel q ſubſtantialis qualitas in genere & ſpecie eſt, uel q ſm̃ quandam cõionem ſubiectorũ dicit. Sed p ſe qualitas, ut album neq; vllius ſubſtantiã ſignificat, neq. vllam communionem ſicut genus ſpecierum ſuarum, & indiuiduorum ſpecies oſtendit. Quocirca aliud ſubſtantiæ proprium requirendum eſt.

*Ineſt autem ſubſtãtijs etiam nihil ipſis eſſe contrariũ, primæ .n. ſubſtãtiæ quid erit contrarium, ut alicui homini vel alicui animali nihil enim eſt contrarium. At uero nec hominis, nec animali aliquid eſt contrarium, nõ eſt ãt hoc ſubſtantiæ proprium, ſed etiam multorum aliorum, ut quantitatis, bicubito .n. vel tricubito nihil eſt contrarium, at uero nec decem, nec alicui talium. Niſi quis forte multa paucis dicat eſſe contraria, uel magnum paruo. determinatarũ uero quantitatũ nullũ ulli eſt contrariũ.*

21. Adijcit quoq; aliud ſubſtantiæ proprium, dicens, ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, hoc autẽ ex ea quæ ſigillatim ſit inductione confirmat. Homo enim homini, vel equo, uel alicui alii animalium, non eſt contrarius. Sed ſi quis forſitan dicat, cum ignis atq; aqua ſubſtantiæ ſint, ignem aquæ eſſe contrarium mentietur. Non enim ignis aquæ contrarius

trarius eſt,ſed qualitates ignis qualitatibus aquæ opponuntur.Calor.n.& frigus contraria ſunt,& humor,& ſiccitas, q̃ qualitates cũ aliç ſint in igne,aliç in aqua,ipſas ſubas contrarias facere vñr,ſed non ſunt. Hoc aũt ex oĩbus alijs ſubſtantijs p̃t probari,in quib. nihil quiſq̃ poterit inuenire contrarium.Sed hoc ſolius ſubę proprium non eſt : nanque , & q̃titas definita contrariis caret.Nam neq; duo tribus cõtraria ſunt,nec duobus quatuor,nec aliquid hmõi. nam ſi dicamus tres duobus eſſe cõtrarios,cur non his duobus , ẽt quatuor,vel quinq; contrarios eſſe ponamus?nulla.n. afferri rõ p̃t,cum tres duobus contrarij ſint,cur quatuor,vel quinque duobus contrarij non ſint . Quod ſi hoc eſt: & quatuor,& tres,& quinq;,& quicunq; a duob.diſtant numeri,contrarij ſient duobus,& erunt vni rei multa contraria, qđ fieri non p̃t.Non eſt igitur contrarium aliq d q̃titati.Sed ſi quis dicat magnũ,paruo,uel multa paucis eſſe contraria, hæc quidem ẽt ſiquis q̃titates eſſe confirmet , tñ definitę q̃titates non ſunt:Quantum.n.ſit magnum,uel quantum paruum, non definit q loquiť,eodem modo,ẽt de multis,atq; paucis. Quare ſiquis hæc quantitates eſſe dicat,indeterminatas, indefinitaſq; eſſe confitebitur.Dicit aũt Ariſt. terminatæ quantitati,nihil eſſe contrarium,vt duob.vel trib.vel lineæ,vel ſuperficiei. Qđ ſi ẽt aliç quantitates hñt contraria,aliç uero non hñt,nihil oĩno impedit ad hoc, qđ dicitur , ꝓpriũ non eſſe ſubſtantię idcirco,ꝙ conſtat quaſdam quantitates non habere contraria . Quod ſi hoc,& in quantitatibus euenit t non eſſe contrarium,ſubarum proprium non eſt . Atq; hæc quidem ſiquis magnum,& paruũ in quantitatib.ponat. Sed manifeſtum eſt(ut ipſe eſt poſterius monſtraturus) hęc non eſſe quantitates,ſed ad aliquid.magnum.n.ad paruum dicit: ſed cum ad ea loca venerimus,propoſiti ordinem loci diligentius exequemur.Nunc qm̃ declaratum eſt , & ſubſtantię nihil eſſe contrarium,& hoc ei proprium non eſſe, qm̃ idẽ etiam in quantitatibus conſideratur , ad ſequens proprium expoſitionis ſemitam conuertamus.

*Videtur aũt ſubſtantia non ſuſcipere magis, & minus dico ãt hoc, non quòd ſubſtantia a ſubſtantia non ſit magis, & minus ſuba, hoc.n.dictũ eſt, quia eſt, ſed quoniam unaqueq; ſuba, hoc ipsũ quod eſt, non dicitur magis, et minus, ut ſi eſt hac ſuba , hõ, non eſt magis, aut minus hõ, nec ipſe ſeipſo, nec alter altero. non eſt.n.alter altero magis homo, ſicut eſt album, alterum altero magis album. & bonum alterũ altero magis bonum. Sed & ipſum ſe magis & minus dicitur, ut corpus cum ſit album , magis album eſſe dicitur nunc, quã prius, & cũ calidũ ſit, magis & minus calidũ dicitur. Suba uero non dicitur magis , aut minus ſuba. non.n.hõ , magis nunc homo, quã prius dicitur, nec aliorum quicquam, quæ ſubſtantiæ ſunt, quapropter, nec recipit ſubſtantia magis, & minus.*

21.Hoc proprium non ſimpľr dicitur , ſed cũ aliqua diſtinctione.ait.n.ſubſtantiam,neq; magis recipere,neque minus. non dicens,ꝙ ſubſtantia non eſt magis ab alia ſubſtantia . Nam quidam homo,cum ſit ſubſtantia,magis eſt ſubſtantia ab hoĩe.i.ab ſpecie,& homo ab animali.i.a genere.Ergo nõ hoc dicit , quòd non inueniuntur ſubſtantię quæ a ſubſtantiis magis ſubſtantię ſint.hoc.n.dictum eſt, quod eſt,ideſt ꝙ inueniuntur . Ait .n.ſuperius primas ſubſtantias , ideſt indiuiduas , maxime eſſe ſubſtantias , in ſecundis uero ſubſtantijs, magis eſſe ſubſtantias ſpecies, quam genera . Ergo hic non dicit , quòd nulla ſubſtantia ab alia ſubſtantia magis ſubſtantia eſt,ſed hoc ipſum quod eſt,quęlibet illa ſubſtantia non dicitur magis , & minus ſubſtantia, ut ſi eſt hęc ſubſtantia hõ , non dicit,qm̃ homo non eſt magis,& minus ſubſtantia. indiuiduus.n.homo magis eſt ſubſtantia, ſpecies uero minus, ſi ad primam,ideſt indiuiduam ſubſtantiam referatur. Sed hoc dicit,hoc ipſum quod eſt,ideſt homo,nõ erit magis hõ, uel minus homo , Quocirca non dicit , ꝙ homo non eſt magis ſuba,vel minus , ſed ꝙ hõ,hoc ipſum qđ eſt, non eſt magis,vel minus hõ.Nõ eſt.n. aliqs hõ magis,& minus hõ.& hoc idẽ in eiuſdẽ cõparatione conuenit ſpeculari.Nã ipſe hõ à ſeipſo nõ eſt plus hõ:at vero,nec ſi ad alterũ conferatur.ad alterũ vero ita,ut ſub eadẽ coniunctione ſint,ut quidẽ hõ indiuiduus ad aliquẽ indiuiduũ hoĩem cõparatus,non erit magis,& minus hõ.& ipſa ſpẽs ſeipſa non erit magis. & minus hõ.Sed hoc palã eſt ſubſtantiis,in qualitatib.vero põt eſſe magis,& minus.Albũ.n. p̃t fieri magis album ſeipſo , & ſuſcipere magis,& minus, ut ſit magis album,& minus album. põt & alio albo plus eſſe album , vt lilium lana,& alio albo minus eſſe album, vt lana lilio , & cygnus niue,atque idem in aliis qualitatibus.ut bono,& calido. Nanq; hęc poſſunt temporibus permutari , & in plus minuſve tranſduci . fit .n. aliquoties bono melius,& deterius,& calido feruentius,& tepidius.Hõ uero,quod eſt ſubſtantia,neq; nunc plus erit hõ,quam fuit antea, neque poſt magis,aut minus erit hõ,quam nũc eſt. Quocirca cũ ſubſtãtia non ſuſcipiat magis,& minus,tamen hoc proprium eius non erit.Sed cur non ſit propriũ ipſe Ariſtoteles uelut notum conticuit,nos aũt addimus, qm̃ non ſolum ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis,& minus, ſed & alia multa . circulus .n.alio circulo non erit magis circulus,aut minus , nec duplum magis duplum,uel minus.ęqualiter.n. duplus eſt quaternarius ad binarium , & denarius ad quinarium comparatus.Quocirca,qm̃ ẽt in aliis idem eſt,hoc ſubſtantię proprium non eſſe putandum eſt. Sed hæc quidem oĩa quæcunque ſunt in ſubſtantiis oĩbus, propria tamen ſubſtãtię non ſunt.eo quod etiam in aliis ſint,conſequentia ſubſtantię appellantur. Hæc.n.omnia ſubſtantias conſequuntur , vt vbicunque fuerit ſubſtantia,ea quæ dicta ſunt , inueniatur , id eſt in ſubiecto non eſſe . Et p̃dicationes ab his uniuoce fieri.Et ꝙ hoc aliquid ſignificet . Et ꝙ nihil ſit illis contrariũ. Et ꝙ non ſuſcipiant magis,& minus.illa vero quæ non omnibus ſubſtãtiis inſunt,accidentia ſunt ſubſtantiis , quocirca propria non ſunt.Quòd ſi propria nõ ſunt , nondũ qualis ſit ſubſtantia demonſtrant . Quare ut ſubſtantię qualitatem proprię cognoſcamus , talis eſt huic requirenda proprietas,quę,& ſolis ſubſtantiis inſit , & omnibus . hęc autem huiuſmodi eſt,quam ipſe propoſuit.

*Maxime uero ſubſtantiæ propriũ eſſe uidetur, cũ unũ, & idẽ numero ſit, cõtrariorum ſuſceptibilẽ eſſe: et i aliis quidẽ non habebit quiſquã quid proferat quæcunque non ſunt ſubſtantiæ, quod cum ſit unum numero , ſuſceptibile contrariorum ſit: uelut color quod eſt unum, & idem numero, non erit album, & nigrum : neque eadem actio, & una numero, erit praua , & ſtudioſa . Similiter autem, & in aliis quæ ſubſtantiæ non ſunt . Subſtantia .n. cum unum, & idem numero ſit, capax contrariorum eſt, ut aliquis homo cum unus, & idem numero ſit, aliquãdo quidẽ niger, aliquando autem fit albus, & calidus, & frigidus, & prauus, & ſtudioſus. In nullis aute aliis aliquid tale uidetur, niſi quis forſitam inſtet , dicens orationem, & opinionem contrariorum eſſe ſuſceptibilia . eadem enim oratio uera , & falſa eſſe uidetur , ueluti ſi uera ſit oratio, ſedere quendam, ſurgente eo, illa eadem oratio falſa erit: ſimiliter autẽ, et de opinatione. Siquis enim uere putat, ſedere aliquem, ſurgente eo, ille idem falſo putabit, eãdem habens de eodem opinionem. Sed, et ſi quis hoc ſuſcipiat, tamen modo differt: nam ea quæ in ſubſtantiis ſunt, ipſa mutata in ſuſceptibilia ſunt cõtrariorum: frigidum.n.de calido factum mutatum eſt. alteratum .n.eſt, & nigrum ex albo: & ſtudioſum ex prauo. Similiter ãt, & in aliis, unumquodq. ipſorum mutationem ſuſcipiens, eſt ſuſceptibile contrariarum. Oracio autẽ, & opinio ipſa quidẽ immobilia omnino perſeterãt . cum uero res mouetur,*

*uetur, contrarium circa ea ſit: oratio nanq. permanet eadẽ, ſedere aliquẽ. cũ uero res mota ſit, aliquando quidẽ uera, aliquando autẽ falſa ſit. ſimiliter autem & in opinione. Quapropter quo ad modũ falſẽ ſubſtantiæ proprium eſt, eo quod ſecundũ mutationẽ ſuã, captabilis eſt contrariorũ, ſi quis recipiat placitũ & orationẽ ſuſceptibilia eſſe contrariorũ.*

Ait maxime proprium eſſe ſubſtantię, quod eadẽ & una numero contrariorũ ſuſceptiua ſit, nihil contrarii ſuperioribus dicẽs. Illic.n. dixerat ſubas ſubſtantiis non eſſe contrarias: hic vero dicit non ſubas ſubſtãtiis eſſe cõtrarias, ſed res in ſe cõtrarias poſſe ſuſcipere, ut unus atq; idẽ hõ, nũc qdẽ ſit ſanus, alio vero tẽpore æger. ægritudo aũt & ſanitas contraria ſunt. Ergo, qm̃ declaratũ eſt ſubam poſſe cõtria ſuſcipere, demonſtrandũ eſt, quemadmodũ hoc ſolis ſubſtantiis inſit, hoc .n. in nullis aliis inuenitur. nanq; in qualitate qualitas non erit eadem atque una numero contrariorum ſuſceptiua. idem.n. & vnum numero non erit album atque nigrum: cum album fuerit, & poſt in nigrum uertitur, tota qualitatis ſpecies permutatur, & non erit unum atque idẽ numero quod contrarium eſt, ſed diuerſum. At uero & actio eadem & una numero, non erit bona atque mala, ſed fortaſſe una bona, alia mala, ita ut diuerſæ ſint, non eædem numero, hoc ẽt in aliis reperitur. Ipſa uero ſubſtantia cum una ſit & numero ſingularis contraria ſuſcipit. ut idem atque unus homo cum fuerit candidus atque albus, a Sole tactus nigreſcit, & album in nigrum conuertitur, & in contrarium permutatur, utraſque res in ſe contrarias ſuſcipiens, Nulli igitur alij ineſſe hoc niſi ſolis ſubſtantiis, ſatis ſuperiora demonſtrant. Siquis autem opponat orationem & opinionem vnam atque eandem contrariorum eſſe ſuſceptibilem ideo, quod cum dico, Cicero ſedet, uel eum ſedere opinor. cum uere ſedet, uera eſt & oratio de eodem & opinio, quod ſedet. cum vero ſurrexit ille, eadem pmanet opinio uel oratio, quę dicit, vel arbitratur, Cicero ſedet, ſed falſa eſt, quod non ſedet. videtur opinio atq; oratio eadem & una numero nunc quidem eſſe uera, nunc autem falſa, & contraria ipſa ſuſcipere. Sed hoc falſum eſt, ꝙ oratio & opinio contraria non recipiunt. nam ſiquis hoc recipiat, ꝙ etiam oratio atq; opinio contrariorum ſuſceptiua ſint, non tamen eodem modo quod ſubſtantia. nam ſubſtantia ipſa contraria ſuſcipiens permutatur. Cic. namque ipſe in ſe ægritudinem ſuſcipiens ex ſano factus eſt æger, & mutatus ipſe contraria ſuſcipit. ſermo vero & opinio ipſa quidem immutata permanent, ſed cum rebus de quibus dicuntur permutatis, ipſe inueniuntur falſæ eſſe uel veræ. Et ſubſtantia quidem ipſa cum ijs quę ſuſcipit contrarijs permutatur, oratio uero & opinio, eo quod res de quibus dicuntur uel arbitrantur, permutentur, ipſę uidentur falſæ eſſe vel veræ. Nam cum dico, Cicero ſedet, ſi ille ſurrexit, oratio quidem ipſa nihil paſſa eſt, ſed res de qua fuit ipſa oratio, mota eſt. Qui .n. ſedebat ſurrexit, idcirco ex vera oratione facta eſt falſa. Quocirca ſubſtantia ipſa ſuſcipiens (ut dictum eſt) contraria, permutatur: oratio vero uel opinio non mutatur, ſed re circa eas mota, ipſæ ueræ uel falſæ ſunt, Quare proprium ſubſtantiæ ita eſſe putabitur contrariorum ſuſceptibile, ut ipſa permutata contraria ſuſcipiat, non ut re mutata, ipſa impermutata immutabiliſq; permaneat. Atq; hoc dictum eſt, ſiquis orationem atque opinionem contrariorum ſuſceptibiles putet: non autem eſſe orationem atque opinionem contrariorum ſuſceptibiles, ipſe rurſus adiecit.

*Non eſt autẽ hoc uerũ oratio nãque & opinio, non in eo quod ipſa aliquid recipiant, contrariorũ ſuſceptibilia eſſe dicuntur, ſed in eo quod circa alterũ aliqua paſſio facta ſit: nam quo res eſt uel non eſt, eo etiã oratio uera aut falſa eſſe dicitur, non ea quod ipſa ſit ſuſceptibilis contrariorum. Simpliciter.n. a nullo nec oratio mouetur, nec opinio. Quapropter non erunt ſuſceptibilia contrariorum, cum nulla in eis contrariorum paſſio facta ſit. At ſubſtantia eo qđ ipſa contraria recipiat, hoc ſuſceptibilis dicitur contrariorũ eſſe. Languorẽ .n. & ſanitatẽ ſuſcipit, candorẽ & nigredinem, & unumquodque talium ipſa ſuſcipiẽdo, contrariorũ eſſe ſuſceptibilis dicitur. Quare propriũ erit ſubſtãtiæ, cum idẽ & unũ ſit numero, cõtrariorum eſſe ſuſceptibilẽ cum permutatione ſuiipſius. Ac de ſubſtantia quidem hæc dicta ſufficiant.*

Ait .n. orationem atq; opinionem ipſa quidem contrarij nullius eſſe ſuſceptibilia neq;.n. falſitas ueritaſq; in oratione vel opinione inſita eſt, ſed idcirco videntur contrariorum eſſe ſuſceptibilia, quod (ut ipſe ait) circa alteram quadam paſſionem ſint, hoc eſt circa hoc eſſe opinionem uel orationem. Nam circa ſedere & non ſedere, quę ſunt contraria, eſt ſedendi aliquem & non ſedendi, opinio vel oratio. atq; ideo quoniam circa alias res ſunt, quæ ſibi ſunt contrarię, illis permutatis, iſta uidentur eſſe contraria, nõ quod ipſa ſuſcipiant contraria, ſed quod circa contrarias paſſiones rerum ſint. Nã neque, oratio neq; opinio permutat, ſed ſola tm̃, de quibus eſt ipſa oratio atq; opinio, id eſt ſedere, & non ſedere. Quocirca, qm̃ nullam ipſa oratio vel opinio ſuſcipiunt paſſionem, nec quicquam in eis ſit atque eueniat contrarium, contrariorum eſſe ſuſceptibilia non uidentur. At ſubſtantia eo quod ipſa ſuſcipiat contrarium, contrariorũ dicitur eſſe ſuſceptibilis. Cicero.n. ſuſcipiẽs ſanitatẽ, ſanus fit, & ſuſcipiens ægritudinẽ fit æger. Oratio uero atque opinio (ut dictũ eſt) contraria non ſuſcipiunt. Quare erit hoc propriũ ſubſtantię contrariorum eſſe ſuſceptibilẽ. Sed ſiquis forſitã dicat, cur cum ignis calidus ſit, nunqua frigus ſuſcipiat: & cur cum aqua ſit humida, nunqua ſuſcipiat ſiccitatem. His.n. oppoſitis uidet nõ omnis ſubſtantia, contrariorum eſſe ſuſceptibilis, & ſubſtantię hoc proprium infirmabitur, cum non ſit in oĩbus ſubſtantijs. Sed dicendum eſt, ꝙ ea contraria ſuſcipere uidentur ſubſtantiæ, quę ſunt in eius natura non inſita, alioqui non ſuſcipit quicquid illi ſubſtantialiter in eſt. Suſcipere.n. dicimus aliquid de rebus extrinſecus poſitis, & pręter ſubſtantiam conſtitutis. quoniam igitur in ſubſtãtia ignis ineſt calidũ eſſe, ignis calorẽ non ſuſcipit, quo circa neq; eſt ignis caloris ſuſceptibilis, neq; frigoris. Calorẽ quidem non ſuſcipit, idcirco qđ eius naturę ſubſtantięq; immutabiliter adhæſit. Frigus ẽt non ſuſcipit, qm̃ caloris natura ipſius ignis contrariũ ſpõte repudiat. Quocirca ſi quid eſt quod ſuſcipiat ignis .i. extrinſecus poſitũ, accipiat neceſſe eſt eius quoq; contrariũ, ipſe vnus permanens ac ſingularis. Idem quoq; de aqua dicendum eſt. illa.n. ſicut ignis calorẽ, ſic non ſuſcipit humiditatem, ſed eſt quodammodo & ipſi humiditas naturaliter inſita. atque ideo calor ignis, & humiditas aquæ non ſolum qualitates dicuntur, ſed ẽt ſubſtantiales igni & aquæ qualitates: Nam aqua qm̃ in ſe neq; frigus, neq; calorem ſubſtantialiter hẽt, ſuſceptibilis & frigoris & caloris eſſe dicitur. Quocirca non de his contrariis loquit. q̊ ſubſtantialiter inſunt, ſed de his quæ põt ſuſcipere unaquaque ſubſtantia .i. quod poteſt extrinſecus adhiberi, Hoc aũt in oĩbus eſſe ſubſtantiis manifeſtum eſt. Nã qm̃ Cicero ſanus & ęger eſt, hõ ſanus & æger eſt: & ſi hõ ſanus & æger eſt, animal ſanum atq; ęgrotum eſt. Sed cum duobus modis animal atq; homo ſpectentur: uno quod de pluribus prędicentur, altero quod ſubſtantię ſint, in eo quod de pluribus prędicantur, contrariorum ſuſceptiua non ſunt, ut animal in eo quod de ſpeciebus dicitur, neq; ſapiens eſt, neq; inſipiens, & hõ in eo quod de Indiuiduis dicit, neq; ſanus eſt, neq; ęger. In eo uero quo ſubſtantię ſunt, & quod indiuiduis ſubſtantijs prędicantur, contrariorum ſuſceptibiles ſunt. Quocirca erit hoc ſolius proprium ſubſtantię, contrariorũ eſſe ſuſceptibilem. Hęc de ſubſtantia dicta ſufficiant. Secundi vero voluminis ſeries ab expoſitione inchoabitur quantitatis.

# ANITII MANLII SEVERINI
## Boethi commentariorum in prædicamenta Ariſtotelis.

## LIBER SECVNDVS.

ET SI nos curæ officij conſularis impediunt, quo minus in his ſtudijs oē ocium plenamq; operam conſumimus: pertinere tamen videtur hoc ad aliquam reipublicę curam, elucubratę rei doctrina ciues inſtruere. Nec male de ciuibus meis merear, ſi cum priſca hominum uirtus, vrbium cæterarū ad hanc rempublicam dñationem imperiumq; tranſtulerit, ego id ſaltem quod reliquum eſt, gręcę ſapientię artibus mores noſtrę ciuitatis inſtruxero. Quare ne hoc quidem ipſum Conſulis uacat officio, cum Romani ſemper fuerit moris, ꝙ vbicunq; gentiū pulchrum eſſet, atque laudabile, id magis ac magis imitatione honeſtare. Aggrediar igitur & propoſiti ſnīam operis, ordinēq; contexā. Poſt ſubſtantię tractatum cur de quantitate potius ac non de qualitate propoſuerit, hæc cā eſt, ꝙ oīa quęcunq; ſunt, ſimul atq; ſunt, in numerum cadunt. Omnis n. res, aut eſt una, aut plures. unum vero uel plures quantitatis ſcientia colliguntur. Sed non oīs res ſit atq; eſt, aliq̄ accipit qualitatem. Ipſa n. materia ſub quantitatis quidem principium cadit, qđ vna eſt, ſub qualitatem uero minime: ipſa n. cunctis eſt interim qualitatibus abſoluta. ſuperaddita uero forma, quadam afficitur qualitate. per ſe autem numero quidē una eſt, qualitate uero nulla. Quocirca, ſi res oīs ſit atq; eſt, cadit in numerum, non āt oīs res mox ut eſt, ſtatim ſuſcipit qualitatem recte prius de quantitate propoſuit. Eſt quoq; alia cauſa, cur prius de quantitatis ratione pertractet. Omne n. corpus ut ſit, tribus dimenſionib. conſtat, longitudine, latitudine, altitudine, vt uero ſit corpus cum qualitate; tunc erit aut albū, aut nigrū, aut quodlibet aliud. & qm̄ prius eſt eſſe corpus, poſt uero eſſe corpus album, prius erit corpori trib. cōſtare dimenſionib. q̄ eſſe album. Sed tres dimenſiones & numero & continuatione ſpatij, q̄titates ſunt. longitudo n. & latitudo, & altitudo, in q̄titatib. numerant: album uero qualitatis eſt. Quocirca, ſi prius eſt ex tribus conſtare dimenſionibus, q̄ eſſe album, prior erit q̄titas qualitate. quocirca recte eſt tractatus de q̄titate propoſitus. Itē alia cā, ꝙ q̄titas plura hēt ſubæ conſimilia. Nā, quemadmodum ſubæ nihil eſt contrarium, & ſuba non recipit magis & minus, ſic ēt q̄titas. q̄titati n. nihil eſt contrarium, nec q̄titas recipit magis & minus, ut paulo poſt docebimus: qualitas uero & contraria ſuſcipit, ut album, & nigrum, & magis & minus, ut candidus, ut nigrius, & candidiſſimum, & nigerrimum: id n. ſumit intēſione qđ pt ſumere diminutionem. Quòd ſi ſubſtantię ſimilior q̄titas eſt, recte poſt ſubſtantiam de q̄titate propoſuit,

## DE QVANTITATE.

*QVANTITATIS aūt, aliud quidem eſt diſcretum, aliud aūt continuum, & alind quidē ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem ſuis partibus conſtat, aliud autem ex non habentibus poſitionē. Eſt aūt diſcreta quantitas, ut numerus, & oratio. Continua uera, ut linea, ſuperficies, corpus. Amplius autem & præter hæc, eſt tp̄s & locus. Partium etenim numeri nullus eſt cōis terminus, ad quē copulentur particulæ eius, ut quinque, ſi ad decem ſunt particulæ, ad nullum cōem terminum copulantur quinque et quinque, ſed ſemper diſcreta ſunt, & ſeparata. Sic & tria & ſeptem ad nullum communem terminum coniunguntur. Omnino autem non habeas in numero accipere communem terminum partium, ſed ſemper diſcretæ & ſeparatæ ſunt. Quapropter numerus quidem diſcretorum eſt. Similiter autem & oratio diſcretorum eſt. Quod autē oratio quantitas ſit, manifeſtum eſt, mēſuratur. n. ſyllaba breui & longa. Dico autem orationem cum uoce factam, ad nullum enim communem terminum particulæ eius copulantur. Non enim eſt communis terminus, ad quem ſyllabæ copulentur, ſed unaquæque diuiſa ſecundum ſeipſam.*

25. Quantitatis aūt dicit eſſe differētias duas. quātitatis nāque alia diſcreta eſt & diſgregata, alia uero cōtinua. Poſt hanc rurſus diuiſionem, alio modo partitus eſt quantiatem: dicit. n. quantitatis aliā eſſe, quæ conſtat ex habentib. poſitionē ad ſe inuicē ſuis partibus, aliā uero ex non habentib. poſitionem. Vnam uero rem diuerſe poſſe diuidi manifeſtū eſt, hoc mō, ut ſiquis diuidat animal dicens, Animaliū alia ſunt rationabilia, irrationabilia. & rurſus eādem ipſam rem alio mō partiamur. ut eſt, animaliū alia ſunt greſſibilia, alia non greſſibilia. Eorūq; animaliū rurſus, alia ſunt carnib. ueſcētia, alia ſeminibus. Hic ergo una eademq; res diuerſo ordine modoque diuiſa eſt. Ita igitur Ariſt. unū idemq; quantitatis nomē diuerſe partitus eſt, in ea ſcilicet quæ diſcreta eſſent, & quę continua. Et in ea quę haberent poſitionem partium, & quę non haberent. Sed de ſecunda diuiſione poſterius dicendum eſt, nunc prima tractetur. Ait. n. de prima diuiſione hoc modo. Quantitatis aliud eſt continuum, aliud diſgregatum. Diſgregatum eſt cuius partes nullo cōi termino coniunguntur. Continuum uero, cuius partes habent aliquem cōem terminum, ad quem uideantur eſſe coniunctæ. Diſcretarum nanque quātitatum ipſe exempla ponit & ſpecies. Oratio. n. diſcreta eſt quātitas. Eodēq; modo & numerus, & numerum eſſe q̄titatem nemo dubitat. Diſcreta vero eſt, qm̄ denarius numerus cum conſtet ex quinque & quinque, quæ res quinarium ad quinarium iungat, ut faciat denarij corpus, non pt inueniri. Nec ſi tres & ſeptem quis dixerit, quo cōi termino tres & ſeptem coniungantur, ut denarij reddatur vnum integrū corpus, ullus inuenitur. Atq; hoc quidem in omni numero ſpeculari licet. Nullus. n. numerus ita partes hēt, ut eas aliquis cōis terminus iungat, ſed ſemper partes ipſę diſiunctæ atque diſcretæ ſunt, & huiuſmodi vocatur quantitas diſcreta. Numerus ergo diſcreta q̄titas eſt, orationē uero q̄titatē eſſe dicit idcirco, ꝙ omnis oratio ex noīe conſtet & verbo, ſed hęc ſyllabis conſtant, omnis aūt ſyllaba vel longa uel breuis eſt; longum vero uel breue ſine ulla dubitatione q̄titas eſt. quocirca quod ex q̄titatibus conſtat, id q̄titatem eſſe quis dubitet? At uero oratio cū ſit q̄titas, ipſa quoq; diſcreta eſt. Cum. n. dico Cicero, quod orationis eſt pars, partes huius nominis ci, & ce. & ro. nullo cōi termino coniunguntur. Non. n. reperiemus, quo cōi termino iungatur ci. ſyllaba ad. ce. ſyllabam. Vel rurſus. ce. ſyllaba ad ro. ſyllabā. quocirca etiā oratio q̄titas uidet̄ eſſe diſcreta. Sed ſi q̄s fortaſſe dicat hūc earum eſſe cōem terminum, quo ita junguntur, ut aliquid ſignificent, ut in hoc ipſo noīe Cic. cōis ſyllabarum terminis ipſa ſignificatio ſit. Si. n. ce. ſyllaba quæ media eſt prima ponatur, & ro. quæ vltima eſt, media, & ci. quę prima eſt, vltima, nomen quod erat antea, id eſt Cic. tranſuerſis per loca ſyllabis nihil ſignificabit. Illi dicendum eſt, qm̄ quæcunq; in quadam oratione proferuntur, ſiue ſignificent, ſiue nihil ſignificent, ſyllabarum cōis terminus nullus eſt. Nam ſiquis dicat permutatis ſyllabis, quod eſt Cicero, ceroci ſignificationem quidem amiſit, ſed ęqualiter ſyllabæ ad nullum cōmunem terminum coniunguntur. Quod ſiquis hunc quidē ipſum ſermonem aliquid ſignificare poſuerit, ut hoc ipſum ceroci aliq̄d ſignificet, ſignificatio q̄dem addita eſt, nullus tñ ſyllabis terminus appoſitus. Quare ſiue ſignificet, ſiue nihil ſignificet nomen, partes eius diſcretæ atque diſiunctæ ſunt, & nullo cōi termino coniunguntur. Qm̄ uero græca oratione λόγος dicitur ēt animi cogitatio, & intra ſe rōcinatio λόγος quoque & oratio dicitur, nequis Ariſtotelem cū dicere. λόγος id eſt orationem quantitatem eſſe diſcretam, de eo putaret dicere quem quiſque λόγος id eſt rationem

in propria cogitatione diſponeret,hoc addidi, dico autem illã,quę fit cũ uoce,orationẽ. Apud romanã nanq; linguam diſcreta ſunt uocabula orationis,atq; rationis. Græca uero oratio vtriuſq; uocabulum. & rationis , & orationis λόγον appellat. Quare ne quid mendax tranſlatio culparetur , id circo hoc quoq; addidi,Dico uero illã quę fit cũ uoce orationem.apud latinos.n.nulla alia oratio eſt pter hanc ſolã, quę fit cũ uoce,orationẽ.Apud gręcos uero eſt alius λόγος qui fit in animi cogitione . quocirca nequid deeſſet , etiam hoc qđ ad latinã orationem minus eſſet conueniens tranſtuli.quod,quare fecerim,has expoſitione pateſeci, atque hæc quidem de diſcreta q̃titate ſufficiant. Continua vero quantitas eſt(ut dictum eſt)cuius q̃titatis partiũ cõis terminus inuenit, ut eſt linea , ſuperficies,corpus , & prȩter hæc tempus,& locus,quod ipſe Ariſt.deſignat his uerbis.

*Linea uero continua eſt,eſt enim ſumere cõmunẽ terminum,ad quem particulæ eius copulantur,punctum:& ſuperficiei,lineam. plani nãq.ad quendam communẽ terminum particulæ copulantur.Similiter autem,& in corpore poteris ſumere communem terminum lineam , uel ſuperficiem,ad quem copulantur corporis particulæ.*

26.Poſtquã de diſcretis explicuit,tranſit ad ſpẽs cõtinuæ q̃titatis.Cõtinuæ ãt q̃titates ſunt,(ut dictũ eſt) in quarũ partib.quidã cõis eſt terminus,ut linea.Siquis.n.diuidat lineã, q̃ eſt lõgitudo ſine latitudine,duas in utraq; diuiſione lineas facit,& utriuſq; ex diuiſione lineæ ſingula in extremitatib.puncta reddũtur.Lineę.n.termini pũcta ſunt. Quocirca cũ illa linea diuiſa non eſſet,utraq; puncta,quæ in utriſq; linearũ capitib.poſt diuiſionẽ apparẽt,ſimul antea fuiſſe intelligũtur,q̃ ſunt in diuiſione ſeparata. Intelligit̃ ergo partiũ lineę cõis terminus,punctũ,ideſt,quoddã paruiſſimũ,qđ in partes diuidi ſecariq; nõ poſſit.Superficies quoque,q̃ eſt latitudo ſine altitudine,cõem terminũ hẽt in partibus,lineã: corpus uero ſolidum, ſuperficiem . Eodem enim modo diuiſa ſuperficies duas per ſingulas partes lineas efficiet , quemadmodum . & in linea diuiſa duo puncta atrinſecus reddebantur. Corpus quoq; ſolidum cum diuiſeris,duas in utriſque diuiſionis partibus ſuperficies facies, quę cũ coniuncta ſiut, atq; indiuiſa.Punctum quidẽ partiũ lineę intelligitur cõis terminus : Linea vero ſuperficiei . Superficies aũt ſolidi corporis . Eſt aũt ſignũ continui corporis , ſi una pars mota ſit,totũ corpus moueri,& ſi totum corpus moueatur , certe ſimul alię partes uicinę mouebuntur.ut ſi iaceat uirgula,uel ex ligno , vel ex ære,uel ex quolibet alio metallo,ſiquis unum eius caput,uel quãlibet eius partem moueat,tota mox uirgula commouetur . Hoc aũt idcirco euenit,ꝙ eius partes quodam cõi termino coniunguntur, & ille cõis terminus una parte mota cȩteras mouet . Hoc uero in diſcretis non eſt . In numero nanq; cum ſint decem , ſi unum mouero, cæteri non mouentur: immoti .n. permanẽt nouẽ.& ſi plenus tritico ſit modius,ſi unum tritici granũ mouero, non oĩa contiuno grana commouebuntur.Idcirco qđ diſcreta eſt multitudo,nec granum grano ullo cõi termino uidet implicitũ.At uero ſi ipſius grani grani pars una ſit mota,totũ corpus grani moueat̃ neceſſe eſt.Nõ ãt nunc hoc dicit̃,qđ linea conſtet ex punctis,aut ſuperficies ex lineis , aut ſolidum corpus ex ſuperficiebus, ſed ꝙ & lineę termini,puncta ſunt:& ſuperficiei,lineȩ: & ſolidi corporis , ſuperficies, nullaq; res ſuis terminis conſtat . Quocirca punctum lineȩ non erit pars, ſed communis terminus partium. Superficiei linea , & ſuperficies ſolidi corporis non erunt partes , ſed partium termini communes . Conſtat igitur , & lineam, & ſuperficiem , & ſolidi corporis craſſitudinem eſſe continuam quantitatem.His alia ruſus apponit .

*Talium eſt autẽ , & tẽpus , & locus . præſens enim, tempus,& præteritum , & futurum copulat . Rurſus locus continuorum eſt,& locũ enim quendã corporis particulæ obtinent,quæ ad quendam cõem terminum copulãtur.igitur,et loci particulæ,quæ obtinent ſingulas corporis partes,ad eundem terminum copulantur,ad quem corporis particulæ.Quapropter continuus erit locus. Ad unum.n.terminum cõmunem copulantur eius particulæ.*

27.Tp̃s quoque,& locum cõtinuȩ q̃titatis eſſe pronunciat. Tempus nanq; eſſe quantitatem res illa demõſtra,ꝙ in ſpatio.i.in longitudine,& in breuitate conſideratur.Continuũ uero eſſe res illa demonſtrat,quod partes temporis habeãt aliquem communem terminum ac medium,ad quem coniũgantur extrema.Nam cum ſint partes temporis præteritũ, & futurum,horum præſens tempus,cõis eſt terminus: huius nanq; finis eſt,illius initium. Locus quoq; continuorum eſt. Locum uero dicimus quodcunq; illud ſit,quod partes corporis tenet,ſiue ſupra,ſiue a latere , ſeu ſubter ſit. Quod ſi cunctæ partes corporis locum aliquem tenent, & qui circa corpus eſt locus,per omne corporis ſpatium parteſque diffunditur , quæ omnes corporis partes a loci partibus occupantur . Quòd ſi ita eſt,qui communis terminus coniungebat corporis partes,eius terminũ locus illa quoq; loca, q̃ ſunt corporis partium,iungit, & eſt eodem modo locus de continua q̃titate,quẽadmodum,& corpus.Ita.n. cõis terminus inuenitur in loco partium,quemadmodum & corporis idcirco ꝙ corporis locus per corpus omne diffunditur. Qđ autem dixit,ſunt autem talium & locus,& tempus,qm̃ ſuperius de continuis loquebatur,tempus quoque,& locum continuis addicit dicens,Snnt autem talium, & tempus , & locus.i.continuorum,ſed poſt continuȩ diſcretȩq; quantitatis diuiſionem,alium a principio rurſus orditur.

*Amplius ãt aliæ quidẽ conſtant ex particulis, quæ in eis ſunt,poſitionem ad ſe inuicẽ habentibus:aliæ autẽ ex non habentibus poſitionem.ut lineæ quidem particulæ poſitionẽ habent ad ſe inuicẽ.Singulũ.n.eorum ſi tũ eſt alicubi:& habes unde ſumas,& aſſignes unũquodque ubi ſitum eſt in plano, & ad quã particulã reliquarũ copulatur:ſimiliter autem,& particulæ plani habent quandam poſitionem.ſimiliter nanque unũquodque oſtenditur ubi iacet,& quæ ad ſe inuicem copulentur, ſolidi quoque , & loci ſimiliter.*

28.Ruſus digerit q̃titatis differentias . Sunt.n. quantitatis, alię quidẽ,q̃ ex habẽtib.poſitionem ad ſe inuicem ſuis partib.conſtant:aliæ uero,quæ nullam partium habent poſitionem.Poſitionem uero partium retinere dicuntur , quarum triplex iſta natura eſt , primum , ut eius partes alicubi ſint. deinde,ne pereant.tertio,ut ſeſe partes ipſe coniubgant,& propria ſe ordinatione contineuit,ut eſt linea. Poſita.n linea in ſuperficie,poſſit agnoſcere ubi partes ipſius ſint , ut dicas caput quidem lineȩ eſſe ad dexteram , medium , medio loco.extremitatem uero,ad ſiniſtrã,& hęc manentib.ipſis partib.dicuntur.Partes.n.lineȩ non pereunt, ſed in loco in quo ſunt,permanent.Poſſis quoqne monſtrare, quę pars lineȩ cui parti contineutur .i. ad quam partem caput alterius partis extremitaſq; coniungitur,ut dicas hęc pars,v.g. medietas lineȩ,hic finitur:locum ubi deſinat mouſtrans. alia ruſus pars lineæ totius hic incipit.Ergo linea poſita in ſuperficie qualibet,& locum aliquem partes eius retinent, & partes ipſas non pereunt , & poſſet quilibet agnoſcere , ubi extremitas partium coniungatur,& quo ad ſe inuicem loco contineutur.Hoc quoq; idem in ſuperficie euenit, partes.n.ſuperficiei in aliquo loco ſunt,& ipſæ quoque non pereunt,& ubi pars parti coniungatur oſtenditur. Idem quoque ſoliditas habet. Et loci quoq; partes continuantur ad eas.ſ.partes,ad quas corporis ptes ſibimet continuantur, ſicut iã ſupra dictũ eſt.Quocirca eiuſdem naturæ erit, & locus,cuius tota ſoliditas erit.Ergo,& locus ex eodem genere quantitatis eſt,& quo eſt & ſoliditas , Ideſt ex habentib. ad ſe inuicem poſitionem ſuis partibus conſtans. Locus

Igitur

igitur & ipſę ex habentib. ſuis partib. poſitioné ad ſe iuuicem conſtat. Ergo tria hæc (ſicut ſupra dictũ eſt) cõſideranda ſunt, vt ad ſe inuicé poſitioné partes habere uideant, i. locũ in quo partes ipſę ſint poſitæ, vt partes illæ non pereãt, vt ſit partiũ cõtinẽtia atq; cõtinuatio. Qđ ſi qs dicãt hic ré loco deeſſe, eo qđ ĩ loco nõ ſit ĩ loco. n. cũcta sũt, locus aũt in loco eſſe ipſe nõ poterit. Dicẽdũ eſt, ꝙ idcirco ſupficies, & ſoliditas, & linea habere poſitioné partiũ dicuntur, ꝙ in loco ſint, & partes pmaneat, & ſint cõtinuæ. Quare multo magis ipſe locus, cuius neq; partes pereũt, & ſibi perpetue continuatimq; cõiunctę ſunt, habere poſitionem partium dicitur: Ac de his quidẽ quę ex habentibus poſitionem ad ſe inuicem ſuis partibus conſtant, hęc dicta ſint. Quę vero non habent poſitionem, ipſe rurſus adiecit.

*In numero autem non poterit quiſquã oſtẽdere quemadmodum particulæ eius poſitionẽ aliquam ad ſe inuicẽ habeant, aut vbi ſitæ ſint, aut quæ particulæ eius ad ſe inuicẽ nectantur. Sed neq. illæ quæ temporis ſunt, non. n. permanent particulæ temporis. quod autem non eſt permanens, quomodo poſitionẽ aliquam habebit? ſed magis quẽdam ordinẽ particularũ tempus habere dices, ut aliquid quidẽ prius ſit temporis, aliud vero poſterius. Sed & de numero ſimiliter, eo quod prius numeratur vnũ quã duo, & duo quam tria, & ita habebunt quidem quendam ordinem, poſitionem vero non multum accipies. Sed & oratio ſimiliter, non. n. permanent particulæ eius, ſed & dictum eſt, & nõ amplius ſumi hoc, quapropter non erit poſitio particularum eius, ſiquidem nihil permanent. Alia itaq. conſtant ex particulis quæ in eis ſunt poſitionẽ ad ſe inuicem habentibus, alia autem ex non habẽtibus poſitionẽ.*

29 Hęc. ſ. idcirco nullam poſitionem ad ſe inuicẽ partium retinent, quod his aliquid de ſupradictis rebus deeſſe manifeſtum eſt. Numerus. n. ipſe diſcretus eſt, nec partes eius ad ſe inuicem coniunguntur, ſed omnino diſcretæ ſunt, atq; idcirco non eſt ex ijs quę habent ad ſe inuicem aliquam partium poſitionem: nec vero poſſis oſtendere, qui numerus quo loco iaceat. Habere autẽ poſitionem dicitur, quod (vt dictum eſt) & in loco aliquo poſitum eſt, & ipſa poſitio manentibus partibus conſtat, & ad ſe inuicem coniunctis cõtinuatisque, vt vbi quæq; iaceat, & quę ad quam cõtinuetur, poſſit oſtendi. in numero vero nihil horum eſt. Nã neq; in aliquo loco eſſe poſitus demonſtratur, nec eius partes coniunctæ ſunt. Quocirca numero ex tribus his quæ diximus, duæ res deſunt, loci poſitio, & partium cõtinuatio: tempus etiam q̃q̃ ſint eius partes cõtinuæ, tñ qm̃ non permanent, ſed ſemper mouẽtur, ſemperq; pręt ereunt, habere poſitionẽ partiũ non dicitur. Semper. n. veloci agitatione torquet, & currentis aquę more, in nulla vnquam ſtatione conſiſtit. quod quia partes eius non permanent, ex habentibus ad ſe inuicem poſitionem ſuis partibus conſtare non dicitur. Sed hæc q̃q̃ poſitionem partium habere non poſſunt, tñ habent ordinem quendam, quem pręter poſitionem partium tm̃ retinent. Dicimus. n. priorem eſſe binarium quam ternarium, atq; hunc q̃ quaternarium, & in tpe nimirum idem ordo reuertitur. Poſterius. n. futurum pñte, pręſensq; pterito. Quocirca etſi hęc nõ habent aliquam partium poſitionem, retinent tñ ordinem. Quod vero dicit, poſitionem vero non multum accipies, tale eſt ac ſi diceret, penitus nõ accipias. Multum. n. pro oĩno videtur adiunctum, ac ſi diceret poſitionem vero nõ omnino accipies. Idcirco quod ipſa quidẽ continuatio dat aliquam imaginem, quod poſſit habere aliquam partium poſitionem, ſed hoc minime eſt. Idcirco ꝙ quãuis ſint continuę quantitates, ſi tamen vno careant ex his quę ſuperius dicta ſunt, poſitioné partiũ habere non poſſunt. Nã aqua quam fiſtula euomit, dum cadit quidem retinet poſitionem: cum vero iam effuſæ vnde ſe miſcuerit, poſitionem partium perdit: & fluuius quoque quando in pelagus fluit, & poſitioné videt hẽre partiũ, & eſſe continuus, cum nõdum marinæ aquæ fluuij ſuperficies ipſa permiſta eſt: cũ uero extremitas amnis marina alluuione contingit, totã ſine dubio poſitioné videt amittere. Oratio quoq; ſimiliter ſeſe hẽt: nã nec ipſa vllo loco poſita eſt, nec eius partes ad aliquam coniunguntur, ſed a ſe inuicem illę diſcretæ ſunt, nec cum eius partes dictæ ſunt permanent, atq; hoc eſt qđ ait. Sed dictũ eſt, & nõ eſt vltra hoc ſumi. Mox. n. dicitur ſermo, mox pterit, nec vlla rõne poterit pmanere. quare mox vt aliquid dictum ſit, eius partes oſtendi, & demõſtratione ſumi, non poſſunt. Cõſtat igitur orationẽ quoq; ex his eſſe quę poſitioné partium nõ habent, de ordine vero dubium eſt. Nã ſiquis ſermo aliquid ſignificet, vt eſt Cicero, eſt ĩ eo quidam ordo quod Cic. ſyllaba primum dicitur, ſecunda vero ce. tertia ro. & potius ex ſignificatione ordinem ſumit. ſi vero nihil ſignificet, nec ordiné dicit habere, vt ſcindapſus nihil quidẽ ſignificat, ſed ſiue ſecũdam ſyllabam primã ponas, ſiue vltimam primã, ſiue quomodolibet ſyllabarum ordinem ſeriemq; permiſceas, idem erit: in ſignificatiuis. n. vocib. idcirco ordo eſſe dicitur, ꝙ illo ordine permutato uis ſignificationis euertitur: hic vero vbi nulla eſt ſignificatio nihil intereſt quomodolibet iaceant partes. Quare oratio ĩ aliqbus quidem hẽt ordinem partiũ, in alijs vero nec ordo ipſe poterit inueniri. An fortaſſe oratio dici nõ põt quæ nihil ſignificat, & nulla eſt oratio, q̃ ordiné non habeat. Ergo ſm priorẽ quantitatis diuiſioné, vbi dicebat quãtitatis alia eſſe cõtinua, alia vero diſcreta; Quinq; ſunt continua, duo vero diſcreta. Cõtinua q dẽ linea, ſupficies, ſoliditas, locus, tẽpus. Diſcreta vero numerus, & oratio. In hac vero ſecũda diuiſione, qua dicit, alias quantitates ex habentib. ad ſe inuicem poſitionem cõſtare partibus: Quatuor q dem ſunt q̃ retinent poſitionem. i. linea, ſuperficies, corpus, locus. Tria vero quę poſitionem nõ habent, ſed ex his duo ſemper ordinem retinent, tempus. ſ. & numerus. Oratio vero, ſiq d ſignificet, habet ordinem: ſi vero nihil ſignificet, inordinata eſt, ſi tñ oratio nihil ſignificans dici poſſit. His dictis ipſe cõcludit dicẽs. Igit alia ex habentib. ad ſe inuicem partib. poſitionem cõſtat, alia vero ex non habentibus poſitione. n. Hac igitur diuiſione finita tranſit ad cętera, mõſtrans quę proprie quantitates nuncupantur, quæ ſecundum accidens.

*Proprie aũt quãtitates, hæ ſolæ dicũtur quas diximus, alia uero omnia ſecundum accidens: ad hæc. n. aſpiciẽtes, & alia dicimus quãtitates, ut multũ dicitur album, eo qđ ſuperficies multa ſit: & actio longa, eo quod tẽpus multũ ſit, et motus multus. neque. n. horũ ſingulum per ſe quãtum dicitur, vt ſiquis aſſignet quanta ſit aliqua actio, tẽpore definiet, anni mẽſurã, uel ſic aliquo modo aſſignans. Et album quãtum ſit aſſignãs, ſuperficie definiet. Quanta. n. ſuperficies fuerit, tantum eſſe album dicet. Quare ſolæ, proprie & ſecundum ſeipſas quãtitates dicuntur, quae dictae ſunt, aliorum vero nihil per ſe, ſed per accidens.*

30 Principaliter aliqd eſſe dicitur, quod per ſe tale eſt, quale eſſe demonſtratur. Secundum accidens vero illud quod non per ſe, ſed per aliud, tale eſt, quale eſſe dicitur, ut albedini per ſe ineſt color, ſecundum naturam enim albi, color eſſe dicitur albedo: cum vero homo dicitur coloratus, non per ſe dicitur, idcirco quod homo in eo quod homo eſt, color non eſt, ſed quoniam habet colorem, idcirco dicitur coloratus. Ergo quemadmodum album idcirco color eſt per ſe, quoniam color naturale quoddam eſt genus, homo vero idcirco coloratus dicitur, quoniam habet colorem: & dicitur album quidem per ſe & principaliter color, homo vero ſecundum accidens coloratus. Ita quoq; & quantitates, hęc enim omnia quę dicta ſunt, idest linea, ſuperficies, corpus, numerus, oratio, tempus, per ſe & ſecundum propriam naturam quantitates dicuntur. Si qua vero alia dicuntur ſecundum aliquam quantitatem, non per ſe, ſed ſecundum accidens nominantur. vt album dicitur multum, non

Idcirco quod albedo ſit quantitas,ſed qm̃ multa ſit ſuperficies , in qua illud album ſit . Si.n.multum ſpatium fuerit in quo album ſit,multum erit album. Quocirca non qm̃ albedo per ſe aliquam quantitatẽ habet,ſed qm̃ in aliqua quantitate eſt cõſtituta.i.in ſuperficie , Idcirco ſm ſuperficiẽ q̃ eſt quantitas , quę.ſ.per ſe multa eſt,album multum dicitur non ſm ſe atq; ideo album nõ per ſe,nec principaliter,ſed ſm accidens multum dicitur.Actio quoq; ideo dicitur longa,quod multo tẽpe acta ſit.multam vero ęgritudinem idcirco dicimus,ſi eadem multo ſit tẽpe.Et motum multum idcirco,ꝙ multo tempore factus ſit,ut ſiquis multo tempore currat.Siquis uero multum curſum illum dicat eſſe,qui ſit uelociſſimus , ille conuenienter ſermone non vtitur . Velocitas .n.nñ quantitas,ſed potius qualitas eſt.quales.n.ſm eam dicimur .i. ueloces, non quanti. Secundum quantitatem vero multum dicitur. Hoc autem monſtrat ipſa rerum definitio : ſiquis.n.album multum monſtrare deſideret,& proprio termino rationis includere,illi dicendũ eſt multum eſſe albũ, quod in multa iaceat ſuperficie. & motum atq; actionẽ multam,quæ lõgo tempore perficiatur. Quare,qm̃ ad proprias quantitates aſpicientes,atq; ad eas res ceteras referentes , quantitates vocamus, vt album ad ſuperficiem quę uera eſt quantitas,& curſum,& aliquem motum , atq; actionem,ad tempus,quod ipſum vere quantitas eſt, reducimus hæc non per ſe quantitates , ſed per eas quę proprie quantitates dictæ ſunt,nominantur. Quocirca,qm̃ quod per ſe nõ eſt, ſm accidens eſt,recte cætera omnia, pręter ea quę ſuperius in quantitate numerata ſunt, per accidens eſſe,nõ per ſe quantitates dicuntur. Solę igitur proprie & ſm ſeipſas quantitates dicuntur hæ,quæ ſuperius comprehenſe ſunt.aliæ uero per ſe quantitates non ſunt, ſed (vt ipſe ait)forte per accidens.Poſt diuiſionem igitur cõtinui atq; diſcreti,& habentis poſitionem partiũ & non habentis, & q̃ ſunt per ſe principaliter , & rurſus per accidens quantitates , ſolito more viam inueniendi quantitatum proprietates ingreditur.

## DE PROPRIETATIBVS QVANTITATIS.

*AMplius quãtitati nihil eſt contrarium. in definitis enim manifeſtum eſt, quoniam nihil eſt cõtrarium,vt bicubito,vel tricubito,vel ſuperficiei,vel alicui talium,nihil enim ipſis eſt contrarium.*

31 Definita quantitas eſt q̃ alicuius termino numeri coercet,ut ſunt duo,uel tres:& q̃ ad hunc modũ dicuntur , ac ſi dicas bicubitum,tricubitum, & cetera: & q̃ aliqua propria ſignificatione definita sũt,ut eſt ſuperficies & ſoliditas:q̃d .n.& q̃ quantitates dicant,agnoſcitur.Quocirca harum,qm̃ ſunt definitę, nulla ulli cõtraria eſt:neq;.n.bicubito tricubitum cõtrarium eſt, ſicut neq; numerus ulli numero.at vero nec ſuperficies ſoliditati , nec aliq̃d horũ . Sed qm̃ quędam indefinita,imaginem quãdam quantitatis oſtendunt,ut magnum & paruum,quę uidẽtur eſſe contraria,hæc ſibi Ariſtoteles opponit dicens.non eſſe quantitatis, ſed magis ad aliquid,quod ipſius ſermonibus aſtruamus.Sed nõ eſt hoc proprium quantitatis,nõ habere cõtraria. non.n.omnis quantitas contrarijs caret.Sed nobis per ſingula queq; currentib. quę quantitatis ſpecies contraria non habeant quæve habeant conſiderandum eſt.Linea quidem contrario caret. linea.n.lineæ contraria non eſt:ſed ſi quis dicat rectam lineã curuæ lineæ eſſe contrariam,fallitur. Non.n.in eo quod linea eſt,curua linea rectę lineæ contraria eſt , ſed in eo q̃d curua eſt . & in his non lineæ uidentur eſſe contrariæ, ſed ipſa rectitudo & curuitas . Quare non in eo quod quantitas eſt,linea curua,rectę lineę contraria eſt,ſed in eo quod qualis . Nam quoniam curuitas & rectitudo contraria ſunt, ſecundum id quod curua & recta eſt linea , non ſecundum quod lineę ſunt, ſuſcipiunt cõtrarietatem, quocirca linea ẽ in eo quod linea eſt , contrario caret . at uero nec ſuperficies ſuperficiei contraria eſt . Sed forte dicat aliquis albam ſuperficiem, nigrę ſuperficiei eſse cõtraria , cui ſic̃ occurrendum eſt,non in eo ꝙ ſuperficies ſunt,eſse contraria,ſed in eo ꝙ eſt in his albedo atq; nigredo, quę contraria eẽ q̃s dubitat ?Eodem quoq; modo & lenẽ & aſperam ſuperficiẽ ſiquis contrarias dixerit,refellitur. ꝙ non ſm quantitatẽ ſuperficiei, ſed ſm qualitatem aſperitatis lenitatisque ipſe ſuperficies contrarium tenent. At vero nec corpori quicq̃ ullo modo contrarietatis opponitur.cui ſiquis dicat incorporale eſſe contrariũ,refutabitur: ꝙ omnis cõtrarietas ꝓprijs nominib.dicitur,vt bonum malum. album nigrum corporale uero & incorporale,non ſm contrarietatem, ſed ſm priuationem habitumq; proferuntur . Incorporale.n.corporis eſt priuatio. Nec tempori quoq; quicquam contrarium eſt. ſed ſi nox diei videtur oppoſita:non in eo quod tempus eſt, ſed in eo ꝙ dies,eſt aer lucidus,nox aer obſcurus.Aer uero neq; tempus,neq; quantitas eſt.lumen quoq; & obſcuritas qualitates sũt,& nõ quantitates.Oratio ẽt q̃q̃ videatur habere contrarium,tñ contrariam non hẽt oppoſitionem. videtur.n.vera oratio eſſe & falsa,quæ sũt contraria, ſed oratio vera & falſa in ſignificatione eſt:cum.n.quod eſt,oratio ſignificat,vera eſt. cum vero quod non eſt , deſignat , tunc falſa eſt Oratio vero non ſm id quod ſignificat in quantitate numeratur,ſed ſm id quod profertur . Secundum enim id quod proferimus orationem, longa ſyllaba præuiq; componitur,quæ omnem orationem non ſm id quod ipſa ſignificat,ſed ſm id quod ad prolationem eſt,mentiuntur. Illud quoque manifeſtum eſt,in numero non eſſe contraria . duo enim tribus,vel tres quaternario contrarij non sũt. nec ullus alter numerus cuilibet alij numero contrarius eſt . Locus vero habet aliquam contrarietatem,ſurſũ enim & deorsũ contrarium eſt,Sed quidam volunt non eſſe quantitatis quod ſurſũ dicitur & deorsũ , ſed potius habitudines , quas Græci σχέσεις vocant;Quę enim pars ad caput noſtrum eſt, hanc ſurſu vocamus: quæ pars pedibus ſubiacet , illa deorſum dicitur.Quocirca ſm habitudinem quandam quodammodo ad nos ipsos relata , ſurſũ deorsũque prędicamus . Herminus quoque ait ſurſũ & deorsũ non eſſe loca,ſed quãdam quodammodo poſitionem loci. Eſt enim res ſurſũ atque deorsũ . non eſt autem idem eſſe aliquid loci, quod locum . loci enim eſt poſitio in loco,locus vero ipſe, põ non eſt . Sed ſiquis omnem mundi reſpiciat figuram , qm̃ rerum omnium naturam ſphæræ ambitus amplectitur, & terra media eſt,in ſphæra vero nihil eſt ultimum, niſi quod eiuſdem terminum medietatis obtinuit . quicquid in extremo cœli connexitatis eſt, illud ſurſũ eſſe dicitur . quod uero eſt medium,illud deorsũ Quocirca ſunt ſm locum ſurſũ deorsũque contraria.ſurſũ in cœlo deorsũ in terra , idcirco quod a ſe longe diſiuncta ſunt.vnde poſt quoq; cõtraria hoc modo sũt definitam . Contraria sunt quæcunq; a ſe longiſſime diſtant,hinc eſt videlicet tracta definitio ꝙ cœlum terraq;, longiſſime diſtare videbantur,& illud,eſſe ſurſũ , hæc uero deorsũ : quoniam deorsũ atque ſurſũ non ob aliam cauſam contraria dicuntur,niſi ꝙ a ſe longe diſiuncta ſunt , ꝙ eſſe contrarium longiſſime diſtare definiunt , quod Ariſtoteles hoc modo pronunciat.Surſũ.n. ad id quod eſt deorſum contrarium ponunt . Locum qui eſt in medio deorsũ dicentes. eo ꝙ multa diſtantia medij ſit ad terminos mundi.In omni .n.ſphæra media terra eſt , quod ipsa aſtrorum demonſtrat ordinata vertigo.Adiecit quoq; cãm cur hmõi loca contraria dicantur, quod multa diſtantia eſt medietatis ad mundi terminos.Terminos vero mundi,cœli vltimam conuexitatem dicit.ex hac igitur loci contrarietate,& cętera definita eſſe contraria ſic demonſtrat.Vñr autem & aliorum contrariorum definitionem ab his proferre,quæ.n.multum a ſe inuicem diſtant, in eodem genere contraria eſſe definiunt. Sed qm̃ ne ordo de contrarietate quantitatis impediretur, idcirco ſuperioribus, in quibus ſingulis quantitatibus nihil eſſe contrarium dicebamus, has loci contrarietates adiecimus,& quędam in medio prætermiſſa ſunt, rurſus ad ſuperiora redeamus , vt expoſitionis ordo ſeſe ipſe continuet. Ari.n. ſuperius cũ q̃titati nihil eſſe contrarium proponeret

bicubito,

bicubito,vel tricubito, vel ſuperficiei,vel alicui talium nihil poſſe eſſe contrarium.Definitis enim his quantitatibus, contrarium nihil eſſe uidetur,vt duobus vel tribus.ſed quędam cum ſint indefinita,nec quantitates, & cõtraria videatur,hæc rurſus adiecit.

*Niſi forte quis multa paucis dicat eſſe contraria , vel magnum paruo.horum autem nihil eſt quantitas,ſed magis ad aliquid:nihil.n.per ſeipſum paruum, vel magnum dicitur, ſed eo quod ad aliud refertur . nam mons quidem paruus dicitur,milium vero magnum : eo quòd hoc quidẽ ſui generis maius ſit, illud vero minus ſui generis : ergo ad aliud eſt eorum relatio : nã ſi per ſeipſum magnũ vel paruũ diceretur, nunquam mons quidem paruus,milium vero magnũ diceretur.Rurſus in vico plures homines eſſe dicimus , in ciuitate paucos, cum tamen ſint eis multo plures:& in domo quidẽ multos, in theatro uero paucos, cum tamen ſint plures.Amplius bicubitum, vel tricubitum,& vnumquodq. talium quantitatem ſignificat,magnũ vero,vel paruum non ſignificat quantitatem,ſed magis ad aliquid,quoniam ad aliud ſpectat magnum vel paruum.quare manifeſtum eſt,quoniã hæc ad aliquid ſunt.*

32 Quemadmodũ definitę quantitates cõtrarijs non tenétur,ipſe ſuperius comprobauit,dicens,bicubito,vel ſuperficiei nihil eſſe contrarium: indefinitæ vero,vt eſt magnum & paruum , multa & pauca dant imaginem contrarietatis . Sed illud occurrit has non eſſe quantitates.Omnis.n.quantitas per ſe dicitur . bicubitum .n. & tricubitum, & duo,& tres, & ſuperficies ad nihil aliud refertur. magnum vero & paruum ſine alijs dici non poſſunt. Cum.n.dicis magnũ, ad alicuius alterius comparationem, atq; ęquationem refert . Eodem quoq; modo & paruum, quod ipſa Ariſtotelica probat inductio. Si.n.magnum & paruum per ſe dicerentur, & nõ ad alterius relationem,nunquam diceremus montẽ paruum,& milium magnum . Si.n.magnũ paruũq; non ad relationem alterius diceretur, mons ſemper magnus,ſemperq; paruum milium diceretur . Sed aliquem collem ad Atlantis altitudinem conferentes, dicimus paruum montem,& rurſus milium ad minora alia grana milij conferentes , magnũ milium nominamus . Et ſimpliciter quicquid magnum, vel paruum dicitur,ad eiuſdem generis ſpeciem referentes,magnum paruumq; nominamus . vt monti montem comparamus. milium vero milio , & alia huiuſmodi.Multa & pauca eodem modo dicuntur, dicimus.n.ſi fuerint homines centũ in uico,plures eſſe homines. Hi vero ſi in ciuitate ſint, paucos dicimus,tunc ad paruitatem vicorum, nunc ad magnitudinem ciuitatum cõferentes. Rurſus ſi ſint in domo quinquaginta:multi ſunt , ſi in theatro,pauci.ideo quòd tunc in theatro eſſe paucos dicimus,cũ ad eos quãti in theatro eſſe debebant ,comparamus.Amplius,qm̃ conſiſtit magnum paruumq; referri ſemper ad alterum,ſingulas vero quantitates nihil ad aliud comparates, ſuas ac proprias nominamus,vt tres,duo,quatuor,lineam ; ſuperficiem:magnum paruumq;, multa & pauca , a quantitatis diuiſione diſiuncta ſunt.Sunt enim illa non quantitates,ſed potius relatiua.

*Amplius , ſiue ponat aliquis hæc eſſe quãtitates , ſiue non ponat,nihil ipſis contrarium eſt.Quod.n.non poteſt ſumi per ſeipſum, ſed ad ſolam alterius relationem refertur,quomodo huic aliquid erit contrarium?*

33 Hoc quoque validiſſimo argumento probatur quantitatibus his quæ prędictæ ſunt, nihil eſſe contrarium,niſi ſoli forſitan loco . Nam ſiquis magnum & paruum,vel multa & pauca in quantitatibus ponat, etiam hoc ſi concedatur,tamen , quoniam ſemper referuntur ad aliud, contrarijs non tenentur.Omne enim contrarium per ſe conſiſtit,nec illud ad alterius comparationem relationemq; profertur,vt bonum nõ dicitur mali bonum, nec rurſus malum boni malũ, ſed ipſum ĩ propria natura & prolatione cõſiſtit. Quęcũq; ſunt contraria,eodem modo ſunt.Magnum vero & paruũ, qm̃ non per ſe conſtant,ſed ad alterius relationem referũtur,contraria eſſe non poſſunt.

*Amplius,ſi erunt magnũ & paruum contraria, cõtinget ipſum idẽ ſimul contraria recipere,et ea ipſa ſibimet eſſe contraria.Contingit.n.idẽ ipſum ſimul, & paruũ eſſe,& magnum.eſt.n.aliquid ad hoc quidẽ paruum,ad aliud uero hoc idẽ ipſum,magnũ,Quare idẽ paruũ, & magnum in eodẽ tẽpore eſſe contingit . quare cõtraria ſimul ſuſcipiet.Sed nihil eſt, quod videatur ſimul cõtraria poſſe ſuſcipere.ut ſubſtantia ſuſceptibilis contrariorũ quidẽ eſſe videtur,ſed nullus ſimul & ſanus eſt et æger:nec albus & niger ſimul eſt, nihilque aliud eſt , quod ſimul contraria ſuſcipiat. Et eadẽ ſibiipſi contingit eſſe contraria:nã ſi eſt magnũ paruo contrarium,ipſũ aũt idẽ ſimul eſt,& paruum,& magnũ,ipſum ſibi erit contrariũ . Sed impoſſibile eſt idẽ ſibi eſſe contrarium,non eſt igitur magnum paruo contrarium,nec multa paucis. Quare etiã ſi non relatiuorũ hæc aliquis dicat,ſed quantitatis,nihil habebunt contrarium.*

33.Conſtat igitur hoc ĩmutabile, & in propria ratione conſiſtit, unam eandemq; rem uno eodemq; tpe contraria non poſſe ſuſcipere,ut ſuba ſuſceptibilis quidem contrariorum eſt.Homo nanq; cum ſuba ſit , & ægritudinem ſuſcipiet & ſalutem,ſed non eodem tpe : & albedinem & nigredinem capit,ſed alio atq; alio tempore.vt vero vno eodemq; tpe contraria vtraq; ſuſcipiat,fieri nequit.Quòd ſi magnũ paruo aliquis contrarium ponat,eueniet quoddam impoſe,vt vna atq; eadem res eodem tpe vtraſq; ſuſcipiat contrarietates,& eadem ipſa ſibi poſſint eſſe contraria. Ponamus.n. paruo magnum eſſe contrarium,ſed vna atq; eadem res,uno eodemq; tpe,ſit magna eſſe & parua,ut ſi ſit decem pedum menſura collata ad duorum pedum magnitudinẽ,magna eſt:ad centum uere cubitorum magnitudinem menſuramq; collata,eadem parua eſt. Poteſt ergo eadem res eodem tpe & magnitudinis eſſe ſuſceptibilis & paruitatis.Eadem.n.res uno eodemq; tpe ad maiorem minoremq; collata,eadem magna,& parua eſt. Quod ſi magnum paruo contrarium eſt,eadem vero res eodem tpe & magnitudinẽ ſuſcipit & paruitatem:eodem tempore contingit,vt eadẽ res cõtraria vtraq; ſuſcipiat,ſed hoc impoſe eſt. Quocirca,qm̃ res eadem eodem tempore contrariorum ſuſceptibilis nõ eſt,poteſt uero vna,atq; eadem res magnitudinem paruitatemq; ſuſcipere,magnitudo & paruitas contraria non ſunt. At uero ſiquis magnum paruo contrarium ponat,eadem ratione vnã eandemq; rem ſibiipſi dicit eſſe contrarià. Nam ſi paruum magno eſt contrarium,eadẽ vero res ( vt docui) parua & magna põt eſſe ad aliud,& ad aliud.ſ. comparata. Res quę parua & magna eſt,eadem ſibi põt eſſe contraria. paruum.n.& magnum contrarium dictum eſt, ſed eſt impoſſibile.Quocirca paruum , & magnum contraria non ſunt.

*Maxime ãt circa locũ videtur eſſe contrarietas quãtitatis.ſurſum.n.ad id quod eſt deorſũ contrarium ponunt locum qui eſt in medio deorſum dicentes , eo quod multa diſtantia medii ad terminos mundi ſit . Videntur ãt,& aliorum contrariorum definitionẽ ab his proferre : quæ .n.a ſe inuicẽ multum diſtant, eorum quæ ſub eodẽ genere ſunt,contraria determinant. .*

35.Poſt hmõi vero rationem & argumẽtationis firmiſſimæ propoſitionem,de contrarietate differit loci, de qua ſuperius iam diximus.quocirca prætereunda eſt ne repetitę expoſitionis iterato,faſtidio ſit potius,quam doctrinę.

*Non videtur ãt quantitas ſuſcipere magis & minus,vt bicubitum : neq. enim eſt alind alio magis bicubitum : neq. in numero,vt ternarius quario:nihil .n. ma*

*gis tria dicentur, quàm quinq;, nec tria potius, quã tria: neq; tẽpus aliud alio magis, & minus dicitur: nec in his quę dicta ſunt, magis & minus omnino dicitur. Quare et quantitas non ſuſcipit magis, & minus.*

36 Aliud propriũ rurſus appoſuit, quod quamuis quantitatis proprium non ſit, cur tamen non ſit ipſe reticuit, nobis tñ eſt de demonſtrandum. Quod aũt dicit tale eſt. ipſa quãtitas magis, & minus non ſuſcipit nullus. n. numerus alio numero nec magis, nec minus eſt numerus. Nã ternarius ſi quinario cõparetur, nec magis, nec minus eſt numerus. & rurſus ipſi tres ſibijpſis cõparati, nec magis, nec minus ſũt tres nec tẽpus quoq; hẽt aliquid magis, & minus, vt magis aliud tẽpus ſit alio tempore: longius quidem tp̃e tempus eſſe poteſt, vt vero dicatur magis tempus alio tẽpore, vel minus, fieri nequit. Hoc quoq; in ſubſtantia demonſtratum eſt. hõ nanq; alio hoĩe non eſt magis homo, nec minus. idem quoque euenit etiam in quantitate. Quod quia ẽt in ſubſtantia eſt, proprium quãtitatis hoc non eſt. hẽt hoc quoq; relatio, vt in ſequenti ordine ipſe monſtrabit. Quocirca, qm̃ prius hoc de ſubſtantia dixerat, nunc vero idẽ de quantitate propoſuit, idcirco non eſſe hoc proprium quantitatis, commemorare neglexit. Cuius. n. eſſet alterius nõ ſuſcipere magis & minus, tũc dixit cũ de ſubſtantia diſputaret. Ait. n. ꝙ ſubſtantiæ nunquam magis minuſve ſuſcipient. quocirca ad maxime propria, ſolita conſtituendi ratione regreſſus eſt.

*Proprium aũt maxime quantitatis eſt, ꝙ & æquale, & inęquale dicitur. Singulũ. n. earum quæ dictę ſunt quãtitatum æquale dicitur, & inæquale vt corpus & æquale, & inæquale dicitur, tẽpus æquale, & inæquale dicitur: & numerus æqualis, & inæqualis dicitur, & oratio ęqualis & inæqualis. Similiter aũt & in alijs, quæ dicta ſunt, ſingulũ, & æquale, & inęquale dicitur. In cæteris vero quæ quãtitates nõ ſunt, nõ multũ videbitur ęquale, & inæquale dici, nã affectio, & diſpoſitio æqualis, & inęqualis nõ multũ dicitur, ſed magis ſimilis, et diſſimilis; et albũ ęquale, et inęquale nõ multũ dicitur, ſed ſimile. Quare quãtitatis maxime eſt ꝓpriũ æquale, et inæquale dici.*

37 Quantitatis proprium apertiſſime deſignat eſſe, ꝙ ſecũdum quantitatem ęqualitas, & inęqualitas nuncupatur. Singulæ. n. quantitates ęquales atq; inęquales dicũtur. vt ęqualis linea lineæ, & rurſus inęqualis: & ſuperficiei ſuperficies æqualis atq; inęqualis dicitur: & corpus æquale, & inæquale dicitur. Numerus quoq;, & tempus & locus, ęqualis atque inæqualis dicitur. In alijs autem quę quantitates non ſunt, nõ eſt facile, vt æqualitas, vel inæqualitas nominetur. diſpoſitiones ergo quæ affectiones appellantur, nõ dicũtur ęquales, vel inęquales, ſed magis ſimiles, vel diſſimiles. Diſpoſitio autem, & affectio eſt ad aliquam rem accommodatio & applicatio, vt ſiquis grammaticam legens, qui nondum perdidicit, habet ad eam aliquam diſpoſitionem, i. ea affectus, eſt & habet aliquid accommodatum, & quaſi propinquum. Poſſunt autem ſimiliter eſſe duo diſpoſiti, & affecti, ęqualiter vero minime, vt duo ſimiliter eſſe albi, æqualiter vero non. Nam ſi quis de duobus ſimiliter albis ęqualiter eſſe albos dicat, recta nominis nuncupatione non vtitur. Omnę enim ęquale, & inęquale, in menſura, & in quantitate perſpicitur. Simile vero, & diſſimile quemadmodum de quantitate non dicitur, ita nec de alia qualibet re niſi de quantitate, recte æqualitas, & inæqualitas nuncupantur. Quare proprium eſt quãtitatis æquale, & inęquale nominari. Sed quoniam de quantitate dictum eſt, ad relatiuorum ordinem trãſeamus. Poſt quantitatis tractatum tertium prędicamentum de relatiuis ingreditur, quare relatiua hoc modo definit.

## DE RELATIVIS.

*AD aliquid vero talia dicũtur, quæcunque hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud. vt maius id quod eſt alterius dicitur: aliquo. n. maius dicitur, & duplum alterius dicitur hoc ipſum quod eſt: alicuius. n. duplum dicitur. Similiter autem, & alia quæcunque ſunt huiuſmodi.*

38 Cur aũt de his, quę ſunt ad aliquid differat, omiſſo interim de qualitate tractatu, hæc cauſa eſt, ꝙ poſita quantitate maius minuſve eſſe neceſſe eſt. Quare cũ quãtitatẽ cõtinuo ad aliqd conſequatur, recte poſt quantitatẽ relatiuorum ſeries ordinata eſt. Illud quoq; eſt in cauſa, qđ ſuperius cũ de quantitate tractaret, relatiuorum mentio facta eſt, cum de magno paruoq; diceretur: vt ergo cõtinens, & nõ eſſet operis interrupta diſtinctio, ideo quantitate finita de relaxatione propoſuit. Quod autẽ ait. Ad aliqd vero talia dicuntur, hoc monſtrat, ꝙ non ſicut quantitas per ſe, & ſingulariter intelligi põt, eodem quoq; modo ſubſtantia, & qualitas, & vnumquodq; aliorum prædicamentorum, ſicut per ſe conſtat, ita ẽt per ſe, & ſingulariter intelligitur: ſic ad aliquid per ſe, & ſingulariter capi intellectu pt̃, vt dicamus eſſe ad aliquid ſingulariter. Quicquid. n. in natura relationis agnoſcitur, id cum alio neceſſe eſt conſideretur. cum. n. dico dominus, per ſeipſum nihil eſt, ſi ſeruus deſit. Quocirca, cum vnius relatiui nũcupatio, mox ſecum ẽt aliud trahat, ad aliquid vnum eſſe per ſe non poteſt, atq; ideo non dixit Ariſtoteles, Ad aliquid vero tale dicitur, ſed plurali numero, talia dicuntur inquit, demonſtrans relatiuorum intelligẽtiã non in ſimplicitate, ſed in pluralitate conſiſtere. Non eſſe autẽ quandam per ſe relatiuorum naturam ſine coniunctione aliqua alterius ſubſiſtente, ipſe Ariſtoteles monſtrat, qui dicit ea eſſe relatiua, quæcunq; hoc ipſum quod ſunt, aliorũ dicuntur. Docet. n. aliqua coniunctione alterius relatiua formari. hoc ipſum. n. quod ſunt aliorum dicuntur. Quod. n. eſt dominus, hoc alterius dicitur, ideſt ſerui. Siue autem relatiua dicamus, ſiue ad aliquid, nihil intereſt. Ad aliquid. n. dicitur quod ipſum quidem cum per ſe nihil ſit, relatum. n. ad aliud conſtat. vt dominus, ſi deſit id ad quod dicitur, ideſt. ſeruus, non eſt: dicitur. n. ad ſeruum. manifeſtum ergo eſt ſi ſeruus deſit, dominum dici nõ poſſe. Quare dñs ad aliquid dicitur. i. ad ſeruum. Relatiua quoq; dicuntur idcirco, quod eorum nuncupatio ſemper ad aliquid referatur, vt domini ad ſeruum. quare nihil intereſt quolibet modo dicatur. Huiuſmodi autem definitio Platonis eſſe creditur, q́ ab Ariſtotele paulo poſterius emendabitur. Relatiuorum autem alia eiſdem caſibus referuntur, alia diuerſis, alia vero omni ſunt caſu carentia. Quod. ſ. monſtrans addidit, vel quomodolibet aliter ad aliud. Quid autem eſt. ipſius pene textus ſermone monſtratur. Cum. n. dico, dominus ſerui dominus, ad genitiuum caſum reddidi nominatiuum, & rurſus ad eundẽ ſi conuertero. Dico enim ſeruus domini ſeruus, & hic quoque nominatiuus ad genitiuum relatus eſt. Eodem quoque modo ſeſe habet, pater filij pater: & filius patris filius: & magiſter diſcipuli magiſter: & diſcipulus magiſtri diſcipulus: Hæc ergo id quod ſunt, ſimiliter aliorum dicuntur. Nam quod aliorum dicuntur; ſecundum genitiuum reddit caſum, alia vero non ſecundum eundem caſum conſequentiam reddũt. Senſus. n. ad aliquid eſt. ſenſibilis. n. rei ſenſus eſt. Quod. n. ſenſibile eſt, ſentiri poteſt, quod ſentiri põt, ſenſibile eſt, & nũc quidẽ ſenſus ſenſibilis rei ſenſus genitiuo accommodatus eſt. Huius. n. rei ſenſibilis dictũ eſt. At ſi conuertas, fiet, Senſibilis res ſenſu ſenſibilis eſt. Sed cũ ſic, caſui ſeptimo reddit nominatiuus, in hac relatione q́ dicit, ſenſibile ſenſu ſenſibile eſt, nõ eodẽ caſu quo ſuperius dictũ eſt cõuertit. Dicimus. n. ſẽſus ſẽſibilis rei ſẽſus eſt, & hic nominatiuus redditur ad genitiuũ. Hæc. n. relatio ad ſeptimũ caſum ſe aptari non patitur. Scientia quoq; ſcibilis rei ſciẽtia eſt, ſiquidem hoc ſcitur quod ſciri põt, & quod ſciri poteſt,

ſcibile

ſcibile eſt,ſed nõ eadem ratione,nec ad eundem caſum relatio iſta conuertitur.Dicimus.n. ſcibilis res ſcientia ſcibilis.Eſt.n.prima relatio ad genitiuum, ſecunda conuerſio ad ſeptimum. Hęc quoq; relatio ſecundum eoſdem cõuertitur caſus,cum dicimus,maius minore eſſe maius,& minus maiore eſſe minus. Duplum quoq; & medium relatiua ſunt , ſed non eiſdem caſibus conuertuntur. Duplum nanque dimidij duplum eſt,dimidium vero duplo dimidium eſt. Sũt autem alia quoque relatiua quę ipſe ſic addidit.

*At vero ſunt etiã & hæc ad aliquid, ut habitus,affectus,ſcientia,ſenſus,poſitio: hęc.n.omnia quę dicta ſunt, hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur: vel quomodo libet aliter ad aliud,& non aliud aliquid, habitus.n.alicuius habitus dicitur , & diſciplina alicuius diſciplina , & poſitio alicuius poſitio.Similiter autem & alia.*

39 De ſenſu quidẽ & ſcientia dictũ eſt ſuperius, nunc vero de habitu,diſpoſitione, & poſitione dicendum eſt.Diſpoſitio eſt ad aliquã rẽ mobilis applicatio,vt ſi quiſquã flammę propinquus caleat,ille diſpoſitus dicitur ad calorẽ.i.habẽs aliquã applicationẽ coniunctionẽq; ad calorẽ . Idẽ uero eſt affectio, quod diſpoſitione nouo nomine error ornatur: & iõ diſpoſitio cũ ſit quędam ad aliã rẽ cõiunctio, vel ab alia affectio, facile mobilis eſt,celerius etenim pmutatur.Habitus autẽ eſt diſpoſitionis vel affectionis firma,& non facile pmutabilis acceſſio. ut ſi quiſquam in Sole ambulãs fuſcior fiat, diſpoſitus ad nigredinẽ dicitur , & nigredine affectus. Sin autẽ illa nigredo fortius & immutabiliter corpus infecerit, habitus nominatur . Quocirca habitus eſt inueterata affectio.Vñ oĩs habitus diſpoſitio vel affectio eſt, nõ ãt oĩs diſpoſitio vel affectio habitus. Et ne multa dicẽda ſint,hoc quoq; cõſtat in habitu & diſpoſitione , ꝙ habitus immutabilis paſſio eſt,diſpoſitio vero nõ ſimiliter,ſed affectio quędam eſt, & ad aliquã rẽ coniunctio,q̃ põt facile permutari. Poſitio vero eſt alicuius rei collocatio , vt eſt ſtatio,ſeſſio, inclinatio,accubatio , & alia hmõi. Nã & qui ſtat,quodammodo poſitus eſſe dicitur & collocatus.& q ſedet. & q accũbit.& qui ſm cæteras poſitiones eſt, poſitus appellatur . Quocirca & ſtatio & ſeſſio, & accubatio,poſitiones erunt. Sed qm̃ q̃d eſſent dictũ eſt,nunc ſi ſunt ad aliq̃d videamus. Habitũ relatiue dici ea res probat, q̃ alijs quoq; reb. documẽto fuit eſſe relatiuis,vt eſt in sẽſu atq; in ſciẽtia. Idcirco .n.dictũ eſt ſenſum ſenſibilis rei eſſe ſenſum, ꝙ res ſenſibilis eſt q̃ ſentiri põt eſt ergo habitus habilis rei habitus. Habilis.n.res eſt q̃ haberi põt,illius.n.rei habitus eſt, q̃ haberi põt.Quocirca erit habitus habilis rei habitus, ſed res quoque habilis habitu erit habilis: ipſo .n. habitu res q̃ haberi poſſunt,habemus.Diſpoſitio quoq; eodẽ mõ. Diſpoſitio nãque diſpoſitæ rei diſpoſitio ẽ , & diſpoſita res diſpoſitione diſpoſita eſt.Caloris.n.diſpoſitio calẽtis.i.ad calorẽ diſpoſiti,diſpoſitio eſt.Eodẽ mõ diſpoſitus ad calorẽ, caloris diſpoſitione poſitus eſt . velut ſi hoc mõ ſit dictũ,oĩs affectio affecti affectio eſt,& oẽ affectum affectione affectum eſt. Et calor calentis ſit calor , & calẽs calore ſit calidum. Poſitio quoq; relatiua eſt.nã poſitio poſitę rei poſitio eſt.& poſita res poſitione poſita eſt.& hoc intelligit cõuenit ſm priorẽ habitus & diſpoſitionis modum. Illa quoq; res probat poſitionẽ eſſe ad aliq̃d, ꝙ eius ſpẽs relatiuæ ſunt:ſtatio.n.ſtantis rei ſtatio eſt,& qui ſtat ſtatione ſtat. & de ſeſſione quidẽ,& de accubitu idẽ dici pt. Quocirca & habitus,& diſpoſitio,vel affectio, & poſitio relatiua ſunt: & hæc oĩa vel ſimilibus uel diſſimilibus, cõueniẽtibus tñ prędicationi caſibus cõuertuntur . Eorum autẽ q̃ ſm eoſdẽ caſus cõuertuntur,alia ſunt q̃ eodẽ nomine pdicantur,alia vero q̃ diſpari: cum.n.dico ſimile ſimili ſimile eſt , & æquale æquali æquale eſt , & diſſimile diſſimili diſſimile eſt, eiſdem vocabulis eiſdẽq; caſibus tota ſit prędicatio . Cum autẽ dico duplum medij duplum , vel maius minore maius, diſparibus vocabulis facta eſt prędicatio . Quoniam vero relatiuorum demũ autem . . . propoſuit ,ut diceret . Ad aliquid vero talia dñr quæcunq; hoc ipſum quod ſunt aliorum dñr,uel q̃uolibet aliter ad aliud.quid eſſet hoc ipſum quod ſunt aliorum dñr,iam diximus:nunc quid ſit,quod ait , uel q̃uolibet aliter ad aliud,requirendum eſt,quod ipſe Ariſt. conuenientibus in ordine probat exemplis,ait enim.

*Ad aliquid ergo ſunt quæcunque id quod ſunt aliorum eſſe dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, vt mons magnus dicitur ad aliũ . Magnum.n.ad aliquid dicitur , & ſimile alicui ſimile dicitur,et omnia talia ſimiliter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus,& ſtatio,& ſeſſio,poſitiones quædam, poſitio vero ad aliquid dicitur. Accumbere autem, vel ſtare,vel ſedere,ipſa quidem non ſunt poſitiones,denominatiue vero dicũtur ab iis quæ dictæ ſunt poſitionibus.*

40 Quòd accubitus,& ſtatio,& ſeſſio poſitiones dñr, & ꝙ oĩs poſitio ad aliquid eſt,ſufficienter ſuperius cõprehẽſum eſt Nũc vero quid ſit,quod ait,vel q̃uolibet aliter ad aliud, expediemus.in relatione per quam dicimus, filius patris filius,nulla coniunctio miſta eſt,niſi tñ ſola caſuum uis prædicationis huius membra coniungit . Cum ãt dico montem magnum ad alium referens paruum,ita propono, mons magnus ad montem paruum,& mons paruus ad magnum . hic nullorum caſuum uis eſt.q̃q̃.n.accuſatiuus videtur eſſe permiſtus,tñ ille accuſatiuus huius relationis vim non tenet, ſed prępõ quæ ad accuſatiuum datur.cum.n.dico,mons magnus ad paruum montem.præpõ ſola eſt quæ vim huius cõtinet relationis;vt ſiquis dicat ,magnus mons paruum montem,nihil ſignificet definitum . Quocirca q̃uis accuſatiuus caſus in hac prædicatione ſit , non tñ hic vim caſus tenet , ſed præpõ;atq; hoc eſt q̃d ait, vel q̃uolibet aliter ad aliud . quod qm̃ ſuperius ſm caſus relationes fieri dixerat , erant quędam relationes quę nullis caſibus tenerentur , adiecit hoc,vel q̃uolibet aliter ad aliud:ac ſi diceret , Omnis relatio,aut caſibus ſit,quod per hoc demonſtrauit quod ait , q̃cunq; id quod ſunt aliorum dñr:aut præter caſus ſunt , q̃d hæc ſnĩa docet,vel q̃uolibet aliter ad aliud.Atq; hęc hactenus.Sed cum poſitio ſit ad aliquid,& ſint ſpecies eius relatiuę(ſeſſio.n.& ſtatio relatiua ſunt)ſedere & ſtare nulla relatio eſt.Stare nanq; & ſedere de ſtatione & ſeſſione denominatiue dicuntur:Omnis ãt denominatio non eſt id quod eſt ea res,de qua nominatur,vt grãmaticus,non.n.idem eſt quod grãmatica,de qua nominatus eſt . Quocirca ſi ſedere de ſeſſione,& ſtare de ſtatione denominatiuatiuum eſt : ſeſſio vero,& ſtatio relatiua ſunt,ſedere & ſtare quę a relatiuis denominatiua ſunt,relatiuorum genere non tenentur . & vniuerſaliter Quicquid ex quibuſlibet poſitionibus denominatur,illud nõ ad relatiua,ſed ad prędicationem quæ ſitus dicitur;reduci poteſt.

*Ineſt autem & contrarietas in relatione,vt virtus vitio contraria eſt,cum ſit vtrunque ad aliquid,& ſciẽtia inſcientiæ.Non autem omnibus relatiuis ineſt contrarietas,duplici enim nihil eſt contrarium,neque triplici,nec talium ulli.*

41 Quemadmodum in ſubſtantia & q̃titate ſi eorum eſſet ꝓprium cõtraria ſuſcipere rimatus eſt:ita quoq; nunc in relatiuis de contrarietate conſiderat , utrum relatiuorum ſit ꝓprium contraria poſſe ſuſcipere.qm̃ uirtus & uitia vtraq; ſunt habitus.virtus.n.eſt mẽtis affectio in bonã partẽ,& difficile cõmutabilis,vitium affectio in malã partẽ,ipſa quoq; difficile mobilis,& diuturnitate pdurans. Qm̃ igitur & uitiũ & uirtus habitus ſunt,oĩs ãt habitus ad aliquid eſſe mõſtratus eſt(habilis.n.rei habitus eſt ) erunt uirtus atq; uitiũ relatiua,ſed hæc contraria ſunt igitur relatiua contraria ſuſcipere non recuſant. Sed ſi dicat quis,quid cauſę eſt , ut uirtutem, atque uitium , ipſumque habitum paulopoſt inter qualitates numeret . An quia ut alia ſignificatione una res diuerſis generibus ſupponatur , nihil prohibet . Socrates nanque in eo quod eſt Socrates , ſubſtantia eſt:in eo

ꝙ pater, vel filius, ad aliquid: ita ad aliud, atq; ad aliud ducta pdicatione, eandẽ rẽ ſub diuerſo genere poni nihil pſohibet. habitus quoq;, & virtus, & vitium eodem modo eſt. Poteſt.n. in qualitate poni habitus, ꝙ ex eo quales hoĩes nũcupentur. habentes n. dicimus aliquos rei habitus retinentes. Virtus quoq; qualitas eſt iccirco, ꝙ ex ea boni homines dicuntur, & ſm illam qualitatem, i. bonitatem, quales homines, i. bonos homines nuncupamus ſimiliter autem, & vitiũ. Ipſe quoq; habitus ad aliam prædicationem ductus fit iterũ relatiuus, ꝙ.n. habitus habilis rei habitus eſt, ad aliquid eſt, & ꝙ alicuius virtus ẽ, ad aliquid virtus eſt. & quod alicuius vitium eſt, ad aliquid quoque ipſum eſt. ergo nihil impedit eaſdem res ad aliud, atq; aliud verſas, diuerſę prędicationi ſubſtitui. Ipſum vero ad aliquid præter vllũ aliud pdicamẽtum intelligere non poſſumus. vt patrem & filium, dominũ & ſeruum, ſm ſubſtantiam conſideramus. Nam & qui dominus, & qui ſeruus eſt ſubſtantia eſt. Duplum & triplum ſecũdum quantitatem, hæc.n. in quantitate conſiſtunt: ſcientia vero, & inſcientia ſm qualitatem. Secũdum.n. has quales dicimur, ſcientes, ſ. atq; inſcij. Quocirca, qm̃ preter aliud prædicamentum per ſe relatiua nullus intelliget, ſecundum ea prædicamenta de quibus intelligitur relatio, ſecundum ea dicitur contraria poſſe ſuſcipere, vt Socrates ipſe quidem ſubſtantia eſt, ſed ſubſtantia contrarium non recipit. Pater vero atq; filius ſm ſubſtantiam prędicatur, nõ eſt.n. pater atq; filius niſi in ſubſtantia ſit, quocirca qm̃ ſm ſubſtantiam dicitur, contrarietate caret. Rurſus duplum, & dimidium ſecundum quantitatem dicitur, quantitas vero contraria non habere monſtrata eſt: igitur nec duplum, atq; dimidium cõtrarijs pugnat. Qualitas vero recipit contrarietatem. bonũ enim, & malum ſm qualitatem opponuntur, bonũ igitur, & malum contrarijs non carent. Igitur ſm quæ prędicamenta relatiua dicuntur, ſi illa ſuſcipiũt contraria, & relatio ſuſcipit. Sin vero illa prius repudiant contrarietatem, nec illud ad aliquid quod ſm ea dicitur, vlla vnquam contrarietate diuiditur. Quare habere contraria relationis proprium nõ eſt, nam neque in ſola relatione eſt (habet.n. hoc quoq; qualitas) nec in omnibus ad aliquid conſiderari poteſt. Quę.n. ſm alia prędicamenta dicuntur ad aliquid, quæ non recipiunt contrarietatem, vt ſecundum ſubſtantiam pater, & filius, & ſecundum quantitatem duplum, & medium, in talibus relatiuis contraria nullo modo reperiuntur. Quod vero, neq; ſoli, neq; omnib. ineſt, hoc proprium non eſt, nõ eſt igitur proprium relationis habere contraria.

*Videntur autem magis, & minus relatiua ſuſcipere, ſimile.n. & diſſimile, magis, & minus dicitur, & æquale, & inæquale magis, & minus dicitur, cum vtrumque ſit relatiuum. ſimile.n. alicui ſimile dicitur, & inæquale alicui inæquale. non autem omnia relatiua ſuſcipiunt magis & minus, duplex enim non dicitur magis & minus duplex nec talium vllum.*

42 Quæritur nunc an relationis ſit proprium ſuſcipere magis & minus, ſed in hoc illa ratio non ſeruatur quemadmodum in contrarijs dictũ eſt. Qm̃ quęcunq; ſecundum ea dicuntur, quæ contraria non recipiunt, ipſa quoq; contrarijs carent. In hoc vero cum ſm quantitatem dicatur ęquale, & inęquale, ſuſcipit & magis, & minus. Dicitur.n. magis æquale, & minus æquale. Eodem modo & ſimile, magis ſimile, & minus ſimile dicitur. Sed ſi forte quis dicat, cur cũ quãtitatis ſit dici ęquale, & inęquale & quãtitas magis, atq; minus non ſuſcipiat, ęquale & inæquale & intẽſione creſcat, & remiſſione minuatur: Dicendũ eſt, qđ quemadmodum ſubſtantia ipſa p ſe in eo qđ in ſubſtantia eſt, non eſt proprium, ipſi tñ proprium eſt contraria poſſe ſuſcipere, ita & in quantitate conſideratur proprium.n. eſt, non hoc ipſum cuius eſt proprium, ſed ꝗdam alia extrinſecus qualitas, paſſioque, paſſio.n. quãtitatis eſt, & quædam qualitas æquale, & inęquale dici põt. Quod qm̃ nõ eſt idem proprium, quod eſt illud cuius eſt proprium, & ęquale, vel inęquale dici, nõ eſt quantitas cuius eſt propriũ, ſed ꝗdã qualitas, & paſſio quantitatis. Hęc ãt dicũ ad aliquid ipſum.n. qđ eſt, alterius dicit̃ ęquali .n. æquali æquale dicimus: & ſimiliter ſimile ſimili ſimile. Sed nõ capiũt oĩa relatiua magis & minus. Nullus.n. põs dicere, magis, & minus duplũ eſſe aliqd. nã ſiue denarius ad quinarium cõparetur ſiue quaternarius ad binariũ, ęq; vterque duplus eſt, æq; vterq; medietas. Qualitas quoq; recipit magis, & minus. dicimus.n. magis album, & minus album. Quare, qm̃ neq; oĩ relationi, neque ſoli ineſt ſuſcipere, magis, & minus, & p qualitatẽ relatio ſuſcipit, & magis & minus, relationis proprium non eſt ſuſcipere magis, & minus.

## DE PROPRIETATIBVS RELATIVORVM.

*OMnia autem relatiua ad cõuertentia dicuntur vt ſeruus, domini ſeruus: & dominus, ſerui dominus: & duplũ dimidii duplũ: & dimidiũ dupli dimidiũ: & maius, minore maius: & minus, maiore minus, ſimiliter ãt, & in aliis. Sed caſu aliquoties differũt ſcđm locutionẽ, vt ſciẽtia ſcibilis rei ſciẽtia dicitur, & ſcibile ſciẽtia ſcibile, & ſenſus ſenſibilis ſenſus, & ſenſibile ſenſu ſẽſibile.*

43 Clara hęc eſt proponẽtis, & nõ inuoluta ſnĩa. Dicit em̃ oĩa relatiua ad conuertentia dici, qđ ipſe proprijs patefecit exemplis. Omne.n. ad aliquid ita ad aliud pdicatur vt illud ad qđ pdicatur, videatur poſſe cõuerti, & hoc eſt quod ait. Oĩa relatiua ad conuertẽtia dñr. Conuerti autẽ eſt, vt ſi prima res dicitur ad ſcđam, ſecunda rurſus dicatur ad primã. Ponatur.n. primus pater, ſecundus filius, & dicatur hoc mõ, pater filij pater eſt: id rurſus conuerti põt vt prius ponamus filium, & talis ſit prædicatio, filius patris filius. Ergo pater ad talẽ dicitur, i. ad filium, q conuertitur & filius qui dicitur ad patrẽ, ad talẽ rẽ dicitur, quę ipſa quoq; cõuertitur, vt de filio prędicetur. Omniaq; relatiua hoc mõ ſunt. Omne.n. relatiuum ad tale aliquid pdicatur, quod ipſum in prædicatione conuerti poſſit. Sed nec oĩa dicuntur ſm eandem vocis prolationem. Alia.n. ſunt quę eiſdem caſib. conuertuntur, vt dictum eſt pater.n. filij pater eſt, & filius patris filius eſt. Alia vero quæ non eiſdem, vt ſcientia ſcibilis rei ſcientia eſt. Hic genitiuus eſt medius, ſcibile autem ſciẽtia ſcibile eſt, hic ſeptimus prædicationem tenet. Alia vero nullo (vt ſupra dictum eſt) caſu coniuncta ſibimet conuertuntur, vt mõs magnus ad paruum dicitur, & paruus ad magnum. Ergo omnia relatiua ad conuertentia dicuntur, quãuis non eiſdem caſibus conuertantur, quod ipſe ait dicens. Sed caſu aliquoties differunt ſecundum locutionem. Quod vero addidit, nimis diligenter adiectum eſt.

*At vero aliquoties non videbitur conuerti, niſi conuenienter ad quod dicitur aſſignetur. Si peccet is q aſſignat vt ala ſi aſſignetur auis, non conuertitur auis alæ. neque .n. prius conuenienter aſſignatum eſt, ala auis, neque.n. in eo quod auis eſt, in eo auis ala dicitur, ſed in eo qđ alata eſt. Multorum.n. aliorum alæ ſunt, quæ non ſunt aues. Quare ſi aſſignetur conuenienter, conuertitur, vt ala alati ala, & alatum ala alatum. Aliquoties autem forſitan & nomina fingere neceſſe erit, ſi non fuerit poſitum nomen, & ad quod conuenienter aſſignetur, vt remus ſi nauis aſſignetur, non erit conueniens aſſignatio: neque .n. in eo quod eſt nauis, in eo eius remus dicitur. Sunt.n. naues quarum remi non ſunt, quare non cõuertitur, nauis enim non dicitur remi nauis. ſed forte conuenientior aſſignatio erit, ſi ſic quodammodo aſſignetur, remus remitæ rei remus, aut aliquo modo aliter, nomen enim non eſt poſitum conuertitur autem, ſi conuenienter aſſignetur, remitum enim remo remitũ eſt. Similiter autẽ, & in aliis.*

ut

*vt caput conuenientius aſſignatur capitati, quam ſi aĩalis aſſignetur. neque .n. in eo quod animal eſt, caput habet, multa.n.ſint animalia, quæ capita non habent.*

44. Supra iam de relatiuorum conuerſione propoſuit, dixitq; quicquid eſt ad aliquid, vel eiſdem caſibus, uel diſſimilib. tñ ad conuertentia dici; hoc uero idcirco euenit quod oẽ ad aliquid, eſſe ſuum ex alterius habitudine & comparatione trahit, quod ſi vtraq; ſm ad aliquid ſint oppoſita, ad aliquid nuncupantur, ęquam vim vocabuli nuncupationem que ſortita, nã ſi pater & filius vtriq; ad aliquid ſunt, ſi pater ad filium prædicatur, qm̃ ad aliquid eſt, filius quoq;, qa ad aliquid eſt, ad quoddã aliud prędicabitur, ſed nullius eſt filius niſi patris. ergo hęc uocabula ex alterutra nũcupatione principium ſumunt. Quocirca quæ ſibi inuicem ſubam donant, recte ad ſe inuicem prædicantur, & hoc quidem in omnib. relatiuis conſtat intelligi, ſed hmõi conuerſio non vno modo, nec quolibet fieri poteſt: niſi.n. conuenienter q̃libet illa res ad id ꝙ dicitur, prædicetur, humõi conuerſio nulla ratione cõuertitur. Cum.n dicatur caput animalis caput: dici non poteſt, animal capitis animal. Ergo ita redditũ nulla ratione conuertitur. Atq; hoc eſt quod ait, non videri in omnibus relatiuis poſſe conuerti, niſi conuenienter ad quod dicitur aſſignetur. Si.n. peccet is qui aſſignat, ut non conuenientem prędicationem faciat, conuerſio non procedit. Quę tamen eſt ipſa conuenientia, qua poſſint ſp relatiua conuerti, hmõi eſt. Cum.n. dico alam auis eſſe alam, non conuertitur, ut auis alæ ſit auis, idcirco ꝙ non eſt conuenienter facta prędicatio: non.n. in eo ꝙ auis eſt, in eo habet alã, multa.n. ſunt quę habent alam, aues tñ nullo modo nominantur, vt aues ſunt, & veſpertiliones, & quicquid eſt aliud tale, habere quidem dicimus alas, eas tamen aues non dicimus. Quare non in eo ꝙ auis eſt, in eo eſt eius ala, ſed in eo quod alata eſt idcirco.n. alam hẽt qm̃ alata eſt, & quicquid fuerit alatum, alas habebit. quare ita facta prędicatio illam conuerſionem retinet atq; cuſtodit, ala.n. alati ala eſt, & ala tum ala alatum eſt. Eodem quoq; modo de capite, ſi quis dicat caput animalis eſt caput, non conuenienter tum prædicationis aptabit, non.n. in eo quod animal eſt, in eo hẽt caput: multa.n. ſunt animalia, quę capite carent, vt oſtrea, & conchilia, & cætera hmõi. Igitur dicendum eſt, caput capitatę rei eſſe caput, & capitatam rem capite eſſe capitatam. Vides ne quemadmodum conueniens prædicatio alternam in ſe vocabuli conuerſionem reuerſionemq; reddiderit. Ita quoq; ſpeculandum eſt & de alio exemplo, quod ipſe propoſuit. remus.n. ſi nauis remus dicatur, nullo modo conuertitur, vt nauis remi nauis eſſe nominetur. Sunt.n. quędam naues quę remis penitus non vtuntur. vt lintres quas ſolo ſubigunt conto, & idcirco non conuertitur. Dicendum eſt igitur remũ remitę rei eſſe remum, & remitam rem remo eſſe remitam. Neceſſe quoq; erit nomen fingere, ſi poſitum non ſit. nam quẽadmodum filius patris filius, & pater filij pater, reciproca conuerſione prędicantur, & vtrumque nomen in vſu eſt: ſic ſi defuerit nomen, ipſe tibi aliquid debebis effingere, vt in eo quod eſt, ala alati ala, alatum.n. nouiter factũ eſt, & nũquam ante dictum. Quo autem modo poſſimus nomina ipſa confingere, quoniam neceſſarium eſſe poſuimus, artem quoque componendi ſequenti ordine demonſtremus. Sed hoc faciendum eſt, ſi prius illud purgauero, quod quidam contra Ariſtotelem culpandi ſtudio ponunt: Aiunt .n. non eſſe ſolius relationis ad conuertentia dici. Si quis enim ſic dicat, cum Sol ſuper terram eſt, recipiunt hęc quoque conuerſionem, quę manifeſte tamen a relatiuorum definitione ſegregata ſunt. non igitur in ſolis inquiunt relatiuis cadit iſta conuerſio. Sed Iamblicus duas huius rei protulit ſolutiones, vnam peruacuam, aliam uero perfortem; ait enim nihil officere ad Ariſtotelis ſententiam ſi & alia conuertantur. non enim inquit Ariſtoteles ſolis hoc relatiuis eſſe, ſed omnibus, nanque hoc relatiuis ineſt, nec ulla ratione negari poteſt: quocirca quoniam non dixit Ariſtoteles ſolis hoc ineſſe relatiuis, illorum quæſtio huius prę clari philoſophi ſnſam non moratur. Sed hoc potius accidẽtis eſt, q̃ naturę, & ad aliud quodã mõ refugiũ cõcurrẽtis, potius quã ex ipſa Ariſt. auctoritate dictorũ eius, aliqd propugnaculum cõparantis. Alia vero attulit cãm prorſus grauẽ. ait.n. propriũ eſſe hoc relatiuorũ, non ſm ſuã nũcupationẽ, ſed ſm aliquã habitudinẽ eodem modo cõuerti. Qui.n. dicit, cũ Sol eſt ſuper terrã, dies eſt: & cũ dies, eſt Sol eſt ſuper terrã nullã habitudinẽ monſtrat, ſed tñmodo conſequẽtiam oſtendit Conſequitur.n. ſuper terram Solem eſſe, cum dies eſt. & cũ Sol ſuper terram curſus agat, diem eſſe. cũ vero aliquis dicit filius patris filius, & pater filij pater, habitudinem & cõparationem, & quodammõ continentiam vtrorumq; declarat. Atq; hoc quoq; in alia qualis relatione ſpectare licet. Quocirca, qm̃ omnia ad aliquid ſm quandam ad ſe inuicem habitudinem continentiamq; dicuntur. ſm continentiã quoq; & habitudinem eorum conuerſio facienda eſt. qua in re nos quoq; grauiter dicentis Iamblici auctoritati concedimus: Nũc vero q̃ ſit ars fingendi nomina ſicubi deſunt, dicendũ uidet, q̃ ipſe Ariſtoteles hic verbis tradit.

*Sic autem fortaſſe quis facile ſumet in quibus nomen nõ eſt poſitũ, ſi ab his quæ prima ſunt his ad quæ conuertuntur nomina ponat, ut in his quæ dicta ſunt, ab ala alatum, a remo remitum. Omnia ergo quæ ad aliud dicũtur, ſi conuenienter aſſignentur, ad conuertentia dicuntur.*

45. Quoniam ſunt, quæ ita dñr ad aliquid, vt niſi conueniẽter aptentur, conuerſio nulla ſit in omnib. aũt ad aliqd conuerſionem expectari neceſſe eſt. quæ ſit hęc conuenientia, & quemadmodũ aſſignari relationes oporteat, ipſe demonſtrat. Si quid.n. dicit ad aliud quod conuerti non poſſit, ab ipſo ꝙ dicitur ſi denominatio ſit, mox cõuertitur, vt ala dicitur auis, & recta quidem eſt hęc ꝑdicatio, ſed ad naturã relationis incongrua. Nunc igitur quoniã dici non põt auis alæ, dicitur aũt ala auis, ab ipſa prædicatione, quę ad aliud ꝑdicatur, ſi denominatio ſit, mox redit conſueta conuerſio relatiuis. Nam dicitur ala auis, ut dicatur auis alæ, inconueniens eſt: ſi uero ex ala fiat denominatio, ut dicat ala alati, ſic conuerſio manet. Alatum.n. ala alatum eſſe dicimus, ſicut alam alati eſſe alam, & hoc idem in remo euenit. Nam quoniã remus nauis dicitur, & remi nauis vt ſit, nulla rõne conuertit, ſi ex remo ſit denominatio. ſtatim redit ex more conuerſio. Dicimus .n. eſſe remum, remitę rei eſſe remum, & hoc illi conuertitur. Remita.n. res remo remita eſt. Ergo ex eo ꝙ prius dicitur, nomen fingendum eſt, ſicut eo ꝙ eſt ala, quoniam prius ad autem non dicit. quia auis ad ala non conuertitur, denominatio facta eſt, vt diceretur alatum. Atque hoc eſt ꝙ ait, ſi ab his q̃ prima ſunt, his ad quę conuertunt, nomina ponatur. Prima nanq; ꝑdicatio eſt ad alæ: Dicimus.n. alam auis, & hoc quęrimus vt ad alam ꝑdicatio conuertatur. ergo ab eo ꝙ prius dicitur, illi ad ꝙ conuertitur, nomen fingendũ eſt, ut ab ea quę prius dicitur ala, rei ad q̃ conuertitur, ſi ut conuenienter aptetur, fingendum eſt nomen alatum. ꝙ ipſum ex ala denominatum eſt; atq; hoc idem & in cęteris relatiuis licet intelligi.

*Nam ſi ad quodlibet aliud aſſignentur, & non ad illud ad quod dicitur non conuertuntur. Dico autem quoniam nec eorum quæ indubitanter cõuertibilia dicũtur, et quibus nomina poſita ſunt, ullũ conuertitur, ſi ad aliquid eorum quæ ſunt accidentia, aſſignentur, et non ad ea, ad quæ dicuntur, ut ſeruus, ſi domini nõ aſſignetur ſeruus, ſed hominis, uel bipedis aut alicuius talium, non conuertitur. Non.n. eſt conueniens aſſignatio.*

46. Aliud quoque argumentum dedit, ſi relationes conuenienter non reddantur, non poſſe conuerti. Fortaſſe.n. quis dicat alam, & caput non eſſe ad aliud, quod ſi quis hoc quoque concedat, illud tamen nullus negare poterit, quin

ſeruus

ſeruus, aut filius ſemper ad, aliud prædicentur. Ergo in hac quoq; re, quę confeſſe relatiua eſt, perit relationis propria conuerſio, ſi nõ conueniemer, & ad illud qđ proprie dicit̃, aſſigne nr. Nã cũ ſit ad aliquid ſeruus, niſi domini reddatur .i. ad id ad qđ conueniente dicit, nulla hac ratione conuerſio eſt Dicatur ergo ſeruus hominis, vel ſeruus bipedis: non conuertitur, vt dicat quis, bipedẽ eſſe ſerui, aut hominẽ eſſe ſerui. Eodẽ quoq; mõ de filio. ergo quæcunq; ſunt extrinſecus, ſi ad ea, id qđ eſt ad aliq d, p̃dicetur, nulla cõuerſio eſt. Quòd autem ait accidentia nõ qđ hõ ſit accidẽs, aut bipes differentia homini accidenter inſit, ſed interdum conſuetudinis Ariſtotelicæ eſt, quæ ſecundo loco & extrinſecus p̃dicantur, dicere ſm accidens prędicari. Seruus autem prius ad dominum eſt, ſecundum uero loco ad hominem. Idcirco .n. quod dominus homo eſt, ideo ſeruus ad hominem dicitur. Et idcirco, quia dominus bipes eſt, ideo ſeruus bipedis dicitur. Ergo ſm accidens dixit, ſecundo loco, uolens oſtendere extraneam & non conuenientem fieri prędicationem, ſiquis ad hominem uel bipedem ſeruum & non ad dominum referat. Manifeſtum igitur eſt quoniã in his quoque quæ cõfeſſe ſunt ad aliquid, & in quibus nomina ſunt. ( Nomen enim & ſerui domini in vſu eſt, non quemadmodum in remo aut in ala, ubi neque alatum neque remitum nomen fuit, niſi ipſe fingeret Ariſtoteles. ) Cum ergo hęc ita ſint, manifeſtum eſt quoniam ſi non conuenienter aptarentur, conuerſionem prædicatio non teneret.

*Amplius ſi cõuenienter aſſignetur id, ad quod dicitur, omnib. alijs circunſcriptis quæcunque accidentia ſunt, relicto ſolo illo ad quod aſſignatũ, eſt, ſemper ad ipſum cõuenienter dicetur, ut ſi ſeruus dicatur ad dominũ, circũſcriptis alijs omnibus, quæ ſunt accidẽtia domino, ut eſſe bipedem, vel ſcientiæ ſuſceptibilem, uel hominem, relicto ſolo domino, ſemper ſeruus dicetur ad ipſum. ſeruus .n. domini ſeruus dicitur. Si ãt non conuenienter reddatur id ad quod dicitur, circunſcriptis omnibus alijs, relictoq́ue illo ſolo ad quod redditum eſt, non dicetur ad illud. aſſignetur enim ſeruus hominis, et ala auis, circunſcribaturq; ab homine eſſe dominum, non amplius ſeruus ad hominẽ, dicetur. cum enim dominus nõ ſit, ſeruus non eſt. Similiter aũt & de aue, adimatur ab ea alatam eſſe, non erit amplius ala ad aliquid. cum enim nõ ſit alatum, nec ala erat alicuius. Quare oportet aſſignare id, ad qđ conuenienter dicitur. Ac ſi ſit nomen poſitũ, facilis erit aſſignatio, ſin autem nõ ſit, fortaſſe erit neceſſarium fingere nomen. ſi ſic autem reddantur, maniſtum eſt, quoniam omnia relatiua conuerſim dicentur.*

47 Aliud quoq; ualidũ addidit argumentum, in omni ſm ad aliud prædicatione, ſolam eſſe aſſignationis cõuenientiã requirendã. Quo .n. p̃manente, cunctis alijs pereuntibus, relatiuorũ prędicatio conſtat, & quo pereunte, cunctis alijs p̃manentibus, ad aliquid prædicatio non manet: illud eſt, ad quod conuenienter nominis relatio referatur. Qui .n. dñs eſt, idem & homo eſt, idemq; bipes, idem quoq; ſcientiæ perceptibilis. ad quodlibet igitur horũ ſeruus non prędicabitur, ſi dominus non ſit. Quòd ſi dominus ſit, ẽt ſi qđ libet horum pereat, nihil impedit prędicationem. Prædicatur .n. ſeruus ad dominum, & ab eo cętera perimantur. Pereant .n. ab eo, quod eſt homo, ac bipes quod ſcientię perceptibilis. his omnibus pereuntibus, dominus ſolus permaneat, cęteris igitur pereuntibus, ſeruus tamen nihilominus dicitur ad dominum, ad hominem uero non dicitur. pereunte enim domini nomine, ſerui ad hominem nulla prędicatio eſt. quod ſi ad dominum ſeruus non referatur, pereatque domini nomen, omnibus alijs manentibus: non erit prædicatio. Auferatur enim dominus, & maneat homo, & bipes, & ſcientię perceptibilis, nõ poteſt dici ſeruus hominis, vel ſeruus bipedis. Domino .n. non manente, ſeruus interit. quare manente domino ad quod ſeruus conuenienter aptatur; cunctis alijs pereuntibus, prædicatio manet, ſublato uero domino, ad quẽ eſt cõueniẽs prędicatio, cũctis aliis manẽtib. p̃dicatio nõ ẽ, Eodẽ mõ ẽt de ala, niſi .n. ad alatũ referatur, cunctis aliis manẽtib. integra p̃dicatio nõ eſt. Adeo nõ ſolũ nõ conuertit̃, ſed nec p̃dicatio vlla erit, niſi relatio ei ad qđ conuenienter dicit̃, aſſignet̃. Simul ẽt hęc quoq; ars eſt & uia noſcendi, cũ I natura multa ſunt, ad qđ potiſſimũ relatio p̃dicetur. Nã cũ I dño ſit, & hõ, & animal, & diſciplinę perceptibile, & bipes: in ſeruo quoq; idẽ: ad qđ horũ, aut domini nomẽ, aut ſerui referre poſſimus, ſic oſtẽdit̃. Qua .n. re manente, ſublatis cæteris, p̃dicatio ualet, & qua re ſublata, cæteris manentibus, intercipitur p̃dicatio, ad illud relatio rectiſſime prędicatur. His igitur poſitis, totius argumẽti uim ſñiamq; concludit. ait .n. Omnia quæcunq; ad aliq d ſũt æqua p̃dicatione cõuerti. hoc ãt huiuſmodi eſt. Quæcunq; .n. ad ſeſe inuicẽ æqualiter p̃dicant̃, & conuerſione facta retorquent̃, illa æquali natura & dimẽſione fundata ſunt, ut ſunt propria & ſpẽs. Relatiua quoq; ut cõuertantur, ęqualia eſſe oportet. Nã ſi una res amplior, alia fuerit minor, cõuerſionẽ nõ habent. nã in eo qđ eſt ala auis, minus eſt auis ala, multa .n. ſunt quæ alas habent, & aues non ſunt, atque ideo conuerſio non ſit. Et in eo quod eſt remus nauis, maior eſt nauis remo: multę .n. naues ſunt, quarum remi non ſunt. Quare in his nulla poteſt eſſe conuerſio. Si uero ſint ęqualia, ut filius atq; pater, conuerſio non fugit. Nunquam enim eſt filius niſi patris, & rurſus nunquam pater eſt niſi filij. Quocirca æqualia eſſe oportet, quęcunq; ad aliquid prędicantur. Horum uero ſi nomen ſit poſitum: poſitis nominibus uti oportet. Si uero nomẽ poſitum non ſit: ex his quę in prima prędicatione ſunt (ut ſuperius dictum eſt) nomen oportet effingere. Quòd ſi ita reddantur, ut omne ad aliqđ conuenienter ad quod dicitur, prędicetur, & ęqualis erit prędicatio, & mox conuerſionis reciproca natura ſubſequitur. Conſtat igitur omnia relatiua ad conuenientia dici. His aliud proprium iungit.

*Videntur autem ad aliquid ſimul eſſe natura & in pluribus quidem uerum eſt: in aliquibus ãt verum non eſt ſimul. n. duplum eſt, & dimidium: & cum ſit dimidium, duplum eſt: & cum ſit dominus, ſeruus eſt: & cum ſit ſeruus dominus eſt. ſimiliter ãt his & alia. ſimul etiam auferunt hæc ſeſe inuicem. Si enim non ſit duplum, non eſt dimidium: & ſi non eſt dimidium, non eſt duplum: ſimiliter autem & in alijs quęcunque talia ſunt.*

48 Illa ſimul eſſe natura dicuntur, quęcunque talia ſunt ut vno poſita quolibet aliud neceſſario ſubſequatur, & uno quolibet perẽpto aliud modis oĩbus interimatur, ut pater & filius. Nã cũ pater eſt, filium quoq; eſſe neceſſe eſt. cũ ſit filius, pater eſt. rurſus ſi pereat filius, patrem quoque perire manifeſtũ eſt, non quod pereat ipſa ſubſtantia, vt pereunte Hectore, Priamus pereat, ſed perit ipſa relatio. Ergo qm̃ vel interempto patris nomine, filij nomen perit, ſublato quoq; filij nomine, nomen patris perit. Poſito etiã patre in ſubſtantiaq; conſtituto, filij quoq; nomen infertur, & poſito filij nomine ſequitur patris, & a patris nomine nunquam ſeparatur: idcirco pater & filius ſimul eſſe dicuntur. Ergo ſimul ea ſunt, quæ ſe inuicem & interimunt & inferunt, & de his quidem ipſe poſterius tractat. Nunc aũt hoc quoque ineſſe relatiuis expoſuit dicens, relatiuis quoq; eſſe ut ſimul ſint. nã cum duplum ſit dimidiũ eſt: & cũ dimidium duplum. Huius ẽt argumentum eſt, quod interempto duplo, dimidium perit. rurſus quoq; duplo cõſtituto, dimidium cõſtituitur. Igitur quoniam duplum atque dimidium relatiua ſunt, & hæc ſimul ſunt natura .i. ipſa eſſentia, & hoc manifeſtum eſt quoque relatiuis accidere, ut ſimul natura eſſe uideantur. Idem quoque eſt in eo quod eſt ſeruus & dominus. Nam quoniam alterutris interemptis uterque deperit, & alterutro conſtituto vterq; ſubſiſtit, conſtat ſeruum

atque


atq; dominum, cum ſint ad aliquid, ſimul eſſe natura. Sed hęc ita ſunt, ut ſint quidem in relatiuis, ſed omnib. his quę ſunt ad aliquid, non ęquentur. Sunt.n. quędam relatiua quorum unum prius natura ſit, quod ipſe rurſus adiecit.


*Nõ autẽ in omnib. relatiuis uerũ videtur eſſe, vt ſint ſimul natura. Scibile enim ſcientia prius naturaliter eſſe videtur. Nãq. vt plurimũ, prius reb. ſubſiſtentib. ſcientias accipimus. In paucis ãt vel nullis hoc quis reperiet, ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factã.*

49. Propoſuit non in omnibus relatiuis eſſe hoc, ut uideantur ſimul eſſe natura. Hoc ãt probat ex his, ꝙ qm̃ ſciẽtia ad aliquid eſt. (Scibilis.n. rei ſcientia dicit) nõ poterit eſſe ſciẽtia, niſi ſit aliqua res q̃ ſciri poſſit. Hãc ãt primã eſſe neceſſe eſt, ut in matheſeos diſciplina. Scimus.n. triangulũ, tres interiores angulos, duobus rectis angulis ęquos habere. Vnde neceſſe eſt prius fuiſſe qđ ſciri poſſet, poſtea vero ad hãc rẽ, aptã fuiſſe notitiã, atq; hoc eſt qđ ait. Nanq; ut plurimũ prius ſubſiſtentib. reb. ſcientias accipimus. Prius.n. rebus cõſtitutis, & quaſi ꝓpoſitis ſcientię ratio ſequitur. Quare non eſt in omnibus relatiuis ſimul eſſe natura. Nam cum ſciẽtia & ſcibile relatiua ſint, antiquius eſt ſcibile quàm ſcientia. Quod uero interpoſuit, In paucis autem uel nullis hoc qs reperiet, ſimul cum ſcibili ſcientiam factam, tale eſt: Quaſdam nanq; res animus ſibi ipſe confingit, ut chimæram, vel centaurum, uel alia huiuſmodi, quę tunc ſciũtur, cum ea ſibi animus finxerit. Tunc autem eſſe incipiunt, quando primum in opinione uerſantur. Tunc igitur ſciuntur, cum in opinione uerſata ſint, & hæc ſimul habent eſſe & ſciri. Nam quoniam in opinione naſcuntur, mox eſſe incipiunt, ſed cum in ratione ſunt, tunc eorum ſcientia capitur. Igitur mox ut fuerint, mox ſciuntur, & eſt eorum ſcientia cum eorundem eſſentia coniuncta. Nãque antequam chimæra fingeretur, ſicut ipſa in nulla opinione fuerat, ita quoq; eius ſcientia nõ erat. Poſtquã uero ipſa animarum imaginatinne conſtituta eſt, eius quoq; cum ipſa imaginarione ſcientia cõſecuta eſt. atq; ideo ait, in paucis hoc poſſe perſpici, ut ſimul cum ſciẽtia ſcibile ſit, ut in hac eadem chimęra. quæ cum ſit ſcibilis, cum ſcientia nata eſt. Sed quoniam nihil, quod in ſubſtãtia non permanet, neque in ueritate conſiſtit, ſciri poteſt (ſciẽtia .n. eſt rerum quę ſunt comprehenſio ueritatis) & quicquid ſibi animus fingit, uel imaginatione reperit; cũ in ſubſtantia atque ueritate conſtitutum non ſit, illud poſſe ſciri non dicitur. atq; ideo non eſt eorum ſcientia ulla, quæ ſola imaginatione ſubſiſtunt. iccirco itaque dubitans dixit, in paucis autẽ uel nullis. Hæc.n. ipſa panca ita quiſq; reperiet, ut ſi ad ueram rationem examinationemq; cõtẽderit, nulla eſſe perpẽdat. Quòd ſi quiſquam chimęrę aliquam eſſe ſciẽtiam dicat, quæ non eſt, quanquam hoc falſum ſit, tamẽ hoc quoq; conceſſo, pauca erunt, in quibus ſcientia cum ſcibili ſimul natura ſit. Multis.n. rebus ante poſitis & conſtitutis ſcientia naſcitur. Quocirca nõ in omnibus relatiuis uerum eſt, vt ſimul eſſe natura dicantur. & ſicut falſum illud eſt in nullis hoc eſſe relatiuis, ita falſum eſt rurſus in omnibus. Sed hune tractatum loogius tenit.

*Amplius ſcibile quidem ſublatũ ſimul aufert ſcientiã, ſcientia uero ſimul non aufert ſcibile. Nam ſi ſcibile non ſit, nõ eſt ſcientia: ſcientia u ero ſi nõ ſit, nihil probibet eſſe ſcibile: uelut circuli quadratura, ſi modo eſt ſcibilis: ſcientia ſiquidem eius nondum eſt, ipſa uero ſcibilis eſt.*

50. Dixunus illa eſſe ſimul, quæcunque alterutro conſtituto, uel alterutro interempto ſimul utraq; conſtituerentur, vel etiam perimerentur. Conſtituto .n. ut ſi pater, conſtituetur eſſe filius, & pater ſimul infert ſubſtantiam filij. Eodem quoq; modo filius ſimul infert uocabulum patris. non eſt.n. filius niſi patris. Eodem quoque modo altero interempto utrunq; perire neceſſe eſt. Alterum autem altero prius multis dicitur modis, ſed quod nunc quærimus tale eſt: Nã priora illa eſſe dicuntur, quæ ipſa quidem perẽpta res alias tollunt. ipſa vero illata atq; conſtituta, ſimul res alias non inferunt, vt eſt unus atq; duo. interempto.n. uno, duo quoq; pereunt. Vnde.n. eſt vnius in duobus geminatio, ſi vnus intereat? Conſtituto uero atq; poſito vt ſit vnus, nõdum duo ſunt. nõdum eſt.n. facta vnius geminatio. Ergo dñr illa priora eſſe, quęcunq; alia ſiſ quidem illata non inferunt, ſed perimunt interẽpta. Scibile ergo & ſcientiam uon eſſe ſimul, illa res probat, ꝙ ſiquis rem ſcibilem tollat, ſcientiã quoq; ſuſtulerit. Nulla.n. põt ſcientia permanere, ſi res quę ſciri poſſit intereat. At ſi ſcibile eſſe conſtituas, nõ omnino ſciẽtia conſequitur. Infantibus.n. ea nobis, quę nunc nouimus erant, & in ſuæ naturę ſubſtantia permanebant, ſed eorum apud nos ſcientia non erat. Multæ quoq; ſunt artes, quas eſſe quidem in ſuæ naturæ ratione perſpicimus, quarum neglectus ſcientiam ſuſtulit. Multumque ego ipſe iam metuo, ne hoc veriſſime de omnibus ſtudiis liberalibus dicatur. Quocirca, ſi & ſcientiam ſublatum ſcibile perimit, & illatum ſcibile ſcientiam non infert, neq; conſtituit, prius eſt id quod ſciri poteſt, q̃ illud quod comprehendere valet atque complecti notitia. Ipſe autem ad hanc rem obſcuriſſimum accommodauit exemplum, nos facillimum ſubiungamus. Solet.n. in geometria hmõi eſſe ꝓpoſitio. Iubemur.n. ꝓpoſito quatuor laterum ſpatio æqualem triangulum conſtituere, & facimus hoc modo, Sit quatuor laterum ſpatium. a.b. oportet ergo. a b. ſpatio, ęquale triangulum conſtituere & vt id fiat, ſit duplum a.b. ſpacio. c.d.e.f. ſpatiũ. Ducaturq;, angularis. c.f. dico ꝙ c.d.f. triãgulum ęquale eſt. a. b. ſpatio. Qm̃. c.d.e.f. ſpatium duplum eſt. a.b. ſpatio. a.b. igitur. c.d.e.f. ſpatij medietas eſt, angularis.n. f.c. totum. c.d.e. f. ſparium medium diuidit. Quę aũt eiuſdem ſunt media, ſibi æqualia ſunt. c.d.f. igitur triangulum. a.b. ſpatio ęquale eſt. propoſito igitur ſpatio. a.b. ęquum triangulum conſtitutum eſt. c.d.f. quod oportebat facere.




Eodem quoq; modo quęſitum eſt, ſi ſit propoſito circulo ęquum ſignare quadratum. Quadratum ergo eſt, quod æqualibus lateribus omnes quatuor angulos æquos habet. i. rectos. & Ariſtotelis quidem temporibus non fuiſſe inuentum videtur. Poſt uero repertum eſt, cuius quoniam longa demonſtratio eſt, prætermittenda eſt. Atque hoc eſt, quod ait, velut circuli quadratura. nam ſicut manente quadrato, linea per obliquum ducta triangula figura producitur, ita circulo non mutato circumpoſitis angulis, qui & ipſius circuli lateribus ęqualiter diriguntur quadrati forma conſurgit, quod ut potuimus coniectari, depinximus.

Cir-

Circunferentia XLIIII. Diameter XIIII.




ęqualis circulo — Quadrati latus R eī.cliiij.

Cum.n.alicui circulo ęquū quadratū cōſtituitur; in quadratū, circuli illius menſura redigitur. Nūc ergo hoc eſt qđ dicit, vt circuli quadratura.i. ęqui quadrati ad circulū cōſtitutio ſi fieri pt, & ſi res ęſt q̄ ſciri poſſit, ſcientia quidē eius nondum inuenta eſt. Nondum.n.quiſq̄ ſub Ariſt. ęquum quadratum circulo conſtituerat. Quod ſi eſt aliqua eius ſciētia, quę nōdum reperta eſt, certe prius ęſt quod ſciri poſſit, poſt vero ſcientia. Nam cum poſſet Ariſto. viuo ſciri circuli quadratura, nulla tñ adhuc eius ſcientia reperta eſt. atque ideo prius erat quod ſciri poſſet, quam ipſius rei ulla notitia.

*Amplius animali quidem ſublato, non eſt ſcientia, ſcibilium uero plurima eſſe contingit,*

51. Addit aliud validius argm̄ prius eſſe ſcibile ſcīa. illud.n. notum ęſt, ſi per deſidiā diſciplina depereat. interire quidē ſcīam, ſed ſcibile permanere. Scibile autem dico quod ſciri poſſit. Quòd ſi omnino animal non ſit, cum qui ſcire poſſit omnino non fuerit, ſcientia quidem ipſa funditus interibit. nihil tñ prohibet eſſe ea, quę permanente animali poſſit in quirentis animus ſcientiæ ratione complecti.

*Similiter his ſeſe habent & ea quæ dę sēſu ſunt. ſenſile.n. prius quā ſenſus videtur eſſe. Sublato.n. sēſili ſimul aufertur ſenſus. ſenſus uero ſenſile non ſimul aufert: sēſus.n. circa corpus & in corpore ſunt. ſenſibili aūt perēpto, peremptum eſt & corpus: ſenſile.n. eſt et corpus. cum uero corpus nō ſit, ſublatus eſt et ſenſus. Quare ſimul aufert ſenſile ſenſum, ſenſus vero ſenſile non tollit. Animali.n. perempto, ſenſus quidem peremptus eſt: ſenſibile autem non: eſt autem ſenſile, ut corpus calidum, dulce, amarum, & alia omia quæcunque ſenſilia ſunt.*

52. Idem quoq; propoſuit in ſenſibus inueniri, dicit.n. ſenſu prius eſſe ſenſibile, quod cū priorum definitione probabile eſſe conſtituit. Dictum eſt nāq; illa eſſe priora, quæ ſimul quidem interempta perimerent, non autem ſimul aliis interemptis ipſa deperirent, vt orbē Solis prius dicimus pprio lumine. ſublato.n. orbe, lumē illud qđ ab eo eſt, penitus nō manebit ſublato lumine, Solis orbis manebit. Ita quoque nūc in ſenſibilib. atq; in ipſo ſenſu eſſe propoſuit. ſublato qđ ſentiri poſſit; ſenſus oīno ſublatus eſt. Neq;.n. eſſe poterit ſenſus, cum quod poſſit ſentire non inuenit. Quòd ſi ſenſus oīno depereat, ſenſibile permanebit; & hoc quidem ibus firmat exemplis. nam cū ea q̄ ſunt in rebus, vel incorporea ſint, uel certe corporea, & quicquid ad corporis materiam referri poteſt, hoc ſenſuum uarietati ſubiaceat, quicquid ad incorporalia, intellectus ratione, & ſpeculatione teneatur; cū ſit ſenſus oīs in corpore, ſi corpus intereat, cū oīno corpus non ſit, perit ſenſus. qm̄ quæ ſunt incorporea ſentiri nō pñt, & quę ſentiri poterant interempta ſunt, oīno ſenſus euertitur. Sed ſi ſenſus auferant, ſenſibilia permanebunt. Et qm̄ ſenſus animaliū effectiuus eſt, ęqua eſt vtrorumq; perditio. ſiue.n. ſuſtuleris aīal, ſenſus peribibit, ſiue ſenſus euertātur, aīalia quoq; ſublata ſunt. Sed euerſis atq; interēptis aīalibus cum propriis ſenſibus, permanent corpora q̄ aīa non vtunt. Quod ſi ſublatis aīalibus, ſenſibuſq; deperditis, corpora inaīata ſubſiſtunt, cum corpora ſint q̄ ſentiri poſſint: aīalia q̄ ſentire ualeant ſi interempta ſint: manēte ſenſibili, ſenſus euerſus eſt. Non igitur ſicut ſenſibilis interemptio, ſenſus interimit: ſic ſenſum perditionem, extincto ſenſibiliū comitatur. Id uero & hoc probabitur argumento: ante.n. q̄ actu ipſo aliquid ſentiamus, ſenſus non eſt. Nam prius quam dulce aliquid deguſtemus, guſtatio ipſa dulcedinis non eſt, quod aūt guſtari poſſit, i. mel, vel quodlibet aliud, proprię naturę ratione conſiſtit. Quocirca prius eſſe quod ſentiri poſſit, poſt uero ſenſus Ariſtotele auctore firmatur.

*Amplius, ſenſus quidem ſimul cum sēſato fit, ſimul.n. & animal fit et ſenſus. Senſile aūt ante eſt quàm animal vel ſenſus eēt. Ignis.n. & aqua, & alia hmōi ex quibus ipſum animal conſtat, ante ſunt quam animal ſit omnino uel ſenſus. Quare prius ſenſibile, quā ſenſus eſſe uidetur.*

53. In compoſitis rebus atq; ex alijs iunctis, priores sūt hæ res q̄ cōponunt aliquid ipſa ſubſtantia quam cōponunt. Nāq; cum corpus aīalis ſit ex igni, aere, aqua, & terra, priora hæc eſſe neceſſe ęſt, q̄ ipm̄ ſit aīal, quod ipſa elementa coniungunt. Hoc quoq; & in alijs patet. nā cum ſit liber ex uerſibus, prior eſt verſuum natura, q̄ libri. Cumq; verſus cōſtet verbis atq; noībus, & cęteris quas grammatici partes orationis uocant, hęc ex quibus ipſe uerſus conſtat, uerſu ipſo priora eſſe neceſſe eſt. Quocirca ſenſus quoq; ipſis iam cōpoſitis animalibus ſuperuenit. Nam cum animal conſtet ex quatuor elementis, & cum ſenſus ſemper naturam animalium comitetur, cum ipſis animalibus sēſus fieri & naſci oēceſſe eſt. Quod ſi cum animalibus.i. compoſitis rebus, sēſus naſcitur, ſicut animali priora ſunt ea ex quibus ipm̄ animal conſtat, ſic quoq; ſenſu, qui cum animali naſcitur, illa priora ſuor, ex quibus animalis natura coniungitur. Coniungit aūt aīal atque componitur ex quatuor elementis. Quatuor igitur elementa ſenſu priora ſunt, ſed quatuor elementa corpora ſunt, corpus vero oē ſenſibile eſt, prius igitur ſenſibile q̄ ſenſus eſt. Senſus.n. cum re cōpoſita naſcitur, illa uero quę cōponunt & ſenſibilia ſunt, & priora ipſo compoſito. Vtr.n. ſi quæ duæ res ſimul ſint, cum quęlibet res una earum prior ſit, & altera prior erit, vt animal atq; ſenſus, qm̄ vtraq; ſimul ſunt, ſimulq; naſcuntur, cum quatuor elemēta, quæ ſunt ſenſibilia, priora ſint q̄ animal, ſenſu quoque eſſe priora neceſſe eſt, quocirca concluſit dicens. Quare prius q̄ ſenſus ſenſibile eſſe videtur. Sed quidam, quorū Porphyrius quoq; unus eſt, aſtruunt in omnib. uerū eſſe relatiuis, vt ſiſ natura ſint, velut ipm̄ quoq; ſenſum & ſciam non procedere ſcibile atq; ſenſibile, ſed ſimul eſſe. quā, qm̄ breuis eſt oratio, non grauabor apponere: ait.n. Si cuiuſlibet ſcīa non ſit; ipſum quod per ſe poterit permanere, ſcibile eſſe non poterit. vt ſi formarum ſciētia pereat, ipſæ fortaſſe formę permaneant, atq; in priore natura cōſiſtant, ſcibiles vero non ſint, Cum.n. ſcientia quæ illud cōprehendere poſſit, non ſit: ipſa quoq; ſciri non pt res. Nanq; omnis res ſcientia ſcitur, quæ ſi nō ſit ſciri nō poſſit. Porro aūt res quę ſciri nō pt, ſcibilis non eſt. Hoc idē de ſenſu. ſi guſtus.n. pereat, mel forſitan permanebit, guſtabile aūt non erit. Ita quoq; oīno ſi ſenſus pereat, res quidē quæ ſentiri poterant, ſine. ſenſibiles uero uno ſint, ſenſu pereunte. Et fortaſſe neq; ſcientia, neq; ſenſus ſm̄ ſentientes ſpeculandus eſt, ſed ſm̄ ipſam naturam quę ſenſu ualeat comprehendi Nanque res quęcunq; per naturam ſenſibilis eſt, eam quoq; in natura ſua, priū ſenſum quo ſentiri poſſit, habere neceſſe eſt. Et quodcunq; ſciri pt per naturam, nunq̄ poſſit addiſci, niſi quædam eius in natura ſcientia verſaretur. Hęc Porphyrius.

Sed

Sed nos ad Ariſtotelis ordinem textumq; ueniamus. Nanque ille adiecit quoque alias queſtiones.

*Habet autem queſtionem, utrũ nulla ſubſtãtia ad aliquid dicatur, quemadmodum uidetur, ſi hoc cõtingat ſecũdũ quaſdã ſecundas ſubſtãtias, nam in primis ſubſtantijs uerum eſt: nam neq; tota, n. que partes ad aliquid dicuntur. nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo, neque al quis bos, alicuius aliquis bos. Similiter autẽ & partes, quedam enim manus non dicitur alicuius quedam manus, ſed alicuius manus et quoddam caput nõ dicitur alicuius quoddã caput, ſed alicuius caput. Similiter autem & in ſecundis ſubſtãtiis, atque hoc quidem in pluribus, ut homo non dicitur alicuius hõ, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignũ, ſed alicuius poſſeſſio dicitur. In huiuſmodi ergo manifeſtum eſt quoniã nõ eſt ad aliquid. In aliquibus uero ſecundis ſubſtantijs habet aliquam dubitationem, ut caput ali. uius caput dicitur, & manus alicuius manus dicitur, et ſingula huiuſmodi, quare hec fortaſſe ad aliquid eſſe uidentur.*

54 Contra ea quæ ſuperius diſputata ſunt huiuſmodi nodũ qſtionis oppoſuit. qm. n. prima definitio relatiuorũ fuerat; illa eſse relatiua quæcunq; hoc ipſum qđ eſsent aliorũ dicerentur. ſm hãc definitionẽ poſsũt qdã ſubæ uideri eſse relatiuę, qđ ſi ſit, ſubæ in definitionẽ accidẽtiũ trãſeunt. Nã cũ ſit accñtia relatiua, ſiquas ſubas relatiuas eẽ cõcedimus, in accidẽtiũ numero ponẽdas eſse cenſebimus. ſed hoc contrariũ eſt. Si. n. ſuba in ſubiectio nõ eſt, accidẽs aũt in ſubiecto eſt, q fieri pt ut idẽ & in ſubiecto ſit, & in ſubiecto non ſit? utrũ ãt poſſit qdã ſuba accidentiũ ſuſcipere rõnem hoc mõ quærendum eſt. Primę nanque ſubſtantię ipſę quidem ad aliquid non dicuntur, neque partes primarum ſubſtãtiarum, quas ipſas quoq; in primis ſubſtantijs numeramus. Socrates. n. non dicitur alicuius aliquis Socra. nec hõ alicuius aliquis hõ, nec bos alicuius aliquis bos. neq; partes primarum ſubſtantiarum, quæ ipſæ quoq; ſunt primę ſubſtantię. Caput. n. non dicitur alicuius aliquod caput, ſed tñ alicuius caput. Et manus nõ dicitur alicuius aliqua manus, ſed tñ alicuius manus. Quare neq; primę ſubſtãtię, neq; primarum ſubſtantiarum partes ad relationem dici poterunt. Quòd ſi ſecundas quoque ſubſtantias ſpeculemur, nec ipſę quoque ad aliquid dicentur. Neq; . n. dicitur animal alicuius eſse animal, aut hõ alicuius eſse homo. Quod ſiquis dicat poſse eſse animal alicuius, ut equum meum, vel quolibet aliud, non in eo quod animal eſt. ſed in eo quod eſt poſseſſio dicit alicuius. & ſic nõ dicit aĩal alicuius animal, ſed animalis poſseſſio, alicuius poſseſſio. Ergo neque primę ſubſtantię, neque partes primarum ſubſtantiarum, neque ſecundę ſubſtantię ad aliquid dicuntur. Partes aũt ſecundarum ſubſtantiarum ad aliquid hoc ipſum quod ſunt dicuntur. Caput enim alicuius caput dicitur, ſiquidẽ capitati caput dicemus, & manus alicuius manus, ſiquidem ex manu nomẽ fingere uolumus ad quod manus referri poſſit, ſicut caput ad capitatum. & in aliis quidem rebus eodẽ mõ. Sed ſi partes ſecundarũ ſubſtantiarũ accidentes ſint, & ipſæ ſcđę ſubſtantiæ accidentes erunt. Aut ſi hoc non placet, conſtabũt ſecũdę ſubæ ex partib. accidẽtib. q fieri nequit. Quid igitur dicendũ eſt? Aut. n. definitio relatiorum reprehenda eſt, aut aliter ſoluẽda dubietas. Sed poſita atq; conſtituta priori definitione, q dicit, illa eſse relatiua q id qđ ſunt aliorũ dicũtur, hic queſtionis nodus ſolui non poterit, quod ipſe Ariſt. hac adiunctione teſtatur.

*Si igitur ſufficienter eorum quæ ſunt ad aliquid definitio aſſignata eſt, aut nimis difficile, aut impoſſibile eſt oſtẽdere, quoniã nulla ſubſtantia ad aliquid dicitur. Si autẽ non ſufficiẽter, ſed ſunt ad aliquid, quibus hoc ipſum eſſe, eſt ad aliquid quodammodo ſe habere fortaſſe aliquid ad iſta dicetur. Prior uero definitio ſequitur quidã omnia relatiua, non tamen quod ipſa ſint ad aliquid, eſt hoc, quòd ea ipſa quę ſunt aliorum eſſe dicuntur.*

55 Propoſita ergo atq; firmata priore relatiuorũ definitione difficile defendi poterit, aut fortaſse nunq̃, quaſdã ſubas non eſse relatiuas. Nam ſi ad aliquid illa ſunt, quęcunq; id qđ ſunt aliorũ dicunt, ut id qđ eſt caput capitati dicitur caput. Habebit igit ſuba q eſt caput ad aliqd relationẽ, & ita erit ſuba relatiua atq; accidẽs, quod eſt impoſſibile. Quare qm̃ ppoſita atq; cõſtituta priore definitione hęc incõmoditas in diſputatione conſeqtur, ut cõſtet rõ, nõ integræ definitionis aſſignatio pmutetur. Ait. n. non eſse integra definitioẽ q ſupra ſit reddita. nec magis illa eſse ad aliqd, q̃ id qđ ſunt aliorũ dicunt, quã ea quib. ipſum eſse eſt ad aliqd quodãmodo ſe hẽre. Sed fortaſse videatur qbuſdã incõſulte legentibus & minime conſiderantibus, id quod definiri oportuerat, hac in definitione eſse ſumptum, qđ eſt uitioſiſſimum. Si enim idcirco difinitio ſumitur, vt res de qua quęritur aſſignetur, q magis eſt aptior definitio, ſi re ipſa, quã definit, in aſſignatione definitionis utatur? Definitio nanq; idcirco redditur, ut res de cuius qdẽ eſse dubitatur, definitione pateſiat. Quod ſi rem ipſam quã definit, in definitione ptulerit, nihilo planior definitio ſit, ut ſiquis hominem difinire uolens dicat, hoc ipſum eſse hominem quod hominem. Ita quoq; non conſiderantibus Ariſtoteles relatiuorum definitionẽ reddidiſse uidebitur. Ait. n. eſse ad aliquid qbus hoc ipſum eſse, eſt ad aliqd quodammodo ſe habere: ac ſi diceret; ea ſunt ad aliquid, q ſe ad aliquid quodãmodo habent. Sed minutius atq; acutius conſiderantibus uis integræ definitionis própię atq; ueraciter apparebit, non. n. in eo quod eſt dici, ad aliquid conſideramus, ſed in eo quod eſt eſse. Ea nanq; ſunt relatiua, quæ in quadã comparatione, & relationis habitudine conſideramus, ut quaternarius numerus, & hoc ipſum quod eſt eſse dicitur. i. quatuor, & aliud quoddã. i. duplum, ut ſi ad binarium conferatur. Sed quod de quaternario numero dicimus quaternarium, hoc ad ipſius quaternarii numeri naturam refertur. Quòd uero duplũ, non eſt hoc quaternarii, ſed duorum ad qđ duplum dicitur, & ad quod ppria relatione duplum eſt. binarius quoq; numerus & binarius eſt, & medietas. binarius quidem ſm ſuam naturam, medietas uero ſm quaternarii relationẽ. Quocirca in cõparatione quadã atq; in habitudine, ea quę ſunt ad aliqd ſpeculamur: Quaternarius. n. in eo quod quaternarius eſt, ad aliqd non dicitur, in eo uero quod eſt duplus, duorum relatiuus eſt. ſ. ad binarium cõparatus. Binarius quoq; in eo quod ſunt duo, ad aliquid nõ refertur, ſed in eo quod eſt medietas. ſ. ad quaternarium cõparatus. Ergo ut ſit duplus quaternarius, nõ duobus, ſed medietate eget. & ut ſit medietas binarius, non quaternario, ſed duplo opus eſt. Vides ne ut habitudine quadã & cõparatione res aliud in natura retinentes, aliud tñ ad ſe inuicem ſint? & hoc non ex ppria ſed ex inuicem natura mutuentur. Nã quod eſt duplus numerus, ex medio trahit: qđ eſt medietas, ex duplo: atq; hoc iis, quę ſunt ad aliquid, extra euenit, & iõ nihil patiẽtibus, neq; permutatis ipſis quę ad aliqd referuntur, ipſa ad aliquid fiunt. nihil. n. permutato de quaternario duplus ipſe eſt, ſi ad binarium referatur. & nihil de binario permutato, medietas eſt binarius, ſi ad quaternarium dicitur. Ergo relatiuorum hoc eſt eſſe. i. hęc eorum natura atque ſubſtantia eſt, ut id quod ſunt, ad aliquid referãtur. ideſt non ſolum referri dicantur, ſed etiam referantur. Atque hoc eſt quod ait, ſed ſunt ad aliquid, quibus hoc ipſum eſſe, eſt ad aliquid quodammodo ſe habere: ac ſi diceret, quorum ſubſtantia eſt ad aliquid aliud referri, & quæ ita ſunt, ut ipſa id quod ſunt ad aliud referantur, & eſſe eorũ ſit ad aliquid aliud referri. ſed non omnia quæ dicuntur ad aliud, & eſſe de alio mutuantur. Illa nanque definitio prior, maior eſt. definitionem nanque relatiuorum ſupergreſſa eſt. includit enim ea quoq;, quę relatiua non ſunt,

ſunt. Et quemadmodum hoīem cum dico, mortalem eſſe eſſe neceſſe eſt, cū dico mortalē, nō neceſſe eſt eſſe hoīem; ita quoq; ea quæ hoc ipſum qđ ſunt, ex altero trahunt, & eſſe habent ad alterius relatione, & eſſe ſuū ad alterius referūt nuncupatione. Quę uero ad aliud tantū dicunt, & nō ſunt, non neceſſe eſt, ut eſſe ſuū ad aliquid habeāt relatū, quo poſteriorē definitionē ſuſcipiāt. Et ut iſta ſnīa breuiter indicat, ut quęcunq; hic definitionē ſuſceperint, ut hoc ipſum eſſe ſit ad aliquid quodammodo ſe habere, habent eā quoq; definitionē, q̄ eſt relatiua eſſe quæcunq; id qđ ſunt aliorū dicuntur. Quæ uero hac primā habuerint definitionē, illā ſcđam nō neceſſario habent, ut ea q̄ ſunt ad aliquid ēt ad aliquid dicantur. Sed ea quę dicuntur ad aliquid, non oīno ad aliqd ſint. Quòd ſi iſta definitio poſterior recipiatur, q̄ dicit ea eſſe ad aliquid, qbus hoc ipſum eſſe eſt ad aliquid quodammodo ſe habere, poterit ſuperior ſolui dubitatio, quo dicamus id quod ipſe poſteriore diſputatione ſecutus eſt. quod autem ait, Prior uero definitio ſequitur quidem omnia relatiua, nō tñ hoc eis eſt eſſe, quod ſint ad aliquid, ꝙ ea ipſa quę ſunt aliorum dicuntur. Hoc eſt quod non idcirco aliquid relatiuum eſſe dicitur, quoniam alterius eſſe dicitur. Sed tunc merito res aliqua relationis nomine cōtinebitur, quoties non ſolum ad aliquid dicitur, ſe hoc ipſum eſſe eius ad aliquid eſt quodammodo ſe habere. Quare quid hāc definitionem proprium conſequatur ipſe addit.

*Ex his ergo manifeſtum eſt, quòd ſiquis aliquid eorū quæ ſunt ad aliquid definite ſciet, & illud quod dicitur definite ſciturus eſt. Si enim quis nouit aliquid qđ eſt eorum quæ ſunt ad aliquid (eſt autem eſſe eorum quæ ſunt ad aliquid, idem quod ad aliquid quodammodo ſe habere) & illud nouit, ad quod hoc quodammodo ſe habet.*

56 Proprium relatiuis ſcđm eam quę ſuperius dicta eſt definitionem hoc eſſe cōfirmat, ꝙ ſiquis id quod eſt, ad aliqd definite ſcit, qm̄ relatiuum eſt: & illud ad quod referri pōt, definite ſciturus eſt, quid ſit. nam relatiua ea ſunt qbus hoc eſt eſſe, ad aliquid quodammodo ſe habere. Quoniam, ut ſit quaternarius duplum, a binario trahit. Siquis nouit eſſe quaternarium numerum duplum, & binarium neceſſario ſciturus eſt eſſe dimidium, ad quem quaternarius duplus eſt. fieri.n. nullo modo poteſt, ut cum quis nouerit aliquā rem eſſe relatiuam definite, non illud quoq; ſciat ad quod illa res dicitur definite. huius autem rei una ꝓbatio eſt quę ex definitione uenit. Definita.n. ſunt illa eſſe ad aliqd, quorum ea eſſet ſubſtantia, ut quodammodo ſe ad aliquid haberent. ꝙ ſi ſcio quaternarium numerum eſſe duplum, eū quod ad binarium quodāmodo cōiungatur, nullus quaternarium duplum eſſe poterit ſcire, niſi qui ſciet medietatē eſſe binarium. & hoc quidem in omnibus conſideretur. Nā ſi neſciat quis, ad quid aliquid referatur eorum quæ relatiua ſunt, illud quoq; ignorabit, utrum omnino ad aliquid referatur. quod his uerbis Ariſtotelis dicit.

*Si enim id non nouerit omnino, ad quod hoc quodāmodo ſe habet, nec ſi ad aliquid quodammodo ſe habet ſciturus eſt: ſed in ſingulis palā hoc eſt, ut hoc, ſiquis nouit definite quod eſt duplum, et cuius duplum eſt, mox definite nouit ſi uero nullius definite nouit ipſum duplum, neq; ſi eſt duplum omnino nouit. Similiter aūt & hoc aliquid, ſi nouit aliquis quòd melius eſt definite, et quo melius eſt, neceſſarium eſt noſſe. Indefinite āt non ſciet, quòd hoc eſt peiore melius, opinio enim id quidem ſit, nō diſciplina nō enim ſciet exacte quod eſt peiore melius, ſit enim ſic contingit, nihil eſt peius eo. Quapropter palam eſt, ꝙ ſi nouerit quis aliquid relatiuorum definite, neceſſariū eſt, et illud ad quod dicitur definite noſſe.*

57 Huius quoq; rei exempla perſequitur dicens, ſi duplū ad aliquid eſſe nouimus, ſcimus quoq; id cuius duplum eſt, ꝙ ſi neſcimus id cuius eſt duplum (duplum aūt eſſe cuiuſlibet rei ex hoc eſt, quod ei ſit medietas) ipſam quoque rem quæ dupla ſit, uerum dupla ſit, ſcire non poſſumus. Si igitur definite nouimus quamlibet illam rem eſſe duplam, et cuius dupla eſt definite nos ſcire neceſſe eſt. Vt ſi nouit quis Anchiſem patrem definite eſſe Aeneę, & Aeneam definite filium eſſe agnoſcet, uel ſi indefinite nouit, ꝙ pater eſt, indefinite ēt ſciturus eſt, ꝙ filij pater eſt, & rurſus ſi Aeneam quis indefinite nouit, ꝙ filius eſt, ſciturus quoq; eſt indefinite, ꝙ patris eſt filius. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ ea q̄ ſunt ad aliquid, definite ad aliquid eſſe ſciantur, etiam illud definite ſciendum eſt, ad quod illa referuntur. Quod in ſubſtātijs non eodem modo eſſe. Ariſt. probamus auctore, qui huius quæſtionis ſeriem ita concludit.

*Caput uero, & manus, & horum ſingula quæ ſubſtantiæ ſunt, hoc ipſum quòd ſunt eſt ſcire definite: Ad quod autem dicantur, nō eſt neceſſarium ſcire. Cuius enim caput hoc, uel cuius manus ſit, nō eſt ſcire definite. quare non erunt hæc ad aliquid. Si uero nō ſunt hæc relatiua, uerum erit dicere, quod nulla ſubſtantia relatiuorum eſt.*

58 In capite inquit & in manu, & alijs ſubſtantijs, nō eſt uerum: quod ſiquis aliquid horum alicuius eſſe nouit, & ad aliquid aliud referri, idcirco, & ad quam referatur definite ſciturus eſt. Siquis.n. operto capite: atq; oībus mēbris manum foras exerat, manifeſtum eſt, quod manus illa alicuius manus eſt, cuius āt manus ſit, dici definite non pt̄. Sic̄r quoq; opertis oculis facieq; uelata, ſit cuiuſlibet caput aſpicias, illud quidē caput alicuius eſſe non dubitas, cuius aūt ſit definite non proferes. Quare, qm̄ hęc hmōi ſunt, ut ſiquis ea definite ſciat eſſe alicuius ſint, definite non ſciri pōt, a relatiuorū definitione, quorum ſi una res quęlibet definite ſciatur eſſe ad aliquid, illa quoq; res ad quam dicitur, definite ſcitur, ſubſtantię ſegregantur. Subijciendum tamen eſt illud quoq;, ꝙ omnino uerum eſt, in definitionibus, rem ipſam, quæ definitur, ſumi non oportere. Multa.n. ſunt q̄ aliter ꝓferuntur & definiuntur, & aliter proferuntur & definiūtur, & aliter accipiuntur. ut ſiquis dicat album eſſe colorem nigro contrarium, poteſt hoc, & in corpore accipi. nanque, & color album dicitur, & corpus quod albo participat, album nominatur. Quocirca ne quis putet tale album eſſe definitum, quod ad participationē albi, & corporis referatur, ita dicēdū eſt, albū eſt, qđ cum in aliquib. eſt, tū eſt color nigro contrarius. Atque ita rem ipſam in ſua definitione non ſumimus, quod.ſ. Ariſt. i. rem ipſam q̄ definitur, in definitione ſumi non oportere, inter uerisſimilia topicorum poſuit argumenta. Nunc aūt poſt relatiuorum diſputationē ad maiorē nos de his rebus tractatum ſtudioſus doctor hortat̄ dicens.

*Fortaſſe difficile eſt de huiuſmodi rebus confidenter declarare, niſi ſæpe pertractata ſint. dubitaſſe autem de his ſingulis non erit inutile.*

59 Quod.ſ. nunq̄ diceret, niſi nos ad maiorem acuminis exercitationem conſiderationem reuocaret. Quod, qm̄ eius eſt adhortatio, nos quoq; in alijs de his rebus, dubitationes ſolutionesque ponere minime grauabimur.

## ANITII MANLII SEVERINI

### Boethi commentariorum in prædicamenta Ariſtotelis

### LIBER TERTIVS.

CONSVETA in principio qō eſt, cur poſt relationis prędicamentum, diſputationem qualitatis aggreſſus eſt, quod nimis curioſum eſt. mirabile.n. fuerat, cur poſt q̄titatis ordinem non ſtatim de qualitate cæpiſſet, ſed qm̄ q̄titati q̄dam relationis admiſcuit & diſputationem de relatione continuauit, idcirco non eſt mirabile, poſt expeditam relationis interpoſitionem, ad qualitatis ordinem eum reuertiſſe. Quanquā etiam ex hoc

quoque

quoq; recta ſit ſeries, nã poſt magnum paruumq; ſtatim proportio, & q̃dã ad aliud cõparatio conſequitur, vt ſit aut maius vel minus, aut æquale vel inæquale, quæ ſunt ad aliquid poſt hæc aũt innaſci qualiaq; neceſſe eſt paſſiones, q̃ a qualitatis natura non diſcrepant, vt album, vel nigrũ, vel calidũ, vel frigidũ, vel q̃cunq; his ſunt cõſimilia, quę p̃dicatio qualitatis includit. Eſt vero titulus huius propoſiti de quali & de qualitate. Quæritur.n. cur ei non aut de quali dixiſſe, aut de qualitate ſuffecerit. quod hoc modo ſoluitur. Dicimus.n. quale non vno mõ, qualitatẽ vero ſimpl'r. Quale.n. dicimus & ipſam qualitatẽ, & illã rẽ q̃ qualitate illa participat. vt, albedo quidẽ qualitas eſt, qui vero participat albedine, albus dicitur: ſed & albedinẽ ipſam cõiter quale dicimus. i. ipſam proprie qualitatem, & album dicimus quale: illud. ſ. qđ ſuperius comprehenſa qualitate participat. Ita ergo & ipſam qualitatem, & rem quę qualitate participat, qualia cõiter appellamus. qualitas vero ſimpl'r dicitur. Res .n. ipſa q̃ participari põt, ſola qualitas nominatur. Res vero quæ participat, qualitatis vocabulo non tenetur. vt albedo qualitas quidem eſt, albus vero qualitas non eſt. Differunt ergo hoc, qđ dicimus quale & qualitas, quod illud dupliciter, illa ſimpliciter appellatur. Quocirca, q̃q̃ quidam negent hunc titulum Ariſtotelis eſſe idemq; confirment poſteriore adiectione ſignatum: nos tamen dicimus, pp quandam nominum ſimilitudinem demonſtrandam, vtrunq; poſuiſſe, vt nihil diſtare uideatur, utrum quale an qualitas, id quod oppoſitum eſt prędicamentum dicatur, quale.n. ipſam aliquoties rem (vt diximus) qualitatemq; ſignificat. Sit ergo ex rebus ſumpta definitio qualitatis. Quòd vero inquam definitionem, quodque ſuperius in alijs quoque prędicamentis, eodẽ ſumus vſi vocabulo, nullus arbitretur generalem me definitionẽ voluiſſe ſignare, ſed definitionis nomẽ, in rem deſcriptionis accipiat. In his.n. quę generaliſſima genera ſunt, definitio quęri non debet, ſed deſcriptio quędam naturę: non .n. poteſt inueniri definitio eius rei, quæ genus ipſa ſit, & quæ genus nullum habeat. Quocirca his propoſitis, atq; antea conſtitutis, incipiendum eſt de qualitate.

## DE QVALITATE.

*QVALITATEM autem dico ſecundum quam quales quidam dicuntur.*

60 Hic quęritur cur olim in diſceptatione doctiſſimus tam culpabili qualitatẽ termino definitionis incluſerit. Volentibus .n. nobis quid ſit qualitas ſcire, ita reſpondet. Qualitas eſt ſm quam quales quidam dñr. Nihil.n. minus erit obſcurius atq; ignorabilius, quod aĩt, ſm quam quales dñr, quam ſit ipſa ſola qualitate dixiſſet. Nam ſi illi ſunt quales, qui qualitatem habent, vt ſciantur quales, prius qualitas cognoſcenda eſt. Amplius quoq; nihil differt dixiſſe eam qualitatẽ ſm quam quales quidam dicuntur, quam ſi diceret eam eſſe qualitatem quæ qualitas ſit. Nam ſic qualitatę definire volens ait. Secundum quam quales quidam ſunt. Rurſus ſiquis quales aliquos definire voluerit, eodem modo dicere poterit, qui in ſe retinent aliquam qualitatem. quod ſi qualitas q̃dem quid ſit per quale. quid autẽ ſit quale ſuperiore qualitate monſtratur: nihil intererit dicere qualitatem eſſe qualitatem, quam qualitatem eſſe, ſecundum quam quales dicũtur. Sed ſi ordinata definitio generalis & in hoc generaliſſimo genere poni potuiſſet. recte culpabilis determinatio videretur. Nunc autem fruſtra contenditur: cum iam (vt ſępe dictum eſt) deſcriptionis potius loco hunc terminum, quam alicuius definitionis addiderit, Quocirca ſi deſignatio tm̃ quędam, & quodammodo adumbratio rei eius de qua quæritur, & non definitio eſt, abſurda calumnia eſt rebus notioribus res ignotiores probantem, non ante perſpecta deſcriptionis ratione, culpare. Illud autem quis dubitet notiores eſſe eos qui quales ſunt, illa ipſa ex qua quales dicũtur qualitate, vt quilibet albus notior eſt ipſa albedine. Nam ſi albedo qualitas eſt, albus vero ab albedine .ſ. a qualitate denominatus eſt, albus erit qualis nominatus ab albedine qualitate. Quòd ſi, ut dictum eſt, notior albus eſt albedine, qualis notior erit qualitate. ſicut grãmaticus quoq; notior eſt grammatica, grãmaticus quoq; qualis eſt denominatus. ſ. a grãmatica qualitate. Oĩa.n. q̃ ſenſib. ſubiecta ſunt, notiora ſunt nobis, q̃ ea quę ſenſibus nõ tenẽtur. Quare nihil impedit deſcribentẽ, & quodãmõ naturam rei eius de qua quęritur deſignantem, res ignotiores notioribus approbare.

*Eſt aũt qualitas eorũ quæ multipliciter dicuntur, & vna quidem ſpẽs qualitatis habitus & diſpoſitio dicitur. Differt ãt habitus a diſpoſitione, qđ permanẽtior & diuturnior eſt. Tales ãt ſunt ſciẽtiæ, & virtutes. ſciẽtia.n. videtur eſſe permanẽtiũ & eorũ quæ difficile moueãtur, ſiquis vel mediocriter ſumat ſciẽtiã niſi forte grãdis permutatio facta ſit, vel ab ægritudine vel ab aliquo hmõi. Similiter autẽ & virtus, vt iuſtitia, & tẽperãtia, & ſingula taliũ nõ uidẽtur poſſe facile amoueri, neq. facile permutari. Affectiones vero dicũtur quæ sũt facile mobiles, et cito permutabiles, vt calor & frigiditas, ſanitas & ægritudo, & alia hmõi. Afficitur.n. circa eas hõ quodãmodo, citoq́. permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinẽ trãſit. Similiter autẽ in aliis, niſi forte in his quoque contingat pp temporis longitudinem in naturam cuiuſque transferri, ut inſanibilis, vel difficile mobilis exiſtat affectus, quẽ iã q̃libet habitudinẽ uocet.*

61 Proponit qualitatẽ multipliciter dici, quę res traxit aliquos in errorẽ, ut eis ſuſcipio naſceretur Ariſtotelẽ credere qualitatẽ æquiuoce noĩari. Nam ſi oĩs ęquiuocatio multipliciter dicitur, qualitas aũt ſm Ariſtotelẽ ipſa quoq; multipliciter appellatur, ſm Ariſtotelẽ nomẽ qualitatis ęquiuocum eſt. Nos vero defendimus multipliciter dici, eſſe non vna tm̃ ſignificatione nominari. Dicit.n. aliquid multipliciter dici cũ & ęquoce dicit, & diuerſo mõ de ſuis ſpẽb. multipliciter p̃dicatur. Et cõis eſt multiplex appellatio ẽt ĩ his noibus q̃ vel uti genera de ſpeciebus dicuntur, uel vt æquiuoca de ſubiectis. Nanq; & animal multipliciter dicit. Nam ſi multæ ſint ſpecies, q̃ animali ſubiectæ ſunt, ipſum quoq; multipliciter quodãmõ noĩatur. Iſtam autẽ multiplicationem, nõ ad ęquiuocationem retuliſſe Ariſtotelẽ, ſed potius ut qualitatem genus eſſe proponeret, illa res mõſtrat, quod ait: & una q̃dem ſpecies qualitatis habitus affectio dicitur. Nam q̃ ſpeciem dicit eſſe qualitatis habitũ & affectionem, quis eũ dubitet ipſam qualitatem uim obtinere generis arbitrari? Cur vero dicit unã ſpẽm eſſe qualitatis, cum geminas propoſuerit habitudinem. ſ. & affectionem, quęritur. Nã ſi unum idemq; ſit habitus & affectio, ſuperflua eſt eiuſdem rei repetita propoſitio, ſin uero differant, quare differãt inueſtigandum eſt. Genere.n. ne diſtent, illa res præuenit, qđ utraque ſub qualitate conſtituit. Reſtat ergo ut aut ſpecie diſcrepent, aut numero. ſed ſi ſpecie diſcreparent, non ab Ariſtotele pro una ſpecie põnerentur. Reliquum eſt igitur ea neque genere, neque ſpecie differre, ſed numero. Habitus nãq; & diſpoſitio idem eſt ſm ſpeciem, ſed numero tm̃ & propria quadam qualitate diſſentiunt diſpoſitionem vero indiſcrete idem quod affectionem uoco. Nã ſicut Socrates à Platone nihil quidem ſm ipſam humanitatis ſpeciem diſcrepat, ſola tñ propriæ perſonæ qualitate diſiuncti ſunt: ita quoq; diſpoſitio atq; habitus. nec potius hoc modo diſtãt, ſed quemadmodum ipſe Socrates dum eſſet paruulus, poſt vero pubeſcens à ſeipſo diſtabat. Eodem quoq; modo habitus & diſpoſitio: nanque habitus firma eſt diſpoſitio, affectio infirmus eſt habitus, vt quemadmodum diſtat albus color ab albo colore, ſi in pictura hic quidem permaneat, ille vero ſtatim periturus ſit, niſi quod is qui permanentior eſt, in habitu eſt, ille vero qui facile periturus eſt, in affectione: ita nihil aliud intereſt inter habitum atq; diſpoſitionem.

nē.Nam quãuis ꝑmanentior ſit habitus;facile vero mobilis diſpoſitio,nō niſi tm̄ diuturnitate differūt ꝑmanēdi. Vn̄.ſit vt genere & ſpē habitus a diſpoſitione nō diſcrepet. Quocirca recte q̄ numero ſolo diſtabant, nō ſpē; ſub vnius ſpēi nūcupatione vtraq; ſunt ab Ariſtotele propoſita.ſed eſt horū propria differētia ꝙ Habitus,diutiſſime permanentes diſpoſitiones ſunt . Diſpoſitio aūt facile mobilis habitus. ſed ſi horum exēpla q̄ramus, hęc poterūt inueniri.Habitudines ſunt vt artes , diſciplinę, uirtutes.Nā ars nō facile mobilis videtur, & diutiſſime ꝑmanet.Hoc.n.ars ipſa meditatur,vt vſu atq; exercitatione nō pereat, Quis.n.eſt,q ſciens recto grammaticā,nulla vi interueniēte ualidioris paſſionis,amiſit?Fertur.n.q dam ſumus orator ægritudine febribusq; decoctus,oēm literā amiſiſſe doctrinā,in alijs vero reb.ſanus ac ſibi conſtans, & in omni re uegetus permanſiſſe.Diſciplina quoq; ēt ipſa eſt in permutatione difficilis.Quis.n.ſciēs triangulum duob. directis angulis , tres interiores ſimiles habere angulos,hanc ſcientiam præter uim(vt dictum eſt) fortioris paſſionis, amiſit? Virtutes quoq; in eodem genere ponendæ ſunt.Virtus.n.niſi difficile mutabilis,non eſt:neq; .n.qui ſemel iuſte iudicat, iuſtus eſt.neq; q ſemel adulteriū facit,eſt adulter. ſed cum illa voluntas cogitatioq; permanſerit.Ariſtoteles.n.uirtutes nō putat ſcientias, ut Socrates, ſed habitus in ethicis ſuis eſſe declarat.Quocirca conſtat eſſe habitus ſtabiliter permanentes, difficillimeq; mutabiles, hoc tm̄ excepto,vt oō eas vis aliqua maior alicuius permutationis impellat & deſtruat. Affectionis vero ſpēs ſunt, vt calefactio atq; perfrictio , & ægritudo atq; ſanitas, cum ad eas quodāmodo ſit hō diſpoſitus atq; affectus,nō tn̄ immutabiliter aut caloris qualitatē habeat aut frigoris,ſicut nec perpetuo ſanitatis,aut perpetuo ægritudinis.Quin ēt ſiqua ſunt,quæ per longi tpis ægritudinē corporibus immutabiliter indurantur, vt eam iam in naturam quodammodo corporis cuiusq transferint, vt ſiquis percuſſas cicatricē faciat inſanabilem , illi ex diſpoſitione & affectione quidā factus eſt habitus. Quocirca recte dictum eſt diſpoſitiones inueteratas habitus facere . Nam cum quęlibet diſpoſitio permanens & difficile mobilis facta ſit, illa iam nō diſpoſitio aut affectio,ſed habitus vocandus eſt.

*Manifeſtū eſt āt quoniā hæc volunt habitudines noīari, quæ ſunt diuturniora,& difficile mobilia . Nanque in diſciplinis non multum retinentes, ſed facile mobiles, nō dicuntur habitum habere,quamuis ſint ad diſciplinas peius vel melius diſpoſiti . Quare differt habitus a diſpoſitione, quòd hoc quidem facile mobile eſt,illud vero diuturnius,& difficile mobile.*

62 Habitus eſſe qualitates difficile mobiles & diuturniſſime ꝑmanētes hoc argumento cōfirmat,ꝙ eos quib. quælibet ſcīa tradit, ſi ab eis nō fortiter addiſcaī,eius rei quā diſcunt,habitū retinere nō dicimus.Qui.n.literas diſcēs non dū ſoluto curſu ſermonis, ſed ſyllabatim quodāmō atq; interciſe ꝑ imperitiā legerit , eū q dē diſpoſitū eſſe atq; affectū dicimus ad ſciam literarū, nō tn̄ adhuc vllū habitū retinere. Quare idē quoq; eſt in alijs reb. Oēs.n.q cunq; ad aliquā rē diſpoſiti,eius rei qua ſunt aliquo mō affcēti,nō diuturnā in ſe receptionē hn̄t,eos ad illā rē diſpoſitos q dē eſſe arbitramur,habitum vero habere nō dicimus.Recte igiī habitus diuturnior & permanentior, diſpoſitio vero facile mobilis,neq; perdurabilis ab Ariſtotele proponitur.

*Sunt autem habitus etiam diſpoſitiones, diſpoſitiones vero non neceſſe eſt habitus eſſe,qui.n. retinent habitus & quodammodo diſpoſiti ſunt per eos, qui autem diſpoſiti ſunt non omnino retinent habitum.*

63 Senſus quidem talis eſt ꝙ oīs q cunq; habeat habitū,habet quoq; in eodem habitu diſpoſitionem. Si quis vero habeat diſpoſitionem, nō ſit eū neceſſe etiā habitū retinere. Habitus ab habendo dictus eſt idcirco, ꝙ ab aliquo immutabiliter uel difficile immutabiliter habeatur.vt glauci oculi , vel aduncæ nares , vel alicuius artis ſcīa atq; doctrinā . quæ ſi q s hēat , ēt diſpoſitus ad ea eē dicit.Si q s autē diſpoſitus ad aliquam rē ſit,nō eum neceſſe eſt ēt habitum habere. ut ſi q s negligentius opertus algore quatiaī, diſpoſitus q dem tunc ad frigus eſt,nō tn̄ eius retinet habitum. Videī aūt eandē ſimilitudinē ſeruare quam genus.Nam genus amplius ꝑdicatur , & vbicunq; ſpēs ſit,mox quoq; nomen generis ꝑſto ē.Vbi aūt ſit genus, nō neceſſario ſpeciei vocabulum cōſequitur. ut ſi q s eſt homo,eum aīal eſſe neceſſe eſt: ſiq s eſt aīal,nō ſtatim hō dicitur.Quocirca cum q cquid eſt habitus,diſpoſitio ſit.q cquid diſpoſitio,non omnino ſit habitus:videī genus eſſe quoddam habitus diſpoſitio. Sed illud uerius,ubi intenſio eſt atq; remiſſio, genus intenſionis, remiſſionem eſſe nō poſſe. Nam ſicut in eo qđ eſt album & magis album, magis albi genus album eſſe nō pōt.idem nāque eſt album & magis album, niſi forte ꝙ ſola diſcrepant intenſione,ꝙ magis album quadā quaſi intenſione augmentoq; creſcit, atq; porrigitur ſic ēt habitus atq; diſpoſitio cū idem ſint, vtraq; ſola differunt intenſione, ꝙ auctior quodammodo,& incremento quodam permanentior firmiorq; eſt habitus diſpoſitione . Quocirca diſpoſitio, habitus genus nō eſt,eodem quoq; mō nec diſpoſitionis ſpecies,habitus.Sed nuoc quidam ita eſt habitus, ut non per diſpoſitionem creuerit , neq; per aliquā nōdum durabilem qualitatē ad perfectum venerit ſtatū . vt eſt naſi curuitas, uel cæſitas oculorum, ſi ſubita facta ſit.Hęc.n.ab ipſo habitu nulla præcedente diſpoſitione cæperunt. forte.n.nunquam ad ea diſpoſitus fuit aliquis qui adhuc habitum nō haberet.Alij vero habitus intenſione fiunt atq; inueteratione diſpoſitionis,ut ea quæ in artibus doctrinisq; verſantur. Prius.n.quis ad ea diſpoſitus eſt,poſt vero habitum capit . Alia vero nō intenſione,ſed quadam permutatione ad habitum ueniunt, vt lac quod ex liquido defigitur, & conſtipatur in caſeum, & uinum quod ex dulci atq; ſuaui in acidum guſtum ſaporemq; cōuertitur. ueq;.n.plus tunc uinum eſt quam fuit ante cum eſſet ſuaue,ſed cum quadam permutatione in aliam qualitatem habitudinemq; tranſgreſſum eſt. Ac de prima q dem qualitatis ſpecie ſufficienter eſt dictum.

*Aliud vero genus qualitatis eſt,ſcdm quod pugillatores,vel curſores,vel ſalubres, vel inſalubres dicimus: & ſimpliciter quæcunq. ſcdm potētiā naturalē uel impotentiā dicuntur. Nō.n.quoniā ſunt diſpoſiti aliquo mō unūquodq. hmōi dicitur,ſed quòd habent potētiā naturalem vel impotētiā,facere quiddā facile uel nihil pati,ut pugillatores vel curſores dicūtur, nō quòd ſint diſpoſiti aliquo mō,ſed quòd habeāt potētiā naturalē hoc facile faciēdi. Salubres āt dicuntur, eo quòd habeāt potētiā naturalē , vt nihil a qbuslibet accidētib. facile patiātur,inſalubres uero eo quòd habeāt impotētiā naturalē nō facile patiēdi. Similiter autem his & molle & durum ſe habent : durum.n.dicitur, quia habeat potentiam non facile ſecari. molle vero quòd habeat eiuſdem ipſius impotentiam.*

64 Secūdam uero ſpēm qualitatis eſſe cōmemorat , quę ex quadam naturali potentia impotentiaq; proueniat, hoc autem hmōi eſt.ut cum aliquos validi corporis intuemur nondum pugiles,neq; huius peritia artis imbutos,ſed ſic eos pugillatores dicimus:non in eo quòd iam ſint pugiles, ſed eo quòd eſſe poſſint.Et ſi quorum leue corpus aſpicimus ſuraſque non magnas,eos facile moueri , curſuq; ueloces exiſtimamus, q̄q̄ nondum ad curſus certamen aſpirent , nec ſint curſores;eos tamen curſores ſecundum potentiam nominamus,non ꝙ iam currant , ſed ꝙ poſſint currere, non abſurde vocabimus. Eodem quoque modo vocamus ſalubres vel inſalubres,quos valenti corpore vel fragiliore , uel ad ſanitatem aptos , vel ad ægritudinem credimus . Vnde ſit , vt quoſdam ægrotos poſſimus ſalubres uocare,quoſdam uero ſanos,inſalubres dicere, non.o.quòd iam actu uel ſani, uel ęgroti ſint,ſalubres,uel inſalubres dūr, ſed ꝙ vel ſani diu-

tius

tius eſſe poſſint, vel ægroti. Sed qđ eſt cur:cum de qualitatis ſpēbus propoſitū ſit, ſm genus dixerit qualitatis, & non ſpēm. ita.n.ait, Aliud vero genus qualitatis eſt ſm quod pugillatores, vel curſores, & ſalubres, vel īſalubres dicimus. Sed qui hoc quęrunt, ignorare videntur illud eſſe ſolū genus, quod ſuper ſe aliud genus non habeat. Illud uero ſolū ſpeciem, quod ſub ſe nullas ſpecies claudat. illa uero quę īter genera generaliſſima ſpeciesq; ſpecialiſſimas ſunt, cōi poſſe generis, & ſpeciei nomine nuncupari. Quocirca, qm̄ de ea ſpecie qualitatis Ariſtoteles tractat, q̄ nōdum ſit ſpēs ſpecialiſſima, ſed magis generis prima ſpecies, & hmōi ſpecies quæ poſſit eſſe & genus: nihil abſurdum eſt eandem, & ſpeciei, & generis loco ponere. Sed vt ſunt quędam qualitates, a quibus denominatiue quædam facta, quęlibet illa res dicitur. vt ab albedine album, & a luxuria luxurioſum, & quicquid hmōi eſt. in his quę ſm potentiam naturalē nō ita eſt. Ars.n. ipſa pugillatoria non eſt propoſita, a qua pugillatores dicamus. Pugillatores.n. non dñr ab eo quod uſum pugillatoriæ partis exerceant, ſed ab eo quod ad eam ſm potentiam naturalem affecti ſunt. Quocirca quos dicimus pugillatores, a pugillatoria dicti non ſunt, neq; ab ea denominari poſſunt, ſed magis a pugillatoria arte pugiles appellātur. Eſt.n. pugillis qui pugillatoria arte utitur, atq; hoc idem in cæteris licet videre. In his ergo nulla certa qualitas eſt a qua cætera nominentur. ſed ſi qua tamen inuenienda atq; exprimenda ſit, talis eſt, qualem ipſe Ariſtoteles hoc modo enunciat, quæ ſit ſecundum potētiam aliquid faciendi, uel impotentiam aliquid patiendi. Pugillatores.n. & curſores idcirco dicimus, ꝙ habeant potentiam faciendi.i. currere, atq; eſſe pugiles. Salubres uero denominamus, ꝙ & ipſi habeant aliquam quodammodo impotentiam aliquid patiendi. Qui.n. minus ab extrinſecus accidentibus patitur, hic de ſanitate ſecurus eſt, & qui de ſanitate ſecurus eſt, illum ſalubrem eſſe re uera poſſumus prædicare. Alia uero eſt qualitas quæ ſecundum nihil patiendi impotentiam dicitur. ut eos quos inſalubres vocamus. hi.n. impotentiam habent nihil patiendi, idcirco ꝙ habeant potentiam aliquid cito patiendi, ꝙ ſiquis eſt qui ab extrinſecus accidentibus aliquid facile patiatur, ille potens eſt faciliime ægritudini ſubiacere ſm quam potētiam inſalubres dicimus, ēt ſi ſint ſani. Eodē quoq; modo durum dicitur & molle. Durum.n. eſt, quod habet potentiam nō citius ſecari. quod.n. durum eſt, difficillime aliqua ſectione diuiditur. Molle autē, quod habet impotentiam difficilius ſecari, quod qm̄ molle ſecatur facile, ſm impotētiā difficilius ſecari molle dicimus. Et hęc eſt ſecunda ſpecies qualitatis, nunc tranſeamus ad tertiam.

*Tertia uero ſpecies qualitatis eſt paſſibiles qualitates & paſſiones, ſunt autem huiuſmodi, ut dulcedo, amaritudo, auſteritas, & omnia his cognata. Amplius & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Et quoniā hæ qualitates ſunt, manifeſtum eſt. quæcūque.n. iſta ſuſceperint, qualia dicuntur ſecundum ea, ut mel, quoniam dulcedinem ſuſcepit, dulce dicitur, & corpus album, eo quod albedinem ſuſcepit. Similiter autem ſeſe habent & in cæteris.*

65 Tertiū genus qualitatis proponit, qđ nos in partē qualitatis ſpēmq; cōuertimus, paſſibiles qualitates & paſſiones. Hęc autem a ſe plurimum diſtant, tñ cum utraq; qualitates ſint, utraq; prius docet, poſt uero quæ eorum diſtantia eſſe uideatur ediſſerit, & prius eorum conuenientia proponit exempla. Nam quid ſint paſſibiles qualitates docens ait, ut dulcedo, & amaritudo: calor, & frigus: nigredo, & albedo, & alia his cognata: hęc quæ ſuperius comprehēſa ſunt, qualitates eſſe illa ratione confirmat, quam in primordio de qualitatis diſputatione, ipſius qualitatis eſſe reddiderat. Definitionem enim qualitatis eſſe prædixerat, ſecundum quā quales vocamur. Quod ſi ſm qualitates, quales uocamur, ab amaritudine vero, vel à dulcedine, amarū, vel dulce dicitur a nigredine atq; albedine nigrum atq; album, quis dubitet has eſſe qualitatis in qbus qualitatis cōuenit definitio? Illi .n. ſemp eiuſdē naturę eſſe credunt, quęcunq; eiuſdē deſcriptionis finib. terminant, ut ſi qua res definitionē hanc, quę eſt aīal rōnale mortale ſuſceperit, ea hoīem eſſe manifeſtū eſt. Quocirca ſi hę, quas paſſibiles qualitates vel paſſiones dixerat, ſuſcipiūt qualitatis definitionē, eo ꝙ qualia dicuntur quę illa ſuſceperint, has etiam conſtat eſſe qualitates.

*Paſſibiles vero qualitates dicuntur non quod hæc quæ illas ſuſceperint qualitates, aliqd patiātur. neque .n. mel quod aliquid paſſum ſit, idcirco dicitur dulce, nec aliquid aliud huiuſmodi: Similiter autem his, & calor, & frigus paſſibiles qualitates dicuntur, non quod ipſa quæ eas ſuſcipiunt, aliquid paſſa ſint, ſed quoniam ſingula eorū quæ dicta ſunt, ſecundū ſenſum qualitatem paſſionis perfectiua ſunt, paſſibiles qualitates dicuntur: dulcedo.n. quandam paſſionem ſecundum guſtum efficit, & calor ſecundum tactum, ſimiliter autem & alia.*

66 Paſſibiliū qualitatū exēpla cōſtituerat dulcedinē, & amaritudinē, frigus atq; calorē, albedinē atq; nigredinem: q̄ cū paſſibiles qualitates ſint, nō tñ vno eodemq; mō paſſibiles qualitates dicūtur, ſed lōge diſtant rōnes, qbus hęc omnia qualitates paſſibiles appellantur, vt prius dulcedo & amaritudo, calor & frigus paſſibiles qualitates dicuntur: non ꝙ ea q̄ ſunt dulcia aliqd extrinſecus patiantur, nec ꝙ ea quę ſunt amara, ex aliqua paſſione ſaporē aſperi amaritudinem que ſuſceperint. Neq;.n. mel aliqd paſſum eſt, ut ei dulcedo eſſet ī natura nec uero abſinthiū ab vlla aliqua extrinſecus paſſione amaritudinis horror infecit. Quocirca hęc atq; his ſimilia nō idcirco dñr eſſe paſſibiles qualitates, ꝙ ipſę aliquid paſſę ſint, ſed ꝙ ex his paſſiones quędam in ſenſibus dimittantur. Nanq; ex melle ꝙ dulce eſt, dulcedo quædam in guſtu relinquitur. ſimulq; ēt calor & frigus paſſionē quādam ſenſibus faciūt. Patimur dulcedinē, cum aliquid dulce guſtamus, ſimulq; ſm caloris & frigoris qualitatem talium ſenſuum paſſionem ſubimus. Quocirca calor & frigus amaritudo atq; dulcedo, idcirco paſſibiles qualitates dicuntur; ꝙ ſm ſenſuum qualitatem, aliquam in nobis efficiant paſſionem, non quòd ipſa extrinſecus aliquid patiantur.

*Albedo aūt & nigredo, & alii colores nō ſimiliter his quæ dicta ſunt, paſſibiles qualitates dicuntur: ſed hoc, qđ hæ ipſæ qualitates ab aliquibus paſſionibus innaſcuntur.*

67 Qm̄ vero paſſibiles qualitates ſit colores eſſe dicuntur .i. albedo & nigredo. Nō aūt eodē mō paſſibiles qualitates dicuntur, quemadmodū amaritudo atq; dulcedo, calor, & frigus: nunc q̄ eorum diſtantię eſſe poſſint exponit. Amaritudo.n. atq; dulcedo nō ꝙ ipſa aliquid extrinſecus paterentur, ſed ꝙ ipſę efficerēt paſſiones, paſſibiles qualitates uocabantur, albedo uero & nigredo cōtrarie. Non.n. ꝙ ipſæ aliquas ſenſib. paſſiones importēt, ſed ꝙ ex alijs quibuſdā paſſionib. innaſcant. Hoc āt uidetur Ariſtoteles ex eo quodam modo conſideraſſe, ꝙ poſt ipſe propoſuit hoc modo.

*Quoniā ergo fiunt per aliquā paſſionē multæ colorum mutationes manifeſtū eſt, erubeſcēs.n. aliquis rubeus factus eſt. & timens, pallidus, & unumquodque talium.*

68 Hoc aūt ex nō lōgi tpis paſſionib. ad paſſibiles qualitates & diutiſſime permanētes acutiſſima conſideratione trāſfertur, fit.n rōnis ꝓbabilitas hoc mō. Mōſtrātur.n. colorum qualitates ex paſſionib. naſci. ꝙ cū uerecundia paſſio quædā ſit, ex ea rubor exoritur. Et cum timor loco paſſionis habeatur, ab eo pallor metuētis uultū atq; ora defigit. Quare, qm̄ hi colores ex quadā paſſione uidentur innaſci: ēt in naturali colore eadē uериſimile eſt eueniſſe. Nam ut cum uerecundia fit: in os omnis ſanguis egreditur, & uelut delictum recturus effunditur, ita quoque fit rubor ex ſanguinis progreſſione, atque in apertum effuſione. Quocirca ſi hoc ex natura in paſſione contigerit, naturali facies rubore perfunditur. Pallor uero fit quoties a facie ſanguis ad

ꝑcordiorũ interiora ingreditur. Qđ ſi hæc quoq; naturalis paſſio det, veriſimile eſt eodẽ infectũ colore ꝓcreari. Quocirca ſiue per ægritudinẽ pallor fit, qđ naturale nõ eſt. ſiue ꝑ aliquẽ naturalẽ euentũ paſſionis accidat, cęteraq; ad eundẽ modũ: paſſibiles qualitates dñr, eo ꝙ ex aliquib. paſſionibus ſint, quod ipſæ Ariſt. hac uoce teſtatur.

*Quare & ſiquis naturaliter aliqđ taliũ paſſus eſt, ſimilem colorem oportet eũ habere. Quę.n. affectio nũc ad uerecũdiã circa corpus facta eſt, & ſecundũ naturalem paſſionem fiet affectio. ut naturalis color ſit ſimilis.*

69. Nã ſiue aliquis, vel nondũ natus, aliquid patiatur quo faciẽ ſanguis relinquat, ſiue quolibet alio mõ ſanguis ex infantis vultu ad interiora migrauit, faciemq; naturalis infecit pallor, & q̃ nunc non naturales paſſiones diſpoſitioneſque ſunt, ut cũ hi colores faciem, vel totũ corpus inficiunt: hæ ſi naturaliter contigerint eiſdẽ, ſimilib. ſignatus coloribus vultus aſpicietur. Nũc.n. cum ęſtus in ſuperficie vultus ſanguinem impoſitum decoxerit, nigredinis peruſti ſanguinis rubor reddit colorẽ. Qđ ſi idẽ aliqua paſſione in faciẽ nõdũ geniti infantis acciderit: eandẽ ueriſimile eſt affectionẽ coloris corpus ſuſcipiẽtis inficere. Quare quæ in coloribus ſunt, iccirco paſſibiles qualitates dñr, non qđ ipſę aliqđ patiant, ſed qđ ex aliquibus paſſionib. in cuiuslibet corpus atque ora proueniunt.

*Quęcunque ergo talium caſuum ab aliquib. paſſionib. difficile mobilib. & permanentibus principium ſumpſerint, paſſibiles qualitates dicuntur: ſiue enim ſecundũ naturalem ſubſtantiam pallor aut nigredo facta eſt qualitates dicuntur. Quales enim et ſecundũ eas dicimur, ſiue ꝓpter ægritudinem longã, vel æſtũ aliquid tale contingit, nigredo uel pallor, & non facile præterit, vel in vita permanet, qualitates & iſtæ dicuntur. Similiter .n. quales & ſecundum eas dicimur.*

70. Dat quoddã ſignum, quo perſpecto valeamus agnoſcere, quas harum omniũ quæ ſupra dicta ſunt, qualitates oporteat appellari. Si.n. ita uel caſu aliquo, vel natura hę qualitates euenerint, ut eorum ſit tardus exitus permutatioq; difficilis, qualitates uocãtur. ſiquis enim uel per ęgritudinem, uel per naturam pallidus fiat, ſitque in eius corpore permanens pallor, tunc qualitas appellatur, & hoc non in corporalibus ſolum. vitiis, ſed etiam in animi quoque affectionibus inuenitur. Siquis enim vel per natura, uel quolibet alio poſtea caſu aſſiduis comeſſationibus delectetur, & hoc ibi quodammodo in ipſa mentis diſſolutione permaneat, ad eoque difficile moueatur, paſſibilis qualitas effecta eſt iccirco, quod ſecundum eam quales dicuntur, quibus illa prouenerit. Niger enim dicitur in quo nigredo permanſerit. Comeſſator, cui uoluptas perpetua comeſſandi eſt. Eſt ergo ſignum in paſſibilibus qualitatibus hoc, eas eſſe immobiles & permanentes. Quę autem huiuſmodi ſunt quę facillime permutantur, & temporali ſtatu ſunt, de his talis Ariſtotelis uidetur eſſe ſententia.

*Quęcunq; uero ex his fiunt quæ facile ſoluũtur, et cito tranſeunt, paſsiones dicuntur qualitates uero minime, nõ enim dicimur ſecũdum eas quales: neque enim qui ꝓpter uerecundiam rubeus factus eſt, rubeus dicitur, nec cui pallor ꝓpter timorem uenit pallidus eſt ſed magis qa aliquid paſſus ſit. Quare paſsiones huiuſmodi dicuntur, qualitates uero minime. Similiter his & ſecũdum animã paſſiones & paſsibiles qualitates dicuntur. Quæcunq enim mox innaſcendo ab aliquib. paſsionibus difficile mobilib. fiunt, qualitates dicuntur, ut & dementia, iracundia, & alia huiuſmodi quales.n. ſecundum eas dicimus, & iracundi, & dementes. Similiter aũt & quęcunq; aliæ alienationes non naturales, ſed ab aliquibus caſib. facta sũt, diffiſcile prętereuntes vel etiam omnino immobiles, & huiuſmodi alia qualitates ſunt: quales .n. & ſecundũ eas dicimus. Quęcũq vero ex his q̃ facile & citius ꝓtereũt fiũt, paſsiones dicũtur, ut ſiquis contriſtatus iratus ſit, non enim iracũdus dicitur, qui in huiuſmodi paſsione iracũdior eſt, ſed magis aliquid paſſus. Quare paſsiones qdẽ huiuſmodi dicuntur qualitates uero minime.*

71. Quid de his affectionibus indicaret, quę ad præſens tẽpus atq; ad momẽtũ animis vel corporib. inhærerẽt, ipſæ nõ obſcura oratione vulgauit. Nam cum prius eas eſſe paſſibiles qualitates pronuntiaret, quæ ex aliquib. paſſionib. gignerẽtur, & tamẽ in ſubiectis immutabiliter ꝑmanerent: nunc illas affectiones q̃ ita ſunt in ſubiectis vt cito ꝑtereãt, nõ qualitates, ſed paſſiones uocat. Si quis.n. propter verecundiã rubore infectus eſt, qm̃ rubor ille nõ ꝑmanet, rubeus nõ vocatur. q ſi rubeus diceretur, eſſet quoq; ipſe rubor paſſibilis qualitas, qm̃ in ſubiecto corpore diutiſſime ꝑmaneret. Nũc ãt, qm̃ nullo mõ rubeus dicit̃, cui a verecũdia rubor venit, qualitates ãt ſunt ſ̃m quas quales uocamur, verecundię rubor nõ qualitas, ſed q̃dã paſſio eſt: nã ſi eſſet qualitas, ab eo rubore rubei dicerentur, id eſt quales, ſed hoc non ita eſt. Nõ igitur huiuſmodi affectiones, quę haud multo durãt tẽpore, qualitates vocat̃, ſed potius paſſiones. Paſſus .n. aliqd dicit̃ q ꝓpter verecundiã rubeus fit. Eadẽ ratio eſt ẽt in animi paſſionibus. Nã ſi ad momẽtũ qs iratus eſt, nõ iccirco .n. iure aliquis iracundũ vocet, ſed ſi huiuſmodi vitiũ in cuiuſlibet aïo cõſtãter inhæſerit. Nã ſiqs uel ꝑ naturã uel ꝑ ęgritudinẽ ſit læſus corpore, ut vel ꝑpetuã demẽtiã, vel imobilẽ incurrat iracundiã, ille vel demens, vel iracundus dicit̃. Et quęcunq; alienationes (ut ipſe ait) uel ſ̃m naturã uel ꝑ caſum permanentes fuerint, illę in paſſibili qualitate numerantur, idcirco ꝙ ſ̃m eas quales dicimur. Quę aũt (vt dictũ eſt) non ꝑmanent, ſed facile tranſeunt, eas nõ qualitates, ſed ſolũ uocabimus paſſiones. Sed qm̃ tres ſpẽs qualitates enumerauit: unam, ſ̃m quam habitus diſpoſitioneſq; dicerẽtur. Alteram, ſ̃m quam naturalis potentia, vel impotentia, ad aliquid faciendũ vel patiendũ ſubiectarũ rerum naturas pararet: Tertiam, ſecundum quãm paſſibiles qualitates dicerentur, & hanc tali duplicitate partitus eſt ut alias iccirco diceret paſſibiles eſſe qualitates, quod ipſæ aliquas gignerent paſſiones, alias vero, quod ab aliquibus ipſæ paſſionibus naſcerentur. Quæri poteſt, quomodo hę quoque paſſibiles qualitates diſtent a prima illa ſpecie qualitatis, quę ſecundum habitum diſpoſitionemq; poſita eſt. Nam ſiquis calorem frigusque perſenſerit, habet quidem qualitatem paſſibilem, ſed tamen in eiuſdem ipſius diſpoſitione, atque affectione verſatur, diſpoſitus nanque eſt ad eundem calorem atque frigus, quem ſumpſit atque habuit, quod ſcilicet ipſe Ariſtoteles videns calore friguſque in vtraque ſpecie numerauit. nanque, & diſpoſitionem dixit calorem atque frigus, & paſſibilem qualitatem. Huius quęſtionis talis ſolutio eſt. Nihil impedit ſecundum aliam, ſcilicet atq; aliam cauſam, vnam eandemq; rem gemino generi ſpeciei ue ſupponere, vt Socra. in eo quod pater eſt, ad aliquid dicitur, in eo quod homo, ſubſtantia eſt: ſic in calore atque frigore, in eo quod quis ſecundum ea videtur eſſe diſpoſitus, in diſpoſitione numerata ſunt: ſecundum vero quod ex aliquibus paſſionibus innaſcuntur paſſibiles qualitates dictæ ſunt. Ipſę vero habitu diſtant, ideſt paſſibiles qualitates, quod in plurimis ad habitus rebus per artes atque ſcientias peruenitur, ita ut ipſe habitus ordine & filo quodam perficiatur, paſſibiles vero qualitates eõ modo minime. Quo uero diſtent hę paſſibiles qualitates a ſecũda ſpecie, quę ſecundum naturalem potentiam vel impotentiam dicitur, quęritur. cuius per plana diſtantia eſt. Dicimus enim ſecundum potentię naturalis ſpeciem aliquid dici, nõ ſecundum præſentem actum, ſed ſecundum id quod ad hoc eſſe poteſt, frigus uero calorq;, & dulcedo uel amaritudo non ſecundum quod poſſit eſſe, ſed ſecũdũ id quod iam fit,

conſideratur

conſideratur. Quocirca diſtat hęc tertia ſpecies a ſecunda, q̄ hic ſm poſſibilitatē dicitur, tertia vero ſm actum. Sed qđ dudum promiſcue paſſiones affectionum nomine uocabamus, hæc quoq; nō lōga qđ alia eſt. Sic .n. inueniemus quid paſſio ab affectionib. diſcrepare uideatur. Si qua .n. corpora ita calefacta ſint, ut ex ſe quoq; ipſa aliquem calorem emittere valeant illa ad calorem affecta nuncupantur. Si qua vero tm̄ calorem momento ſuſceperint, paſſiones dicimus, & ab affectionib. ſegregamus, vt hoc ſit integrum paſſionum affectionumq; ad habitus augmētum, vt amplificata paſſio in affectionē tranſeat argumentata affectio in habitum permutetur. & hęc quidem de tertia ſpecie qualitatis pronunciaſſe ſufficiat. Nunc quartę ſpeciei uim naturamq; veraciſſima diſputatione confirmat, vſq; quo progreſſa qualitatis diſtributio conquieſcit. Nobis quoq; diſputationem prolixitas moderanda eſt. Prouidendum quoq; eſt ut ſufficiens breuitas ordini expoſitionis adhibeatur, ne aut breuitatem comitetur obſcuritas, aut planitiem minus moderata oratio odioſo faſtidio & longinquitate deformet.

*Quartū vero genus qualitatis eſt figura, & circa vnū quodq. cōſtans forma. Amplius ad hac rectitudo & curuitas, & ſi quid ſimile eſt his. ſecundum .n. unumquodque eorum quale quid dicitur. triangulum .n. vel quadrangulum eſſe quale quid dicitur, & rectum aut curuum. Et ſecundum formam unumquodque quale dicitur.*

72 Quarta eſt ſpecies qualitatis quæ ſm vniquāq; formam figuramq; perſpicitur. Sit aūt figura, vt triangulum vel quadratum forma aūt ipſius figurę quædam qualitas eſt, ut figura q̄dem eſt triangulum uel quadratum, forma autem ipſius trianguli uel quadrati quędam qualitas, vnde & formoſos homines dicimus. Figura .n. quędam uel pulchrior vel mediocris, vel alio quodammodo cōſtituta, qualitas formaque nominatur. Has aūt eſſe qualitates nullus dubitat. Si q̄dē & a figura dicitur figuratus & a forma formoſus. Amplius quoq; triangulum ēt a triangulatione denominatum eſt, & quadratū a quadratura. Qđ ſi illę ſunt qualitates, ſm quas quale aliq̄d appelletur, non eſt q dubitet formam figuramque eſſe qualitates, qm̄ omnia quæ his participant ex ipſis qualia nominantur. Sed qm̄ in continuæ quantitatis ſpeciebus & triangulum, & ſuperficies enumerata eſt. ipſa q̄dem ſuperficies, quātitas eſt. ipſius vero ſuperficiei compoſitio, qualitas. Eſt n. figura (vt geometrici definiunt) quæ ſub aliquo, vel aliquib. terminis continet. Sub aliquo q̄dem, vt circulus: ſub aliquib. vero, vt triangulus vel quadratus. Quare ſpatium q̄dem ipſum, quod a ſupradictis lineis continet ſuperficies dicitur, q̄ eſt quantitas. Superficies nanq;, qm̄ in dilatatione quadā & ſpatio conſtat, quantitas eſt, ſed compoſitio ipſius ſuperficiei qualitas. Nā qm̄ tres lineæ cōuenientes in ſe iunctis terminis, vnū ſpatium cōcluſere, q trib. angulis & trib. lineis continet. hoc ipſum ſpatium qđ concluſum ad quātitatem referri pōt qđ vero trib. lineis, hoc eſt qualitas. figura .n. eſt triangula. hoc idem quoq; dici poteſt etiā in lineā. Nā qđ longitudo ſine latitudine eſt, quantitas dicitur. q recta ſiue curua eſt, reddit rurſus ad qualitatem.

*Rarum vero & ſpiſſum, aſperum & lene putabuntur quidem qualitatem ſignificare, ſed aliena huiuſmodi putātur eſſe a diſpoſitione quæ circa qualitatem eſt. Quandam .n. poſitionē magis videtur vtrarumque partium ſignificare. ſpiſſū quidē eſt eo quod partes ſibi ipſæ propinquæ ſint, rarum vero eo quod diſtēt a ſe inuicem: & lene quidē quòd in rectum ſibi partes iaceāt, aſperum vero, quòd hæc quidem pars ſuperet, illa vero ſit inferior. Et fortaſſe alii quoque apparebūt qualitas modi, ſed qui maxime dicuntur, fere tot ſunt. Qualitates itaque ſunt, quæ prędicta ſunt, qualia uero ſunt, quæ ſecundum hæc denominatiuę dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his.*

73 Quędam ſunt quę uidentur eſſe qualitates qm̄ ex his aliqua denominatiue dicuntur. vt lene, qm̄ dicitur a lenitate. & aſperum, qm̄ dicitur ab aſperitate. ſpiſſum quoq; & rarū à raritate & ſpiſsitate nominantur. uidentur ergo hæc quoque in qualitatib. poſſe numerari. Sed recta rōne perſpiciētibus nec ſolum auribus q̄ dicuntur, ſed etiam mente atque aīo iudicantib. in qualitatib. hęc poni nō oportere manifeſtum eſt. Nam qđ dicimus rarum, poſitio quędam partiū eſt, nō qualitas. Nam quia ita partes à ſe ſeparatę diſtant, ut inter eas alieni generis corpus poſſit admitti, ideo rarum uocatur, vt ſpongię pumiceſq; qm̄ in eorum cauernis ſurculus, vel aliud aliquid immitti poteſt, ita vt inter rimas partium ſit; idcirco rarum dicitur. Porro aūt ſpiſſum, qm̄ ita ſibi partes uicinę ſunt atq; ad ſe inuicem ſtrictæ, vt inter eas nullum corpus poſſit incidere. atq. ideo ſpiſſum uocatur, vt eſt ferrum, & adamas. Poſitio ergo quędā partiū his ineſt, non qualitas. Nec vero illud quoq; a poſitione diſtat, quod dicitur & lene. Nam qm̄ partes ita ſunt poſitę, vt neutra ſuperet, neutra ſit minor, ſed æqualibus extremitatibus iunctę ſunt, idcirco q̄dam lenitas eſt, vt adducta manus illam quæ ex æqualitate iunctis partib. nata eſt, ſentiat lenitatem vt eſt argentum. Aſperitas uero eſt partium non ęqualis poſitio, ſed aliarum eminentium, aliarum vero depreſſarum. vt lima cuius alię partes eminent, aliæ vero depreſſę ſunt. Ergo ſm vniuſcuiuſq; partium poſitionem, vel raritas vel ſpiſsitudo, vel aſperitas vel lenitas, corporibus ineſt. Non igitur hæc ſm qualitatem dicuntur, ſed potius ſm poſitionem. Poſitio autem in relationis genere nominata eſt. Non igitur hæ qualitates, ſed potius relatiua ſunt, & enumerationes quidem ſpecierum qualitatis Ariſtoteles hic terminat. Non ſunt tn̄ putandę ſolum eſſe qualitates quas ſupra poſuit. Ipſe .n. teſtatur eſſe quoq; alias qualitates, quas modo omnes enumerare neglexit, ſed cur neglexerit multę ſunt cauſę. Prima quod elementi vicem hic obtinet liber nec perfectam ſcientiam tradit, ſed tantummodo additus atq; pōs quidem in alio. a philoſophiæ introitum pandit. Quocirca ſi hoc ita eſt, tm̄ dicere oportuit, quantum ingredientibus ſatis eſſet, ne eorum animos nondum ad ſciam firmos multiplici doctrinę libri illius confunderet. Quæ uero hic deſunt in libris, qui μετὰ τὰ φυσικά inſcribuntur appoſuit. Perfectis nanq; opus illud, non ingredientib. prçparabitur. Eſt quoq; alia cā, vt nos ad exquirēdas alias qualitates, nō ſolum propriorum doctor, ſed ēt noſtrorum aliquid inueniendi incitator, admitteret. Quocirca concludit eas quæ maxime dicerentur quas ſupra propoſuit eſſe qualitates. Illa uero dici qualia, quę ſm prædictas qualitates dicerētur. ſed quoniam addidit, vel quomodolibet ab his, quę ſit huiuſce propoſitionis ſentētia prius appoſitis Ariſtotelis verbis ſequens expoſitionis ordo contexet.

## DE QVALI.

*IN pluribus quidem & pene in omnibus denominatiue dicuntur, vt ab albedine albus, et a gramatica gramaticus, & a iuſtitia iuſtus, ſimiliter autem & in aliis. In aliquibus vero, eo quod non ſint poſita qualitatib. nomina, non contingit ab eis denominatiue dici. vt curſor, aut pugillator, qui ſecundū aptitudinē naturalem dicuntur, a nulla qualitate denominatiue dicuntur. Non .n. poſita ſunt nomina aptitudinibus ſecūdum quas iſti quales dicuntur. ſicut in diſciplinis, ſecundum quas uel pugiles, uel palæſtrici ſecūdum affectionē dicuntur. Pugillatoria .n. & palæſtrica diſciplina dicitur, quales vero ab his denominatiuè hi qui ab eis eſſiciuntur, dicuntur. Aliquādo aūt & poſito nomine denominatiue non dicitur id qđ ſecūdū ipſum quale dicitur, vt a virtute ſtudioſus dicitur. Virtutem .n. habendo ſtudioſus dicitur, ſed non denominatiua dicitur a uirtute. Nō autē in plurib. hoc tale eſt.*

***Quę autem dicuntur qualia, aut denominatiue a prędictis qualitatibus dicũtur, aut aliquo modo aliter ab his.***

74 Multæ inquit ſunt qualitates, quibus poſitis & proprio noīe nuncupatis ab his alia denominatiue dñr, vt ea quæ ipſe planiſſime adiecit exēpla. Nam cum albedo cuiuſdam nomen ſit qualitatis, ab eo dicitur albus. Eodem quoq; mō & grammatica, cũ rei ſit nomen, ab ipſo quales dicuntur: Grammatici .n. a grammatica nominantur, atque hoc eſt in plurib. ut poſito nomine ſi quid ſm ipſas qualitates qualę dicitur, ex his ipſis qualitatib. appellatio deriuetur. Aliæ vero qualitates ſunt, in quib. cum nomen poſitum non ſit, tñ quales dñr: quales q dem q a alia qualitate participant, ſed non ſm eam qualitatem quales dicuntur, ex qua, ſi his eſſet qualitatib. nomen impoſitum, poterant appellari, vt in ea qualitate q̃ ſm potentiam naturalem dicitur. Illi.n. q̃ q̃ quales dicantur, hi q ſecundum ipſam potentiam nominantur, ipſi tamen (ut dictum eſt) nullo proprio nomine nuncupantur. Nam q pugiles appellantur ab arte pugillatoria, idcirco ab ea pugiles dicuntur, ꝙ ad eandem ipſam artem pugillatoriam quodammodo affecti ſunt. Hi .n. pugiles ab arte pugillatoria prædicantur. Qui vero nondum pugiles ſunt, ſed eſſe poſſunt, non ſm ipſam artem, i. pugillatoriam, ſed ſm potentiam pugillatorię artis, pugillatores vocantur. Ipſi aũt potentię nomen proprium poſitum non eſt. Nam quē admodum a curſu curſores, a palæſtra palæſtrici, a pugillatoria pugiles diſtinctis qualitatum uocabulis appellantur, non eodem modo eſt etiam in vniuſcuiuſq; rei potētia naturali. curſus .n. potentia naturalis, ſm q̃ curſores uocamus. & rurſus potentia pugillandi, vel potentia palæſtrizandi, ſuo nomine diſtincta non eſt. Cur .n. dicitur curſor ſi interrogemur de eo q nondum eſt curſor? dicimus ſm potentiã naturalem. Cur palæſtricus? eodem quoq; modo naturalem potentiam reſpondemus. Quare pugillator, q nondum eſt pugil, ab eadem quoq; potentiá naturali nominatur? Si igitur habere hæc naturalis potentia proprium nomen, ita diſtinctis uocabulis appellaretur, ut in his qualitatibus in quibus proprie nomen eſt poſitum, ut in curſu, palæſtra, & arte pugillatoria, & hoc eſt ꝙ ait. In aliquibus vero, propterea ꝙ qualitarib. nomina non ſunt poſita, impoſſibile eſt ab his aliq d denominatiue dici vt hoc, i. demonſtraret curſorem quidem q iam curreret a curſu eſſe dictum; curſorē vero q ſecundum potentiam currendi diceretur, non vocari a curſu, ſed tm̃ a potentia, cuius potentię nomen propriũ non eſſet poſitum. Quare hæc omnia quę ſecundum potentiam naturalem dicuntur, a nulla qualitate denominatiua ſunt. Idcirco qđ hę qualitates, a q bus denominari poſſunt, proprijs nominibus carent: quæ vero ita ſint, ut non ex potentia, ſed ex affectione dicantur, ab his qualitatib. ad quas ſeſe aliquo modo habent, denominatiue dicuntur, qđ Ariſtoteles hoc protulit modo dicens. Non ita eſſe ſecundum potentiam naturalem quemadmodum etiam in diſciplinis ſecũdum quas vel pugiles, vel palęſtrici ſecundum affectionem dicuntur. Pugillatoria .n. diſciplina dicitur & palęſtrica, quales vero ab his denominatiue, qui ad eas ſunt continētes dicuntur. Docuit igitur omnia quæ a quibuſdam qualitatibus dici putarentur, vere quoq; a qualitatibus nō prędicari; ut in his qualitatibus quibus nomen proprium non eſt. Illud quoque monſtrant hoc in pluribus euenire, vt de propoſitis qualitatibus qualia denominatiue dicerentur. reſtat ergo quod reliquum eſt, vt dicat eſſe quaſdam qualitates, quarum cum nomen ſit poſitum, ab his ipſis tamen quę illarum rerum participant denominatiue nō dici, vt Virtus; nam cum virtus qualitas ſit; (eſt .n. habitus quidam, omnis vero habitus qualitas) quicunq; virtute participat, non ſecundum eam denominatiue dicitur. In denominatione .n. quærendũ eſt, vt ſemper idem permaneat nomē. In eo autē qui virtute participat, nulla uirtutis denominatio eſt, ut qui bonitate participat, bonus dicitur. qui iuſtitia, iuſtus, & alia huiuſmodi. qui vero virtute participat, aut probus nominatur, aut ſapiens, ſed neque probus, neque ſapiens a uirtute denominatiua ſunt, idcirco, ꝙ utrunq; nomen a virtute longe diſſimile eſt: quod ipſe ſic ait. Aliqñ autem poſito noīe denominatiue non dicitur, quod ſm ipſum quale dicĩ. Et eius rei proponere non omiſit exemplum. ſed hoc in multis non pōt inueniri. pauca .n. ſunt (vt ipſe ait) in q bus poſito qualitatis nomine, q̃ his participant, a ſuperiori qualitate qualia non dicantur. Dat aũt his qualitatibus pluralitatis calculum, ex q bus qualia nominãtur ea quę his participãt. Nam (vt ipſe ait ſuperius) in plurib. & pene in omnib. denominatiue dicuntur. Quocirca recta definitio eſt, & proprio ordine conſtituta. Nanq; in principio hoc ſolum dictũ eſt, eſſe qualitatem ſm quam qualia dicerētur. Sed qm̃ ſunt quędam, quorum qualitates ipſæ proprijs nominibus carēt quę vero his participant, ſuis uocabulis appellantur, ut in naturali potētia: Et rurſus ſunt quædam, quæ in qualitatib. q dem habeant propria nomina, in his vero quæ ad eas ipſas qualitates eſſent affecta, nulla ex propoſitis qualitatib. denominatio fieret: hoc addidit, Ab omnib. qualitatib. aut denominatiue dici qualia, quę illis qualitatib. participarēt, aut quomodolibet aliter, i. ſiue poſito nomine qualitatis de eo non dicerentur, q̃ illa participarent, ut in eo ꝙ eſt virtus, ſibi ipſi qualitati poſitum nomen non eſſet ut in eo ꝙ eſt potentia naturalis. Quare, qm̃ in his duab. qualitatibus in q bus vel poſito noīe non ſm nomen quę ſunt qualia denominatiue dicuntur: vel cum ipſis qualitatibus nomen poſitum non ſit, neutra ipſorum prędicatio denominatiue ſit: ad concludendum omnem terminũ qualitatis ait, Aut denominatiue qualia a qualitatib. appellari, aut quomodolibet aliter ab ipſis. vt nō denominatiue, ſed aliquoties quidem ſm potentiam, aliquoties vero ſm eãdem qualitatem uirtutis, eadē .n. qualitas eſt uirtutis, & ſapientiæ. Quocirca concludit, ita qualia dici quęcunq; ex his qualitatib. denominatiue dicerentur, uel quomodolibet alio ab ipſis mō. Digeſtis in ordine prius oībus qualitatibus & eorũ concluſione reperta conſueto ordine vnaquęq; proprietas veſtigatur.

## DE PROPRIETATIBVS QVALITATIS.

*INeſt autem, & contrarietas ſecundum quale, vt iuſtitia iniuſtitiæ contraria eſt, & albedo nigredini, et alia. ſimiliter autem, & ea quæ ſecundum eas qualia dicuntur, ut iuſtum iniuſto, & album nigro. non autem in omnibus hoc eſt, rubro enim, vel pallido, aut medijs huiuſmodi coloribus nihil contrarium eſt qualitatibus exiſtentibus.*

75 Dicit in qualitatib. quędã eſſe cōtraria, atq; hoc probat exemplis. albedo nanq; & nigredo contraria ſunt, & quæcunq; albedine nigredineq; participant: hoc eſt .n. quod ait, & ſm eas qualia quę dicuntur. nam ſicut albedo nigredini contraria eſt, ita quoq; albus nigro. Sed hoc qualitatis proprium non eſt. nã cum rubrum, & pallidum qualitates ſint, aliq; etiam colores hmōi, in his contrarium non eſt: nullus .n. dicit aliq d rubro, uel pallido eſſe contrarium. nam qm̃ album, & nigrum extremitates quędam colorum ſunt, & lōgiſſime a ſe diſtant, contraria ſunt: medietates uero contraria non habent. Nam ſi q s ponat rubrum nigro eſſe contrarium, longiſſimeq; diſtant, quę ſunt contraria: longiſſime igitur nigredo a rubore diſtabit. Et rurſus albedo a nigredine plurimum diſtat, igitur nigredini rubor eſt, atq; albedo contraria, vniuſq; rei duo contraria inueniuntur. quod fieri nō poteſt. Non eſt igitur nigredini contrarius rubor. Similiter autem monſtrabimus & in alijs medijs coloribus contrariũ non eſſe. Quocirca ſi hmōi coloribus contrarium nihil eſt, non in omni qualitate contrarietas reperitur. quod ſi ita eſt, ſuſcipere contraria qualitatis proprium non eſt. At uero nec in ipſis quoq; formis quæ manifeſte qualitates ſunt cōtrarietas inuenit, nã neq; circulus quadrato, neq; quadratus triãgulo, nec ulla figura ulli figuræ poteſt eſſe cōtraria. Quocirca manifeſtum eſt ſuſcipere contrarium non eſſe

proprium

propriũ qualitatis. Sed quoniã ſunt quędã in qualitate quę ſibimet videant eſſe cõtraria, ut iuſtitia & iniuſtitia hinc quędã quęſtio ſolet oriri. Dicunt.n.quidã iuſtitię iuſtitiã nõ eſſe cõtrariã, putãt.n. quod dicit iniuſtitiã priuationẽ eſſe iuſtitię, nõ tamẽ contrarietatẽ. Contraria.n.propriis nominib.non cõtrarii priuatione nominari, ut albũ nigro, habere tamẽ iuſtitiã aliquam cõtrarietatẽ, cuius ad huc propriũ nomẽ nõ ſit inuẽtum, quod oĩno falſum eſt, Multę .n. habitudines priuationis uocabulo proferuntur, ut illiberalitas, & imprudentia, quę nunquam virtutib.opponerẽtur, quę ſunt habitus, niſi ipſę quoq; habitus eſſent, & in animis habẽtium immutabiliter permanerent. At vero neque illud uerum eſt omnes priuationes negatione proferri. Surditas.n.cũ ſit auditus priuatio, ſiue negatione profertur, eodem quoq; modo cęcitas. Nullus enim dicit inauditio, neq; inuiſio, nec aliquid hmõi, ſed tñ ſurditas cęcitaſq; nominantur proprtiis nominib. cum ſint illa in habitu, uiſus, auditus: illa in priuatione ponenda. Igitur iuſtitia iniuſtitię contraria eſt, Tradit ergo regulam ut ea quę contraria ſunt, ſub eodem genere conuenienter aptentur, quam regulam his verbis ipſe pręſcribit.

*Amplius ſi ex contrariis unũ fuerit quale, & reliquũ erit quale. Hoc aũt palã eſt proponenti ex ſingulis alia prędicamẽta. ut ſi eſt iuſtitia iniuſtitię cõtrariũ, quale aũt eſt iuſtitia, quale igitur eſt iniuſtitia. nullũ.n. aliorũ prędicamentorũ aptabitur iniuſtitię, nec quantitas, nec ad aliquid, nec ubi, nec oĩno talium aliud, niſi quale, ſic autem & in alijs quę ſunt ſecundum quale, contraria ſunt.*

76. Si ex duob. in quid contrariis manifeſtum fuerit vnum eorum contrariorum ſub qualitate poni ſimul manifeſtum erit quod etiam eius contrarium conuenienter qualitati ſupponatur ſimulq; demõſtrat iniuſtitiam eſſe qualitatem. Nã ſi iuſtitia apertiſſime qualitas eſt, idcirco quod neq; quãtitas neq; ad aliqd, neq; vbi, nec quãdo, nec aliud vllũ prędicamẽtũ eſt, nec ſub vllo alio genere poni pt, niſi ſub ſola qualitate, cũ ei contraria ſit iniuſtitia non eſt dubiũ iniuſtitiam quoq; qualitati ſubnecti. quod ipſe quoniã planius dixit, & ipſa exẽplorũ luce uulgauit, ad aliud nobis eſt tranſeundum.

*Suſcipit autem qualitas magis & minus. album enim magis & minus alterũ altero dicitur, & iuſtum alterum altero magis & minus dicetur: ſed et ipſa cremẽtum ſuſcipiunt, cum candidum nanque ſit, amplius contingit candidum fieri, non tamen omnia, ſed plura. Iuſtitia nanq; ſi dicatur magis & minus iuſtitia, pt aliquis ambigere, ſimiliter & in aliis affectibus: quidam enim de talib. dubitant. iuſtitiam nanque iuſtitia non multum aiunt magis & minus dici, nec ſanitatem ſanitate. Minus autem alterum altero habere ſanitatẽ aiunt, & iuſtitiam minus alterum altero habere, ſic autem & grammaticã, & alios affectus: Alia igitur quę ſecundum eos affectus dicuntur qualia indubitanter recipiunt magis & minus grãmaticior enim alter altero dicuntur & iuſtior et ſanior, ſimiliter & in aliis.*

77 Aliud quoq; proprium protulit, quod tractata rõne ab integra proprietate qualitatis excluſit. Ait.n.qualitates poſſe vel intendi uel minui. Poſſe.n.dicit alterũ altero plus albũ appellari, ut nix argento, & quę candidiora ſunt marmora & iuſtum alterum altero magis & minus dicimus. Nanque iuſtius aliquid factum, nec non et iuſtiſſimum eſt. In quibus autem comparationes ſunt, in his magis minuſq; dici manifeſtum eſt. hoc quoq; mõ ipſum, album vel alia qualitas non ſolum cõtra altera eiuſdem ſpeciei comparata intenſionem creſcit & relaxatione minuitur, ſed et a ſeipſa recipit comparationem. Dicitur.n.nũc quidem argentum cãdidius eſſe quã antea: cum fuerit deterſum. Sed cum hęc ita ſint, non eſt magis minuſq; ſuſcipere propriũ qualitatis, neque .n. ſola qualitas magis minuſq; ſuſcipit. hęc.n. intenſio & relaxatio in his quoq; quę ſunt ad aliquid inuenitur, ut in eo quod eſt ęquale & inęquale poſſumus dicere plus ęquale uel minus, & in cęteris hmõi, nec uero oẽs qualitates ſuſcipiunt magis & minus. quod ipſe ſic ponit, Nõ tñ in omnib. hoc eſt, ſed in pluribus. Dubitabit.n. aliquis an iuſtitia magis eſſe iuſtitia dicatur, ſimiliter aũt & in aliis affectionibus. Quidẽ.n. in hoc dubitant, dicũt.n. iuſtitiam iuſtitia nõ magis uel minus dici, nec ſanitatẽ ſanitate, minus aũt habere alterũ altero ſanitatẽ dicunt, & iuſtitiã minus alterũ altero habere. In hoc tres fuere ſnię. Quidam nanq; dicebant in omnib. ſm materię habitudinẽ reperiri poſſe magis & minus. propriũ nanq; eſſe materię corporiſq; intenſione creſcere, & minui relaxatione. quę quorundam Platonicorũ ſnia fuit. Alia vero quę ſm certiſſimas ueriſſimaſq; artes atq; uirtutes nõ diceret eſſe magis & minus, ſm aũt medias dici poſſe, ut hęc ipſa grammatica atque iuſtitia nõ dicit magis grammatica neque magis iuſtitia. Eſſe autem quaſdam alias mediocres artes, in quib. idipſum poſſet euenire. Tertia eſt de qua Ariſtoteles loquitur, quod ipſas quidem habitudines nulla intenſione creſcere, nec diminutione decreſcere putat, ſed eorum participantes, poſſe ſub examine comparationis uenire, ut de his magis minuſve dicatur. Sanitatem nanq; ipſam & iuſtitiam alteram altera magis minuſve non eſſe. Neque .n. quiſquam dicit magis eſſe ſanitatem alia ſanitate, Sed hoc ſolum dicere poſſumus magis habere ſanitatem aliquẽ.i. eſſe ſaniorem, & magis ſanum, & minus ſanum. Dicimus ergo quod ipſę quidem qualitates non ſuſcipiunt magis & minus: qui vero ſm eas quales dñr, ipſi ſub comparatione cadunt, vt iuſtior, & ſanior, & grammaticior. Namque ipſa grammatica.i.literatura non ſuſcipit magis & minus. nullus .n. dicit alteram altera magis eſſe grammaticam ſed eũ qui grammatica ipſa participat dicimus literatum, quem a literatura, i. denominamus, literatus aũt ſuſcipit magis & minus, ut Donatus grammaticus plus erat ętate iam prouecta grammaticus.i.literatus, quam cũ primum ad hmõi ſtudia deueniſſet. Sed quanquam ſe hęc ita habeant, tñ inuenimus aliquas qualitates in quib. indubitate comparatio inueniri non poſſit, ut ſunt quas ipſe ſuppoſuit.

*Triangulus uero & quadrangulus non uidetur magis minus ſuſcipere, nec aliqua aliarum figurarum.*

Hęc.n.quę ex quarta ſpecie qualitatis dicta ſunt, magis minuſve nulla rõne ſuſcipiunt: nullus.n. dicit plus eſſe aliũ circulum quam alium, nec magis eſſe illud triangulũ quam illud, dicitq; fortaſſe maiorem, magis aũt non dicit. Huius autem rei hęc rõ eſt, ut cum ſit trianguli definitio, figura quę ſub trib. rectis lineis continetur, ſi qua ſunt quę hanc definitionẽ in ſe ſuſcipiant, ut & ipſa trib. rectis lineis contineantur, proprię triangulę formę ſunt. Eodem quoq; mõ & circulus ita definitur. Circulus eſt figura plana, quę ſub una linea cõtinetur, ad quã ex uno pũcto qui intra ipſam eſt omnes quę exeunt lineę ęq; ſibi ſunt. Rurſus quadrati definitio talis eſt. Quadratũ ẽ quod quatuor ęqualibus lineis, & quatuor rectis angulis continetur. Quęcunq; igitur uel circuli definitionem ſuſcipiunt, vel quadrati, ęqualiter vel circuli uel quadratę formę ſunt ſi qua vero non ſuſcipiũt, nullo mõ ſunt. Si qua uero ſunt, quę neq; quadrati ſuſcipiunt definitionẽ, neq; circuli: neq; quadrati ſunt neq; circuli ut eſt figura quę parte altera longior dicit. illa.n. ita definitur, parte altera longior figura, eſt quę ſub quatuor lineis continetur rectiſq; angulis, quę quatuor lineę ęq; ſibi quidem non ſunt, contra ſe uero poſitę binę ſibi ęquę ſunt. ergo quia huiuſmodi figura neque circuli definitionem capit, neque quadrati ęqualiter neq; circulus neque quadratus eſt. Si qua enim cuiuſlibet formę definitionẽ ſuſcipiunt, omnino eadem ſunt. Vt qui circuli, circulus: qui quadrati, quadratus. qui trianguli, triangulus: qui parte altera longioris parte altera longior, & in cęteris eodem modo. Si qua uero non

ro non ſuſcipiunt, ut triangulus circuli definitionem nõ capit, neq; omnino circulus eſt, nec pt dici inter quadratum, & triangulum, quoniam utraq; circuli definitionem non capiunt, quadratum quidem plus eſſe circulum, triangulum vero minus. omnino .n. utraq; a circuli ratione diſiuncta ſunt, q his uerbis ab Ariſtotele tractatur.

*Quæcunque.n.definitionem trianguli ſuſcipiunt & circuli, omnia ſimiliter trianguli uel circuli ſunt. Eorũ uero quæ non ſuſcipiunt, nihil magis alterum altero dicitur. nihil.n. quadratũ magis quam parte altera longior forma, circulus eſt, nullum.n.ipſorum recipit circuli rationem. Simpliciter aũt ſi vtraque non recipiunt propoſiti rationem, non dicetur alterum altero magis. Non ergo omnia qualia recipiunt magis & minus. horum itaque quæ prædicta ſunt, nihil eſt proprium qualitatis.*

79. Nã ſi hoc definitio facit, ut demonſtret rõnem cuiuſq; ſubę, quęcũq; definitione diſcrepãt illa ẽt ipſa natura ſubæ diſcrepabũt. recte igit ſi qua cuiuslibet rei propoſitę ſiue trianguli, ſiue quadrati, definitionẽ nõ capiunt ab eiuſdem natura diſiuncta ſunt. Quocirca neq; triãgulũ, neq; quadratũ, neq; circulũ, neq; qcq d horũ eſt, ſuſcipiunt magis & minus. Sed cũ hę qualitates ſint non omnes qualitates ęque magis minuſve ſuſcipiunt. Quòd ſi neque in omni qualitate intenſio diminutioque prouenit, neq; in ſola, quòd hæc eadem in relationẽ reperias: non eſt magis minulve ſuſcipere proprũ qualitatis qđ nam igitur qualitatis propriũ eſſe dicendum, eſt id ipſe planiſſime ſubterpoſuit.

*Similia vero & diſſimilia ſecundum ſolas dicũtur qualitates. Simile.n.alterum alteri non eſt ſecũdũ aliud quicquam, quam ſecũdum illud quod quale eſt. Quare propriũ erit qualitatis, ſecundum eam ſimile & diſſimile dici.*

80. Simile inquit & diſſimile ſolę retinent qualitate. Nã q uis ſimile ad aliquid ſit, tũ hoc ipſum qđ dicimus ſimile, nõ dicimus niſi qđ quale eſt. Nã ſi eadẽ qualitas ſit in duob. illa in quib. eſt ſimilia ſint, nec eſt aliud pdicamentũ qđ ſm ſimile & diſſimile dici poſſit, & de aliis qdẽ omnib. notum eſt qm̃ de nullo dicit. Qđ ſi qs de q̃titate affirmet dici poſſe, ſm eã ſimile atq; diſſimile monſtratũ eſt, ſm q̃titatẽ nõ ſimile & diſſimile, ſed æquale & inæquale pdicari. Quocirca, qm̃ p ſingula quæq; pergentib. & in omnib. idem qualitatib. inuenitur, & in nullo alio pdicamento eſſe pſpicitur, recte hoc proprium qualitatis eſſe firmauit. Sed qm̃ cũ de his q̃ referuntur ad aliquid tractaretur, affectus atq; habitus in his q̃ ſunt ad aliquid numerauit, nunc uero eoſdẽ quoq; qualitati ſuppoſuit, ipſe ſibi quandã obiecit qõnem, cur ſi prius ſub iis quę ad aliq d referũtur, iſta ſubiecerit, nunc ſub qualitatib. ea ipſa poſuerit. Superius nanq; monſtrauit ea quę eſſent a ſe diuerſe, eaſdẽ ſpẽs habere non poſſe, cũ dicit. Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum diuerſę ſpecies & differentię ſunt. Quocirca cum relatio, atq; qualitas diuerſa ſint genera, eaſdem vtriq; ſupponi ſpecies non oportet; hoc eſt enim quod dicit.

*At vero nõ decet conturbari, nequis nos dicat de qualitate propoſitionem facientes, multa de relatiuis interpoſuiſſe: habitus.n.& diſpoſitiones eorum quæ ſunt ad aliquid eſſe dicebamus: pene.n. in omnibus qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, nõ ãt aliquid eorum quæ ſingula ſunt. Nã cum diſciplina genus ſit, hoc ipſum quod eſt alterius dicitur, alicuius.n.diſciplina dicitur. Eorum uero quæ ſingula ſunt, nihil ipſum qđ eſt alterius dicitur: nã gramatica non dicitur alicuius grãmatica, nec muſica alicuius muſica, niſi forte ſecundum genus, et hæc ad aliquid dicuntur, vt grammatica dicitur alicuius diſciplina, non alicuius grammatica, & muſica alicuius diſciplina, non alicuius muſica: Qua propter quæ quidem ſingularia sũt, non ſunt ad aliquid.*

81. Quam qõnem validiſſima argumentatione diſſoluit his .ſ. verbis. Pene.n. ea quę ſunt in oĩb. his generib. ad aliquid dñr. Eorum vero quæ ſunt ſingulatim .i. ſpecies nihil hmõi ſunt. Hęc.n. eſt argumentatio, q̃ greci ἐπιχείρημα vocant. In hmõi affectionib. atq; habitudinib. q̃ inter ea ſunt gña, eas ſolas ad aliquid poſſe reduci; quę vero ſpecies eſſent illorũ generum nõ poſſe in relatiuis, ſed in qualitatib. numerari, vt ſcia cum ſit habitudo, habet ſub ſe alias habitudines grãmaticã, & geometriã. In hoc igitur ſcia ipſa, quod genus eſt ad aliquid ſp refertur, dicimus.n. ſciam alicuius ſcientiam. Grãmaticam uero, quę eius ſpecies eſt, nullus dicit alicuius eſſe grammaticam: dicantur.n. ſi fieri pt, grammaticam. Ariſtarchi eſſe grammaticã. Sed omnia quæcũq; dñr ad aliqd, conuertuntur. Dicitur ergo & Ariſtarchus grammaticæ Ariſtarchus, quod fieri nõ pt. Non igitur grãmatica Ariſtarchi, vt ad aliquid dicitur. Eſt etiam argm̃ hoc non ſpecies, ſed hmõi genera, ad aliquid appellari. vt cum ipſę quidem ſpecies ad aliquid nõ dicantur, vt grammatica non dicitur alicuius grãmatica, ſi qñ iſt eſt, ut ſpecies ad aliquid referatur, id non ſm ſe, ſed ſm genus, vt grammaticę; qm̃ genus eſt ſcientia, q̃ relatiua eſt, ſi quis grãmaticam ad aliquid referre contendat, non pt ſm ipſam grammaticam, eam ad aliquid prædicare, ſed ſm ſciam. i. ſm genus ſuum. Non.n. dicitur grãmatica alicuius grammatica ſed fortaſſe grammatica alicuius ſcia. Non ergo grammatica ſm grammaticam ad aliquid dicitur, ſed ſm ſcientiam. Et hoc eſt quod ait, vt grãmatica non dicitur alicuius grammatica, nec muſicã, ſed fortaſſe ſm genus proprium iſtę dñr alicuius, vt grammatica alicuius dicitur ſcientia, non alicuius grammatica. Ergo ſingularum ſpecierum nihil eſt quod aliqua relatione prædicetur. Genera vero harum ſpecierum relatiua ſunt, quę paulo ſuperius dixi. Quod.n. ait: pene. n. in omnib. qualitatibus genera ad aliquid dicuntur, non autem aliquid eorum quæ ſunt ſingula: hoc demonſtrare uoluit genera ipſa habitudinem diſpoſitionumq; eſſe relatiua, ſpecies vero generum quas ſingulatim eſſe dixit, ad aliquid nullo modo prędicari. Quas idcirco eſſe ſingulatim vocauit, quia grammatica vna eſt, & rurſus muſica vna, ſcientia vero non una. Recte igitur ſpecies ſcientię ſingulatim eſſe nominauit. Conſtat igitur quod genera huiuſmodi habitudinum dicantur ad aliquid ſpecies vero ad nihil aliud propria prædicatione referantur. Quocirca qm̃ huiuſmodi ſpecies relatiuas non eſſe demonſtrauit, nunc quod reliquum eſt, qualitates eſſe confirmat.

*Dicimur autem ſecundum ſingula quales. Hæc .n. & habemus. Scientes.n. dicimur, quod habemus ſingulas ſcientias aliquas. Quare hæc erunt etiam qualitates quę ſingularia ſunt, ſecundum quas etiã quales dicimur. Hæc autem non ſunt eorum quę ſunt aliquid.*

82. Illas eſſe qualitates ſuperius confirmatum eſt ex quibus aliqui quales vocarentur. nos autem idcirco grammatici dicimur, non qđ vſem ſcientiam, ſed quod ipſam grammaticam habeamus. & hoc vere dicitur idcirco nos dici ſcientes, quia grammatici ſumus, potius quam idcirco grammaticos, quod aliq̃ ſcientiã retinemus. Nullus.n. a generali ſcientia grammaticus, aut ſciens, niſi a ſingulatim ſcientia ſciens grammaticuſque perhibetur. Igitur qm̃ ex his habitudinum ſpecieb. quales vocamur, ipſę ſpecies in qualitate numerandę ſunt. Sed cum quis grammatica participat de ea etiam genus dicitur, & ſm eam non ſolum ad grammaticam, ſed ad ſciam quoq; coniungitur. dicitur.n. idcirco ſciens. Ergo quoniam habens grammaticam, & ſciens, & grammaticus dicitur, non poteſt vlla ſcientia participare; qui ſingulas

non

non habuerit. Qui .n. cunctis ſpēbus caret, illi quoq; genere ipſo carendum eſt. Quare, qm̃ has ſpecies habemus, & ſm̃ eas quales dicimur, a grammatica ſcientes & grammatici nuncupamur: has autem ipſas ſpecies monſtratum eſt ad aliquid non referri. Recte igitur huiuſmodi habitudines quę in alterius relatiuis ſpecies ſunt, in qualitate numeratæ ſunt. Quòd ſiquis hoc quoque iniuſtus accipiat, aliud addit quo totum quæſtionis uinculum ſoluetur ait enim.

*Amplius, ſi cõtingat hoc ipſum & quale, & relatiuũ eſſe, nihil eſt incõueniens in utriſque hæc generibus enumerare.*

83. Nam cum ſit uerum, unam eandemque rem duob. diuerſis generibus ſuppoſitam eſſe non poſſe: illud tamẽ cõuenit, ſm̃ aliud atq; aliud unam eandemq; ſpeciem duob. generibus poſſe ſubnecti. ut in eo quod ſupra iam dictum eſt, cum Socrates ſubſtantia ſit, pater uero ad aliqd: cũq; ſubſtantia diſcrepet atq; relatio; nihil tamen eſt inconueniens eundem ipſum Socratẽ in eo ꝙ hõ eſt, ſubſtantiæ ſuppoui: in eo qđ hẽt filium, relationi. Quocirca ſi ſm̃ aliã atque aliã rem, duobus generibus eadẽ res quęlibet diuerſiſſimis ſupponat, nihil inconueniens cadit. Ita quoque & habitudines in eo qđ alicuius rei habitudines ſunt, in relatione ponuntur: in eo qđ ſm̃ eas quales aliqui dicunt, in qualitate numerantur. Quare nihil eſt incõueniens unam atq; eandem rem, ſm̃ diuerſas naturę ſuę potentias, geminis, & ſi contingat, pluribus adnumerare generib. Quocirca, quoniam de qualitate tractatum eſt, nos quoque orationis curſum ad reliqua pręsdicamenta uertamur.

## DE RELIQVIS PRAEDICAMENTIS.

*SVSCIPIT autem Facere & Pati cõtrarietatem, & magis & minus: calefacere enim & frigefacere contraria ſunt, & calefieri & frigefieri, & delectari ac cõtriſtari. Quare ſuſcipit contrarietatem, & magis & minus: calefacere enim dicitur magis & minus. & calefieri magis & minus et contriſtari magis & minus ſuſcipit igitur magis & minus facere & pati, de his itaque tanta dicantur.*

83. Decurſis quatuor pręsdicamentis, quæ aliqua qõne & conſideratione egere uidebant, tenuiter cętera breuiterq; perſtringit. Et de facere quidẽ & pati nihil in hoc libro, niſi ꝙ contraria ſuſcipiant, & intenſionem imminutionemq; patiant, ab Ariſtot. eſt diſputatum: in aliis uero eius operib. plene ab eo perfecteq; tractata ſunt, ut hoc ipſum de facere & pati, in libris, quos περὶ γενέσεως ϗ φθορᾶς inſcripſit. de aliis quoq; prædicamentis non minor in aliis operib. diſputatio fuit, ut de eo qđ eſt ubi, & quãdo in phyſicis: & de oĩb. quidẽ altius ſubtiliuſq; in libris quos μετὰ τὰ φυσικὰ uocauit, exequitur. Ac facere quidẽ & pati ipſe planiſſime poſuit poſſe ea ſuſcipere contrarietates. Dicimus .n. ignem calefacere frigefacere, quod .ſ. ad faciendũ refert. Dicimus aquã calefieri & frigefieri, qđ nihilominus ad patiẽdi ducit pręsdicamentorum. Magis quoq; & minus ſuſcipere aptiſsimis demonſtrat exẽplis. Sic enim magis calefacere & minus: & magis calefieri & minus dicitur atque hæc hactenus. ipſe .n. hęc apertiſsime expoſuit. Eſt autẽ horũ deſcriptio talis, qđ in faciendo quidẽ, actus quidã a quolibet in aliã rẽ ueniens conſideratur a quo ueniat. In patiendo aũt i eo ille actus cõſideratur, ĩ quẽ uenit. Actus .n. & paſsio ſimul in phyſicis eſſe monſtrata ſunt: Ac de facere quidem ac pati, ad pręſens ipſs hæc dicta ſufficiant.

*Dictum eſt autem & de Situm eſſe, in his quæ ad aliquid ſunt, quòd determinatiue a poſitionibus dicitur, de reliquis aũt. Quãdo, vbi, & Habere, eo quod manifeſta ſunt, nihil de his ultra dicitur, quam quod in principio dictum eſt. quia habere quidẽ ſignificat calciatum eſſe, armatum eſſe: ubi autem, ut in Lyceo, in foro. Quãdo, ut heri. Et alia quæ de his dicta ſunt. De propoſitis itaq; generibus ſufficiant quę dicta ſunt.*

85. Poſitio quidem, qm̃ ipſa eſt alicuius, in ijs quæ ſunt ad aliquid, numerata eſt. ſed qm̃ omnis res quę ab alio denominaẽ aliud eſt quã idipſum a quo denominata eſt. vt aliud eſt, qui eſt grãmaticus, atq; grammatica, quam vis grammaticus a grãmatica denominet. Ita cũ ſit poſitio relatiua, quicquid denominatiue a poſitionib. dicitur, hoc relatiuorũ genere nõ tenetur. Poſitio ãt ipſa relatiua eſt, poſitũ vero eſt a poſitione denominatũ. Statio.n. cuiuſdã ſtatio eſt a poſito qm̃ a ſtatione denominatũ eſt, non ponitur in eo genere in quo ſtatio fuit. Quare ſub relatione hoc prædicamẽtũ nõ inuenitur. Sed qm̃ nihil eſt ad qđ repetere genus atq; aptare poſſimus, dicendũ eſt ſuum eſſe genus. Vt accumbere ab accubitu, ſtare a ſtatione, & cętera quidẽ q̃ idcirco ſe Ariſt. exeq denegat, qm̃ planiſſima ſunt, ait.n. De reliqs vero, id eſt quando, & ubi, & habere, propterea qa manifeſta ſunt, nihil de his vltra dicitur, q̃ qđ in principio dictũ eſt, & eorũ prædicta ponit exempla. Dicendũ aũt eſt breuiter de pdicatione quę eſt ubi & quando. Sicut ipſum ad aliquid per ſe eſſe non põt, niſi ex alio aliquo naturã trahat: ita & quando, & ubi, eſſe non poteſt, niſi locus ac tp̃s fuerit. Locum.n. ubi, tempus vero quando, comitatur. Non eſt autem idem tempus, & quando: nec vbi & locus. ſed propoſito prius loco, ſi qua res in eo ſit poſita, ubi eſſe dicitur. Rurſus ſi certa res in tempore, eſt quando eſſe perhibetur, ut Apollinares ludi, cum ſint in tempore, quando eos eſſe dicimus. Habent aũt hęc quoq; proprias diuerſitates, ubi quidem ꝙ aliquoties infinite dicitur. alicubi.n. eſse dicimus aliquẽ, ut Socratẽm: aliquoties ãt definite, ut in Lyceo, uel in Academia. Habet quoq; ubi ſm̃ ipſum locũ in quo eſt, aliquas cõtrarietates. Surſum.n. eſse & deorſum ubi eſſe dicitur. Temporum quoq; varietates, in eo pręsdicamento quod eſt quãdo, eſſe manifeſtũ eſt. Futura.n. & pręſentia, pręteritaque in quando pręsdicamento ueniunt. Dicimus.n. fuiſſe aliquando Scipionem conſulem Romanum, nunc eſſe orientis Imperatorem, qui Anaſtaſius appellatur, Futurum autem eſse aliquem. quæ .ſ. ſm̃ quando pręsdicamentum dicuntur. Habere autem eſt quoddam extrinſecus veniens, neq; innatum ei a quo habetur, aliudq; q̃ eſt illud ipſum a quo habetur, in ſe retinere, ut armatum eſse, vel veſtitũ eſse. Habere.n. eſt ueſtes atq; arma tenere, quæ cum eo nata non ſunt, neque aliqua cum eo qui habet communi natura proprietateq; iunguntur. Sed, quoniam de his Ariſtoteles tacuit, nobis quoque nunc eorum longior tractatus omittendus eſt.

# ANITII MANLII SEVERINI Boethi commentariorum in prædicamenta Ariſtotelis.

## LIBER QVARTVS.

EXPEDITIS omnibus prædicamẽtis cur præter propoſitũ operis in hanc oppoſitorum diſputationẽ ſit ingreſſus, a multis ante q̃ſitum eſt. Sed Andronicus hanc eſſe adiectionem Ariſt. non putat. ſimulq; illud arbitratur, idcirco ab eo fortaſſe hanc adiectionẽ de oppoſitis, & de his q̃ ſũt ſunt, & de priore, & de motu, & de ęquiuocatione habendi non eſſe factã: ꝙ hunc libellũ ante topica ſcripſerit, qđq; hæc ad illud opus nõ neceſſaria eſſe putauerit., ſicut ipſæ categoriæ, ꝓſunt ad ſciam topicorũ. hoc ignorãs .ſ. ſufficienter in topicis q̃tũ ad argumenta pertinebat, hic & de his oĩb. q̃ adiecta ſunt, & de pdicamentis fuiſſe propoſitum. Sed hęc Andronicus. Porphyrius uero hanc adiectionẽ uacare & carere ratione non putat, Cuius hanc prodidit

dit cauſam. Vt.n. multa ſunt, quę quod cōibus animi conceptionibus ſeſe ſuggererent, in huius libri principijs ab Ariſ. prędicta ſunt, vt de æquiuocis, & vniuocis, & denominatiuis, & de his oīb. quæcunq; uſq; ab ſubſtę diſputationem ad ipſorum prædicamentorum vtilitatem cognitionemq; pdicta ſunt: ita quædam fuiſſe, q̃ eſſent quidem in cōibus ſenſibus, egerent tñ ſubtilioris diuiſionis mō, hęc diligenter ſuppoſita ſunt, vt quid eſſent, proprie teneretur, ne falſis opinionibus traductus non firmus alus luderetur. Docet āt hoc inqt ēt ipſe ordo congruus rationiq; conueniens titulorũ, hanc adiectionem fuiſſe perutilē atq; neceſſariā. Prius.n. de oppoſitis, poſt vero de his q̃ ſiř ſunt, & de his quę poſteriora ſunt, poſt āt de motu, ad poſtremum de habendi æquiuocatione ſermonem faciens, libri ſeriem terminauit. Idcirco quod in oībus quidem prędicamentis ante quę fuit, vtrum poſſint habere contraria. In his vero quę ſunt ad aliquid, dixit magnum paruo non poſſe eſſe contrarium, ſed oppoſitum. Quid uero eſſet oppoſitum dicere prætermiſit, ne ordo diſputandi cōtinuus rumperetur. Hic igitur recte, quod illic prætermiſerat, aptius edocuit. In relatiuis quoq; de his q̃ ſunt prius, quæq; ſiř natura gignuntur, ſtrictim tetigit, qđ nunc diligenter explicat. Faciendi vero patiendiq; prædicamenta ſunt, in quibus quidā quaſi motus agitatioq; conſideratur. neceſſe igitur fuit de motu dicere, qui naturā faciēdi atq; patiendi vellet oñdere. Quis aũt dubitet cuiuſlibet ſermonis ęquiuocationē monſtrare, eſſe perutile? Quare qm̃ habere quoque prædicamentum eſt, non fuit inconueniens neque ſuperfluum, de habendi ęquiuocatione tractaſſe.

*De oppoſitis autem quoties ſolent opponi dicendũ eſt. dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, aut vt ad aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus & priuatio, aut vt affirmatio & negatio. opponitur autem unumquodque iſtorum, ut figura dicam. relatiua quidem, ut duplum dimidio. contraria autem ut mala bonum. ſecundũ priuationem & habitum, ut cæcitas uiſui, ſecundum affirmationem & negationem, vt ſedet non ſedet.*

86. Illud quoq; quæritur, vtrum oppoſitionis nomen ęquiuoce prędicetur. Dicimus .n. quatuor modis opponi. aut vt contraria, aut vt ad aliquid, aut vt habitum & priuationē, aut vt affirmationem & negationem. Hic ergo contenditur, vtrum ęquiuocatio quædam circa has quatuor diuerſitates ſit, an idipſum quod dicimus oppoſitum, generis uice prædicetur, vt ſit vniuocum. Sed in hoc Stoicorum Peripateticorumq; diuerſa ſnia fuit, & ipſi inter ſe Peripatetici diuerſa ſectati ſunt. Stoicorum qm̃ longa ſnia eſt, prętermittatur. alijs aũt Peripateticis placet nomen hoc oppoſiti de ſubiectis ęquiuoce pdicari, ita affirmantibus, qm̃ Ariſtot. ita dixit De oppoſitis quoties ſolent opponi dicendum eſt, hoc, id eſt quoties, ad multiplicitatem pertinet æquiuocationis. Sed qui melius iudicauere, hi oppoſitionis nomē, generis loco dñi debere prędicari idcirco, quod cum nomen oppoſitionis de ſubiectis quatuor oppoſitionibus prędicetur, ab his quoque definitio non oberret. Sunt .n. oppoſita quę in eodem, ſecundum idem, in eodē tempore, circa unam eandemque rem ſimul eſſe non poſſunt. quod per ſingula quæque pergentibus in ſingulis oppoſitis inuenitur. Nanq; albũ & nigrum, quę ſũt contraria, uno eodemq; tēpore circa unum idemq; corpus partemq; corporis, ſimul eſſe non poſſunt. Nec ſeruus atq; dñs, eiuſdem, eodem, tēpore, idē ſeruus idem dominus eſt. Nec habitus, & priuatio quis .n. dicat in eodem oculo, uno eodemq; tēpore, & uiſum poſſe eſſe & cæcitatē. Iā uero affirmatio & negatio quā repugnantes ſint, quamq; in eodem ſimul eſſe non poſſint, nulli dubium eſt. Quare ſi ea quæ ſub oppoſitione ponuntur oppoſitionis nomen definitionemq; ſuſcipiunt, quid eſt dubium, oppoſitionem non ęquiuoce prędicari. His igitur poſitis ad eorum diſtantias differentiaſque ueniamus.

*Quæcunque igitur ut relatiua opponũtur, ea ipſa quæ ſunt, oppoſitorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea, vt duplum dimidij ipſum quod eſt, alterius dicitur duplum. alicuius.n. duplum: ſed & ſcientia ſcibili tanquam relatiua oppoſita eſt, & dicitur ſcientia ho. ipſum quod eſt ſcibilis, & ſcibile hoc ipſum quod eſt ad oppoſitum dicitur, ideſt ad ſcientiam. Scibile .n. aliquo dicimus ſcibile, ideſt ſcientia. Quæcunque ergo oppoſita ſunt tanquam ad aliquid, ipſa quę ſunt, aliorum dicuntur, aut quomodocunque ad ſe inuicem.*

87. Ea quidem huius oppoſitionis quę ſm relationē dicũtur & per ſeipſa plana atq; vulgata ſunt & ſuperiori relationis diſputatione iam cognita. Illa.n. ſunt ad aliquid quęcunque id quod ſunt, aliorum dicuntur, vel q̃uolibet aliter ad ea, ut ſeruus domini ſeruus, & dominus ſerui dominus. Et magnũ ad paruum dicitur, & rurſus paruum refertur ad magnum. Quod ſi hoc in relatiuis oībus inuenitur, nulla eſt dubitatio, quin ēt in his hoc deprehēdi poſſit, q̃ ſm ad aliquid opponũtur, vt ea ipsa id quod ſunt, oppoſitorum dicantur, vel q̃uolibet aliter ad oppoſita. vt ſi eſt ſeruus domino oppoſitus, dominus ſerui dicatur. i. oppoſiti ſui: & rurſus ſi dominus ſeruo oppoſitus eſt, domini ſeruus dicatur. Paruum uero ad magnum, & magnum ad paruum. i. ad oppoſitum ſibi; Atq; hoc quidem in omnibus ſm ad aliquid oppoſitionibus inueniri neceſſe eſt. Quocirca ſit hęc proprietas eorum q̃ ſm ad aliquid opponuntur, quod ea ipſa quæ ſunt, ad oppoſita referuntur, & ipſorum eſſe dicuntur. His ergo ante conſtitutis docet differentiam, qua inter ſe ea quę ſm contrarietatem dicuntur, & ea quę ſecundum ad aliquid, diſcrepant atque diſſentiunt, ait enim.

*Illa vero quæ vt contraria opponuntur, ipſa quidē quæ ſunt nullo modo ad ſe inuicem dicuntur: contraria vero ſibi inuicem dicuntur. neq; .n. bonum mali dicitur bonum, ſed contrarium: nec album nigri album, ſed contrarium. Quare differunt a ſe inuicem hæ oppoſitiones.*

88. Dictum eſt in his q̃ ſm ad aliquid opponuntur, quod ea ipſa id quod ſunt, ad id quod ſibi eſt oppoſitum dicerētur. Contraria & ipſa quidem opponuntur ſibi, ſed id quod ſũt, ad oppoſitā non dñr, contraria āt dñr. Hoc aũt huiuſmōi eſt. Bonum malo contrarium dicimus eſſe, & rurſus malum bono. Nigrum quoq; albo cōtrariũ putamus; nihilominus quoque album nigro. Sed cum hoc arbitramur, non tamen dicimus ea, id qđ ſunt, eſſe oppoſitorum. Si.n. diceremus id qđ eſt bonum eſſe oppoſiti ſui, non diceretur bonum malo eſſe contrarium, ſed bonũ eſſe mali bonum. Nec ita prædicationē quis faceret nigrũ albo eſſe contrarium, ſed nigrum albi eſſe nigrum. Hoc eſt.n. id quod eſt nigrum dici ad oppoſitũ ſuum, ſi quis dicat nigrũ albi eſſe nigrum: Quod qm̃ non dicitur, ea ipſa q̃ ſunt, non dñr oppoſitorum, ea. ſ. q̃ ſibi, ut contraria vñr opponi. Sed qm̃ dicimus bonum malo cōtrariũ, & nigrum albo contrarium, q̃q̃ id quod ſunt oppoſitorum non dicuntur, tamen ad oppoſita vt contraria noīantur. Atque hoc eſt quod ait. Ipſa quidē q̃ ſunt nullo modo ad ſe inuicem dicuntur. Contraria uero ſibi inuicem dicuntur. Non .n. dicit bonũ mali bonum, hoc eſt .n. id quod eſt oppoſiti pdicare, ſed dicimus bonum malo contrarium. Quocirca differunt ea q̃ ſiř ad aliquid opponuntur ab his quæ ſm cōtrarietatem ſibi ſunt oppoſita. quod ea quidem quæ ſm relationem oppoſita ſunt, id quod ſunt oppoſitorum dicũtur. Illa vero quę ut contraria, ipſa quidem quod ſunt oppoſitorum noīe, minime, ſed tantum contraria prædicantur, vt bonum contrarium eſſe dicatur oppoſiti ſui non boni. Dicimus.n. bonum malo contrarium, cum non dicemus bonum mali bonum. Sed qm̃ differentiā ſm ad aliquid oppoſitionis contrariorumq; monſtrabit, ipſorum inter ſe contrariorum differentiam diſcrepantiamque perſequitur.

Quęcunque

*Quæcunq; vero contrariorum talia ſunt, vt in quibus nata ſunt fieri, vel de quibus prædicãtur, neceſſarium ſit alterum ipſorũ ineſſe, nihil horum eſt medium. Quorũ vero non neceſſarium eſt alterum ineſſe, horum aliquid eſt medium omnino, vt languor & ſanitas in corpore animalis natura habent fieri, & neceſſarium eſt alterum eſſe animalis in corpore, vel languorem vel ſanitatem. Par quoque & impar de numero prædicantur, & neceſſariũ eſt alterũ in numero eſſe, aut impar aut par. et nihil eſt in medio eorũ, neque inter languorem & ſanitatem, neq inter par et impar. Quorum uero non eſt neceſſariũ alterũ ineſſe, horũ eſt aliquod mediũ, ut nigrum & album in corpore natura habent fieri, et non eſt neceſſarium alterum horũ ineſſe corpori. non. n. omne corpus aut albũ aut nigrũ eſt. prauum quoq; & ſtudioſum prędicantur quidem de hoīe, & de alijs multis, ſed non eſt neceſſarium alterum horum ineſſe illis, de quibus prædicantur. non. n. oīa uel praua uel ſtudioſa ſunt, ſed eſt horum medium aliquid. vt albi quidem et nigri, fuſcum & pallidum, & quicunq; alij colores: praui uero et ſtudioſi, quod neq prauũ neq; ſtudioſum eſt. In aliquibus itaq nomina poſita ſunt his, quæ media ſunt, vt albi & nigri, fuſcum & pallidum, & alij colores. In aliquibus autem nomē quidem medio aſſignare promptum non eſt. ſed per utrorumque extremorũ negationem quod medium eſt, determinatur. vt neque bonum neque malum, neque iuſtum neque iniuſtum.*

89. Breuis contrariorum partitio hoc modo facienda eſt. Cõtrariorum alia ſunt habentia medietatem, alia uero non habentia. & eorum quorum eſt aliquid mediũ, in alijs plures medietates, in aliis vero vna tm̄ medietas inuenitur. atque horum aliquę medietates proprijs nominibus appellãtur, in aliquib. uero ipſæ quidem medietates proprijs appellationibus carent, cõtrariorum vero negatione ſignatur. Sed hæc quæ dicta ſunt a primordio repetentes proprijs probemus exemplis. Illa vero contraria quæ medio carent, talia ſunt, vt neceſſe ſit alterum eorum proprio ineſſe ſubiecto, vt eſt ęgritudo & ſanitas. Omne. n. corpus in quo ægritudo ſanitaſq; verſatur, aut ægrũ aut ſanum eſt. Atque ideo qm̄ ęgritudo & ſanitas medietate carent, alterutrum eorũ ineſt ei ſubiecto, in quo vtraq; nata ſunt fieri, & de quo pdicantur. Nam qm̄ in corpore animalis ſanitas, & ęgritudo fieri nata eſt, ita fieri ſolet, & ita oē natum eſt animal, ut aut ſanum eſſe poſſit aut ęgrum; & qm̄ de animalis corpore aut ſanum, aut ęgrum prędicatur, neceſſe eſt, qm̄ hęc medio carent, in omni corpore animalis aut ægritudinē, aut ſanitatem eſſe. Quocirca eorum quę medio carent, neceſſe eſt alterum intereſſe ſubiecto, & quęcunq; talia ſunt, ut alterum ipſorum ſubiecto ineſſe neceſſe, ſit nulla inter ea medietas clauditur. Illa vero contraria in quibus aliqua medietas eſt, non ſunt talia, vt eorum neceſſe ſit alterũ ineſſe ſubiecto. Nã in illis quæ medio carent, iccirco alterutrum ſubiecto ineſſe neceſſe eſt, ꝙ eorum medietas nulla eſt, quę poſſit interea ſubiectę ineſſe ſubſtantię. vt in numero, qm̄ paritas & imparitas medium nihil habent. Omnis. n. numerus aut par, aut impar eſt. nec eſt quod pręterea numero ineſſe poſſit. ideo omnis numerus aut par, aut impar eſt. In his vero quæ inter ſe medietatem aliq̄ complectuntur, non eſt neceſſe ſemper alterum contrariorum ineſſe. Poteſt nanque ineſſe medietas vt in colore, qm̄ album atq; nigrũ contrarietatis uice diuerſa ſunt. Habent autem medium, quod eſt rubrum uel pallidum, iccirco non omne corpus vel albũ uel nigrum eſt, quoniam ſit aliqñ in ſubiectis corporibus albi atq; nigri medietas inueniri. Videmus nanque rubrum corpus, vt roſam, multoſq; præterea flores, quos verni temporis clementia parturit. Recte igitur dictum eſt eorũ quorum non ſunt aliquę medietates, alterum ſemper ineſſe ſubiectis. & in quibus neceſſe eſt alterum ineſſe, fieri non poſſe qn illic medietas nulla ſit. Eodē quoq; mō & q̄ medietates hñt, nõ neceſſario alterutra ſubiectis ineſſe: & q̄ non eſt neceſſe alterutra ſubiectis ineſſe, nõ eſt dubiũ, qn illic quædã poſſit eſſe medietas. Sed in aliqb. qdem plures, in aliqb. ãt una eſt medietas, vt in colore, inter albũ atq; nigrũ plures medietates sũt. Eſt. n. vt dictũ ē, rubrũ: eſt quoq; pallidũ. eodē quoq; mõ venetũ. & multa pterea hmōi. In calido vero atq; frigido una medietas eſt, q̄ dicit̃ tepor. Horum ãt qbus una medietas eſt, in aliis nomē eſt poſitum, in aliis nõ. Et poſitum qdē nomē eſt, vt inter calidum frigidumq;, hãc. n. medietatē tepidũ eſſe pdicamus. Non eſt uero poſitũ in eo qđ Ariſtoteles ipſe ſic dixit. Improbi vero & probi medietas hæc eſt, qđ neq; pbum eſt neq; improbum. Nã qm̄ bonum atq; malum ſibi ſunt contraria, nõ aũt neceſſe eſt omne qđ boni maliue ſuſceptibile eſt, uel bonum eſſe vel malum, idcirco dixit bonum malumque, cum ſint contraria, habere q̄dã medietatem, cui nomen poſitum qdem non ſit, ſed nihilominus eã quis poſitam inter has contrarium naturas inueniet. Nam qđ dictum eſt a poſterioribus, inter bonum malumq; eſſe ea quę dicant̃ indifferẽtia. ut eſt inter uirtutē atq; turpitudinem, quę utraq; ſibi ſunt contraria. diuitię & pulchritudo, quę, ut Stoici putant, neque mala neque bona ſunt atq; idcirco indifferentia noīauere. ſed hoc ipſum qđ dicimus indifferens apud priores nomen non erat, & a poſterioribus inuentum eſt. Ariſtoteles autem, qui hoc nomine vſus nunquã eſt, ait pbum atque improbum habere qdem aliquã medietatem. veruntñ eã nullo noīe nuncupari, ſed eã utrinſque cõtrarij negatione definiuit. Ait. n. medietatem probi atque improbi eſſe, quod neque probum eſſet, neque improbum. vt iuſti atque iniuſti medietas eſt, quod neque iuſtum neque iniuſtum eſt. Sed ne videatur inconueniens aliquid negationib. definiri, ipſe ait. In aliqbus vero non eſt noīe aſſignare medietatem, vtrinſque uero negatione definitur. Nanque vbi eſt una medietas, ſi vtraq; cõtraria ſint remota, ſola tm̄ medietas, permanebit; ut in eo qđ eſt bonum & malum: qm̄ his una medietas eſt, ſublato bono atque malo, ſolum, quod neque bonum neque malum eſt, relinquitur. Quocirca tota rurſus diuiſio breuiter aſſumenda eſt. Eorum quæ ſunt contraria, quorum neceſſe eſt ſemper alterum ineſſe in his, in quibus ea ſm̄ propriam naturam ineſſe cõtingũt, ea nullã inter ſe retinēt medietatem, vt in corpore ſanitas & ęgritudo. in numero paritas atque imparitas. Quæcunque vero in his in quib. eſſe pñt, non ita ſunt, ut eorum neceſſe ſit alterum ineſſe, hęc aliquam inter ſe qualitatem medietatis amplectunt. ut albedo atque nigredo, rubrum, frigidum atque calidum, tepor. Horum ãt alia ſunt quę unam ſolã continent medietatem, alia vero quæ multas. Et multas, ut inter album atque nigrum, rubrum, pallidum, venetumque, medietates ſunt. Inter calidum atque frigidum una ſola eſt medietas, tepor. Horum aũt quę unam retinent medietatem, in aliis noīa ſunt poſita, ut in eo ipſo calore ac frigore. Eſt. n. tepor medietas caloris atque frigoris. In aliqbus vero nomen poſitum non eſt, vt in eo quod eſt bonum atque malum, iuſtum atque iniuſtum; in his. n. medietas nomen poſitum non hēt, ſed vtrorumque contrariorum negationib. definitur, vt dicamus eã eſſe boni atque mali medietatem. ꝙ neque bonum eſt neq; malum, eamque eſſe iuſti & iniuſti medietatē, quę utraq; contrarietate ſubmota, vtrorumque negationem relinquit, ut eſt neque iuſtum neque iniuſtum.

*Priuatio autem & habitus dicitur quidē quæ habent fieri circa idem aliquid, ut viſio & cæcitas circa oculũ. Vniuerſaliter autem dicendo, in quo natus eſt habitus fieri, circa hoc idem dicitur utrunque horum.*

90. Ordine tertiã ſpeciē propoſitę oppoſitionis exequitur, eã quę ſm̄ habitum priuationemque dicitur. atque in ea unam ſimilitudinē poſuit, quę illi eſt cum contrarietate cõiuncta. Nã ſicut ea quæ ſunt contraria circa idem ſunt, ut album.

album, qm̃ ſemp in corpore eſt, nigrũ quoq; ſemp eſt in corpore: & iuſtitia, qm̃ ſemp animo inhæret, eſt, in iuſtitia quoq; mentis eſt, uitiũ: ita quoq; ea q̃ ſm priuationẽ habitũq; dicuntur, circa idẽ ſemp neceſſe eſt inueniri, ut qm̃ uiſus habitus eſt, habemus.n. uiſum, & uiſus eſt ĩ oculo & circa oculũ. Cęcitas quoq; q̃ priuatio uiſus eſt, pter oculũ non eſt. Auditus ẽt q̃ habitus eſt, qm̃ circa aures eſt, eius quoq; priuatio, quę ſurditas dicit, ab aurib. nõ recedit. ita quoq; & circa qđ fuerit habitus, circa idẽ ipſũ illius habitus priuatio cõſiderat. Atque hinc regulam dat. Vniuerſaliter.n. dicit in quo ſit habitus, in eo fieri priuationem. Quid uero ſit priuari continuata diſpoſitione ſubiunxit.

*Priuari autem tunc dicimus vnũquodque ſuſceptibiliũ habitus, quando id quod natum eſt habere, & quando natum eſt habere, nullo modo habet.*

91. Quid ſit priuatio, hac Ariſt. definitione concluſit. Neq; .n. quęcunq; non habent viſum, cæca dñr. nec vere ſurdum eſt omne qđ nõ accipit auditũ: nemo.n. neque parietẽ cęcũ dixerit, neq; ſurdũ lapidẽ, nec quicq̃d hmõi eſt. Sed ea ſola priuari dicimus habitu, quęcunq; aũt habuere habitũ, eoq; caruere: aut hẽ potuere, & nõ habẽt. Parietẽ ãt idcirco nõ dicimus cæcũ, qđ in eo uiſus naturalr̃ uenire nõ potuit. Paruos vero catulos, q̃bus uiſus nõ eſt, nõ ſatis digne aliq̃s cęcos eſſe pnunciet. Eo.n. tẽpore nondũ naturaliter uiſum habere poſsũt. Si vero ex auſtis diebus, q̃bus his oculi pateſieri, & lucẽ haurire naturaliter poſſunt, nõ habeãt uiſum, eos cęcos eſſe manifeſtũ eſt. At vero neq; oſtrea dñr edentula, qm̃ naturaliter non habẽt dentes, ſed nec infantulos, q̃bus adhoc nondũ hmõi ętas eſt, ut habeant dẽtes, uocamus edẽtulos: ſed ſi aut is qui ante habuit, dentes amiſerit, aut quo iam tempore habere naturaliter debet, dentes nõ habet. ut ſi q̃s puerorum ſeptimo anno oĩno nullũ creauerit, illos iure edentulos appellamus, atque hoc eſt, quod ait:.

*Edentulum .n. dicimus non qui non habet dẽtes, nec cæcũ qui non habet uiſum, ſed quando qui debuit habere, non habet. Quædam.n. a generatione neque dẽtes, neque uiſum habent, ſed non dicuntur edentula, neq; cæca.*

92. Hoc eſt, non omne qđ nõ uideat, cęcũ: nec qđ dẽtes nõ hẽt, edẽtulũ appellamus. Plura.n. ſunt, q̃ aut oĩno aut certo tpe naturaliter hæc habere nõ poſsũt. ſed eſt illa priuatio quoties is habitũ nõ hẽt, q̃ habere naturaliter pt, & eo tpe, cũ iã p naturã illius eſſe corporis habitus poſſit: vel ſi habẽs q̃s retinensq; habitũ, illũ cuiuslibet in curſione caſus amiſerit: vt in pueris iã adultis ſi nõ habeãt dẽtes. Nam qm̃ hoĩes ſunt, poſſunt habere, qđ ſi habẽtes amiſerint, edẽtuli dñr. ſi vero oĩno nõ creuerint dentes, qm̃ iam pueris atque adultis, ut dentes haberent; naturaliter poterat euenire, id qđ caſu aliquo, vel ægritudine officiẽte factum eſt: eos edentulos, & habitu dentium priuatos eſſe nominamus.

*Priuari uero, & habere habitum, non eſt habitus & priuatio. habitus enim eſt viſus, priuatio uero cæcitas, habere autem uiſum, non eſt uiſus, nec cæcum eſſe, cæcitas. priuatio enim quædam eſt cæcitas. cæcum uero eſſe priuari, & non priuatio eſt.*

93. Hic uerilſima rõne monſtratur, utrum ea quę ſub priuatione atq; habitu cadant, priuationes ſint atque habitus, an minime. nã qm̃ habitus eſt uiſus, priuatio uero cęcitas, ſub habitu vero eſt habere uiſum, & ſub priuatione eſſe cæcũ: verũ habere uiſum idem ſit quod ipſe qui habetur viſus, & verum idem ſit cæcum eſſe, quod cæcitas, perſpicaciter intuentib. aliud quoddã eſt habere aliquid, aliud quod habetur. Tres naque res ſunt, in eo in quo eſt habitus, is q̃ habet, ea res quæ habetur, & habere. ut eſt is q̃ videt, & ipſe viſus, & hoc ipſum quod ex vtriſque fit, ex eo.ſ. qui videt & uiſu, qđ eſt videre. Diſtat ãt & videre ab eo qui uidet, & hoc ipſũ videre rurſus a viſu. Aliud eſt.n. id qđ fit quã is q̃ facit. Videre ãt vidẽs operat. aliud ẽ igr̃ videre q̃ vidẽs. Diſtat ãt videre ẽt a viſu. aliud nanq; eſt id qđ fit, quã id p qđ aliq̃d geritur, videre ãt p viſum fit. Diſtat ergo videre ab eo ipſo, qui ipſum videre efficit viſum fit. Diſtat ergo videre, uiſum habere eſt, uiſum ãt habere, habitum retinere eſt, viſus habitus eſt. Nõ eſt igit idẽ habitus & qđ eſt ſub habitu.i. quẽlibet habitũ retinere. Eodẽ quoq; mõ ẽt in priuatione. & illic quoq; tres, ſunt res, is qui priuatur, hoc ipſũ qđ fit .i. priuari, & ipſum quo quis priuatur.i. ipſa priuatio. Qđ ſi diſtat is qui hẽt eo ipſo quod eſt habitũ habere: diſtat & is qui priuatur eo quod eſt priuari. Quod ſi ẽt diſtat quod eſt habere habitum, illo ipſo habitu, q̃ habetur, diſtat neceſſario id quod eſt priuari, illa ipſa .ſ. priuatione qua quiſque priuat. Quare neq; id qđ ſub habitu eſt, habitus appellari põt, neque id quod ſub priuatione, priuatio. Recte igitur dictum eſt, habitum habere, non eſſe habitum, priuarique non eſſe priuationem; cui rei alia quędã ualiodior vis argumentationis adiungitur, quã Ariſtoteles ita pnunciat.

*Amplius ſi idem eſſet cæcitas & cæcũ eſſe, utrumq; de eodẽ prædicaretur. Sed cęcus dicitur homo, cæcitas uero nullo homo dicitur.*

94. Si idem inquit eſſet cæcitas quod eſt eſſe cæcum, de quocunq; cęcum eſſe diceretur, de eo quoque cęcitas prædicaretur. ſed cæcum dicimus eſſe hoĩem, cęcitatem vero ipſum hominem nullus dicit. quare, qm̃ in vtriſq; diuerſa eſt prędicatio, & de quo cęcitas dicitur, non de eo dicitur cęcum: rurſumque de quo cęcum eſſe prædicatur, is cęcitas dici non põt, non eſt dubium, quin aliud ſit cæcum eſſe, quam cæcitas, .i. priuationem eſſe aliud quam priuari. ſed quamuis diſtent, æquali tamen oppoſitionis uice funguntur, quod ipſe loquitur ſic.

*Oppoſita uero etiam hæc uidentur eſſe, priuari, & habitum habere: ſicut priuatio & habitus; modus.n. oppoſitionis idem eſt. nam ſicut cęcitas uiſui oppoſita eſt ſic cæcum eſſe ad uiſum habere oppoſitum eſt.*

95. Aequa namque proportione ſibi priuatio atque habitus opponuntur, & ea quæ ſub priuatione habituque clauduntur: Cur .n. ſi priuatio atq; habitus id eſt viſus & cæcitas, ſibi ſunt oppoſita, non ẽt uidere atque eſſe cęcum eodẽ modo inuicem ſibimet opponantur? Quare quanquam hæc diſtent, tamen modus in his oppoſitionis ęqualis eſt.


*Non eſt ãt neq; id qđ ſua affirmatione & negatione iacet, affirmatio & negatio. affirmatio nãq; orõ eſt affirmatiua: negatio ãt oratio negatiua. horũ uero q̃ ſub affirmatione et negatione sũt, nullũ eſt orõ ſed res ipę. Dicũtur ãt ẽt hæc eſſe oppoſita alterutris, ſicut affirmatio & negatio. nã in his, modus oppõnis eſt idẽ. Sicut.n. affirmõ aduerſus negõnẽ oppoſita eſt, ut q̃, ſedet; ei q̃, nõ ſedet ſic et res q̃ ſub utroq; poſitæ sũt, ſedere quẽpiã, nõ et ſedere.*

96. Ad quartam oppoſitionis ſpeciem tranſitum fecit, quę ſm affirmationem negationemque dicitur. Affirmatio autem eſt, quę aliquam rem alicui quadã participationem cõiungit. Negatio uero, quæ aliquã rem ab aliqua re quadam ſeparatione diſiũgit, ut eſt omnis homo animal. Animal.n. ad hominem hæc oratio iungit. Participat .n. homo pprio genere, ſcilicet animali: negatio uero, ut homo lapis nõ eſt. Diſiungit enim naturam lapidis ab humanitate qui negat, ſed multa de his in libris de interpretatione dicenda ſunt. Quare plenior horum diſputatio in tempus aliud differatur. Ariſtoteles uero ſimpliciſſime & pene incurioſe propter eos qui inſtituũtur, definitiones affirmationis negationiſq; aſſignauit, dicens negationẽ affirmationemque,

affirma-

affirmatiuas eſſe negatiuaſq; orationes. Quod ſi examinatius ac ſubtilius definiſſet, affirmationē per affirmatiuā orationē nō definiret. Nā ſi dubiū eſt qd ſit affirmatio, nihilo magis clarum atq; perſpicuum eſt, qd ſit affirmatiua oratio. Idcirco quod ſi quis neſcit quid ſit affirmatio, idē ſine dubio neſciturus, eſt qd oratio ſit affirmatiua. Sed idcirco hic indulgētius terminauit, quod in libro περὶ ἑρμηνείας vtriuſq; ueram plenamq; uim definitionis aptauit. Eadem quoq; in his rō eſt, quæ ſunt ſub affirmatione, & negatione, quę in his quæ ſub priuatione atq; habitu ponebantur. nam ſicut non eſt idem habitus atq; priuatio, qd habere habitum atque priuari: ita non idem eſt affirmatione, & negationem eſſe id qđ eſt ſub affirmatione & negatione. Affirmatio eſt, uerbi gratia, ſedet Socrates. negatio uero, non ſedet Socrates. Sub affirmatione autē hoc ipſum, ſedere Socratem. i. hoc quod affirmatio dicit facere. Sub negatione uero, non ſedere Socratem i. non facere id quod negatio ſubmouet. Hoc autē ita probatur, quod omnis affirmatio omniſq; negatio, orationes ſunt, ſicut eorum ſupradicta definitio determinatioq; monſtrauit. Sedere autē, & non ſedere. i. facere & non facere, orationes nō ſunt. Quòd ſi affirmatio atq; negatio orationes ſūt, dicitur id quod ſub affirmatione & negatione eſt, ab ipſa affirmatione, & negatione diſtare. Sed in hoc ſeruant illam quoque ſimilitudinem, quod ea ipſa ſibi ſunt oppoſita, quę ſm affirmationem negationemq; dr. Sicut. n. ipſa affirmatio quę dicit, ſedet Socrates, & quę dicit, nō ſedet Socrates, ita quoque idipſum quod eſt, ſedere Socratem, & non ſedere, certa rōne ſimilitudinis opponuntur. Sed qm̄ quatuor ſpēs oppoſitionis dictę ſunt, nunc Ariſtotelis ueſtigia perſequentes, earū differentias colligamus quæ ſunt numero ſex. Nam ſi quę res ſint quatuor, eaſque differre a ſe ac diſtare uolumus: ſex ſolas differētias inuenimus. Cum. n. primam differre a ſecunda ac tertia atq; quarta ponimus, tres ſunt differētię. Item ſecundam rem à prima re differre, oſtendere atq; demonſtrare ſuperfluum eſt. Cum. n. primę rei ad ſecunda, diſtantiam, colligeremus, quid ſecunda diſtaret a prima docuimus. Relicta igitur primę ad ſecundam rem differentia, ſecundæ & tertię, item ſecundæ quartęq; differentię monſtrabuntur, quę ſunt duæ, quę tribus ſuperioribus iunctę quinque ſolas efficiunt. Reſtat tertiæ rei quartæq; diſtantia. Nam tertię ad ſecundam atq; primam demonſtrata eſt diſcrepātia, cū primā a tertia diſtare, atq; eodem modo ſecūdā a tertia monſtrabamus. Id his probatur exēplis. Nā cum oppoſitio ea quę eſt ſm ad aliqd, ab his oppoſitionib. quę ſunt ſm cōtrarietatem, priuationē atq; habitū, affirmationem & negationē diſtare proponitur, tres ſunt differentię. Cū uero ea quę ſm priuationē atq; habitū oppoſitio eſt, a cōtrarijs, & ab affirmatione negationeq; diſcrepat, duę ſunt differētiæ, quę iunctæ ſuperioribus quinq; perficiunt. Idcirco. n. quid diſtaret habitus atq; priuatio, ab oppoſitione quę relatiua eſt, pręteruniſimus, qm̄ prius monſtrauimus quid relatiua oppoſitio ab habitu priuationeq; differret. nō eſt. n. dubiū, æquam eſſe in vtriſq; differentiam, cum una ab alia diſcrepauerit. Reſtat una ſola differentia quæ eſt contrariorū ad affirmationem. i. & negationem. prætermiſſa namq; eſt contrariorū differentia, ad relatiua ſ. & ſm habitū priuationemq; oppoſitionē: qm̄ qd hęc ſuperius a contrarietate diſtarent, monſtrata ſunt. Quare, qm̄ quot ſunt horum differentiæ cognitum eſt, ad ſequentis operis ordinem ueniamus.

relatiua priuatiua contraria negatiua



*Quod autem priuatio & habitus non ſic opponuntur, vt ad aliquid, manifeſtū eſt, neque. n. dicitur hoc ipſum, qđ eſt oppoſiti. viſus. n. nō eſt cæcitatis viſus, nec alio vllo mō ad ipſum dicitur. Similiter autē neq. cæcitas dicitur viſus cæcitas, ſed priuatio qdē viſus cæcitas dicitur, cæcitas vero viſus nō dicitur. Amplius ad aliqd oīa, reciproce dicūtur. quare, & cæcitas ſi eſſet eorū quæ ad aliquid ſunt, vtiq. cōuerteretur ad illud ad qđ dicitur: ſed non cōuertitur, neque enim viſus dicitur cæcitatis viſus.*

97 Oīa quidē in hac differentia perſpicua, & ſuperius in cōtrariorū differentia a relatiua oppoſitione, ante pmiſſa ſūt. Vnā nanq; differētiā cōtrariorū relatiuorūq; dixit eſſe, qđ cōtraria non ita, ut ea quæ ſunt ad aliqd, cōuerterētur. Neque. n. quis pronunciat malitiam bonitatis eſſe malitiā, neq; bonitatem malitiæ eſſe bonitatem, uelut filium patris eſſe filiū, rurſusq; patrem filij patrem. Eadem quoq; & in his quę ſm priuationem habitumq; redduntur, dicit differentia. Nā ſicut ea quę ſunt ad aliquid oppoſita, aduerſum ſemetipſa redduntur, & omnia ad oppoſita pdicant, non eodem modo in habitu atq; priuatione eſt. Nullus. n. dicit cæcitatis eſſe viſum, nec rurſus viſus eſſe cæcitatē. Quocirca, ſi ea quæ ſunt relatiua ad oppoſita prædicant, conuerſimq; dicuntur (cum. n. ſit oppoſitus filio pater, pater filij dicit. i. ad oppoſitum, rurſusq; conuertit vt patris filius appelletur.) qm̄ hoc in his quę ſunt ſm priuationē & habitū non dicit. (Neq;. n. cum ſit uiſus oppoſitus cæcitati ſm priuationem atq; habitum dicitur viſus cęcitatis. i. nunquam ſm hanc oppoſitionem aliquid oppoſiti prędicatur neq; conuertitur. neq;. n. dicitur cęcitas uiſus) recte priuatio atque habitus non in eadem qua relatiua, ſed in alia ſpecie numerata ſunt.

*Quod autem neque vt contraria opponuntur ea, quæ ſecundum priuationem, & habitum dicūtur, ex his manifeſtum eſt. Quorum. n. cōtrariorum nihil eſt medium, neceſſe eſt in quibus natæ ſunt fieri, aut de quibus prædicātur, alterum ipſorum ineſſe ſemper. horum. n. nihil erat medium, quorum alterum neceſſariū erat ineſſe ſuſceptibili, vt lāguorem & ſanitatem, & impar & par. Quorū vero aliquod, eſt medium, nunquam neceſſitas eſt omni ſuſceptibili ineſſe alterum. neque. n. neceſſe eſt omne ſuſceptibile candidum vel nigrum eſſe, neque frigidum neque calidum: horum. n. medium aliquid nihil prohibet eſſe. horū etiā erat aliquid mediū, quorū non erat neceſſarium alterum ineſſe ſuſceptibili, præter illa quibus naturaliter vnum ineſt, ut igni calidum eſſe, & niui candidū. In his. n. determinate neceſſarium eſt alterum ineſſe, & non alterutrum. non. n. poſſibile eſt ignem frigidum eſſe, neque niuem nigram. Quare omni quidem ſuſceptibili nō eſt neceſſarium alteram eorum ineſſe, ſed ſolum quibus naturaliter unum ineſt, his determinate unum, non alterutrum ineſſe contingit.*

98 Prolixitatem textus idcirco coontraxi, quod & ea ipſa quæ dicuntur, ſupra iam dicta ſunt, ne longior ordo poſſit aliquid creare faſtidium, quod nos hac textus diuiſione ſeiunximus, & prius quidem proponit ante oculos, oēs inter ſe contrariorum differentias, quas ipſe quātum potero breuiſſime commemorabo. ait enim. Contrarium quæ medijs carent, ſemper alterum ineſſe ei quod illas contrarietates ſuſcipere poteſt, & ęgritudo & ſanitas. quoniam ſemper in animalis corpore reperitur, & ea ſine ullo eſt aduerſus ſuū contrarium medio. idcirco omne corpus animalis ſemper aut ægrotat, aut ſanum eſt, & ſemper alterum, aut ſanitas, aut ægritudo ineſt ei, quod has ſuſcipit contrarietates. Eorum vero contrariorum quæ habent aliquam medietatem non neceſſe eſt ſemper alterum ineſſe ei cui accidunt, ut album atque nigrum, cum ſint utraque contraria. quoniam

habẽt aliquã medietatẽ, vt rubrũ, veniunt aũt ſemp in corpora, nõ neceſſe eſt oẽ corpus fieri aut albũ, aut nigrũ. Qm̃ põt aliqñ contingere, vt illa eorum medietas corpori cuilibet eueniat. Atq; hoc ita eſt in ijs quę medio non carent, quę ipſa mediata uocamus, exceptis his quibus vna contrarietas eſt inſita ꝑ naturam, vt nix alba eſt, ignis calidus. In his.n.unã ſemper neceſſe eſt euenire non aliam, nec vtrum libet, ſed definite vnã. id.n.non uenit in ignem, vt aliqñ ſit calidum, aliqñ frigidum, aliqñ vero quod horum medietas eſt, tepidũ, ſed ſemper naturali calore ſuccenditur. Nec nix aliqñ fit nigra, nec rurſus rubea, nec vllis alijs colorib. permutatur, ſed ſolũ ſemp alba eſt. Cũ hæc ita ſint, ea quæ ſm habitũ priuationẽq; opponuntur, ſi & ab his contrarijs diſtare mõſtrata ſint, q̃ medijs carẽt, & ab his quę intra ſe quãdã medietatẽ qualitatis includũt, & ab his quoq; quę cum mediata ſint, tñ definite alicui inſunt, perfecte mõſtratũ eſt ea quę ſm habitum & priuationem ſunt, a contrarijs diſcrepare. Quare quid diſtent Ariſtotele teneamus auctore.

*In priuatione vero & habitu neutrũ horũ quæ dicta ſunt, verũ eſt: neque.n.ſemp ſuſceptibili neceſſariũ eſt alterum ineſſe eorum. Quod.n.nõdum naturã habet ad uidẽdum, neq. cæcum, neq. uiſum habens dicitur. Ideoq. nõ erunt hæc talium cõtrariorum, quorum nihil eſt mediũ, ſed neq. quorum eſt medium. neceſſarium.n.eſt omni ſuſceptibili alterum iſtorum ineſſe. Quãdo.n.iã natum fuerit ad habẽdum viſum, tunc aut cæcum, aut habẽs uiſum dicetur: & horum non determinate alterum, ſed alterutrum cõtingit. non.n.neceſſarium eſt, vel cæcũ, vel habẽs viſum eſſe, ſed quod contingit. In cõtrariis autem quibus medium eſt, nunquam neceſſarium fuit omni ſuſceptibili alterum ineſſe, ſed quibuſdam, in his determinate vnum, ſed non quod contingit. unde palam eſt, quòd ſecundum neutrum modum tanquam contraria, oppoſita ſunt hæc, quæ ſecundum priuationem & habitum opponuntur.*

99 Da primo differentias quib. ea quę ſunt ſm habitum & priuationem oppoſita, ab ijs quæ ſunt immediata contrariis diſtent. In his.n.contrariis quę medium non hñt, ſemper neceſſe eſt ipſorum alterum ineſſe ei, qđ his ipſis ſubiectum eſt. In habitu uero & priuatione non ita eſt. Nõ.n.ſemper quęlibet res aut habitum habet, aut priuationem, ſed eſt ijs qñ vtrunq; non habeat, vt catuli, quibus nondum ꝑ naturam oculi patẽt. Illos.n.nec hẽre habitum dicimus, qm̃ nõ uident: nec priuatos viſu, qm̃ paruuli adhuc uiſum ꝑ naturam hẽre nõ poſſunt. Igitur horũ quę ſibi ſm priuationẽ habitumq; ſunt oppoſita, nõ ſemper alterum ſubiecto ineſt eorum. Sed eorum, quę ſunt contraria immediata.i. medio carentia, ſemp alterum ſuſceptibili ineſt. Diſtat igitur ea q̃ ſm habitũ & priuationẽ eſt oppoſitio, iis quæ ſm cõtraria putant oppoſi. Sed qm̃ ſunt quædã cõtraria, quæ inſunt alicui ꝑ naturã, vt uiui album igni calidũ, coruo nigrum: et ab his diſcrepat oppoſitio priuationis & habitus. Ea.n.quę per naturam inſunt, definita ſunt, & nullo modo permutantur, vt eſt album niui. non.n.nix aut alba, aut nigra eſt, ſed tm̃ alba: & coruus non aut albus, aut niger, ſed ſolum niger. In priuatione uero & habitu vna res eſſe nõ põt definita, ſed ſemp aut priuatio contingit, aut habitus, & hoc eſt qđ ait. Et horũ nõ definite alterũ, ſed alterutrũ.i. aut hoc, aut illud. Neq;.n.neceſſe eſt aut cæcum eſſe, aut habẽtẽ uiſum, definite ſubaudiendũ eſt: catulus.n.qui per naturam nondum uidet, aut habitum habiturus eſt, id eſt uiſum, aut eo priuãdus eſt, vt ſit cæcus, ſed nõ definite unum, ſed aut hoc aut illud indefinite contingit. diſtat igitur hęc oppoſitio ab his contrariis, quæ aliquib. per naturam immutabiliter accidunt. Reſtat igit ut ab his contrariis, quæ mediata ſunt, hanc oppoſitionem differre doceamus. In illis.n.non ſemper neceſſe erit cõtraria ineſſe ſubiecto. Idcirco ꝙ eorũ medietates poſſint ſubiectis euenire ſubſtantiis, vt album vel nigrũ qđ nõ eſt alicui per naturam, ſed tm̃ ſm accidens. Poſſunt enĩ vtraq; non eſſe in corporib. qm̃ his uel rubrũ, uel pallidum, quę ſunt eorum medietates, eueniunt. In priuatione vero & habitu id non eſt. Qñ.n.poterit per naturam hẽre habitũ, vtriſq; quæ ea ſuſcipiunt, carere non poſſunt. Catulus.n. cũ per naturam videre potuerit, aut habitũ habere dicit, & eſt videns: aut priuationem, ſi fuerit cęcus. Ita ſemp ab eo tpe, quo illi per naturam vtrumlibet habere cõceſſum eſt, alterutrum retinebit, ideſt aut priuationẽ retinebit aut habitũ. Quocirca, ſi in his contrariis quę medio non carent, poteſt fieri vt vtraq; contraria in ſubiecto non ſint. in priuatione vero & habitu ab eo tempore quo per naturam ꝑe vtrunq; retinere, fieri non poteſt niſi eorum habeat alterũ diſtant hęc quoq; mediata ab his quę ſecundum vim priuationis atq; habitus opponuntur. Sed antẽ monſtratum eſt & his contrariis quę per naturam eſſent, & iis quæ medio carerent, hanc oppoſitionem eſſe diſſimilem. Recte igitur poſitum eſt priuationis atq; habitus oppoſitionem ab his, quę opponuntur ut contraria, diſcrepare.

*Amplius in contrariis quidẽ exiſtente ſuſceptibili poſſibile eſt in alterutrũ fieri mutationem, niſi alterũ alicui naturaliter inſit, ut igni calidum eſſe: nanq. poſſibile eſt qđ ſanũ eſt, lãguere: & candidũ, nigrũ fieri: & ex ſtudioſo, prauũ: & ex prauo, ſtudioſum poſſibile eſt fieri, prauus.n.ad meliores cõſuetudines deductus, & ad doctrinas, & ſi modicum aliquid, proficiet ut melior ſit. Si vero ſemel vel modicũ crementũ ſumpſerit, palam eſt qđ aut perfecte mutabitur, aut ſatis multũ incrementũ ſumet. Semper.n.bene mobilior ad uirtutem fiet, vel quodcunq. crementum ſumpſerit a principio. Quare veriſimile eſt amplius rũ ſumere crementum, & hoc dum ſemper fit, perfecte in cõtrarium habitum reſtituetur, niſi forte tempore ſuſpenſum ſit. Verum in priuatione & habitu impoſſibile eſt mutationem in alterutrum fieri, ſed ex habitu quidem in priuationem fit mutatio, a priuatione vero in habitum impoſſibile eſt. neque.n.qui cæcus factus eſt, rurſus uidit, neque cũ eſſet caluus rurſus comatus eſt factus, neq; cum eſſet ſine dentibus, dentes iterum orti ſunt.*

100 Aliã rurſus cõtrariorũ & huius oppoſitionis q̃ ſm habitũ priuationẽq; dicit, diſcrepãtiã ponit. Ea.n.quę cõtraria ſunt, poſſunt in alterna varietatis vicib. pmutari. Qđ.n.calidũ eſt, põt effici frigidũ: rurſusq; qđ frigidũ eſt, põt in caloris uerti qualitatẽ. His tñ (vt dictum eſt) ſolis exceptis, quibus vna q̃libet res cõtrariorũ naturaliter inſita eſt. in his n. ſolis fieri nõ põt alterna mutatio. In his vero quę accidenter, & nõ ꝑ naturã ſubiectis eueniũt, fit ſemp in cõtraria ꝑmutatio, ut ex ſano ęgrũ, ex ęgro rurſus ſanũ corpus efficit aĩalis. Iã uero illud verũ eſt ex bono procliuior ſemp ſemita uidet ad malũ, & facillima eſſe ex probitate ad malitiam permutatio. quod Terentiano docetur exẽplo. A labore ꝓcliuẽ ad libidinẽ. Sed q̃q̃ difficilis ſit tranſitus ad uirtutes à turpitudine uitiorum, Ariſtoteles tñ fieri poſſe hunc tranſitũ cõfirmat. Huius.n.philoſophi ſententia eſt, uirtutes non eſſe ſcientias, vt Socrates ait, neq; ut Stoici naturaliter eas eſſe ſed diſcibiles, & per quandam boni conſuetudinem hominũ mẽtibus inſeri. Atq; ideo ſiquis ſit quibuſlibet prioribus uitiis obnoxius, ſi eum melior ſermo ſuſceperit, & ſapientiũ cõſuetudine confabulationeq; comatur, aliquid ex ante actis uitiorum illecebris emendabitur, & ſeſe aliquantulũ exuet, & paululum liberior ad meliora procedat. Ita vt ſit primo quidem minus malus, poſt uero non malus, deinde iamiamque aliquantulum bonus. Cui ſi hmõi intentio frequentiſſime fiat, nec paruitate temporis pręueniatur. aut ei terminus mortis offecerit, non eſt dubium illum ex peſſimo per probas conſuetudines confabulationeſque ſapientium

pientium in perfectam virtutis habitudinem permutari. Eſt igitur ex bono in malum, & ex malo in bonum rurſus permutatio, atq; hoc quidem fit in contrarijs. In habitu uero & priuatione non fit eſt: nanq; permutatio, ſed hæc una tm̄ nulla ratione ſeſe conuertens. ait. n. Ab habitu ad priuationem permutatio, a priuatione vero ad habitū impoſſe eſt. Et hoc planiſſime docet exemplis. Quis. n. vnq̄ ex cæco factus eſt uidens? quis aliquando caluus, crinitus efficitur? cui amiſſis ætate dentib. rurſus alij procreantur? Quare ſi in cōtrarijs fit alterna mutatio, in priuatione uero atque habitu non fit, diſtat hæc oppoſitio ab ea. ſ. oppoſitione quę fit ſm contrarias qualitates.

*Quæcunque vero tanquam affirmatio, & negatio oppoſita ſunt, palā eſt, quod nullo prædictorum modorū oppoſita ſunt. In ſolis. n. iſtis neceſſarium eſt ſemper aliud quidem eorum verum, aliud autem falſum eſſe. neque. n. in contrariis neceſſarium eſt ſemper, alterum uerum eſſe, alterum falſum, neque. n. in iis quæ ſunt ad aliquid, neque in habitu & priuatione, vt ſanitas, & languor, contraria ſunt, & neutrum neque uerū, neque falſum eſt. Similiter duplum & dimidiū tanquā relatiua oppoſita sūt & non eorum alterum neque uerum, neque falſum. ſed neque ea quæ ſcd'm priuationē, & habitum dicūtur, ſicut uiſus & cæcitas. Omnino āt eorum quæ ſcd'm complexionē nullā dicuntur, nihil neque uerum, neque falſum eſt porro āt omnia quæ dicta ſunt, ſine complexione dicūtur.*

101. Expoſitis his differentiis, quib. vel contrariis relatiua, vel priuatio & habitus relatiuis; vel rurſus priuatio & habitus contrariis diſcreparent, nunc ſequitur quid his omnibus ſm affirmationem negationemq; oppoſita diſtent, & dat ſignum proprium affirmationis, & negationis, ut eas ſp queamus agnoſcere. vt ſiqua ſint q̄ hoc ſigno minime teneantur, illa ab affirmationis negationiſq; oppoſitione differre dicamus. In affirmatione. n. & negatione fieri non pt; vt ſi affirmatio vera ſit, ſtatim falſa negatio non ſit: ſi negatio uera, affirmatio mendacij nota carere poſſit. vt ſi quis dicat Socr. ambulat. Socr. non ambulat. Si uerum eſt Socr. ambulare falſum eſt non ambulare. Et rurſus ſi uerum eſt non ambulare, falſum eſt ambulare. Hanc āt veri falſiq; diuiſionem nullus unq̄ in alijs oppoſitionib. poterit inuenire. Nam in his quę ſunt ad aliquid, non ſolum non eſt neceſſe oppoſitionē ipſam ſibi verū falſumq; diuidere, ſed in his nulla oīno neq; veritas neq; falſitas inuenitur. Siquis. n. dicat hoc tm̄, pater, vel rurſus, filius: neq; verum aliquid, neq; falsū pronūciat. & in contrarijs quoq; idē eſt: nam cum bono malum ſit contrarium, ſiquis noſet bonū, & ſiquis rurſus ſimpl'r pronunciet malum, nulla in hac p̄dicatione neq; falſitas, neq; veritas eſt. Eodem quoq; ſe mō hēt ēt in his q̄ ſm habitum priuationemq; dn̄r. Silr. n. neq; uerum, neq; falſum eſt, ſiquis viſum noſet vel cecitatēm. Hoc āt idcirco euenit, quia omnia quæcūq; ſunt, in quib. aut falſitas, aut veritas inuenitur, ſm aliq̄ cōplexionem dn̄r. Ea vero q̄ ſimpl'r proferuntur, veri atq; falſi prolatione carent, vt ipſe ait, cum in principio oīa prędicamenta numeraret, dicens: Singula eorum quæ eſſent dicta in nulla affirmatione dici, quædam vero complexione inter ſe horum prędicamentorum veritatem falſitatemque gigni. Qoib. Ariſt. edocuit pter cōplexionem aliq̄ in ſermonib. veritatem falſitatemq; inueniri non poſſe. Sed exemplo quoq; hoc manifeſtum eſt. Si. n. dixero Socr. hō eſt, aut verū aut falſum eſt. Qđ ſi hoc tm̄ dicā: Socr. aut rurſus, hō, nihil ī eo neq; veritatis, neq; falſitatis eſt. Quocirca, qm̄ oīs affirmatio cum cōplexione profertur, pt in eā aut veritas, aut falſitas inueniri. Ea vero quæ ſunt ad aliquid, ſimpl'r & ſine vlla cōplexione dn̄r. Silr āt & contraria, & ea quę ſunt ſm habitum priuationēq; ſibimet oppoſita, vt eſt, pater filius: bonum malum: viſus cęcitas. quæ qm̄ ſine cōplexione dn̄r, vbi autem complexio non eſt, illic neq; falſitas, neq; veritas eſt. In affirmationibus uero ſolis, & negationibus, qm̄ ſecundum complexionem dicuntur, aut veritas, aut falſitas reperitur: ſm affirmationem & negationem oppoſitio cūctis alijs ſuperioribus diſtat.

*Sed maxime videbitur hoc tale contingere in his quæ ſcd'm complexionē contraria dicuntur. Sanum nanque eſſe Socr. ad languere Socr. cōtrarium eſt: ſed neque in his neceſſarium eſt alterum ſp verum, alterum āt falſum eſſe: cum. n. Socr. ſit, erit illud quidem verum illud vero falſum. cum vero non ſit, ambo falſa ſunt. neque. n. languere, neque ſanum eſſe, uerum eſt, cum non ſit ipſe Socr. omnino. In priuatione vero & habitu cum non ſit, neutrū uerum eſt. cū vero ſit, non ſemper erit alterum verum, alterum āt falſum. Habere nanque viſum Socrat. ad id quod eſt Socr. cæcum eſſe oppoſitum eſt, ſicut priuatio & habitus. & cum ſit, neceſſarium eſt alterum verum vel falsū eſſe. cum. n. nondum natus eſt habere, vtraque falſa ſunt: & cum non ſit omnino Socr. ſic quoq. falſa ſunt vtraque, & viſum eum habere, & cæcum eſſe.*

102. Qm̄ vr̄r quædam contraria ſm complexionem dici in quibus aut falſitas reperitur, aut ueritas, ſed neque ut affirmatio ſit, neq; vt negatio: de his quoque dicit quid diſtent his complexionibus, quæ ſm affirmationem negationemq; dicuntur. Nam ſicut ęgritudo eſt contraria ſanitati, ita quoque ęgrotum eſſe Socratem, ei quod eſt ſanum eſſe contrarium eſt. Oratio quoq; quæ dicit, Socr. ſanus eſt, contraria eſt ei quę pronunciat, Socrates ægrotat. in his ergo & ueritas inuenitur & falſitas. Quid igitur hæc diſtant ab ea oppoſitione quæ ſm vim affirmationis, aut negationis opponitur? Hoc. ſ. q subſiſtente re, de qua utraque dicuntur, vtrū libet eorum verum eſt, ſi tamen ea contraria prædicantur, quę medijs carent. nam viuente & ſubſiſtente Socrate, quoniam ęgritudo & ſanitas immediata contraria ſunt, ſiquis de Socrate dicat, Socrates ſanus eſt, rurſusque alius pronunciet, Socrates ægrotat, vnam veram, vnam falſam eſſe neceſſe eſt. Socrates. n. viuens, aut ægrotat, aut ſanus eſt. & ſi uerum eſt eum ęgrotare, ſanum eſſe falsū eſt; & ſi falſum eſt ęgrotare, ſanum eſſe verum eſt. Si vero Socr. ipſe nō ſubſiſtat, neq; oīno ſit, vtrūq; de eo falsū eſt dicere, qm̄ ægrotat, & ſanus eſt. qui. n. oīno nō eſt, neq; oīno poterit ægrotus eſſe neq; ſanus. Ergo in contrariis ſubſiſtente re de qua p̄dicantur, ſemp una p̄dicatio uera, alia falſa, in his. ſ. contrariis quæ ſm cōplexionē dn̄r, & carent medio. non ſubſiſtente āt re, contrarietates vtręque sūt falſæ. Illa uero quæ ſm priuationem habitumque dicuntur, ſi cum complexione prædicentur, & ſubſiſtat res, non neceſſe eſt aliam ueram eſſe, aliam falſam. & cum res omnino non ſit, vtręque ſunt falſę. Socrates. n. cum ſit iam in ſuę matris aluo & nondum ſit genitus, in lucem quidem ęditus non eſt, ipſe tamen eſt atque viuit, ſed tunc neque videns eſt neque cęcus. & videns quidem non eſt, qm̄ nōdum in lucē eſt ęditus; Cęcus vero idcirco non dicitur, qm̄ adhuc videre non poterat. Ergo cū ſit atq; ſubſiſtat res, de qua habitus & priuatio prędicantur, poteſt fieri vt de ea falſa vtraque prædicentur, ſi uero res de qua dicitur non ſit omnino, vtraſque falſas eſſe neceſſe eſt, vt cum Socrates omnino non eſt, falſum eſt eum dicere, vel videntem eſſe, vel cęcum. Ille. n. uidet atq; cæcus eſt, qui viuit atque ſubſiſtit: cū uero de quo dicitur nō ſit oīno, vtraque de eo falſo dn̄r. In catulis quoque idem eſt. nam cum iam ſunt ęditi, ſubſiſtunt quidem, ſed neq; cęci ſunt, neque vidētes, quia nondum p naturam viſum habere potuerunt. Sin vero omnino non ſint, rurſus falſum eſt de his vtrunque prędicari. In affirmatione uero & negatione non ita eſt, ut ipſe pronunciat.

*In affirmatione uero, et negatione ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, aliud quidē uerū erit, aliud uero falſum: languere*

*nanq. Socratẽ, & nõ languere Socratẽ, cum ipſe ſit, palã eſt, quia alterũ eorum uerũ alterũ uere falſum eſt, & cũ nõ ſit, ſimiliter. lãguere.n. cum nõ ſit, falſum eſt: non languere autem, uerum. Quare in his ſolis propriũ erit, ſemper alterum eorum verum, alterum falſum eſſe, quæcunque tanquam affirmatio & negatio oppoſita ſunt.*

103 In affirmatione inquit & negatione ſiue res ſubiecta ſubſiſtat, ſiue non ſit omnino, ſemper in vna veritas, in alia falſitas inueniũtur. Nõ eſſe.n. idem, dicere ęgrotare aliquẽ, qđ non eſſe ſanum: nec idẽ cęcum eſſe, quod non videre, ꝑſpicaciſſime docet. Nam q ęgrotat, niſi ſubſiſtat, nõ poteſt ęgrotare. Non eſſe autem ſanum, non ita eſt. nam ẽt ſi non ſit omnino aliqs, poteſt de eo qui non eſt, hęc negatio ꝑdicari. Quod .n. omnino non eſt, ſanum eſſe non poteſt, quod ſanum eſſe non poteſt, non eſt vtiq; ſanum. Eodem quoque modo eſt & de cæcitate, & de uiſu. neq; .n. idem eſt dicere cęcum eſſe aliquem quod non videre: qui.n. cæcus eſt, ſubſiſtit uiuitq; vt ſit cæcus. non videre uero ẽt de omnino non ſubſiſtente dici poteſt. Quod.n. non ſubſiſtit, omnino videre non poteſt: & qui uidere non poteſt, non videt. Quocirca in affirmatione & negatione, ſiue ſit de quo dicitur, ſiue non ſit, una ſemper uera eſt, altera falſa. Nam cum ſit Socrates & uiuat, ſi de eo uerum eſt dicere, ꝙ videt, falſum eſt, dicere ꝙ non videt: & ſi de eo verum eſt dicere, ꝙ ſanus eſt, falſum eſt dicere de eo, ꝙ non eſt ſanus. Si negationes verę ſunt, falſæ ſunt affirmationes. Si vero res ſubiecta non ſubſiſtat omnino, de eo quidem affirmatio falſa eſt, negatio ſemper vera: Noſtro.n. tꝑe, cum Socrates non eſt, neq; ſubſiſtit, ſiquis dicat Socrates videt, & alius dicat Socrates non uidet, falſum quidem eſt de eo dicere, ꝙ videt. verum autem, qm̃ non videt. Qui.n. omnino non eſt, uidere nõ poteſt. qui videre non poteſt, non uidet. Ita firmum immutabileq; ſemper manet in affirmationibus & negationibus alteram ſemper veram, alteram falſam in prædicatione conſtitui. Quocirca, qm̃ in contrarijs, & in ijs quę ſm̃ priuationem habitumq; ſunt, ſi cum complexione utraq; dicantur de re non ſubſiſtente, falſa ſunt vtraq; quę prædicantur. cum hoc idẽ in affirmationibus & negationibus non ſit, omnes cęteræ oppoſitiones ab affirmatione & negatione diſſentiunt. Mõſtratę ſunt igitur oppoſitiones quatuor & ſex differentiæ: vna quidem contrariorum, & eius quæ eſt ad aliquid: Secunda contrariorum, & eorum quę ſunt ſecundum habitum & priuationẽ: Tertia contrariorum, & eius oppoſitionis quę eſt ſm̃ affirmationem & negationem. Quarta relatiuorũ, & eius quę eſt ſm̃ habitũ & priuationem. Quinta relatiuorũ, & eius q eſt affirmationis & negationis: Sexta priuationis, & habitus ad negationem & affirmationem. Sed poſt has oppoſitionum differentias quædam de contrarijs ad multas proficientia quæſtiones ab Ariſtotele traduntur.

*Cõtrarium ãt eſt bono quidẽ ex neceſſitate malũ. hoc autẽ palã eſt per ſingulorum inductionẽ, vt ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas: ſimiliter autẽ & in aliis. malo autẽ aliquando bonum quidẽ eſt contrarium, aliquando autẽ malũ. egeſtati.n. cum ſit malũ, ſuperabundantia contraria eſt, cũ ẽt ipſa ſit malũ. Similiter ãt & mediocritas contraria utrique cum ſit, bonum eſt, ſed in paucis hoc tale quiſpiã inſpiciet, in pluribus vero ſemper malo bonum contrarium eſt.*

104 Hoc loco monſtratur quod omne bonum ſemper male contrarium eſt: non autem omni malo ſemper bonum. nã quodcunq; fuerit bonum, ſolum illi malum contrariorũ eſt, malo autem & bonum poteſt eſſe contrarium & malum. Sanitati enim q bona eſt, ęgritudo q eſt mala, contraria eſt. Rurſus felicitati q̃ eſt, bona infelicitas, q ipſa quoq; eſt mala, contraria eſt. Eſt autem inuenire malum, quod duas habet contrarietates, boni.ſ. & alterius mali. Nam cum ea ſint cõtraria, quæ a ſe pluimum diſtent, cum ſit timiditas habitus animi peſſimus, duas habet contrarietates temeritatem, & fortitudinẽ. nam qui omnia timet eſt, timidus, & qui nihil timet omnino, in quo eſt temeritas, longe a ſeſe diſtant & diſcrepant. quocirca ſibi contraria ſunt, cũ vtraq; ſint mala. Ruſſus qm̃ bonum malo contrarium, & fortitudo bona eſt, timiditas mala erit. & erit fortitudini contraria oppoſitaq; timiditas. Duę igitur contrarietates opponuntur timiditati, temeritas & fortitudo. ſed temeritas cõtraria eſt ſm̃ longiſſimã diſtantiam quantitatemq́; diſcrepantis habitus atq; contrarii: Timiditas vero fortitudini uidetur oppoſita ſm̃ qualitatem bonitatis atq; malitię. Quare ſufficienter eſt demõſtratum bona ſemper malis eſſe contraria, mala vero etiã malis. Inductio aũt eſt ſingulorum exemplorum collectio, & ad vniuerſalem per ea cognitionem collectionemque reductio. vt ſiquis dicat, qui muſicã nouit, muſicus eſt, & ab ea denominat̃. & medicus, qui medicinam. & rurſus q grammaticam, grammaticus. & ex his ſingulis rebus colligat vniuerſaliter. ergo quicunq; aliquam artem nouit eiuſdem denominatione ſignat̃. Quocirca hoc quod ſupra diximus de cõtrariis, Ariſtoteles exẽplorũ planiſſima inductione firmauit. Illud quoq; addidit, mala poſſe malis eſſe contraria, in pauciſſimis inueniri. ſemp aũt mala bonis eſſe contraria: nã & in ipſis, in qbus mala malis cõtraria ſunt, ineſt tñ vt ẽt ſimul bonis cõtraria eſſe videant̃. vt timiditas, quæ temeritati cõtraria eſt, ſimul eſt ẽt fortitudini cõtraria. Sed non neceſſe eſt, ut quodcunq; malum bono eſt contrarium, mox etiam malo eſſe contrarium, vt ęgritudo ſanitati quidem, quod eſt bonum, contraria eſt, alii uero malo contraria non eſt. Recte igitur dictum eſt, malum malo contrariũ in paucioribus inueniri.

*Amplius, cõtrarium nõ neceſſarium eſt, ſi alterũ ſit, & reliquum eſſe. Sanis nanque õibus, ſanitas quidẽ erit, lãguor vero nõ erit. ſimiliter ãt ſi oẽs albi ſint, albedo quidẽ erit, nigredo vero non erit. Amplius, ſi Socratẽ eſſe ſanum, ad id qđ eſt Socratẽ lãguere cõtrarium eſt, cum nõ ſit poſſibile vtrunque eidẽ ineſſe ſimul, non erit poſſibile, cum alterum cõtrarium ſit, & reliquum eſſe cum.n. hoc ſit, Socratẽ ſanum eſſe, non erit illud, languere Socratẽ.*

105 Dictũ eſt in relaxatione quędam relatiua ſimul eſſe naturaliter, ut cũ ſit filius, pater eſt. cum vero ſit pater, ſine filio eſſe nõ poſſe. quocirca ſimul ſemper ſunt pater & filius, hoc vero in cõtrariis nõ eſt. Ait.n. nõ neceſſe eſt ſimul ſemꝑ eſſe cõtraria. Si.n. nullus ęgrotet, & ſint oẽs ſani, cũ ſit ſanitas, nõ erit ęgritudo. & vna cõtrarietate manẽte, alia non oĩno erit, vt ſiqs hoc idẽ dicat de cygnus. etenim oẽs cygni ſunt albi, in cygnis nigredo nõ erit. Atq; hoc idẽ ad vniuerſalia referẽdũ eſt. Nã ſi oĩa q̃ ſunt, alba ſunt, omnino nigredo non erit. Tractum aũt hoc uidetur eſſe ſigillatim a partibus. Nã ꝙ duo cõtraria in eodẽ vno eodẽq; tꝑe eſſe nõ poſſunt, vt Socrates cũ ſanus eſt, ęgrotus nõ eſt. & cũ ſanus eſt, manẽte ſanitate nõ eſſe poteſt ægritudo: & non erit neceſſariũ vno cõtrario poſito, mox ſubſequi alterum. Nam ſi neceſſe eſſet vno cõtrario conſtituto, mox aliud ſequi: poſſet idẽ Socrates vno eodẽq; tꝑe, & ſanus eſſe & æger. quod fieri nõ põt. Nõ igitur neceſſe eſt, cũ ſit una contrarietas, mox aliã ſequi. Quocirca fieri põt, ut cum vnum cõtrarium ſit, aliud nõ ſit. Idq; in ſingularib. etiã neceſſe eſt, ut in eo qđ eſt Socratem eſſe ſanum, non eſt Socratem ęgrotare, quod Socratis ſanitati eſt contrarium. Socrates.n. lz q̃ contrariorũ ſuſceptibilis ſit, quoniam ſubſtantia eſt, tamen uno eodemque tempore contraria utraq; non ſuſcipit.

*Palam uero eſt quod & circa idem aut ſpecie, aut genere, natura habent fieri contraria languor nanque & ſanitas in corpore animalis natura habent fieri. albedo autẽ & nigredo ſimpliciter in corpore iuſtitia uero in anima hominis & iniuſtitia.*

Docet

106 Docet circa quę ſp poſſint eſſe cõtraria. Ait.n. circa eas res quę aut gñe eadẽ ſint, aut ſpẽ, vt eſt corpus quidẽ aïalis vnum ſm genus, oĩum.n. aïalium vnũ genus eſt, & circa hoc ęgritudo vel ſanitas inuenit. Similiter & circa corpus oẽ io diſcrete, vel aïati, vel inaïati, albedo & nigredo eſt. q. ſ. oẽ corpus, & ipſum ſm genus eſt vnum. nãq; his genus eſt ſubſtantia. Iuſtitia quoq; & iniuſtitia in aïa eſt. Oĩs aũt aïa quę iuſtitiam iniuſtitiãq; ſuſcepit rõnalis eſt. i. hominis, ſed oẽs homines idem ſunt ſm ſpeciem. Omnes igitur animæ eędẽ ſm ſpẽm ſunt, iuſtitia ergo & iniuſtitia circa eaſdẽ res ſm ſpẽm reperiunt. Quocirca recte iã cõcluſum eſt, oĩa contraria circa eaſdẽ res, vel ſm genus, vel ſcdm ſpeciẽ inueniri.

*Neceſſarium eſt autẽ omnia contraria uel in eodẽ genere eſſe, vel in contrarii generibus eſſe vel ipſa genera eſſe. Albũ.n. & nigrum in eodẽ genere ſunt. calor.n. genus eorũ eſt. iuſtitia vero & iniuſtitia in contrariis generibus: illius.n. virtus, huius autem nequitia genus eſt. Bonum vero & malum non ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.*

107 Monſtrat id q reliquũ eſt. i. ubi põt ſp cõtraria ueſtigari. oĩa. n. q ſunt cõtraria, aut ſub eodẽ genere ſunt, aut ſub cõtrariis generib. aut ipſa ſunt gñra. Sub eodẽ genere ſunt cõtraria, vt albũ & nigrum ſub uno genere i. colore, color .n. albedinis & nigredinis eſt genus. Hæc igitur ſub uno ſũt gñe. Alia uero cõtraria in cõtrarijs gñib. inueniunt. ut iuſtitia & iniuſtitia. Iuſtitiæ.n. genus eſt bonũ, iniuſtitiæ uero, malum. malum uero bono cõtrarium eſt. iuſtitia ergo, & iniuſtitia ſub cõtrariis gñib. ſunt. Ruſus, alia ipſa ſunt genera, vt bonũ & malum: utraq; ſunt gñra ſub ſe malorum bonorumq; poſitorum. Et non hoc nunc dicitur q bonitas & malitia nulli alii gñri ſubdantur, ponuntur.n. ſub qualitate: Sed particularium bonorum & malorũ nõ eſſe alia gñra, niſi ipſum bonum, & malum gñraliter. Recte igitur bonum, & malorũ aliorum particularium bonorum malorumq; genera ſunt numerata. Quare rectiſſime dictũ eſt oĩa cõtraria aut ſub eodẽ eſſe gñre, ut album, & nigrum ſub colore: aut in contrariis gñribus ut iuſtitia atq; iniuſtitia ſub bono & malo, aut ipſa eſſe genera, vt eſt ipſum bonum & malũ, quæ genera iuſtitię atq; iniuſtitię numerata ſunt.

## QVOT MODIS PRIVS DICATVR.

*PRIVS autem alterum altero dicitur quadrupliciter. primo quidem, & maxime proprie ſecundũ tẽpus, ſecundum quod antiquius alterum altero, & ſenius dicitur in eo enim quod tẽpus amplius eſt, & antiquius, & ſenius dicitur.*

108 Poſtq̃ vero de oppoſitis diſputationẽ quantum ad præſens tps attinebat explicauit, nunc q priora dici poſſint, q poſteriora differit. Et ait, primo quidem, & proprie, & q in vſu prius dicimus, hoc eſt quando aliquam rem alia res tpe præcedit, & ſuperat: & dum proprie loquimur ſm tpis præceſſionem, aliud antiquius dicimus, aliud ſenius: Antiquius quidẽ in iis quæ inanimata ſunt, vt Porphyrio placet: ſenius vero in iis quæ animata nõ carent, ut ſi qs dicat, antiquius fuiſſe bellum Thebanorum atq; Gręcorum Troiæ excidio, idcirco qd tpe præcedat: filii nanq; ducum qui Thebano periere plio, Troię pręliis interfuerunt, vt Diomedes Tydei filius, & Sthenelus filius Capanei. Atq; hoc quidẽ ita, qm eſt & in rebus inanimatis quod antiquius dicitur ut cum dicimus antiquiorem eſſe dominationẽ Regum in ciuitate Romana, quã cõſulum & magiſtratuum. In reb. uero animatis ſenius uocamus. Seniorem nanq; dicimus Pythagoram Socrate, Socratẽ Ariſtotele, idcirco q ſe tẽporib. antecedant. Ergo prius alterum altero dicitur pprie ſm tempus. prioris autẽ quatuor fuere diſtantię, ut ipſe Ariſtoteles dicit, cum ait. Prius alterum altero dicitur quadrupliciter. Eaſq; ſigillatim breuiter enumerat, ad quas ipſe addidit quintam, q priſcis philoſophis eſſet incognita. Et quoniam de primo prioris modo dictum eſt, de ſecundo dicamus.

*Secũdo autẽ quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtẽdi conſequentiam, vt vnum duob. prius eſt. duobus.n. exiſtentibus, mox conſequens eſt vnum eſſe, vno autem exiſtente, non eſt neceſſarium duo eſſe. Idcirco non conuertitur ab vno conſequentia, vt ſit reliquum, prius aũt videtur illud eſſe, a quo nõ cõuertitur eſſendi conſequentia.*

109 Secunda inquit ſignificatio prioris eſt, quæ non tempore intelligitur, ſed natura, & hoc ait, a quo nõ conuertitur ſubſiſtẽdi cõſequentia. Nã ſi duę res ita ſint oppoſitæ, ut ſi vna ſit, neceſſe ſit eſſe aliã, & ſi alia ſit, non neceſſe ſit eſſe aliam: illa prior eſt qua poſita ut ſit, non eſt aliam eſſe neceſſe, & hoc quidẽ uniuerſaliter dictum eſt. Planius uero his ſiet exemplis. Binarius.n. numerus & unitas ea re ſemot natura, ut ſi quis duo eſſe proponat, vnum quoq; eſſe monſtrauerit. vnum.n. in ipſis duob. cõcluditur, nec pter duas unitates poterit eſſe binarius. Quocirca ſiquis binarium numerũ eſſe poſuerit, vnum quoq; eſſe cõſequitur, idcirco q binarius ut ſit indiget unitate. At uero ſi qs ponat eſſe unitatẽ, nõdum neceſſe eſt eſſe binarium. Ergo ab unitate ſubſiſtendi cõſequẽtia non cõuertitur. Poſita n. vnitate neceſſe non ſuit binarii numeri ſubſequi quantitatẽ, idcirco qd binario nõ indiget unitas, ſicut indigẽs erat vnitate binarius. Quare prior ẽ unitas binario. qd ſi ita eſt, & quicqd ita fuerit, ut ab eo ſubſiſtẽdi cõſequẽtia nõ cõuertatur, prius Ariſt. auctore pbabitur, ut in eo qd eſt hõ & aïal. Cũ dico hoiem, mox dixit aïal: cum aïal dixero, nihil adhuc de homine dictum eſt. Omnis.n. homo animal eſt, non omne animal homo.

*Tertio vero ſecundũ ordinẽ quendã prius dicitur. quẽadmodum & in diſciplinis, & in orationibus nã & in demonſtratiuis diſciplinis eſt prius & poſterius p ordinem elementa.n. in geometria priora ſunt iis quæ deſcribũtur p ordinẽ. Principia.n. priora ſunt theorematibus ordine, & in grãmatica elementa priora ſunt ſyllabis, & in orationibus ſimiliter, proœmiũ prius eſt narratione, ordine.*

110 Ponit tertiam prioris ſignificationem, ut in geometria priora ſunt inquit elementa deſcriptionibus. Elementa uero ait quos terminos appellamus. i. ubi quid punctum ſit, quid linea, quid figura prædicitur. His.n. cognitis & fideliter animo comprehenſis, poſtea omnes geometriæ deſcriptiones ſiunt, quæ problemata & theoremata nuncupãtur. Ergo qm prius diſcuntur elementa, poſt ad deſcriptiones eſt tranſitus priora ſunt elementa deſcriptionibus ordine, ſcilicet qm ut deſcriptio poſſit intelligi prius elementa traduntur. Et in grammatica quoq; prius ſingulæ traduntur litteræ, q̃ quæ ex his ſyllabæ cõiungantur. quocirca ipſæ quoque ordine priores ſunt ſyllabis. Rethores uero non ſępe a narratione, ſed ab exordio agere cauſas incipiunt, ideo q exordia narrationib. priora ſunt ordine. Quare tertius modus prioris iſte eſt, qui ſecundum nexum cuiuſdam ordinis in qualibet arte eſt conſtitutus.

*Amplius præter ea quæ dicta ſunt, quod melius eſt, et honorabilius, prius naturaliter eſſe videtur. conſueuerũt .n. & plurimi honorabiliores & magis a ſe dilectos, priores dicere apud ſe, ſed eſt pene alieniſſimus hic omnium modus modi itaque q dicti ſunt de priore, ferme iſti ſunt.*

111 Dicit prius uideri, q neq; ſm tps aliquoties, neque ſm ſubſiſtendi conſequentia, nec ſm ordinem ſit, ſed quodcunque prętioſius fuerit, prius eſſe uideatur. ut Sol Luna prior eſt, & anima corpore, & animus aïa. Hoc uero tali argumento probat, q hi q aliquos uenerãtur, & honorabiliores exiſtimat, dicat eos apud ſe eſſe priores, & hi q in reb. publicis plurimum poſſunt, priores dicuntur ab his q eos maxime uenerãtur. Sed ut ipſe ait, alieniſſimus eſt a ſignificatione prioris, hic quartus q nunc eſt dictus modus. Et.n. de his melius dici poteſt ut dicantur uenerabiliores & honorabiles, ut uero priores dicantur, abuſio potius quam ulla proprietas eſt. Quintus modus, quem ipſe addidit hmõi eſt.

*Videtur autẽ præter eos qui dicti ſunt, alter eſſe prioris modus. Eorum.n. quæ conuertuntur ſecundum eſſẽtiæ conſequentiã id quod alterius quolibet modo cã eſt, digne prius natura dicitur. Quod vero ſunt quædam huiuſmodi palam eſt: eſſe nanq. hominẽ conuertitur ſecundum eſſẽtiæ conſequentiam ad veram orationem de ſe: nam ſi eſt homo, vera eſt oratio qua dicitur, homo eſt: & ſi uera eſt oratio qua dicitur, homo eſt, cõſequitur eſſe hominem. eſt autem quidem vera oratio nequaquã cauſa vt ſit res, verumtamen videtur quodammodo res cauſa vt ſit oratio vera: Ex eo .n. quod res eſt, vel non eſt, oratio uera, aut falſa dicatur neceſſe eſt. Ideoque ſecundum quinque modos prius alterum altero dicitur.*

112 Nouimus quaſdam res in prædicatione poſſe cõuerti. Qđ ſi una earum quæ cõuertuntur alteri cã eſt, & veluti naturalem ſubſiſtentiã ſubminiſtrat, illa naturaliter prius eſſe perhibetur. Ipſe autẽ aptiſſimo quod propoſuit affirmauit eſſemplo. Nam ſi eſt aliqua res, verum eſt de ea dicere, ꝙ eſt. Ruſus ſi de ea verum eſt dicere, ꝙ eſt: illam ipſam rem eſſe neceſſe eſt. vt qm̃ eſt homo, verum eſt dicere, quòd eſt hõ. Quod ſi verum eſt dicere, ꝙ eſt homo, nulla eſt dubitatio quin homo ſit. Ergo qm̃ duo hæc ſibimet conuertuntur: reſpiciamus nũc quę ſit harum cauſa alteri, vt ſubſiſtere valeat, atq; vt eſſe poſſit. Video aũt rem, dicto vero ſubſiſtentię dare principium: nã quia hõ eſt, idcirco verum eſt dicere de eo ꝙ eſt, ſed non idcirco hõ eſt, qm̃ de eo uere dici põt, ꝙ eſt. Res.n. vt veritas adſit dicto, principiũ eſt, ſed nõ vt res ſubſiſtat, vero efficitur dicto. Quocirca prius eſt, eſſe hominẽ, poſterius, verũ de eo eſſe dictum. Idcirco, qm̃ quæuis conuertuntur, ſi vna harum rerum alteri ſubſiſtendi cã eſt. Ait.n. id eſſe prius inter ea quę conuertuntur ſecundum eſſentię conſequentiam, quod alterius quolibet cauſa eſt. Vt in hoc ipſo ſermone de homine conuertuntur utraque quidẽ, ſed hõ, vt ſit ſermo verus, cã eſt atq; principium. Qđ Ariſtoteles ita ait. Eſt aũt verus ſermo nullo mõ cã ſubſiſtẽdi rẽ. Res aũt uidetur quodammodo cauſa eſſe, ut ſermo verus ſit. Neq.n. idcirco res eſt, qm̃ ſermo eſt, ſed idcirco verus eſt ſermo, qm̃ res ipſa ſubſiſtit. Quocirca quinq; hi prioris modi ſunt, quorum ſuperius quatuor dixit ſm tps. ſm id quod non conuertitur ad ſubſiſtendi conſequentiam. ſm ordinem. ſecundum reuerentiam. & ſecundum cõuerſionem, cum altera res alij ſubſiſtendi cauſa eſt. Sed quoniã de priori dictum eſt nunc de his quę ſimul ſunt, incipit.

## QVOT MODIS SIMVL DICAMVS.

*SIMVL autẽ dicuntur ſimpliciter & proprie quidẽ quorum generatio eſt in eodẽ tempore, neutrum.n. neque prius, neque poſterius eſt eorum. Simul itaq. hæc dicuntur ſecundum tempus.*

113 Cum de priorib. diſputaret, illa proprie priora eſſe cõtenderat, quę ſcđm uim præcedentis tpis dicerentur, quare cũm de his q̃ ſimul ſunt diſputat, idẽ reuocat, & rectè. Nã ſi maximũ modum prioris ſolum eſſe tiet tps, cur quoque non ſimul editam naturam tps efficiet? Ait ergo & ſimpliciter, & proprio dici ſimul ea quę vnius tpis ortu prolata ſint, ut ſi illa ſint antiquiora atq; priora quęcunq; no ęquali, ſed pcęderi tpe proferuntur, q̃ ſe temporib. nõ pcedunt, rectiſſime ſimul eſſe ponunt. Quæ.n. uno tpe edita atq; prolata ſunt, illa ſm tps ſimul eſſe dicuntur, i. ſimul naturale principium ſubſtantiam q; ſortita, atq; hęc quidem ſm tempus ſimul eſſe dicuntur. Secundum naturam vero ſimul eſſe perhibenẽ, quęcunq; inuicem ad ſe conuertuntur, cũ altera res alteri ſubſiſtendi neq; cã ſit, neq; principiũ, vt ſunt hmõi, duplum & mediũ. nam cũ ſit duplũ mediũ eſt, cum rurſus ſit mediũ duplũ eſt. Seruus quoq; & dominus eodẽ mõ ſunt filius quoque & pater. Hæc.n. quæcunq; illata quidẽ inferunt alia, ſublata uero auferunt ſimul, ſibimet ſp inuicẽ cõuertunt. nam ſi dicam patrẽ, filium quoq; intelligi neceſſe eſt. ſi dixero filiũ pater mox ſub intelligẽtiam cadit. Qđ ſi alterum ſuſtulero, utraq; perimo. nam ſi tollam filiũ, pater nõ eſt. ſi patrẽ abſtulero, filiũ quoq; perire neceſſe eſt. Atq; hæc ita ſibimet ipſa cõuertunt, ut tñ altera res alteri cã penitus nõ ſit. nam qm̃ pater filio in pdicatione cõuenit, manifeſtũ eſt: ſed neque pater filio cã eſt, vt ſit, nec filius patri. Hoc aũt hmõi ẽ. Si Aeneas habuit Aſcaniũ filium, nõ dicimus, qđ nõ fuit Aeneas cã vt eſſet Aſcanius, ſed nõ fuit pater cauſa ut eſſet filius. Nam qđ dico Aſcanius, qđam pptia ſubſtantia eſt, qđ dico filius, eſſe non põt, niſi ad aliqđ referatur, & cum Aeneam nomino, ſubſtantiam dixi: ſi patrem appello, nulla rõne conſtat, niſi ad filium referatur. Igitur cauſa fuit Aeneas vt eſſet Aſcanius, ſed nõ eſt cauſa pater vt eſſet filius. Pater nanq; tunc fit, cũ filius fuerit. Qđ ſi hæc tpe ipſo priora nõ ſunt, cã aũt cuiuſlibet rei prior eſt q̃ illa cuius cauſa eſt, ut oriatur: nulla dubitatio eſt, q̃n pater atq; filius, q̃ vtræq; pdicationes ęquales ſunt tpe, neutra neutri cã ſit, cũ tñ ſubſtantię ipſę ſibi ut ſint, cauſa ſint pdicationis. Nec vllo mõ ſimile dẽt uideri ei qđ paulo ante dictũ eſt de hoie, eſſe verũ de eo ſermonẽ. ſ. qđ eſt. Illic.n. cum res eſſet, tũc poterat eſſe verus de ea ſermo. Prius.n. eſt vt ſit aliqđ, poſt vero vt de eo verum aliquid eſſe dicatur. Nunc vero non ita eſt, ut prius aliqs ſit pater poſt vero filius. Mox.n. ut pater eſt, filiũ eſſe neceſſe eſt mox ut eſt filius. patris ſine dubio prædicatio conſequtur. quemadmodum ergo iſte modus ſit, quid .i. ſimul ſecundum naturam eſt, Ariſtoteles ita pronunciat.

*Naturaliter autem ſimul ſunt: quæcunque conuertuntur quidem ſecundum quod eſt eſſe conſequentiam. Sed nequaquam cauſa eſt alterum alteri vt ſit, vt in duplo et dimidio, conuertuntur etenim hæc. nam cum ſit duplum, eſt dimidium: & cum ſit dimidium, eſt duplum: ſed neutrum alteri cauſa eſt ut ſit.*

114 In his quæ ita priora eſſe dicebantur, ut conuerterentur quamuis ſm eſſentiam eorum conſequentia eſſet, tñ qa in his alia res alij cauſa atq; principium eſt, hoc erat quod vna prior eſſe videretur, ea quidem cuius cauſa erat: Quod diſtat ab iis quæ conuertuntur, & ſe inuicem auferunt, quæ cum neutra neutri cauſa ſit & tamen conuertuntur digne ſimul naturaliter eſſe perhibentur.

*Dicuntur ẽt ſimul naturaliter & quæ ex eodẽ genere e diuerſo diuiduntur a ſe inuicẽ. E diuerſo aũt diuidũtur quæ ſcđm eandẽ diuiſionẽ ſunt, vt greſſibile, volatile, & aquatile: hæc.n. e diuerſo diuiduntur, quæ ſunt ex eodem genere ſcđm diuiſionem, animal nanq. diuiditur in hæc, in volatile, greſſibile, & aquatile, & nihil horũ prius vel poſterius eſt, ſed ſimul per naturam hæc eſſe videntur.*

115 Tertiũ modũ eorum q̃ ſimul ſunt hũc addidit, ille quoque ſimul eſſe, q̃ ęquali diuiſione ſub gñe ponãtur. vt ſi ponat q̃s aĩal genus hoĩs, & equi hoĩem vero & equum a gñe .i. ab aĩali diuidat. homo vero, & equus, & qm̃ ſub eodẽ gñe ſunt, ſimul eſſe natura dicuntur. & conueniens regula eſt in omnibus q̃buſcunq; generib. cum.n. ſpẽrum diuiſiones fiũt, illic ſpẽs natura ſimul ſunt. & ſi ſub his ipſis ſpeciebus qđã alia ponantur, inter ſe etiã ipſa ſimul eſſe natura dicuntur. Diuidatur .n. genus .i. aĩal in volatile atq; greſſibile, & qm̃ ſunt ſub eodem gñe, ſimul natura ſunt. Et ſi quid horum in ſubiectas partes ſpecieſq; ſoluatur, vt volatile quidẽ in his auibus q̃ ſeminibus veſcuntur, & in iis quę carnib. & in his quę herbis. Hę tres ſpẽs rurſus, quę ſub volatili ſunt, ſimul natura ſimul eſſe naturaliter appellantur, quod Ariſtoteles ita dicit.

*Diuiditur autem & ſingulũ horum in ſpecies ruſus, vt greſſibile animal & volatile & aquatile. erũt ergo & illa ſimul naturaliter quæcunque ex eodem genere ſcđm eandem diuiſionem ſunt. genera uero ſemper ſpecieb. priora ſunt*

*ra ſunt, neque enim conuertuntur ſecundum eſſendi cõſequentiam. ut cum ſit aliquid aquatile quidem, eſt aĩal; cum uero ſit animal, non eſt neceſſe ut ſit aquatile. Simul ergo per naturam dicuntur, quæcunque conuertuntur quidem ſecundum eſſendi conſequentiam, ſed nequaquã quidem cauſa eſt alterum alteri ut ſit, & ea quæ ex eodẽ genere diuerſo diuiduntur ab inuicem, & ſimpliciter ſimul ſunt quorum generatio in eodem tempore eſt.*

116. Atq; idcirco fieri non põt, ut genus habeat unã ſpeciem. Nã ſi quæcunq; ſub gñe ſunt, ſimul ſunt. Simul ãt niſi plura eſſe non poſſunt. genus igit ſub ſe unã ſpeciẽ habere nõ põt. Si.n. una fuerit, fieri non põt ut ſimul eſſe dicatur, quia illud eſt, ꝙ ſub eodem gñe, q̃dam res ſolent, quę ſimul ſint naturaliter inueniri. Sed hęc de ſpecieb. Genera aũt ſp̃ priora ſunt, non.n. conuertuntur ſm ſubſiſtentię conſequẽtiã. Prioris unus modus eſt, quem illa priora eſſe dicerẽtur, quæcũq; ad ſubſiſtẽdum nullo mõ conuerterentur, ꝙ hoc idem ĩ generib. cadit. Genera.n. non conuertunt, ad ſubſiſtentię conſequentiam hoc mõ. Sit.n. aĩal genus, homo uero ſpecies, Cũ vero dico hominem eſſe, aĩal quoq; eſſe conſequitur. Si aĩal dixero, ad hominem ſubſiſtentię conſequentia non conuertitur. Poteſt.n. eſſe animal, non tñ homo. Quocirca ab animali ad hominem non conuertitur ſubſiſtentię conſequentia. Quod ſit poſito homine animal conſtat, animali uero nominato non eſt neceſſe hominem eſſe: aĩal eſt prius homine. Illa quoq; priorum deſcriptio eſt, quod ea quæ ſunt priora, ſublata q̃dem auferunt, illata non inferunt. Animal .n. ſublatum ſecum quoq; hominem tollet illatum vero; ut dicatur eſſe animal, non ſecum ſtatim hominem infert. Poſteriora uero e diuerſo ſunt. Illata.n. ſimul inferunt ſublata non auferunt. Dictus quidem hõ ſimul ſecum animal infert, omnis nanq; homo animal eſt. Quod ſi homo ſubſtantialiter auferatur, non eſt neceſſe animal quoq; auferri, ꝙ hoc nomen animalis in plurib. ſpecieb. valet aptari. Quod ſi ita cõtingit, ſublato homine permanebit animal. Quocirca cõcludit tres eſſe ſpẽs eorũ quę ſimul, ſunt ſm tempus, ſm naturam, cum vtraq; ita conuertuntur, ut neutra neutri cã ſit. Tertium genus eſt, ſm eandem ſub eodem genere diuiſionem. Qm̃ in faciendo atq; patiendo inerat quidam motus, facere autem & pati prædicamẽtis ad iunxerat, idcirco nũc de motibus tractat, & ſex numero eſſe pronunciat.

## DE MOTVVM GENERIBVS.

*MOTVS autem ſpecies ſunt ſex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio: alii itaque motus palam eſt quia alii ab inuicem ſunt. non eſt enim generatio corruptio, neque augmẽtum diminutio, neque ſecundum locum mutatio, ſimiliter autem & in aliis.*


117. In phyſicis Ariſtoteles motus ſpecies alia rõne partitus eſt. Ait.n. aliud eſſe ꝑmutationem, aliud motum. & permutationis quidẽ duas eſſe ſpẽs ait, generationẽ & corruptionẽm. Motus uero tres ſm quantitatem, ſm qualitatem, ſm locum igitur qm̃ hic liber ad introductionem quodammõ factus eſt: uoluit nimis diuiſionis attenuare rõnem ne ĩgredientiũ animos ſubtiliori diuiſione cõfunderet. facit igitur diuiſionem motus hoc mõ. Eſt.n. una ſpecies motus ſm ſubſtantiam alia ſm quantitate, alia ſm qualitatem, alia ſm locum. Et ſm ſubſtantiam quidem, eſt generatio & corruptio. hæc.n. utraq; in ſubſtantia fiunt. Nam & ſm ſubſtantiam generatur aliquid, & ſm ſubſtantiam corrumpitur. Secundum quantitatem uero, ut crementum & diminutio. etenim uel quantitate aucta creuiſſe, uel detracta diminuta eſſe dicuntur. Secundum qualitatem uero quę dicitur cõmutatio, ſm aliquas.ſ. paſſiones quas qualitates eſſe manifeſtum eſt. Secundum locum uero, ut eſt itus in longitudinem, uel in curuaturam flexus. & itus quidem in longitudinem eſt, ut a ſurſum in deorſum. a prioribus retroſum a dextra in ſiniſtrã. & rurſus ſi hæc conuertas, & in directum pergas, ijdẽ motus erunt. Illud quoq; verum eſt has eſſe oẽs ſpecies motus; nullo nanq; ſibi participant, niſi ſolo generis noĩe. qđ motus dicuntur. nam neq; generatio idem eſt ꝙ corruptio. nãq; generatio eſt in ſubã ingreſſus, corruptio vero ex ſubſtantia egreſſus. nec diminutio idem quod crementum. neç ſm locum tranſlatio alicui ſuperiorum conſimilis eſt. Commutatio ãt habet forte aliq̃ dubitationem, ꝙ non uideatur a ſuperiorib. diſcrepare, quam quæſtionem ita propoſuit.

*In alternatione vero habet q̃dam qõnem, ne forte neceſſarium ſit id qđ alteratur, per aliq̃ reliquarum motionum alterari. hoc ãt non eſt verũ. Nam pene ſcđm omnes paſſiones aut plures, alterari accidit, nulla aliarum motionum cõicante. Neq;.n. augeri neceſſarium eſt, qđ per paſſionem mouetur, neq; minui, ſimiliter aũt in alijs. Ideoq; erit alia præter illos motus, alteratio. Nam ſi eadem eſſet, oporteret id quod alteratur mox uel augeri uel minui, vel aliquem aliorum mutuum conſequi. ſed non eſt neceſſe. Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua motione mouetur, alterari oportebat.*

118. In commutatione uero eſt aliqua dubitatio, ne forte neceſſe ſit, qđ cõmutatur, ſm aliquem reliquorum motuum cõmutari. Nam ſi oẽ qđ commutatur, aut generatur, aut corrumpitur, aut minuitur, aut creſcit, aut ſm locum transferri neceſſe eſt, dubium non eſt, nihil a ſuperioribus cæteris hãc differre ſpẽm, q̃ ſm commutationem dicitur quod Ariſt. reſpuit dicens. Hoc ãt non eſt uerum. Sed qm̃ quod commutatᷓ non oĩno neq; generatur, neq; corrũpitur, vt q in ſole diutius ſtetit, ſi ex candido niger eſt factus, cõmutatus q̃dẽ ſm colorem dicitur, non tamẽ generatus eſt aut corruptus, nec vero illi aliquod vel crementũ factũ eſt, vel diminutio, ſed neč loci tranſlatio ulla eſt. põt.n. aliquis vno eodemque loco conſiſtens aliquib. Extrinſecus venientib. paſſionib. permutari. põt quoq; & creſcere & decreſcere pter qualitatis commutationem, quod ipſe Ariſt. ita pronunciat.

*Sed ſunt quædam creſcentia, quę non alterantur, ut quadratum circumpoſito gnomone creuit quidem, alteratum uero nihil factum eſt, ſic & in alijs huiuſmodi, quare alij ſunt motus a ſe inuicem.*

119. Qđ dicit tale eſt. Si quadrato inquit addatur gnomo, creſcit quidem quadratus, non tamen commutatur. Ideóque




ſublato gnomone quadratus diminuitur, ſed non commutatur. Sit.n. quadratus. a.b.c.d. & ducatur ei angularis. b.c. & diuidantur quatuor latera. a.c. a.b. b.d. d.c. in æqualia, g.e.h.f. punctis, & ducantur. g.h. f.e. lineę. Diuiſus igitur quadratus. a.d. in quatuor quadratos, qui ſunt. e.g. f.g. e.h. h.f. quorum liber tres qui circa eandem angularem ſunt, ſi demantur, figura ipſa gnomo vocatur. vt ſi quis tollat hos tres. e.g. g.f. f.h.

f.f.h.inuenit m. n.gnomo. qui m.n. gnomo ſeparatus a.b.e. h.quadrato. Totus quidē a,d.quadratus imminutus eſt, qui ex iā magno factus eſt paruus,non tñ formā tetragoni cōmutauit.Quod ſi.e.h.tetragonus ſolus ſit, & ei circūponat gnomo,q eſt.m,n,creuit quidē tetragonus, & maior factus eſt.Omnes.n.tetragoni ſibi ſunt ,ppria qualitate cōſimiles, Qđ ſi commutatio hmōi motus eſſet, ut nō oīno a ſuperioribus ſepararetur,nulla eſſet dubitatio, quin ſp oporteret qc quid cōmutat ſm aliquē priorū motuū modū cōmutari.Ita ut aut naſceret,aut corrumperetur,aut minueretur, aut creſceret, aut ſecundum locum fieret aliqua permutatio . Qđ qm̄ non eſt,ab omnib.ſuperiorib.motib.hæc motus ſpecies diſtat. Sed monſtratū ſuperius eſt quinq; ſuperiores motus ſpecies a ſe omni ratione ſubſtantiæ diſcrepare. Quocirca diſtant a ſe ſimiliter hi ſex motus,atque diuerſi ſunt.

*Eſt autem ſimpliciter quidem motui quies contrariū. Singulis uero ſinguli,generationi quidem corruptio, augmentationi autē diminutio,ſecundum locum uero mutationi,ſecundum locum quies . maxime autē uidetur oppoſitum eſſe in contrarium locū mutatio,ut quæ eſt inferius ei quę eſt ſuperius,et ea quę eſt ſuperius,ei q̄ eſt īſerius.*

120.Nunc iam motū contrarietates exequitur,& ipſi quidē generi,i.motui dicit quietē eſſe contrariā. hēt .n. motus qetē cōtrariā. Singulis vero ſpecieb.motuū,motus ipſi contrarii sūt,ut generationi corruptio . & cū generatio ſit motus, atq; corruptio,vtraq; tñ ſibimet cōtraria ſunt:cremēto quoque diminutio cōtraria eſt . Quare diuerſo mō hæc ſpecies motus cōtrarietatē habēt,q̄ genus dudū habere monſtrauimus.motus.n.ipſe hēt qetē cootrariā.Specierū uero motib. noo quies tm̄,ſed alii motus cōtrarii ſunt . vt generationi, corruptio.& cremēto diminutio. ſm uero locū trāslationi, cōtrarietas ſitis eſt generi. Nā & ipſa hēt cōtrariā ſm locū quietem,cōtrarium nanq; eſt moueri de loco in locū , & nō moueri.Et eſt nō moueri quidē ſm locū quies,moueri vero ſm locū trāſlatio. Maxime āt inquit ſm locū mutationi contraria eſt in contrariū locū permutatio.Vt ſi qua res ſurſum ſit,atq; ibi maneat, & ſit quieta, poſtea ſit ei motus talis,ut deorſū moueat,q̄q̄ ipſi ſuperiori motui quies contraria ſit, multo magis quidem hmōi motus qui in contrarium ſit locum, illi ſuperiori motui contrarius eſt , Atq; hoc quidem & in aliis motib.accidit,ut ſiquis ſit ad dexteram,ſi ei in ſiniſtram motus ſit, io contrarium locum factus dicitur motus atque hoc idem io aliis motib.licet videre . Sed Ariſtoteles dubitat. ſi reliquo motui,i.commutationi , aliqd poſſit eſſe contrarium,quam quæſtionem ita proponit.

*Reliquo uero aſſignatorū motuū nō facile eſt aſſignare quid ſit cōtrarium. uidetur āt nihil ei contrarium eſſe, niſi quis & in hoc ſcđm qualitatē quietem opponat;aut ī cōtrariū qualitatis mutationē:ſicut et in mutatione ſcđm locū,quietem ſcđm locum, aut in contrarium locū mutationem. Eſt.n.alteratio ſecundum qualitatem mutatio.*

121.Ex ſimilitudine mutuū cōtrarietates quoq; colligimus; Nā qm̄ ſuperius,motui ſm locū cōtrariam reperit ſm locū quietē.& qm̄ omnis cōmmatio,q̄ ſm aliquā paſſionē ſit,ſm qualitatē cōmutatur,motus eius contrarietatem poſuit ſm qualitatē quietē.ut ſi lapis cum frigidus ē , ſi ita pmaneat , qualitas illa māſit,& qeuit.q̄ ſi tepeat qualitas illa cōmutata eſt,& eſt ipſa cōmutatio contraria.& factus eo qdē motus,& in tpe lapidis ſm qualitatē facta eſt permutatio. fuit āt in frigore qes ſm eādē qualitatē.Quocirca licet videat hic motus qdē oīno cōtrarium nō habere,tñ ſicut ſuperius dictum eſt,ſm locum tranſlationi contrariā eſſe ſm locum quietē:cur non quoq; ſm qualitatē commutationi dicatur quies ſm qualitatē eſſe contrariā: Definitio nanque cōmutationis eſt trāslatio ſm qualitatē. cum .n. qualitas cuiuslibet rei mouetur, ſit tranſlatio ſm qualitatem. Quod ſi maxime uideatur ſm locum trāſlationi eſſe cōtraria nō ſolum ſm locum qes,ſed ēt in cōtrarium locum trāslatio ſm qualitatē quoq; mutationi,non ſolum erit cōtraria ſm qualitatē quies,ſed maxime in contrariā qualitatē commutatio . ut ſi quid cum eſt album,rubrum,fiat quieti qdē ea quæ in alio colore poterat permanere,cōtraria fuit qualitatis ipſa mutatio,ut ex albo in rubrum mutaretur,ſi quid ante ex albo uertatur in nigrum illud maxime permutatur,& illud ſuperiori mutationi contrarium eſt,quoniam permutatum eſt in contrariam qualitatem.Atque hoc eſt q̄ ait.

*Quapropter oppoſita erit ſecundum qualitatem mutationi ſecundum qualitatem quies,aut in contrarium mutatio qualitatis,ut album fieri,ad id quod eſt nigrum fieri. alteratur .n. in contrariū qualitatis mutatione facta.*

122.Id quoq; apertiſſimo vulgat exēplo. Quare qm̄ de motib.expeditū eſt, habēdi ęquocationē q̄ ſequit explicemus.

## QVOD SIGNIFICATIONES HABEAT Verbum Habere.

*HAbere āt multis modis dicitur, aut.n.tanq̄ habitū & affectum,aut aliam quamlibet qualitatem,dicimur.n.diſciplinam aliq̄ habere atq; uirtutem. Aut tanq̄ q̄titatem, ut contingit ei qui habet magnitudinem. dicitur.n.tricubitā magnitudinem habere uel quadricubitā. Aut tanq̄ ea q̄ circa corpus sūt, ut ueſtimētum uel tunicā. Aut tanq̄ in parte,ut in manu annulū. Aut tanq̄ partem,ut manum uel pedem. Aut tanq̄ in uaſe , ut in modio grana tritici,uel lagena uinū.uinū.n. habere lagena dicitur, & modius grana tritici.hæc ergo omnia haberi dicūtur,ut in uaſe. Aut tanq̄ poſſeſſionem,habere.n. domum aut agrum dicimur. Dicitur etiam uir uxorem habere, et uxor uirum .Sed uidetur alieniſſimus qui nunc dictus eſt modus eſſe in eo quod eſt habere . nihil .n. aliud per uxorem habere ſignificamus, niſi quia cohabitant . forte tamen & alij quidā apparebunt modi de eo quod eſt habere. Sed qui cōſueuerūt dici,pene omnes enumerati sūt.*

123.Aequiuocum eſſe habēdi modum manifeſtum eſt.habere.n.ita multis dr̄ modis,ut tñ æquiuoce p̄dicet.Dicimur.n. habere aliquā qualitatē,ut habitum vel diſpoſitionem Dicimur quoq; habere ſciam uel uirtutē.Quātitatē quoq; habere phibemur.dicimur.n.i mēſura habere qnq; vel quatuor pedes. Nec nō ēt ī ipſis partib.corporis aliqd , & ipſas partes hēre prędicamur.dicimur.n.& hēre digitos,& in digito annulos.Circa corpus quoq; aliqd hēre dicimur , vt tunicā, vel qdlibet aliud veſtimentum.Necnō ēt in uaſe haberi aliqd dicitur,ut triticum ī modio,& uinum in dolio hęc.ſ.ita haberi dr̄,ut in vaſe.Dicitur ēt quis habere vxorem quę .ſ.ſignificatio nulli ſupradictarum cōis eſt, ſed(ut ipſi Ariſtoteli uidetur)longe diuerſa eſt hęc ſignificatio ab habendi p̄dicamento.non.n.proprie habemus vxores , ſed qn̄ habere quis dicitur vxorē hoc ſignificat,habitare cum eo vxorē habere.n.habitare dicimus,ut eſt Socr.habēt .i. cum habitant, atq; eum colunt . Quare ipſe quoq; Ariſtoteles inquit eſſe aliquos fortaſſe p̄ter eos qui dicātur,habēdi modos hortatur q; nos ad ulteriorē aliq̄ inquiſitionē ut nos quoq; queramus,p quos,præter priores dictos,modos alios poſſit habere p̄dicari.Et de hęc ęquiuocatione quidē hōdi ſufficienter dictum eſt. Sed forte quis dubitet,cur cum hēc ſuperius in gñe nominauerit,nunc idipſum. æquiuocum ponat,ſed hęc qđ ita ſoluit,Non abſurdum eſt idē p̄dicamentum nunc uniuōce,nunc ęquoce p̄dicari.uniuoce qdem ut ſuperius,cum eiuſdem ſpecierum exempla ,ppoſuit,ut eſt calciatum eſſe, uel armatum,horum.n.talium genus eſt.Aequoce vero,ut ī his modis quos ſuperius expoſuimus.Qđ ſi hēt aliquas proprias ſpēs hn̄di p̄dicatio dr̄ āt & ipſum nomen multipliciter.nihil eſt incongruum in genere numerari.ſufficit .n. ad demonſtrandum genus eſſe & habendi prędicationem qđ ſub ſe aliquas partes ſpecieſque contineat,

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI,

## Editionis Primæ ſeu minorum commentariorum, in librum Ariſtotelis de interpretatione.

### LIBER PRIMVS.

MAGNA quidem libri huius apud Peripateticam ſectam probatur auctoritas. Hic nanq; Ariſt. ſimplicium propoſitionum naturam diligenter examinat. ſed eius ſeries ſcrupuloſa impedit ſemita, & ſubtilibus preſſa ſententiis, aditum intelligentiæ facilem nõ relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici commentatione ſuppleuimus: & quantum ſimplices quidem intellectus ſententiarum oratio breuis obſcuraq; complectitur, tñ hac operis huius tractatione digeſſimus. Quod vero altius acumen conſiderationis expoſcit, ſecundę ſeries editionis expediet. Nunc a me tñ lector expectat, quantum pedetentim minutatimq; ſm orationis ordinem, textumque ſermonis, id quod anguſtia breuitatis latet, intelligat. Et prius quæ ſit huius operis intentio breuiter demõſtrandum eſt. Inſcribitur etenim grçce liber hic περὶ ἑρμηνείας, quod latine, de interpretatione, ſignificat. Quid ergo ſit interpretatio paucis abſoluam. Interpretatio eſt uox ſignificatiua, per ſeipſam aliquid ſignificans. Siue.n. nomen ſit quod per ſe ſignificet, vt eſt homo. ſiue verbum, vt eſt curro. ſiue quod grammatici participium vocant. ſiue pronomen. ſiue ex his iũcta oratio, vt eſt hõ currit. ſiue quolibet alio modo, uel nomen, vel verbum, vel ex his oratio iuncta per ſe aliquid ſignificet, interpretatio nominatur. Quare cum ſint quædam in orationis partibus, quę per ſe nihil ſignificant, aliis tamen iunctę deſignant, ut ſunt coniunctiones, & prępoſitiones, hęc interpretationes eſſe non dicimus. Interpretatio.n. ſiue ſimplex eſt, vt nomen & verbum, ſiue compoſita, vt ex his iuncta copulataq; oratio, vel per ſeipſam ſignificare debet, ſi ſimplex eſt, vel ex his quæ per ſe ſignificant iuncta eſſe, ſi compoſita eſt. Quare interpretatio eſt vox aliquid per ſeipſam ſignificãs. Sed qm̃ verba noiaq; interpretationes ſũt, oratio quoq; omnis quæ ex ſignificantib. per ſe prædicamẽtis iungitur, interpretatio nuncupatur. & qũ plurimæ ſunt interpretationes, inter quas illa quoq; eſt oratio, in qua verum falſumve inueniri poteſt.i. enunciatiua, de qua hoc in libro tractandum eſt, idcirco Ariſt. de cõi noĩe & continenti, libro titulum inſcripſit. Interpretatio nanq; eſt nomen & verbum, & interpretatio ẽt eſt hmõi oratio. omnis hõ animal eſt: ſed in hac verum falſumq; auditor intelligit. Hęc.n. oratio quæ dicit, omnis hõ animal eſt, vera vel falſa eſt. Interpretatio quoq; eſt ẽt hmõi oratio. Da mihi codicẽ, ĩ qua verum falſumq; nullus inueniet. Etenim da mihi codicẽ, neque verum eſſe poterit, neq; falſum. Quocirca, qm̃ de his ſolis orationibus, in quibus verum falſumq; reperitur, quas enunciationes & propoſitiones vocamus, quę interpretationes ſunt, diſputaturus eſt; qm̃q; de nominibus illis verbiſque dicendum eſt, quid ſint, quamve vim in ſignificatione retineant, recte librum de interpretatione ſignauit. Nec nos hoc turbet, quod ſunt quędam interpretationes, de quibus in hoc libro non tractet. tanquam .n. ſiquis de homine diſputans titulum operis de animali poſuiſſet, quanquam non de omni animali, tamen quoniam de aliquo diſputaturus eſſet, recte de animali, libro nomen imponeret. Ita nunc, licet non de omni interpretatione pertractet, tamen qm̃ de vna quę eſt enunciatio, & de nominibus & verbis, quę interpretatione ſimplices ſunt, dicendum erat: de communi & generali vocabulum libro de interpretatione impoſuit. Eſt autem intentio libri huius de ſimplici enunciatiua oratione differere. Simplex aũt enunciatiua oratio eſt, in qua cũ verum falſumve ſit, illud tñ eſt, ut ſine coniunctione totus orationis ordo proponatur. ut eſt, hõ eſt. hõ aĩal eſt. hõ currit. hõ pauidus currit. Hæ.n. ꝓpoſitiones ſine cõiunctione propoſitæ ſunt. Et hę dñr prędicatiuę, q̃ ſunt cũ nomine & uerbo. Illę uero quę ſunt hmõi, ſol eſt ſuper terram dies eſt duplices atq; hypotheticæ, nec non ẽt conditionales uocant. Ponitur.n. ſi hoc ſit, hoc eſſe, ideſt ſi ſol eſt, eſſe diẽ. Quare hę ſimplices non ſunt. ſol eſt .n. & dies eſt, duę propoſitiones ſunt, quas vna cõiunctio ſi, copulat atq; componit. Sed de his nullus hoc libro tractatus habebitur. Quare, qm̃ de ſimplicib. enunciatiuis orationib. tractaturus eſt ideſt de ſimplici affirmatione & ſimplici negatione, quoniãque affirmationes & negationes verbis ac nominib. coniunguntur, ut in ea quę eſt, hõ currit, affirmatione: eſt homo, nomen: currit, uerbum. Et rurſum, hõ non currit: negatio eodem nomine verboque coniungit: recte prius de ſimplici affirmatione, & de ſimplici negatione, omninoque de enunciatione ſimplici diſputaturus eſt. Quoniam autem omnis enunciatio ſimplex verbis nominibuſque coniungitur, primam diſputationem de nominibus & verbis inſtituit. His.n. prius ad ſcientiam uenientibus tota faciliime natura orationis aperitur. De quibus autem ei ĩ toto dicendum eſt libro, inchoans ipſe ſic proponit.

*Primum oportet conſtituere quid ſit nomen, & quid uerbum, poſtea quid eſt negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio.*

I. In principio inquit huius ſermonis, qui de enunciatione inſtituitur, cõſtituere, ideſt definire, oportet, quid nomẽ ſit, quid verbum. Hęc.n. (ut dictum eſt) omnem coniũgere orationem valent. Quę oratio genus eſt aliarũ orationum. Sunt.n. principales quinque orationum differentiæ. Eſt autem prima oratio deprecatiua, ut Iupiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis. Secunda imperatiua, ut Suggere tela mihi. Tertia interrogatiua, ut, Quo te Mœri pedes? Quarta uocatiua, ut, Huc ades o Melibœe. Quinta enunciatiua, in qua verum ineſſe falſumque perſpicitur. Huius aũt duæ ſunt ſpecies, una affirmatio, altera negatio. Affirmatio eſt, ut homo animal eſt. Negatio, ut hõ animal non eſt. Ergo orationem verba noĩaq; conſtituunt. Enunciatiuæ aũt eius oratio genus eſt. Enunciatio vero, affirmationis & negationis. Quare elementa quædã ſunt quę coniungunt orationem, nomina & verba. & de his diſputat primum, deinde propoſitionis duas vltimas ſpecies ſumit, & dicit ſe de affirmatione & negatione dicturum. Poſt has harũ genus proponit, ideſt enunciationem: Vltimum vero, quod horum maximum eſt, orationem. Eſt vero quodãmõ conuerſus ordo ab ſpecieb. vſq; ad earum genera prima perueniens. Proponendo .n. ab affirmatione & negatione ad enunciationem, quod eſt genus, aſcenſum eſt. Ab enunciatione ad enũciationis genus, qđ eſt oratio ꝓpoſitionem operis leuauit: diuerſo tñ mõ de cunctis diſputat. Prius .n. de rõne, poſt de enunciatione, deinde de affirmatione, poſtremũ de definitione negationis ediſſerit, conuerſo.ſ. ordine. Sed hoc poſterius liquebit. Qđ aũt prius negationem, poſtea propoſuit affirmationem, nihil intereſt. cum omnis ſpecies æquæuę ſibimet ſint, & uni generi æqualiter ſupponatur. Quocirca ſi affirmatio & negatio enunciationis ſpẽs ſunt, rectum eſt quamlibet earũ prius indiſcrete ꝓponere. Quemadmodum aũt affirmatio & negatio ſpecies enunciationis ſint, & hęc earũ genus, ſecunda editione monſtrandum eſt.

*Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, earum quæ ſunt in anima paſſionum, notæ: & ea quæ ſcribuntur, eorũ quę ſunt in uoce. Ac quemadmodum nec literæ ęedem omnib. ſic nec eædem uoces. Quarum autem hæ primo notæ, ęedem omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorum hæ ſimilitudines, res iam ęedem. De his itaq; dictum eſt in his, quę dicta ſunt de anima. Alterius eſt enim negocij.*

2. Qm̃ nomẽ & verbũ in definitionib. ſuis ſignificatiua paulo poſt ꝓpoſiturus eſt: primũ explica quorũ ſint ſignificatiua queçunq; ſignificãt. ideſt q̃ deſignent ipſum nomẽ & uerbum. Tota ãt ratio ſenſus hmõi eſt. Tria sũt ex quib. oĩs collocutio diſputatioq; perficiĩ, res, Itellectus, uoces. Res sũt, quas animi rõne percipimus, Itellectuq; diſcernimus. Intellectus uero, quib. res ipſas addiſcimus. Voces, quib. id qđ intellectu capimus, ſignificamus. Præter hęc ãt tria, eſt aliud quiddam, quod ſignificat voces, hę ſunt literæ, harum .n. ſcriptio vocum ſignificatio eſt. Cum igitur hęc ſint quatuor, res, intellectus, vox, litera: rem concipit intellectus, intellectum vero uoces deſignant, ipſas vero voces literæ ſignificant. Intellectus vero animæ quædam paſſio eſt. Niſi .n. quandam ſimilitudinem rei, quam quis intelligit in animę rõne patiatur, nullus eſt intellectus. Cum .n. video orbem vel quadratum, figuram eius mente concipio, & eius mihi ſimilitudo in animæ rõne formatur, patiturque anima rei intellectę ſimilitudinem, vnde fit ut intellectus, & ſimilitudo fit rei, & animæ paſſio. Horum aũt rurſus quatuor, duę ſunt naturales, duę ſm hominum poſitionem. Voces nanque & literæ, ſm hominum poſitionem ſunt: Intellectus aũt & res, naturaliter. Hoc illo approbatur, quod apud diuerſas gentes, diuerſis uocib. utuntur & literis. Idcirco qm̃ ipſi ſibi uoces quib. vterentur, & literas quibus ſcriberent, cõpoſuerunt. Intellectus aũt & res nullus poſuit, ſed naturaliter ſunt. Neq; .n. quod apud. Romanos eſt equus, apud barbaros ceruus eſt, ſed apud diuerſas gentes eadem rerum, natura eſt. preterea neq; quod nos intelligimus eſſe equum, canem barbari putant. Sed eandem apud diuerſiſſimas gentes ſubſtantiarum intellectuumque rõ eſt conſtituta. Quare duæ harum ſunt ſm hominum poſitionem., .i. uoces & literę, duæ ſm naturam, res & intellectus. Nunc ergo hoc dicit, qm̃ uoces quidem ſignificant intellectum., ipſas ẽt voces literæ ſignificant: ſunt aũt intellectus animę paſſiones, & uoces quidem & literæ naturales non ſunt. Quemadmodum .n. vox non eadem apud oẽs gentes, ita nec literę. Sed intellectus, & res eaſdem apud oẽs quamlibet diuerſiſſimas gentes inueniẽus. Atque hoc eſt quod ait. Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, earum quæ ſunt in anima, paſſionum notæ. ideſt ipſe inquit uoces. intellectus. qui ſunt animę paſſiones, ſignificant, eorumque ſunt ſignificatiuę. ergo ea quę ſunt in voce, ſignificãt illas, & earum ſunt notę, quæ ſunt animę paſſiones. Animæ autem paſſiones intellectus ſunt. Igitur ea quę ſunt in uoce, intellectuũ, qui ſunt in anima paſſiones, notæ ſunt, eoſque ſignificant. qm̃ his, ideſt vocibus, omnis ſignificatur intelligentia mentiſque conceptio. At vero qđ addidit, & ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in uoce, tantundem valet quantum ſi diceret, Notæ ſunt literę quę ſcribuntur, verborum & nominum quę ſunt in uoce. monſtrauit igitur uoces intellectuum eſſe ſignificatiuas, & literas uocum, nunc de eorum natura pertractat dicens. Et quemadmodum nec literę omnibus eædem, ſic nec eædem voces. Hoc ad monſtrandũ ualet uoces & literas poſitione conſtitui non natura. Etenim diuerſę apud diuerſos ſunt uoces & literæ: & quemadmodum literæ eædem apud oẽs hoĩes non inueniuntur, ita quoque nec voces. Quare hæ ſm poſitionem ſunt, quod ipſe reiicuit velut planum. Manifeſtum .n. eſt, quod per gentes ſingulas permutatur, hoc non natura conſtitutum eſſe, ſed poſitione. Quod uero addidit, Quorum autẽ hæ primum notę ſunt, eędem omnibus paſſiones animæ ſunt; & quorum hæ ſimilitudines, res ẽt eædem: ad hoc pertinet, ut naturales eſſe res intellectuſque declarat. Idem nanque (ut dictum eſt) intellectus paſſiones animæ ſunt, rerum vero ſimilitudines. Ergo nunc quidem hoc dicit, Quorum hę, ideſt uoces, de quib. ſupra dixerat, notæ ſunt, eędem ſunt animæ paſſiones, & vt nec literę ſunt eędem, ſic nec eędem uoces. Quorum ergo qđ voces ſignificatiuæ ſunt, id eſt paſſionum animæ, hę ſunt apud oẽs eædem, ſignificant aũt uoces illa quę ſunt intellectus. Intellectus igitur animę paſſio eſt, apud oẽs hoĩes non diuerſa. Ergo naturalis apud oẽs hoĩes eſt animi cõceptio, atq; animæ paſſio: quarũ ſunt notę ea q̃ verſant in uocib. Docet ãt & res, quarum ſunt ſimilitudines Itellectus & animę paſſiones, eſſe nõ poſitione, ſed naturaliter cõſtitutas. Idicirco qđ hæ res, quarũ ſimilitudines sũt intellectus, q intellectus animæ paſſiones ſunt, apud oẽs eædẽ ſunt. hoc eſt .n. qđ ait. Et quorũ hę ſimilitudines. ſ. animæ paſſiones, quæ ſunt ſimilitudines rerum, res etiã eędem. Ac ſi diceret, Quorum intellectus ſunt ſimilitudines, qui intellectus animę paſſiones ſunt, ideſt res apud omnes eędem ſunt. Quòd aũt ita poſuit, Quorũ aut hę primum notæ, hoc ſentit. De vocib. n. dicit, qm̃ quorum uoces primum notæ ſunt, apud omnes eędem ſunt animę paſſiones. Vox enim etiam intellectum rei ſignificat, & ipſam rem. ut cum dico, lapis, & intellectum lapidis, & ipſum lapidem, ideſt ipſam ſubſtantiã deſignat. Sed prius intellectũ, ſcđo vero loco rem ſignificat. Ergo non oĩa quę vox ſignificat paſſiones aĩę ſunt, ſed illa ſola quæ primo, primo .n. ſignificatur intellectus, ſcđo uero loco, res. ſed intellectus paſſiones animæ ſunt. quorum ergo primum notę ſunt voces, eædem ſunt apud omnes homines animę paſſiones. Eſt alia quoq; ſcriptura hoc modo ſe hñs. Quorũ ãt hę primum note, hę omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorum hę ſimilitudines, res ẽt hę. Qđ ſi ita ſcriptũ eſt, hoc dicere videtur oſtendit .n. quorum ſint notæ uoces, & quorum ſint rurſus aĩę paſſiones, tanquã ſi diceret. Voces qđ ſignificant, & quorũ notę ſunt, illæ ſunt aĩę paſſiones: & rurſus quorũ ſimilitudines ſunt hæ, quæ ſunt aĩæ paſſiones, hæ ſunt res, tanquã rurſus ſi diceret, Quorũ ſunt ſimilitudines ea q̃ in intellectib. atq; aĩæ paſſionib ſunt, illæ res ſunt. Sed de his diſputationes trahere lõgius nõ vult. Ait .n. de his ita que dictũ eſt, in his q̃ ſunt dicta de aĩa. alterius eſt .n. negocij. Etenim aliud eſt principaliter de intellectib. aĩę diſputare, aliud tantũ ſibi ad diſputationem ſumere, quantum ad logice poſſit pertinere peritiam. Quare alterius negocij eſt, principaliter de animæ paſſionibus diſputare.

*Eſt autem quemadmodum in anima, aliquoties quidẽ intellectus ſine uero uel falſo, aliquoties autem cui iã neceſſe eſt horum alterum ineſſe: ſic etiam in uoce. circa cõpoſitionem enim & diuiſionem eſt falſitas & ueritas.*

3. De enunciatione dicturus, in qua ueritas & falſitas inuenitur, recte prius mõſtrare proponit, in qua ꝓlatione uocum horum alterum, ideſt aut veritas aut falſitas, inueniri queat. Sed omnis uox animi ſenſã ſignificat, quare ex animi intellectib. quicquid euenerit uocib. indicatur. ergo nunc hoc dicit; Similitudo eſt inquit quędã inter ſe intellectuum atq; uocum. quemadmodum .n. ſunt quędam ſimplicia, quę rõne animi concipiuntur, & conſtituunt intelligentia mentis, in quib. neq; ueritas ulla, neq; falſitas inuenit: ita quoque in uocib. eſt. Simplex .n. intellectus, ut uerbi gratia, hominis uel equi, neq; falſitatem ullam retinet neq; ueritatẽ. cum .n. intelligo ſimpliciter hominem & ſubſtnatiam ipsã, nihil veri vel falſi in cogitatione retineo. Quod ſi curſum rurſus animi cogitatione perſpexero, cogitatio ipſa, quoniã ſimplicis rei tenet intuitum, a ueritate & falſitate ſecluſa eſt. Sed qñ curſum & hominem iunxero, & ex his aliquid intelligentia mea fecero, id quoq; ſi uoce proferam, hmõi erit, homo currit: Tunc ex hac ſubſtantiæ & accidentis cõpoſitione & coniunctione huiuſmodi intellectus fit, in quo vel faſitas poſſit eſſe, vel veritas. Ergo quemadmodum in intellectu ſunt quædam aliquoties ſimplicia, uero falſoque carentia, aliquoties autem cum iam neceſſe eſt aut ueritatem ineſſe intellectui aut falſitatem: ſic eſt etiam in uoce. Nam ſi ſimplicem intellectum uerò falſoq; carentem uox ꝓferat, ipſa quoq; vox a ueritate & falſitate relinquitur. Qđ ſi hmõi proferat intellectum, qui in ſe verũ falſumve contineat, ipſa quoq; veri falſiq; retinet ſignificationem. Docuit autem per hoc quod ait. Circa compoſitionem .n. & diuiſionem eſt ueritas falſitaſque, in qua prolatione vocis

cis enunciationes poſſimus inuenire. Quoties.n.ſubſtantiã cũ accidente cõiungimus atq; componimus,vel intellectui copulamus,vt fieri propó poſſit in cogitatione, tunc fit idẽ in uoce.Et eſt nunc affirmatio,vt hõ currit. Hoĩem quippe curſumq; compoſuit atq; coniunxit, & inde affirmatio nata eſt,veritatem continens vel mendaciũ.Nunc vero negatio, ſi huic aduerbiũ negatiuum,non,iunxero,& ſubſtantiam ab accidente diuiſero atq; diſiunxero. vt eſt,hõ non currit, id non,quod eſt aduerbium negatiuum,hominem a curſu diuiſit atq; diſiunxit, factaq; eſt inde negatio rurſus veritatem falſitatemve ſignificans.Recte igitur dictum eſt circa compoſitionẽ,quod eſt affirmatio,uel diuiſionem, quod eſt negatio,veritatis falſitatiſq; conſtare naturam.

*Noĩa igitur ipſa et verba cõſimilia ſunt ſine cõpõne vel diuiſione intellectui, vt hõ vel albũ, quando non additur aliquid,neque.n.adhuc verum aut falſum eſt.*

4. Nunc quid ſit intellectus ſine vero uel falſo continuata oratione proſequitur.Ea.n.inquit quæ ſimplicia dĩr,ſimilia ſunt ſimplicib. intellectib. qui ſine vlla compoſitione vel diuiſione,animi puro capiuntur intuitu.cum.n.hõ vel album ipſa quidem ſimplicia ſint,& ſignificent aliquid, nihil tamẽ neq; verum neq; falſum deſignant. Oẽ.n.ſimplex nomẽ vel verbum a veritate & falſitate ſecluditur.Atq; ideo,qm̃ ( vt dictum eſt)quæcunq; ſunt in vocibus ſignificant animæ paſſiones:ſimplices voces,& ſine compoſitione vel diuiſione, ſimiles ſunt his intellectibus,quos ſine compoſitione & diuiſione ſimplex intelligentia concipit.In his.n. atq; in hmõi nulla neq; veritas neq; falſitas inuenitur.niſi .n. aliquid addatur,vt id quod ſimplex intelligis, vel per ſe conſtituas eſſe,vel ei aliquid ſm eſſe coniungas,in his veritas & falſitas non erit.Cum.n.ſimplr̃ dico,hõ,ſi non aliquid addidero,vt verbum,eſt,& fiat hmõi compoſitio.hõ eſt.vel hmõi aliqd, vt hõ viuit, quód idem valet, tanq̃ ſi dicam, hõ viuens eſt. Ergo niſi aliquid hmõi fuerit adiunctum, quod intellectam rem vel per ſe eſſe conſtituat,vt,homo eſt.cum dico, per ſe hoiem eſſe deſignaui: vel iuncto accidente tale aliquid apponatur,quod idem ei quod eſt eſſe ſignificet, vt eſt, homo viuit.vita.n.homini iuncta eſt,&.viuit idem ſignificat,quod viuens eſt.nulla veritas nec falſitas valet intelligi. Hoc autem conuenientiſſimo monſtrat exemplo.

*Signũ ãt huius eſt,etenim hircocerũus ſignificat quidẽ aliquid,ſed qđ nondum uerum uel falſum,ſi nõ uel eſſe uel nõ eſſe,addatur,uel ſimpliciter, uel ſecundum tẽpus.*

5. Magnam vim hẽt exempli huius ſubtilitas.Non.n.ſola illa noĩa vel verba a falſitate ac mẽdacio ſeparata ſunt,quæcunq; ſimplicia ſunt,ſed ẽt illa quæcunque ſunt compoſita, ſi ſint dicta ſimplr̃.Hircocerũus .n. compoſitum nomen eſt, ſignificans hircum & ceruum Sed niſi ei aut eſſe aut non eſſe addatur,vt dicamus,hircocerũus eſt,vel, hircocerũus nõ eſt.nullus inde veri ſalſive intellectus poterit prouenire.Ipſum.n.q̃q̃ ſit compoſitum,tñ ſimplr̃ dictum, veritati vel falſitati proximũ non eſt.Siquis.n.dicat tñ, hircocerũus,nihil enunciat. Quod ſi nihil enunciat, præter veritatem falſitatemq;, quoddã compoſitum deſignans nomen auditor intelligit. Quod vero ait, vel ſimplr̃, vel ſm tempus: ad hoc ualet,ne putaremus tũc fieri ſolum de noĩe enunciationẽ, cum ei præſens tp̃s adiicitur, vt cum dicimus, hircocerũus eſt.vel,hircocerũus non eſt: in his iam veritas eſt aut falſitas.Sed non ſolum ſi pręſens tp̃s deſignet propoſitio, ſed ẽt ſi præteritum, vt ſiquis dicat, hircocerũus fuit.vel futurum,vt ſiquis dicat, hircocerũus erit. enunciationem facit. ergo hoc eſt quod ait, vel ſimpliciter vel ſm tempus.Huiuſmodi.n. ſimpliciter facta enũciatio ſm pręſens eſt.Et enim quod pręſens dicimus,tempus non eſt, ſed confinium temporum,tempus autem eſt aut futurum, aut pręteritum, ergo non poteſt in eo quod eſt hircocerũus, veritas aut falſitas inueniri,niſi ei aut eſſe,aut non eſſe addatur, vel pręſens ſignificans,quod eſt ſimplr̃: vel ſm tempus,quod eſt p̃teritum aut futurum.Siquis.n.ſic dicat,hircocerũus eſt:ſimpliciter dixit.i.ſm p̃ſens.Siquis ãt hircocerũus erit, uel fuit: ſm tempus,futurum.ſ.& pręteritum. Hęc igitur quæ erant utilia prælocutus,ad definitionem nominis, diſputationis curſu acedit.

## DE NOMINE.

*NOMEN igitur eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore,cuius nulla pars eſt ſignificatiua,ſeparata.*

6. Omnis definitio genere & differentiis perficitur.Sumpſit ergo ad definitionem,vocem eſſe nominis genus. Cætera vero quæ executus eſt,pro differentiis aggregauit. Eſt autẽ huius termini talis expoſitio.nomen eſt inquit uox. Sed vocum aliæ ſunt quę ſignificant,alię quę nihil ſignificant. Nomen aũt ſignificat id cuius nomen eſt.Nomen igiť eſt vox ſignificatiua.Vocũ ſignificatiuarũ, alię ſunt naturalr̃,alię nõ naturalr̃. Naturaliter eſt vox ſignificatiua,vt ea quę dolores naturalr̃ monſtrat.aut gaudia. Nõ naturalr̃ uero ſignificatiuæ uoces ſunt,quas ſm poſitionem eſſe dicimus. Secundum poſitionem vero ſunt,quas ſibi ipſi homines poſuerũt. vt cum dixit aliquis primus,qui reb.nomina condidit, hæc ſubſtantia, dicatur aurum, hęc lapis,hęc aqua, & alia ſimilia.Tales igitur voces ſm poſitionem ſunt.Et ita ſm poſitionem,quemadmodum ipſis hominib.placuit,a quibus nomina illa formata ſunt. hmõi ergo voces quæ ſm poſitionem ſunt,ſm ponentium placitum ſunt. Sed nomen non naturaliter ſignificat. Apud diuerſas.n.gentes, diuerſa ſunt nomina.Quę autem apud diuerſos diuerſa ſunt,ea non ſunt naturaliter, ſed ſm placitum eorum qui poſuerunt, poſitionemque ponentium. Alioqui ſi naturaliter eſſent,quemadmodum ea quæ dulcia ſunt apud Romanos, non eadẽ ſunt apud Scythas amara,nec acida, ſed apud ipſos quoque dulcia,& apud oẽs gentes ſunt eodem mõ:ita quoq; omnia nomina ſi naturaliter eſſent,eiſdem oẽs hoĩes vterentur. Quare, qm̃ noĩa naturaliter non ſunt,nec naturaliter ſignificat ſm placitum ſunt.ſ ponentium atq; auctorum,& a quib. nomina ipſa rebus impreſſa ſunt. Eſt ergo nomen vox ſignificatiua ſm placitum.Secundum placitum autem poſitionẽq; ſignificantium vocum, aliæ tp̃s ſecum ad ſignificationẽ trahunt,aliæ pręter tp̃s pręedicantur. Tempus ſecum trahunt, vt eſt curro,& lego.vel curri & legi,& quęcunque ſunt verba,Oẽ.n.verbum cum tpe eſt. Nomina vero ſine tpe ſunt. Cum.n.dico Socr. vel Plato,vel albedo,vel ãliquid humõi, temporib.carent.Nomen ergo vox eſt ſignificatiua ſm placitum,ſine tpe. Vocum ſignificatiuarum ſm placitum ſine tempore,alię ſunt,quarum partes aliquid extra ſignificant: alię,quarum partes extra nihil deſignant.Hæc nanque vox, quæ eſt Socr.cum Plat.aliiſque diſcipulis,quæ eſt oratio, & ſignificatiua eſt,& ſm placitum. Partes nanque ipſius quę ſunt nomina,ſm placitum ſunt,& ſine tempore. Nulla nanque in ea ne imaginatio quidem temporis inuenitur, ſed habet hoc quod partes eius extra ſignificant. Tota nanque oratio eſt,Socr.cum Plat.aliuſque diſcipulis. ſed eius pars, Socr.ſi a tota oratione diſiuncta ſit,ſignificat aliquid.Nominis autem pars nihil extra ſignificat.ipſius.n.nominis,quod eſt Socr.quod diſiunctum a tota connexione ſignificat, partes nihil extra deſignant.Neque.n.So.neq; cra. neq; tes, aliquid pręter totum nomen extra deſignant. Quare rectiſſime definitio conſtituta eſt. Nomen eſſe vocem,ſm placitũ deſignatiuam, ſine tempore,cuius partes nihil extra ſignificant.Hoc autem propoſitis docet exemplis.

*In nomine .n. quod eſt equiferus,ferus per ſe nihil ſignificat,quẽadmodum in oratione quæ eſt,equus ferus,*

7. Si.n.ſit oratio, quæ dicat equus ferus, duas res ſignificat; equum & ferum. Vtrunque.n.eſt, unum ſubſtantia, alterum quale. Qui uero dicit equiferus, unum nomen eſt. & ei unũ quod ſignificat, ſubiectum eſt. quocirca vnum quoq; permiſtio iſta ſignificat. quod ſi unum ſignificat tota permiſtio, pars inde ſeparata nihil extra deſignat. In toto .n. nomine quod eſt equiferus, conſignificat quidem ferus, per ſe uero nihil ſignificat. Quod ſi per ſe id quod dicimus ferus aliqd ſignificare arbitremur, non iam erit pars nominis, ſed ipsũ erit integrum nomen, & habebit partes, ſe, & rus. Quocirca, qm̃ nominib. unum ſubiectum eſt, & vnum ſignificat totum nomen; vel ſi ſit æquiuocum, vel ſi non ſit. canis.n. cum ſit æquiuocum, ſemel totum latrabilem, ſecundo totum cæleſtem, & rurſus totum marinũ ſignificat. Quare, qm̃ quodlibet nomen vnum aliquid ſignificat totum, pars eius ſeparata, & velut a tota cõpoſitione ſeiuncta, in qua vnum aliquid conſignificabat, nihil extra ſignificat. Dat autem differentias ſimplicium nominum & compoſitorum.

*At uero non quemadmodũ in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet ẽt in compoſitis. in illis .n. nullo modo pars ſignificatiua eſt, in his aũt vult quidem, ſed nihil ſignificat ſeparata. vt in eo quod eſt, equiferus, ferus.*

8. Simplicis inquit nominis partes, qm̃ non conſtant ex alijs partibus, ne imaginatione quidem ſignificationis aliquid ꝑdunt, vt in eo noĩe quod eſt homo, neq; ho. neq; mo. quicq̃ ſignificant, neq; ſignificare putantur idcirco, qm̃ ſimplex nomen eſt, in his uero quę compoſita ſunt, qm̃ ex duob. ſignificatiuis in unam ſignificantiam redigũtur, vult quidẽ ſignificare aliquid pars, ſed nihil ſeparata deſignat. In eo .n. quod eſt equiferus, dat quidem imaginationem aliquam ſignificationis, & putatur ſignificare ferus. Hoc eſt.n. quod dicit, vult quidem, ſed nihil extra ſeparatumq; ſignificat. Si .n. hoc ipſum ferus, vt pars nominis dicatur, dimidium nomen dicitur eius quod eſt equiferus, dimidium autem nomẽ nihil deſignat. Ergo id quod dicimus ferus, cum alia parte nominis, quę eſt equi, vnum conſignificat. i. equiferus, ſeparatum ẽt nihil extra deſignat. Quod ſi rurſus ipſum nomen extrinſecus, non in alterius nominis parte ponatur, ꝑ ſe ſibi ſignificat, velut nomen. Ergo non eſt ſimilis in ſimplicib. noĩbus cõpoſitiſq; partiũ conſignificatio. Sed ſimpliciũ quidẽ noium partes nec ipſę ſignificant, nec ſignificare putanĩ. Cõpoſitorũ uero uolunt qdẽ partes aliquid ſignificare & dant ſignificationis imaginationem, & ſignificare aliqd putantur, ſed nullius ſeparatim retinent ſignificationem.

*Secundum placitum vero. Quoniam naturaliter nomen nullum eſt, ſed quando ſit nota.*

9. Tunc.n. ſignificat nomen ſm̃ placitum, qñ ſit nota alicuius rei. i. qñ ſignificat aliquam rem, vt ſcindapſus. Quandiu .n. huic uoci nihil ſubiectum eſt, ſcindapſus nomen non eſt. Nam noĩs eſt ſignificare ſubiectum, ſcindapſus ãt ſubiectũ non ſignificat. Non igitur nomen eſt. Ac rurſus eſt huius cõſtituere ſubiectum, nominis ãt ſignificare ſubiectum eſt. Nõ .n. nomen aliquid diceretur, niſi a ſubiecti ſignificatione hoc traheret, pręcipue cum nomen dicatur quaſi notamen. Itaq; cũ ſcindapſus ſubiectum ſignificat, nomen eſt. Conſtat igitur nomen eſſe ſm̃ placitum, ſed tunc quando ſit nota. i. quando aliquod ſubiectum ſignificat.

*Nam deſignant & illiterati ſoni, ut ferarum, quorum nullus eſt nomen.*

10. Dixerat ſuperius in definitione, nomen eſſe ſm̃ placitum, non natura. Hoc autem nunc diligentius monſtrat dicens, nihil eſſe nominum naturaliter. Atque ideo non illi ſufficit ad definitionem, quod eſt ſignificatiua uox, niſi illud quoque adderet, quod ſecundum placitum vox ſignificatiua eſt. Alioquĩ multi illiterati ſoni ſignificant, ut ſibilus aliquid interdum ſignificat. Ferarum quoque, mutorumque animalium voces interdum aliqua ſignificatione prędita eſſe perſpicimus. Quædam.n. uox canum iram ſignificat, hinitus quoq; equorũ ſæpe alterius equi conſuetudinẽ quęrit. ſed hęc naturaliter ſignificant, atq; ideo nomina non ſunt. Qđ igitur naturaliter ſignificat, nomen nõ eſt. Atq; hęc hactenus. Nũc quemadmodũ facta ſit definõ videamus. Quod dixit nomen eſſe vocẽ traxit a genere definitionẽ. Quod ſignificatiuã eſſe conſequenter appoſuit: nomen ab nõ ſignificãtib. uocib. ſeparauit. Qđ ſm̃ placitum: a naturaliter ſignificãtib. vocib. natura nominis diuiſa eſt. Qđ ſine tempore ad uerborũ diſtrepãtiã reſpicit. Qđ eius nullam partem extra ſignificare propoſitum eſt: idcirco dictum eſt, ut nomen ab orationibus diſtare videretur. Hactenus quidem de tota nominis definitione tractatũ eſt. & quib. differentiis ab aliis uocibus diſtare poſſit nomen explicitum eſt. Nunc autem quæ videntur in definitionem nominis incurrere, an nomina ſint, diligentius quęrit.

*Non homo vero non eſt nomen. At uero nec poſitum eſt nomen quo illud oporteat appellare. Nam neque oratio, neque negatio eſt, ſed ſit nomen infinitum, quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & quod non eſt.*

11. Nunc differit qualia eſſe arbitrari oportet, quæ cum ſub definitione nominis quidem cadant, integra tamen nomina non eſſe videantur. Vnde fit, vt his diligentiſſime diſtributis integerrima nominis definitio concludatur. Hoc enim quod dicimus non homo, quid ſit ambigitur. Oratio enim non eſt. Omnis enim oratio uerbis nominibuſque cõiungitur. Hoc autem quod dicimus non homo, duabus quidem partib. conſtat, ſed unum in ſe retinet nomen, verbum vero non habet. Negatiua enim particula, quę eſt non, neque, nomen eſt neque verbum. Rurſus negatio non eſt. Omnis enim negatio verum falſumve ſignificat. Non homo vero quod dicimus, neque verum eſt, neq; falſum. Niſi enim (ut ſupra ait) aliquid quod ſit proximum ad id quod eſt eſſe, addatur, nulla veritatis aut falſitatis rõ in qualibet orationis partium compoſitione perficitur. At vero non homo nomen non eſt. Omne enim nomen unam rem ſignificat definitam, ut cum dicimus homo, ſubſtantiam ſignificat, nec quamlibet, ſed rationalem atque mortalem. Eodẽ modo & cętera nomina. Qui uero dicit non homo, hominem quidem tollit: quid ãt illa ſignificatione velit oſtendere, non definit. poteſt enim quod homo non eſt, & equus eſſe, & canis, & lapis, & cætera quęcunque hõ non fuerint. Quare, qm̃ id quod definite ſignificare pt, aufert in eo negatiua particula, qđ uero ſignificare debeat, definite non dicit, ſed multa atq; infinita vnuſquiſq; auditor intelligit: dicatur inquit nomen infinitum. Hoc enim quod dicimus nõ homo, tã multa ſignificat, quã multa ſunt, quę a definitione hominis diſiunguntur. Sed hoc Ariſt. uocabulum, cum infinitũ nomẽ vocaret, primus inuenit. Apud antiquores.n. iſta quidẽ erat dubitatio, ſed huic differentiæ, qua differt nomẽ definitũ ab huiuſmodi nomine qđ cũ negatione ꝑponitur, impreſſũ uocabulũ non erat, qđ ipſe teſtaĩ dicẽs. At uero nec poſitum eſt nomẽ quo illud oporteat appellari. Nullus .n. poſuit vocabulum, quo oporteat appellari id qđ dicimus, nõ hõ, ſed Ariſt. perſpicaciter infinitum nomen huiuſmodi prædicamentum cenſuit appellari.

*Catonis autem uel Catoni, & quecunq. talia ſunt, non ſunt nomina, ſed caſus nominis.*

12. Omnis inquit caſus alterius caſus eſt. Itaq; fit, ut quicunq; caſus ſit alterius inflexio videatur. Ergo quod dicimus huius Catonis, vel huic Catoni, uel alia hmõi caſus nominum ſunt. Vnde fit, ut hi caſus inflexione quoq; dicantur, ſed omnis inflexio alicuius inflexio eſt. Quod autem inflectitur, ab eo quod ipſa inflexione fit, prius eſt. quare cum id quod dicimus Cato, nomen ſit, & primum, diſtat ab inflexionib. ſuis. inflexio autem nominatiui genitiuus eſt, & cæteri. Nullus enim dixerit recte, nominatiuum caſum eſſe. Si enim id quod dicimus Cato, alicuius caſus ſit,

cuius caſus eſſe poſſit, oportet oſtẽdi. Sed ante id quod dicimus Cato, nullus prædicatur caſus. igitur quõ Cato nomen nullius inflexionis eſt, nec omnino caſus eſt. Cæteri aũt caſus qui dñr, nominatiui inflexione formantur, Catonis, & Catoni, & Catonem. quare ſi diſtant ea quæ ab inflexione naſcuntur ab his quę inflectuntur, diſtant quoq; hi omnes caſus, qui ſunt Catonis, Catoni, Catonẽ, ab eo quod eſt Cato. i. a nomine principali. ſed hic Cato nomen eſt, caſus igiť nomina non ſunt. Aliud. n. eſt ipſe caſus, aliud cuius eſt caſus. Quocirca ſi nominis hæc omnia caſus ſunt, hęc noĩa nõ ſunt. Atq; ideo prudenter veteres omnes caſus genitiuum, datiuum, accuſatiuum, vocatiuum, ablatiuum, ſuis diuerſisque nominibus vocauerunt. Primum vero alias rectum, quaſi a nullo inflexum, alias nominis ipſius vocabulo, nominatiuum dixerunt. Quare nunc hoc Ariſtoteles exequitur, qui caſus nominum videantur, non eſſe nomina, ſed tantum nominum inflexiones, ideſt caſus.

*Rõ autẽ eius in aliis quidẽ eadem eſt, ſed differt. Quoniã cum eſt, vel fuit, vel erit, adiunctum, neq. verum neque falſum eſt, nomen vero ſemper. vt Catonis eſt, vel non eſt. non dum enim aliquid verum dicit, aut falſum.*

13 Rõ inquit .i. definitio nominis, & caſus nominis, eadem eſt. nam ſicut nomen uox ſignificatiua eſt, ſm placitum, ſine tempore, vt eius pars nulla extra ſignificet: ſic etiam caſus. Nam uox eſt, & ſm placitum deſignatiua, & cuius ſeparatę partes nihil extra deſignant. Ergo eadem definitio ratioq; nominis eſt & caſus nominis. ſed his una additur differentia, quod nomen cum eo qđ dicitur, eſt, aut non eſt, coniunctum, aut affirmatiuam enunciationem facit, aut negatiuã, vt Socrates eſt, vel Socrates non eſt. Hic. n. quõ veritas aut falſitas incidit, enunciationem eſſe neceſſe eſt: in caſib. uero quamuis addas eſt, aut nõ eſt, nulla inde affirmatio neq; negatio fit. Neq; .n. in hos vlla veritas aut falſitas cadit. Siquis. n. dicat Socratis eſt, Socratis non eſt. vel Catonis eſt, Catonis non eſt. quid ſit, vel non ſit, non apponens, cũ ſimplici caſu, eſt, aut non eſt, iungens, imperfectam faciet orationem a falſitate ac veritate diſiunctam. Quare nulla enũciatio eſt. Ergo differt nomen a caſu. ꝙ nomen quidem cum eſt, aut nõ eſt, iunctum, vel verum vel falſum facit. caſus vero neq; verum dicit, neq; mentitur. Etenim nullo alio addito trunca eſt atq; imperfecta ſententia. ſed quorſum iſtuc? vt definitio. ſ. nominis integerrima compleretur. Etenim iã nunc definitio nominis hoc mõ eſt. Nomen eſt uox ſignificatiua, ſm placitum, ſine tpe, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, definitum aliquid ſignificans, cum eſt aut non eſt iuncta faciens enunciationem. Sed de nomine hactenus. Nunc verbum diligentiſſima definitione determinat.

## DE VERBO.

*VERBVM aut eſt, quod cõſignificat tẽpus, cuius pars nihil extra ſignificat, & eſt ſemper eorum, quæ de altero prædicantur, nota.*

14 Verbum diſtat a noĩe in hoc ſolo, ꝙ nomen ſine tpe eſt, vt ſupra iã dictũ eſt: verbum vim tpis in ſignificationib. trahit. & eſſet quidẽ plena definitio verbi, ſi alia in eo oĩa q̃ in nomine poſita ſunt, ponerentur, hoc ſolo diſcrepante, qđ verbum cõſignificat tp̃s, eſſetq; definitio ita. Verbũ eſt vox ſignificatiua ſm placitum, cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt. ſed quõ ſunt illa nomini verboq; cõia, proprium autem verbi eſt conſignificare tp̃s, a proprietate definiti, ſcilicet uerbi, qua a definitione nominis ſegregatur, verbũ voluit definire. Diligenter autem ait, conſignificat. Nam ſignificant nomina tempus. vt dies. vt annus, hęc. n. temporum nomina ſunt. Verbum autem proprie conſignificat tempus principaliter. n. aut paſſionem deſignat, aut actum. vt cum dico, accuſo, vel accuſor: ſed cum ipſa actus paſſioniſque ſignificatione, vim quoque ſecum temporis trahit, ut ille actus, aut paſſio, præter pręſens, aut futurum, aut pręteritum aut qđ inter hæc eſt, eſſe nõ poſſit. Et eſt ſemp eorũ, quæ de altero p̃dicantur, nota. Senſus hmõi eſt. Oẽ inquit verbum ſignificat aliquod accidens, quod accidens ſemper de altero p̃dicatur. Nam ſi omne verbum aut actionem, aut paſſionem deſignat: Actio vero & paſſio in accidentibus numerãtur, omne verbum vim ſignificat accidentis, ſed accidens ſẽper de eo p̃dicatur, quod ſibi ſubiectũ eſt. vt albũ de corpore, & durũ de ferro: quare oĩa verba eiuſmodi aliqua deſignant, q̃ ſemper de altero p̃dicanť. qđ per hoc. ſ. dixit, quod ait, verbũ notã eſſe. i. ſignificationem eorum quæ de altero pręd icantur. quod idem valet tanquàm ſi diceret, verbum ſemper accidẽtia ſignificat: quorum hæc natura eſt, vt ſemper de altero prædicentur, cuius. n. quælibet res nota eſt hanc ipſa quę nota eſt, deſignat.

*Dico vero quoniã cõſignificat tẽpus, vt curſus quidem nomẽ eſt, currit autem verbum, conſignificat. n. nũc eſſe.*

15 Supra in nominis definitione propoſuit, nomẽ eſſe ſine tempore, quod nunc quoq; hoc monſtrat exemplo, & diligentiſſimo quidem. Nam idem prędicamentum ad nomẽ relatum ſine temporis conſignificatione mõſtratur ad uerbũ vero, videtur eſſe cum tpe. Curſus. n. ſimpliciter dictus, ut nomen, & ut res propria, ſine tempore eſt, ſi vero in actionem, quę uerbi ſemper eſt, inducatur, mox proprietatẽ verbi ac temporis in ſe ſuſcipit ſignificationem. Currit. n. uerbum eſt, & ſignificat actionẽ, & cũ eadẽ tẽpus oſtẽdit. monſtrat. n. nunc eſſe, id eſt pręſens tp̃s. Cõſignificat autẽ idcirco dictũ eſt, quõ qđ dicimus currit, actum quidem quendam ſignificat, cum eo vero actu in ipſa ſignificatione uerbi præſens tempus inducitur. atq; ideo diligenter ait conſignificat. Et eſt hęc verborum ſubtilitas in Ariſtotele mirabilis.

*Et eſt ſemper eorum quæ de altero dicuntur, nota: ut eorum quæ de ſubiecto, uel in ſubiecto ſunt.*

16 Semper inquit uerbum ea ſignificat, quæ de altero prædicentur. Quę ſint autem hęc q̃q̃ breuiſſime, ipſe tñ oſtendit. Eſt autẽ conſuetudo Ariſtotelis ea quæ accidentia ſunt, in ſubiecto eſſe dicere. nec non etiam eadem ipſa accidẽtia de ſubiecto prædicari. idcirco quod omnia quęcunq; accidẽtia ſunt, vel denominatiue, vel quolibet alio modo & de ſubiecto prędicantur, & in ſubiecto ſunt. Nunc ergo hoc dixit, tale quiddam ſignificat verbum quod ſemper accidens ſit, quod accidens vel ſubiecto ſemper, vel de ſubiecto prędicatur. Eſt alia quoq; expoſitio hoc modo, de ſubiecto dicitur genus ſemper ad ſpecies. Ergo eorum quę ſunt accidẽtia, alia ſunt indiuidua, alia generalia: & illa quidem quę ſunt indiuidua, in ſubiecto tantum ſunt, vt quodlibet particulari corpori accidens. alia vero ſunt generalia accidentia, quę de aliјs accidentibus prędicantur, ut de ſubiectis, ut eſt color. nãq; prędicatur de albedine, & nigredine, & cæteris. Ergo nunc omne, inquit, verbum quiddam quod de altero prędicatur, ſignificat. Sed hoc huiuſmodi erat, quod aut particulare ſit, & in ſubiecto tantum. ut eſt currit. curſus. n. de nullo alio prędicatur ſubiecto, niſi tñ in ſubiecto eſt: aut generale erit illud accidens & uniuerſale ut de alio rurſus accidente prędicetur ut de ſubiecto. ut ſi dicam mouetur. Hoc. n. quod dicimus mouetur, de ſubiecto curſu prędicatur. qui currit enim mouetur. Significat igitur uerbum aut particulare accidens, quod eſt tantum in ſubiecto: aut vniuerſale, quod de alio accidente uelut de ſubiecto prædicetur. Hactenus definitionem verbi diſtribuit. Nunc vero ſicut fecit in nomine, ea quę in verbum incidere poterant, & verba non eſſe, a uerbi ratione & proprietate diſiungit.

*Non currit uero, & non laborat, uerbum non dico. Conſignificat etenim tempus, & ſemper de aliquo eſt. Differentiæ autem huic, nomen non eſt poſitum, ſed ſit infinitum uerbum.*

17.Sicut in nomine fecit,ita quoq; in verbo ad integrã definitionem verbis proprietatemq; contendit.Ait. n.non currit,non eſſe uerbum idcirco,ꝙ uerbum omne finitum aliqd deſignat.Non currit autẽ quemadmodum infinitum ſit, paullo poſt demonſtrabitur.Neq; oratio eſt.In hoc.n. quod dicitur non currit,neq; duo uerba ſunt neq; duo noĩa, neq; nomen & verbum,q̃ ſola pñt iungere orationem. At uero negatio non eſt.etenim tota imperfecta ſentẽtia eſt, ſed neq; huic,inquit,antiquiores poſuere uocabulum.Hæc.n.differẽtia,q̃ eſt non currit,& non laborat, q̃ a uerbo puro & ſimplici diſtat,nullo apud antiquiores vocabulo nũcupata eſt. Differentiam autem vocauit id quod dicitur,non currit, & non laborat,ab eo quod eſt currit,& laborat. Sed quoniam his nullum eſt nomen ab antiquis impoſitum; Ariſtote. nomen ipſe conſtituit dicens, ſit verbum infinitum. Alioqui maximam dubitationem facit huius prędicamenti ſimilitudo,quod ipſum quidem prędicamentum uox eſt deſignatiua ſm placitum,& de altero prędicatur,& conſignificat tẽpus,idem.ſ.qđ verbum,qđ eſt currit. Sed hoc ſolo differre perſpicitur,quod illud finitum uerbum eſt,hoc infinitum. Cur ãt hoc infinitum eſt,continua ratione perſequitur.

*Quoniam ſimiliter in quolibet eſt,& quod eſt, et quod non eſt.*

18.Infinitum inquit uerbum eſt, qm̃ cum de altero ſemper prædicetur.(non currit.n.de altero dicitur) tamẽ ęque vel de ſubſiſtente re,uel de non ſubſiſtente prædicari põt, vt in eo quod eſt homo non currit,homo res eſt ſubſiſtens. Ergo dicitur id quod eſt,non currit,de homine.i.de re ſubſiſtente.Rurſus dicimus chimæra non currit, chimæra uero non eſt,nec omnino ſubſiſtit,& põt de ea uere dici, ꝙ omnino non currit.Ergo id qđ eſt,non currit,& de ea re q̃ ſubſiſtit atq; eſt in reb.dicitur:& de ea quæ neq; eſt, neq; eſſe poterit,prædicatur.quare infinitum dicitur verbum. Nec ſolum hoc,ſed illud ẽt,quod qui dicit currit,rem quam quiſque faciat,definite ſignificat.Cum vero dicit,non currit, ipsũ quidem curſum uidetur auferre,ſed utrum ſedeat,an iaceat,an ambulet.an aliquid aliud faciat,non relinquit. Quare, qm̃ & ea quæ ſunt,& ea quę non ſunt,infinita ſunt, & de his omnib.prędicatur,qm̃q; id quod tollit,finitum eſt, quod uero ponit,infinitum,propter hoc,uerbum uocabitur infinitũ.

*Similiter aũt curret & currebat uerbum non eſt,ſed caſus uerbi. Differt ãt a uerbo quod hoc quidem conſignificat præſens tempus,illa uero quæ circa ſunt.*

19.Vt in nomine fecit,cum caſus a nominibus diſtinxit, ita quoq; caſus verborum,nunc a verborum ratione diſiungit. Curret.n.quod futurum eſt,vel currebat, quod prętériti retinet partem.vel cucurrit,quod eſt integrum perfectumq; præteritum,non ſunt uerba,ſed verborum caſus.præſens.n. aut futurum expectat,aut præteritum relinquit.Atque ideo futurum tempus ad prçſens tendit, præteritum a prçſenti inchoat.vnde fit ut principaliter cõtineat verbum id quod eſt præſens,vt ſit uerbum integrum quod prçſens deſignat. Hęc autẽ quæ præter præſens in aliqua ſignificatione ſunt, non ſunt uerba,ſed uerborum caſus. Hic quoq; ſicut in nomine fecit,uerborum & caſuum differentiam prodit. Ait.n. omne uerbum præſens ſignificat tempus. Caſus uerborum illud tempus ſignificat,quod circa ipſum prçſens eſt,idque complectitur. Complectuntur autem id quod eſt præſens, circa quod ipſum ſunt futurum,& præteritum tempus.inter vtraque.n.tempora præſens locatur Quicquid ergo uel futurum tempus,uel preteritum ſignificat,quæ tempora præſens complectuntur,& circa ſunt,non verba ſed verborum caſus dicuntur. Eſt ergo integra definitio verbi,Verbum ẽ vox ſignificatiua ſm placitum, cum tempore,cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt ſeparata,definitum aliquid ſignificans,præſentis ſignificationem tenens. Quoniã vero pars verbi nihil extra deſignet,ex eo manifeſtum eſt,quod ne nominis quidem pars quicquam extra ſignificat.

*Ipſa itaque ſecundum ſe dicta verba,nomina ſunt, & ſignificant aliquid.Conſtituit.n.qui dicit intellectum, & qui audit quieſcit.*

20 Subtiliſſimum quidem ingreditur ſenſum, ſed eſt hmõi. Omne inquit verbum per ſe & ſine alterius cõiunctione ꝓlatum,nominis quodammõ ſpeciẽ tenet, & vere nomẽ eſt. Cum.n.dico homo currit,tunc id quod dixi currit,ad hominem referens integrũ feci verbum, qm̃ ſine dubio ſemper de altero prędicatur.ſin vero per ſe dixero currit,ſuũ quiddam quodammodo facio ipſum currit, cum nullo alio iungens. & fit mihi nomen. Vnde græci quoq; his per ſe dictis verbis. aliquoties addunt articularia præpoſitiua, ut eſt τὸ τρέχειν τοῦ τρέχειν Siquis.n.dicat velocius eſt id quod eſt currere, eo quod eſt ambulare. In illo nominatiuum iunxit articulum, dicẽs, id quod eſt currere.In illo uero ablatiuũ, dicens,eo quod eſt ambulare.velut ſiquis in nomine dicat, id quod eſt ſcamnũ lenius eſt eo, quod eſt oſtium. Hoc qđ diximus, id quod eſt ſcamnum ad ipſum ſcamnum articulare prępoſitiuum iunximus,tanquam ſi diceremus hoc ſcamnũ,& quod rurſus diximus eo quod eſt oſtium,tanq̃ ſi diceremus hoc oſtio.Ita quoq; cũ dicimus velocius eſt id quod eſt currere,eo quod eſt ambulare. hoc quod dicimus id qđ ẽ currere,ita ponimus tanq̃ ſi dicamus,hoc currere.Et rurſus eo quod eſt ambulare, tanq̃ ſi diceremus ablatiuo mõ, ambulare, quaſi tranſlatum ad nomen ſit, dictumq; ſit hac ambulatione. Quare per ſe dicta verba nomina ſunt. Et eſt huius rei probatio,q̃ ipſe Ariſtoteles ponit. Cũ.n. ſimplex dicimus nomen, auditoris inchoat intellectus cum noſtra prolatione,& dum proferimus,dicentis ſequitur vocem,& tunc quieſcit, cum illud nomẽ fuerit expletum.cum.n.dico Hippocentaurus ingreditur a prima ſyllaba audientis intellectus,& vſq; ad finem totius nominis non quieſcit. Vbi vero extremam audierit ſyllabam, mox quid dictum ſit auditor intelligit,& ad eius intelligentiam cõquieſcit. Sic ergo & in verbo,cum dicimus currere:intellectus quidẽ audientis per eius ſyllabas q̃ ſunt,cur.& re.& rurſus re, vadit. ſed vbi extremã audierit ſyllabam,mox totius verbi capiens ſignificationem intellectus quieſcit. Ergo verbum per ſe dictum nomini ſimile eſt, & eſt quodammodo nomen. Sicut .n.in nomine is qui dicit, intellectum audientis vltimæ ſyllabę prolatione, & totius nominis perfectione conſtituit, & is qui audit qeſcit, & ultra eius intelligẽtia nõ progreditur:ita quoq; & verbum,ſi per ſe dicatur, audientis conſtituit intellectum.ꝙ ſi cum alio cõiungat,nõdum tota intelligẽtia cõſtituit audiẽtis.Vt cum dico,Socrates ambulat.I ſolo ambulat qđ eſt verbum, nõ cõſiſtit perfecta ſentẽtia,niſi in toto,qđ eſt,Socrates ambulat.Rurſus cum dico ambulare moueri eſt, non in unoquoque horum uerbo ſentẽtia conſtituta eſt,ſed in tota oratione cõquieſcit auditor.Idcirco qm̃ ſi uerbum de uerbo altero ſubiecto prędicet,utriuſque uerbi ſignificationem iungit auditor, & non per ſe verbum ipſum conſiderat quod dicitur,ſed ad alterũ refert.ut ambulare moueri eſt,ambulationem ad motum. vel Socra. ambulat,ambulatione ad Socratem.Tunc ergo fit integrum uerbũ,cum refertur ad alterũ. at ſi ſimpliciter prędicetur, verbum nomen eſt,idcirco ꝙ ſicut nomen dictum, ita quoque uerbum audientis conſtituit intellectum.

*Sed ſi eſt, uel non eſt,nondum ſignificat, neq.n. ſignũ eſt rei eſſe uel non eſſe.*

21.Sed q̃q̃ nomẽ ſit inqt verbũ,& aliqd definite ſignificet p ſe dictũ,ſolum tñ non faciet enuntiationẽ, neq; uerũ alqd falſumve conſtituet. hoc eſt.n.qđ ait,Sed ſi eſt, vel non eſt.ad nõdũ ſignificat.ad affirmationẽ referens qđ dixit,ſe ſi eſt negationẽ,quod ait,uel nõ eſt. Nihil.n.horũ ſignificat verbi per ſe ꝓdicta ꝓlatio. Cũ.n.dico currit,hoc ipſum currit ſignificat qdem aliqd,ſed ſi eſt,aut nõ eſt,nondũ ſignificat.Neque.n.eſſe ſignũ eſt rei,aut non eſſe.Quod tm̃ ualet, tãquam ſi dicam,id quod dico currit, non ſignificat eſſe ipſum curſum,aut nõ eſſe.ſi enim ſignificaret, ita diceretur,

Currere eſt, vel currere non eſt. Nũc at currit nõ deſignat eſſe ipſam rẽ, vel nõ eſſe, dicit.n.ſolũ, & nõ eſt intellectus q̃dã, ſed neq; affirmationẽ ſignificat, neq; negationẽ, idcirco q̃d neq; ponit rẽ eſſe, nec eã interimit. Quod ꝑ hoc mõſtrauit quod ait, Neq;.n. eſſe ſignum eſt rei, vel non eſſe.i. neq;.n. quodlibet verbum ita prędicatur, vt ſignum ſit rei illius de qua prædicatur, quod eſt, vel quod non eſt.

*Nec ſi hoc ipſum, eſt, purũ dixeris, ipſum.n.nihil eſt, conſignificat autem quandã compoſitionem, quam ſine cõpoſitis non eſt intelligere.*

22 Eſt verbũ, iunctum cum alio verbo vel nõie ſolet facere propoſitionem.ut hõ eſt, vel currere eſt: ipſum aũt, eſt, purũ ſi dictum inquit fuerit, neq; verum eſt, neque falſum, a quo omnes pene enunciationes ſiunt, quæ ſunt ſimplices. ergo nec ſi hoc ipſum, eſt, purum dixeris, eſſe aliquid aut non eſſe ſignificat.i. aut affirmat, aut negat, idcirco quod ipſum ẽ ſimpliciter dictum nihil eſt. Non quod omnino nihil ſignificet, ſed quod nihil veritatis habeat, neq; falſitatis.i.non, nihil eſt ad ſignificationem, ſed ad ueritatis falſitatiſq; ſignificationem, de qua nunc tractabitur. Cum autem nihil veri falſiq; monſtret, oſtendit. Eſt.n. duobus modis dicitur, vt verum falſumq; deſignet, aut cum vnam rem quamlibet propria compoſitione conſtituit. vt cum dico, homo eſt, ipſum, eſt, cum homine iunctum, atq; compoſitum, eſſe hominem conſtituit, & fit exinde enunciatio. Aut rurſus cum duæ res per ipſius verbi compoſitionem copulationemq; iunguni. vt eſt, homo animal eſt. Homo nanq;, & animal copillatur, atq; iunguntur per id quod dicitur, homo animal eſt. Ergo ſi omnis veri falſiq; in enunciatione ſignificatio, eius quod dicitur eſt, in compoſitione eſt, cum aut ſua compoſitione aliquid eſſe conſtituit, aut duas res copulat atq; componit, vis eius quę in enunciationibus propoſitionibuſq; monſtratur, in veri falſiq; deſignatione, pręter ipſas cõpoſitiones, in quibus hoc ſolet efficere, nulla eſt. atq; hoc eſt quod ait, Conſignificat autem quandam compoſitionem, quam ſine compoſitis non eſt intelligere. Cum.n.dico, eſt, nihil ſignificaui quod ſit, aut non ſit. Quod ſi faciam enunciationem, cõponã neceſſe eſt. vt homo eſt, aut homo animal eſt. Quare ſi omnis eius vis in veri falſiq; enunciatione ad compoſitionem refertur: cum pręter compoſitionem dicitur, quod in compoſitione deſignare poteſt, id pręter compoſitionẽ non deſignat. poteſt autem compoſitione facta verum falſumq; in enunciatione monſtrare. Hęc igitur ſine compoſitis in verbo eſt, nullus valet aduertere. Recte igitur dictũ eſt conſignificare quandam compoſitionem, quæ ſine compoſitis intelligi non valeret.

DE ORATIONE, ET EIVS SPECIEBVS.

*ORATIO autẽ eſt uox ſignificatiua, cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum, ut dictio non ut affirmatio, uel negatio.*

23. Omne quod cõpoſitũ eſt, eorũ ſuſcipit naturã, ex q̃bus totũ cõpoſiti ipſius corpus efficitur. Quare, q̃m oratio verbis cõſtat atq; nominibus quę ſignificatiua ſunt, recte quoque oratio ſignificatiua eſſe definitur. Sed diſtat oratio ab his, ex quibus ipſa effecta eſt.i.nominibus atq; verbis, ꝙ eorum partes nihil extra deſignant, orationis vero pars aliquid ſeparata ſignificat. Nam ſi nomen & verbum partes orationis ſunt, hęc autem per ſe ſignificant, non eſt dubium ſeparatas orationis partes ſignificare. Quid autẽ deſignet, ſequenti determinatione monſtrabit. Significant igitur partes orationum, vt dictio ſemper, non vt affirmatio ſemper vel negatio. Nunc autem dictionem dicit, ſimplicem verbi aut nominis nuncupationem. Sunt.n. quædam orationes, quarum partes ita ſignificant quaſi affirmatio, vt in ea oratione quę eſt, ſi dies eſt, lux eſt. id quod dicimus lux eſt, totius orationis pars eſt, & ita eſt ſignificatiua, vt quędam affirmatio. Sed non omnis oratio affirmationem habet in parte, hæc.n.ipſa, quę dicit lux eſt, habet in partibus id quod dicimus lux, & rurſus id quod dicimus eſt ſed neutra ipſarum affirmatio eſt, ſed tm̃ ſimplex dictio. Omnis ergo oratio dictionem quidem habet in parte, non vero omnis oratio affirmationem. Recte igitur dictum eſt, partes orationis ſignificare, vt dictionem, non vt affirmationem. Quid autẽ ſit dictio, ipſe paulo poſt clarius demonſtrabit.

*Dico autem, vt homo. ſignificat.n. aliquid, ſed non quoniam eſt, aut nõ eſt, ſed erit affirmatio, vel negatio, ſi aliquid addatur. Sed non vna hominis ſyllaba.*

24 Quod ſupra poſuit dicens, orationis partes, vt dictionẽ ſignificare, non vt affirmationem, hoc conuenienti monſtrauit exẽplo. hõ inquit dictio eſt, & eſt pars orationis, ſi in tota oratione ponatur. vt eſt, homo, animal eſt. Ergo id quod dicimus homo, dictio quędam eſt, ſed affirmatio nõ eſt. Cũ ergo nomen hoc, ideſt homo pars orationis ſit, & affirmatio non ſit: docet verum eſſe quod dicitur, orationis partes ſignificare, vt dictionem, non vt affirmationem. Docet autẽ illa res nomen hoc, affirmationem non eſſe, quod in affirmatione ſemper veritas, aut falſitas inuenitur, nomen vero ſimpliciter dictum, neq; verum, neq; falſum eſt. Quare nomen hoc, ideſt homo, vt affirmatio non ſignificat. ſed deſignat aliquid ſimplex. ſignificat igitur aliquid, vt dictio. Hęc aũt dictio, ſi ei addatur aliquid, vt verbum eſt, aut quodlibet verbum aliud, quod enunciationem poſſit efficere, erit affirmatio Si.n.quis dicat, homo eſt, vel homo viuit, fit affirmatio, atq; hoc eſt quod ait. Sed erit affirmatio, vel negatio ſi quid addatur. Si.n.aliquid ita apponatur, vel appoſitũ ita negetur, vt enunciatio conſtitui poſſit, affirmatio negatione perficitur. Si quis.n.dicat homo viuit, affirmatio eſt: homo non viuit, negatio. Docet aũt dictionem eſſe vocem ſecundum poſitionem per ſe ſignificantem per hoc quod ait, ſed non vna hominis ſyllaba. Vna.n.hominis ſyllaba dictio non eſt idcirco ꝙ nihil per ſe ſeparata ſignificat, vt ho. & mo. & in cęteris, vt ſupra oſtendimus. Omnis.n.huiuſmodi pars quę per ſe nihil ſignificat, non eſt dictio, ſed tãtum in toto nomine quiddam poſitum deſignat, & conſignificat, ut in eo quod ipſe ponit exemplo.

*Neque.n. in eo quod eſt ſorex, rex ſignificat, ſed vox nunc eſt ſola. In duplicibus vero ſignificat quidem aliquid, ſed non ſecundum ſe, quemadmodum dictum eſt.*

25 In eo inquit quod eſt ſorex, rex uidetur quidem aliquid ſignificare, ſed cũ toto nomine conſignificat potius, q̃ quicquam per ſeipſum deſignet. quemadmodum ſupra iam dictum eſt. Docuit.n. ſupra partes nominis nihil omnino ſignificare ſeparatas. Quod ergo dicit, ſed non ſm̃ ſe.i. in eo q̃d eſt ſorex, rex per ſe nihil ſignificat, ſed tantum quiddã conſignificat, quod cum tota nominis compoſitione deſignat. cum &, ſo, ſyllaba, & rex iuncta in unum, id quod eſt ſorex, in tota ſyllabarum coniunctione deſignet.

*Eſt autem oratio omnis quidem ſignificatiua, non ſicut inſtrumentum, ſed quemadmodum dictum eſt, ſecundum placitum.*

26 Plato nomina naturalia eſſe conſtituit, & hoc hinc probare cõtendit, ꝙ quędam ſupellex, & quodammodo inſtrumentum ſit inuicem ſenſa prodendi. Naturalium vero ſupellectiles ſunt naturales, vt oculi inſtrumenta quidem ſunt videndi, quia viſus res naturalis eſt. Quare oculos quoque naturales eſſe neceſſe eſt, ita etiam oratio rerum naturalium ſupellex eſt, atque inſtrumentum, ideſt ſententiarum. Quare ipſa quoque oratio eſt naturalis. Ariſtoteles autem dicit, non ſecundum naturam eſſe orationem, ſed ſecundum placitum. quocirca nec orationem eſſe ſupellectilem naturalem. Quod enim dicit, non ſicut inſtrumentum, non dicit non per hoc inſtrumentum ſenſa proferri, ſed tm̃ rem eſſe orationem ſecundum poſitionem, per quam proprias ſententias demonſtremus. Cuius enim rei partes ad placitum ſunt, ipſa quoque ad placitum eſt. Sed orationis partes nomen, & verbum ſunt, hæc autem ſunt ad placitum

*nanq. Socratē, & nō languere Socratē, cum ipſe ſit, palā eſt, quia alterū eorum uerū alterū uere falſum eſt, & cū nō ſit, ſimiliter. lāguere.n.cum nō ſit, falſum eſt: non languere autem, uerum. Quare in his ſolis propriū erit, ſemper alterum eorum verum, alterum falſum eſſe, quæcunque tanquam affirmatio & negatio oppoſita ſunt.*

103 In affirmatione inquit & negatione ſiue res ſubiecta ſubſiſtat, ſiue non ſit omnino, ſemper in vna veritas, in alia falſitas inueniūtur. Nō eſſe.n.idem, dicere ęgrotare aliquē, qđ non eſſe ſanum: nec idē cęcum eſſe, quod non videre, ꝑſpicaciſsime docet. Nam q ęgrotat, niſi ſubſiſtat, nō poteſt ęgrotare. Non eſſe autem ſanum, non ita eſt. nam ēt ſi non ſit omnino aliqs, poteſt de eo qui non eſt, hęc negatio ꝑdicari. Quod .n. omnino non eſt, ſanum eſſe non poteſt, quod ſanum eſſe non poteſt, non eſt vtiq; ſanum. Eodem quoque modo eſt & de cæcitate, & de uiſu. neq; .n. idem eſt dicere cęcum eſſe aliquem quod non videre: qui.n.cæcus eſt, ſubſiſtit uiuitq; vt ſit cæcus. non videre uero ēt de omnino non ſubſiſtente dici poteſt. Quod.n.non ſubſiſtit, omnino videre non poteſt: & qui uidere non poteſt, non videt. Quocirca in affirmatione & negatione, ſiue ſit de quo dicitur, ſiue non ſit, una ſemper uera eſt, altera falſa. Nam cum ſit Socrates & uiuat, ſi de eo uerum eſt dicere, ꝙ videt, falſum eſt, dicere ꝙ non videt: & ſi de eo verum eſt dicere, ꝙ ſanus eſt, falſum eſt dicere de eo, ꝙ non eſt ſanus. Si negationes verę ſunt, falſæ ſunt affirmationes. Si vero res ſubiecta non ſubſiſtat omnino, de eo quidem affirmatio falſa eſt, negatio ſemper vera: Noſtro.n.tpe, cum Socrates non eſt, neq; ſubſiſtit, ſiquis dicat Socrates videt, & alius dicat Socrates non uidet, falſum quidem eſt de eo dicere, ꝙ videt. verum autem, qm̄ non videt. Qui.n.omnino non eſt, uidere nō poteſt. qui videre non poteſt, non uidet. Ita firmum immutabileq; ſemper manet in affirmationibus & negationibus alteram ſemper veram, alteram falſam in prædicatione conſtitui. Quocirca, qm̄ in contrarijs, & in ijs quę ſm̄ priuationem habitumq; ſunt, ſi cum complexione utraq; dicantur de re non ſubſiſtente, falſa ſunt vtraq; quę prædicantur. cum hoc idē in affirmationibus & negationibus non ſit, omnes cęteræ oppoſitiones ab affirmatione & negatione diſſentiunt. Mōſtratę ſunt igitur oppoſitiones quatuor & ſex differentiæ: vna quidem contrariorum, & eius quæ eſt ad aliquid: Secunda contrariorum, & eorum quę ſunt ſecundum habitum & priuationē: Tertia contrariorum, & eius oppoſitionis quę eſt ſm̄ affirmationem & negationem. Quarta relatiuorū, & eius quę eſt ſm̄ habitū & priuationem. Quinta relatiuorū, & eius q̄ eſt affirmationis & negationis: Sexta priuationis, & habitus ad negationem & affirmationem. Sed poſt has oppoſitionum differentias quædam de contrarijs ad multas proficientia quæſtiones ab Ariſtotele traduntur.

*Cōtrarium āt eſt bono quidē ex neceſſitate malū. hoc autē palā eſt per ſingulorum inductionē, vt ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas: ſimiliter autē & in aliis. malo autē aliquando bonum quidē eſt contrarium, aliquando autē malū. egeſtati.n.cum ſit malū, ſuperabundantia contraria eſt, cū ēt ipſa ſit malū. Similiter āt & mediocritas contraria utrique cum ſit, bonum eſt, ſed in paucis hoc tale quiſpiā inſpiciet, in pluribus vero ſemper malo bonum contrarium eſt.*

104 Hoc loco monſtratur quod omne bonum ſemper male contrarium eſt: non autem omni malo ſemper bonum. nā quodcunq; fuerit bonum, ſolum illi malum contrariorū eſt, malo autem & bonum poteſt eſſe contrarium & malum. Sanitati enim q̄ bona eſt, ęgritudo q̄ eſt mala, contraria eſt. Rurſus felicitati q̄ eſt, bona infelicitas, q̄ ipſa quoq; eſt mala, contraria eſt. Eſt autem inuenire malum, quod duas habet contrarietates, boni.ſ. & alterius mali. Nam cum ea ſint cōtraria, quæ a ſe plurimum diſtent, cum ſit timiditas habitus animi peſſimus, duas habet contrarietates temeritatem, & fortitudinē. nam qui omnia timet eſt, timidus, & qui nihil timet omnino, in quo eſt temeritas, longe a ſeſe diſtant & diſcrepant. quocirca ſibi contraria ſunt, cū vtraq; ſint mala. Rurſus qm̄ bonum malo contrarium, & fortitudo bona eſt, timiditas mala erit. & erit fortitudini contraria oppoſitaq; timiditas. Duę igitur contrarietates opponuntur timiditati, temeritas & fortitudo. ſed temeritas cōtraria eſt ſm̄ longiſſimā diſtantiam quantitatemq; diſcrepantis habitus atq; contrarii: Timiditas vero fortitudini uidetur oppoſita ſm̄ qualitatem bonitatis atq; malitię. Quare ſufficienter eſt demōſtratum bona ſemper malis eſſe contraria, mala vero etiā malis. Inductio aūt eſt ſingulorum exemplorum collectio, & ad vniuerſalem per ea cognitionem collectionemque reductio. vt ſiquis dicat, qui muſicā nouit, muſicus eſt, & ab ea denominat. & medicus, qui medicinam. & rurſus q grammaticam, grammaticus. & ex his ſingulis rebus colligat vniuerſaliter. ergo quicunq; aliquam artem nouit eiuſdem denominatione ſignat. Quocirca hoc quod ſupra diximus de cōtrariis, Ariſtoteles exēplorū planiſſima inductione firmauit. Illud quoq; addidit, mala poſſe malis eſſe contraria, in pauciſſimis inueniri. ſemp aūt mala bonis eſſe contraria: nā & in ipſis, in qbus mala malis cōtraria ſunt, ineſt tn̄ vt ēt ſimul bonis cōtraria eſſe videant. vt timiditas, qm̄ temeritati cōtraria eſt, ſimul eſt & fortitudini cōtraria. Sed non neceſſe eſt, ut quodcunq; malum bono eſt contrarium, mox etiam malo eſſe contrarium, vt ęgritudo ſanitati quidem, quod eſt bonum, contraria eſt, alii uero malo contraria non eſt. Recte igitur dictum eſt, malum malo contrariu in paucioribus inueniri.

*Amplius, cōtrarium nō neceſſarium eſt, ſi alterū ſit, & reliquum eſſe. Sanis nanque omnibus, ſanitas quidē erit, lāguor vero nō erit. ſimiliter āt ſi oēs albi ſint, albedo quidē erit, nigredo vero non erit. Amplius, ſi Socratē eſſe ſanum, ad id qđ eſt Socratē lāguere cōtrarium eſt, cum nō ſit poſſibile vtrunque eidē ineſſe ſimul, non erit poſſibile, cum alterum cōtrarium ſit, & reliquum eſſe cum.n.hoc ſit, Socratē ſanum eſſe, non erit illud, languere Socratē.*

105 Dictū eſt in relaxatione quędam relatiua ſimul eſſe naturaliter, ut cū ſit filius, pater eſt. cum vero ſit pater, ſine filio eſſe nō poſſe. quocirca ſimul ſemper ſunt pater & filius, hoc vero in cōtrariis nō eſt. Ait.n.nō neceſſe eſt ſimul ſemꝑ eſſe cōtraria. Si.n.nullus ęgrotet, & ſint oēs ſani, cū ſit ſanitas, nō erit ęgritudo. & vna cōtrarietate manēte, alia non oīno erit, vt ſiqs hoc idē dicat de cygnis. etenim oēs cygni ſunt albi, in cygnis nigredo nō erit. Atq; hoc idē ad vniuerſalia referēdū eſt. Nā ſi oia q̄ ſunt, alba ſunt, omnino nigredo non erit. Tractum aūt hoc uidetur eſſe ſigillatim a partibus. Nā ꝙ duo cōtraria in eodē vno eodēq; tpe eſſe nō poſſunt, vt Socrates cū ſanus eſt, ęgrotus nō eſt. & cū ſanus eſt, manēte ſanitate nō eſſe poteſt ægritudo: & non erit neceſſariū vno cōtrario poſito, mox ſubſequi alterum. Nam ſi neceſſe eſſet vno cōtrario conſtituto, mox aliud ſequi: poſſet idē Socrates vno eodēq; tpe, & ſanus eſſe & æger. quod fieri nō pōt. Nō igitur neceſſe eſt, cū ſit una contrarietas, mox aliā ſequi. Quocirca fieri pōt, ut cum vnum cōtrarium ſit, aliud nō ſit. Idq; in ſingularib. etiā neceſſe eſt, ut tn̄ eo qđ eſt Socratem eſſe ſanum, non eſt Socratem ęgrotare, quod Socratis ſanitati eſt contrarium. Socrates.n.q̄q̄ contrariorū ſuſceptibilis ſit, quoniam ſubſtantia eſt, tamen uno eodemque tempore contraria utraq; non ſuſcipit.

*Palam uero eſt quod & circa idem aut ſpecie, aut genere, natura habent fieri contraria languor nanque & ſanitas in corpore animalis natura habent fieri. albedo autē & nigredo ſimpliciter in corpore iuſtitia uero in anima hominis & iniuſtitia.*

106 Docet circa quę ſp poſſint eſſe cõtraria. Ait.n. circa eas res quę aut gñe eadẽ ſint, aut ſpẽ, vt eſt corpus quidẽ aĩalis vnum ſm genus, oĩum.n. aĩalium vnũ genus eſt, & circa hoc ęgritudo vel ſanitas inuenit. Similiter & circa corpus oẽ in diſcrete, vel aĩati, vel inaĩati, albedo & nigredo eſt. q.ſ. oẽ corpus, & ipſum ſm genus eſt vnum. nãq; his genus eſt ſubſtantia. Iuſtitia quoq; & iniuſtitia in aĩa eſt. Oĩs aũt aĩa quę iuſtitiam iniuſtitiãq; ſuſcepit rõnalis eſt.i. hominis, ſed oẽs homines idem ſunt ſm ſpeciem. Omnes igitur animæ eędẽ ſm ſpẽm ſunt, iuſtitia ergo & iniuſtitia circa eaſdẽ res ſm ſpẽm reperiunt̃. Quocirca recte iã cõcluſum eſt, oĩa contraria circa eaſdẽ res, vel ſm genus, vel ſcdm ſpeciẽ inueniri.

*Neceſſarium eſt autẽ omnia contraria uel in eodẽ genere eſſe, vel in contrarii generibus eſſe vel ipſa genera eſſe. A'bũ.n. & nigrum in eodẽ genere ſunt. calor.n. genus eorũ eſt. iuſtitia vero & iniuſtitia in contrariis generibus: illius.n. virtus, huius autem nequitia genus eſt. Bonum vero & malum non ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.*

107 Monſtrat id q reliquũ eſt.i. ubi põt ſp cõtraria ueſtigari. oĩa.n. q̃ ſunt cõtraria, aut ſub eodẽ genere ſunt, aut ſub cõtrariis generib. aut ipſa ſunt gñra. Sub eodẽ genere ſunt cõtraria, vt albũ & nigrum ſub uno genere i. colore, color.n. albedinis & nigredinis eſt genus. Hæc igitur ſub uno ſũt gñe. Alia uero cõtraria in cõtrarijs gñrib. inueniunt. ut iuſtitia & iniuſtitia. Iuſtitiæ.n. genus eſt bonũ, iniuſtitiæ uero, malum. malum uero bono cõtrarium eſt. iuſtitia ergo, & iniuſtitia ſub cõtrariis gñrib. ſunt. Rurſus, alia ipſa ſunt genera, vt bonũ & malum: utraq; ſunt gñra ſub ſe malorum bonorumq; poſitorum. Et non hoc nunc dicitur q bonitas & malitia nulli alii gñri ſubduntur, ponuntur.n. ſub qualitate: Sed particularium bonorum & malorũ nõ eſſe alia gñra, niſi ipſum bonum, & malum gñraliter. Recte igitur bonum, & malo: ũ aliorum particularium bonorum, malorumq; genera ſunt numerata. Quare rectiſſime dictũ eſt oĩa cõtraria, aut ſub eodẽ eſſe gñre, ut album, & nigrum ſub colore: aut in contrariis gñribus ut iuſtitia atq; iniuſtitia ſub bono & malo, aut ipſa eſſe genera, vt eſt ipſum bonum & malũ, quæ genera iuſtitię atq; iniuſtitię numerata ſunt.

## QVOT MODIS PRIVS DICATVR.

*PRIVS autem alterum altero dicitur quadrupliciter. primo quidem, & maxime proprie ſecundũ tẽpus, ſecundum quod antiquius alterum altero, & ſenius dicitur in eo enim quod tẽpus amplius eſt, & antiquius, & ſenius dicitur.*

108 Poſtq̃ vero de oppoſitis diſputationẽ quantum ad præſens tps attinebat explicauit, nunc q̃ priora dici poſſint, q̃ poſteriora differit. Et ait, primo quidem, & proprie, & q in viu prius dicimus, hoc eſt quando aliquam rem alia res tpe præcedit, & ſuperat: & dum proprie loquimur ſm tpis pręceſſionem, aliud antiquius dicimus, aliud ſenius: Antiquius quidẽ in iis quæ inanimata ſunt, vt Porphyrio placet: ſenius vero in iis quæ animata nõ carent, ut ſi qs dicat, antiquius fuiſſe bellum Thebanorum atq; Gręcorum Troiæ excidio, idcirco qđ tpe pręcedat: filii nanq; ducum qui Thebano periere ꝑlio, Troię pręliis interfuerunt, vt Diomedes Tydei filius, & Sthenelus filius Capanei. Atq; hoc quidẽ ita, qm̃ eſt & in rebus inanimatis quod antiquius dicitur ut cum dicimus antiquiorem eſſe dominationẽ Regum in ciuitate Romana, quã cõſulum & magiſtratuum. In reb. uero animatis ſenius uocamus. Seniorem nanq; dicimus Pythagoram Socrate, Socratẽ Ariſtotele, idcirco q ſe tẽporib. antecedant. Ergo prius alterum altero dicitur ꝓprie ſm tempus. prioris autẽ quatuor fuere diſtantię, ut ipſe Ariſtoteles dicit, cum ait. Prius alterum altero dicitur quadrupliciter. Eaſq; ſigillatim breuiter enumerat, ad quas ipſe addidit quintam, q̃ priſcis philoſophis eſſet incognita. Et quoniam de primo priorũ modo dictum eſt, de ſecundo dicamus.

*Secũdo autẽ quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtẽdi conſequentiam, vt vnum duob. prius eſt. duobus.n. exiſtentibus, mox conſequens eſt vnum eſſe, vno autem exiſtente, non eſt neceſſarium duo eſſe. Idcirco non conuertitur ab vno conſequentia, vt ſit reliquum, prius aũt videtur illud eſſe, a quo nõ cõuertitur eſſendi conſequentia.*

109 Secunda inquit ſignificatio prioris eſt, quæ non tempore intelligitur, ſed natura, & hoc ait, a quo nõ conuertitur ſubſiſtẽdi cõſequentia. Nã ſi duę res ita ſint oppoſitæ, ut ſi vna ſit, neceſſe ſit eſſe aliã, & ſi alia ſit, non neceſſe, ſit eſſe aliam: illa prior eſt quã poſita ut ſit, non eſt aliam eſſe neceſſe, & hoc quidẽ uniuerſaliter dictum eſt. Planius uero his ſiet exemplis. Binarius.n. numerus & unitas ea ratione naturã, ut ſi quis duo eſſe proponat, vnum quoq; eſſe monſtrauerit. vnum.n. in ipſis duob. cõcluditur, nec ꝑter duas unitates poterit eſſe binarius. Quocirca ſiquis binarium numerũ eſſe poſuerit, vnum quoq; eſſe cõſequitur, idcirco q binarius ut ſit indiget unitate. At uero ſi qs ponat eſſe unitatẽ, nõdum neceſſe eſt eſſe binarium. Ergo ab unitate ſubſiſtendi cõſequẽtia non cõuertitur. Poſita n. vnitate neceſſe non ſunt binarii numeri ſubſequi quantitatẽ, idcirco qđ binario, nõ indiget unitas, ſicut indigẽs erat vnitatę binarius. Quare prior ẽ, unitas binario. qđ ſi ita eſt, & q cq d ita fuerit, ut ab eo ſubſiſtẽdi cõſequẽtia nõ cõuertatur, prius Ariſt. auctore ꝓbabitur, ut in eo qđ eſt hõ & aĩal. Cũ dico hoiem, mox dixit aĩal: cum aĩal dixero, nihil adhuc de homine dictum eſt. Omnis.n. homo animal eſt, non omne animal homo.

*Tertio vero ſecundũ ordinẽ quendã prius dicitur. quẽadmodum & in diſciplinis, & in orationibus nã & in demonſtratiuis diſciplinis eſt prius & poſterius ꝑ ordinem elementa.n. in geometria priora ſunt iis quæ deſcribũtur ꝑ ordinẽ. Principia.n. priora ſunt theorematibus ordine, & in grãmatica elementa priora ſunt ſyllabis, & in orationibus ſimiliter, proœmiũ prius eſt narratione, ordine.*

110 Ponit tertiam prioris ſignificationem, ut in geometria priora ſunt inquit elementa deſcriptionibus. Elementa uero ait quos terminos appellamus i. ubi quid punctum ſit, quid linea, quid figura prædicitur. His.n. cognitis & fideliter animo comprehenſis, poſtea omnes geometriæ deſcriptiones fiunt, quæ problemata & theoremata nuncupãtur. Ergo qm̃ prius diſcuntur elementa, poſt ad deſcriptiones eſt tranſitus priora ſunt elementa deſcriptionibus ordine, ſcilicet qm̃ ut deſcriptio poſſit intelligi prius elementa traduntur. Et in grammatica quoq; prius ſingulæ traduntur litteræ, q̃ quæ ex his ſyllabæ cõiungantur. quocirca ipſæ quoque ordine priores ſunt ſyllabis. Rethores uero non ſępe a narratione, ſed ab exordio agere cauſas incipiunt, ideo q exordia narrationib. priora ſunt ordine. Quare tertius modus prioris iſte eſt, qui ſecundum nexum cuiuſdam ordinis in qualibet arte eſt conſtitutus.

*Amplius præter ea quæ dicta ſunt, quod melius eſt, et honorabilius, prius naturaliter eſſe videtur. conſueuerũt .n. & plurimi honorabiliores & magis a ſe dilectos, priores dicere apud ſe; ſed eſt pene alieniſſimus hic omnium modus modi itaque q dicti ſunt de priore, ferme iſti ſunt.*

111 Dicit prius uideri, q neq; ſm tps aliquoties, neque ſm ſubſiſtendi conſequentia, nec ſm ordinem ſit, ſed quodcunque prætioſius fuerit, prius eſſe uideatur. ut Sol Luna prior eſt, & anima corpore, & animus aĩa. Hoc uero tali argumento probat, q hi q aliquos uenerãtur, & honorabiliores exiſtimat, dicat eos apud ſe eſſe priores, & hi q in reb. publicis plurimum poſſunt, priores dicuntur ab his q eos maxime uenerãtur. Sed ut ipſe ait, alieniſſimus eſt a ſignificatione prioris, hic quartus q nunc eſt dictus modus. Et.n. de his melius dici poteſt ut dicantur uenerabiliores & honorabiles, ut uero priores dicantur, abuſio potius quam ulla proprietas eſt. Quintus modus, quem ipſe addidit hmõi eſt.

*Videtur autē præter eos qui dicti ſunt, alter eſſe prioris modus. Eorum.n. quæ conuertuntur ſecundum eſſētiæ conſequentiā id quod alterius quolibet modo cā eſt, digne prius natura dicitur. Quod vero ſunt quædam huiuſmodi palam eſt: eſſe nanq. hominē conuertitur ſecundum eſſētiæ conſequentiam ad veram orationem de ſe: nam ſi eſt homo, vera eſt oratio qua dicitur, homo eſt: & ſi uera eſt oratio qua dicitur, homo eſt, cōſequitur eſſe hominem. eſt autem quidem vera oratio nequaquā cauſa vt ſit res, veruntamen videtur quodammodo res cauſa vt ſit oratio vera: Ex eo .n. quod res eſt, vel non eſt, oratio uera, aut falſa dicatur neceſſe eſt. Ideoque ſecundum quinque modos prius alterum altero dicitur.*

112 Nouimus quaſdam res in prædicatione poſſe cōuerti. Qđ ſi una earum quæ cōuertuntur alteri cá eſt, & veluti naturalem ſubſiſtentiā ſubminiſtrat, illa naturaliter prius eſſe perhibetur. Ipſe autē aptiſſimo quod propoſuit affirmauit eſſemplo. Nam ſi eſt aliqua res, verum eſt de ea dicere, ꝙ eſt. Rurſus ſi de ea verum eſt dicere, ꝙ eſt: illam ipſam rem eſſe neceſſe eſt. vt qm̄ eſt homo, verum eſt dicere, quòd eſt hō. Quod ſi uerum eſt dicere. ꝙ eſt homo, nulla eſt dubitatio quin homo ſit. Ergo qm̄ duo hæc ſibimet conuertuntur: reſpiciamus nūc quę ſit harum cauſa alteri, vt ſubſiſtere valeat, atq; vt eſſe poſſit. Video aūt rem, dicto vero ſubſiſtentię dare principium: nā quia hō eſt, idcirco verum eſt dicere de eo ꝙ eſt, ſed non idcirco hō eſt, qm̄ de eo uere dici pōt, ꝙ eſt. Res.n. vt veritas adſit dicto, principiū eſt, ſed nō vt res ſubſiſtat, vero efficitur dicto. Quocirca prius eſt, eſſe hominē, poſterius, verū de eo eſſe dictum. Idcirco, qm̄ quāuis conuertuntur, tñ vna harum rerum alteri ſubſiſtendi cā eſt. Ait.n. id eſſe prius inter ea quę conuertuntur ſecundum eſſentię conſequentiam, quod alterius quolibet cauſa eſt. Vt in hoc ipſo ſermone de homine conuertuntur utraque quidē, ſed hō, vt ſit ſermo verus, cā eſt atq; principium. Qđ Ariſtoteles ita ait. Eſt aūt verus ſermo nullo mō cā ſubſiſtēdi rē. Res aūt uidetur quodammodo cauſa eſſe, ut ſermo verus ſit. Neq;.n. idcirco res eſt, qm̄ ſermo eſt, ſed idcirco verus eſt ſermo, qm̄ res ipſa ſubſiſtit. Quocirca quinq; hi prioris modi ſunt, quorum ſuperius quatuor dixit ſm̄ tps. ſm̄ id quod non conuertitur ad ſubſiſtendi conſequentiam. ſm̄ ordinem. ſecundum reuerentiam. & ſecundum cōuerſionem, cum altera res alij ſubſiſtendi cauſa eſt. Sed quoniā de priori dictum eſt nunc de his quę ſimul ſunt, incipit.

## QVOT MODIS SIMVL DICAMVS.

*SIMVL autē dicuntur ſimpliciter & proprie quidē quorum generatio eſt in eodē tempore, neutrum.n. neque prius, neque poſterius eſt eorum. Simul itaq. hæc dicuntur ſecundum tempus.*

113 Cum de priorib. diſputaret, illa proprie priora eſſe cōtenderat, quę ſcđm uim pręcedentis tpis dicerentur, quare cū̄ de his q̄ ſimul ſunt diſputat, idē reuócat, & recte. Nā ſi maximū modum prioris ſolum efficiet tps, cur quoque non ſimul editam naturam tps efficiet? Ait ergo & ſimpliciter, & proprie dici ſimul ea quę vnius tpis ortu prolata ſint, ut ſi illa ſint antiquiora atq; priora quęcunq; nō ęquali, ſed pcedēti tpe proferuntur, q̄ ſe temporib. nō pcedunt, rectiſſime ſimul eſſe ponunť. Quæ.n. uno tpe edita atq; prolata ſunt, illa ſm̄ tps ſimul eſſe dicuntur, i. ſimul naturale principium ſubſtantiamq; ſortita, atq; hęc quidem ſm̄ tempus ſimul eſſe dicuntur. Secundum naturam vero ſimul eſſe perhibenť, quęcunq; inuicem ad ſe conuertuntur, cū altera res alteri ſubſiſtendi neq; cā ſit, neq; principiū, vt ſunt hmōi, duplum & mediū. nam cū ſit deplū mediū eſt. cum rurſus ſit mediū duplū eſt. Seruus quoq; & dominus eodē mō ſunt filius quoque & pater. Hæc.n. quæcunq; illata quidē inferunt alia, ſublata uero auferunt ſimul, ſibimet ſp inuicē cōuertunť. nam ſi dicam patrē, filium quoq; intelligi neceſſe eſt. ſi dixero filiū pater mox ſub intelligētiam cadit. Qđ ſi alterum ſuſtulero, utraq; perimo. nam ſi tollam filiū, pater nō eſt. ſi patrē abſtulero, filiū quoq; perire neceſſe eſt. Atq; hæc ita ſibimet ipſa cōuertunť, ut tñ altera res alteri cā penitus nō ſit. nam qm̄ pater filio in pdicatione cōuertit, manifeſtū eſt: ſed neque pater filio cá eſt, vt ſit, nec filius patri. Hoc aūt hmōi ē. Si Aeneas habuit Aſcaniū filium, nō dicimus, qđ nō fuit Aeneas cá vt eſſet Aſcanius, ſed nō fuit pater cauſa ut eſſet filius. Nam qđ dico Aſcanius, q̄dam ppria ſubſtantia eſt, qđ dico filius, eſſe non pōt, niſi ad aliqđ referatur, & cum Aeneam nomino, ſubſtantiam dixi: ſi patrem appello, nulla rōne conſtat, niſi ad filium referatur. Igitur cauſa fuit Aeneas vt eſſet Aſcanius, ſed nō eſt cauſa pater vt eſſet filius. Pater nanq; tunc ſit, cū filius fuerit. Qđ ſi hæc tpe ipſo priora nō ſunt, cā aūt cuiuſlibet rei prior eſt q̄ illa cuius cauſa eſt, ut oriatur: nulla dubitatio eſt, qn pater atq; filius, q̄ vtræq; pdicationes ęquales ſunt tpe, neutra neutri cā ſit, cū tñ ſubſtantię ipſę ſibi ut ſint, cauſa ſint pdicationis. Nec vllo mō ſimile dēt uideri ei qđ paulo ante dictū eſt de hoīe, eſſe verū de eo ſermonē. ſ. qđ eſt. Illic.n. cum res eſſet, tūc poterat eſſe verus de ea ſermo. Prius.n. eſt vt ſit aliqđ, poſt vero vt de eo verum aliquid eſſe dicatur. Nunc vero non ita eſt, ut prius aliqs ſit pater poſt vero filius. Mox.n. ut pater eſt, filiū eſſe neceſſe eſt mox ut eſt filius. patris ſine dubio prædicatio conſeqtur. quemadmodum ergo iſte modus ſit, quid .i. ſimul ſecundum naturam eſt, Ariſtoteles ita pronunciat.

*Naturaliter autem ſimul ſunt: quæcunque conuertuntur quidem ſecundum quod eſt eſſe conſequentiam. Sed nequaquam cauſa eſt alterum alteri vt ſit, vt in duplo et dimidio, conuertuntur etenim hæc. nam cum ſit duplum, eſt dimidium: & cum ſit dimidium, eſt duplum: ſed neutrum alteri cauſa eſt ut ſit.*

114 In his quæ ita priora eſſe dicebantur, ut conuerterentur quamuis ſm̄ eſſentiam eorum conſequentia eſſet, tñ qa in his alia res alij cauſa atq; principium eſt, hoc erat quod vna prior eſſe videretur, ea quidem cuius cauſa erat; Quod diſtat ab iis quæ conuertuntur, & ſe inuicem auferunt, quæ cum neutra neutri cauſa ſit & tamen conuertuntur digne ſimul naturaliter eſſe perhibentur.

*Dicuntur ēt ſimul naturaliter & quæ ex eodē genere e diuerſo diuiduntur a ſe inuicē. E diuerſo aūt diuidūtur quæ ſcđm eandē diuiſionē ſunt, vt greſſibile, volatile, & aquatile: hæc.n. e diuerſo diuiduntur, quæ ſunt ex eodem genere ſcđm diuiſionem, animal nanq. diuiditur in hæc, in volatile, greſſibile, & aquatile, & nihil horū prius vel poſterius eſt, ſed ſimul per naturam hæc eſſe videntur.*

115 Tertiū modū eorum q̄ ſimul ſunt hūc addidit, ille quoque ſimul eſſe, q̄ ęquali diuiſione ſub gn̄e ponātur. vt ſi ponat qs aīal genus hoīs, & equi hoīem vero & equum a gn̄e .i. ab aīali diuidat. homo vero, & equus, & qm̄ ſub eodē gn̄e ſunt, ſimul eſſe natura dicuntur. & conueniens regula eſt in omnibus qbuſcunq; generib. cum.n. ſpērum diuiſionēs ſiūt, illic ſpēs natura ſimul ſunt. & ſi ſub his ipſis ſpeciebus q̄dā alia ponantur, inter ſe etiā ipſa ſimul eſſe natura dicuntur. Diuidatur .n. genus .i. aīal in volatile atq; greſſibile, & qm̄ ſunt ſub eodem gn̄e, ſimul natura ſunt. Et ſi quid horum in ſubiectas partes ſpecieſq; ſoluatur, vt volatile quidē in his auibus q̄ ſeminibus ueſcuntur, & in ijs quę carnib. & in his quę herbis. Hę tres ſpēs rurſus, quę ſub uolatili ſunt, ſimul eſſe naturaliter appellantur, quod Ariſtoteles ita dicit.

*Diuiditur autem & ſingulū horum in ſpecies ruſus, vt greſſibile animal & volatile & aquatile. erūt ergo & illa ſimul naturaliter quæcunque ex eodem genere ſcđm eādem diuiſionem ſunt. genera uero ſemper ſpecieb. priora*

ra ſunt

*ra ſunt, neque enim conuertuntur ſecundum eſſendi cõſequentiam. ut cum ſit aliquid aquatile quidem, eſt aĩal: cum uero ſit animal, non eſt neceſſe ut ſit aquat le. Simul ergo per naturam dicuntur, quæcunque conuertuntur q dem ſecundum eſſendi conſequentiam, ſed nequaquã quidem cauſa eſt alterum alteri ut ſit, & ea quæ ex eodẽ genere diuerſo diuiduntur ab inuicem, & ſimpliciter ſimul ſunt quorum generatio in eodem tempore eſt.*

116. Atq; idcirco fieri non põt, ut genus habeat unã ſpeciem. Nã ſi quæcunq; ſub gñe ſunt, ſimul ſunt. Simul ãt niſi plura eſſe non poſſunt. genus igit ſub ſe unã ſpeciẽ habere nõ põt. Si.n. una fuerit, fieri non põt ut ſimul eſſe dicatur, quia illud eſt, ꝙ ſub eodem gñe, q̃dam res ſolent, quę ſimul ſint naturaliter inueniri. Sed hęc de ſpecieb. Genera aũt ſp priora ſunt, non.n. conuertuntur ſm ſubſiſtentię conſequetiã. Prioris unus modus eſt. quem illa priora eſſe dicerẽtur, quæcũq; ad ſubſiſtẽdum nullo mõ conuerterentur, ꝙ hoc idem ĩ generib. cadit. Genera.n. non conuertunt, ad ſubſiſtentię conſequentiam hoc mõ. Sit.n. aĩal genus, homo uero ſpecies, Cũ vero dico hominem eſſe, aĩal quoq; eſſe conſequitur. Si aĩal dixero, ad hominem ſubſiſtentię conſequentia non conuertitur. Poteſt.n. eſſe animal, non tñ homo. Quocirca ab animali ad hominem non conuertitur ſubſiſtentię conſequentia. Quod ſit poſito homine animal conſtat, animali uero nominato non eſt neceſſe hominem eſſe: aĩal eſt prius homine. Illa quoq; priorum deſcriptio eſt, quod ea quæ ſunt priora, ſublata quidem auferunt, illata non inferunt. Animal .n. ſublatum ſecum quoq; hominem tollet illatum vero; ut dicatur eſſe animal, non ſecum ſtatim hominem infert. Poſteriora uero e diuerſo ſunt. Illata.n. ſimul inferunt ſublata non auferunt. Dictus quidem hõ ſimul ſecum animal infert, omnis. namq; homo animal eſt. Quod ſi homo ſubſtantialiter auferatur, non eſt neceſſe animal quoq; auferri, ꝙ hoc nomen animalis in plurib. ſpecieb. valet aptari. Quod ſi ita cõtingit, ſublato homine permanebit animal. Quocirca cõcludit tres eſſe ſpẽs eorũ quę ſimul, ſunt ſm tempus, ſm naturam, cum vtraq; ita conuertuntur, ut neutra neutri cã ſit. Tertium genus eſt, ſm eandem ſub eodem genere diuiſionem. Qm̃ tñ faciendo atq; patiendo inerat quidam motus, facere autem & pati prædicamẽtis adiunxerat; idcirco nũc de motibus tractat, & ſex numero eſſe pronunciat.

## DE MOTVVM GENERIBVS.

*MOTVS autem ſpecies ſunt ſex, generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio: alii itaque motus palam eſt quia alii ab inuicem ſunt. non eſt enim generatio corruptio, neque augmẽtum diminutio, neque ſecundum locum mutatio, ſimiliter autem & in aliis.*


117. In phyſicis Ariſtoteles motus ſpecies alia rõne partitus eſt. Ait.n. aliud eſſe pmutationem, aliud motum. & permutationis quidẽ duas eſſe ſpẽs ait, generationẽ & corruptionem. Motus uero tres ſm quantitatem, ſm qualitatem, ſm locum igitur qm̃ hic liber ad introductionem quodammõ factus eſt: uoluit nimis diuiſionis attenuare rõnem ne ĩgredientiũ animos ſubtiliori diuiſione cõfunderet. facit igitur diuiſionem motus hoc mõ. Eſt.n. una ſpecies motus ſm ſubſtantiam alia ſm quantitate, alia ſm qualitatem, alia ſm locum. Et ſm ſubſtantiam quidem, eſt generatio & corruptio. hæc.n. utraq; in ſubſtantia fiunt. Nam & ſm ſubſtantiam generatur aliquid, & ſm ſubſtantiam corrumpitur. Secundum quantitatem uero, ut crementum & diminutio. etenim uel quantitate aucta creuiſſe, uel detracta diminuta eſſe dicuntur. Secundum qualitatem uero quę dicitur cõmutatio, ſm aliquas.ſ. paſſiones quas qualitates eſſe manifeſtum eſt. Secundum locum uero, ut eſt itus in longitudinem, uel in curuaturam flexus. & itus quidem in longitudinem eſt, ut a ſurſum in deorſum. a prioribus retroſum a dextra in ſiniſtrã. & rurſus ſi hæc conuertas, & in directum pergas, ijdẽ motus erunt. Illud quoq; uerum eſt has eſſe oẽs ſpecies motus; nullo namq; ſibi participant, niſi ſolo generis noĩe. qđ motus dicuntur. nam neq; generatio idem eſt ꝙ corruptio, nãq; generatio eſt in ſuƀa ingreſſus, corruptio vero ex ſubſtantia egreſſus. nec diminutio idem quod crementum. nec ſm locum tranſlatio alicui ſuperiorum conſimilis eſt. Commutatio ãt habet forte aliq̃ dubitationem, ꝙ non uideatur a ſuperiorib. diſcrepare, quam quæſtionem ita propoſuit.

*In alternatione vero habet q̃dam qõnem, ne forte neceſſarium ſit id qđ alteratur, per aliq̃ reliquarum motionum alterari. hoc ãt non eſt verũ. Nam pene ſcd'm omnes paſſiones aut plures, alterari accidit, nulla aliarum motionum cõicante. Neq;.n. augeri neceſſarium eſt, qđ per paſſionem mouetur, neq; minui, ſimiliter aũt in alijs. Ideoq; erit alia præter illos motus, alteratio. Nam ſi eadem eſſet, oporteret id quod alteratur mox uel augeri uel minui, vel aliquem aliorum motuum conſequi. ſed non eſt neceſſe. Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua motione mouetur, alterari oportebat.*

118. In commutatione uero eſt aliqua dubitatio, ne forte neceſſe ſit, qđ cõmutatur, ſm aliquem reliquorum motuum cõmutari. Nam ſi oẽ qđ commutatur, aut generatur, aut corrumpitur, aut minuitur, aut creſcit, aut ſm locum transferri neceſſe eſt, dubium non eſt, nihil a ſuperioribus cæteris hãc differre ſpẽm, q̃ ſm commutationem dicitur quod Ariſt. reſpuit dicens. Hoc ãt non eſt uerum. Sed qm̃ quod commutatur non oĩno neq; generatur, neq; corrũpitur, vt q in ſole diutius ſtetit, ſi ex candido niger eſt factus, cõmutatus qdẽ ſm colorem dicitur, non tamẽ generatus eſt aut corruptus, nec vero illi aliquod vel crementũ factũ eſt, vel diminutio, ſed nec loci tranſlatio ulla eſt. põt.n. aliquis vno eodemque loco conſiſtens aliquib. Extrinſecus venientib. paſſionib. permutari. põt quoq; & creſcere & decreſcere pter qualitatis commutationem, quod ipſe Ariſt. ita pronunciat.

*Sed ſunt quædam creſcentia, quę non alterantur, ut quadratum circumpoſitio gnomone creuit quidem, alteratum uero nihil factum eſt, ſic & in alijs huiuſmodi, quare alij ſunt motus a ſe inuicem.*

119. Qđ dicit tale eſt. Si quadrato inquit addatur gnomo, creſcit quidem quadratus, non tamen commutatur. Ideóque




ſublato gnomone quadratus diminuitur, ſed non commutatur. Sit.n. quadratus. a.b.c.d. & ducatur ei angularis. b.c. & diuidantur quatuor latera. a.c. a.b. b.d. d.c. in æqualia, g.e.h.f. punctis, & ducantur. g.h. f.e. lineę. Diuiſus igitur quadratus. a.d. in quatuor quadratos, qui ſunt. e.g. f.g. e.h. h. f. quorumlibet tres qui circa eandem angularem ſunt, ſi demantur, figura ipſa gnomo vocatur. vt ſi quis tollat hos tres. e. g. g. f. f.h.

f.f.h.inuenit m. n.gnomo. qui m.n. gnomo ſeparatus a.b.e.h.quadrato. Totus quidẽ a.d.quadratus imminutus eſt, qui ex tã magno factus eſt paruus, non tñ formã tetragoni cõmutauit. Quod ſi.e.h.tetragonus ſolus ſit, & ei circũponat gnomo, q eſt.m.n, creuit quidẽ tetragonus, & maior factus eſt, Omnes.n.tetragoni ſibi ſunt ,ppriã qualitate cõſimiles, Qđ ſi commutatio hmõi motus eſſet, ut nõ oĩno a ſuperiorib. ſepararetur, nulla eſſet dubitatio, quin ſp oporteret q̃c quid cõmutat ẽm aliquẽ priorũ motuũ modũ cõmutari. Ita ut aut naſceret, aut corrumperetur, aut minueretur, aut creſceret, aut ſecundum locum fieret aliqua permutatio. Qđ qm̃ non eſt, ab omnib. ſuperiorib, motib. hæc motus ſpecies diſtat. Sed monſtratũ ſuperius eſt quinq; ſuperiores motus ſpecies a ſe omni ratione ſubſtantiæ diſcrepare. Quocirca diſtant a ſe ſimiliter hi ſex motus, atque diuerſi ſunt.

*Eſt autem ſimpliciter quidem motui quies contrariũ. Singulis uero ſinguli, generationi quidem corruptio, augmentationi autẽ diminutio, ſecundum locum uero mutationi, ſecundum locum quies. maxime autẽ uidetur oppoſitum eſſe in contrarium locũ mutatio, ut qua eſt inferius ei quæ eſt ſuperius, et ea quæ eſt ſuperius, ei q̃ eſt ĩferius.*

120. Nunc iam motũ contrarietates exequitur, & ipſi quidẽ generi.i.motui dicit quietẽ eſſe contrariã. hẽt .n. motus quietẽ cõtrariã. Singulis vero ſpecieb. motuũ, motus ipſi contrarii ſũt, ut generationi corruptio. & cũ generatio ſit motus, atq; corruptio, vtraq; tñ ſibimet cõtraria ſunt: cremẽto quoque diminutio cõtraria eſt. Quare diuerſo mõ hæc ſpecies motus cõtrarietatẽ habẽt, q̃ genus dudũ habere monſtrauimus. motus.n.ipſe hẽt qetẽ contrariã. Specierũ uero motib. non quies tm̃, ſed alii motus cõtrarii ſunt. vt generationi, corruptio. & cremẽto diminutio. ẽm uero locũ trãslationi, cõtrarietas ſitus eſt generi. Nã & ipſa hẽt cõtrariã ẽm locũ quietem, cõtrarium nanq; eſt moueri de loco in locũ, & nõ moueri. Et eſt nõ moueri quidẽ ẽm locũ quies, moueri vero ẽm locũ trãſlatio. Maxime ãt inquit ẽm locũ mutationi contraria eſt in contrariũ locũ permutatio. Vt ſi qua res ſurſum ſit, atq; ibi maneat, & ſit quieta, poſtea ſit ei motus talis, ut deorſũ moueat, q̃q̃ ipſi ſuperiori motui quies contraria ſit, multo magis quidem hmõi motus qui in contrarium ſit locum, illi ſuperiori motui contrarius eſt, Atq; hoc quidem & in aliis motib. accidit, ut ſiquis ſit ad dexteram, ſi ei in ſiniſtram motus ſit, in contrarium locum factus dicitur motus atque hoc idem in aliis motib. licet videre. Sed Ariſtoteles dubitat, ſi reliquo motui, i. commutationi, aliqd poſſit eſſe contrarium, quam quæſtionem ita proponit.

*Reliquo uero aſſignatorũ motuũ nõ facile eſt aſſignare quid ſit cõtrarium. uidetur ãt nihil ei contrarium eſſe, niſi quis & in hoc ſcđm qualitatẽ quietem opponat; aut ĩ cõtrariũ qualitatis mutationẽ. ſicut et in mutatione ſcđm locũ, quietem ſcđm locum, aut in contrarium locũ mutationem. Eſt.n. alteratio ſecundum qualitatem mutatio.*

121. Ex ſimilitudine mutuũ cõtrarietates quoq; colligimus; Nã qm̃ ſuperius, motui ẽm locũ cõtrariam reperit ẽm locũ quietẽ. & qm̃ omnis cõmutatio, q̃ ẽm aliquã paſſionẽ ſit, ẽm qualitatẽ cõmutatur, motus eius contrarietatem poſuit ẽm qualitatẽ quietẽ. ut ſi lapis cum frigidus ẽ, ſi ita pmaneat, qualitas illa mãſit, & qeuit. q̃ ſi tepeat qualitas illa cõmutata eſt, & eſt ipſa cõmutatio contraria. & factus eo qdẽ motus. & in tpe lapidis ẽm qualitatẽ facta eſt permutatio. fuit ãt in frigore qes ẽm eãdẽ qualitatẽ. Quocirca licet videat hic motus qdẽ oĩno cõtrarium nõ habere, tñ ſicut ſuperius dictum eſt, ẽm locum tranſlationi contrariã eſſe ẽm locum quietẽ: cur non quoq; ẽm qualitatẽ commutationi dicatur quies ẽm qualitatẽ eſſe contraria? Definitio nanque cõmutationis eſt trãslatio ẽm qualitatẽ. cum .n. qualitas cuiuslibet rei mouetur, ſit tranſlatio ẽm qualitatem. Quod ſi maxime uideatur ẽm locum trãſlationi eſſe cõtraria nõ ſolum ẽm locum qes, ſed ẽt in cõtrarium locum trãſlatio ẽm qualitatẽ quoq; mutationi, non ſolum erit cõtraria ẽm qualitatẽ quies, ſed maxime in contrariã qualitatẽ commutatio. ut ſi quid cum eſt album, rubrum, fiat quieti qdẽ ea quæ in alio colore poterat permanere, cõtraria fuit qualitatis ipſa mutatio, ut ex albo in rubrum mutaretur. ſi quid ante ex albo uertatur in nigrum illud maxime permutatur, & illud ſuperiori mutationi contrarium eſt, quoniam permutatum eſt in contrariam qualitatem. Atque hoc eſt q̃ ait.

*Quapropter oppoſita erit ſecundum qualitatem mutationi ſecundum qualitatem quies, aut in contrarium mutatio qualitatis, ut album fieri, ad id quod eſt nigrum fieri. alteratur .n. in contrariũ qualitatis mutatione facta.*

122. Id quoq; apertiſſimo vulgat exẽplo. Quare qm̃ de motib. expeditũ eſt, habẽdi æquocationẽ q̃ ſequit explicemus.

## QVOD SIGNIFICATIONES HABEAT Verbum Habere.

*HAbere ãt multis modis dicitur, aut.n. tanq̃ habitũ & affectum, aut aliam quamlibet qualitatem, dicimur.n. diſciplinam aliq̃ habere atq; uirtutem. Aut tanq̃ q̃titatem, ut contingit ei qui habet magnitudinem. dicitur.n. tricubitã magnitudinem habere uel quadricubitã. Aut tanq̃ ea q̃ circa corpus ſũt, ut ueſtimẽtum uel tunicã. Aut tanq̃ in parte, ut in manu annulũ. Aut tanq̃ partem, ut manum uel pedem. Aut tanq̃ in uaſe, ut in modio grana tritici, uel lagena uinũ. uinũ.n. habere lagena dicitur, & modius grana tritici. hæc ergo omnia haberi dicũtur, ut in uaſe. Aut tanq̃ poſſeſſionem, habere.n. domum aut agrum dicimur. Dicitur etiam uir uxorem habere, et uxor uirum. Sed uidetur alieniſſimus qui nunc dictus eſt modus eſſe in eo quod eſt habere. nihil .n. aliud per uxorem habere ſignificamus, niſi quia cohabitant. forte tamen & alij quidã apparebunt modi de eo quod eſt habere. Sed qui cõſueuerũt dici, pene omnes enumerati ſũt.*

123. Aequiuocum eſſe habẽdi modum manifeſtum eſt. habere.n. ita multis dr̃ modis, ut tñ æquiuoce pdicet. Dicimur.n. habere aliquã qualitatẽ, ut habitum vel diſpoſitionem Dicimur quoq; habere ſciam uel uirtutẽ. Quãtitatẽ quoq; habere phibemur. dicimur.n. ĩ mẽſura habere qnq; vel quatuor pedes. Nec nõ ẽt ĩ ipſis partib. corporis aliqd, & ipſas partes hẽre prædicamur. dicimur.n. & hẽre digitos, & in digito annulos. Circa corpus quoq; alqđ hẽre dicimur, vt tunicã, vel qđlibet aliud veſtimentum. Necnõ ẽt in uaſe haberi aliqđ dicitur, ut triticum ĩ modio, & uinum in dolio hæc. ſ. ita haberi dr̃, ut in vaſe. Dicitur ẽt quis habere vxorem quæ .i. ſignificatio nulli ſupradictis cõis eſt, ſed (ut ipſi Ariſtoteli uidetur) longe diuerſa eſt hæc ſignificatio ab habendi prædicamento. non.n. proprie habemus vxores, ſed q. habere quis dicitur vxorẽ hoc ſignificat, habitare cum eo vxorẽ habere.n. habitare dicimus, ut eſt Socr. habẽt .i. cum habitant atq; eum colunt. Quare ipſe quoq; Ariſtoteles inquit eſſe aliquos fortaſſe pter eos qui dicãtur, habẽdi modos hortaturq; nos ad ulteriorẽ aliq̃ inquiſitionẽ ut nos quoq; queramus, p quos, præter priores dictos, modos alios poſſit habere pdicari. Et de hæc æquiuocatione quidẽ hñdi ſufficienter dictum eſt. Sed forte quis dubitet, cur cum hẽc ſuperius in gñe nominauerit, nunc idipſum. æquiuocum ponat, ſed hæc qõ ita ſoluit, Non abſurdum eſt idẽ pdicamentum nunc uniuoce, nunc æquoce pdicari. uniuoce qdem ut ſuperius, cum eiuſdem ſpecierum exempla ppoſuit, ut eſt calciatum eſſe, uel armatum, horum.n. talium genus eſt. Aequoce vero, ut ĩ his modis quos ſuperius expoſuimus. Qđ ſi hẽt aliquas proprias ſpẽs hñdi pdicatio dr̃ ãt & ipſum nomen multipliciter. nihil eſt incongruum in genere numerari. ſufficit .n. ad demonſtrandum genus eſſe & habendi prædicationem qđ ſub ſe aliquas partes ſpecieſque contineat.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI,

## Editionis Primæ ſeu minorum commentariorum, in librum Ariſtotelis de interpretatione.

### LIBER PRIMVS.

MAGNA quidem libri huius apud Peripateticam ſectam probatur auctoritas. Hic nanq; Ariſt. ſimplicium propoſitionum naturam diligenter examinat. ſed eius ſeries ſcrupuloſa impedit ſemita, & ſublimibus preſſa ſententiis, aditum intelligentiæ facilem nõ relinquit. Quocirca nos libri huius enodationem duplici commentatione ſuppleuimus: & quantum ſimplices quidem intellectus ſententiarum oratio breuis obſcuraq; complectitur, tñ hac operis huius tractatione digeſſimus. Quod vero altius acumen conſiderationis expoſcit, ſecundę ſeries editionis expediet. Nunc a me tñ lector expectat, quantum pedetentim minutatimq; ſm orationis ordinem, textumque ſermonis, id quod anguſtia breuitatis latet, intelligat. Et prius quæ ſit huius operis intentio breuiter demõſtrandum eſt. Inſcribitur etenim grçce liber hic περὶ ἑρμηνείας, quod latine, de interpretatione, ſignificat. Quid ergo ſit interpretatio paucis abſoluam. Interpretatio eſt, vox ſignificatiua, per ſeipſam aliquid ſignificans. Siue.n. nomen ſit quod per ſe ſignificet, vt eſt homo. ſiue verbum, vt eſt curro. ſiue quod grammatici participium vocant. ſiue pronomen. ſiue ex his iũcta oratio, vt eſt hõ currit. ſiue quolibet alio modo, vel nomen, vel verbum, vel ex his oratio iuncta per ſe aliquid ſignificet, interpretatio nominatur. Quare cum ſint quædam in orationis partibus, quę per ſe nihil ſignificant, aliis tamen iunctę deſignant, ut ſunt coniunctiones, & prępoſitiones, hęc interpretationes eſſe non dicimus. Interpretatio.n. ſiue ſimplex eſt, vt nomen & verbum, ſiue compoſita, vt ex his iuncta copulataq; oratio, vel per ſeipſam ſignificare debet, ſi ſimplex eſt, vel ex his quæ per ſe ſignificant iuncta eſſe, ſi compoſita eſt. Quare interpretatio eſt vox aliquid per ſeipſam ſignificans. Sed qm̃ verba nóïaq; interpretationes sũt, oratio quoq; omnis quæ ex ſignificantib. per ſe prædicamẽtis iungitur, interpretatio nuncupatur. & qm̃ plurimæ ſunt interpretationes, inter quas illa quoq; eſt oratio, in qua verum falſumve inueniri poteſt. i. enunciatiua, de qua hoc in libro tractandum eſt, idcirco Ariſt. de cõi nõie & continenti, libro titulum inſcripſit. Interpretatio nanq; eſt nomen & verbum, & interpretatio ẽt eſt hmõi oratio. omnis hõ animal eſt: ſed in hac verum falſumq; auditor intelligit. Hęc.n. oratio quæ dicit, omnis hõ animal eſt, vera vel falſa eſt. Interpretatio quoq; eſt ẽt hmõi oratio. Da mihi codicẽ, ĩ qua verum falſumq; nullus inueniet. Etenim da mihi codicẽ, neque verum eſſe poterit, neq; falſum. Quocirca, qm̃ de his ſolis orationibus, in quibus verum falſumq; reperitur, quas enunciationes & propoſitiones vocamus, quę interpretationes ſunt, diſputaturus eſt; qm̃q; de nominibus illis verbiſque dicendum eſt, quid ſint, quamve vim in ſignificatione retineant, recte librum de interpretatione ſignauit. Nec nos hoc turbet, quod ſunt quędam interpretationes, de quibus in hoc libro non tractet. tanquam.n. ſiquis de homine diſputans titulum operis de animali poſuiſſet, quanquam non de omni animali, tamen quoniam de aliquo diſputaturus eſſet, recte de animali, libro nomen imponeret. Ita nunc, licet non de omni interpretatione pertractet, tamen qm̃ de vna quę eſt enunciatio, & de nominibus & verbis, quę interpretatione ſimplices ſunt, dicendum erat: de communi & generali vocabulum libro de interpretatione impoſuit. Eſt autem intentio libri huius de ſimplici enunciatiua oratione diſſerere. Simplex aũt enunciatiua oratio eſt, in qua cũ verum falſumve ſit, illud tñ eſt, ut ſine coniunctione totus orationis ordo proponatur. ut eſt, hõ eſt. hõ aĩal eſt. hõ currit. hõ pauidus currit. Hæ.n. ꝓpoſitiones ſine cõiunctione propoſitæ ſunt. Et hę dñr predicatiuę, q̃ ſunt cũ nomine & uerbo. Illę uero quę ſunt hmõi, ſol eſt ſuper terram dies eſt duplices atq; hypotheticæ, nec non ẽt conditionales uocant. Ponitur.n. ſi hoc ſit, hoc eſſe, ideſt ſi ſol eſt, eſſe diẽ. Quare hę ſimplices non ſunt. ſol eſt.n. & dies eſt, duę propoſitiones ſunt, quas vna cõiunctio ſi, copulat atq; componit. Sed de his nullus hoc libro tractatus habebitur. Quare, qm̃ de ſimplicib. enunciatiuis orationib. tractaturus eſt ideſt de ſimplici affirmatione & ſimplici negatione, quoniãque affirmationes & negationes verbis ac nominib. coniunguntur, ut in ea quę eſt, hõ currit, affirmatione: eſt homo, nomen: currit, uerbum. Et rurſum, hõ non currit: negatio eodem nomine verboque coniungit: recte prius de ſimplici affirmatione, & de ſimplici negatione, omninoque de enunciatione ſimplici diſputaturus eſt. Quoniam autem omnis enunciatio ſimplex verbis nominibuſque coniungitur, primam diſputationem de nominibus & verbis inſtituit. His.n. prius ad ſcientiam uenientibus tota facillime natura orationis aperitur. De quibus autem ei ĩ toto dicendum eſt libro, inchoans ipſe ſic proponit.

*Primum oportet conſtituere quid ſit nomen, & quid uerbum, poſtea quid eſt negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio.*

I. In principio inquit huius ſermonis, qui de enunciatione inſtituitur, cõſtituere, ideſt definire, oportet, quid nomẽ ſit, quid verbum. Hęc.n. (ut dictum eſt) omnem coniũgere orationem valent. Quę oratio genus eſt aliarũ orationum. Sunt.n. principales quinque orationum differentiæ. Eſt autem prima oratio deprecatiua, ut Iupiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis. Secunda imperatiua, ut Suggere tela mihi. Tertia interrogatiua, ut, Quo te Mœri pedes? Quarta uocatiua, ut, Huc ades o Melibœe. Quinta enunciatiua, in qua verum ineſſe falſumque perſpicitur. Huius aũt duæ ſunt ſpecies, una affirmatio, altera negatio. Affirmatio eſt, ut homo animal eſt. Negatio, ut hõ animal non eſt. Ergo orationem verba nõïaq; conſtituunt. Enunciationis autem oratio genus eſt. Enunciatio vero, affirmationis & negationis. Quare elementa quædã ſunt quę coniungunt orationem, nomina & verba. & de his diſputat primum, de hinc propoſitionis duas vltimas ſpecies ſumit, & dicit ſe de affirmatione & negatione dicturum. Poſt has harũ genus proponit, ideſt enunciationem: Vltimum vero, quod horum maximum eſt, orationem. Eſt vero quodãmõ conuerſus ordo ab ſpecieb. vſq; ad earum genera prima perueniens. Proponendo.n. ab affirmatione & negatione ad enunciationem, quod eſt genus, aſcenſum eſt. Ab enunciatione ad enũciationis genus, qđ eſt oratio ꝓpoſitionem operis leuauit: diuerſo tñ mõ de cunctis diſputat. Prius.n. de rõne, poſt de enunciatione, deinde de affirmatione, poſtremo de definitione negationis ediſſerit, conuerſo. ſ. ordine. Sed hoc poſterius liquebit. Qđ aũt prius negationem, poſtea propoſuit affirmationem, nihil intereſt. cum omnis ſpecies æquæuę ſibimet ſint, & uni generi æqualiter ſupponatur. Quocirca ſi affirmatio & negatio enunciationis ſpẽs ſunt, rectum eſt quamlibet earũ prius indiſcrete ꝓponere. Quemadmodum aũt affirmatio & negatio ſpecies enunciationis ſint, & hęc earũ genus, ſecunda editione monſtrandum eſt.

***Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, earum quæ ſunt in anima paſſionum, notæ: & ea quæ ſcribuntur, eorũ quę ſunt in uoce. Ac quemadmodum nec literæ eędem omnib. ſic nec eædem uoces. Quarum autem hæ primo notæ, eędem omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorum hæ ſimilitudines, res iam eędem. De his itaq; dictum eſt in his, quę dicta ſunt de anima. Alterius eſt enim negocij.***

Quoniam

2. Qm̃ nomẽ & verbũ in definitionib. ſuis ſignificatiua paulo poſt ꝓpoſiturus eſt: primũ explicat quorũ ſint ſignificatiua quęcunq; ſignificãt. ideſt q̃ deſignent ipſum nomẽ & uerbum. Tota ãt ratio ſenſus hmõi eſt. Tria ſũt ex quib. oĩs collocutio diſputatioq; perficiť, res, Itellectus, uoces. Res ſũt, quas animi rõne percipimus, ĩtellectuq; diſcernimus. Intellectus uero, quib. res ipſas addiſcimus. Voces, quib. id qđ intellectu capimus, ſignificamus. Præter hęc ãt tria, eſt aliud quiddam, quod ſignificat voces, hę ſunt literæ, harum .n. ſcriptio vocum ſignificatio eſt. Cum igitur hęc ſint quatuor, res, intellectus, vox, litera: rem concipit intellectus, intellectum vero uoces deſignant, ipſas vero voces literæ ſignificant. Intellectus vero animæ quædam paſſio eſt. Niſi .n. quandam ſimilitudinem rei, quam quis intelligit in animę rõne patiatur, nullus eſt intellectus. Cum .n. video orbem vel quadratum, figuram eius mente concipio, & eius mihi ſimilitudo in animæ rõne formatur, patiturque anima rei intellectę ſimilitudinem, vnde fit ut intellectus, & ſimilitudo ſit rei, & animæ paſſio. Horum aũt rurſus quatuor, duę ſunt naturales, duę ſm hominum poſitionem. Voces nanque & literæ, ſm hominum poſitionem ſunt: Intellectus aũt & res, naturaliter. Hoc illo approbatur, quod apud diuerſas gentes, diuerſis uocib. utuntur & literis. Idcirco qm̃ ipſi ſibi uoces quib. vterentur, & literas quibus ſcriberent, cõpoſuerunt. Intellectus aũt & res nullus poſuit, ſed naturaliter ſunt. Neq; .n. quod apud. Romanos eſt equus, apud barbaros ceruus eſt, ſed apud diuerſas gentes eadem rerum, natura eſt. prętérea neq; quod nos intelligimus eſſe equum, canem barbari putant. Sed eandem apud diuerſiſſimas gentes ſubſtantiarum intellectuumque rõ eſt conſtituta. Quare duæ harum ſunt ſm hominum poſitionem, .i. uoces & literę, duæ ſm naturam, res & intellectus. Nunc ergo hoc dicit, qm̃ uoces quidem ſignificant intellectum, ipſas ẽt voces literæ ſignificant: ſunt aũt intellectus animę paſſiones, & uoces quidem & literæ naturales non ſunt. Quemadmodum .n. vox non eadem apud oẽs gentes, ita nec literę. Sed intellectus, & res eaſdem apud oẽs quamlibet diuerſiſſimas gentes inueniẽus. Atque hoc eſt quod ait. Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, earum quæ ſunt in anima, paſſionum notæ. ideſt ipſe inquit uoces. intellectus. qui ſunt animę paſſiones, ſignificant, eorumque ſunt ſignificatiuę. ergo ea quę ſunt in voce, ſignificãt illas, & earum ſunt notę, quæ ſunt animę paſſiones. Animæ autem paſſiones intellectus ſunt. Igitur ea quę ſunt in uoce, intellectuũ, qui ſunt in anima paſſiones, notæ ſunt, eoſque ſignificant. qm̃ his, ideſt vocibus, omnis ſignificatur intelligentia mentiſque conceptio. At vero qđ addidit, & ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in uoce, tantundem valet quantum ſi diceret, Notæ ſunt literę quę ſcribuntur, verborum & nominum quę ſunt in uoce. monſtrauit igitur uoces intellectuum eſſe ſignificatiuas, & literas uocum, nunc de eorum natura pertractat dicens. Et quemadmodum nec literę omnibus eædem, ſic nec eædem voces. Hoc ad monſtrandũ ualet uoces & literas poſitione conſtitui non natura. Etenim diuerſę apud diuerſos ſunt uoces & literæ: & quemadmodum literæ eædem apud oẽs hoĩes non inueniuntur, ita quoque nec voces. Quare hæ ſm poſitionem ſunt, quod ipſe reticuit velut planum. Manifeſtum .n. eſt, quod per gentes ſingulas permutatur, hoc non natura conſtitutum eſſe, ſed poſitione. Quod uero addidit, Quorum autẽ hæ primum notę ſunt, eędem omnibus paſſiones animæ ſunt; & quorum hæ ſimilitudines, res ẽt eædem: ad hoc pertinet, ut naturales eſſe res intellectuſque declarat. Idem nanque (ut dictum eſt) intellectus paſſiones animæ ſunt, rerum vero ſimilitudines. Ergo nunc quidem hoc dicit, Quorum hę, ideſt uoces, de quib. ſupra dixerat, notæ ſunt, eędem ſunt animæ paſſiones, & vt nec literę ſunt eędem, ſic nec eędem uoces. Quorum ergo qđ voces ſignificatiuæ ſunt, id eſt paſſionum animæ, hę ſunt apud oẽs eædem, ſignificant aũt uoces illa quę ſunt intellectus. Intellectus igitur animę paſſio eſt, apud oẽs hoĩes non diuerſa. Ergo naturalis apud oẽs hoĩes eſt animi cõceptio, atq; animæ paſſio: quorũ ſunt noĩę eã q̃ verſanť in uocib. Docet ãt & res, quarum ſunt ſimilitudines ĩtellectus & animę paſſiones, eſſe nõ poſitione, ſed naturaliter cõſtitutas. Idcirco qđ hæ res, quarũ ſimilitudines ſũt intellectus, q intellectus animæ paſſiones ſunt, apud oẽs eædẽ ſunt. hoc eſt .n. qđ ait. Et quorũ hę ſimilitudines. ſ. animæ paſſiones, quæ ſunt ſimilitudines rerum, res etiã eędem. Ac ſi diceret, Quorum intellectus ſunt ſimilitudines, qui intellectus animę paſſiones ſunt, ideſt res apud omnes eędem ſunt. Quòd aũt ita poſuit, Quorũ autẽ hę primum notæ, hoc ſentit. De vocib. n. dicit, qm̃ quorum uoces primum notæ ſunt, apud omnes eędem ſunt animę paſſiones. Vox enim etiam intellectum rei ſignificat, & ipſam rem. ut cum dico, lapis, & intellectum lapidis, & ipſum lapidem, ideſt ipſam ſubſtantiã deſignat. Sed prius intellectũ, ſcđo vero loco rem ſignificat. Ergo non oĩa quę vox ſignificat paſſiones aĩę ſunt, ſed illa ſola quæ primo, primo .n. ſignificatur intellectus, ſcđo uero loco, res. ſed intellectus paſſiones animæ ſunt. quorum ergo primum notę ſunt voces, eædem ſunt apud omnes homines animę paſſiones. Eſt alia quoq; ſcriptura hoc modo ſe hñs Quorũ ãt hę primum notę, hę omnibus paſſiones animæ ſunt, & quorum hę ſimilitudines, res ẽt hę. Qđ ſi ita ſcriptũ eſt, hoc dicere videtur oſtendit .n. quorum ſint notæ uoces, & quorum ſint rurſus aĩę paſſiones, tanquã ſi diceret. Voces qđ ſignificant, & quorũ notę ſunt, illæ ſunt aĩę paſſiones: & rurſus quorũ ſimilitudines ſunt hæ, quæ ſunt aĩæ paſſiones, hæ ſunt res, tanquã rurſus ſi diceret, Quorũ ſunt ſimilitudines ea q̃ in intellectib. atq; aĩæ paſſionib ſunt, illæ res ſunt. Sed de his diſputationes trahere lõgius nõ vult. Ait .n. de his itaque dictũ eſt, in his q̃ ſunt dicta de aĩa. alterius eſt .n. negocij. Etenim aliud eſt principaliter de intellectib. aĩę diſputare, aliud tantũ ſibi ad diſputationem ſumere, quantum ad logice poſſit pertinere peritiam. Quare alterius negocij eſt, principaliter de animæ paſſionibus diſputare.

*Eſt autem quemadmodum in anima, aliquoties quidẽ intellectus ſine uero uel falſo, aliquoties autem cui iã neceſſe eſt horum alterum ineſſe: ſic etiam in uoce. circa cõpoſitionem enim & diuiſionem eſt falſitas & ueritas.*

3. De enunciatione dicturus, in qua ueritas & falſitas inuenitur, recte prius mõſtrare proponit, in qua ꝓlatione uocum horum alterum, ideſt aut veritas aut falſitas, inueniri queat. Sed omnis uox animi ſenſa ſignificat, quare ex animi intellectib. quicquid euenerit uocib. indicatur. ergo nunc hoc dicit, Similitudo eſt inquit quędã inter ſe intellectuum atq; uocum. quemadmodum .n. ſunt quędam ſimplicia, quę rõne animi concipiuntur, & conſtituunť intelligentia mentis, in quib. neq; ueritas ulla, neq; falſitas inueniť: ita quoque in uocib. eſt. Simplex .n. intellectus, ut uerbi gratia, hominis uel equi, neq; falſitatem ullam retinet neq; ueritatẽ. cum .n. intelligo ſimpliciter hominem & ſubſtnatiam ipſã, nihil veri vel falſi in cogitatione retineo. Quod ſi curſum rurſus animi cogitatione perſpexero, cogitatio ipſa, quoniã ſimplicis rei tenet intuitum, a ueritate & falſitate ſecluſa eſt. Sed qñ curſum & hominem iunxero, & ex his aliquid intelligentia mea fecero, id quoq; ſi uoce proferam, hmõi erit, homo currit: Tunc ex hac ſubſtantiæ & accidentis cõpoſitione & coniunctione huiuſmodi intellectus fit, in quo vel faſitas poſſit eſſe, vel veritas. Ergo quemadmodum in intellectu ſunt quædam aliquoties ſimplicia, uero falſoque carentia, aliquoties autem cum iam neceſſe eſt aut ueritatem ineſſe intellectui aut falſitatem: ſic eſt etiam in uoce. Nam ſi ſimplicem intellectum uerò falſoq; carentem uox ꝓferat, ipſa quoq; vox a ueritate & falſitate relinquitur. Qđ ſi hmõi proferat intellectum, qui in ſe verũ falſumve contineat, ipſa quoq; veri falſiq; retinet ſignificationem. Docuit autem per hoc quod, ait. Circa compoſitionem .n. & diuiſionem eſt ueritas falſitaſque, in qua prolatione vo-

cis

cis enunciationes poſſumus inuenire. Quoties.n.ſubſtantiã cũ accidente cõiungimus atq; componimus, vel intellectui copulamus, vt fieri oropô poſſit in cogitatione, tunc fit idẽ in uoce. Et eſt nunc affirmatio, vt hõ currit. Hoĩem quippe curſumq; compoſuit atq; coniunxit, & inde affirmatio nata eſt, veritatem continens vel mendaciũ. Nunc vero negatio, ſi huic aduerbiũ negatiuum, non, iunxero, & ſubſtantiam ab accidente diuiſero atq; diſiunxero. vt eſt, hõ non currit, id non, quod eſt aduerbium negatiuum, hominem a curſu diuiſit atq; diſiunxit, factaq; eſt inde negatio rurſus veritatem falſitatemve ſignificans. Recte igitur dictum eſt circa compoſitionẽ, quod eſt affirmatio, uel diuiſionem, quod eſt negatio, veritatis falſitatiſq; conſtare naturam.

*Nõia igitur ipſa et verba cõſimilia ſunt ſine cõpõne vel diuiſione intellectui, vt hõ vel albũ, quando non additur aliquid, neque.n.adhuc verum aut falſum eſt.*

4. Nunc quid ſit intellectus ſine vero uel falſo continuata oratione proſequitur. Ea.n.inquit quæ ſimplicia dñr, ſimilia ſunt ſimplicib. intellectib. qui ſine vlla compoſitione vel diuiſione, animi puro capiuntur intuitu. cum.n.hõ vel album ipſa quidem ſimplicia ſint, & ſignificent aliquid, nihil tamẽ neq; verum neq; falſum deſignant. Oẽ.n.ſimplex nomẽ vel verbum a veritate & falſitate ſecluditur. Atq; ideo, qm̃ (vt dictum eſt) quæcunq; ſunt in vocibus ſignificant animæ paſſiones: ſimplices voces, & ſine compoſitione vel diuiſione, ſimiles ſunt his intellectibus, quos ſine compoſitione & diuiſione ſimplex intelligentia concipit. In his.n. atq; in hmõi nulla neq; veritas neq; falſitas inuenitur. niſi .n. aliquid addatur, vt id quod ſimplex intelligis, vel per ſe conſtituas eſſe, vel ei aliquid ſm eſſe coniungas, in his veritas & falſitas non erit. Cum.n.ſimpľr dico, hõ, ſi non aliquid addidero, vt verbum, eſt, & fiat hmõi compoſitio. hõ eſt. vel hmõi aliqd, vt hõ viuit, quod idem valet, tanq̃ ſi dicam, hõ viuens eſt. Ergo niſi aliquid hmõi fuerit adiunctum, quod intellectam rem vel per ſe eſſe conſtituat, vt, homo eſt. cum dico, per ſe hoiem eſſe deſignaui: vel iuncto accidente tale aliquid apponatur, quod idem ei quod eſt eſſe ſignificet, vt eſt, homo viuit. vita.n.homini iuncta eſt, & viuit idem ſignificat, quod viuens eſt. nulla veritas nec falſitas valet intelligi. Hoc autem conuenientiſſimo monſtrat exemplo.

*Signũ ãt huius eſt, etenim hircoceruus ſignificat quidẽ aliquid, ſed qđ nondum uerum uel falſum, ſi nõ uel eſſe uel nõ eſſe, addatur, uel ſimpliciter, uel ſecundum tẽpus.*

5. Magnam vim hẽt exempli huius ſubtilitas. Non.n. ſola illa nõia vel verba a falſitate ac mẽdacio ſeparata ſunt, quęcunq; ſimplicia ſunt, ſed ẽt illa quæcunque ſunt compoſita, ſi ſint dicta ſimpľr. Hircoceruus .n. compoſitum nomen eſt, ſignificans hircum & ceruum Sed niſi ei aut eſſe aut non eſſe addatur, vt dicamus, hircoceruus eſt, vel, hircoceruus nõ eſt: nullus inde veri falſive intellectus poterit prouenire. Ipſum.n.q̃q̃ ſit compoſitum, tñ ſimpľr dictum, veritati vel falſitati proximũ non eſt. Siquis.n.dicat tñ, hircoceruus, nihil enunciat. Quod ſi nihil enunciat, præter veritatem falſitatemq;, quoddã compoſitum deſignans nomen auditor intelligit. Quod vero ait, vel ſimpľr, vel ſm tempus: ad hoc ualet, ne putaremus tũc fieri ſolum de noĩe enunciationẽ, cum ei præſens tp̃s adiicitur, vt cum dicimus, hircoceruus eſt. vel, hircoceruus non eſt: in his iam veritas eſt aut falſitas. Sed non ſolum ſi pręſens tp̃s deſignet propoſitio, ſed ẽt ſi præteritum, vt ſiquis dicat, hircoceruus fuit. vel futurum, vt ſiquis dicat, hircoceruus erit. enunciationem facit. ergo hoc eſt quod ait, vel ſimpliciter vel ſm tempus. Huiuſmodi.n. ſimpliciter facta enũciatio ſm pręſens eſt. Et enim quod pręſens dicimus, tempus non eſt, ſed confinium temporum, tempus autem eſt aut futurum, aut pręteritum, ergo non poteſt in eo quod eſt hircoceruus, veritas aut falſitas inueniri, niſi ei aut eſſe, aut non eſſe addatur, vel pręſens ſignificans, quod eſt ſimpľr: vel ſm tempus, quod eſt p̃teritum aut futurum. Siquis.n. ſic dicat, hircoceruus eſt: ſimpliciter dixit. i. ſm p̃ſens. Siquis ãt hircoceruus erit, uel fuit: ſm tempus, futurum. ſ. & pręteritum. Hęc igitur quæ erant utilia prælocutus, ad definitionem nominis, diſputationis curſu acedit.

## DE NOMINE.

*NOMEN igitur eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore, cuius nulla pars eſt ſignificatiua, ſeparata.*

6. Omnis definitio genere & differentiis perficitur. Sumpſit ergo ad definitionem, vocem eſſe nominis genus. Cætera vero quæ executus eſt, pro differentiis aggregauit. Eſt autẽ huius termini talis expoſitio. nomen eſt inquit uox. Sed vocum aliæ ſunt quę ſignificant, alię quę nihil ſignificant. Nomen aũt ſignificat id cuius nomen eſt. Nomen igiť eſt vox ſignificatiua. Vocũ ſignificatiuarũ, alię ſunt naturaľr, alię nõ naturaľr. Naturaliter eſt vox ſignificatiua, vt ea quę dolores naturaľr monſtrat. aut gaudia. Nõ naturaľr uero ſignificatiuæ uoces ſunt, quas ſm poſitionem eſſe dicimus. Secundum poſitionem vero ſunt, quas ſibi ipſi homines poſuerũt. vt cum dixit aliquis primus, qui reb. nomina condidit, hæc ſubſtantia, dicatur aurum, hęc lapis, hęc aqua, & aliæ ſimilia. Tales igitur voces ſm poſitionem ſunt. Et ita ſm poſitionem, quemadmodum ipſis hominib. placuit, a quibus nomina illa formata ſunt. hmõi ergo voces quæ ſm poſitionem ſunt, ſm ponentium placitum ſunt. Sed nomen non naturaliter ſignificat. Apud diuerſas.n.gentes, diuerſa ſunt nomina. Quę autem apud diuerſos diuerſa ſunt, ea non ſunt naturaliter, ſed ſm placitum eorum qui poſuerunt, poſitionemque ponentium. Alioqui ſi naturaliter eſſent, quemadmodum ea quæ dulcia ſunt apud Romanos, non eadẽ ſunt apud Scythas amara, nec acida, ſed apud ipſos quoque dulcia, & apud oẽs gentes ſunt eodem mõ: ita quoq; omnia nomina ſi naturaliter eſſent, eiſdem oẽs hoĩes vterentur. Quare; qm̃ nõia naturaliter non ſunt, nec naturaliter ſignificat ſm placitum ſunt. ſ. ponentium atq; auctorum, & a quib. nomina ipſa rebus impreſſa ſunt. Eſt ergo nomen vox ſignificatiua ſm placitum. Secundum placitum autem poſitionẽq; ſignificantium vocum, aliæ tp̃s ſecum ad ſignificationẽ trahunt, aliæ pręter tp̃s pręedicantur. Tempus ſecum trahunt, vt eſt curro, & lego. vel curri & legi, & quęcunque ſunt verba, Oẽ.n.verbum cum tpe eſt. Nomina vero ſine tpe ſunt. Cum.n.dico Socr. vel Plato, vel albedo, vel aliquid humõi, temporib. carent. Nomen ergo vox eſt ſignificatiua ſm placitum, ſine tpe. Vocum ſignificatiuarum ſm placitum ſine tempore, alię ſunt, quarum partes aliquid extra ſignificant: alię, quarum partes extra nihil deſignant. Hæc nanque vox, quæ eſt Socr. cum Plat. aliiſque diſcipulis, quæ eſt oratio, & ſignificatiua eſt, & ſm placitum. Partes nanque ipſius quę ſunt nomina, ſm placitum ſunt, & ſine tempore. Nulla nanque in ea ne imaginatio quidem temporis inuenitur, ſed habet hoc quod partes eius extra ſignificant. Tota nanque oratio eſt, Socr. cum Plat. aliuſque diſcipulis. ſed eius pars, Socr. ſi a tota oratione diſiuncta ſit, ſignificat aliquid. Nominis autem pars nihil extra ſignificat. ipſius.n. nominis, quod eſt Socr. quod diſiunctum a tota connexione ſignificat, partes nihil extra deſignant. Neque.n.So. neq; cra. neq; tes, aliquid pręter totum nomen extra deſignant. Quare rectiſſime definitio conſtituta eſt. Nomen eſſe vocem, ſm placitũ deſignatiuam, ſine tempore, cuius partes nihil extra ſignificant. Hoc autem propoſitis docet exemplis.

*In nomine .n. quod eſt equiferus, ferus per ſe nihil ſignificat, quẽadmodum in oratione quæ eſt, equus ferus.*

7. Si.n.ſit oratio, quæ dicat equus ferus, duas res ſignificat, equum & ferum. Vtrunque.n.eſt, unum ſubſtantia, alterum quale. Qui uero dicit equiferus, unum nomen eſt. & ei unū quod ſignificat, ſubiectum eſt. quocirca vnum quoq; permiſtio iſta ſignificat. quod ſi unum ſignificat tota permiſtio, pars inde ſeparata nihil extra deſignat. In toto .n. nomine quod eſt equiferus, conſignificat quidem ferus, per ſe uero nihil ſignificat. Quod ſi per ſe id quod dicimus ferus aliqd ſignificare arbitremur, non iam erit pars nominis, ſed ipſū erit integrum nomen, & habebit partes, ſe, & rus. Quocirca, qm̄ nominib. unum ſubiectum eſt, & vnum ſignificat totum nomen; vel ſi ſit æquiuocum, vel ſi non ſit. canis.n. cum ſit æquiuocum, ſemel totum latrabilem, ſecundo totum cœleſtem, & rurſus totum marinū ſignificat. Quare, qm̄ quodlibet nomen vnum aliquid ſignificat totum, pars eius ſeparata, & velut a tota cōpoſitione ſeiuncta, in qua vnum aliquid conſignificabat, nihil extra ſignificat. Dat autem differentias ſimplicium nominum & compoſitorum.

*At uero non quemadmodū in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet ēt in compoſitis. in illis .n. nullo modo pars ſignificatiua eſt, in his aūt vult quidem, ſed nihil ſignificat ſeparata. vt in eo quod eſt, equiferus, ferus.*

8. Simplicis inquit nominis partes, qm̄ non conſtant ex alijs partibus, ne imaginatione quidem ſignificationis aliquid ꝓdunt, vt in eo noīe quod eſt homo, neq; ho. neq; mo. quicq̄ ſignificant, neq; ſignificare putantur idcirco, qm̄ ſimplex nomen eſt, in his uero quę compoſita ſunt, qm̄ ex duob. ſignificatiuis in unam ſignificantiam rediguntur, vult quidē ſignificare aliquid pars, ſed nihil ſeparata deſignat. In eo .n. quod eſt equiferus, dat quidem imaginationem aliquam ſignificationis, & putatur ſignificare ferus. Hoc eſt.n. quod dicit, vult quidem, ſed nihil extra ſeparatumq; ſignificat. Si .n. hoc ipſum ferus, vt pars nominis dicatur, dimidium nomen dicitur eius quod eſt equiferus, dimidium autem nomē nihil deſignat. Ergo id quod dicimus ferus, cum alia parte nominis, quę eſt equi, vnum conſignificat. i. equiferus, ſeparatum ēt nihil extra deſignat. Quod ſi rurſus ipſum nomen extrinſecus, non in alterius nominis parte ponatur, ꝑ ſe ſibi ſignificat, velut nomen. Ergo non eſt ſimilis in ſimplicib. noībus cōpoſitiſq; partiū conſignificatio. Sed ſimpliciū quidē noīum partes nec ipſę ſignificant, nec ſignificare putant. Cōpoſitorū uero uolunt qdē partes aliquid ſignificare & dant ſignificationis imaginationem, & ſignificare aliqd putantur, ſed nullius ſeparatim retinent ſignificationem.

*Secundum placitum vero. Quoniam naturaliter nomen nullum eſt, ſed quando ſit nota.*

9. Tunc.n. ſignificat nomen ſm placitum, qn̄ ſit nota alicuius rei. i. qn̄ ſignificat aliquam rem, vt ſcindapſus. Quandiu .n. huic uoci nihil ſubiectum eſt, ſcindapſus nomen non eſt. Nam noīs eſt ſignificare ſubiectum, ſcindapſus āt ſubiectū non ſignificat. Non igitur nomen eſt. Ac rurſus eſt huius cōſtituere ſubiectum, nominis āt ſignificare ſubiectum eſt. Nō .n. nomen aliquid diceretur, niſi a ſubiecti ſignificatione hoc traheret, pręcipue cum nomen dicatur quaſi notamen. Itaq; cū ſcindapſus ſubiectum ſignificat, nomen eſt. Conſtat igitur nomen eſſe ſm placitum, ſed tunc quando ſit nota. i. quando aliquod ſubiectum ſignificat.

*Nam deſignant & illiterati ſoni, ut ferarum, quorum nullus eſt nomen.*

10. Dixerat ſuperius in definitione, nomen eſſe ſm placitum, non natura. Hoc autem nunc diligentius monſtrat dicens, nihil eſſe nominum naturaliter. Atque ideo non illi ſufficit ad definitionem, quod eſt ſignificatiua uox, niſi illud quoque adderet, quod ſecundum placitum vox ſignificatiua eſt. Alioqui multi illiterati ſoni ſignificant, ut ſibilus aliquid interdum ſignificat. Ferarum quoque, mutorumque animalium voces interdum aliqua ſignificatione prędítas eſſe perſpicimus. Quædam.n. non canum iram ſignificat, hinitus quoq; equorū ſæpe alterius equi conſuetudinē quęrit. ſed hęc naturaliter ſignificant, atq; ideo nomina non ſunt. Qđ igitur naturaliter ſignificat, nomen nō eſt. Atq; hęc hactenus. Nūc quemadmodū facta ſit definō videamus. Quod dixit nomen eſſe vocē, traxit a genere definitionē. Quod ſignificatiuā eſſe conſequenter appoſuit: nomen ab nō ſignificātib. uocib. ſeparauit. Qđ ſm placitum: a naturaliter ſignificātib. vocib. natura nominis diuiſa eſt. Qđ ſine tempore ad uerborū diſcrepātiā reſpicit. Qđ eius nullam partem extra ſignificare propoſitum eſt: idcirco dictum eſt, ut nomen ab orationibus diſtare videretur. Hactenus quidem de tota nominis definitione tractatū eſt. & quib. differentiis ab aliis uocibus diſtare poſſit nomen explicitum eſt. Nunc autem quæ videntur in definitionem nominis incurrere, an nomina ſint, diligentius quęrit.

*Non homo vero non eſt nomen. At uero nec poſitum eſt nomen quo illud oporteat appellare. Nam neque oratio, neque negatio eſt, ſed ſit nomen infinitum, quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & quod non eſt.*

11. Nunc differit qualia eſſe arbitrari oportet, quæ cum ſub definitione nominis quidem cadant, integra tamen nomina non eſſe videantur. Vnde fit, vt his diligentiſſime diſtributis integerrima nominis definitio concludatur. Hoc enim quod dicimus non homo, quid ſit ambigitur. Oratio enim non eſt. Omnis enim oratio uerbis nominibuſque cōiungitur. Hoc autem quod dicimus non homo, duabus quidem partib. conſtat, ſed unum in ſe retinet nomen, verbum vero non habet. Negatiua enim particula, quę eſt non, neque, nomen eſt neque verbum. Rurſus negatio non eſt. Omnis enim negatio verum falſumve ſignificat. Non homo vero quod dicimus, neque verum eſt, neq; falſum. Niſi enim (ut ſupra ait) aliquid quod ſit proximum ad id quod eſt eſſe, addatur, nulla veritatis aut falſitatis rō in qualibet orationis partium compoſitione perficitur. At vero non homo nomen non eſt. Omne enim nomen unam rem ſignificat definitam, ut cum dicimus homo, ſubſtantiam ſignificat, nec quamlibet, ſed rationalem atque mortalem. Eodē modo & cętera nomina. Qui uero dicit non homo, hominem quidem tollit: quid āt illa ſignificatione velit oſtendere, non definit. poteſt enim quod homo non eſt, & equus eſſe, & canis, & lapis, & cætera quęcunque hō non fuerint. Quare, qm̄ id quod definite ſignificare pt, aufert in eo negatiua particula, qđ uero ſignificare debeat, definite non dicit, ſed multa atq; infinita vnuſquiſq; auditor intelligit: dicatur inquit nomen infinitum. Hoc enim quod dicimus nō homo, tā multa ſignificat, quā multa ſunt, quę a definitione hominis diſiunguntur. Sed hoc Ariſt. uocabulum, cum infinitū nomē vocaret, primus inuenit. Apud antiquores.n. iſta quidē erat dubitatio, ſed huic differentiæ, qua differt nomē definitū ab huiuſmodi nomine qđ cū negatione ꝓponitur, impreſſū uocabulū non erat, qđ ipſe teſtat dicēs. At uero nec poſitum eſt nomē quo illud oporteat appellari. Nullus .n. poſuit vocabulum, quo oporteat appellari id qđ dicimus, nō hō, ſed Ariſt. perſpicaciter infinitum nomen huiuſmodi prædicamentum cenſuit appellari.

*Catonis autem uel Catoni, & quecunq. talia ſunt, non ſunt nomina, ſed caſus nominis.*

12. Omnis inquit caſus alterius caſus eſt. Itaq; fit, ut quicunq; caſus ſit alterius inflexio videatur. Ergo quod dicimus huius Catonis, vel huic Catoni, uel alā hmōi caſus nominum ſunt. Vnde fit, ut hi caſus inflexione quoq; dicantur, ſed omnis inflexio alicuius inflexio eſt. Quod autem inflectitur, ab eo quod ipſa inflexione fit, prius eſt. quare cum id quod dicimus Cato, nomen ſit, & primum, diſtat ab inflexionib. ſuis. inflexio autem nominatiui genitiuus eſt, & cæteri. Nullus enim dixerit recte, nominatiuum caſum eſſe. Si enim id quod dicimus Cato, alicuius caſus ſit,

cuius

cuius caſus eſſe poſſit, oporteẽ oſtẽdi. Sed ante id quod dicimus Cato, nullus prædicatur caſus. igitur qm̃ Cato nomen nullius inflexionis eſt, nec omnino caſus eſt. Cæteri aũt caſus qui dñr, nominatiui inflexione formantur, Catonis, & Catoni, & Catonem. quare ſi diſtant ea quæ ab inflexione naſcuntur ab his quę inflectuntur: diſtant quoq; hi omnes caſus, qui ſunt Catonis, Catoni, Catonẽ, ab eo quod eſt Cato. i. a nomine principali. ſed hic Cato nomen eſt, caſus igiẽ nomina non ſunt. Aliud. n. eſt ipſe caſus, aliud cuius eſt caſus. Quocirca ſi nominis hæc omnia caſus ſunt, hęc nõia nõ ſunt. Atq; ideo prudenter veteres omnes caſus genitiuum, datiuum, accuſatiuum, vocatiuum, ablatiuum, ſuis diuerſiſque nominibus vocauerunt. Primum vero alias rectum, quaſi a nullo inflexum, alias nominis ipſius vocabulo, nominatiuum dixerunt. Quare nunc hoc Ariſtoteles exequitur, qui caſus nominum videantur, non eſſe nomina, ſed tantum nominum inflexiones, ideſt caſus.

*Rõ autẽ eius in aliis quidẽ eadem eſt, ſed differt. Quoniã cum eſt, vel fuit, vel erit, adiunctum, neq. verum neque falſum eſt, nomen vero ſemper. vt Catonis eſt, vel non eſt. non dum enim aliquid verum dicit, aut falſum.*

13 Rõ inquit. i. definitio nominis, & caſus nominis, eadem eſt. nam ſicut nomen uox ſignificatiua eſt, ſm̃ placitum, ſine tempore, vt eius pars nulla extra ſignificet: ſic etiam caſus. Nam uox eſt, & ſm̃ placitum deſignatiua, & cuius ſeparatę partes nihil extra deſignant. Ergo eadem definitio ratioq; nominis eſt & caſus nominis. ſed his una additur differentia, quod nomen cum eo qđ dicitur, eſt, aut non eſt, coniunctum, aut affirmatiuam enunciationem facit, aut negatiuã, vt Socrates eſt, vel Socrates non eſt. Hic. n. qm̃ veritas aut falſitas incidit, enunciationem eſſe neceſſe eſt: in caſib. uero quamuis addas eſt, aut nõ eſt, nulla inde affirmatio neq; negatio fit. Neq; . n. in hos vlla veritas aut falſitas cadit. Siquis. n. dicat Socratis eſt, Socratis non eſt. vel Catonis eſt, Catonis non eſt. quid ſit, vel non ſit, non apponens, cũ ſimplici caſu, eſt, aut non eſt, iungens, imperfectam faciet orationem a falſitate ac veritate diſiunctam. Quare nulla enũciatio eſt. Ergo differt nomen a caſu. ꝙ nomen quidem cum eſt, aut nõ eſt, iunctum, vel verum vel falſum facit. caſus vero neq; verum dicit, neq; mentitur. Etenim nullo alio addito trunca eſt atq; imperfecta ſententia. ſed quorſum iſtuc? vt definitio. ſ. nominis integerrima compleretur. Etenim iã nunc definitio nominis hoc mõ eſt. Nomen eſt uox ſignificatiua, ſm̃ placitum, ſine tpe, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, definitum aliquid ſignificans, cum eſt aut non eſt iuncta faciens enunciationem. Sed de nomine hactenus. Nunc verbum diligentiſſima definitione determinat.

## DE VERBO.

*VERBVM aũt eſt, quod cõſignificat tẽpus, cuius pars nihil extra ſignificat, & eſt ſemper eorum, quæ de altero prædicantur, nota.*

14 Verbum diſtat a noĩe in hoc ſolo, ꝙ nomen ſine tpe eſt, vt ſupra iã dictũ eſt: verbum vim tpis in ſignificationib. trahit. & eſſet quidẽ plena definitio verbi, ſi alia in eo oĩa q̃ in nomine poſita ſunt, ponerentur, hoc ſolo diſcrepante, qđ verbum cõſignificat tp̃s, eſſetq; definitio ita. Verbũ eſt vox ſignificatiua ſm̃ placitum, cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt. ſed qm̃ ſunt illa nomini verboq; cõia, proprium autem verbi eſt conſignificare tp̃s, a proprietate definiti, ſcilicet uerbi, qua a definitione nominis ſegregatur, verbũ voluit definire. Diligenter autem ait, conſignificat. Nam ſignificant nomina tempus. vt dies. vt annus, hęc. n. temporum nomina ſunt. Verbum autem proprie conſignificat tempus principaliter. n. aut paſſionem deſignat, aut actum. vt cum dico, accuſo, vel accuſor: ſed cum ipſa actus paſſioniſque ſignificatione, vim quoque ſecum temporis trahit, ut ille actus, aut paſſio, præter pręſens, aut futurum, aut pręteritum aut qđ inter hæc eſt, eſſe nõ poſſit. Et eſt ſemp eorũ, quæ de altero p̄dicantur, nota. Senſus hmõi eſt. Oẽ inquit verbum ſignificat aliquod accidens, quod accidens ſemper de altero p̄dicatur. Nam ſi omne verbum aut actionem, aut paſſionem deſignat: Actio vero & paſſio in accidentibus numerãtur, omne verbum vim ſignificat accidentis, ſed accidens ſẽper de eo p̄dicatur, quod ſibi ſubiectũ eſt. vt albũ de corpore, & durũ de ferro: quare oĩa verba eiuſmodi aliqua deſignant, q̃ ſemper de altero p̄dicanẽ. qđ per hoc. ſ. dixit, quod ait, verbũ notã eſſe. i. ſignificationem eorum quæ de altero prędicantur. quod idem valet tanquàm ſi diceret, verbum ſemper accidẽtia ſignificat: quorum hæc natura eſt, vt ſemper de altero prædicentur, cuius. n. quælibet res nota eſt hanc ipſa quę nota eſt, deſignat.

*Dico vero quoniã cõſignificat tẽpus, vt curſus quidem nomẽ eſt, currit autem verbum, conſignificat. n. nũc eſſe.*

15 Supra in nominis definitione propoſuit, nomẽ eſſe ſine tempore, quod nunc quoq; hoc monſtrat exemplo, & diligentiſſimo quidem. Nam idem prędicamentum ad nomẽ relatum ſine temporis conſignificatione mõſtratur ad uerbũ vero, videtur eſſe cum tpe. Curſus. n. ſimpliciter dictus, ut nomen, & ut res propria, ſine tempore eſt, ſi vero in actionem, quę uerbi ſemper eſt, inducatur, mox proprietatẽ verbi ac temporis in ſe ſuſcipit ſignificationem. Currit. n. uerbum eſt, & ſignificat actionẽ, & cũ eadẽ tẽpus oſtẽdit. monſtrat. n. nunc eſſe, id eſt pręſens tp̃s. Cõſignificat autẽ idcirco dictũ eſt, qm̃ qđ dicimus currit, actum quidem quendam ſignificat, cum eo vero actu in ipſa ſignificatione uerbi præſens tempus inducitur. atq; ideo diligenter ait conſignificat. Et eſt hęc verborum ſubtilitas in Ariſtotele mirabilis.

*Et eſt ſemper eorum quæ de altero dicuntur, nota: ut eorum quæ de ſubiecto, uel in ſubiecto ſunt.*

16 Semper inquit uerbum ea ſignificat, quæ de altero prædicentur. Quę ſint autem hęc q̃q̃ breuiſſime, ipſe tñ oſtendit. Eſt autẽ conſuetudo Ariſtotelis ea quæ accidentia ſunt, in ſubiecto eſſe dicere. nec non etiam eadem ipſa accidẽtia de ſubiecto prædicari. idcirco quod omnia quęcunq; accidẽtia ſunt, vel denominatiue, vel quolibet alio modo & de ſubiecto prędicantur, & in ſubiecto ſunt. Nunc ergo hoc dixit, tale quiddam ſignificat verbum quod ſemper accidens ſit, quod accidens vel ſubiecto ſemper, vel de ſubiecto prędicatur. Eſt alia quoq; expoſitio hoc modo, de ſubiecto dicitur genus ſemper ad ſpecies. Ergo eorum quę ſunt accidẽtia, alia ſunt indiuidua, alia generalia: & illa quidem quę ſunt indiuidua, in ſubiecto tantum ſunt, vt quodlibet particulari corpori accidens. alia vero ſunt generalia accidentia, quę de aliis accidentibus prędicantur, ut de ſubiectis, ut eſt color. nãq; prędicatur de albedine, & nigredine, & cæteris. Ergo nunc omne, inquit, verbum quiddam quod de altero prędicatur, ſignificat. Sed hoc huiuſmodi erat, quod aut particulare ſit, & in ſubiecto tantum. ut eſt currit. curſus. n. de nullo alio prędicatur ſubiecto, niſi tm̃ in ſubiecto eſt: aut generale erit illud accidens & uniuerſale ut de alio rurſus accidente prędicetur ut de ſubiecto. ut ſi dicam mouetur. Hoc. n. quod dicimus mouetur, de ſubiecto curſu prędicatur. qui currit enim mouetur. Significat igitur uerbum aut particulare accidens, quod eſt tantum in ſubiecto: aut vniuerſale, quod de alio accidente uelut de ſubiecto prædicetur. Hactenus definitionem verbi diſtribuit. Nunc vero ſicut fecit in nomine, ea quę in verbum incidere poterant, & verba non eſſe, a uerbi ratione & proprietate diſiungit.

*Non currit uero, & non laborat, uerbum non dico. Conſignificat etenim tempus, & ſemper de aliquo eſt. Differentiæ autem huic, nomen non eſt poſitum, ſed ſit infinitum uerbum.*

Currere eſt, vel currere non eſt. Nũc ãt currit nõ deſignat eſſe ipſam rẽ, vel nõ eſſe, dicit.n.ſolũ, & nõ eſt intellectus q, dã, ſed neq; affirmationẽ ſignificat, neq; negationẽ, idcirco qd neq; ponit rẽ eſſe, nec ea interimit. Quod p hoc mõſtrauit quod ait, Neq;.n. eſſe ſignum eſt rei, vel non eſſe. i. neq; .n. quodlibet verbum ita prędicatur, vt ſignum ſit rei illius de qua prædicatur, quod eſt, vel quod non eſt.

*Nec ſi hoc ipſum, eſt, purũ dixeris, ipſum.n.nihil eſt, conſignificat autem quandã compoſitionem, quam ſine cõpoſitis non eſt intelligere.*

22 Eſt verbũ, iunctum cum alio verbo vel nõie ſolet facere propoſitionem. ut hõ eſt, vel currere eſt ipſum aũt, eſt, purũ ſi dictum inquit fuerit, neq; verum eſt, neque falſum, a quo omnes pene enunciationes fiunt, quæ ſunt ſimplices. ergo nec ſi hoc ipſum, eſt, purum dixeris, eſſe aliquid aut non eſſe ſignificat. i. aut affirmat, aut negat, idcirco quod ipſum ẽ ſimpliciter dictum nihil eſt. Non quod omnino nihil ſignificet, ſed quod nihil veritatis habeat, neq; falſitatis. i. non, nihil eſt ad ſignificationem, ſed ad ueritatis falſitatiſq; ſignificationem, de qua nunc tractabitur. Cum autem nihil veri falſiq; monſtret, oſtendit. Eſt.n. duobus modis dicitur, vt verum falſumq; deſignet, aut cum vnam rem quamlibet propria compoſitione conſtituit. vt cum dico, homo eſt, ipſum, eſt, cum homine iunctum, atq; compoſitum, eſſe hominem conſtituit, & fit exinde enunciatio. Aut rurſus cum duæ res per ipſius verbi compoſitionem copulationemq; iunguntur. vt eſt, homo animal eſt. Homo nanq;, & animal copulatur, atq; iunguntur per id quod dicitur, homo animal eſt. Ergo ſi omnis veri falſiq; in enunciatione ſignificatio, eius quod dicitur eſt, in compoſitione eſt, cum aut ſua compoſitione aliquid eſſe conſtituit, aut duas res copulat atq; componit, vis eius quę in enunciationibus propoſitionibuſq; monſtratur, in veri falſiq; deſignatione, pręter ipſas cõpoſitiones, in quibus hoc ſolet efficere, nulla eſt. atq; hoc eſt quod ait, Conſignificat autem quandam compoſitionem, quam ſine compoſitis non eſt intelligere. Cum.n. dico, eſt, nihil ſignificaui quod ſit, aut non ſit. Quod ſi faciam enunciationem, cõponã neceſſe eſt. vt homo eſt, aut homo animal eſt. Quare ſi omnis eius vis in veri falſiq; enunciatione ad compoſitionem refertur: cum pręter compoſitionem dicitur, quod in compoſitione deſignare poteſt, id pręter compoſitionẽ non deſignat. poteſt autem compoſitione facta verum falſumq; in enunciatione monſtrare. Hęc igitur ſine compoſitis in verbo eſt, nullus valet aduertere. Recte igitur dictũ eſt conſignificare quandam compoſitionem, quæ ſine compoſitis intelligi non valeret.

DE ORATIONE, ET EIVS SPECIEBVS.

*ORATIO autẽ eſt vox ſignificatiua, cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum, ut dictio non ut affirmatio, uel negatio.*

23 Omne quod cõpoſitũ eſt, eorũ ſuſcipit naturã, ex qbus totũ cõpoſiti ipſius corpus efficitur. Quare, qm̃ oratio verbis cõſtat atq; nominibus quę ſignificatiua ſunt, recte quoque oratio ſignificatiua eſſe definitur. Sed diſtat oratio ab his, ex quibus ipſa effecta eſt. i. nominibus atq; verbis, ꝙ eorum partes nihil extra deſignant, orationis vero pars aliquid ſeparata ſignificat. Nam ſi nomen & verbum partes orationis ſunt, hęc autem per ſe ſignificant, non eſt dubium ſeparatas orationis partes ſignificare. Quid autẽ deſignet ſequenti determinatione monſtrabit. Significant igitur partes orationum, vt dictio ſemper, non vt affirmatio ſemper vel negatio. Nunc autem dictionem dicit, ſimplicem verbi aut nominis nuncupationem. Sunt.n. quædam orationes, quarum partes ita ſignificant quaſi affirmatio, vt in ea oratione quę eſt, ſi dies eſt, lux eſt. id quod dicimus lux eſt, totius orationis pars eſt, & ita eſt ſignificatiua, vt quędam affirmatio. Sed non omnis oratio affirmationem habet in parte, hæc.n. ipſa, quę dicit lux eſt, habet in partibus id quod dicimus lux, & rurſus id quod dicimus eſt ſed neutra ipſarum affirmatio eſt, ſed tm̃ ſimplex dictio. Omnis ergo oratio dictionem quidem habet in parte, non vero omnis oratio affirmationem. Recte igitur dictum eſt, partes orationis ſignificare, vt dictionem, non vt affirmationem. Quid autẽ ſit dictio, ipſe paulo poſt clarius demonſtrabit.

*Dico autem, vt homo. ſignificat.n. aliquid, ſed non quoniam eſt, aut nõ eſt, ſed erit affirmatio, vel negatio, ſi aliquid addatur. Sed non vna hominis ſyllaba.*

24 Quod ſupra poſuit dicens, orationis partes, vt dictionẽ ſignificare, non vt affirmationem, hoc conuenienti monſtrauit exẽplo. hõ inquit dictio eſt, & eſt pars orationis, ſi in tota oratione ponatur. vt eſt, homo, animal eſt. Ergo id quod dicimus homo, dictio quędam eſt, ſed affirmatio nõ eſt. Cũ ergo nomen hoc, ideſt homo pars orationis ſit, & affirmatio non ſit: docet verum eſſe quod dicitur, orationis partes ſignificare, vt dictionem, non vt affirmationem. Docet autẽ illa res nomen hoc, affirmationem non eſſe, quod in affirmatione ſemper veritas, aut falſitas inuenitur, nomen vero ſimpliciter dictum, neq; verum, neq; falſum eſt. Quare nomen hoc, ideſt homo, vt affirmatio non ſignificat, ſed deſignat aliquid ſimplex. ſignificat igitur aliquid, vt dictio. Hęc aũt dictio, ſi ei addatur aliquid, vt verbum eſt, aut quodlibet verbum aliud, quod enunciationem poſſit efficere, erit affirmatio Si.n. quis dicat, homo eſt, vel homo viuit, fit affirmatio, atq; hoc eſt quod ait. Sed erit affirmatio, vel negatio ſi quid addatur. Si.n. aliquid ita apponatur, vel appoſitũ ita negetur, vt enunciatio conſtitui poſſit, affirmatio negatione perficitur. Si quis.n. dicat homo viuit, affirmatio eſt: homo non viuit, negatio. Docet aũt dictionem eſſe vocem ſecundum poſitionem per ſe ſignificantem per hoc quod ait, ſed non vna hominis ſyllaba. Vna.n. hominis ſyllaba dictio non eſt idcirco ꝙ nihil per ſe ſeparata ſignificat, vt ho. & mo. & in cęteris, vt ſupra oſtendimus. Omnis.n. huiuſmodi pars quę per ſe nihil ſignificat, non eſt dictio, ſed tãtum in toto nomine quiddam poſitum deſignat, & conſignificat, ut in eo quod ipſe ponit exemplo.

*Neque .n. in eo quod eſt ſorex, rex ſignificat, ſed vox nunc eſt ſola. In duplicibus vero ſignificat quidem aliquid, ſed non ſecundum ſe, quemadmodum dictum eſt.*

25 In eo inquit quod eſt ſorex, rex uidetur quidem aliquid ſignificare, ſed cũ toto nomine conſignificat potius, q̃ quicquam per ſeipſum deſignet. quemadmodum ſupra iam dictum eſt. Docuit.n. ſupra partes nominis nihil omnino ſignificare ſeparatas. Quod ergo dicit, ſed non ſm̃ ſe. i. in eo qd̃ eſt ſorex, rex per ſe nihil ſignificat, ſed tantum quiddã conſignificat, quod cum tota nominis compoſitione deſignat. cum &, ſo, ſyllaba, & rex iuncta in unum, id quod eſt ſorex, in tota ſyllabarum coniunctione deſignet.

*Eſt autem oratio omnis quidem ſignificatiua, non ſicut inſtrumentum, ſed quemadmodum dictum eſt, ſecundum placitum.*

26 Plato nomina naturalia eſſe conſtituit, & hoc hinc probare cõtendit, ꝙ quędam ſupellex, & quodammodo inſtrumentum ſit inuicem ſenſa prodendi. Naturalium vero ſupellectiles ſunt naturales, vt oculi inſtrumenta quidem ſunt videndi, quia viſus res naturalis eſt. Quare oculos quoque naturales eſſe neceſſe eſt, ita etiam oratio rerum naturalium ſupellex eſt, atque inſtrumentum, ideſt ſententiarum. Quare ipſa quoque oratio eſt naturalis. Ariſtoteles autem dicit, non ſecundum naturam eſſe orationem, ſed ſecundum placitum. quocirca nec orationem eſſe ſupellectilem naturalem. Quod enim dicit, non ſicut inſtrumentum, non dicit non per hoc inſtrumentum ſenſa proferri, ſed tm̃ rem eſſe orationem ſecundum poſitionem, per quam proprias ſententias demonſtremus. Cuius enim rei partes ad placitum ſunt, ipſa quoque ad placitum eſt. Sed orationis partes nomen, & verbum ſunt, hæc autem ſunt ad placitum

non natura. oratio igitur ipſa ſm placitum poſitionemque eſt, ſed noo eſt naturaliter conſtituta. Eſt autem integra definitio orationis hęc. Oratio eſt vox ſignificatiua ſecundũ placitum, cuius partes aliquid extra ſignificant.

*Enunciatiua uero non omnis, ſed illa in qua uerũ uel falſum eſt, non autem omnibus ineſt, ut deprecatio, oratio quidem eſt, ſed neque uera, neque falſa.*

27 Orationis (vt ſupra iam diximus) multæ ſunt ſpẽs. eſt .n. oratio prima, optatiua, vt vtinã tibi iſtam mentẽ dij immortales deot. Secuoda, vocatiua, vt heus tu. Tertia, imperatiua, vt cape, da hoc Portio. Quarta, de precatiua, vt Iupiter omnipotẽs precibus ſi flecteris vllis. Quinta, enũciatiua, vt dies eſt, dies nõ eſt. ſed in hac ſola ſpecie orationis veritas & falſitas ineſt, in illis vero cęteris minime. Volẽs aũt Ariſtoteles oſtẽdere multas eſſe orationes, & nõ oẽm orationẽ eſſe enũciatiuã, hoc addidit, Deprecatio, oratio quidem eſt, ſed oeq; vera oeq; falſa. Etenim deprecatio in orationis ſpeciebus ponitur, ſed oulla in ea ueritatis natura, falſitatiſque cognoſcitur.

*Cateræ igitur relinquantur. Rhetoricæ .n. uel Poeticæ conuenientior eſt conſideratio. Enunciatiua uero, præſentis eſt ſpeculationis.*

28 Deprecatiuã ioqt, & optatiuã, & vocatiuã, & imperatiuã, poetis atq; oratorib. relinquamus. Illis .o. vel ad immittẽdos, vel ad amouẽdos affectus cęterę orationis ſpẽs aſſumũtur. Nos vero philoſophi, q̃b. veritatis falſitatiſq; diſcretio eſt curę, de illa ſola oratione tractamus, Ĩ qua vtrũlibet horũ poſſit agnoſci. Io enũciatione vero aut veritas ineſt, aut falſitas. quocirca nos quoq; de enunciatione tractemus.

*Eſt autem vna prima oratio enunciatiua, affirmatio, deinde negatio, aliæ vero omnes, coniunctione una.*

29 Enunciatiuarum orationum, aliæ ſunt per ſe vnę, vt eſt, hõ animal eſt: alię cõiunctiooe voæ, vt eſt, ſi hõ eſt, animal eſt. Homo eſt .n. & animal eſt, duæ ſunt, ſed addita coniunctione quę eſt, ſi, vna redditur. Earum autem quæ vnę per ſe ſunt, prima eſt affirmatio, ſecunda negatio. Hoc .o. tollit negatio, ꝙ affirmatio ante cõſtituit. & hoc negatio diuidit, quod illa coniunxit. Euunciatiuarum igitur orationum earum quæ ſunt per ſe vnę, prima eſt affirmatio, deinde negatio. Aliæ vero ſunt noo per ſe vnę, ſed cum plures ſint naturaliter, unę fiunt coniunctione.

*Neceſſe eſt autem omnem orationem enunciatiuã ex uerbo eſſe, vel caſu verbi. Etenim hominis ratio, ſi nõ eſt, aut erit, aut fuit, aut aliquid huiuſmodi addatur, nondũ eſt oratio enunciatiua.*

30 Ariſtotelis in græco textus non habet ita, vt oos ſupra poſuimus, ſed hoc mõ. Etenim hominis ſi nõ aut eſt, aut erit aut fuit, & cætera. Subintelligendum relinqueote philoſopho, qđ de rõne diceret .i. de definitiõe, quã græci λόγον, dicunt. Sed cum ſupra de oratione tractaſſet, quę apud illos ſimiliter λόγος vocatur: dum de hominis rõne .i. definitione uellet dicere, qm̃ oon ſignificat verum vel falſum, niſi ei aut eſt, aut erit, aut fuit, addatur, communione uocabuli vſus, ad λόγον de quo ſuperius tractabat, retulit, vt nõ orationẽ intelligeremus, ſed potius rõnem. De qua re nunc illis ſatisfacimus, qui græce orationis periti nos forte culpabunt, cur qđ illic ooo fuit, noſtrę tranſlationi adijceremus. Nos .n. ad faciliorem intellectum latinæ orationi famulantes hoc appoſuimus: quia de oratione loquentibus intellectus ad rationem, niſi id eſſet adiectum, transferri non poterat. Totum uero quod dicit tale eſt, enunciatiuę orationes ſi ſunt ſimplices, has verba conſtituunt. Ex duobus em̃ nominibus ſolis enunciatio non ſit. ex nomine autem & verbo ſit, vt eſt homo viuit. Fit quoque ex ſolis verbis. vt eſt, ambulare moueri eſt. Fit etiam ex caſu verbi. vt Socrates fuit, vel etiam dies erit. Erit .n. & fuit, verbi caſus ſunt. Qoocirca enuociatiuam orationem ſimplicem ſola maxime verba conſtituunt. Eorumq; ponit exemplum, in quo cũ plura ſiot nomina, niſi addito tamen uerbo in enunciationis oroprietatem, & ſignificantiam oon uenit, vt eſt definitio hominis. Ratio .n. hominis eſt ſpeciei definitio. Cui ſi nõ aut eſt, aut non eſt, aut aliqd hmõi addatur, enunciatio eſſe nõ poterit. Nam ſiquis dicat animal rationale mortale, nulla in eo adhuc falſitas, aut veritas iotelligitur. Si vero addatur eſt, vt ſit animal rationale mortale eſt, enunciatio ſine vlla dubitatione perficitur. Solum igitur verbum enonciatiuam ſimplicem continet orationem.

*Quare autem vnum quiddam eſt, & non multa, animal greſſibile bipes (neque .n. eo quod propinque dicũtur, vnum erit) eſt alterius hoc tractare negocii.*

31 Cũ de ſimplicibus atq; vnis orationibus loqueretur, definitiooẽ hominis interpoſuit, de qua nunc hoc dicit. Ita quidem interpoſita eſt definitio hominis, tanquam ſi voa eſſet oratio. Cur aũt vna ſit oratio, nunc inquit dicere intermittemus. Neq; .n. idcirco vna eſſe putanda eſt, quia continue dicitur, & ſibimet propinque, animal greſſibile bipes. Poſſet .n. videri horum continua, & ſub vna prolatione dicta vnam facere enunciationem, ſed hoc Ariſtoteles negat. Nã oon idcirco vna oratio eſt, quia propinque & continue dicitur. Cum autem una ſit, alterius eſt hoc tractare negocij, & de eo diſputat in his libris, quos metaphyſica inſcripſit, quod eſt primi opus philoſophi. Nobis autem hoc in ſecuoda editione monſtrandum eſt.

*Eſt autem vna oratio enunciatiua, vel quæ unum ſignificat, vel coniunctione vna: plures autem, quæ plura, & non vnum, vel inconiuncta.*

32 Duplicem modum vnarum multarumq; orationum eſſe deonunciat. Eſt nanq; una oratio, vel cum vnam rem ſignificat, vel cum coniunctione una eſt. ut eſt ea quæ dicit, aial rõnale mortale homo eſt. Hanc .n. huius orationis ſententiã nullus in multas ſignificationes deducere poterit, ſed vnũ quoddam ſignificat, & eſt pręter coniunctionem. Alia vero oratio eſt vna, quæ per cõiunctionem una eſt, vt ſi dies eſt, lux eſt. Eſt ergo vna oratio, quæ vel vnam rẽ ſignificat, vel coniunctione iungitur. Plures autem ſunt, quæ plura ſignificant, vt eſt, canis mouetur. Hanc .n. poteſt & ad latrabilem, & ad marinum, & ad cæleſtem, auditor aduertere. atq; idco qm̃ multa ſignificat non eſt vna oratio, ſed plures. Sunt quoque orationes per ſe plures & numero & ſignificatione, q̃ nulla cooiunctione copulantur. vt ſi quis dicat, ſol eſt, pax erit, nox eſt cœlum uoluitur. hæc .n. plura ſignificent, nulla tamen coniunctiooe iunguntur, atq; ideo plures orationes vocantur. In ſumma igitur orationem vnarum, alię ſunt ſignificatione vnę, aliæ coniunctione non vnarum uero orationum alię ſunt ſignificatione plures, alię eo quod oulla cooiunctione copulantur.

*Nomen ergo & verbum dictio ſit ſola, quoniam nõ eſt dicere, ſic aliquid ſignificantem uoce enunciare, vel aliquo interrogante, vel non, ſed ipſo proferente.*

33 Per hanc iniam ſimplex dictio quid ſit exponi. Dicit .n. uerbum oomenq; dictiones uideri ſolum, non etiam affirmationes, atq; huios ſnĩa cauſam ſubnectit. Iccirco .n. uerba & noĩa dictiones ſolum ſunt, qm̃ cum dicta fuerint ſimplicia, ſiue aliquo proferente .i. ſpõte dicente, ſiue ad alterius interrogationẽ aliquo reſpoodente: oeq; verũ ex his, neq; falſum valet intelligi. Siquis .n. per ſe dicat, Socrates; uel ruſſus per ſe ſolum ſimplexq; ambulat: neq; verum efficit, neque falſum. Si vero alio interrogante, Socrates ne ambulat? ille reſpondeat, ambulat, ſi huic ipſi verbo per ſe quiſquam velit aduertere, quod dixit ambulat, enunciatio nulla eſt. ꝙ ſi cum ſuperiore interrogatione coniungat, tunc ex interrogationis & reſponſionis coniunctione naſcitur enunciatio. Solum autem nomẽ, uel uerbum neq; dicẽte aliquo, & ſponte proferente, nec reſpondente, poteſt quiſquam dicere, quod eounciatio facta eſt. Et ſenſus quidem huiuſmodi eſt. Ordo autem verborum talis eſt. Nomen ergo, & uerbum dictio ſit ſola, quoniam ſic aliquid ſignificantem

tem

tem voce.i.nomen aut verbum ſimpliciter proferentem,nõ eſt dicere enunciare.Non.n.poſſumus dicere ꝙ aliquid enũciet is,qui ſimplex nomen aut ſimplex protulit uerbum, ſiue alio interrogante,ſiue non interrogante, ſed ipſo ſponte proferente.

*Harum ãt,hæc quidem ſimplex eſt enunciatio,ut aliquid de aliquo:uel aliquid ab aliquo.Hæc ãt ex his coniũcta,uelut oratio quædam iam compoſita.*

34.Nunc quid oratio ſit ſimplex compoſitaq; declarat. Eſt.n.ſimplex oratio,quę duob.terminis conſtat.Termini autẽ ſunt nomina & uerba,quę in ſimplici ꝓpoſitione prædicamus,ut in eo quod eſt,Socr.diſputat,Socr.& diſputat termini ſunt,& qui minor terminus in enunciatione proponitur, vt Socr.ſubiectus dicitur,& ponitur prior. qui uero maior, prędicatur,& locatur poſterior,vt diſputat.Quæcunq; propoſitio ex uno ſubiecto & vno prędicato facta eſt illa ſimplex enuntiatio nuncupatur.atq; hoc eſt ꝙ ait . Harum ãt, i.enunciationum ſimplex eſt enunciatio, vt aliquid de aliquo,vt unum prædicatum quod eſt aliquid de uno ſubiecto quod eſt de aliquo prędicetur.Hoc autem pertinet ad affirmationem,vt aliquid de aliquo prędices.Ad negationẽ vero, vt unum aliquid ab uno aliquo prędicando diſiungas, vt in eo quod eſt,Socr.non diſputat.diſputare vnum terminum,à Socr.alio termino prędicando diſiunxi. Aliæ vero ſunt orationes enunciatiuæ,quę compoſitę nominantur , q̃ ex ſimplicib.orationib.componitur,ut eſt,ſi dies eſt,lux eſt. Dies eſt & lux eſt,duę ſunt ſimplices enũciatiuę orationes, idcirco ꝙ binis terminis conſtant.Ex duab.autem ſimplicibus orationib.tota hęc oratio eſt,quæ dicit,ſi dies eſt, lux eſt.Hoc eſt.n. quod ait,Hæc autem ex his cõiuncta,i.ex ſimplicib.orationib.enunciatiuis,velut oratio quædam iam cõpoſita quippe cuius totum corpus ex his iungitur, quas ſimplices eſſe iam ſupra docui.

*Eſt autem ſimplex enunciatio.vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid,vel non eſt,quemadmodum tempora diuiſa ſunt.*

Poſtquam de compoſitis orationibus ſimplicibuſque tractauit,definitionem enunciationis per affirmationem & negationem ingreditur.ait.n., Enunciatio eſt vox ſignificans affirmationem vel negationem,uel in pręteritum , vel præſens,vel in futurum tps.Quod.n.dixit,de eo ꝙ eſt, ad affirmationem retulit.ꝙ addidit,vel nõ eſt,ad negationem. Qđ vero ſecutus eſt,quemadmodum tempora diuiſa ſunt ad ſingulorum temporum retulit rationem, ſiue .n. aliquis dicat. Socr.viuit,Socr.non uiuit;ſiue,Socra.vixit, Socra non vixit. vel ſic,Socr.victurus eſt.Socr.victurus non eſt . qm̃ affirmatio eſt aut negatio , & qm̃ quelibet ipſarum in aliquo temporum eſt,quæ diuiduntur io futurum, pręſens , ac prętéritum,plenam retinet ſimplicis enunciationis naturam.

*Affirmatio uero,eſt enunciatio alicuius de aliquo.Negatio uero,enunciatio alicuius ab aliquo.*

35 Ad affirmationis & negationis determinationem enunciationis nomen ſumpſit , vt generis , eſt autem affirmatio quoties aliquid de aliquo cũ eo quod eſt eſſe prædicamus. vt cum dicimus,homo animal eſt,animal de homine prædicamus.Quoties autem aliquid ab aliquo prædicando diſiũgimus,negatio eſt.vt homo lapis non eſt, lapidem enim ab homine diſiungimus , quare recta affirmationis & negationis facta eſt definitio.

## DE OPPOSITIONE ENVNCIATIONVM.

*Quoniam autem eſt enunciare,& quod eſt, nõ eſſe: & quod non eſt,eſſe:& quod eſt,eſſe:& quod non eſt non eſſe.& circa ea,quæ ſunt extra præſens tempora ſimiliter omne contingit quod quis affirmauerit, negare, et quod quis negauerit,affirmare.Quare manifeſtum eſt, quoniam omni affirmationi eſt negatio oppoſita.et omni negationi,affirmatio. Et ſit hoc contradictio , affirmatio & negatio oppoſitæ.*

36.Nunc diuidit enunciationes,& quæ de his pñt fieri reb. quę ſunt,& quæ de iis quæ non ſunt,ſiue in affirmatione, ſiue in negatione.Dicit.n.qm̃ eſt enunciare quod eſt nõ eſſe, vt ſiquis dicat,nullus homo aĩal eſt.Hoc.n.quod eſt, nõ eſſe propoſuit.Hęc eſt falſa negatio . Et quod non eſt eſſe , vt ſi quis dicat,omnis lapis animal eſt.quod.n.non eſt conſtituit, & hæc eſt falſa affirmatio.Et quod eſt eſſe, vt ſi quis dicat , omnis hõ animal eſt . Quod.n.eſt,eſſe confirmat,& hæc eſt affirmatio vera.Et quod non eſt,non eſſe,vt ſiquis dicat,nullus lapis animal eſt.Quod.n. non eſt,non eſſe propoſuit, & hęc eſt uera negatio.Et non ſolum hoc in præſenti tempore,ſed circa ea quoque,q̃ præter pręſens sũt tempora. Hoc autẽ tm̃ valet,ac ſi diceret.hoc non modo io pręſenti tempore,ita enunciari poteſt,vt ſit vera falſaq; negatio & rurſus vera falſaq; affirmatio,ſed ẽt in pręteritum & futurum, quæ extra pręſens tempora ſunt:Similiter etenim omne cõtigit quod affirmatur,negare,& quod negatur ab alio , aliũ rurſus affirmare . Quod ſi omni veritati falſitas opponitur, omni etiam falſitati veritas , eſt autem & affirmationis & negationis falſa proferre cõſtat ꝙ omni negationi affirmatio,& omni affirmationi negatio opponitur . Hinc ergo quid ſit qđ dicitur contradictio ꝑclaratur.Eſt .n. contradictio affirmationis & negationis oppoſitio.Cum.n. quis affirmat quod alius negat, ipſa vtrarumque propoſitionum pugna contradictio nominat.Atq; hoc eſt ꝙ ait.Et ſit hoc contradictio,affirmatio & negatio oppoſita . Cum.n.affirmatio negationi opponitur,contradictio eſt.Sed quę ſit affirmatio oppoſita negationi,aut quæ ſit harum propoſitionũ oppoſitio,in ſequentib.prodit. Neq; .n.quęlibet negatio cuilibet affirmationi oppoſita eſt,ſed tm̃ hæ quas in ſequentib. ipſe determinat.Quocirca erit contradictio affirmõ & negõ oppoſitę.q̃ ſint at oppoſitæ,ſequens expõnis ordo contexit.

*Dico autem opponi eiuſdem de eodem. Nam autem æquiuoce, & quæcunque cætera talium determinauimus contra ſophiſticas importunitates.*

37. Fieri tunc oppoſitionem in affirmõnib. negationibuſq; demonſtrat,cum idem ſubiectũ idemq; prędicatum in negatione ſit,quod quilibet in affirmatione propoſuit : oportet .n.ſp ſi oppoſita eſt affirmõ negationi, vnã eſſe verã,alterã falſam.quod ſi vtręq; falſę ſunt,aut vtreque verę, non ſunt oppoſitæ.Neq;.n.ſe perimunt . Si ãt vna ſit falſa,alia vera, tunc vera perimit falſam.& ſi illa fuerit uera,alia mox a veritate diſcedit.Quod ſi in qualibet affirmatione aut ſubiectum,aut prædicatũ fuerit ęquiuocum non ſunt oppoſitæ.Si quis.n.dicat,Alex.Helenam rapuit. & hoc aliquis neget dicens.Alex.Helenam non rapuit.qm̃ Alex.ęquiuocum nomẽ eſt,ꝑt vtrunque eſſe uerum,& negatio,ſi de Alex.magno loquatur.& affirmatio,ſi de Alex. Troiano proponat . Quare non ſunt hæ oppoſitę.Illas ãt eſſe dicit oppoſitas , quęcunque eiuſdem prędicari habent oppoſitionem de eodem ſubiecto , vt ibi nulla æquiuocatio diuerſitatis,cã ſit, hoc.n. eſt quod ait.Dico autem opponi eiuſdem de eodem non ãt æquiuoce.vt eiuſdem prędicati ſit oppoſitio in negatione, qui fuit in affirmatione, & de eo ſubiecto fiat negatio , de quo ante facta eſt affirmõ.Sed diligentius hæc in libro quẽ περὶ σοφιστικῶν ἐλέγχων inſcribit edifferit.Illic.n. ſophiſtarũ, [illegible]atores latine poſſumus dicere , qui ꝑ hmõi propoſitiones,quę verum inter ſe falſumq; non diuidunt,mendaces colligunt ſyllogiſmos , argumẽta diſtinxit, quib.capere reſpondentem atq; innectere cõſueuerũt. Ergo nũc hoc dicit, ẽt illa eẽ obſeruanda,quę contra argumentatorum importunitatem determinata ſunt. Quę uero ſint illa,dicenda a me.ſecundę æditionis textus expectet,

*Quoniam aũt ſunt hæc quidem rerum vniuerſalia: illa vero ſingularia.Dico autem vniuerſale,quod de pluribus*

*natũ eſt prædicari: ſingulare uero, quod nõ. ut hõ quidem uniuerſale eſt: Plato uero eorũ quæ ſingularia ſunt.*

38. Omnis propoſitio quemadmodum fiat oſtendit. Secũdum .n. res quæ ſignificantur propoſitionis natura perficitur. R. erum ãt, alia ſunt uniuerſalia, alia particularia. Vniuerſale eſt quod de plurib. prædicatur, ut homo de pluribus dicitur, & eſt uniuerſalis. Singulare uero eſt, ut quęlibet res indiuidua. cuius nulla ꝓdicatio ad ſibimet ſubiecta perueniat, ut Plato uel Socrates horum aũt naturam docet exemplis. ait .n. Vt homo quidem uniuerſale. Plato uero eorum quæ ſunt ſingularia. Nam ſi hoc eſt vniuerſale, quod de plurib. prędicatur, hõ vl̃e eſt de plurib. n. indiuiduis dr̃. Quod ſi hoc rurſus eſt ſingulare, ꝙ de nullo alio prædicatur, Plato ſingulare eſt. Indiuidua nanque de nullis aliis prędicantur. Quoniam ergo ſunt quædam rerum vniuerſalia; alia uero ſingularia, manifeſtum eſt, ꝙ omnis affirmatio, aut negatio per hęc conſtituitur.


*Neceſſe eſt aũt enunciare quoniam ineſt aliquid, aut nõ: Aliquoties quidem eorũ alicui quæ uniuerſalia ſũt aliquoties aũt alicui eorum quæ ſunt ſingularia*

39. Omnis nanq; propoſitio, aut ſingulare hẽt, aut uniuerſale ſubiectum, ſiue affirmatione annuat, ſiue abnuat negatione. Siquis .n. dicat, hõ animal eſt, homo animal nõ eſt. vniuerſalem rem. i. hoĩem, animal aut eſſe, aut non eſſe propoſuit. atq; hoc eſt quod ait. Neceſſe eſt autem enunciare qđ ineſt aliquid, aut non. aliquoties quidem eorum alicui quæ ſunt vniuerſalia. Homo. n. cum ſit vniuerſale, animal illi ineſſe affirmatio propoſuit, quæ dixit, homo animal eſt. & non ineſſe negatio, quę ait, homo animal non eſt. Si vero aliquis ſic dicat Socrates diſputat. Socr. non diſputat: alicui eorum quæ ſunt ſingularia eſſe & non eſſe coniunxit. Et hoc eſt qđ ait. Aliquoties autem eorum quę ſunt ſingularia. Nam cum Socra. ſingulare quiddam ſit, diſputatio oĩ ab affirmatione iuncta eſt, ſed a negatione ſeiuncta.

21 *Si ergo uniuerſaliter enũciet de uniuerſali, qđ eſt aut non, erunt hæ cõtrariæ enũciationes. Dico autem de uniuerſali enũciationẽ uniuerſalem, ut omnis homo albus eſt, nullus hõ albus eſt. Quando autem de uniuerſalib. nõ uniuerſaliter: non ſunt hæ cõtrariæ, quæ autem ſignificantur, eſt eſſe aliquando contraria.*

40. Omnis affirmatio omniſq; negatio aut vniuerſalis eſt, aut particularis, aut indefinita, vniuerſalis eſt affirmatio, ut ſiquis dicat, omnis homo animal eſt. Cum ſit. n. uł̃e ſubiectũ hõ, de multis. n. prędicari aliis poteſt, vł̃r prædicatũ eſt. Diximus. n. omnis homo aĩal eſt. Nec ſolum hominem, qđ eſt vł̃e, poſuimus, ſed etiam omne, & vł̃e. i. omne adiecimus vniuerſali. i. homini. & hæc eſt affirmatio vniuerſalis. Sin vero dicat aliquis, nullus homo aĩal eſt; Rurſus homini, uniuerſali rei, determinationẽ vł̃em, id quod dicitur nullus, adiecit. Siue ergo in affirmatione, ſiue in negatione, ſi eas vł̃r aliquis proferat, vł̃e vniuerſali proponit. Non proponit autẽ vł̃e vniuerſali quoties ita dicit, Homo aĩal eſt, homo aĩal non eſt. Cum. n. hõ ſit res vniuerſalis, nulla adiectio uniuerſalitatis, quæ eſt nullus, aut omnis, affirmationem uel negationem fecit. Quocirca repetendum eſt: affirmatio uniuerſalis eſt, in qua vniuerſale, vniuerſaliter prędicatur affirmatiue. & negatio vniuerſalis, in qua rurſus vniuerſale, vniuerſaliter prædicat negatiue. Et hę hmõi contrarię ſunt. Fieri .n. non pt, vt vbi uera affirmatio vł̃is, illic uł̃is negatio uera ſit. & econtrario, fieri tamen pt, ut utræque falſe inueniri poſſint vt omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt. hic. n. utręque ſunt falſę, ſed una quidem uera, altera falſa reperitur, ut in eo ꝙ eſt, omnis homo aĩal eſt, nullus hõ animal eſt: Hic una uera ẽ, altera falſa. vt uero vtręq; uerę ſint, fieri non pt. quocirca, qm̃ vtræq; falſę inueniuntur, oppoſitæ non ſunt, ſed ſunt contrarię. Cur ãt contrarię dicantur, alio loco nobis erit dicendum. Particulares uero propoſitiones ſunt hmõi. quidam homo, animal eſt, quidam homo aĩal non eſt. hę dñr ſubalternę affirmatio. n. particularis, ſub affirmatione vniuerſali, ſubalterna eſt. Rurſus eodẽ modo particularis negatio; ſub vniuerſali negatione, ſubalterna eſt. Sed hę, vt vtręq; uerę ſint, aut vna uera, alia falſa; fieri pt, vt vtręq; falſę ſint, non pt inueniri. vt in eo ꝙ eſt, quidam hõ iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt, vtræq; ſunt verę, Cum uero dicimus, quidam hõ aĩal eſt, quidam homo animal non eſt, vna vera eſt, altera falſa. & dñr affirmatio & negatio particulares, ſubcontrariæ. Quare nec iſtę etiam vocantur oppoſitę, idcirco quia vtræq; vere inueniuntur interdum, ſit autem harum talis deſcriptio.


Affirmatio vniuerſalis — Negatio vniuerſalis




Affirmatio particularis — Negatio particularis

Ergo neq; ſuperiores vł̃es, neq; inferiores particulares oppoſitę ſũt, idcirco ꝙ iferiores q̃dẽ vtræq; uerę ſuperiores ãt vtręq; falſæ eſſe pñt. Sũt ãt oppoſitæ contradictoriæ (vt ipſe ait) ſiqs aſpiciat angulares, & affirmõnẽ vł̃em particularis cõparet negõni, vt eſt oĩs hõ iuſtus eſt. q̃dã hõ iuſtus non eſt. Hę. n. neq; ueræ pñt inueniri, neq; falſę. ſed in oĩbus. vna uera eſt, altera falſa. Et rurſus ſi uł̃is negõ particulari affirmationi cõparet reperitur oppoſitę: ut eſt, nullus hõ iuſtus eſt, q̃dã hõ iuſtus eſt. Sp. n. una uera eſt, altera falſa. Et hoc in q̃buſlibet terminis ſi diſpexeris, orõ noſtra non diſcrepabit. Sit ãt pleniſſima hoc modo deſcriptio.

Affirmatio uniuerſalis — Negatio uniuerſalis




Affirmatio particularis — Negatio particularis

Sũt ergo determinationes, vniuerſalium quidem omnis & nullus, particularium vero, quidam. Illę autem propoſitiones, quę neq; vniuerſale habent additum, neq; particulare, indefinitę vocantur, & particularibus ſimiles ſunt vt eſt, homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Poſſunt.n. vtręque eſſe verę, vt in hoc ipſo exemplo ꝙ diximus. & poteſt vna eſſe vera, altera falſa, vt, homo, animal eſt, homo animal nõ eſt. utraq; vero vt falſæ ſint, non poteſt inueniri. & hæ (vt dictum eſt) vocantur indefinitę. Pręter has autem oẽs ſingulares ſunt, in quibus contradictio põt inueniri. vt in eo ꝙ Socrates animal eſt. Socrates animal non eſt. Socrates iuſtus eſt. Socrates iuſtus non eſt. Nam ſi nulla eas æquiuocatio vel prædicati, vel ſubiecti, vel alterius tpis, vel aliqnid eorum quæ ſingulas determinant impediat, ſp vna vera ẽ, altera falſa. Quare qm̃ de omnibus in cõmune ſpeculati ſumus, & quid quęq; eſſet, quantum breuitas patiebatur, expreſſimus, ad textum nunc, qm̃ tẽpus eſt, reuertamur. Si ergo inquit vniuerſaliter enũciet in vniuerſali, quod eſt aut nõ: erũt cõtrariæ enũciationes. vniuerſaliter.n.enũtiat aliquis in vniuerſali, quoties vniuerſalem affirmationem, aut uniuerſalem fecerit negationem. Cum.n.dicit, omnis homo animal eſt, uniuerſalem hominem vniuerſaliter ennunciauit, per id quod addidit, omnis. Quod ſi rurſus dicat, nullus homo animal eſt, eodem modo uniuerſalem hominem, uniuerſaliter enunciat, per id ꝙ ait, nullus. & ſunt contrarię. Quas autẽ dicat eſſe contrarias, ſubiecto declarat exẽplo. Dico autẽ in uniuerſali enunciationem uniuerſalem. ut omnis homo albus eſt, nullus homo albus eſt: una ſiquidẽ eſt affirmatio uniuerſalis, altera negatio vniuerſalis, quas cõtrarias eſſe, ſupra in deſcriptione docuimus. Qñ aũt in vniuerſalibus nõ uniuerſaliter, non ſunt contrarię. Quoties autẽ inquit indefinitæ ſunt propoſitiones, & uniuerſaliter uniuerſale non proponitur contrarię non ſunt: ea.n.affirmatio quę dicit, hõ iuſtus eſt, & q̃ dicit, hõ iuſtus nõ eſt, contraria non eſt. Poſſunt.n utręq; ſimul eſſe uerę, & in eodem, .i. homine, ꝙ in contrariis fieri impoſſibile eſt. Quod uero addidit, quæ autem ſignificantur, eſt eſſe contraria, tale eſt. Ipſę quidẽ propoſitiones contrarię non ſunt: ſignificant tñ aliqñ contraria. Siquis.n.dicat, homo albus eſt, & alius neget, homo albus non eſt, ipſæ quidẽ contrarię non ſunt. Quod autem dicitur homo albus non eſt, põt quiddam ſignificare contrarium. Nã deſignat hoc quod dicitur, homo albus nõ eſt, & rubri coloris eſſe & pallidi, & fuſci, deſignat etiã nigri, quod eſt albo contrarium. Poteſt igitur id ꝙ non eſt album, eſſe nigrum. Ergo q̃q̃ ipſę contrarię non ſunt, tñ põt aliqñ quod dixit contrarium ſignificare, priori affirmationi, vt in eo quod diximus. Nam ſi id quod dicitur, non eſt homo albus, nigrũ eſſe deſignat, quoniam is qui niger eſt, albus non eſt, contrariæ quidem propoſitiones non ſunt, quoniam poſſunt eſſe utraq; vere. quæ autem ſignificantur, interdum contraria reperiuntur. Quæ autem ſint huiuſmodi propoſitiones exemplorum ſubiectione monſtrauit.

*Dico autem non uniuerſaliter enunciare de his quæ ſunt vniuerſalia, vt eſt albus homo, non eſt albus homo.*

41 Et quid dicat eſſe uniuerſale, non vniuerſaliter prædicare planiſſime demonſtrauit dicens.

*Cum.n.vniuerſale ſit, homo, non vniuerſaliter vtitur enunciatione. Omnis nanque non vniuerſale ſignificat, ſed quoniam vniuerſaliter.*

42 Nam id quod dicitur omnis, illud ad quod prędicatur colligit, atq; in vnum corpus adducit, vt cũ dicitur, omnis homo iuſtus eſt, nullus excipit hominem. Sed totam colligit humanitatem, & fit de re vniuerſali homine, prędicatio vniuerſalis, cum dicimus, omnis homo. Nam cum ſit vniuerſale homo, huic vniuerſali vniuerſalitatem conſignificat. id quod additur, omnis, & res vniuerſalis, vniuerſaliter prędicatur.

*In eo vero quod vniuerſale prædicatur, id quod eſt vniuerſaliter prædicare, non eſt verum.*

43 Hæc nos ſnſa, quem ad locum vniuerſalitatis determinationem recte ponamus, inſtituit. Docet.n.ſemper iſtã uniuerſalitatem, quam determinationem vniuerſalẽ vocamus. ad ſubiectum poni debere terminum, nunquam ad prędicatum. Siquis.n.ſic dicat, omnis homo animal eſt; recte dixerit, omnis ad ſubiectum .i. ad hominem ponens. Quod ſi ſic dicat, omnis homo omne animal eſt, falſum dixerit. Ergo hoc nunc dicit, in eo vero quod vniuerſale prædicatur, vt animal de homine. animal.n.vniuerſale eſt: de omni.n.homine prædicatur, non eſt verum, hoc ipſum uniuerſale, qđ eſt animal, vniuerſaliter prędicare, vt dicatur, omne animal eſſe hominem, nec ſolum in his, ſed in nulla recte fieri affirmatione concedit, ait enim.

*Nulla.n.affirmatio uera erit, in qua vniuerſale prædicatum vniuerſaliter prædicetur, vt omnis homo eſt omne animal.*

44 Hoc aũt cur eueniat, paucis abſoluã. Prędicatum ſp maius eſt ſubiecto, vel æquum. maius, vt cum dico homo animal eſt. Animal ꝓdicatur, homo ſubijcitur. ſed maius eſt animal homine: De pluribus.n.q̃ ipſe homo prędicatur. Rurſus æquale eſt, cum ſic dicimus, homo riſibilis eſt, homo ſubiectum eſt, riſibile prędicatum. Sed homo atq; riſibile æqualia ſunt. proprium nanque eſt hominis, quod eſt riſibile. vt autẽ minus prędicatum inueniatur, quam ſubiectum, fieri non poteſt. Siue ergo maius ſit prędicatũ, falſum eſt vniuerſale adijcere prędicato, ut in eo quod ipſe poſuit exemplo. Omnis homo oẽ animal eſt. Siue ęquale ſit, ſuperfluum eſt, vt ſiquis ſic dicat, omnis hõ, omne riſibile eſt. Quare vniuerſale prædicatum prædicare vniuerſaliter non oportet.

*Opponi itaq. dico affirmationẽ negationi contradictorie, quæ vniuerſaliter ſignificat, ei quæ non vniuerſaliter, ut omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt, nullus homo albus eſt, quidam homo albus eſt.*

45 Quid ſit proprie contradictio conſequenter exponit, ait.n.opponi contradictorie propoſitiones, quoties vniuerſalem affirmationem particularis abnuit negatio, & quoties vniuerſalem negationem particularis affirmatio deſtruxerit. Cũ .n. dicitur omnis homo albus eſt: illa negatio, quę dicit, non omnis homo albus eſt, de eodem homine vniuerſaliter tollit, ꝙ vniuerſaliter affirmatio conſtituerat. Illa.n. omnem hominem eſſe album ponit. Iſta dicit non omnem, tanquam ſi concedat aliquem, ſed ei tantum auferat vniuerſalitatem. Hoc eſt.n.quod ait. Quę vniuerſale ſignificat ei q̃ non vniuerſaliter. Nam ſicut vniuerſale ſignificat affirmatio dicens, hominem: ita quoq; negatio vniuerſale ſignificat, habet.n. & ipſa hominem. Sed idem ipſum vniuerſale docet non eſſe uniuerſaliter, .i. non omne eſſe album, quod affirmatio vniuerſaliter eſſe poſuerat, omnem eſſe album proponens. Eodem modo etiam in negatione, quas nos ſupra angulares poſuimus & cõtradictorias in deſcriptione. Hic nunc eaſdem oppoſitas contradictorie vocat. Quod autem uniuerſali affirmationi, quę eſt omnis homo albus eſt, particularem negationem oppoſuit quæ eſt, non omnis homo albus eſt, tantundem eſt tanquam ſi diceret, quidam homo albus non eſt. Nam ſi non omnis homo albus eſt, & quidam homo albus non eſt.

*Contrarie uero uniuerſalẽ affirmationẽ & uniuerſalem negationem. ut omnis homo iuſtus eſt, nullus hõ iuſtus eſt, Quocirca has quidem impoſſibile eſt ſimul eſſe ueras. His uero oppoſitas, contingit aliquando in eodem. ut non omnis homo albus eſt, & quidam homo albus eſt.*

46 Planiſſime omnes exequitur dicitque contrarias uniuerſalem affirmationem, & vniuerſalem negationem. Has enim nos quoq; ſupra deſcripſimus. Hic vero nunc eaſdem contrarie demonſtrat opponi illud quoque addidit, quod

eas impoſſibile ſit in eodē ueras aliquando cognoſci. Nā ſicut contrariorum natura in eodem non pōt inueniri, neq; .n. vno eodemq; tpe aliquid nigrum eſt atq; album, ſic quoque nec contrarię, vt vtraq; ſimul ſint veræ fieri poteſt. Qđ autem adiecit, His uero oppoſitas, contingit aliquando in eodē, Particularē affirmationem, & particularem negationem deſignat. Particularis nanq; affirmatio uniuerſali negationi oppoſita eſt contradictorie: particularis uero negatio uniuerſali affirmationi contrariarū igitur oppoſitę pñt in eodē uerę aliquoties inueniri, .i. particularis affirmatio, & particularis negatio veræ ut ſint aliquoties fieri poteſt, vt eſt, qdā hō alb. eſt, qdā hō alb. non eſt, vtræq; ſunt verę.

***Quęcunq; igitur contradictiones vniuerſaliū ſunt vniuerſaliter, neceſſe eſt alteram eſſe veram vel falſam. Et quaecunq; in ſingularibus ſunt, vt Socrates albus eſt, non eſt Socrates albus.***

47 De cōtradictorie oppoſitis loquitur, & de ſingularibus propoſitionibus qđ vnā ſp verām, falſam ſemper alteram neceſſe eſt inueniri, Hoc.n.dicit, contradictiones eorum q̄ ſunt uniuerſalium vniuerſaliter ꝑdicatorum, vna ſemper uera eſt, altera falſa. Vniuerſalium aūt vniuerſaliter ꝑdicatorū ſunt contradictiones vniuerſalium particulariter ꝑdicatorum. Nā affirmatio vniuerſalis vel negatio uniuerſalis vniuerſaliter ꝑdicantur. harum contradictoriæ particulares affirmationes vel negationes ſunt, ſi ſibi angulariter cōparētur. Harum igitur contradictionū, quę ſunt uniuerſaliū uniuerſaliter ꝑdicatorum, vna ſemper vera eſt, ſemper altera falſa reperitur. In ſingularibus quoq; idē eſt. Nam ſi nulla, ut dictum eſt, varietas ęquiuocationis impediat, idemq; ſit prędicatum, idemq; ſubiectum; ad vnum idemq; tempus, ad vnam eandemq; partem, ad vnum idemq; relatum, vno atque eodem modo: vna ſemper vera eſt, altera falſa, & veritatis inter ſe naturam, & mendacij partiuntur.

***Quęcunq; autem vniuerſalium non vniuerſaliter, non ſemper hęc quidem vera eſt, illa vero falſa.***

48 Quæ vero ſunt inquit indefinitæ, ut neq; vniuerſalē habeant, neq; particularem determinationē, quod tacuit, non ſp vna uera eſt, altera falſa, ſed vtræq; interdum inueniuntur verę. In uniuerſalibus autē non vniuerſaliter ꝑdicatur aliquid hoc mō, homo albus eſt, hō albus nō eſt, in quo vno eodemq; tpe vtraſq; veras eſſe contingit. Hic.n.cum vniuerſale ſit homo, non vniuerſaliter prędicatum eſt nomē: at vero nec particulariter. Neq;.n. quidam, aut nullus, aut omnis adiectum eſt. Docet autem huiuſmodi propoſitiones nō inter ſe diuidere veritatem atq; mendacium hoc modo.

***Simul .n. verum eſt dicere quoniam eſt homo albus, & non eſt homo albus. Et quoniam eſt homo pulcher, & non eſt homo pulcher. Si.n. eſt fœdus, non eſt pulcher, & ſi ſit aliquid nondum eſt.***

49 Documētum autē eſt hmōi dictum, Indefinitam affirmationem negationemque veras utraſq; poſſe inueniri. verum .n. dicere eſt, eſt homo albus & non eſt homo albus huius autem rei probatio eſt, nam ſi uerum eſt dicere, eſt homo niger, & eſt homo albus, vno eodemq; tempore, qui autem niger eſt, albus non eſt: verum eſt dicere vno eodemq; tpe, ꝙ eſt homo albus, & non eſt homo albus. Rurſus ſi uerum eſt dicere, quod eſt hō pulcher, & eſt hō fœdus vno eodēque tempore, qui autem fœdus eſt, pulcher non eſt: uerum eſt dicere hominem eſſe pulchrū & hominem eſſe fœdum vno eodemq; tempore. Cum.n. Achilles eſſet pulcher, claudus Therſites erat fœdus. Rurſus ſi uerū eſt dicere, eſſe hominem album, & rurſus uno eodemq; tpe fieri hominē album, nec hoc ulla cōtrarietas vetat, ut ſit hō albus, & rurſus fiat hō albus ſed q ſit albus, nōdū alb. eſt; uerū eſt igitur dicere, quòd eſt homo albus. & non eſt homo albus. Hoc eſt enim, quod ait, & ſi ſit aliquid, nondum eſt, cum enim fit, non eſt, ſed poteſt dici quòd eſt homo albus, & ſit homo albus, ut utrunq; uere dicatur. Poteſt igitur vere utrunque dici, Et eſt homo albus, & non eſt homo albus.

***Videbitur autem ſubito inconueniens eſſe. Idcirco quoniam uidetur ſignificare, non eſt homo albus, ſimul etiam quoniam nemo homo albus Hoc autem, neque idem ſignificat, neque ſimul neceſſario.***

50 Tacitæ hominum dubitationi reſpondet. Quod.n. dicimus eſt, albus hō, & non eſt albus hō, utrunq; verum eſſe videtur, ſed aliquoties inconueniens eſſe. Si.n. uerum eſt dicere, eſt albus hō, quēadmodum fieri poteſt, ut uerum ſit dicere, non eſt albus hō? Hoc aūt uidetur quibuſdam inconueniens idcirco, qm̄ apparet quibuſdam id quod dicimus nō eſt hō albus, hoc ſignificare, tanquam ſi dicamus, nullus hō albus eſt, ſed hoc uerum non eſt. Neq;.n. idem eſt dicere, nō eſt albus hō, & nullus homo albus eſt. Et q̄q̄ cum dicimus, nullus homo albus eſt ſimul ſignificamus, quod non eſt hō albus, non tñ ex neceſſitate idem utraq; ſignificat. Cum.n. dicimus, non eſt homo albus, ſimul nos dicere, quod nullus homo albus eſt, non oportet intelligi. neq;.n. ſemper ſimul eſt, non eſt homo albus, & nullus homo albus eſt. Nam aliquoties ſimul eſt, .ſ. cum prius dicitur uniuerſalis negatio. Cum uero indefinita dicitur prius, non eſt ſimul negatio uniuerſalis coniuncta negationi indefinitæ. Nam ſi dicam, nullus homo albus eſt, ſimul dixi; quod homo albus nō eſt. Quod ſi dicam, homo albus non eſt, non eſt ſimul dicta negatio uniuerſalis, quæ eſt, nullus homo albus eſt. quoniam pōt quidā eſſe non albus, de quo dicatur, homo albus, non eſt, neq; tamen omnes eſſe non albi. Non igitur ſimul neceſſario ſunt, non eſt homo albus, & nullus homo albus eſt.

***Manifeſtū eſt aūt, quoniā una negatio unius affirmationis eſt. idē.n. oportet negare negationē, quod affirmauit affirmatio, & de eodem, vel de aliquo ſingularium, uel de aliquo vniuerſalium, vel vniuerſaliter, vel non uniuerſaliter.***

51 Hoc quoq; argumentum eſt negationem indefinitam & uniuerſalem idem non ſignificare, & eas a ſe eſſe diuerſas. Nā ſi unius affirmationis una negatio eſt, contra eam quæ dicit, non eſt hō albus illa eſt affirmatio, quę dicit eſt hō albus. Et contra eam quæ dicit, nullus homo albus eſt: illa eſt affirmatio quæ dicit, quidem homo albus eſt. ſed hę affirmationes diuerſæ ſunt, i. eſt hō albus, & quidam homo albus eſt: diuerſę igitur illæ quoq; ſunt, quę his proportionaliter opponuntur. Diuerſa igitur eſt negatio quæ dicit, nullus homo albus eſt: & ea quę dicit, non eſt homo albus. Docet autem nos unius affirmationis, unam eſſe negationē idque hac ratione demonſtrat. Oportet.n. idem prædicatum negare negationem. quod prędicauerit affirmatio. & rurſus de eodem ſubiecto auferre prędicatum negationem oportet id, ꝙ affirmatio ante coniunxerat. Quod ſi ſit, dubiū nō eſt unius eſſe affirmationis, unam negationem, ſiue autē in uniuerſalibus hoc fiat vniuerſaliter prædicatis. ſiue indefinite, & non uniuerſaliter, ſiue in ſingularibus una eadēque propoſitionum natura eſt, ut unius affirmationis ſit tantum naturaliter una negatio Hoc autem inductione probat.

***Dico aūt, ut eſt Socrates albus, nō eſt Socrates albus.***

52 In hac.n. propoſitione idem ſubiectum eſt, idem prædicatum, & in medio exemplorum ſubiecit.

***Si autem aliud aliquid de eodem, vel de alio idem, nō oppoſita erit, ſed ab ea diuerſa.***

53 Senſus hmōi eſt, ſi aūt aliud aliquid prędicauerit negatio. quam affirmatio ꝑdicauit uel ſi de alio ſubiecto idē negatio prędicauerit, quod in affirmatione fuerit prędicatum: non ſunt ſibi oppoſitæ, ſed a ſe tantum diuerſæ ſunt. Siquis enim dicat. Socrates diſputat, & alius reſpondeat, Socrates non ambulat, diuerſum prędicatum eſt, & diuerſę

ſunt

ſunt propoſitiones,& non oppoſitę, & hoc eſt qđ dixit,Si ăt aliud aliquid.Aliud.n.prędicauit negatio, quam affirmatio prædicauerat. Quod ſiquis ſic dicat, Socrates diſputat: aliuſq; rñdeat, Plato non diſputat, de alio ſubiecto idem prædicauit, & ſunt a ſe diuerſæ propoſitiones & non oppoſitę. Et erit id qđ ait Ariſtoteles,uel de alio idē. Quòd ſi utraq; ſint diuerſa, multo magis propoſitiones diuerſæ ſiunt.quib.poſitis ad propoſita rurſus exēpla contendit, & vni affirmationi vnā enunciationem negationis opponit. angularib. angulares,affirmatiuis negatiuas,particularibus vniuerſales,indefinitis indefinitas opponens, & cōparaus.

*Huic ăt quæ eſt,omnis homo albus eſt,contradicit illa quæ eſt,nō omnis hō albus eſt. Illi ăt quæ eſt, aliquis hō albus eſt: illa quæ eſt,nullus homo albus eſt. Illi ăt quæ eſt,homo albus eſt:illa quæ eſt,homo albus non eſt.*

54. Et poſt hęc concludit ſententiam dicens.

*Quod igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictorie,& quæ ſunt hæ, dictum eſt. Et quòd ſunt aliæ contrariæ,et quæ ſint hæ,dictum eſt, & quòd uō omnis vera vel ſalſa contradictio.& quare, & quando vera,uel ſalſa.*

55. Reuoluit quoq; breuiter,φ alię ſũt cōtrarię alię cōtradictorię,dicitq; ſe,q̄ ſint hę,diligētius in ſuperiori diſputatione monſtraſſe. Illud quoque patet non omnē eſſe veram uel falſam affirmationis & negationis oppoſitionem,quam nunc cōiter & improprie contradictionē vocat. Et quando non ſint verę vel falſæ,& cur,ſe expoſuiſſe commemorat.

*Vna ăt affirmatio et negatio eſt,quæ unũ de uno ſignificat,vel cũ ſit vniuerſale vniuerſaliter,uel uō ſimiliter.*

56. Quid ſit vna affirmatio,& ſupra iam diximus, & nunc quoq; idē docere nō piget.Cũ idē Ariſt. re uoluerit.vna .n. affirmatio eſt,q̄ unam rem de uno ſignificat, id eſt q̄ hmōi hēt prędicatum,& hmōi ſubiectum,ut vtrunque ſingula ſignificet.Nā ſi vnũ aliquid ſignificet prędicatũ,ſimplex atq; vnũ eſt.Quod ſi rurſus vnum aliquid ſignificet ſubiectũ, & non plura,ſimplex rurſus eſt atq; unum.Quocirca ſi vnũ p̄dicatũ de vno erit ſubiecto,vtraque ſingula ſignificabũt & non plura. Eoque ſit,ut non ſit multiplex propoſitionis ſignificatio,& quę vnum ſignificet,vna ſit Idem autem oportet eſſe etiam in vniuerſalibus vniuerſaliter prędicatis, & in particularibus, quas vninerſalibus oppoui neceſſe eſt, quorum etiam ſubdit exempla.

*Vt omnis homo albus eſt,nō omnis homo albus eſt:eſt homo albus, non eſt homo albus. nullus homo albus eſt, quidam homo albus eſt,ſi album unum ſignificat.*

57. Dicit .n.vnam eſſe propoſitionem. Omnis homo albus eſt, & rurſus ei oppoſitam unam eſſe, non eſt omnis homo albus. Si album inquit unum ſignificat. quod ſi plura deſignat,non eſt vna affirmatio,nec vna negatio. Hoc autem & in ſubiecto conuenit cuſtodire, ſcilicet ut ſubiecti quoque ſimplex ſignificatio ſeruetur. Docet autem non eſſe unam propoſitionem,ſi prædicatum vel quodlibet in propoſitione verbum multa ſignificet,hoc modo.

*Sin uero duobus unum nomen eſt poſitum, ex quibus non eſt vnum:non eſt una affirmatio:neq. negatio.*

58. Sunt quædam res, quę plura quidem ſignificent, ex quib. omnibus iunctis vnum quiddā valeat effici, hominis quidem nomen ſignificat animal,ſignificat rationale, mortale quoque deſignat, ſed hæc iuncta unum quiddam efficiunt, quod eſt animal rationale mortale. Hæc nanq; omnia vnum hoīem complent.Sunt quoq; alia, quę duas vel plures hmōi res deſignant, ex quib. iunctis vnum aliquid eſſe non poſſit.ut liber. Dicitur nanque & Dionyſius liber, & ingenus. ſed ingenuus & Dionyſius iuncti nihil efficiunt. Quare ſiquid tale ſit inquit aut ſubiectum aut prędicatum, quod plura ſignificet, ex quibus vnum aliquid eſſe non poſſit,non eſt illa una affirmatio, neque vna negatio. Et hoc ſictitii exempli ratione confirmat.

*Vt ſiquis ponat hoc nomen tunica,homini & equo.& dicat tunica eſt alba,hæc non eſt una affirmatio,nec una negatio. Nihil enim differt hoc quam dicere, eſt homo equus albus. Hoc autem nihil differt quam dicere,eſt homo albus,& eſt equus albus.*

59. Dicatur.n.inquit,equus & homo tunica? & habeant verbi gratia,hoc nomen. ſiquis.n. dicat,eſt tunica alba, qm̄ tunica equũ atq; hoīem deſignat, ſ dicere φ eſt equus & hō albus.ſed hoc tale eſt,tāquā dicat,eſt equus albus,& eſt hō albus.ſed hæ duæ propoſitiones ſunt, & nō vna.duplex igitur illa quoq; propoſitio eſt:eſt hō & equus albus.quare duplex eſt illa quoq; quæ dicit, ē tunica alba.Etenim ſubiecti huius.i. tunicę, duplex ſignificatio propōnes fecit eſſe duplices. Quod ſi quis dicat unum quiddam ſignificare,eſt tunica alba,q̄a ſignificat, eſt hō & equus albus, impoſſibile eſt.Neque.n.ex homine & equo quiddam unum fit:ut hęc p̄poſitio unum aliquid deſignet. quare aut hæc propoſitio multa ſignificat,aut ſi non multa,nihil omnino deſignat.Nihil enim eſt homo equus, ut ſimul dicatur atque intelligatur.hoc enim quod ait.

*Si ergo hæ multa ſignificant, & ſunt plures, manifeſtum eſt,quoniam & prima, multa, vel nihil ſignificat, neque enim eſt aliquis homo equus.*

60. Si ergo hę multa ſignificant & ſunt plures, manifeſtũ eſt,quod & prima,id eſt ea quę dicit,eſt tunica alba, multa,vel nihil ſignificat. Nihil autem idcirco, qm̄ ſi non multa deſignet propoſitio, cuius quilibet terminus æquiuocus eſt, cum illa quę nomine æquiuoco ſignificantur, iuncta fuerint, neque in vnam ſubſtantiam conuenerint, talis iunctурę,quę res ſibimet incontextas copulat, non erit ullus intellectus.ut in ea,quæ eſt, tunica alba eſt, aliter eſſe una non poteſt, ſi tunica equum hominemque ſignificet, niſi equus atque homo iuncti vnum aliquid efficiant. Sed hi termini tales ſunt neceſſe ſit hanc propoſitionem vel multiplicem eſſe,vel nihil ſignificare.nam ſi iungantur homo & equus,ſit nihil. Nihil enim eſt homo equus, quod p̄ hoc monſtrauit, quod ait, Neque.n.eſt aliquid hō equus. Hoc autem cur nunc ab ipſo propoſitum ſit, lucidiſſime demonſtrauit: cum .n. de his propoſitionibus loqueretur, quę verum inter ſe falſumq; diuiderent,hoc addidit. Quod etiam hę quæ habent vel prędicatum ęquiuocum, vel ſubiectum,verum falſumque non diuidunt, vtræque enim eſſe verę poſſunt,ut hę quę dicunt, eſt liber homo ſi ad ingenuitatem referas:& non eſt liber homo,ſi ad Dionyſium. Recte igitur dictum eſt.

*Quare nec in his neceſſe eſt hanc quidem contradictionem ueram eſſe,illam uero falſam.*

61. Cum.n.multa ſignificat, multiplex ſignificatio in negatione, atque affirmatione ſe inuicem non perimit. φ ſi vna ſit affirmatio & vna negatio,quoniam vtręque in eodem eſſe non poſſunt, vnam veram ſemper, falſam alteram eſſe neceſſe eſt.

## DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS.

*IN his ergo quæ ſunt,& facta ſunt,neceſſe eſt affirmationem uel negationem,veram eſſe uel falſam. Ac in uniuerſalibus quidem uniuerſaliter ſemper hanc ueram, illā uero falsā eſſe,& in his q̄ ſunt ſingularia,quēadmodũ dictum eſt.In his uero quæ in uniuerſalibus non uniuerſaliter dicũtur,non eſt neceſſe,dictũ eſt ăt & de his.*

62. In præſentib.reb. & in præteritis factas contradictorias enunciationes dicit definite, vnam ſemper veram. alteram

teram definite ſemper eſſe mendacem. vt ſiquis dicat, omnes Fabij perierunt, qui ad pugnam contra Veientes priuatà conſpiratione progreſſi ſunt. Hoc ſi negetur ſic, non oẽs Fabij perierunt, qui ad pugnam contra Veientes priuata cõſpiratione progreſſi ſunt. Neceſſe eſt quidem unam veram, alteram eſſe falſam. ſed definite uera, affirmatio eſt, definite falſa, negatio. Cum.n.id quod factum eſt, dicitur factum, definite verum eſt, quod ſi id factum eſſe denegetur, falſum ẽ definite. Siue ergo id vniuerſalib. vl̃r predicatis contradictio per oppoſitionem particularitatis fiat, ſiue in ſingularibus ut in Socrate & in cæteris indiuiduis, in his quoque quę ſunt pręterita ſemper vna vera eſt, altera falſa, vt in eo quod eſt, Socr. veneno peremptus eſt, Socr. veneno peremptus non eſt, vera eſt affirmatio definite, & ita rurſus falſa negatio eſt. In pręſentib. quoq; idem eſt neceſſe eſt. ſi.n. diſputante Socr. dicat aliquis, Socrates diſputat, & hoc alius neget, ſicut diſputare Socr. præſentis temporis ratione definitum eſt. ita quoque definite affirmatio retinet veritatem, negatio definite mendacium. Et in vl̃ibus quidem vel affirmatiuis, vel negatiuis, ſ quib. vel affirmatio particularis, vel negatio particularis opponitur, idem eſt, Hoc eſt .n. qđ ait, In his quæ ſunt, & quæ facta ſunt. i. in præſentib. atq; in pręteritis, una ſemper definite uera eſt, ſemper altera falſa definite, ſiue vl̃is ſit vna, altera particularis. quod per hoc monſtratur quod ait, In vl̃ibus quidem vl̃r, neceſſe eſt ſemp hanc eſſe veram, illam uero falſam, ſiue in ſingularibus atq; indiuiduis prædicamentis. quod per hoc deſignat quod addidit, Et in his quæ ſunt ſingularia, vna vera eſt, altera falſa. ſed poſtquam dixit de contradictoriis, adiecit, in his autem quæ indefinitæ ſunt, non neceſſe eſt ſemper hanc quidem veram, illam vero eſſe mendacem. Hoc. ſ. deſignans quod ait. In his vero quę in vniuerſalib. non vl̃r dĩr, non eſt neceſſe in his vnam veram, alteram falſam proponi. poteſt.n. fieri, vt vtreq; ſint verę, quę fuerint indefinitæ.

*In ſingularibus uero, & futuris non ſimiliter.*

63. Propoſitionum alię ſunt tantum ineſſe ſignificantes, vt ſiquis Socrate viuo dixiſſet, Socrates caluus eſt: alius negaret. Socrates caluus non eſt. Illa.n. ineſſe poſuit Socrati caluitiem, illa caluitiem, a Socrate diſiunxit. Alię vero ſunt neceſſariæ, vt ſiquis dicat, neceſſe eſt Solem annis omnib. in arietem rurſus redire. rem nanq; neceſſariam, & ex neceſſitate euenientem prędicans totam fecit neceſſariam propoſitionem. Alię aũt ſunt contingentes, quę cum non ſint, eas tamen in futurum euenire poſſibile eſt. vt ſiquis dicat hodie Alexander pranſurus eſt, hodie Alexander pranſurus non eſt. etenim cum iſta dicantur, qm̃ illi adhuc prandere non ineſt, ineſſe tñ contingit, & poteſt fieri, vt hodie prandeat, idcirco dicimus eas contingentes. contingit .n. fieri, qm̃ hoc nondum factum eſt. Sed hæ non inſunt quidem, vt dictum eſt. ſunt.n. futuri temporis. Quæ autem non inſunt, ſed ineſſe pñt, neceſſarię non ſunt, qm̃ hmõi rerũ eſt naturam, vt eas & eſſe, & non eſſe poſſibile ſit: poteſt.n. fieri, ut hodie Alexander prandeat, & rurſus fieri, vt hodie non prandeat. Et hanc eueniendi vel non eueniendi poſſibilitatem, vtrumlibet vocamus. In huiuſmodi .n. reb. vtrumlibet contingit, aut affirmatio, aut negatio, & non eſt neceſſe aut affirmationem fieri, aut negationem. Nam cum non ſit affirmatio neceſſaria, non interclusum eſt contingere negationem. Rurſus cum negatio neceſſaria non ſit, interdum accidit, ut affirmatio contingat. Quare hęc hmõi eueniendi, & non eueniendi potentia, vtrumlibet vocatur. Quod in his vtrumlibet, id eſt vel affirmationes, uel negationes euenire conceditur. Nunc ergo Ariſt. hoc validiſſima argumentatione contendit aſtruere. Quod quemadmodum in pręteritis, & in his quę ſunt pñtia, non modo in affirmatione & negatione, una ueram, alteram falſam eſſe neceſſe eſt, ſed definite una uera eſt, definite altera ſuſcipit falſitatem, non ita in his quæ contingentes uocantur. Neceſſe .n. eſt ut aut affirmatio uera ſit, aut negatio; ſed non ut definite quęlibet earum uera ſit, altera falſa definite. Nam qđ dicimus Alexander lauandus eſt, id ſi alius neget, dicatquẽ, Alexander lauandus non eſt; totũ quidẽ hoc neceſſe eſt euenire, ut aut lauetur non lauetur: & neceſſe eſt unã eſſe uerã, alterã falſam, aut affirmationem, ſi lotus fuerit, aut ſi lotus non fuerit, negationẽ. Sed nõ eſt neceſſe, ut definite affirmatio uera ſit. idcirco qđ in hmõi rebus poterit euenire negatio. Sed nec unquã definitũ eſt, ut negatio uera ſit, falſa affirmatio. idcirco qm̃ pt̃ nõ euenire negatio. Quare in totã cõtradictionẽ, unã quidẽ verã, falſam alterã eſſe neceſſe eſt. Vt aũt definite una uera ſit, altera falſa definite, ſicut in his q̃ ſunt pręterita, quęq; pñtia; nulla rõne rerũ poſſibile eſt. Sed hoc prius Ariſt. in ſingulariũ pdicamentorũ propõnib. probat. Poſt aũt idem debere in uniuerſalib. docet intelligi. Idcirco.n. ait, in ſingularib. uero & futuris non ſimiliter, id eſt in ſingularib. propoſitionibus, de quib. prius tractat, & in futuris, id eſt in contingentibus, nõ idem modus eſt uerãm falſarumque propoſitionum, qui eſt in pręteritis atque pręſentibus. Quonia in pręteritis atq; præſentib. & totũ contradictionis corpus in ueritatem falſitatemq; diuidit, & uera eſt una definite, ut poſſit ex his certus aliquis ac ſciens dicere, qđ affirmatione uera ſit, uel rurſus, qđ negatio. vel ſi id nullus dixerit, certa iam pręteriti temporis, uel pręſentis ſm ſui naturam ratio, certuſque euentus eſt. In his uero in quib. contingens eſt, & futurum, id eſt uariabile & inſtabile, totũ qdẽ corpus contradictionis ueritatẽ; falſitatemq; partitur, ſed hæc veritas atque falſitas indiſcreta eſt, atq; volubilis. Nullus.n. poteſt dicere, quod affirmatio vera eſt. Non eſt .n. neceſſe ueram eſſe affirmationem idcirco, quoniam negationem fieri poſſibile eſt. Nec rurſus negationem, qm̃ non eſt impoſſibile affirmationem contingere. Et poſtremo quoniam utrumlibet ipſorum contingit, idcirco una earum, vera eſſe definite, & certa, naturaliter non poteſt. Quibus autem id argumentationibus exequatur, manifeſtum erit hoc modo.

*Nã ſi omnis affirmatio uel negatio, uero uel falſa eſt, & omne neceſſe eſt uel eſſe, non eſſe, quare ſi hic quidem dicat futurum aliquid, ille uero non dicat hoc idem ipſũ: manifeſtum eſt, quod neceſſe eſt uerum dicere alterũ ipſorum, ſi omnis affirmatio uel negatio uera uel falſa eſt. Vtraque enim non erunt ſimul in talibus.*

64. Si quicquid in affirmationib. negationibuſque proponitur, uerum vel falſum eſt definite. ſeqtur, ut qđ illæ negationes affirmationeſq; ſignificant, aut euenire, aut non euenire neceſſe ſit. hoc eſt .n. quod dicit. Nam ſi omnis affirmatio uel negatio, uera uel falſa eſt definite, idcirco enim addit omnis. In his.n. quæ ſunt futura & contingentia, non eſſe affirmationes & negationes ueras uel falſas definite probare contendit. Nam ſi unus dicat aliquid futurũ, alius neget, ut utraq; eueniant, fieri non pt̃. Quis.n. dixerit, dicente aliquo, Socr. cœnaturus eſt, alioq; negãte, Socra. cœnaturus non eſt, utraſq; veras in uno eodemq; continere? Hoc igitur fieri non pt̃, vnus ergo eorum verum dicturus eſt, alius mentietur. ponatur .n. una eorum definite uera eſſe, uel falſa, ſi ergo oĩs affirmatio & negatio, uera vel falſa eſt definite, & vterq; negans affirmãſq; ueri in contradictionib. eſſe nõ poſſunt: neceſſe eſt unum verum dicere, alterum falſum, & unũ definite verum, alterum definite falſum. hoc ſi eſt ĩ omnib. affirmationib. atq; negationibus, vt vna definite falſa ſit, altera vera definite, quicquid vera dicit euenturum, euenire neceſſe eſt: quicquid nõ euenturum, nõ euenire neceſſe eſt. hoc eſt.n. quod ait, Manifeſtum eſt qm̃ neceſſe eſt, uerum dicere alterum ipſorum. neq;.n. poteſt fieri, vt affirmatio negatioq; conſentiant in talibus, id eſt in contradictionis propoſitionibus. Neceſſe eſt autem euenire quęcunq; uera definite affirmatio loquitur, & non euenire quod profert definite uera negatio, quod ſic probat.

*Nã ſi verum eſt dicere, quod eſt album, uel non albũ, neceſſe eſt eſſe album, vel non album. Et ſi eſt album vel non album. verum: eſt affirmare vel negare. & ſi non eſt, mentitur: et ſi mentitur, non eſt. Quare neceſſe eſt aut affirmationem aut negationem veram eſſe falſam.*

75. Quod de futuro poſſit eſſe iudicium, a pręſentibus trahit exemplum. ait.n. hanc eſſe rerum conſequentiam, ut rem ſubſiſtentem propoſitionis ueritas conſequatur: veritatem propoſitionis, ret, de qua loquitur propoſitio, eſſentia comitetur. Nam ſi hic lapis vel quodlibet aliud album eſt, verum eſt de eo dicere quod album eſt, & hoc conuertitur. Nam ſi verum eſt dicere de eo quod album eſt, ſine dubio album eſt, & album eſſe neceſſe eſt. itaq; fit, vt res veritatẽ, & veritas rem, de qua proponitur, ſubſequatur. Rurſus ſi hic lapis albus non eſt, verum eſt de eo dicere, quod nõ eſt albus. & ſi de eo verum eſt dicere quod non eſt albus, vt ſit albus fieri non poteſt, cum vere dicatur, quod non eſt albus. Idem quoq; ẽt in mendaciis valet. Nam ſiquid non eſt, cum hoc aliquis eſſe propoſuit, mentietur. Et ſiquis de alio mentiatur, illud de quo ſit mendacium, non eſt, ut ſi quam rem, cum albã non ſit, dicat aliquis eſſe albam, mẽtitus eſt: quocirca neceſſe eſt illud quoq; non eſſe, de quo mentitus eſt. Ita igitur veritas quidem rei quę eſt, & res quę eſt, veritatis falſitas vero, rei quæ non eſt, & res quæ non eſt, falſitati conuertitur. Quod ſi hoc eſt in omnib. rebus, quicquid dicitur cum veritate vel falſitate, ad rem quę eſt, vel non eſt conuertitur, ſiue negatio ſit, ſiue affirmatio, & unam veram ſemper, alteram falſam eſſe neceſſe eſt, ſi vna definite vera eſt: impoſſe quiddam ex hac poſitione continget. euenient nanq; omnia, quæcunq; ſunt vel fiunt ex neceſſitate fieri, & nihil a caſu, nihilq; eſſe, poſſe quod ſit, & non eſſe poſſe. Nihil ẽt in liberi arbitrij moderamine relinquetur, ſed totum erit ex neceſſitate, quicquid euenerit. Nam ſi verum eſt definite de qualibet re dicere quod erit, illam rem ſine dubio futuram eſſe neceſſe eſt, & vt non fiat non poteſt euenire. Verum.n. eſt dicere de ea, quod futura eſt, nec verum de ea, quod futura eſt, poterat dici: niſi eam fore eſſet neceſſe. Quare ſi in omni affirmatione & negatione, aut affirmatio, aut negatio in futurum, definite uera vel falſa eſt, neceſſe ẽ vel quod ab affirmatione verum definite, uel quod a negatione dicitur falſum euenire. In falſitate quoq; ſilis cã eſt. Nam quod non erit, falſum eſt dicere, quod erit. Et qđ falsũ eſt dicere, quod erit, ex neceſſitate non erit. Itẽ quod erit, falſum eſt dicere, quod non erit, & qđ falſum eſt dicere, qđ non erit, neceſſario erit. Vt igitur ueras ꝓpoſitiones neceſſarius ſequitur euentus, vt fiat, qđ dicitur: ita & falſas propoſitiones neceſſarius ſequit̃ euentus, vt non fiat, quo dicit̃ a falſa propõne. Quod ſi in futurum omnis affirmatio vel negatio definite ſemper diuidunt veritatem & falſitatem, erit rerum quæ prædicantur neceſſarius euentus, & omnia ex neceſſitate contingent, vel non contingent. Itaq; & caſus, & poſſitas, & liberum perit arbitrium ſyllogiſmus autẽ hmõi eſt. Si omnis affirmatio vera eſt aut falſa definite, & eodem modo negatio: eueniet vt oĩa ineuitabili neceſſitatis ratione contingant. quod ſi hoc eſt, liberum perit arbitrium, ſed hoc impoſſe eſt, non igitur verũ eſt oẽm affirmationẽ uel negationẽ veram eſſe definite vel falſam. Oĩa aũt ex neceſſitate cõtingere, ſi illæ definitę veræ vel falſę ſũt, talis ſyllogiſmus oſtendit, oĩs in futurũ definita ueritas, uel falſitas, euentum rei uel futurũ, uel non futurum ex neceſſitate conſtituit. ſed oẽs propoſitiones futurę definite veræ vel falſæ ſunt, In omnib. igitur eueniendi, vel non eueniẽdi neceſſitas erit: ꝓ qua concluſione illud Ariſt. intulit qđ ait.

*Nihil igitur neque eſt, neq. fit, nec a caſu, nec utrumlibet. nec erit, nec non erit ſed ex neceſſitate omnia, & non utrumlibet. aut .n. qui dicit, uerus eſt, aut qui negat.*

66. Caſus nanque, & id quod eſt utrumlibet extinguitur, libera etiam uoluntas adimitur, ſi omnia quęcunque fient, ex neceſſitate futura ſunt. & probat ſuperiorẽ concluſionẽ, q̃ dicit omnia ex neceſſitate contingere, ꝑ hoc qđ ait. Aut .n. qui dicit verus eſt, aut qui negat: ſi ergo veritas rerum neceſſitati conuertit, aut qui negat, verus eſt. aut qui affirmat, omnia fieri ex neceſſitate neceſſe eſt. Nam ſi non erunt ex neceſſitate, non erunt veræ definite, id qđ ipſe ſubiunxit.

*Similiter enim, uel fieret, uel non fieret. utrumlibet.n. nihil magis ſic non ſic ſe habet, aut habebit.*

67. Exponit .n. quæ ſit contingentis natura, cum quid ſit utrumlibet exponit. utrumlibet eſt id cuius indiſcretus euẽrus eſt, ideſt qđ æqualiter eſſe, uel non eſſe contingit. Hoc eſt.n. quod ait, Similiter.n. fieret uel non fieret. Neque.n. directam uiam, neceſſariamq; habet unam uel affirmationem uel negationem, ſed nihil ſe magis ſic hẽt uel ſic nõ habet. Et eſt utrumlibet, qđ æqualem curſum & ad euenire retinet, & ad non euenire. Nihil .n. ſe magis ſic habet, uel ſic non habet, ideſt æqualiter ſe habet ad eſſe, & ad non eſſe. Nihil enim magis ſeſe habet, ut fiat, quam ut non fiat.

*Amplius ſi eſt album nunc, verũ erat dicere prius qđ erit album, quare ſemper uerum fuit dicere quodlibet eorum quæ facta ſunt, quod eſt uel erit.*

68. Validam ſibiipſi vim argumentationis opponit, quã poſſit oſtendere affirmationes negationeſq; veras vel falſas eſſe definite, & ait prouidendum eſſe, ne forte neceſſe ſit ſuſpicari id qđ iam factum eſt, vere dici potuiſſe antequã fieret, eſſe faciendum. ut ſi Socrates heſterna nocte cœnauit, verum fuit heſterna matutina dicere, qđ cœnaturus eſt. quocirca definite quoq; verum fuiſſet, ſi de eo prędiceret̃. Omnia igit̃ ea quę fiunt, definite poterant uere prędicari. Hoc eſt.n. quod dicit, ſi eſt albũ nunc, uerum erat dicere prius, quod erit album. Nam ſiqua res nũc alba eſt, uerum erat ante dicere, quod erit alba. Quare definite quoq; fuit quodlibet eorum quæ facta ſunt vere prædicere. hoc .n. rei ipſius exitus compobauit. Huic oppoſitioni per eadem rurſus occurrit. Non.n.q hæc dicit, licet ei laqueum ſuperioris argumentationis effugere, rurſus enim eadem illum cuncta circunneniunt, & eiſdem iterum urgetur incommodis.

*Quod ſi ſemper uerum fuit dicere quod eſt uel erit, nõ poteſt hoc non eſſe, uel non futurum eſſe. Quod aũt non ꝑt nõ fieri, impoſſibile eſt nõ fieri: et quod impoſſibile eſt nõ fieri, neceſſe eſt fieri. omnia ergo quę futura ſunt. neceſſe eſt fieri: nihil igitur utrumlibet, neq; caſu erit: nã ſi caſu, non ex neceſſitate.*

69. Mira ratione ſuperiorem argumentationem dicentis, ad idem reduxit incommodum dicens, ſi uerum eſt omnia quæcũq; facta ſunt, definite uere potuiſſe prędici. Quoniam ueritatem propoſitionis rei neceſſitas ſequitur, quod uere definite prędicatum erat, non euenire non poterat: ſed ſi non euenire non poterat, ut non eueniret erat impoſſibile. Quod autem non fieri impoſſibile eſt, fieri neceſſe eſt. Euentus igitur eius ex neceſſitate conſequitur. Nihil ergo utrumlibet, neque a caſu erit. Nam ſi a caſu eſſe poterit, non ex neceſſitate futurum eſt. Quod ſi non eſt ex neceſſitate futurum, non eſt impoſſibile non fieri. ſi non eſt impoſſibile nõ fieri, poteſt non fieri: ſi poteſt non fieri, non poteſt definite uere prædici. quod enim uere definite prædicitur, ex neceſſitate futurum eſt. quod autem a caſu eſt, ex neceſſitate non euenit.

*At uero nec qđ neutrũ uerũ eſt, cõtingit dicere, ut qđ neq; non erit. primũ.n. cum ſit affirmatio falſa, erit negatio non uera, et cum hæc ſit falſa, contingit affirmationem eſſe non ueram.*

70. Quatuor differentiis contingentium futurorũ diuerſitas conſtat. Aut enim id quod affirmatur & negatur ĩ futurum, utrunque erit uerum. aut utrunque falſum. aut unum uerum, falſum alterum definite. aut unum uerum, falſum alterum

terum indefinite.Non.n.eſſe quidem & affirmationẽ & negationem veram in his propoſitionib.q̃ de reb. contingentib. in futurum proponuntur, p̄ hoc demonſtrauit ſuperius quod ait, Manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt verũ dicere alterum ipſorũ, ſi oĩs affirmatio uera, uel falſa eſt. Vtraq;.n.non erũt ſimul in talibus. Neque.n.fieri p̃t, ut in contradictoria ꝑpoſitionum oppõne, vtraſq; ueras quiſquam valeat inuenire. Nunc ãt monſtratur, ꝙ ne hoc quidẽ fieri p̃t, ut vtrꝗ; ſint falſæ. ait enim, At uero, ne hoc quidẽ nobis contingit dicere, ꝙ neutrum verũ eſt, id eſt nec affirmatio, nec negatio. cõtingeret ãt vtranq; eſſe falſam, affirmationem, ſ. & negationẽ, ſi nec qđ diceret affirmatio, futurũ eſſet, nec qđ non eſſe negatio diceret, nõ eſſet Ita.n.fieret, ut nec eſſet, quod affirmatio eſſe prędicauit. nec non eſſet, quod negatio noneſſe propoſuit. Siquis ergo hoc ita dicat, primum inq̃t illud inconueniens, atq; impoſſibile eſt, ꝙ in contradictoria propoſitione, cum affirmatio falſa ſit, non eſt uera negatio: & ruſus, cum negatio falſa ſit, falſa quoq; affirmatio ſit. Hoc enim in ſolis contrariis contingebat, non etiã in contradictoria oppoſitione. In hac enim unam ſemper veram eſſe neceſſe eſt, ſemper alteram falſam.

*Adhaec ſi uerum eſt dicere, quòd album eſt et magnũ, oportet eſſe utrunq. Si vero erit cras, oportet eſſe cras. Si ãt neq; erit, neq; non erit cras, non erit utrumlibet. ut nauale bellum. Oportebit enim neque fieri nauale bellũ, neque nõ fieri. Quę ergo contingunt incõueniẽtia hęc sũt, & hmõi alia, ſi omnis affirmationis & negationis, uel in his quæ de uniuerſalibus dicuntur uniuerſaliter. uel in his quæ ſunt ſingularia, neceſſe eſt oppoſitarum hanc qdẽ uerã eſſe, illam uero ſalſam. Nihil ãt utrũlibet eſſe in his quæ fiunt, ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Quare nõ oportebit neque conſulere, neque negociari, ut ſi hoc facimus, erit hoc: ſi uero non hoc, non erit hoc. Nihil enim ꝓhibet in millesimum annum hũc quidem dicere hoc futurũ eſſe, illũ uero nõ dicere. Quare ex neceſſitate erit qđlibet eorũ quod tunc uerum erat diceret. At uero neq. hoc differt, ſi aliquis dixerit contradictionem, uel nõ dixerit. Manifeſtũ eſt enim, quòd ſic ſe habẽs res, etiam ſi nõ hic quidem affirmauerit, ille uero negauerit. Nõ enim ꝓpter negare, uel affirmare, erit, vel nõ erit. nec ĩ milleſimũ annum magis quã in quantolibet tempore. Quare ſi in omni tẽpore ſic ſe habebat, ut unũ diceretur uere: neceſſe erat hoc fieri. & vnumquodque eorum quę fiunt, ſic ſemper ſe habebat, ut ex neceſſitate fieret. Quando enim uere dicit quis, quod erit, non poteſt non fieri, & quod factum eſt, uerum erat dicere ſemper quòd erit.*

71. Addidit quoq; aliud, quo magis id qđ dicitur, videatur incongruum. Omne.n. id quod prędicitur in futurum, ſi uere prędicitur, erit. Siquis.n dicat in præſenti tempore, hoc, animal quodlibet album eſt, uel magni corporis, & hoc uere pronunciet album & magnum illud animal eſſe neceſſe eſt. Ita & in futuro ſi quis uere dicat, ꝙ hoc animal cras album fiet, & corporis uaſtioris: neceſſe eſt cras utraque contingere, ut & album fiat, & corporis uaſtioris. Sin uero falſo aliquid p̄dicatur, neceſſe eſt non eſſe qđ dicitur, ſi ſit affirmatio. ut ſiquis affirmet falſo futurum nauale bellũ, neceſſe eſt non fieri, quod a falſa affirmatione prędicitur. At ſi ſit falſa negatio, neceſſe eſt fieri, quod falſa negatio futurũ non eſſe p̄dixit. ſin uero utraq; falſa ſunt, non erit ex neceſſitate quod dicitur, quia definite affirmatio falſa eſt: nec non erit ex neceſſitate quod dicit, quia definite eſt falſa negatio. Vnde fit ut utrumlibet quod eſt in reb. oĩno perimatur. vtraque.n. neceſſario ſunt, & ex neceſſitate contingunt; & eſt neceſſitas illa impoſſibilis. Nam ſiquis dicat cras futurum nauale bellum, aliuſq; neget, & pronunciet non futurum, ſi vtraq; ſint falſa, neceſſe quidem erit non eſſe cras nauale bellum, qm̃ affirmatio, quæ illud dicit futurum, falſa eſt. Rurſus neceſſe eſt eſſe cras nauale bellum. qm̃ negatio quæ dicit cras non futurum, ipſa quoq; mentitur. Quare neceſſe erit & eſſe nauale bellũ, & nõ eſſe, quod eſt impoſſe, & pręter cõem cogitationis naturam. Non eſt igitur verũ vtraſq; & ſimul. ſ. affirmationem negationemq; mẽtiri. Quæ ergo inquit contingunt inconuenientia, hæc ſunt, & hmõi. ſiquis dicat vel in his quę vlia ſunt, & vl̃r prędicantur, uel in his quæ ſingularia in propoſitionibus enunciantur, vnã neceſſario definite eſſe veram, definite eſſe alterã falſam, talia illum inquit inconuenientia conſequẽtur, & alia ſimilia. Hoc. ſ. dicens, de ſuperioribus argumentis, in quib. oſtẽdebat omnia ex neceſſitate contingere, ſiquis unam veram definite, alteram diceret definite mendacem. Quęnam vero aſſerat alia inconuenientia impoſſibiliaque concurrere, his qui vnam definite veram proponunt, hęc ſunt: ſiquis.n. proponat vnam eſſe veram, alteram eſſe falſam, tollit (vt ſupra dictum eſt) id quod eſt utrumlibet in rebus, & omnia eſſe vel fieri ex neceſſitate conſtituit, nihil a caſu, nihilque a propria volũtate. vnde fit vt neq; negociari ſit vtile, nec inire actum, quæ omnia conſilij ratione tractantur. ipſum.n. conſilium ſuperuacuum eſt, cum omnia quæcunq; futura ſint, neceſſe ſit euenire. quid.n. vnuſquiſq; dicat, ſi hoc faciã, illud mihi eueniet, atq; continget: ſi vero hęc, illa res eueniet: etenim nihil prohibet, quẽuis, illum affirmare aliquid eſſe faciendum, alium vero negare, cum omnia vi neceſſitatis eueniant. Nam ſi omnia quæ fiunt nunc, ante aliquis uere prædiceret, quis dubitat quin illa quæ facta ſunt, immutabili violentia neceſſitatis euenerint? Hoc eſt.n. quod ait, Quare ex neceſſitate erit quodlibet eorum quod tunc verũ erat dicere. Sed ne illud uideatur incongruum, ꝙ rerum euentum non ex ipſa rerum natura, ſed ex propoſitionũ veritate & falſitate iudicamus, ſcrupulum ipſe diſſoluit dicẽs. At vero nec hoc differt, ſi aliquis dixerit contradictionem, vel non dixerit. Ad tollendum.n. perimendumq; conſilium, quod nihil omnino homines oporteat conſiliari, parum valet aliqd ante prędici. ſiue.n. dicatur aliquid, ſiue non, quicquid vere prędici p̃t, illud etiam ſi non prędicatur, euenire neceſſe eſt. adcirco.n. vere prædicitur, quia uere prædici poteſt. idcirco uere prædici p̃t, quia immutabiliter futurũ eſt. quare futurum eſt, ſi prędicitur vere, nec tm̃ ſi prædicitur, ſed etiam ſi prędici vere poteſt. ſiue.n. prędicatur, ſiue non prædicatur, quicquid uere prędici poteſt, hoc ex neceſſitate futurum eſt. Manifeſtum eſt.n. inquit, ꝙ ſic ſe habeat res, ſiue vnus eam affirmet, & alius neget. ſi euentura eſt, nihil illi negatio officit. ſi euentura non eſt, nihil affirmatio prodeſt. Non.n. inquit ꝑp negare & affirmare erit uel non erit, nec hanc vim naturæ tempus mutabit. Eodem modo.n. euenient ea, quę poſt milleſimum annum euentura creduntur, his quę poſt quãtumlibet tempus ex neceſſitate futura ſunt. vñ ſi, vt ſi in omni tp̃e oĩa ſic ſe habeant, vt vnum definite verum dici poſſit, definite alterum falſum, omnia quæcunq; facta ſunt, vel fient, immutabili rerum ratione contingant. Hoc eſt.n. quod ait, neceſſe eſſet fieri vnumquodque eorum quæ fiunt. id eſt, ſi ſic ſe haberet, vt ex neceſſitate fierent omnia. & hoc ſuperiori argumentatione confirmat dicens. Quando enim vere dicit quis, quod erit, non poteſt non fieri, euentus enim neceſſitatem, neceſſitas ſequitur veritatẽ: & quod factum eſt, verum erat dicere, ſemper, quòd erit. veritas nanque propoſitionis ex rerum neceſſariis uenit euentibus.

*Quod ſi haec non ſunt poßibilia. Videmus enim eße principium futurorum, & ab eo quod conſultamus, atque agimus aliquid, & quoniam eſt omnino in his quæ nõ sẽper actu ſunt, poßibile eſſe, & non eße ſimiliter, in quibus utrũque cõtingit & eſſe & nõ eſſe, quare fieri & nõ fieri. Ac multa nobis manifeſta sũt ſic ſe habẽtia, ut quoniam hanc ueſtẽ poſſibile eſt incidi, & nõ incidetur, ſed prius exteretur. Similiter añe & nõ incidi poßibile eſt.*

*Non .n. eſſet eam prius exteri, niſi poſſibile eſſet nõ incidi. Quare & in aliis fiendis, quæcunq; ſecundũ potẽtiã huiuſmodi dicuntur. Manifeſtum igitur eſt, quoniam non omnia ex neceſſitate uel ſunt, uel fiunt, ſed alia quidem utrũlibet, et nõ magis uel affirmatio, uel negatio uera eſt: alia uero magis quidem, & in pluribus alterum, ſed contingit fieri & alterum, alterum uero minime.*

72. Longũ hyperbaton eſt, quod nos prius exponimus, poſtea cõtinuamus. Liquet .n. aliquarũ rerũ nos eſſe principiũ, vt actuum noſtrorũ. Si quis .n. aliquid conſilio faciat, quicquid cõſiliatione peregerit, eius rei ipſe principiũ eſt. A conſiliante .n. incipit, quicquid conſilii ſolertia miniſtratur. Sũt .n. quædã q̃ actu non ſunt, ſed poteſtate, quę poteſtas nõ fit ex neceſſitate .i. ut poſſit quidem fieri nõ tñ neceſſe ſit. vt hæc vel qualibet tunicã poſſibile eſt quidẽ ferro incidi, ſed nõ eſt neceſſe. fortaſſe .n. vtẽdo veteraſcet, & ipſo quotidiano ſoluetur attritu. Ergo pt quidẽ incidi, ſed forte incidet, ſed antequã incidi poſſit, exteritur. Rurſus pt fieri vt nõ uiuidatur, neque .n. exteri eam poſſibile eſſet, niſi prius eſſet poſſibile nõ incidi. quare poſſunt quidẽ quidã fieri, ſed ita contingit fortaſſe ut non fiant. Sunt igitur quidã poſſibilia nõ neceſſaria, & in aliis quoque q̃ fiũt eadem rõ eſt. Omne .n. quod fit a quolibet conſilio, ipſe qui cõſiliatur, illius rei principium eſt, non neceſſitas, & quęcunque ſunt poſſibilia, mutabiliter euenient. Quæ .n. ſm aliquã poſſibilitatẽ dicuntur, non eueniunt ſm neceſſitatem: vnde fit, ut manifeſtum ſit, ꝙ non omnia ex neceſſitate vel ſunt, vel fiunt, ſed quædã ſunt quę æquali mõ, vel fiunt, vel non fiunt, & hoc eſt vtrumlibet fieri. Alia vero in plurib. quidem fiũt, in paucioribus vero non fiunt. Et æqualiter quidem fiunt, ut egredientẽ domo amicũ videre. fit .n. hoc, & fit æqualiter. quędam vero frequentius fiunt, quam non fiunt, ut ſexagenariũ caneſcere frequentius fit, quam non fit. Et tñ ita hoc poteſt fieri, ut & non fieri impoſſibile non ſit. Hoc .n. eſt quod ait. Alia vero magis quidem & in plurib. alterũ, ut caneſcere in plurib. ſexagenarius, q̃ non caneſcere. Sed cõtingit fieri & alterum .ſ. ut non caneſcat. alterum vero minime .ſ. ut caneſcat. Eſt aũt hyperbaton hoc mõ. Quod ſi hęc impoſſibilia. videmus .n. ꝙ ſumus aliquib. ipſi principium, & quæcunque poſſibilia ſunt, fieri poſſunt, & non fieri. Si igit poſſibile eſt & vt ſint, & non ſint, manifeſtum eſt, nõ omnia ex neceſſitate contingere, ſed alia ęqualiter, alia vero euenire quidem in plurib. in paucioribus vero non euenire, ſed ut non eueniant, neceſſe non eſt.

*Igitur eſſe quod eſt, q̃do eſt, & non eſſe quod non eſt, q̃do non eſt, neceſſe eſt. Sed non omne quod eſt, neceſſe eſt eſſe, nec omne quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe. Non .n. idem eſt omne quod eſt, neceſſario eſſe, quãdo eſt, & ſimpliciter eſſe ex neceſſitate. Similiter autẽ & in eo qđ nõ eſt. Et in contradictione eadem ratio eſt, eſſe quidẽ uel nõ eſſe omne, neceſſe eſt, & futurũ eſſe, uel non. Non tamen diuidentem dicere alterum neceſſarium. Dico autẽ ut neceſſe eſt quidem eſſe futurum bellum nauale cras, vel nõ futurum eſſe. Sed non neceſſe eſt futurum eſſe cras bellũ nauale, uel non futurum eſſe. Futurum autem uel eſſe, uel non eſſe, neceſſe eſt.*

73. Nunc quid ſit neceſſarium temporale deſcribit. Ait .n. omnis res quando eſt eam ſine dubio eſſe neceſſe eſt. Non enim fieri põt, ut cum eſt, non ſit. Et rurſus res quæ non eſt qñ non eſt, eam non eſſe neceſſe eſt. neque .n. fieri põt, vt qñ non eſt, ſit: ſed ſi qñ eſt, ea eſſe neceſſe eſt, id eſt, nõ ſimplex neceſſarium, ſicut Solem oriri ſimpliciter; ſed tpaliter neceſſarium, ut ſedeo, non idcirco ſimpliciter & ſine tpis pſentis deſcriptione ex neceſſitate eſt. Qñ .n. ſedeo, non põt fieri vt non ſedeam, & neceſſe eſt mihi tũc ſedere cũ ſedeo ſed ipſum ſedere mihi, non ex neceſſitate ineſt. poſſũ enim ſurgere. Rurſus cum non ſedeo, tunc mihi neceſſe eſt nõ ſedere. ſed ipſum nõ ſedere, mihi ex neceſſitate nõ ineſt. poſſum .n. ſedere. ergo qđ eſt, qñ eſt, ex neceſſitate eſt: & quod non eſt, tunc cum non eſt, fieri, ut non ſit, non poteſt. Non tamen omnia quæcunque ſunt, aut non ſunt: aut ex neceſſitate ſunt, pręter tpis præſentis nuncupationem: aut ex neceſſitate non ſunt nulla mentione pręſentis tpis facta. Quare nõ eſt inquit idem temporaliter neceſſarium eſſe, ut eſt mihi cum ſedeo, & ſimpliciter ex neceſſitate eſſe, vt homini mortalitas. nec idem eſt, cum non eſt neceſſario non eſſe ut mihi cum non ſedeo non ineſt ſedere, & quod ſimpliciter ex neceſſitate non habeo, ut tres oculos, uel immortalitatem atq; hoc eſt quod ait, Similiter autem & in eo quod non eſt. hoc aũt cur dixit ſequitur, & in cõtradictione eadẽ ratio eſt, eſſe quidẽ uel non eſſe omne neceſſe eſt, & futurũ eſſe uel nõ eſſe. Similis eſt inquit ratio in contradictionib. contingentibus, & in his quę cum ſunt, ſm tempus neceſſaria ſunt, ſimpliciter autem neceſſaria nõ ſunt. Nam in futuris & in contingentibus contradictionib. totã quidẽ cõtradictionẽ neceſſe eſt unam uerã habere partẽ, alterã falſam. ut ſiquis affirmet cras bellũ nauale futurum, id ergo nõ eſt neceſſe. & rurſus ſiquis neget non futurum, eſt quidem aut eſſe, aut non eſſe neceſſe, ſed non eſt neceſſe eſſe, nec rurſus neceſſe eſt non eſſe, ſed tantum aut non eſſe. Idcirco tota quidem contradictio, vnam habebit partem uerã, alteram falſam, ſed nõ erit ipſorum una definite uera, falſã altera definite. In pręteritis .n. ſic dicimus. Romulus Romã condidit. Romulus Romam non condidit, una quidem uera eſt, altera falſa. ſed in his definite uera eſt affirmatio, definite falſa negatio. Nam quia qđ factum eſt, fieri ut factum non ſit, non poteſt, ideo definite in pręterito contradictio verã vel falſa eſt. In futuris vero propoſitionib. non idem eſt, in his .ſ. quę contingentia ſignificant, ut ſi dicam Philoxenus cœnaturus eſt. Philoxenus cœnaturus nõ eſt. In tota quidẽ cõtradictione, vna vera eſt, altera falſa. ſed nullus põt diuidere, vt dicat aut affirmationem conſtituere & definite veram eſſe, aut negationem. Ante enim quam cœnet, indefinitum eſt & variabile an cœnet. poſtquam vero cœnauerit præteritũ definitur. igitur aut eſſe, aut non eſſe aliquid in futuris contradictionibus neceſſe eſt. Vt autem vnum fiat, & unum non fiat, non eſt neceſſe. in quo igitur ſimilitudo eſt contingentis contradictionis & temporalis, neque ſimplicis neceſſitatis? In eo .ſ. quia ſicut neceſſe eſt eſſe quod eſt, qñ eſt, non tamen ſimpliciter neceſſe eſt eſſe qđ eſt pręter temporis adiectionẽ: ita ĩ cõtradictione cõtingẽti, affirmationẽ quidẽ uel negationẽ verã eſſe neceſſe eſt non tñ uel affirmationẽ ſimpliciter ac definite verã, uel negationem, ſed vtramlibet, & quam certę ueritatis conſtituerit euentus.

*Quare, quoniã ſimiliter orationes ueræ ſunt, quemadmodum & res, manifeſtũ eſt, quoniã quæcunque ſic ſe hñt, et utrumlibet ſunt, & cõtraria ipſorum contingant, neceſſe eſt ſimiliter ſe habere & cõtradictionem, qđ contingit in his quæ non ſemper ſunt, & non ſemp non ſunt. Horũ .n. neceſſe eſt alterã partem cõtradictionis verã eſſe vel falſam. Non tamen hoc uel illud, ſed vtrũlibet, & magis quidem alteram uerã, nõ tamen iã uerã vel falſam. Quare manifeſtum eſt, quoniã nõ eſt neceſſe omnis affirmationis & negationis oppoſitarum hanc quidem verã, illã uero falſam eſſe. Neque .n. quemadmodum in his quæ ſunt, ſic ſe res habet etiam in his quæ non ſunt, poſſibilib. tamẽ eſſe, uel non eſſe: ſed quemadmodum dictum eſt.*

74. Habent in. ut quandã cognationem res, & illa quę res ipſas propria ſignificatione deſignãt: Quare & oratio quę deſignat aliq; ſignificat rem, ſic ſe habebit, quemadmodum res ipſa eſt. Ergo ſi res non fuerit, falſa oratio eſt. ſi res fueris, uera oratio eſt, & ſi uera vel falſa oratio eſt, erit id qđ dicitur vel non erit, vt ſibi res & orõ conuertantur. Ergo ſi res conſtituta non ẽ, nec definita neceſſitate pueniens, nec

illa oratio, quæ rem ipſa deſignat, definitę eſt veritatis. Ergo in quib. reb. poſſe eſt non modo eſſe, ſed & non eſſe contingere: in his affirmatio & negatio utrumlibet ſeſe hẽt, & quẽadmodum rem ipſam, & eſſe & non eſſe contingit: ita quoq; contradictionem & veram & falſam eſſe indefinite proueniet. Hoc aũt in quib. fiat, ipſe declarat, ait.n. In his q̃ non ſemper ſunt, & non ſemper nõ ſunt: ſola.n. ſunt quæ & eſſe & non eſſe contingunt, quæ non ſemper ſunt, & non ſẽper non ſunt: ſi.n. ſemper eſſent, ſtatus eorum mutari nõ poſſet, atq; ideo ex neceſſitate eſſent, ſi ãt ſemper non eſſent, eas non eſſe, neceſſe eſſet. Etenim ſicut ipſa natura rerũ euenientium eſt uaria: ita quoq; altera pars contradictionis hãbet variabilem veritatem, & ſemper quidem vera vel falſa eſt, non tamen vna definite, vt hoc verum ſit determinate, aut illud ſed vtrumlibet. Et ſicut ſtatus ipſe rerũ mutabilis eſt: ita quoq; veritas aũt falſitas propoſitionum dubitabilis ſit, & eueniet quidem, vt in aliquib. frequẽtius vna ſit vera, non tamen ſemper. & vt vna rarius uera, nõ tamen eam falſam eſſe neceſſe ſit ſemper: quod per hoc demonſtrauit, qđ dixit, & magis quidem veram alterãm, non tamẽ iam ueram, uel falſam. Concludit igitur totam de futuris contingẽtibus propoſitionib. q̃õnem, & ait. Manifeſtum eſt, non neceſſe eſſe oẽs affirmationes & negationes definite ueras eſſe. ſed deeſt definite, atq; ideo ſubaudiendum eſt. Illarum .n. quę contingentes & futurę ſunt, nunq̃ definite vna uera eſt, altera falſa. Neq; .n. inquit quemadmodum in his q̃ ſunt ſic ſe habet in his quæ non ſunt, poſſibilib. tñ eſſe, uel non eſſe: ſed quemadmodum dictum eſt. illa etenim quæ ſunt p̃ſentis temporis, ſicut ipſorum eſſe definitum eſt, ita quoq; de his definita eſt propoſitionum veritas falſitaſque. Illa vero quæ non ſunt quidem, pñt tñ eſſe, & non eſſe, & ita futura ſunt, vt non ex neceſſitate proueniant, ſed pñt ita eſſe, vt ẽt poſſint & nõ eſſe, in his hoc modo ſe habebit contradictio quemadmodum dictum eſt. Dictum aũt eſt, q̃ eſſe quidem, vel non eſſe, oẽ neceſſe, & eſt futurum eſſe, vel nõ eſſe neceſſe eſt. Non tñ iam diuiſe definite alterum eorum eſſe eſt. erant autem quatuor diuerſitates, vt aut vtræque veræ eſſent, quod ſuſtulit per hoc quod ait. Vtræque.n. non erunt ſimul in talibus aut vt vtræque falſæ eſſent, quod per hoc euertit quod ait, At vero nec quod neutrum verum eſt, contingit dicere aut vt vna vera definite, altera falſa definite eſſet, quod illa argumentatione deſtruxit, per quam oĩa ex neceſſitate docuit euenire, ſi hoc admitteretur. Quod ſi res illę minime ſunt, conſtat vnam quidem veram eſſe, aliã vero in contradictione mendacem. ſed ſicut res ipſę mutabiliter & indefinite futuræ ſunt: ita quoque enunciationes variabili nec definita veritate, & falſitate proferuntur.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Editionis primæ, ſeu commentariorum minorum in librum Ariſtotelis de interpretatione.

### LIBER SECVNDVS.

### DE COPIA ENVNCIATIONVM. Et æquiualentia.

*QVONIAM autẽ eſt affirmatio de aliquo ſignificans aliquid. Hoc aũt eſt vel nomen, vel innominatum. Vnum autem oportet eſſe & de uno, id quod eſt in affirmatione. Nomen autem dictum eſt, & innominatum prius. Non homo.n. nomen quidem non dico, ſed nomen infinitum. Vnum enim ſignificat quodammodo infinitum nomen. Quẽadmodum & non currit, non verbum dico, ſed infinitum uerbum. Erit omnis affirmatio & negatio, vel ex nomine & uerbo, vel ex infinito nomine & verbo. Præter uerbũ autem nulla affirmatio, uel negatio eſt. Eſt.n. uel erit, vel fuit, uel fit, vel quæcunque alia huiuſmodi uerba, ex his ſunt quæ ſunt poſita. Conſignificant enim tempus.*

75. Poſtquam de præteriti, ac pręſentis, futuri etiam tpis veritate & falſitate diſſeruit: nunc vim ſimplicis, & pręedicatiuæ propoſitionis informat dicens, Qm̃ ſimplex affirmatio vna rem de una ſignificat. i. de vno ſubiecto unum pręedicat. ſubiectum ãt illud, aut nomẽ eſt, aut quod apud ueteres quidem fuit innominatum, ab Ariſt. vero infinitum nomen vocatum eſt: prius.n. dictum eſt, q̃ homo nomen eſſet, non hõ vero innominatũ quidẽ apud antiquos, ſed nunc infinitum nomen. Qm̃ igitur manifeſtum eſt unum de uno prædicare ſimplicẽ propõnem, oĩs erit propõ ſimplex, aut ex nomine & uerbo, aut ex infinito noĩe & verbo. Quod ãt dixit, Non hõ.n. nomen quidẽ non dico, ſed infinitum nomẽ, hmõi eſt: Nomen inquit oĩa definita ſignificat, non hõ vero, q̃uis vnũ quodlibet eorum deſignare poſſit, quę hoĩes non ſunt, tñ quid deſignet infinitum eſt & dubiũ. Nam cum multa ſint, q̃ hoĩes non ſunt, & unum quodlibet eorum ſignificare poſſit, quid ſignificet ignoratur, ſicut .n. non currit non eſt verbũ ſimpliciter, ſed infinitũ verbum: ita noĩa cũ negatione non ſunt nomina, ſed infinita noĩa. Erunt igitur in propoſitionibus ſubiecta, aut noĩa, aut infinita noĩa. præter uerbum aũt nulla eſt affirmatio uel negatio. planiſſime docuit quæ pars orationis in ſimplici propoſitione obtineat principatum. Nam ſi p̃ter uerbũ fieri ſimplex propoſitio non põt; conſtat oẽm uim ſimplicis propoſitionis verba complecti. Omnis ãt propoſitio aut eſſe, aut fuiſſe, aut futurum eſſe, aut hmõi aliquid habebit. Nam qui dicit currit, currens erit. Si ergo omnis propoſitio, aut eſſe, aut fuiſſe, aut futurũ eſſe, aut aliquid hmõi, vt ſit enunciatio, retinebit: manifeſtum eſt, q̃ p̃ter verbum eſſe non poſſit. Hæc.n. id eſt fuit, vel eſt, aut futurum eſt; uerba ſunt, vt ex his cognoſci poſſit, quę ſunt ſuperius poſita atque confeſſa, cum diceremus, uerba eſſe q̃ conſignificarent tempus. Etenim eſt, & fuit, & cætera ſignificationem temporis ſecum trahunt.

*Quare prima erit affirmatio & negatio, eſt homo non ẽ homo: deinde, ẽ nõ hõ, non eſt non hõ. Rurſus, eſt omnis homo, non eſt omnis homo, eſt omnis non homo, non eſt omnis non homo. Et in extrinſecus temporibus eadem eſt ratio.*

76. Simplicium exempla propoſitionum appoſuit. ſimplices autem ſupra diximus eſſe propoſitiones, quę duobus terminis iungerentur. Quare, qm̃ oẽ definitum prius eſt infinito nomine, & non homo non eſt nomen, ſed infinitum nomẽ, homo vero finitum, recte priores eas propoſitiones, quæ ex definito ſunt nomine, in eorum pronunciauit exemplis. ait .n. Quare prima eſt affirmatio & negatio eſt homo, non eſt hõ. Deinde infiniti nominis affirmationes & negationes ſubiunxit dicens, eſt non homo, non eſt nõ homo. Et poſt hæc uniuerſalitatem iungens eaſdem rurſus iterat propõnes. Et prius illas proponit, quę ex finito nomine ſunt, ſecundo uero loco eas, quę ex infinito nomine proponũtur. Vnde fit, vt illud intelligere neceſſe ſit, illas quantitates, quæ uies, & particulares determinant in terminis non haberi. Nam cum duorum terminorum propoſitio ſola ſimplex ſit, inter ſimplices, huiuſmodi numerat propoſitionem, quę dicit, eſt omnis homo cum tres ſint partes orationis, quare determinationes non numerantur in terminis. Eodem modo dicit eademque ratione in extrinſecus temporibus ſimplices fieri propoſitiones, ut eſt, fuit homo, non fuit homo, fuit non homo, non fuit non homo. Et in aliis quoque temporibus idem modus eſt. Extrinſecus uero tempora vocat, quæ ſunt p̃ter præſens, i. pręteritum & futurum. ſed hic de his ſo-

lis

lis propoſitionib. locutus eſt, q̃ vnum ſubiectum habent, alterũ prędicatum: nũc de his loquetur, q̃ vnum habent ſubiectum, & duo ꝑdicata. An vero hę quoq; ſimplices ſint, in ſecundę editionis expoſitione dicendum eſt. Nunc vero pręter demonſtrationem, eſſe ſimplices intelligamus.

*Quando autem eſt tertiũ adiacens prędicatur, dupliciter tunc dicũtur oppoſitiones. Dico aũt, ut eſt iuſtus homo eſt, tertiũ dico adiacere nomen uel verbũ in affirmatione. Quare quatuor erũt iſtæ, quarũ duæ quidem ad affirmationem & negationem ſe habebunt ſecundum cõſequentiã, ut priuationes, duę vero minime. Dico aũt quoniã eſt, aut iuſto adiacebit, aut nõ iuſto, quare et negatio. Quatuor ergo erunt. Intelligimus vero qđ dicitur ex his quæ ſubſcripta ſunt. Eſt iuſtus homo. Huius negatio, Non eſt iuſtus homo. Eſt non iuſtus homo. Huius negatio; non eſt non iuſtus homo. Eſt. n. hoc loco & nõ eſt, iuſto, & non iuſto, adiacet, Hæc igitur, quemadmodũ in reſolutorijs dictum eſt, ſic ſunt diſpoſita. Similiter autem ſe habent, & ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio, vt omnis eſt homo iuſtus, Negatio, non omnis eſt homo iuſtus. Omnis eſt homo non iuſtus. Non omnis eſt homo non iuſtus. Sed non ſimiliter angulares contingit ueras eſſe. Contingit autem aliquando.*

17 Vnum ſubiectum, & duo prædicata, quemadmodũ poſſint eſſe in propoſitione cõmemorat. Si. n. hoc modo ſit, vt dicamus, eſt iuſtus hõ, eſt & iuſtus prædicatum, homo vero ſubiectũ eſt. Nunc. n. non illud aſpiciamus, quid prius quid poſterius dictum eſt. Sed qm̃ vniuerſalius eſt iuſtum eſſe q̃ hoĩem; pt. n. iuſtus eſſe & qui homo non eſt, vt Deus; & rurſus pt eſſe ſimpliciter & qđ homo non eſt, idcirco eſt atq; iuſtus, q̃q̃ primo dicãtur in eo qđ eſt, eſt iuſtus homo: tñ qm̃ vniuerſaliora ſunt, non de his homo, ſed hęc de homiñe ꝑdicantur, & his homo ſubiectus eſt. Ex his igitur duplicem fieri oppoſitionẽ dicit, & quatuor propoſitiones, quarũ ſubter exempla ſubiecit addẽs. Dico autẽ, qm̃ eſt aut iuſto adiacebit, aut non iuſto. Siquis. n. dicat faciens duas affirmationes, eſt iuſtus homo, eſt non iuſtus homo: hæc cũ duę affirmationes ſint, duas habebunt negationes. Nam ſi verbũ eſt in hac propoſitione q̃ dicit, eſt iuſtus homo, ad iuſtum poſuimus, & in hac rurſus propoſitione q̃ dicit, eſt non iuſtus hõ; & rurſus ad non iuſtum idẽ eſt verbum iunximus, qm̃ negationis oppoſitionem efficit cum eſt verbo iuncta negatio, id eſt non: manifeſtum eſt, qm̃ id qđ dicit non eſt, ad iuſtum rurſus, & ad non iuſtum adiungendum ẽ, vt negationes ſiant huiuſmodi, non ẽ iuſtus homo, non eſt non iuſtus homo. Recte igitur dixit, Quare ſi ẽ iuſto & non iuſto adiacebit, etiam negatio iuſto & non iuſto adiacebit. Sunt autem in propoſitiones quas dicit, quatuor: hæ, ẽ iuſtus homo, in hac affirmatione ad iuſtum, verbum ẽ adiunximus, huius eſt negatio, non eſt iuſtus homo. In hac quoq; negatione q̃ dicit non ẽ, ad iuſtum rurſus adiunximus. Iterum, eſt non iuſtus homo. In hac eſt ad non iuſtum iungitur, huius eſt negatio, non eſt non iuſtus homo. etiam in hac quoque negatione q̃ dicit non eſt, ad non iuſtum ponitur. Qđ vero ait, Dico autem, ut eſt iuſtus homo. eſt tertium adiacere his nomen vel verbum in affirmatione huiuſmodi eſt. Tertium inquit dico. i. adiacere verbum eſt, Homo, n. & iuſtus duo ſunt, quibus adijcitur verbum eſt. Idcirco autẽ dixit nomen vel verbum, quia ſuperius quoq; docuit ipſa verba nomina eſſe, eo. ſ. loco vbi ait, ipſa quidem verba ſecundum ſe dicta nomina ſunt. Quod autem ſequitur continet difficillimum ſenſum, quẽ ipſe ſolita breuitate perſtrinxit. In medio nanq; totius ſenſus addidit, Quare idcirco quatuor iſtę erunt, quarum duę ad affirmationẽ & negationem ſeſe habebũt ad conſequẽtiam, vt priuationis, duæ vero minime. Huius ſentẽtię multiplex expoſitio ab Alexandro & Porphyrio, Aſpaſio quoq; & Hermino proditur, ĩ quib. qđ excellentiſſimus expoſitorum Porphyrius dixerit, alias dicemus. Qm̃ vero ſimplicior explanatio Alexandri eſſe uidetur, eam nunc pro breuitate ſubiecimus. Priuatorię propoſitiones ſunt, q̃cunq; ꝑdicant priuationẽ. Priuatio autẽ eſt, vt ſiquis dicat iniuſtus, priuat. n. hoĩem iuſtitia. Ergo affirmatio priuatoria eſt q̃ dicit, homo eſt iniuſtus. Negatio rurſus priuatoria eſt, non eſt homo iniuſtus. Sed neq; illa in ſignificatione plena affirmatio eſt (aliquid. n. tollit) ſed priuatoria affirmatio, qm̃ formam quidẽ affirmationis tenet, ſed priuationẽ ꝑdicat, & aliquid ab eo cui priuationẽ copulat, abiungit, vt in propoſitione, eſt iniuſtus homo ab homine iuſtitiam. Nec his rurſus pura negatio eſt. Fugãs. n. priuationem, vt in ea q̃ eſt, non eſt homo iniuſtus, habitum retinet. i. iuſtitiam. Sed qm̃ qđ affirmatio ꝑdicabat, hoc aufert negatio, licet habeat talis negatio, quaſi reponendi habitus ſignificationem: tñ quia ipſa priuationẽ ſubtrahit, priuatoria negatio nominatur. Ergo nunc hoc dicit. Cum ſint inquit quatuor propoſitiones, quarum duę ex finitis nominibus ſunt, vt eſt iuſtus hõ, non eſt iuſtus homo: duę ex infinitis nominib. vt eſt non iuſtus homo, non eſt non iuſtus homo. Duæ inq̃t hæ, quarum vna affirmatio eſt, habẽs infinitũ nomẽ, vt eſt non iuſtus hõ, & vna negatio habẽs rurſus infinitũ nomẽ, vt non ẽ non iuſtus homo, ſic ſe habẽt ad affirmationẽ & negationẽ. i. eãdẽ formam retinẽt affirmationis & negationis, & ſimiles ſunt ad affirmandum aliq̃d vel negãdum, his q̃ ſunt priuatorię. Nam quemadmodum priuatoria q̃ dicit, eſt iniuſtus homo, non ſolum affirmatio eſt, ſed priuatoria affirmatio: ita quoq; ea q̃ dicit, eſt non iuſtus homo non ſolum eſt affirmatio, ſed cum infinito nomine, & cum aliqua priuatione affirmatio. Idẽ. n. valet ad intelligentiam qđ dicitur iniuſtus, tanq̃ ſi dicat non iuſtus. Et rurſus quẽadmodum non eſt iuſtus homo, non eſt ſolum negatio, ſed priuatoria negatio, qm̃ q̃q̃ det habitum, tñ priuationẽ negat: ita quoq; & ea q̃ eſt ex infinito nomine, non eſt non iuſtus homo, non ſolum eſt negatio, ſed ex infinito facta nomine infinitum negans. Quia igit infinitum negat, & ſubiectum infinito negando priuat, priuatorię ſimilis eſt. Nam ſi idẽ valet iniuſtum eſſe, qđ non iuſtum, idẽ valebit non eſſe iniuſtum, qđ non eſſe non iuſtum. Igit hę duæ q̃ infinitum nomen habent, quantum ad ſpeciẽ formamq; affirmationis & negationis ſimiliter ſe habẽt his, q̃ ſunt priuatoriæ affirmationes. Duę vero illæ q̃ ſimplex definitumq; ꝑdicãt nomen, ab omni ſimilitudine priuationum ſeclusę ſunt. Nihil. n. ſimilis eſt illa q̃ dicit, eſt iuſtus homo, ei q̃ dicit, eſt iniuſtus homo, cum vtræque ſint affirmationes, ſed illa eſt ſimplex, illa priuatoria. At vero ea q̃ dicit, non ẽ iuſtus homo, ad eam q̃ dicit, non ẽ iniuſtus homo, nulla rationis ſimilitudine coniũgitur, cum ſint vtraeq; negationes, ſed illa ẽ ſimplex, illa priuatoria. quare duae quae ex infinito nomine ſunt, ſimiliter ſeſe hñt, quemadmodum priuationes, ſimilis nanq; affirmatio eſt, ea quae dicit, eſt non iuſtus homo, ei quae dicit, eſt iniuſtus homo. Et rurſus ea quae dicit, non eſt non iuſtus homo ei, quae dicit, non eſt iniuſtus homo. priuationes vero ſimplicibus propoſitionibus, & his quae ex finitis nominibus ſunt, non coniunguntur. Neq;. n. q̃ſquã dixerit eam quae dicit, eſt iuſtus hõ, eſſe cõparẽ ei, quę dicit, eſt iniuſtus homo nec vero eam quę dicit, non eſt iuſtus homo, poſſe aliq̃d cõparari cum eã, quæ dicit, non eſt iniuſtus homo. Recte ergo dictum eſt, de his quatuor propoſitionibus duas ad affirmationẽ & negationem ita ſe hẽre, vt ſunt priuationes: Duas uero eſſe ſimplices, & præter aliquam priuationum ſimilitudinem. Quod autem ait, ad conſequentiam, tanquam ſi dixiſſet ad ſimilitudinẽ, ita dẽt intelligi. Quę. n. ſibi ſunt ſimilia, a ſe quodammodo non recedũt, & ſe inuicẽ conſequuntur. Deſcribãtur ergo duę prius ſimplices propoſitiones, poſt has duę priuatoriæ, poſtremo quae infinitis nominibus conſtant, vt affirmationes ſub affirmationib. negationes ſub negationibus conſtituãtur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Affir. | Eſt iuſtus hõ. | Non eſt iuſtus homo | Negatio |
| Affir. | Eſt iniuſtus homo | Non eſt iniuſtus hõ | Negatio |
| Affir. | Eſt non iuſtus hõ. | Nõ eſt nõ iuſtus hõ | Negatio |

Sed hę,inquit,ita ſunt diſpoſitę, eandē ad ſe ſimilitudinē gerunt,quemadmodum in analyticis, id eſt reſolutorijs dictum eſt.Scripſit āt duos reſolutorios libros,de ſyllogiſmo. In quorum primo de propoſitionum ex finito nomine, & infinito conſequentia diſſeruit. Eſt vero ſimilitudo affirmatiuæ quidē ſimplicis ex finito noīe,& negatiuę eius quę hēt infinitum nomen. Nanq; ea quæ dicit,eſt iuſtus homo; affirmatio, ei ꝙ dicit, non eſt nō iuſtus hō negationi ſimilis eſt. Negatio quoq; ſimplex finiti noīs, affirmationi infiniti nominis conuenit. Ea.n.quę dicit, non eſt iuſtus hō,ſimilis eſt ei ꝙ dicit, eſt non iuſtus hō. Sed quemadmodum iſtę ſibi ſint ſimiles,& qūo in conſequentia proprium teneant ordinem,nunc quidē exequi diſtulimus: paulisper tamen deſcribanī,vt earum ꝗdam proprietas oſtendatur.Sit.n.affirmatio finiti nominis & ſub ea negatio nominis infiniti.Sit itē negatio finiti nominis,& ſub ea affirmatio nominis infiniti.

Affir. Eſt iuſtus homo. Non eſt iuſtus homo. Negatio.

angu lares

angu lares

Negatio. Nō eſt nō iuſtus hō. Eſt nō iuſtus homo. Affir.

In hac igit deſcriptione negatio ex infinito nomine ſub affirmatione finiti nominis ponitur,& rurſus affirmatio infinitis noīs ſub negatione finiti: quarum angulares,qm̄ ſunt indefinitę,omnes ſimul in omnibus veræ eſſe poſſunt niſi ī his tm̄ quæ naturaliter inſunt,aut naturaliter ineſſe nō poſſunt.vt ſiqs dicat,eſt hō animal,nunq̄ cum hac vera eſſe pt illa,quę dicit,eſt homo non animal,quæ eſt angularis,idcirco qm̄ animal naturaliter in ſubſtantia hoīs perſpicitur inhęrere.Rurſus ſiqs dicat. eſt homo lapis,eſt homo non lapis, ne hæ ꝗdem ſimul veræ eſſe poſſunt.Idcirco ꝙ lapide īneſſe homini naturaliter impoſſibile eſt. Quod ſi huiuſmodi ſunt,quę non inſint naturaliter, ſed ineſſe poſſint, vt in his quæ ſupra poſuimus exemplis,angulares veræ ſunt ſemꝑ. Pōt.n.vera eſſe & ea quę dicit,eſt iuſtus homo:& ea quæ dicit,eſt nō iuſtus homo.Rurſus poteſt vera eſſe quę dicit, non eſt iuſtus homo,ſi hoc de Sylla dicatur,& ea quę dicit, non eſt non iuſtus homo, ſi hoc de Catone prædicetur. In his igitur quę ſunt indefinitę,ſi ea quę prędicantur naturaliter non inſunt, ſed ea ineſſe poſſibile eſt,ſemper angulares ſimul veras eſſe contingit.Quod ſi huiuſmodi propoſitiones cum definitione ponamus, ita dicendum eſt,eſt omnis homo iuſtus,huius negatio, non eſt omnis homo iuſtus, Rurſus,eſt omnis homo non iuſtus, huius negatio, non eſt omnis homo non iuſtus,quæ diſponantur hoc modo,vt negatio ſub affirmatione ſit, & ſub negatione affirmatio.

Affir. Eſt omnis homo iuſtus: Non eſt omnis homo iuſtus. Negatio.

nō eſt ſimul

veræ veræ

Negatio. Non eſt omnis homo non iuſtus: Eſt omnis homo non iuſtus. Affir.

In his ergo quandam diſſimilitudinem monſtrat.Nam in indefinitis,ſi ea quę ꝓdicanī, naturaliter non ineſſent,eſſe tñ in ſubiectis poſſent:ſemp angulares ſimul veras eſſe ſine dubio contingebat.Nam & affirmationes affirmationib. & negationes negationib. conueniebat.In his āt,quę cū definitione quantitatis dicunī, non idem modus eſt.Affirmationes.n.affirmationib. nulla rōne iunguntur. Nam ſi uera ſit ea quę dicit,eſt omnis homo iuſtus,nūquam uera eſſe poteſt ea quæ dicit,eſt omnis homo non iuſtus, quæ eſt angularis, & hoc diſcrepare in nullo reperieī exemplo.Negationes aūt particulares,quæ sūt ſibi angulares, ſimul ueras eſſe cōtingit.Pōt.n.verū eſſe in his, quę naturaliter nō ſunt; & poſſibilia ſunt ineſſe, vt negatio particulari negationi particulari,ei quę eſt angularis conueniat,ut ea quę eſt, nō eſt oīs hō iuſtus,ei quę eſt angularis conueniat, non eſt oīs hō nō iuſtus,ſed hoc diſſimiliter ꝙ in indefinitis. Nam in illis & ea quæ dicit,eſt iuſtus homo,ei quę dicit,eſt nō iuſtus homo,angulari.ſ.conueniebat. Rurſus ea quæ dicit,non eſt non iuſtus homo,ei quę eſt, nō eſt iuſtus homo,angulariter poſitę congruebat.In his aūt.i.ſm ꝗtitatem definitis, affirmationes ꝗdem duę vniuerſales,quę ſunt,eſt oīs homo iuſtus, & eſt oīs homo non iuſtus, nunq̄ ſimul veræ eſſe poſſunt;angulares aūt negationes quæ particulares ſunt.i.non eſt oīs homo iuſtus, & non eſt oīs homo non iuſtus; in his quę & eſſe,& non eſſe poſſibilia sūt,ſimul veræ ſunt.Non ergo ſimiliter in his quæ ſunt definitę; angulares ſibimet congruunt,vt in his quę definitę ſunt. Quod ꝑ hoc demonſtrat,qđ ait.Sed non ſimiliter angulares contingit veras eſſe.In illis.n.ſibimet utręq; conſentiunt angulares, in his āt angulares ꝗdem affirmatiuas nunq̄ ſimul veras eſſe contingit.Alias uero angulares,quę ſunt particulares negationes, contingit aliqñ.Hoc.n.ipſius declarant verba dicentis,Sed non ſimiliter angulares contingit veras eſſe: contingit aūt aliqñ. Non ſimiliter quidem contingit veras eſſe,idcirco ꝙ affirmationes vniuerſales angulares verę nunquam ſunt, quod in his quæ indefinitæ ſunt, contingebat.Contingere autem aliquando dixit cum angularium,quæ ſunt particulares negationes,facimus comparationem, ſi ea quę ꝓdicanī non ſint naturalia ſubiectis,ſed tamen ineſſe poſſibilia.

*Hæ igitur duæ oppoſitæ ſunt, aliæ autē ad id quod eſt, non homo,quaſi ſubiectum aliquod additum: vt, ē iuſtus non hō, non eſt iuſtus non homo. Eſt non iuſtus non hō, non eſt non iuſtus non homo. Magis autē plures his non ſunt oppoſitiones,hæ autem extra illas, ipſa ſec undum ſe erunt,ut nomine utentes eo,quod eſt non homo.*

78.Alias nobis rurſus eſſe propōnes oñdit.quarum alijs quidē non ꝓdicatū,ſed ſubiectū infinitū ſit,alijs utrunq;. Siqs.n.dicat,eſt iuſtus non hō,qm̄ non hō ſubiectum eſt,& eſt infinitum nomē,vocaī propō facta ex infinito ſubiecto: idem eſt & in negatione,quæ eſt,non eſt iuſtus non hō. At vero ſunt alię propōnes,ꝗ & ex prædicato & ex ſubiecto infinitis eſſe videantur,vt eſt cū dicimus, eſt non iuſtus non hō, non eſt non iuſtus non hō.In his.n.non iuſtus ꝓdicatum eſt, non hō ſubiectū.Sed vtraq; ſunt infinita.vnde ſit, ut in his propoſitionib.in quib.eſt verbū tertiū prędicatū,magis plures propōnes,ꝗ hæ quę dictæ ſunt,inueniri non poſſint.Aut.n.ex vtriſq; erit finitis,prædicato.ſ.& ſubiecto,vt eſt hō iuſtus,non eſt hō iuſtus, aut ſolū ꝓdicatū hēbit infinitum, vt eſt non iuſtus hō,non eſt non iuſtus hō:aut ꝓdicatum quidē finitum erit,infinitum vero ſubiectū, vt eſt iuſtus non hō, non eſt iuſtus non homo:aut & prædicatum & ſubiectum infinita proponantur,vt eſt non iuſtus nō hō,non eſt non iuſtus non hō.vltra āt propōnes,in quib.eſt verbū tertium ꝓdicatū ſit,inueniri non pñt.Sed hę,ꝗ ſubiectum infinitū habent,vel utrunq; infinitū,ꝑter illas ſuperiores sūt, ꝗ aut ꝓdicatum infinitum hñt,āt utraque finita:atq; ideo extra illas eſſe dicuntur,& nullam ad eas conſequentiam ſeruant, & eſt ita poſitum in ea propoſitione quę dicit,eſt iuſtus nō hō,nomen infinitum,qđ eſt non hō, tanq̄ ſi finitum nomen aliquid poneretur.Atq; hoc eſt quod ait,ut noīe vtentes nō hō.Ita.n.infinitū nomen poſitum eſt,tanq̄ ſi finitum nomen eſſet poſitum,noīs.n.locū tenet.q̄q̄ ēt cum ita poſitum ſit; nihilominus tñ nomē ſit.infinitum.n.nomen,licet ſimpliciter nomen non ſit,tamen cum infinito iunctum nomen eſt.

*In his uero,in quib.eſt,non cōuenit,ut in eo quod ē currere,uel ambulare,idē facit ſic poſitū,ac ſi eſt adderetur, ut Currit omnis homo,non currit omnis homo.Currit omnis*

*nis non homo, non currit omnis nõ homo. Non.n.dicendũ eſt non omnis homo, ſed non negationem ad id quod eſt homo, addendum eſt. Omnis.n. non vniuerſale ſignificat, ſed quoniam vniuerſaliter. Manifeſtum eſt autẽ ex eo quod eſt, Currit homo, non currit homo. Currit nõ hõ, non currit non homo. Hæc.n. ab illis differunt, eo quòd vniuerſaliter non ſunt. Quare omnis vel nullus, nihil conſignificat aliud; niſi quòd vniuerſaliter de nomine vel affirmationẽ, vel negationem, ergo & cætera eadẽ oportet opponi.*

79 Sunt inquit quædam propoſitiones, quę cum eſt pdicantur. Alię vero, quas cum eſt verbo pdicare non poſſumus, vt in eo quod dicimus, homo ambulat, homo currit. Sed in his nihil differt an ita quis dicat, vt dicit, i. homo currit, & homo ambulat, an cum eſt verbo eas pdicet idẽ nanq; eſt dicere, homo currit & homo ambulat, tanquam ſi dicatur, homo currens eſt, homo ambulans eſt. Quocirca nihil differt in hmõi propoſitionibus verum cum eſt verbo, an pter eſt adiuncto verbi actu proponatur. Idem quoq; eſt et in uniuerſalibus. Nam cum dicimus omnis homo currit; omnis homo non currit; & rurſus, omnis non homo currit, omnis nõ homo non currit: Idem eſt tanquam ſi dicamus, omnis homo currens eſt, & omnis homo currens non eſt; & rurſus, oĩs non homo currens eſt, omnis non homo currẽs non ẽ. Docet autẽ illud quoq; multum differre, an ad poſitum terminum iungatur negatio, an certe ad determinationem. nã ſi ad ſubiectum terminũ dicit, fit nomen infinitũ, vt eſt oĩs non homo currit; ſi ad determinationem fit negatio, vt eſt nõ omnis homo currit. Vnde fit, vt ſi non ad determinationem vniuerſalem, ſed ad rem ac terminum negatio ponat, fit infinitum nomen, vt eſt non homo: quòd ſi non ad rem vniuerſalem, ſed ad determinationem vniuerſalẽ, negatio eſt. Cum.n. dicimus non omnis, omnis quidẽ vniuerſale non eſt, ſed conſignificat, qm̃ illud de quo dicitur, vniuerſaliter dicitur. vt cum dicimus omnis homo: homo quidem ipſum vl̃e eſt, omnis vero non eſt quidem vl̃e, ſed conſignificat, qm̃ res vniuerſalis, i. homo vniuerſaliter dicta eſt. Ergo quoties ad determinationem, quæ rem quamlibet vniuerſalem vl̃r dictam demonſtrat negatio ponitur, non nomen infinitum, ſed negationem conſtituit, atq; hoc eſt quod ait. Non.n. dicendum eſt, non omnis homo, ſed non negationem ad quod eſt homo addendum eſt. omnis.n. non vl̃e ſignat, ſed qm̃ vl̃r. Ipſum.n. omnis non eſt vniuerſalis terminus, nec omnino terminus, ſed vniuerſali pdicato additum, facit illud vniuerſaliter enunciari. probat aũt hos non eſſe uniuerſales terminos, ſed tantum determinationes uniuerſaliter conſignificantes hoc modo. Cum.n. dicimus, currit homo, non currit homo, currit non homo, non currit non homo, vniuerſalia quidẽ ſubiecta ſunt in his propoſitionibus, ſed non uniuerſaliter prædicantur. Diſtant autẽ hæ ab his propoſitionibus, in quibus ſic dicimus. omnis homo currit, nullus homo currit, eo q̃ iſtę quidem uniuerſale vl̃r pdicant, illę vero vniuerſale nõ vniuerſaliter. Manifeſtum eſt ergo, qm̃ omnis & nullus, non ſunt vniuerſalia, ſed id quod vniuerſale pdicatur, faciunt vt vniuerſale enuncietur. Quare eadem omnia ponenda ſunt, currit omnis homo, ſi infinitũ nomen uolumus facere, non dicamus, currit non omnis hõ ſed negationem, i. non, nomini addemus, eadem in propoſitione cuncta ſeruantes, ſi affirmationem volumus ex infinito nomine facere. Quod ſi ad determinationem vniuerſalis rei negationem aptemus, fit non affirmatio nominis infiniti, ſed propoſitionis ex nomine finito negatio.

*Quoniam uero contraria eſt negatio ei quæ eſt, omne eſt animal iuſtum, illa quæ ſignificat, quoniã nullum eſt animal iuſtum. hæ quidem manifeſtum eſt, quòd nunquã erunt neque veræ ſimul neque in eodem ipſo. His vero oppoſitæ erunt aliquando, vt non omne animal iuſtum eſt, & eſt aliquod animal iuſtum.*

80 Qm̃ inquit hæ cõtrarię ſunt, ſimul verę eſſe non poſſunt, neq; in eodẽ; & poſſunt q dẽ viciſſim, & cũ t pis diuerſitate eſſe uerę; ſimul at eſſe non poſſunt ut ſi q s dicat aureo quidẽ ſeculo, oẽs hoĩes fuiſſe iuſtos, ferreo uero, nullũ hoiem eſſe iuſtũ, vtręq; uerę eſſe poſſunt, ſed nõ eodẽ tpe. Hoc ẽ .n. q̃ ait, neq; vere ſimul. quod autem ſecutus eſt neq; in eodem in ipſo, ſcilicet ſubiecto. ut dicamus, eſt omne uiuens iuſtum ſi referamus ad cœleſtes ptãtes, vera eſt. Nullum viuẽs iuſtum eſt; ſi referamus ad equos, utręq; ſunt uere, ſed nõ in eodẽ ipſo. illud.n. in diuinis, iſtud in equis retinet veritatẽ. His aũt q̃ ſunt oppoſitę, i. particulares poſſunt ſimul eſſe verę tunc, cũ ſuperiores vl̃es ſint ſimul falſæ. Quę aũt ſunt hæ, ipſe planiſſimo monſtrauit exemplo dicens: Non omne animal iuſtum eſt, quod eſt particularis negatio, & eſt aliquod animal iuſtum; quod eſt particularis affirmatio.

*Sequuntur vero hæ, eam quidẽ; quæ eſt, nullus eſt hõ iuſtus, illa quæ eſt, omnis eſt homo non iuſtus. Illam vero quæ eſt, aliquis homo iuſtus eſt, oppoſita, non omnis eſt homo non iuſtus. Neceſſe eſt .n. aliquem eſſe.*

81 Oſtendit ſuperius affirmationẽ vl̃em, & vniuerſalem negationem, qm̃ ſibi eſſent contrarię, ſimul ueras eſſe nõ poſſe. Nunc autem monſtrat vniuerſali negationi nominis finiti conſentire vl̃em affirmationem nominis infiniti, & particulari affirmationi, quę eſt oppoſita vl̃i negationi nõis finiti, conſentire eam quę eſt oppoſita uniuerſali affirmationi nominis infiniti, i. particularem negationem prædicatum retinentem infinitum; & prius deſcribantur hoc modo.

Oppoſitæ — Negatio. — Conſentaneę. — Affir. — Oppoſitæ

Nullus hõ iuſtus eſt. — Oĩs hõ nõ iuſtus ẽ.

Affirmatio. — Negatio.

Quidã hõ iuſtus eſt. — Nõ oĩs hõ nõ iuſtus eſt.

Conſentaneę.

Eſt autẽ uniuerſalis negatio ea quæ dicit. Nullus hõ iuſtus eſt; huic oppoſita eſt contradictorie particularis affirmatio. Quidã homo iuſtus eſt. Rurſus vl̃is affirmatio eſt infinitum habens pdicatum ea, quę dicit, omnis homo non iuſtus eſt. Hæ igitur ſeſe perimunt, ſed vl̃is affirmatio nominis infiniti, i. omnis homo non iuſtus eſt, ſequitur negationem eam quę dicit, nullus homo iuſtus eſt. Nam ſi uerũ eſt, nullum eſſe hominẽ iuſtum, uerum eſt, omnem hominẽ eſſe non iuſtum. Sed his oppoſitæ rurſus ſibi ipſę conſentiũt. Nã ſi verum eſt, dicere qm̃ quidam homo iuſtus eſt, verum eſt dicere non omnis homo non iuſtus eſt. Si.n. non omnis homo non iuſtus eſt, aliquem iuſtum eſſe neceſſe eſt.

*Manifeſtum eſt quoniã etiã in ſingularibus ſi eſt verũ interrogatum negare, quòd & affirmare verũ eſt, ut putaſne Socrates ſapiẽs eſt? Non: Socrates igitur nõ ſapiẽs eſt. In uniuerſalibus uero non eſt vera, quæ ſimiliter dicitur. Vera eſt autem negatio, vt putaſne omnis homo ſapiens eſt? Non: omnis igitur homo non ſapiens eſt. Hoc .n. eſt falſum. ſed non igitur omnis homo ſapiens eſt, uera eſt. Hæc.n. oppoſita eſt, illa uero contraria.*

82 Quoties aliquis inquit in ſingularib. reb. interrogat, & is q interrogat, negat: tũc is qui interrogat recte negationẽ ei ſingulari iũgẽs, ea infinito noie faciet affirmationẽ, ut ſi aliq s dicat, putaſne Socr. ſapiẽs eſt? contra alius reſpõdeat, non: erit recta concluſio dicentis, Socr. igitur non ſapiens eſt, ex negatione ergo reſpondentis & infinito noĩe non ſapiens, facta eſt affirmatio, Socr. non ſapiens eſt, atq; hoc quidẽ in ſingularib. Qđ ſi hoc in vl̃ibus fiat vl̃iter pdicaris, negationẽ potius fieri contingit, quã affirmationẽ, ut ſi q s interroget, putaſne oĩs hõ ſapiẽs eſt? ille rñdeat, non: non neceſſe eſt ita concludere ut dicatur, oĩs igitur homo non ſapiẽs eſt. Hoc enim falſum ẽ, nec hoc euenit neceſſario ex interrogati reſponſione. Sed magis illud non oĩs homo ſapiens,

eſt. Nam cum aliquis interrogat, puta ſic omnis hõ ſapiens eſt? ſi ille neget, dicens non: tu concludas oportet, nõ omnis igitur homo ſapiens eſt. Hoc.n. ex illius reponſione neceſſe eſt euenire. Sed hęc contraiacens eſt interrogationi.i. oppoſita. Interrogaſti.n. vniuerſalem affirmationem dicẽs, putas ne omnis homo animal eſt? reſpondit, non: cõcludes tu particularem negationem, non omnis homo animal eſt, & hæc diuidit uerum vel falſum. Nam ſi contra eam interrogationem, per quam vniuerſalem affirmationem interrogaſti ille neget, & ut concludas eam oppoſitionem quę dicit, oĩs homo igitur non ſapiens eſt: non potius contraiacentem, ſed contrariam facies. hęc.n. quę dicit, omnis homo non ſapiens eſt, conſentit ei quę dicit nullus homo ſapiens eſt. Quare nihil differt, vtrum hanc aliquis ex infinito nomine affirmationem reſpondeat, an ex finito nomine vniuerſalẽ negationẽ, quę cum affirmatione vniuerſali, quam interrogaſti, verum falſumq; non diuidit. Sed illa ſola cõcludenda ſunt, in quibus vnum verum eſt, alterum falſum. Non igitur ita debet fieri in vniuerſalibus, ut interrogata vniuerſali affirmatione, ſi alius negationem reſpondeat, vniuerſalis affirmatio ex infinito nomine concludatur, ſed potius particularis negatio ex nomine finito.

*Illa uero quæ ſunt contraiacentes ſecundum infinita nomina vel verba, ut in eo quod eſt, non homo, uel non iuſtus, quaſi negationes ſine nomine & uerbo eſſe uidebuntur, ſed non ſunt. ſemper.n. uel veram eſſe, uel falſam neceſſe eſt negationem. Qui uero dixit, non homo, non plus dicente, homo, ſed etiam minus uerus uel falſus fuit, ſi nõ aliquid addatur.*

83. Cum de propoſitionibus ex infinitis loqueretur nominibus, ipſe infinita nomina ſola ſumpſit, & de his qualia uideantur eſſe pertractat. Sermonum inquit prolationes, quę ſm contraiacentia nomina vel verba ſibi oppoſitæ ſunt, ut in eo quod dicimus, homo, non homo currit, nõ currit; quoties finitum infinito comparatur, uidentur quaſi quędã eſſe negationes, ſed ita nõ eſt: omnis nanque negatio uel vera, vel falſa eſt. Qui autem dicit non currit, & non laborat, & non homo, neque verum aliquid enunciauit, neque falſum, & fortaſſe minus aliquid ueri, uel falſi ſignificauit, quàm is qui finitum nomen ponit. Nam qui finitum nomen conſtituit, nihil quidem adhuc uerum falſumue enũciauit, ſed qm̃ quidam finitũ poſuit, propinquior eſt hmõi prolatio ad ueritatẽ, q̃ aliquid finitum ponit, ea prolatione q̃ aliquid infinitum. Sicut illa q̃ aliquid ſignificant, propinquiora ſunt ad enunciationẽ faciẽdam, his q̃ nihil ſignificant. Quare in his q̃ infinita ſunt, minus vlla veritas falſitaſue perſpicitur, q̃ in his omnib. q̃ ſunt finita. Ac multo magis nihil adhuc verum falſumve deſignat id quod dicitur non hõ, vel non currit; niſi aliquid addatur, quod enunciationem poſſit efficere. Quod autem dixit, quaſi negationes ſine nõie, & verbo eſſe videbũtur. idcirco addidit, qm̃ infiniti noĩa vel verba neq; noĩa ſunt ſimplr, neq; verba, & vñr non homo, & nõ currit, negationes eſſe. Quod ſi ita eſt, ſine nomine & verbo eſſe negationes videntur. Addidit ẽt illud, non plus dicente, homo, ſed ẽt minus verus fuit uel falſus. Qui.n. dicit homo, rem conſtituit, qui dicit non homo, ipſam quidem rem abſtulit, ſed nihil addidit. Quocirca longe minus quiddã enũciauit de hoĩe, q infinitum de homine dixit, q̃ qui finitum.

*Significat autem, omnis non homo iuſtus nulli illarũ idem, nec huic oppoſita ea quæ eſt, non eſt omnis non hõ iuſtus. Illa uero quæ eſt, omnis non iuſtus non homo eſt, illi quæ eſt, nullus eſt iuſtus non homo, idem ſignificat.*

84. Ille propoſitiones, in quibus infinita noĩa ſubiecta ſũt, longe aliud inquit ſignificant, & non idem his propoſitionibus quę vel ſm finita, vel ſm infinita prędicata dicũtur, ea.n. quæ dicit, eſt omnis non homo iuſtus, nihil idem ſignificat illi quæ dicit, eſt omnis homo iuſtus, vel nullus homo iuſtus eſt; uel iterum, eſt omnis homo non iuſtus, uel nullus eſt homo non iuſtus. nulli.n. ſimilis eſt earum, ea quę dicit, eſt omnis non hõ iuſtus. nec huic oppoſita negatio particularis, ea q̃ dicit, non eſt oĩs non hõ iuſtus, ulli earum idem ſignificat quae ſuperius deſcriptę ſunt, vel alicui earũ quae ſunt in ſuperius oppoſite deſcriptis. Illæ uero q̃ ex duobus terminis infinitis conſtitutæ ſunt, illis ſunt ſimiles q̃ vñes negationes ſunt habentes ſubiectum infinitum, vt ea q̃ dicit, eſt omnis non iuſtus non homo, illi idem ſignificat, eiq; conſentit q̃ dicit, eſt nullus iuſtus non homo, & prior quidem vtroſq; terminos retinet infinitos. Hęc uero ſecunda p̄dicatum quidem finitum, ſubiectum vero infinitum. & illa quidem eſt affirmatio ex duobus infinitis, hęc uero ex finito p̄dicato ſubiecto infinito negatio uniuerſalis.

*Tranſpoſita uero nomina & uerba idem ſignificant, ut eſt albus homo, eſt homo albus. Nam ſi hoc non eſt, eiuſdẽ multæ erunt negationes. ſed oſtẽſũ eſt, quod una unius eſt. Eius.n. quæ eſt: eſt albus homo negatio eſt, non eſt albus homo. eius uero quæ eſt, eſt homo albus, ſi non eadem eſt ei quæ eſt, eſt albus homo, erit negatio uel ea quæ eſt, non eſt non homo albus, uel ea quae eſt, non eſt homo albus. Sed altera quidem eſt negatio eius quæ eſt, eſt non homo albus. altera uero eius quæ eſt: eſt albus homo. Quare erunt duæ unius. Quoniam igitur tranſpoſito nomine & uerbo eadem fit affirmatio et negatio, manifeſtum eſt.*

85. Quoties inquit nomina permutantur & verba, eędem propoſitionum ſignificationes permanẽt. Quoties ãt negatio permutatur, non eędem. nam ſiquis dicat, eſt non homo albus, & non eſt homo albus, non idem ſignificat permutata.i. & tranſpoſita negatione. Quoties aũt dicitur, eſt albus homo, & rurſus, eſt homo albus, idem tranſpoſita verba nominaq; ſignificant, & erunt eędem affirmationes. nam ſiqs hoc negat, contingit, ut unius affirmationis duæ negationes ſint. Hoc at monſtratum eſt ſuperius fieri non poſſe, ſed ſp vnius affirmationis unã eẽ negationẽ. Illius nãq; affirmationis quę dicit, eſt albus hõ, illa negatio eſt, quę dicit, non eſt albus hõ. Illius aũt quæ proponit, eſt homo albus, ſi non eſt eadem illi affirmationi q̃ enunciat eſt albus homo, ſed ẽ ab ea diuerſa fit negatio vel ea q̃ dicit, non eſt non homo albus, vel ea q̃ dicit, nõ eſt homo albus ſed illa q̃ proponit, non eſt non homo albus, hẽt ſuam affirmationem, ad q̃ referri debeat, eam.ſ. q̃ enũciat, eſt non homo albus. Illa vero q̃ dicit, non eſt homo albus, negatio eſt eius q̃ proponit, eſt homo albus. Sed ſi affirmationes eorum diuerſæ ſunt, diuerſæ erũt ẽt negationes. Siqs ergo dicat affirmationem q̃ proponit, eſt albus homo, diuerſam eſſe ab ea, q̃ enunciat, ẽ homo albus: illud quoq; concedat neceſſe eſt, vt negationes quoq; ipſarum diuerſę ſint. eſt autẽ negatio illius q̃ dicit, ẽ albus homo, illa.ſ. q̃ proponit, non eſt albus homo. Rurſus illius q̃ enunciat, eſt homo albus, eſt negatio, non eſt homo albus. Quare hę duę negationes, non eſt homo albus, & nõ eſt albus homo à ſe diuerſæ ſunt. Rurſus cum dicimus, ẽ albus homo, & negatur, non eſt albus homo, ſi de eodẽ homine vtræq; dicantur, vnam veram, alteram falſam eſſe neceſſe eſt. vt ſi de Socra. dicatur, eſt albus homo, non eſt albus homo. q̃ cum ita ſint, neceſſe eſt, vt eius q̃ ait, eſt albus homo, negatio ſit eaq; dicit, non eſt alb. homo, ſed poſita eſt quidem prius negatio q̃ dicit, non eſt alb. homo, eius affirmationis eſſe q̃ dicit, eſt alb. hõ. Nunc vero monſtramus, illã quoq; q̃ dicit, non eſt albus homo, eius affirmationis negationẽ eſſe, q̃ dicit, eſt albus homo, vtręq;.n. verum inter ſe falſum quę diuidunt. Neq;.n. fieri poteſt, vt ſi de vno eodemq; homine dicatur, eſt albus homo, & non eſt homo albus, vt vtręq; ſint verę. q̃ ſi ita vt nunc ſunt poſitæ aliquando in veritate concordant, hoc idcirco euenit, quia indefinitæ ſunt; non quia verbis ſiunt nominibuſq; tranſpoſitis. quare euenit vt vnius affirmationis duplex ſit negatio. Qd autem diximus inferiori deſcriptione magis liquebit.

Contradictio

Contradictio.

Eſt albus homo Non eſt albus homo

Contra dictio

Contra dictio

Eſt homo albus Non eſt homo albus

Contradictio.

*At uero unum de pluribus, uel plura de uno affirmare, uel negare, ſi non eſt unum ex pluribus nõ eſt affirmatio una, neque negatio. Dico autem unum, non ſi unum nomen poſitum ſit. non ſit autem unum ex illis, ut homo eſt fortaſſe & animal, & bipes, & manſuetum. Sed ex his etiam unum fit. ex albo autem & homine, & ambulare nõ fit unum. Quare nec ſi unum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio una, ſed uox quidem una, affirmationes uero multæ. Nec ſi de uno iſta, ſed ſimiliter plures.*

86. Multa Peripateticis de diſcernẽdis propoſitionibus quæ eſſent vna, quæ multę, conſideratio fuit. Atq; ideo nunc hoc dicit. Et ſi vna res inquit de pluribus prædicetur in propoſitionibus, vel affirmatiuis, uel negatiuis, uel rurſus res plures de una iterum prędicentur. & ſi pluribus illis rebus unũ nomen ſit poſitum, vel una res de uno nomine plura ſignificanti prędicetur, ſi ex illis omnib. reb. vnum aliquod nõ fit, non eſt vna affirmatio, nec vna negatio. ſiquis. n. dicat aĩal rationale bipes, hõ eſt, vnum hoĩem plurib. ꝑdicando ſubiecit. ſed hęc ſigillatim quidẽ dicta plura ſunt, vnã vero quandam ſubſtantiam informant. Coeuntibus nanq; animali, rationali, & bipede fit una ſubſtantia, aĩal rationale bipes, qđ eſt hõ. Et q̃q̃ hęc ſigillatim dicta multa ſint, ſiquis enim dicat animal, & rurſus rationale, & intermiſſo tempore bipes diſcretim multa ſignificantia: tñ iuncta in unũ unam faciunt naturam. & hoc eſt quod ait, Vt hõ eſt fortaſſe, & animal, & bipes, & manſuetum, ſed ex his unum fit, tanq̃ ſi diceret, hõ .n. plura ſignificat, ſed ita, ſi ea quę ſignificantur, diſcerptim dicantur. Nam & animal, & bipes, & manſuetũ deſignat. Dicimus. n hoĩem eſſe aĩal, & bipedem, & mãſuetum, ſed hæc iuncta in vnum corpus efficiunt unum aĩal manſuetum bipes, qđ eſt hõ. Quare q̃q̃ de vno plura ꝑdicata ſint, tñ qm̃ ex omnibus vnum aliqui fit, ex hoc vna eſt affirmatio atque negatio. Quod ſi duę res tales ſubiectę ſint, de quibus vna res prędicetur, ut de his unum fieri aliquid nequeat, nõ eſt vna affirmatio, nec vna negatio. Siquis. n. candido aliquo homine ambulante dicat, album, & ambulans hõ eſt, album, & ambulare in vnam naturam nõ conueniunt, nec fit ex vtriſque aliquid vnum ita, vt alicuius hęc duo iuncta ſubſtantiã tiam forment. Quare ſiue affirmentur, ſiue negentur, ſiue ſubiecta ſint, ſiue prędicata, non erit una affirmatio, nec una negatio, ſed uox quidem una eſt. Tot ãt in ea ſunt affirmationes, & negationes, quot termini ſunt poſiti, ex quibus vnum non fit. ſiue ãt de pluribus unum prędicetur, ſiue plura de uno ꝑdicentur, idem modus eſt, vt ſiquis dicat, homo animal rationale bipes eſt. qm̃ ex his unum quiddã fit, una eſt propõ. Sin uero quis dicat, hõ albus ambulans eſt, qm̃ ex his nihil unum fit, non eſt una propõ. Amplius quoque ſi de pluribus rebus unum nomen ſit poſitum, ex quibus coniunctis nulla vna natura ſit, & de illo uno noĩe unum quodlibet aliud prędicetur, non eſt vna affirmatio, nec una negõ. Marinus nanque, & hic latrabilis, vno vocabulo canes uocantur. Siquis igitur dicat, canis animal eſt, qm̃ ex his quę ſignificat canis, in unum iunctis nihil unum efficitur (ex cane .n. & latrabili & marino iunctis, nulla vna ſubſtantia eſt) illa propoſitio multiplex eſt, & multa ſignificans, & nõ una. Quare quemadmodum, ſiquis huiuſmodi propoſitiones interroget, debeat reſponderi, docet dicens.

*Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio, vel propõnis, vel alterius partis cõtradictionis, propõ uero unius cõtradictionis pars eſt, non erit una reſponſio ad hæc. Neque. n. eſt una interrogatio, nec ſi ſit uera. Dictũ eſt autem de his in topicis, ſimul aũt manifeſtum eſt quoniam nec hoc ipſum, quid eſt, dialectica interrogatio eſt. Oportet. n. datum eſſe, ut ex interrogatione eligat, utram velit contradictionis partem enunciare. Sed oportet interrogãtem determinare, utrum hoc ſit homo, an nõ hoc.*

87. Senſus hmõi eſt, quicunque interogat, ſi ab arte dialectica non declinet, idcirco interogat, ut ei reſpondeat. Reſpõdeatur aũt aut tota propoſitio, aut contradictionis una particula. Siquis .n. ſic dicat interogans, aĩa ne immortalis eſt? Tunc reſpondens, aut eſt reſpondebit, aut nõ. Hoc aũt eſt totius contradictionis una particula. Cõtradictio .n. eſt anima immortalis eſt, anima immortalis non eſt, ergo eſt, & non, cõtradictionis sũt. particulæ. Quod ſiquis interroget, enim aĩa ne ĩmortalis eſt, an non? tũc ille ita reſpõdeat ſi uelit, totã propoſitionem, dicens, uidetur mihi immortalis eſſe. uel rurſus, uidet mihi nõ eſſe immortalis. Ergo qſ quis ita reſponſionẽ petit, ut illa reſponſionis petitio, uel propoſitionis petitio ſit, unius partis contradictionis. Propoſitio aũt unius contradictionis pars eſt, i. omnis affirmatio una, unam habebit negationem: & in duab. propoſitionib. una erit cõtradictio. Quare quiſquis plura ſignificãtem propoſitionem dixerit, ille non facit propoſitionẽ ad q̃ ſit una negatio: Quocirca hmõi interogationi quę plura ſignificat, nec ſi uera ſit, debet eſſe una reſponſio. ſiqs ĩterroget ſubſtãtia ne ſit canis, quãquam uerũ ſit dicere ſubſtantia eſt, qm̃ & latrabilis & marinus ſubſtãtię sũt: tñ non eſt ad hanc una faciẽda reſponſio. Sed dicẽdum eſt de quo cane ĩteroget. Quod ſi ille dixerit de marino, uel rurſus de latrabili: tunc, cũ per illius determinationem definitionẽque interogationis, facta fuerit una propoſitio, unumq; ſignificans, adhibenda eſt una rñſio. De his aũt in topicis dictum eſſe commemorat. Similiter aut manifeſtum eſt, qm̃ nec hoc ipsum, quid eſt, dialectica eſt interrogatio. Qualis dẽt eſſe modus dialecticę interrogationis exequitur. Aut. n. ſi quis interroget quid eſt animal: hæc non eſt dialectica interrogatio. Oportet n. per dialecticã interrogationẽ optionem reſpondenti dare utrũ affirmare uelit, an negare qđ dr̃. ut ſi quis ſic interroget, putaſne bonũ malo contrariũ eſt? Tunc reſpondenti datur electio, utrum affirmare uelit an negare. Dicit .n. ille, aut eſt, aut non eſt. q aũt ita interrogat, quid eſt animal? nullũ illi locum aut affirmationis aut negationis relinquit. q d .n. dicturus eſt interrogante aliquo quid eſt animal, dicturus eſt, non? inconueniens erit rñſio. Eodem modo quoq ſi dicat eſt animal, ad cãm. ſola igitur illa eſt dialectica interrogatio ĩ qua dat reſpondenti ex interrogatone optio utrã uelit partẽ contradictionis eligere, eamque enũciare, uel affirmãdo .ſ. uel negando. Oportet .n. interrogantẽ determinare utrũ uerbi gratia, aĩal homo ſit an non, ut ex illa interrogatione, quam uelit partem contradictionis poſſit is, qui reſpondet, eligere.

## DE DIVISIS PRAEDICATIS Coniungendis.

*QVoniã uero hæc quidẽ prędicãtur cõpoſita, vt vnũ ſit oẽ ꝑdicamentũ eorũ, q̃ ſeparatim ꝑdicantur, alia uero non, quę differentia eſt? De hoĩe. n. uerum eſt dicere et ſeparatim aĩal, et ſeparatim bipes, & hæc ut unũ. Et hoĩem, & albũ, & hæc ut unum. Sed non ſi citharędus eſt, & bonus, eſt et citharœdus bonus. Si. n. quoniã alterutrũ dicitur, & utrũq; dicetur, multa incõuenientia erũt. De hoĩe. n. uerum eſt, & hoĩem, & album dicere. quare*

& omne

*& omne. Rurſus ſi album, & omne, quare erit homo alb. albus albus, & hoc in infinitũ. Et rurſus muſicus alb. ambulans, & hęc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius, Socra. Socrates eſt, & homo, & Socrates Socr. homo. Et ſi homo & bipes, & homo homo bipes. Quoniam ergo ſi quis ſimpliciter dicat cõplexiones fieri, plurima inconuenientia contingit dicere, manifeſtum eſt. Quemadmodum autem ponendum ſit, nunc dicamus.*

88. Poſtquam de vnitate propoſitionis explicuit, & quid eſſet dialectica propoſitio terminauit: Nunc ad illa venit, quibus plura ſępe de vno ſigillatim veraciter prædicant quę ſimul pręducata, alias vera ſunt, alias falſa. Siquis .n. ſic dicat Marius malus eſt, fortaſſe verum eſt. Rurſus, Marius dux eſt & hoc verum eſt. Quę coniuncta in vnum nulla ratione ſunt vera, velut ſiquis dicat, Marius malus dux eſt, eſt namq; optimus dux omnium. Rurſus homo animal eſt verum eſt, & homo bipes eſt, verũ eſt; & hæc iuncta vera rurſus ſunt. Siquis.n. dicat homo animal bipes eſt verum eſt. Horum ergo qui modus ſit, & quando ea quæ ſingula extra prædicantur iuncta, uera vel falſa ſint, regulam daturus aggreditur, & ſenſus quidem hmôi eſt. Ordo autẽ ſermonum talis eſt. Quoniam vera inquit quędam ſunt, quæ ita coniuncta de aliquo pdicantur, vt eorum prędicamentum vnum ſit, & in vnum congruat forma eorum quę extra vere poterant prędicari, vt in eo quod eſt animal bipes de homine iuncta cõpoſitaq; dicuntur, & ſit una quodammodo pdicatio. Cũ animal & bipes extra ſigillatim valeant pdicari. Dicimus.n. homo animal eſt, & rurſus, homo bipes eſt. Alia vero quæ nõ ſunt, eo modo, quę ſigillatim quidem prædicari verum eſt compoſita vero falſum, quæ horum differentia eſt, & quando illud, qñ hoc eueniat; dicendũ eſt, & hoc docet exẽplis. De homine.n. inquit verũ eſt dicere extra, animal. extra, bipes, & vt vnum, vt de eo dicatur, animal bipes, rurſum quẽlibet hominem, ut Socratem poſſumus dicere, ille homo albus eſt, rurſus ille hõ, homo eſt, & hęc vt vnum iuncta dicentes, ille homo homo alb. eſt. Sed aliquoties euenit, vt aliquis homo citharœdus ſi quidẽ, & imperitus. Bonus at hõ, & ſi de ipſo dicat, qm̃ eſt citharœdus verum eſt, & quia bonus eſt, hoc quoq; verum eſt. Sed nõ & ſi citharœdus eſt & bonus, idcirco ia bonus eſt, ẽt citharœdus, fortaſſe.n. eſt imperitiſſimus, hõ at bonus. Si.n. qm̃ alterũ dr̃, & vtrũq; dicet multa inconuenientia erunt. ſiquis.n. ſit q dicat oĩa q̃cunq; ſigillatim vere dñr, ea iuncta ẽt vere poſſunt dici, multa inconuenientia, & impoſſia contingunt. Hoc eſt.n. qđ ait, ſi.n. qm̃ alterutrũ, dicit, & vtrũq. dr̃ ſi.n. aliqs dicat qm̃ alterutrũ extra vere dici., & vtrunq; ſimul vere ip poſſe dici, multa ſunt impoſſia, q̃ contingunt, q̃ at ſint impoſſia q̃ contingunt, hæc ſunt. De hõie.n. poſſumus dicere, qm̃ hõ eſt, & rurſus poſſumus dicere, quoniam albus eſt, dicimus igitur. & ſimul de hoĩe, homo albus eſt. Rurſus de homine albo poſſumus dicere, quoniam homo eſt. poſſumus dicere, quoniam albus eſt, igitur & hæc iuncta dicuntur, homo homo, albus albus eſt. Nam ſi verum eſt dicere de homine, quoniam homo eſt & de albo quoniã albus eſt, & omne hoc vere dici poteſt .i. homo homo albus albus eſt. Et ſi de hoc iterum homine albo. verum eſt dicere, quoniam albus eſt, & verum eſt de eo album prædicare, & rurſus homine prædicare album uerum eſt, erit ergo homo albus albus. & rurſus de hoc homine album pdicare verum eſt, erit igitur tertio homo albus albus albus, & hoc in infinitum progreditur. & rurſus ſi verum eſt dicere de homine, quoniam muſicus eſt, & rurſus quoniam albus eſt, & quoniam ambulãs eſt, & hęc rurſus in vnum dicuntur, quoniam homo muſicus albus ambulans eſt. Rurſus qui muſicus album ambulans eſt, & alb. eſt & ambulans eſt, & muſicus eſt. Dicunt hęc igitur rurſus ſimul homo albus albus muſicus muſicus, ambulans ambulans eſt, & hæc aſſidue complexa eadem faciunt ſuperflualocutionem. Necnon in ſingularibus quoq; Idem euenit. Si .n. Socr. & Socr. eſt, & hõ, erit Socr. Socr. hõ, & ſi Socr. Socr. eſt, & hõ & bipes, erit Socr. Socr. hõ bipes, & rurſus ſi hic idem bipes eſt & hõ, erit Socr. Socrates hõ hõ bipes bipes. Quæ omnia quam ſint inconuenientia nullus ignorat. Non igitur dicendum eſt, quoniam omnia quęcunque ſigillatim pdicantur, eadem iuncta ſemper poterunt pdicari. ergo quę iuncta vere dici poſſunt, & quæ falſo, eorum quæ ſigillatim atq; extra ante vere dicuntur, expõnit. Hoc.n. ſolum hactenus demonſtratum eſt, quoniam ſi quis ſimpliciter, & omni modo fieri complexiones dicat, multa inconuenientia euenire neceſſe eſt. Quemadmodum autem fiãt complexiones, ponendum atque tractandum eſt.

*Eorum igitur, quæ prędicantur, & de quibus prædicãtur, quęcunq; ſecundum accidens dicuntur, vel de eodẽ, vel alterum de altero, hæc non erunt vnum, ut homo alb. eſt. & muſicus. Sed non eſt idem album & muſicum. Accidentia.n. vtraq; eidem, nec ſi albũ muſicũ verum eſt dicere, tamen erit albũ muſicum vnum aliquid. Secundũ accidens.n. album muſicum dicitur. Quare nõ erit albũ muſicum vnũ aliquid. Quocirca nec citharœdus bonus ſimpliciter, ſed animal bipes. Non enim ſunt ſecundũ accidens.*

89. In his inquit quæ pdicantur, & de his de quib. illa ipſa pdicantur, duplex rõ eſt. Aut.n. duo accidentia de vno ſubiecto dicuntur, vt Marius malus eſt, Marius dux eſt, aut vnum accidẽs de uno ſubiecto pdicatur, aliud vero accidẽs de illo pdicato accidenti pdicatur, vt ſiquis dicat. Cicero eſt caluus, caluus orator eſt. Hic .n. caluus de ſubiecto Cicerone, orator de caluo pdicatur. Hoc eſt.n. quod ait, Quæcũq; ſm accidens dicuntur, vel eodẽ, vel alterum de altero. de eodem, vt ſi qua duo accidentia de vno pdicentur: alterum de altero, ut ſi vnũ accidẽs de altero accidenti dicatur ut ipſũ accidens, de quo dr̃, de altero rurſus ſubiecto pdicetur. Qđ ſi ita fiat pdicatio in vnum iungi accidentia copulariq; non poſſunt. etenim ſi quis ſic dicat, homo alb. eſt, homo muſicus eſt, hęc iuncta ſimul, unum non faciunt, ut eſt muſicus alb. uel ſi rurſus muſicum prędicetur de albo, ut albũ de homine pdicetur & dicat, ut illud, album muſicum eſt. Nõ idẽ eſt album muſicum, nec in vnam ſubſtantiam coeunt, quæcunque veræ pdicari poſſunt ſigillatim. idcirco.n. hæc de ſe inuicem videtur poſſe pdicari, quia de vno eodemq; ſubiecto pdicantur. non q ex his unũ aliquid fiat. Accidentia.n. ſunt vtraque. Quare nõ erit albũ muſicum, ſed qm̃ hõ alb. idẽ muſicus eſt, p id q vtraq; vni accidunt, p accidens albũ de muſico pdicat. Nec rurſus ſi citharœdus eſt & bonus idcirco iã bonus dici poterit citharœdus. neq;.n. bonus & citharœdus talia ſunt, ut ex his vnum fieri poſſit. Sed quoniã vtraque eidẽ accidũt, idcirco de ſe ſm accidens pdicantur, ſed magis fortaſſe poſſumus dicere, Hõ animal eſt, homo bipes eſt, ut hęc iuncta dicamus, animal bipes, & his iũctis ſm ſubſtantiam non ſecundum accidens eſt facta prędicatio.

*Amplius nec quęcunq; inſunt in altero. Quare neque album frequenter neq. homo, homo animal eſt, vel bipes, ſunt enim in homine bipes & animal.*

90. Quæcunque ſigillatim ſm accidẽs pdicamus ea ſimul pdicari nõ poſſe mõſtrauit. Nũc aũt illud ẽt docet, qm̃ illa quoque q̃ ſubſtantialiter pdicantur, non ip ſimul iuncta pdicẽtur. & hęc rõ & accidentib. conuenit & ſubſtantialibus reb. Quoties.n. ineſt pdicato aliquid, & nos illud extra uolumus pdicare, & in vnum rurſus duo pdicata coniungere, tunc ſit incongrua pdicatio, & hęc aliquoties quidem in ipſa nominum prolatione perſpicitur, aliquoties uero inuenitur in intellectu, atque in termini continentia. Siquis.n. ſit homo albus & de eo dicatur, verbi gratia, Callias homo albus eſt, & rurſus de eo dicatur Callias albus eſt: ſiquis id uelit adiũgere, inconuenientiſſime pdicabitur. Dicit.n. Callias homo alb. albus eſt, idcirco quoniã albus in homine albo continebatur

batur, quod ante de Calia prędicatum eſt. Atq; hoc eſt qđ ait, Quare neq; album frequenter. Alia vero ſunt quę hoc in prolatione non hēt, ſed in natura. ſiquis.n. ſic dicat, Socr. Socr. eſt, & rurſus Socr. hō eſt, & hæc ſimul iungat, vt dicat Socr. Socr. hō eſt, non recte fecerit prædicationē. Nā homo in Socra. inerat, & rurſus homo de Socr. prædicatum eſt. Talis eſt ergo q hęc iuncta, ideſt Socr. & hoīem, voluerit prędicare, de Socra. tāquā ſi dicat Socr. homo homo eſt. Nā in Socrate ineſt hoīs natura. Vel rurſus ſi de aliquo hoīe velit aliquis hominem prędicare, & rurſus animal, & dicat, homo homo eſt, & animal. Homo.n. idem eſt quod animal: ergo qui hęc duo iuncta componit, nihil differt quam ſi dicat, homo animal animal eſt. Homo nanq; animal eſt. Eodem modo & ſi de aliquo homine hominem prędicet aliquis, & rurſus bipedem, atq; hæc iuncta velit dicere, incongruam faciet prędicationem; Nihil.n. aliud dicit, qui dixerit homo homo bipes eſt, quam ſi dicat homo bipes bipes eſt. etenim homo bipes eſt. Quare neq; ea quę in ipſa prolatione in altero inſunt, cum extra prędicantur, recte iungūtur, nec ea q in prolatione quidem non ſunt, ſed tm̄ in natura atq; ſubſtantia. Quod ſi nec accidentia ſint, nec alterū I altero, & ea ſigillatim ꝑdicentur, recte iūcta prædicantur. ſiquis.n. dicat de homine qm̄ animal eſt, verū dixerit: & rurſus qm̄ bipes, verum hoc quoque dixerit. Hęc ſi iungat, faciet: homo eſt animal bipes. hic recte prædicatur. Nam neque accidentia dicuntur, nec alterum alteri ineſt. Non.n. ſumitur I definitione animalis bipes, ac per hoc non ineſt illi ſubſtātialiter. Illa autem ſola aliquib. inſunt ſubſtantialiter quæcunq; in eorū definitione ſumūtur, ut in definitione hominis ſumitur animal, & in definitione rurſus hominis ſumitur bipes, ineſt ergo & bipes in homine. Quare illa ſola ſigillatim ꝑdicata recte iuncta ꝑdicantur, quæ neque accidentia ſunt, nec alterum in altero eſt, vel ꝓlatione, vel natura idq; fiet manifeſtum, ſi eorum alterius definitio ſumatꝰ. velut ſi quæratur, an de homine homo & bipes ꝑdicari ſimul poſſint, definiēdus eſt homo, & ſi in hominis definitione bipes incurrerit, dicēdum eſt bipes ineſſe homini, & vtrumq; iunctum de homine non poſſe prædicari. quia cum dixeris homo homo bipes, tale eſt, quaſi dicas, homo bipes bipes, quod eſt incongruum.

## DE CONIVNCTIS PRAEDICATIS DIVIDENTIS.

*VERVM eſt autem dicere de aliquo & ſimpliciter, ut quendam hominem hominem, aut quēdam album hominem, hominem album.*

91. Dudum quæſiuit, vtrum omnia quæ ſigillatim vere prædicātur, ea iuncta veraciter dicerentur. Nunc āt conſiderat atq; perpendit, vtrum omnia quęcunq; ſimul vere dicunꝰ, & ſimpliciter vere ꝑdicentur. Dicimus.n. Socratem quendā hominem eſſe; & rurſus ſimpliciter dicimus Socratem hominem eſſe. Rurſus dicimus, verbi gratia, Calliam album hominem eſſe, de eo album ſimpliciter ꝑdicamus, dicimus.n. Callias albus eſt. Quærit ergo vtrum hoc in omnib. eſſe videatur, vt quæcunque verum eſt iuncta prædicare, eadem quoq; verum ſit ſimpliciter dicere. ſed hoc non in omnibus eueniet. Nam ſiqua huiuſmodi ſit prędicatio, in qua aliqd oppoſitum addatur ipſi prędicationi, pręter, illud oppoſitum, ſimpliter illa prędicatio non poteſt prędicari. vt ſiquis dicat de Socrate iā mortuo, qm̄ hoc quod iacet, homo mortuus eſt, vere dicit: ſimpliciter autem dicere non poteſt hoc, quod iacet homo eſt. Idcirco qm̄ additum eſt prędicato, ideſt homini, id quod homini oppoſitum eſt, id eſt mortuus, Dictum eſt.n. hoc quod iacet, homo mortuus eſt. Mortuus autem & homo, oppoſita quodammodo ſunt. Nam ſi eorū definitiones ſumamus, facile hoc perſpici poteſt. Homo nāq; eſt animatus, mortuus vere præter animam. atque ideo qm̄ quædam eſt oppoſitio ſm priuationem atq; habitum, hominis & mortui, & vtraque ſimul vere prædicātur: vnum ipſorum quod eſt homo, ſimpliciter & pręter mortuum de cadauere nō poteſt prædicari, atq; hoc eſt qđ ait:

*Non autem ſemper, ſed, quando in adiecto aliqd quidē oppoſitorum ineſt, qđ conſequitur contradictio, nō uerū ſed falſum eſt. vt hoīem mortuū, hoīem dicere. Quādo āt non ineſt, verū eſt. Vel āt, q̄do ineſt, ſemper non verū eſt. quādo uero non ineſt, nō ſemper verū eſt, vt Homerus eſt aliquid, vt poeta, ergo etiam eſt, an nō: ſecūdū accidens .n. prędicatur eſſe de Homero, quoniam eſt poeta, ſed non ſecundum ſe prædicatur de Homero, quoniam eſt.*

92. Quę vtraque, ideſt & prædicatum, & qđ additur prędicato, ex ipſa oppoſitione contradictio comitatur, ut qm̄ homo & mortuus oppoſita ſūt, ea quędā comitatur atq; cōſequitur per oppoſitionem cōtradictio. Dicimus n.g homo eſt, viuit. qui mortuus eſt, non viuit. uiuit aūt & non viuit quędam contradictio eſt. Ergo in hmōi ꝑdicationib. non eſt verum vnum ſimpliciter prædicari. Quando autem huiuſmodi oppoſitio ei qđ prędicatur, non iungitur, poteſt ſimpliciter vere prędicari: ſed nec hoc ſemper, magiſque illud verius dicitur, qm̄ cū iſta oppoſitio eſt, nūquam verū eſt eorum quę iuncta vere prędicantur, ſimpliciter vere aliquid appellari. Cum autem iſta oppoſitio non ineſt, non ſemper vere ſimpliciter prædicari eorum aliquid, quę de aliquo vere iuncta dñr. Siquis.n. ſic dicat. Homerus poeta eſt, verum dixerit, quod ſi dicat Homerus eſt ſimpliciter præter poetam, falſum eſt. Atqui eſſe & poeta, non ſunt oppoſita. Ergo non ſemper quando oppoſitio non eſt in prædicatis, verū eſt aliquid ſimpliciter prędicari. Cum autem oppoſitio ineſt, ſemper falſum eſt vnum prędicamentorum q iuncta dicuntur, ſimpliciter & præter aliud dicere. Nam cū de Homero dicimus qm̄ eſt aliquid, id eſt quoniam Homerus poeta eſt, verum eſt. Nunquid ēt dicendum eſt per ſe quoniam eſt, an potius eſſe non ſimpliciter, ſed ſm accidens de Homero prędicatum eſt. Non.n. quia eſt, ſed quia poeta eſt, & quoniam ei & poeta eſſe accidit: Idcirco eſſe quoq; Homerum aliquid, ideſt poetam, non per ſe eſſe prædicamus. concludit igitur hoc modo.

*Quare in quibuiſcunq; ꝑdicatis contrarietas nō ineſt, ſi definitiones pro nominibus dicantur, & ſecundum ſe ꝑdicantur, et non ſecundum accidens, in his aliquid, et ſimpliciter uerum erit dicere. Quod autem nō eſt, quoniā opinabile eſt, non eſt verum dicere eſſe aliquid. Opinatio.n. eius eſt, non quoniam eſt. ſed quoniam non eſt.*

93. In quibuſdam.n nominib. dictis non apparet oppoſiti o. quod ſi definiani, mox ſeſe illa oppō patefacit, ut in eo qđ eſt hō & mortuus, noīa quidem ipſa oppoſita non ſunt, ſed definita inueniuntur oppoſita. In hmōi igitur oppoſitionib. vel quoties non ſm accñs prędicatur aliquid, vt eſſe de Homero ſm poetā. ſ. quod Homero accñs eſt, ſed per ſe, & ſm ipſum ſubiectum: manifeſtum eſt qm̄ quicquid coniuncte vere dici pt, idem vere dicitur & ſimpliciter prędicatum. vt ſi quis dicat de aliquo hoīe qm̄ hic homo albus eſt, verum fortaſſe dixerit. & rurſus hic albus eſt, hoc quoq; uerum eſt dicere idcirco, qm̄ de eo non ideo album prædicauit, quia dixit illū eſſe hoīem, (ſicut de Homero, idcirco eſſe prędicatur, qa poeta eſſe dꝛ) ſed qđ p ſe albus eſt, ſed hoc non ſm accidens prædicatur, ſed per ſe. Quare recte dictum, eſt in quib. iūctis prædicationibus neq; oppoſitio quædam in eſt, nec ipſa per accñs prędicatio eſt, illa ſimpliciter etiam poſſe prædicari. Quod autem non eſt, quoniam opinabile eſt; non eſt verum dicere eſſe aliquid. Opinatio enim non eſt, quoniam eſt, ſed quoniam non eſt. Quidam volentes id quod non eſt, aliquo modo eſſe monſtrare, tali vtebantur ſyllogiſmo; Quod eſt opinabile, eſt. Quod autem non eſt, opinabile eſt. Concludebant quod non eſt, igitur eſt, docentes ea quę eſſent, ſcibilia potius, non opinabilia eſſe; qđ

autem

autem non eſt, opinioni tñ ſubiacere, nulla & ſcientia clau di. Quod Ariſt hoc modo diſcutit. Ait enim non idcirco eſt opinabile, qm̃ eſt, ſed idcirco opinabile eſt, quoniã non eſt. ſed hoc quod non eſt, et quidem aliquid, ſed eſt nõ per ſe, ſed opinabile. Et quemadmodum Homerus quidẽ eſt quiddam, ideſt poeta, non tamen eſt per ſe: ita id quod non eſt, eſt quidem aliquid, ideſt opinabile, vel ignorabile, vel neſcibile, non tamen eſt aliquid per ſe in natura.

## DE COPIA MODALIVM, ET AEQVIVALENTIA.

*HIS vero determinatis perſpiciendum eſt quemadmodũ ſeſe habent affirmationes & negationes ad ſe inuicem. hę. ſ. quę ſunt de poſsibili eſſe, & non poſsibili, de contingenti & non contingenti, de impoſsibili & neceſſario. Habent enim aliquas dubitationes.*

94. Propoſitionum aliç sũt quæ ſimpliciter proferũtur, aliç quib. aliquis modus in enunciatione miſcetur. Siqs.n. dicat, Socr. diſputat, ſimplicẽ propoſitionẽ fecit: ſi vero aliquis dicat, Socr. bene diſputat, modũ propõni quã enũciabat, adiũxit. quomõ.n. diſputaret appoſuit, cũ dixit bene. Nunc ergo hoc ſpeculatur quemadmodũ ſe habent affirmationes & negationes earũ propõnum, quę cum mõ aliquo proferuntur, vt ſiqs dicat poſſibile eſt hoc fieri, & rurſus nõ poſſibile eſt hoc fieri, quemadmodũ ſeſe in his affirmationis habeat negationiſq; natura. Similiter aũt & in eo quod eſt impoſſibile eſſe, & in eo quod eſt neceſſe eſſe, & in eo qđ dicitur cõtingere eſſe, & non contingere eſſe: quæq; horum ſint affirmationes, quæq; negationes, aut quam affirmationem cui negationi recte aliquis opponat, de his omnib. perſpiciendũ inquit eſt; quoniam ea quę de coniũctis & ſimplicibus prędicationibus dicenda fuerant, terminata ſunt. Nam de earũ propoſitionum, quæ cum modo proferuntur, oppoſitionibus, multa cautatio eſt. Quæ autẽ ſint dubitationes, & quẽadmodum in his oppoſitiones inueniendæ ſunt, continua diſputatione perſequitur.

*Nam ſi eorum quę complectuntur, illæ ſibi inuicẽ oppoſitæ ſunt contradictiones, quæcunq. ſecundũ eſſe & nõ eſſe diſponuntur, vt eius quę eſt eſſe hominem, negatio eſt, non eſſe hominem, non, eſſe non hominem. Et eius quę eſt, eſſe album hominem, negatio eſt ea quę eſt, non eſſe albũ hominem, ſed non, eſſe, non albũ hominem. Si.n. de omnib. aut dictio eſt, aut negatio, lignum erit verum dicere eſſe non albũ hominem. Quod ſi hęc hoc modo, & quibuſcunque eſſe non additur, idem faciet id qđ pro eſſe dicitur, vt eius quæ eſt, ambulat homo, negatio eſt, non ea q̃ eſt, ambulat non hõ, ſed ea quę eſt, non ambulat homo. Nihil.n. differt dicere hoĩem ambulare, uel hominem ambulãtem eſſe. Quare ſi hoc modo in omnib. & eius quæ eſt poſſibile eſt eſſe, negatio eſt, poſſibile eſt non eſſe, ſed non ea quæ eſt, non poſſibile eſt eſſe. Videtur aũt idem poſſe eſſe et nõ eſſe. omne.n. quod eſt poſſibile diuidi vel ambulare, & non ambulare & non diuidi poſsibile eſt.*

95. Omnis propoſitio verborum & nominum complexione formatur, ergo propoſitionem quę complectuntur, & quarum natura in complexione eſt, illę ſolę ſunt inqt contradictiones, quæcunq; ſm eſſe & non eſſe ponuntur, ut in ea propoſitione quæ dicit, eſt homo, non eſt illa negatio huius affirmationis quæ proponit, eſt non homo, ſed illa potius quę enũciat, non eſt homo, ut ſit affirmatio & negatio, eſt homo, non eſt homo. Illa vero quę dicit, eſt nõ homo, non eſt negatio eius quę enunciat, eſt homo, ſed eſt affirmatio eius negationis, quę eſt, non eſt non homo. Rurſus cum dicimus, eſt albus homo, non eſt negatio illa huius affirmationis, quę dicit, eſt non albus homo, ſed illa potius quę dicit, non eſt albus hõ. hoc aũt probatur ſic. Neceſſe eſt.n. in cõtradictionib. vnã verã eſſe ſemp, alterã ſemper falſam: ergo ſi eius affirmationis q̃ dicit, eſt alb. hõ, negatio eſſet, eſt nõ albus hõ, vnam veram, alterã falſam eſſe conſtaret. Nunc aũt ſi quis de ligno dicat, eſt albus hõ, falſum dixerit: ſiqs vero de ligno eodẽ neget dicens, eſt non alb. hõ, hoc quoq; falſum eſt. hæc.n. propoſitio quę dicit, eſt non alb. hõ, cõſentit, hominẽ quidem eſſe non tñ album, quod de ligno falſum eſt pdicare. Ergo & ea quæ dicit, eſt albus hõ, & illa quæ proponit, eſt non albus homo, vtręque aliqñ falſę ſunt, ut in ligno, quare non ſunt ſibimet oppoſitę. igitur nec ea quę dicit, eſt albus non homo, negatio eſt eius quæ dicit, eſt alb. homo, quare illa huius negatio ponenda eſt, quæ dicit, non eſt albus homo. In his itaq; vna ſemper vera eſt, ſemper altera falſa. Quod ſi ita eſt, ſm eſſe ſemper, & non eſſe natura contradictionis efficitur. Nam cum dico, eſt homo, ſecundum id quod eſt eſſe fit negatio, nõ eſt homo. Et rurſus cũ dico, eſt albus homo, ſecũdum id quod eſt eſſe rurſus negatio fit, non eſt albus homo. Et ſenſus quidem totus huiuſmodi eſt. Ipſi autem in oratione ſermones propter ſimilitudinem videntur quidem obſcuri. Erit autem planius pronunciãtib. & ſubaudiẽtibus ſic. Nam ſi eorum quę complectuntur, ideſt propoſitionum, quarum natura in complexione eſt, illæ ſibi inuicem oppoſitę ſunt cõtradictiones, quęcunque ſecũdum eſse, & non eſse diſponũtur: ut hę quas ſupra digeſsimus, quarumque ipſa exempla pponit, ut eius quæ eſt, eſse hominem, negatio eſt, non eſse hominẽ. Hęc enim ipſius affirmationis ſecũdum eſse & non eſse negatio eſt. & hic ſub audiẽdum eſt, nõ illa negatio eſt, per quam dicitur, eſse non hominem, ut ſit ſenſus, affirmationis quæ eſt eſse hominem, negatio eſt non eſse hominem, non illa quæ dicit, eſſe non hominem. Et hoc quidem de ſimplicibus. Rurſus de his in quibus eſt tertium prædicatur eius quę eſt, eſſe album hominem, non, hic ſubaudiẽdum eſt, illa eſt negatio quę dicit, eſse non album hominem. Sed hic quoq; ſubaudiendum eſt, illa quę dicit, non eſse album hominem, vt ſit hic ſenſus. Huius affirmationis quæ eſt, eſse album hominem, non eſt illa negatio, quæ dicit, eſse non album hominem: ſed illa potius quę pponit, non eſse album hominem, & hoc approbat inductione. Si enim inquit de omnib. aut dictio eſt, ideſt affirmatio, aut negatio vera, cum lignum falſum ſit dicere, eſſe album hominẽ, verũ debet eſse de eo dicere, eſse nõ album hominem, ſi hęc negatio eſt ſuperioris affirmationis, ſed vtręque falſę ſunt. Hęc igitur non eſt illius affirmationis negatio. Ergo ſecũdum eſsę & non eſse contradictiones ſibimet opponũtur. Quod ſi hoc modo, & quãtiſcũque eſse non additur, idem faciet quod pro eſse dicitur. Sũt quędam propoſitiones in quibus eſse nõ additur ſed id quod in his enunciatur, idem valet, tãquã ſi eſse poneretur vt in ea quę eſt, homo ambulat, quod dico ambulat, tale eſt tanquam ſi dicatur homo ambulans eſt. Ergo in his quoque, quæ non habent eſt verbum iũctum, ſi negationem ad verbum illud iũxero, quod pro eſse poſitum eſt, talis mihi negatio redditur, qualis eſset ſi negatio ad eſse poneretur. vt in eo quod eſt, ambulat homo, ambulat pro eſse poſitum eſt. Huius ergo affirmationis, ambulat homo, non eſt negatio ea quę dicit, ambulat nõ homo: ſed illa potius quę dicit, non ambulat homo. In hac enim ad id quod eſt ambulat negatio iũcta eſt quod ambulat homini, pro eo qđ eſt eſse coniunctum eſt. Tale.n. eſt dicere, homo ambulat, tãquam ſiquis dicat, eſt ambulãs homo. Quare ſi hoc modo in oĩbus, & eius quę eſt poſsibile eſt eſse, negatio eſt, poſsibile eſt non eſse, ſed non ea quæ eſt, non poſsibile eſt eſse. Si in oib. inqt ſm eſse cõtradictio fit in his quoq; q̃ poſsibilia dicuntur, ſm eſse & nõ eſse contradictio faciẽda eſt. in eo.n. quod dicimus poſsibile eſt eſse, illa erit negatio, quę dicit poſsibile eſt non eſse, non illa quæ eſt, nõ poſsibile eſt eſse. Nã ſi ei quę eſt, poſsibile eſt eſse, illa opponatur, quę eſt non poſsibile eſt eſse, non ſecundum eſse & non eſse poſitio facta eſt. Quocirca quoniam ſupra docuit ſecundum eſse, & non eſse, fieri contradictionem, dicendum eſt eius

quæ

quę eſt, poſſibile eſt eſſe illam eſſe oppoſitionem quæ dicit poſſibile eſt nõ eſſe. Sed aliud rurſus occurrit, quod nos ab hac opinione dimoueat. In omnibus .n. aut affirmatio vera eſt, aut negatio. In his.n. vtræq; ſunt ueræ, nam quod poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe. vt quia poſſibile eſt hominē ambulare, poſſibile eſt hominē non ambulare, & quod poſſibile eſt uideri, poſſibile eſt non uideri. Rurſus qđ poſſibile eſt ſecari & diuidi, & non ſecari, & non diuidi poſſibile eſt. Quare vtręq; in eodem veræ ſunt, poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe. Nam quod dicimus poſſibile eſt non eſſe, ita intelligēdum eſt, vt ſi diceremus poſſibile eſt hodie pluuiam nõ eſſe, cum ſit poſſibile vt ſit. Cur autem hoc ita eueniat, ipſe demonſtrat dicens.

*Ratio autem eſt, quoniam omne quod ſic poſſibile eſt, non ſemper in actu eſt. Quare inerit ipſi etiam negatio. poteſt igitur & nõ ambulare quod eſt ambulabile, & nõ videri quod eſt viſibile. At vero impoſſibile eſt de eodem oppoſitas eſſe ueras dictiones. Non igitur eius quæ eſt; poſſibile eſt eſſe, negatio eſt, poſſibile eſt non eſſe. Contingit .n. ex bis aut idem ipſum affirmare et negare ſimul de eodem, aut non ſecundum eſſe & non eſſe quæ opponuntur, fieri affi mationes & negationes. Si ergo illud impoſſibilius eſt, hoc erit magis eligendum.*

96 Hoc hmõi eſt, quęcunq; ita ſunt poſſibilia, vt ſint actu & opere, illa nulla ratione poſſint non eſſe, vt cælo ſemper actu ineſt moueri. ſemper.n. mouetur & dicimus poſſibile eſt cælum moueri, ideirco qm cæli motus actu eſt, hoc eſt id illi ſemper agitur. mouetur.n. ſemper. in hac ergo poſſibilitate talis propoſitio non poteſt cõuenire, vt dicamus poſſibile eſt cęlum non moueri, hoc.n. impoſſibile eſt. Ergo in his quæcunq; actu ſunt, hę duę propoſitiones poſſibiles eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe, nulla ratione conueniunt. In his aũt quę non ſemper actu ſunt, & ſunt poſſibilia eſſe, cõuenire poſſunt propoſitiones, id eſt poſſibile eſt eſſe, & poſſibile eſt nõ eſſe. Non eſt.n. ſemper actu pluuia, & poſſibile eſt eſſe aliqñ, quare poſſibile eſt eam aliqñ non eſſe. Hęc igitur ratio eſt, cur vtræq; inueniuntur veræ, q in his poſſibilitatibus, quę non ſemp ſunt actu, & eſſe aliquid, & non eſſe contingit. Quare ſi eius q̃ eſt poſſibile eſt eſſe, negatio eſt ea q̃ dicit, poſſibile eſt non eſſe: in eodem ſimul & affirmatio, & negatio erunt verę. & cui rei ineſt affirmatio, vt ſit eſſe poſſibile, eidē rurſus inerit negatio, vt ſit poſſibile nõ eſſe. quare & qđ ambulabile eſt, id eſt quod ambulare poteſt, poteſt nõ ambulare, & qđ viſibile eſt. i. qđ videri poteſt, poteſt ēt non uideri. ſed impoſſibile eſt, vt de eodē oppoſitę & contra iacētes dictiones, ſimul verę ſint. in omnibus.n. aut affirmatio vera eſt, aut negatio. Si ergo factis negationibus ſm eſſe, & non eſſe, in his quæ ſm aliquem modum dicuntur, affirmatio, & negatio vtræq; ſunt veræ, quod fieri non pt; illud magis dicendum eſt, non faciendas ſecundũ eſſe & non eſſe negationes, ſed potius ſecundum modum. quod ſi illud eſt impoſſibilius, vt affirmatio, & negatio ſimul veræ ſint, illud magis eſt eligendum, vt non ſecundum eſſe & non eſſe fiat contradictio, ſed potius ſecundum modum. Quod autem dixit, Si ergo illud impoſſibilius eſt, hoc erit magis eligendum: Non ſic dictum eſt, quod vtraq; impoſſibilia ſint, & affirmationem & negationem veram eſſe, & non ſecũdũ eſſe, & non eſſe fieri contradictionē. Illud enim, id eſt contradictionem, ſimul veram eſſe impoſſibile eſt. Scđm eſſe ãt & non eſſe, affirmationem non fieri, & negationem non impoſſibile eſt, ſed ad hoc retulit impoſſibilius eſt, tãquã ſi diceret minus impoſſibile. Minus.n. poſſibile eſt, vt oppoſitæ in eodem propoſitiones veræ ſint, q̃ vt non ſm eſſe & non eē negationes ponant. Quocirca eligēdũ eſt hoc, qđ eſt poſſibilius, vt ſm modum potius q̃ ſecundum eſſe, & non eſſe negationes fiant. Quod ipſe planius exequitur dicens.

*Eſt igitur negatio eius, quæ eſt poſſibile eſſe, ea quæ eſt, non poſſibile eſſe, & nõ ea quæ eſt poſſibile nõ eſſe. Eadem quoq. ratio eſt in eo quod eſt, contingens eſſe: etenim negatio eius eſt, non contingens eſſe.*

97 Hæ nanq; ſimul verę inueniri non poſſunt: nã ſiquid eſt poſſibile eſſe, vt idem illud impoſſibile ſit, fieri non poteſt. nec hoc in ſolis poſſibilibus ſpeculandũ eſt, ſed in omnibus quoq; eadē ratio eſt. Nã in eo qđ eſt contingere eſſe, non ē illa negatio q̃ dicit, contingere non eſſe, (hæc.n. conſentit ei, q̃ eſt, contingere eſſe), ſed illa quæ proponit non contingere eſſe. Has.n. duas ſimul veras inueniri, impoſſibile eſt.

*Et in aliis quoq. ſimili mõ ut in neceſſario, & impoſſibili. fiũt.n. quēadmodũ in illis eē & nõ eſſe, appoſitiones, ſubiecta vero res. hoc quidem album, illud uero homo.*

98 Et in alijs inquit omnibus idem faciendum eſt. ſm modum.n. negatio ponenda eſt, vt ſi contingens eſt, ad contingere; ſi poſſibilis, ad poſſibile; ſi impoſſibilis, ad impoſſibile; ſi neceſſarium, ad neceſſarium negatio coniungatur. Quemadmodum enim inquit in his quę pręter modum aliquem ſunt, & aliquid eſſe proponunt, eſſe quidem, & non eſſe appoſitiones quędam, id eſt prædicationes ſunt, res vero ſubiectę, ut in eo quod eſt, homo eſt, & homo non eſt, homo quod eſt res, ſubiectum eſt. Appoſitio autem quędam & pręddicatio, eſt & non eſt, vel in eo quod dicitur album eſt, & album non eſt, album quidem res ſubiecta eſt, appoſitũ aũt & pręddicatum, eſt & non eſt. Ita quoque in his quæ ſecũdũ aliquem modum dicũtur, eſſe quidem ſubiectum eſt, velut quędam res: Modus autem de eſſe pręddicatur. nam cum dicimus hodie pluuiam eſſe poſſibile eſt, eſſe ſubiecimus, poſſibile pręddicauimus. Et ſicut totam vim in propoſitionibus pręddicatio tenet, & in ſimplicibus & præter modum, quoties aliquid eſſe prædicamus, vt in eo quod dicimus, homo eſt, totam propoſitionis uim continet verbum eſt: ita quoq; in his quæ ſecundum modum dicuntur, quoniam totam propoſitionem continet modus, aut poſſibilis, aut contingentis, aut impoſſibilis, aut neceſſarij, hęc pręddicari, res vero aliæ ſubiectę eſſe dicuntur. hoc eſt enim quod ait.

*Sic hoc loco, eſſe quidē & non eſſe ſubiecta fiũt, poſſe vero & contingere, appoſitiones determinantes, quemadmodum in illis eſſe & nõ eſſe, veritatem & falſitatem, ſic hic in eo quod eſt, eſſe poſſibile, & eſſe non poſſibile.*

99 Nam quemadmodum in ſimplicibus ſi ad eſſe, & non eſſe negationes fiãt, vna ſemper vera eſt, altera ſemper falſa: ita quoq; in his quę ſm modum dicuntur, ſi ad ipſum modũ enunciatio negationis aptetur, velut ad quaſdam appoſitiones pręddicationeſq; veritas in appoſitionibus & falſitas terminata diuiditur. Atq; hoc eſt quod ait, Similiter hæ etiam in eo quod eſt eſſe poſſibile, & eſſe non poſſibile. Similiter .n. ſecundum poſſibile, & non poſſibile facta oppoſitio, veritatem falſitatemq; determinat, ſicut in ſimplicibus & pręter modum poſitis ſecũdum eſſe, & non eſſe negatio. Hinc in omnibus ſecundum modum affirmationibus, oppoſitiones digerit conuenientium negationum, dicit enim.

*Eius vero quæ eſt, poſſibile eſt non eſſe, negatio eſt, nõ ea quæ eſt, non poſſibile eſt eſſe, ſed ea quæ eſt, non poſſibile eſt non eſſe. Et eius quæ eſt, poſſibile eſt eſſe, nõ ea quæ eſt, poſſibile eſt non eſſe, ſed ea quæ eſt, non poſſibile eſt eſſe. Quare & ſequi ſeſe inuicē uidebuntur hæ, poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe. Idem.n. poſſibile eſt eſſe, & non eſſe. Non.u. contradictiones ſunt ſibi inuicem huiuſmodi, poſſibile eſſe, & poſſibile non eſſe. Sed poſſibile eſt eſſe, & non poſſibile eſt eſſe, nunquam ſimul in eodem ueræ ſunt, opponuntur enim. At uero, nec poſſibile eſt non eſſe, & nõ poſſibile eſt & nõ eſſe nũquam ſimul ueræ ſunt. Similiter autem & eius quæ eſt, neceſſarium eſſe, nõ ea quæ eſt, neceſſariũ nõ eſſe, negõ eſt, ſed ea quæ eſt, nõ ne*

*ceſſarium eſſe. Eius uero quę eſt. Neceſſarium eſt nō eſſe, ea quæ eſt, nō neceſſarium eſt non eſſe. Et eius q̄ eſt poſſib le eſſe, non ea quæ eſt, impoſſibile non eſſe, ſed nō impoſſibile eſſe. Eius uero quæ eſt, impoſſibile non eſſe, ea quę eſt, non impoſſibile.*

100. vt demonſtret eam quę dicit poſſibi'e eſt non eſſe, nō mō non eſſe negationem eius quæ eſt, poſſibile eſt eſſe, ſed omnino negationē nō eſſe, huius aliam inuenit negationē. Nam eius quę eſt, poſſibile eſt non eſſe, q̄ affirmationis loco potuit, negatio reperitur illa quę dicit non poſſibile eſt nō eſſe, ſm modū .ſ. addita negatione. unde fit inquit, vt ea quę dicit, poſſibile eſt eſse, & illa quę proponit, poſſibile eſt nō eſse, ſeſe inuicē conſequantur, idem; nanq; poſſibile eſt eſse qđ eſt poſſibile non eſse. Cur āt ſe conſequi pnt, hęc cauſa eſt, qm̄ non ſunt oppoſitæ. Nā ſi eſsent oppoſitæ, perimerēt ſe potius, quam conſequerentur, & diſsentirēt magis, quam conſentirent, vt eſt in his, poſſibile eſt eſse & non poſſibile eſt eſſe. Hę.n. ita a ſe diſiunctę ſunt, vt ſimul eſſe non poſſint. Idcirco aūt hoc euenit, qm̄ ſunt oppoſitæ. Semper igitur ſm modum ponenda negatio eſt, ſi integra oppoſitionis natura facienda eſt. quod planiſſime exequitur, ſingulis propoſitionum modis negationes accommodans, atque integras naturaliter efficiens oppoſitiones. At vero inquit ea quę eſt, poſſibile eſt non eſſe, cum ea quę dicit, non poſſibile eſt non eſſe, ſimul eſſe non poterit. Nanq; oppoſitas eſſe manifeſtum eſt. ſiquidem harum negatio ad modum eſt poſita, qui eſt, poſſibile eſſe. eius autem quę eſt, neceſſarium eſt eſſe, non oportet dici illam eſſe negationem, per quam dicitur, neceſſarium eſt non eſſe: huius.n. alia negatio inueniri poteſt, qm̄ eſt affirmatio quędā, eſt autem eius negatio ea quæ dicit, nō neceſſarium eſt non eſſe. Sed potius ei quę dicit neceſſarium eſt eſſe, ea opponenda eſt quę dicit, non neceſſarium eſt eſſe, ea opponenda dicit neceſsarium eſt non eſse, opponitur (ut dictum eſt) nō neceſſarium eſt non eſse. Eius quoq; quæ eſt, impoſſibile eſt, eſſe, non dicenda eſt illa eſse negatio, per quam dicimus, impoſſibile eſt non eſse, ſed ea potius quæ proponit non impoſſibile eſse. Nanque affirmatio quædam eſt, impoſſibile eſt non eſse. Huius enim inuenitur negatio quæ, eſt, non impoſſibile eſt non eſse.

*Vniuerſaliter vero (quemadmodum dictum eſt). eſſe quidem & nō eſſe oportet uponere tāquam ſubiecta, affirmationem uero et negationem hæc facientem, ad eſse & nō eſſe apponere. & has putare oportet eſſe oppoſitas dictiones: poſſib le, non poſſibile: contingens, nō contingens, impoſſibile, non impoſſibile, neceſſarium, non neceſſarium, uerum, non uerum.*

101. Regulam dat vniuerſalem dicens, hoc vniuerſaliter in omnib. faciendum eſſe, quod ſupra iam diximus, ut ſubiectum eſſe & non eſſe ponatur: Affirmationem autem & negationem ipſos modos faciamus. Hoc eſt.n. qđ ait, negationem vero & affirmationem hæc facientem. modos enim ipſos id eſt poſſibile, & contingens, & cæteros pro affirmationibus ordinantes, & ad hos negatiuo aduerbio iuncto pro negationib. diſponentes, vt ad id qđ dicimus eſt, & nō eſt apponamus, ut quēadmodum ad unā rem, qđ eſt hō, eſt verbum, & non eſt negatio, pdicaū eſt in his quoddam propoſitionib. quæ pter modum ſunt. vt in ea per quā dicimus hō eſt, ſic in his propoſitionibus, quæ cū modo ſunt, eſt quidem aut non eſt, ſubiecta ponamus, modos uero ipſos aut ſm affirmationem, ſi ſimpliciter dicantur, aut ſm negationem, ſi cum negatione ponantur, facientes ad ſubiectum, quod ſm eſſe & non eſſe diſpoſuimus, prędicemus, & has arbitremur eſſe oppoſitas dictiones & negationes, quæ ſecundum modos factæ ſint. eorum autem omnium negationes & affirmationes in contrarium diſponantur.

| | | |
|---|---|---|
| Poſſibile eſt eſſe | Oppoſitiões | Non poſſibile eſt eſſe |
| Contingit eſſe | | Non contingit eſſe |
| Impoſſibile eſt eſſe | | Non impoſſibile eſt eſſe |
| Neceſſarium eſt eſſe | | Non neceſsarium eſt eſse |
| Poſſibile eſt nō eē | Oppōnes | Non poſſibile eſt non eſse |
| Contingit non eſse | | Non contingit non eſse |
| Impoſſibile eſt non eſse | | Non impoſſibile eſt non eſse |
| Neceſsarium eſt non eſse | | Nō neceſsariū eſt non eſse. |

Quod autem addidit verum, non uerum, ad demonſtrationem omnium modorum valet. Nam. ſiquis dicat verū eſt, non eſt ipſius negatio verum non eſt, ſed potius non uerū eſt. Alioqui eius quæ eſt, verum non eſt, illa negatio eſt q dicit, non verum non eſt.

## DE MODALIVM AEQVIVALENTIA.

*CONSEQVENTIAE uero ſecūdū ordinem ſiūt ita ponentibus. Illi.n. quæ eſt, poſſibile eſt eſse, ſequitur illa quæ eſt contingens eſse, & hæc illi conuertitur. Et non impoſſibile eſſe, & non neceſſarium eſſe. Illi vero quæ eſt, poſſibile non eſſe, & contingens nō eſſe, ea quæ eſſe, non neceſſariū non eſſe, & nō impoſſibile non eſſe. Illi uero quæ eſt non poſſibile eſſ, & contingens eſſe, ea quæ eſt, neceſſarium non eſſe, et impoſſibile eſſe. Illi uero quæ eſt, non poſſibile non eſſe, & non contingens non eſſe, illa q̄ eſt, neceſſe eſt, eſſe, et impoſſibile nō eſſe.*

102. Expeditis omnibus quæ de modorum oppoſitionibus diſputantur, ad conſequentias uenit. Hoc.n. dicit, quę propoſitiones ſupradictorum modorum, quas propoſitiones conſequuntur, quibuſq; cōſentiunt. Nos autem ex his quatuor fecimus ordines, & conſequentias propoſitionū ſub una ſerie diſpoſuimus: hæc autem prius nota ſint, ut quid ab Ariſtotele dicatur: facilius lector intelligat.

*Conſideretur autem ex ſubſcriptione, quod dicimus.*

| | |
|---|---|
| *Primus ordo* | *Tertius ordo* |
| *Poſſibile eſt eſſe.* | *Non poſſibile eſt eſſe* |
| *Contingit eſſe* | *Non contingit eſſe* |
| *Non impoſſibile eſſe* | *Impoſſibile eſt eſſe.* |
| *Non neceſſe eſt eſſe* | *Neceſſe eſt non eſſe.* |
| *Secundus ordo* | *Quartus ordo* |
| *Poſſibile eſt non eſſe.* | *Non poſſibile eſt non eſſe.* |
| *Contingit non eſſe.* | *Non contingit non eſſe.* |
| *Non impoſſibile eſt non eſſe* | *Impoſſibile eſt non eſſe.* |
| *Non neceſſe eſt non eſſe* | *Neceſſe eſt eſſe.* |

103. Superius aūt deſcriptas conſequentias ipſe diſponit: nobis aūt reddēda eſt breuiter ratio, cur hę propoſitiones ſeſe inuicem cōſequantur. Quod poſſibile eſt eſſe, contingit aliqn̄ ut ſit, & hoc eſt contingit eſſe. quod autē contingit eſſe, nō ē impoſſibile eſſe, & quod non eſt impoſſibile eſſe, non idcirco iā neceſſe eſt eſſe. Non eſt.n. impoſſibile hodie eſſe pluuiā, ſed non idcirco iam eſſe neceſſe eſt. Quod ergo nō eſt impoſſibile eſſe, nō neceſſe eſt eſſe. Et hic eſt unus ordo conſequentiæ. Ruſſus ſecūdus ordo ordo poſitionū talem habet conſequentiam. Quod poſſibile eſt non eſſe, poteſt fieri ut non ſit, quare cōtingit aliqn̄ ut nō ſit, & quod poſſibile eſt non eſse, contigit non eſse, quod autem contingit non eſſe, pt fieri vt non ſit, ſed qđ pt fieri ut non eſt impoſſibile vt non ſit: ergo quod contingit nō eſſe, non eſt impoſſibile vt non ſit, ſed qđ non eſt impoſſibile non eſſe, non idcirco illud iā nō eſſe neceſſe eſt. hodie.n. pluuiam nō eſſe non eſt impoſſibile. pt..eſſe, ſed non idcirco ex neceſſitate hodie nō pluet. quare qđ nō eſt impoſſibile non eſſe, non eſt neceſſariū non eſſe, & ſecundus quidem ordo ſeſe ſic hēt. Nūc āt ad tertiū tranſeamus. Qđ non poſſibile eſt eſſe. hoc fieri nō pt, qđ āt fieri nō pt. ut aliquādo ſit, non contingit, qđ ergo non poſſibile eſt eſſe, idē non contingit eſſe, ſed quod non contingit eſse, neceſse, eſt ut non ſit, quod nunq̄ contigit, nunquā eſſe poteſt, quod nunquā eſſe poteſt, neceſſe eſt non eſſe. quod igitur non contingit eſſe

idem

idem neceſſe eſt non eſſe. ſed quod neceſſe eſt nō eſſe, hoc fieri non poteſt. quod autē fieri non pōt, impoſſibile eſt vt fiat, quod igitur neceſſe eſt, non eſſe impoſſibile eſt eſſe. Quartus & ordo hoc modo eſt. Quod non poſſibile eſt nō eſſe, fieri non poteſt vt non ſit. quod fieri non poteſt, vt nō ſit, non contingit non eſſe. Vt qm̄ non poſsibile eſt non eſſe motum cęlo, non contingit cęlū non moueri, quare quod non poſsibile eſt non eſse, idem nō contingit non eſſe, ſed quod non contingit non eſſe, neceſſe eſt eſſe, ſicut de cęlo. Neceſſe eſt enim cęlum moueri, quoniam non contingit cęlum non moueri, ſed quod neceſſe eſt eſse, vt non ſit fieri non poteſt, quare quod neceſse eſt eſse impoſsibile eſt non eſse. Et hæc quidem eſt ordinata ab Ariſtotele conſequentia propoſitionum, de qua paulo latius diſputabit.

*Ergo impoſſibile, & non impoſſibile, ad illud qđ eſt cōtingens & poſſibile, & nō cōtingens & non poſſibile ſequuntur quidem contradictorie, ſed conuerſim. illud .n. quod eſt poſſibile eſſe, negatio ſequitur impoſſibilis. Negationē vero affirmatio. Ad illud .n. quod eſt, non poſſibile eſſe ſequitur illud quod eſt, impoſſibile eſſe. Affirmatio .n. eſt, impoſſibile eſſe, non impoſſibile uero negatio.*

104 Quędam de ſuperiore conſequentium ratione pertractat. In ſuperioribus .n. deſcriptionibus ſeſe ſequentium, affirmationē poſſibilis ſequebatur impoſſibilis negatio. Rurſus negationem poſſibilis ſequatur impoſſibilis affirmatio, & de contingenti eodem modo, affirmationem nanq; impoſſibilis dicentē, impoſſibile eſſe, ſequebatur negatio poſſibilis dicens, non poſsibile eſt eſse. Rurſus cum impoſsibile negaretur ꝑ id quod dicebatur, nō impoſsibile eſse, hāc affirmatio poſsibilis ſubſequebatur, ea. ſ. quæ dicit, poſſibile eſse. Atq; hoc idē de contingēti affirmatio nanq; impoſſibilis ea quæ eſt, impoſſibile eſse, ſequebatur contingētis negationem, eam quę eſt, non contingit eſse. Negatio vero impoſſibilis, ea quę dicit, non impoſſibile eſt eſse, affirmationem contingentis ſequebatur, eam quę dicit, contingit eſse. quare hę propoſitiones ſeſe inuicem ſequuntur, ſed cōuerſę. Nanq; affirmatio impoſſibilis, contingentis negationē & poſſibilis ſequitur. Negatio vero impoſſibilis, affirmationē poſſibilis & cōtingētis, vt ſubiecta deſcriptio docet.

Affir. impoſſibile eſt eſse. contradi. non impoſſibile eſt eſse. Neg.
Neg. nō impoſſibile eſt eſse cōtradi. poſsibile eſt eſse.
Affir. Neg. non contingit eſse contradi. contingit eſse Affir.

Idcirco nanq; ait, ſequuntur quidem contradictorię, ſed cōuerſim, quod omnes incontrarium locatę contradictiones ſunt. Contradictio nanque eſt, impoſſibile eſse, & non impoſſibile eſse, contingere eſse, & non contingere eſse, poſſibile eſse, & non poſſibile eſse. Conuerſę aūt ſe ſequūtur, qm̄ affirmatio non ſequitur affirmationem, & negatio negationem, ſed affirmationem negationes, negationem vero affirmationes, quod ad ſupradictam deſcriptionem reuertentibus planius liquet. ſenſus ergo hic eſt. Ordo autem ſerieſque ſeſe ſermonum ſic habet. ergo inquit Ariſtoteles cōtradictionē, quæ eſt impoſſibile & non impoſſibile, illud quod eſt contingens & poſſibile, quę duæ affirmationes ſunt, ac ſeſe ſequuntur, & nō contingens & non poſſibile, quę duæ ſunt negationes. ſequuntur quidem contradictorie, vt contradictiones ſint in contrarium ductæ, ſed conuerſim, vt affirmatio negationem, negatio ſequatur affirmationem. Huius talis ratio redditur, illud .n. quod eſt poſſibile eſse, qđ affirmatio eſt, negationem impoſſibilis ſequitur. eſt autē negatio impoſſibilis, nō impoſſibile eſse. Quod eſt ergo poſſibile eſse, ſequitur non impoſſibile eſse, negatio vero poſſibilis, affirmationem impoſſibilis ſequitur. illud nāq; quod eſt nō poſſibile eſse, ſequitur affirmationem quę eſt impoſſibile eſse. etenim affirmatio eſt impoſſibile eſse, nō impoſſibile eſſe negatio. & in contingentibus eodem modo, atq; hoc quidem de poſſibilium & impoſſibilium conſequentia dictū eſt. Nūc de neceſſarij & poſſibilis cōſequētia tractat.

*Neceſſarium vero quemadmodum ſit, conſiderandum eſt. Manifeſtum eſt autem, quoniam non eodē modo, ſed contrariæ ſequuntur, contradictoriæ autem ſunt extra: Non .n. eſt negatio eius quod eſt neceſſe nō eſſe, nō neceſſe eſt eſſe. cōtingit .n. eſſe veras vtraſque in eodem. Quod .n. eſt neceſſarium non eſſe. non eſt neceſſarium eſſe.*

105 Quod dicit huiuſmodi eſt, in his propoſitionibus quæ erāt impoſſibilis, & nō impoſſibilis, conueniebat non poſſibile, ei qđ eſt impoſſibile; & poſſibile conſentiebat ei qđ eſt non impoſſibile, contradictionē. ſ. impoſſibilis, contradictio non poſſibilis ſequebat̃ ordine conuerſo. in his aūt, quæ neceſſarium ꝑdicāt, vel affirmatiue, vel negatiue, & ſequuntur poſſibilem propoſitionem, eius quæ poſſibili conſentit cōtradictio, non ſequit̃ contradictionem poſſibilis, ſed potius contraria: neceſſarias vero nunc propoſitiones dico, quę tametſi non ſignificent neceſſitatem, tñ ſiue affirmatiue, ſiue negatiue neceſſarium ꝑdicant: ſenſus ergo hic eſt, ſiqua ex his quę neceſſarium ꝑdicant conſentit poſſibili propoſitioni, eius quæ neceſſariū prædicat, contradictio, non ſequit̃ poſſibilis contradictionem, ſed eius, quę neceſſarium prędicat contradictionis contraria conſentit poſſibilis propoſitionis contradictioni. prius autē diſponamus, quę ſunt contradictorię, quæue contrariæ, eius .n. quę dicit neceſſe eſt eſſe, contradictio eſt non neceſſe eſt eſſe, contraria vero, neceſſe eſt non eſſe. rurſus eius quæ eſt, neceſſe eſt non eſſe, contradictio eſt, non neceſſe eſt non eſſe, contraria vero, neceſſe eſt eſſe. Quare deſcribant & circa vnā eandemq; contraria, & cōtradictoria diſponantur, ut quod a nobis dicendum eſt, clarius poſſit liquere.

Non neceſſe eſt eſſe. Neg.

Cōtradictio

Contraria

Affir. Neceſſe eſt eſſe. Neceſſe ē nō eē. Affir.

Nō neceſſe ē ñ eē. Neg.

Cōtradictio

Affir. Neceſſe eſt ñ eſſe.

Cōtraria. Neceſſe eſt eſſe. Affirmatio.

His igit̃ cōmode breuiterq; deſcriptis, q in eorū conſequētia ad poſſibiles ꝑpoſitiones modus poſſit euenire mōſtrādū eſt. illam nāq; q̄ eſt poſſibile eſt eſſe, ſeqtur ea q̄ eſt, nō neceſſe eſt eſſe: nā qđ poſſibile eſt eſſe, nō neceſſe eſt eſſe. qđ .n. poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt & nō eſſe, ſed qđ poſſibile eſt non eſſe, non neceſſe eſt eſſe. Quare id qđ eſt, poſſibile eſt eſſe, recte ſequit̃ nō neceſſe eſt eſſe, ſed negationē eius q̄ dicit poſſibile eſt eſſe. i. nō poſſibile eſt eſſe, nō ſequit̃ affirmatio eius q̄ dicit, nō neceſſe eſt eſſe, q̄ eſt. ſ. neceſſe eſt eſſe, hæc .n. eſt contradictio neceſſariæ affirmationis. neque .n. dici pōt cōſentire propoſitiones q̄ dicūt, nō poſſibile eſt eſſe, & neceſſe eſt eſſe, ſed huius cōtraria ſequit̃: nanq; eam q̄ eſt, non poſſibile eſt eſſe, illa q̄ dicit, neceſſe eſt non eſſe, comitat̃. ſed neceſſe eſt non eſſe, non eſt cōtradictoria eius q̄ eſt, nō neceſſe eſt eſſe: poſſunt .n. vtręq; in eodē ſimul verę inueniri. nā qm̄ neceſſe eſt nō eſſe ignē frigidum, nō neceſſe eſt eſſe ignē frigidū. Quocirca, hæ contradictorię nō ſunt, ſed eſt contraria ea quæ dicit, neceſſe eſt non eſſe, ei quæ dicit, neceſſe eſt eſſe, quæ neceſſe eſt eſſe, cōtradictio eſt eius quę ponit non neceſſe eſt eſſe. quare contradictionē eius quę dicit, poſſibile eſt eē, eā. ſ. quę ꝑponit non poſſibile, eſt eē, nō ſequit̃ cōtradictio eius quę ē nō neceſſe eſt eē, ſed ea quę ē neceſſe ē non eſſe, quæ contraria. ſ. eſt ei q̄ eſt, neceſſe eſt eē, quæ hęc ipſa contradictio eſt eius quæ ꝑponit non neceſſe eē. Hoc āt deſcriptione melius patebit.

Affir. poťe eſt eſſe.contrad. Non poſſibile eſt eſſe.Negatio.
Affir. non neceſſe eſt eſſe contrad.neceſſe eſt eſſe:cõtraria,
neceſſe eſt enim eſſe.

Ergo cũ ſit contradictio poſſibile eſſe,& nõ poſſibile eſſe, ſequatur aũt poſſibile eſſe,non neceſſe eſſe contradictio tñ eius q̃ eſt,neceſſe eſſe, non ſequetur contradictionẽ eius q̃ eſt poſſibile eſſe, ſed contraria contradictorię eius quæ eſt,non neceſſe eſſe.Nam ſi contradictio eſt,non neceſſe eſſe,eius quę eſt, neceſſe eſſe. Contraria vero eiuſdẽ neceſſe eſſe,eſt ea quę dicit, neceſſe eſt non eſſe, ſequił neceſſe eſt non eſſe, eã quę eſt non poſſibile eſſe, quę eſt contradictio eius quę eſt,poſſibile eſſe,q̃ ſequitur nõ neceſſe eſſe. Recte ergo dicił contradictiones quidẽ extra eſſe, contrarias vero contradictorijs conſentire. nã poſſibile eſſe & non poſſibile eſſe,quæ ſunt contradictorię,ſequuntur nõ neceſſe eſſe,& neceſſe non eſſe, quę non ſunt contradictoriæ, qđ in eodẽ utręq; veræ inueniri poſſunt. Quod ſi contradictio ſequitur, ſicut ea quæ eſt, non neceſſe eſſe, ſequitur eam quæ eſt poťe eſſe,ſic eam quæ eſt, non poťe eſſe, ſequeretur neceſſe eſſe,ſed hoc inconueniens eſt.Quare,q̃m hęc illã non ſequitur,contraria ipſius ſequetur.contraria nãq; eſt ei quæ proponit,neceſſe eſt eſſe,illa quę dicit,neceſſe eſt non eſſe. Eodem quoq; modo & in eo quod eſt poťe non eſſe, cuius eſt contradictio non poťe non eſſe, quod Ariſtoteles reticuit.Sequitur nanq; eam quæ eſt, poſſibile eſt non eſſe, illa quæ dicit non neceſſe eſt non eſſe, ſed negationem eam, q̃ eſt non poťe eſt nõ eſſe, eius affirmationis quę eſt poťe eſt non eſſe.Non ſequitur affirmatio eius quę eſt, non neceſſe eſt non eſſe negationis, ea quæ eſt,neceſſe eſt non eſſe.Negatio.n eius quę dicit, neceſſe eſt non eſſe, illa eſt quę dicit,non neceſſe eſt non eſſe.Sed huius contraria .i. affirmationis quę eſt,neceſſe eſt non eſſe, illa.ſ.quę eſt, neceſſe eſt eſſe:ſequitur negationem illã, quę eſt non poſſibile eſt non eſſe, huius quoq; ſit talis deſcriptio.

Affirmatio. Negatio.
Poſſibile eſt non eſſe. contradictio. Non poťe eſt non eſſe.
Negatio. Affirmatio.
Non neceſſe eſt non eſſe contradictio.Neceſſe eſt non eſſe.
Contraria affirmatio, neceſſe eſſe.

Diſſimili igitur modo euenit, quam dudum contingebat in his quæ erant poſſibilia,& quæ impoſſibilia. Illic.n.contradictio contradictionẽ ſequebał, ſed conuerſim,vt negationem affirmatio, affirmationem negatio ſequeretur. Hic non idem modus eſt.Nã cũ ſuperiores contradictorię ſint, & inferior negatio affirmationem ſequał,negationem non ſequitur contradictoria affirmatio, ſed affirmationis illius contraria.ꝙ ſiquis legat attentius,integre deſcriptũ eſſe ratione perſpiciet, cur autem hoc eueniat cauſam prodit.

*Cauſa aũt,cur nõ ſequatur ſimiliter cæteris eſt, quoniã cõtrariæ impoſſibile neceſſario redditur idẽ ualẽs. Nam qđ impoſſibile eſt eſſe, neceſſe eſt hoc nõ qdem eẽ, ſed potius nõ eſſe.Qđ vero impoſſibile ẽ nõ eẽ, hoc neceſſarium eſt eẽ.Quare ſi illa ſimiliter ſequũtur poſſibile et nõ poſſibile,hæc ecõtrario.Quoniã non ſignificãt idẽ neceſſarium & impoſſibile,(ſed quemadmodũ dictum eſt)cõuerſim.*

106 Ratio cur non ſimili modo conſequentia ſm contradictionem propoſitionis eueniat,ſicut in his quę ſunt impoſſibilia, & non impoſſibilia huiuſmodi eſt,omne neceſſariũ contrario modo impoťe eſt.Nam quod eſt impoťe eſſe,hoc eſt neceſſarium non eſſe.non .n.eſt neceſſarium eſſe,quod eſt impoťe eſſe:nullus.n. dixerit neceſſe eſt eſſe, quod impoťe eſt eſſe. non ergo neceſſe eſt eſſe, ſed potius neceſſe eſt non eſſe quod impoťe eſt eſſe.Ergo conuerſæ idem poteſt impoťe, quod neceſſarium. Quod .n. impoťe iunctum cum eſſe efficit, hoc efficit neceſſarium iũctum ad id quod eſt non eſſe. igitur quod impoſſibile eſt eſſe, hoc neceſſe eſt non eſſe.Ruſus quod impoťe eſt non eſſe, hoc neceſſe eſt eſſe vt igni impoťe eſt non ineſſe calorem, neceſſe eſt igitur ineſſe. Quare huic quoq; idem conuertitur, vt quod impoſſibile ſm non eſſe efficit, idem ualeat neceſſariũ ſm eſſe poſitum. quare cõtrario modo neceſſarium & impoťe idẽ poteſt. Quod ſi contrario modo impoťe & neceſſariũ idem ualet, manifeſtum eſt,cur non ſimiliter conſequił neceſſarium poťe & non poťe propoſitiones, ſicut eaſdem ipſas.i.poťe & non poťe propoſitiones,impoťe & non impoſſibile ſequebatur. Nam ſi conuerſo ordine neceſſarium atque impoťe idem valet ſm contrarietatem,non ſimilis conſequentia eſt neceſſarij & impoťis, ei quæ fuit poťis & impoťis.Nam q̃m non impoťe eſſe, ſequitur poſſibile eſſe. Et hoc rurſus.i. poſſibile eſt,non neceſſe eſſe comitatur. Rurſus id quod eſt impoſſibile eſſe, q̃m ſequitur non poſſibile eſſe.Neceſſarium autem impoſſibili conuerſo ordine idem valet, ſequitur id quod eſt impoťe eſt eſſe, neceſſe eſt non eſſe.Ac ꝑ hoc etiam id quod eſt,non poſſibile eſſe, ſeqtur id quod eſt,neceſſe eſt non eſſe.Rurſus q̃m ei quod eſt non impoťe non eſſe conſenit,id quod eſt, poſſibile eſt non eſſe,& huic conuenit, non neceſſe eſt non eſſe. Quoniam id quod dicitur impoſſibile eſt non eſſe, ſocium eſt ei quod eſt,non poſſibile eſt non eſſe,ei autem quod eſt, impoſſibile non eſſe,conuerſo modo redditum,neceſſario.idem ualet.Sequitur id quod eſt impoſſibile eſt non eſſe,id quod dicimus neceſſe eſt eſſe,& hanc quoq; ſequitur id quod proponimus,non impoſſibile eſt non eſſe,non neceſſe eſt non eſſe.id uero deſcriptione monſtratur.

| Conſentientes | Conſentientes |
|---|---|
| Non impoſſibile eſt eſſe. | Impoſſibile eſt eſſe. |
| Poſſibile eſt eſſe | Non poſſibile eſt eſſe. |
| Non neceſſe eſt eſſe. | Neceſſe eſt non eſſe. |
| Conſentientes | Conſentientes |
| Non impoťe eſt non eſſe. | Impoſſibile eſt non eſſe. |
| Poſſibile eſt non eſſe. | Non poſſibile eſt non eſſe. |
| Non neceſſe eſt non eſſe. | Neceſſe eſt eſſe. |

Cũ igitur diuerſæ conſequentię ſit, in cõtrarium propoſitionum impoťis, & neceſſarij facta conuerſio, ſed de his hoc modo ſpeculatus,ſeſe quodammodo ipſe rep̃hendit,& ad aliam proprietatis conſequentiã diſputationem flectit.

*An certe impoſſibile eſt ſic poni neceſſarii cõtradictiones.Nã qđ eſt neceſſariũ eẽ,poſſibile ẽ eſſe, nã ſi nõ, negatio ſequetur.Neceſſe.n.ẽ aut affirmare aut negare.Quare ſi nõ poſſibile ẽ eſſe, ĩpoſſibile eſt eſſe.Igitur impoſſibile eſt eſſe, qđ neceſſe eſt eſſe, quod ſane eſt inconueniens.*

107 Forte inquit errauimus ita conſequentias collocantes. Tunc.n. diſpoſuimus, ut id quod eſſet poſſibile ſequeretur illud quod eſt non neceſſarium,ut ſecundum pręceſſionem poſſibilis ſequentem negationem neceſſarii poneremus. nunc autem dicit hoc permutari oportere, & non a poſſibili inchoandum,& huic ſubiiciendũ neceſſarii negationem, ſed potius primo ponendum eſſe neceſſarium, ſecundo loco poſſibile. nanq; illa propoſitio quæ neceſſarium continet,continere videtur etiam poſſibilitatem.nã quod neceſſarium eſt idem poſſibile eſt.Quod.n.neceſſe eſt eſſe,idem eſſe poſſibile eſt.nam ſiquis hoc neget,& id quod eſt neceſſarium dicat,non ſequi poſſibilitatem, negatio poſſibilitatis,id quod eſt neceſſariũ comitabitur.Nam ſi id quod neceſſarium eſt eſſe:falſum eſt dicere poťe eſt eſſe,verum eſt dicere q̃m non poťe eſt eſſe.In omnibus.n. aut dictio eſt.i. affirmatio,aut negatio, ut ſi illa uera eſt, illa ſit falſa,ſi illa non eſt,illa mox eſſe neceſſe ſit. ſed non poſſibile eſſe ſequi diximus id quod eſt impoſſibile eſſe. igitur id quod dicitur neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt eſſe. ſed hoc quidem inconueniens eſt,nõ igitur uerum eſt,q̃m ei quod eſt neceſſarium eſſe,id quod eſt non poſſibile eſſe conuenit.Quare ſequitur id quod eſt neceſſarium poſſibilitas.

*At vero illud quod eſt poſſibile eſſe, non impoſſibile eſſe ſequitur, hoc vero illud quod eſt non neceſſarium eſſe. Quare contingit, quod eſt neceſſarium eſſe, non neceſſarium eſſe,quod ſane eſt inconueniens.*

Dicimus

108 Dicimus ei quod eſt neceſſarium eſſe, conſentire illam propoſitionem, quę dicit poſſibile eſſe: ſed rurſus hoc falſum vt cogitantib. pſpicientibuſq; qm̃ ei quod eſt poſe eſſe, conſentit & conuenit illa ꝓpoſitio quę dicit, nõ impoſe eſſe. hoc vero quod dicitur non impoſſibile eſſe, ſequitur id proponimus non neceſſe eſt eſſe, ſed poſſibile eſſe conſentire propoſuimus ei quę dicit, neceſſe eſt eſſe, eamque conſequi. ſequitur ergo ea quæ eſt nõ neceſſe eſſe, illam quę dicit, neceſſe eſt eſſe, ei quæ conſentit; quod eſt impoſſibile. Quid igitur in his dubitationib: eſt ſtatuendum? an põt cõſentire quidem poſſibile eſſe, ei quod eſt, neceſſe eſſe, Alioqui propoſitionem neceſſe eſſe, id quod eſt impoſſibile eſſe cõſequetur. ſi uero conuenerit ei quę eſt neceſſarium eſſe, illa quę eſt poſſibile eſſe: rurſus fit, ut id quod eſt neceſſarium, non neceſſarium ſit, ſed hoc falſum eſt. Sed hoc quemadmodum ſeſe habeat, paulo poſt explicabitur. Nunc vero priorem ſequentiam permutantes hoc dicimus qm̃ id quod eſt poſe eſſe, nõ põt conſequi id quod eſt neceſſe eſſe, nec hę ſibi propoſitiones conſentiunt, poſſibile eſſe, & neceſſe eſſe. Quod Ariſtoteles hoc modo proponit.

*At uero neq. neceſſarium eſſe ſequitur ad poſſibile eſſe neq. neceſſarium non eſſe. Illi.n. utraq. contingit accidere. horum autẽ utrumlibet uerum fuerit, nondum erunt illa uera, ſimul. nõ poſſibile eſt eſſe, & non eſſe. Si uero neceſſe eſt eſſe, uel nõ eſſe, nõ erit poſſibile utrunq. Relinquitur ergo non neceſſarium non eſſe ſequi ad poſſibile eſſe. hoc .n. uerum eſt & de neceſſe eſſe. hæc .n. fit contradictio eius quæ ſequitur ad non poſſibile eſſe. Illud enim ſequitur hoc quod eſt, impoſſibile eſſe, & nõ neceſſe eẽ, cuius negatio eſt, non neceſſe non eſſe. Sequuntur igitur, & hæ contradictiones ſecundum prædictum modum, & nihil impoſſibile contingit ſic poſitis.*

109 Docet id quod eſt poſſibile non conſentire ei quod eſt neceſſarium eſſe, nec rurſus ei quæ eſt neceſſarium eſt non eſſe. Nã qđ neceſſe eſt eſſe, non põt non eſſe, quod autẽ neceſſe eſt non eſſe, nõ põt eſſe. Quod aũt dicimus poſſibile eſſe: ita dicimus, tanq̃ ſi & non eſſe poſſibile ſit. Vtranque igr̃ naturã hẽt id quod dicimus poſe eſſe, vt & ſit eẽ poſe, & ſit poſe non eſſe. Qui vero dicit neceſſe eſſe, aufert nõ eſſe, & quę dicit neceſſe eſt nõ eſſe, aufert eſſe: ita ſi hæ veræ ſunt. i. neceſſe eẽ, & rurſus neceſſe non eſſe, vtraq; illæ falſę ſunt, quę dicunt & põt eſſe, & põt non eſſe. Illa.n. q ꝓponit neceſſe eſſe, poſſe non eſſe ſubruit, illa vero quæ dicit, neceſſe eſt non eſſe, poſſe eſſe ſubuertit. neutra igitur cõſequetur eã propõnem quę dicit poſe eſt eſſe, nec ea quæ dicit ex neceſſitate eſſe, nec illa quę dicit ex neceſſitate nõ eſſe. Et ſenſus quidẽ hmõi eſt. Sermonũ ãt ratio talis eſt. At vero inquit neq; id quod eſt neceſſariũ eſſe, ſequitur propoſitionem illam quę proponit, poſſibile eſſe, nec rurſus illa q̃ dicit neceſſarium eſt non eſſe. Illi.n. ideſt poſſibili vtraque contingit accidere, ideſt poſſe eſſe, & poſſe non eſſe. Nam quo poteſt eſſe idem poteſt non eſſe. Harum autem, ideſt vel quę dicit, neceſſarium eſt eſſe, vel quę dicit neceſſariũ eſt non eſſe, ſi vtrumlibet verum fuerit, nõ erunt illa vera, ideſt poſſe eſſe & poſſe non eſſe. Quod enim poſſibile eſt eſſe, idem poſſibile eſt non eſſe. quod ſi neque neceſſe eſt eſſe, neque neceſſe non eſſe propoſitio, eam quę eſt poſſibile eſſe conſequetur: relinquitur, vt illa ei conſentiat quę dicit, non neceſſarium eſt non eſſe. Hæc enim ſequitur eam quę proponit, poſſibile eſt eẽ: quicquid enim poſſibile eſt eſſe, non neceſſe eſt non eſſe, ut quoniam hominem poſſibile eſt ambulare, non eſt neceſſe non ambulare. hoc enim verum eſt inquit & de eo quod eſt neceſſe eſt non eſſe .i. hæc enim propoſitio quę dicit non neceſſe eſſe non eſſe, verum eſt vt contra eam opponatur contradictorie quę dicit, neceſſe eſt nõ eſſe. vnde etiam ſecutus eſt; Hæc enim ſit contradictio eius quæ ſequitur non poſſibile eſſe, vnde facienda eſt huiuſmodi deſcriptio.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Affir. | impoſe eſt eẽ | cõtradi. | nõ impoſſibile eſt eſſe. |
| Neg. | non poſe eſt eſſe | contradi. | poſſibile eſt eſſe. |
| Affir. | neceſſe eſt nõ eſſe | cõtradi. | non neceſſe eſt nõ eẽ. |

Hæc.n. quæ dicit non neceſſe eſt non eſſe, contradictio eſt eius quę proponit, neceſſe eſt non eſſe: quę eſt ſequens, & conſentiens ei quę eſt non poſſibile eſt eſſe, quę conſentit ei quæ eſt dicit impoſſibile eſt eſſe; quæ rurſus ſequitur eã quæ eſt ultima .i. neceſſe eſt non eſſe, cuius contradictio eſt, non neceſſe eſt non eſſe, affirmatio.n. eſt neceſſe eſt nõ eſſe. negatio nõ neceſſe ẽ non eſſe. Quocirca ſm̃ contradictionẽ ſit hæc quoq; conſequentia. nam impoſe eſſe, & non impoſe eſſe cõtradictio eſt, ſed affirmationem .i. impoſe eſſe, ſequitur negatio, non poſe eſſe. Negationem uero .i. non ſed non poſſibile eſt eſſe, & poſſibile eſt eſſe contradictio impoſſibile eſſe; ſequitur affirmatio poſſibile eſt eſſe; eſt. ſed negationem poſſibilis .i. non poſe eſſe; conſequetur neceſſe eſt non eſſe affirmatio; ſed affirmationem poſſibilis .i. poſſibile eſſe ſequetur non neceſſe eſt non eſſe, negatio. Quare ita poſitis nihil euenit impoſe. ſed oĩa cõueniũt, & conſentiunt, & ſm̃ ſuperiorem poſſibilis, & impoſſibilis modũ affirmationes & negationes conuerſo ordine contradictorie ſe ſequuntur. Et ſenſus quidem totius hmõi eſt, ordo aũt uerborum ſic. Qm̃ inquit ei quod eſt poſſibile eſſe, nec illud quod eſt neceſſe eſſe, nec illud quod eſt neceſſe non eſſe conſentit: relinquitur vt id quod eſt non neceſſarium nõ eſſe ſequatur poſſibile eſſe. Hoc.n. quod dicitur non neceſſarium non eſſe verum eſt dicere de neceſſe eſt non eſſe, & ſubaudimus, qm̃ eſt eius contradictio. Hęc .n. q̃ dicit non neceſſe eſt non eſſe, contradictio ſit ei quæ ſequitur negationem poſſibilis .i. nõ poſe eſſe. Hæc eſt autem ea quæ dicit neceſſe eſt non eſſe. illud.n. quod eſt non poſe eſſe, vtrunq; horum ſequitur & quod eſt impoſe eſſe, & quod eſt, neceſſe eſt non eſſe. Cuius affirmationis .i. neceſſe eſt non eſſe, negatio eſt non neceſſe eſt non eſſe. Sed hęc ſequtur non impoſe eſſe & poſe eſſe, igitur hę contradictiones ſm̃ p̃dictum modum ſe ſequuntur .i. contradictorie, ſed conuerſim, & his poſitis atq; ita ordinarijs, nihil cõtingit ĩpoſe.

*Dubitabit ãt aliquis, ſi ad illud quod neceſſarium eſſe, poſſibile eſſe ſequitur. Nam ſi non ſequitur, contradictio ſequetur, non poſſibile eſſe, & ſiquis dicat non hanc eſſe contradictionẽ, neceſſe eſſe eſt ipſum dicere, poſſibile nõ eſſe, ſed utraq. falſæ ſunt de neceſſe eſſe. At uero rurſur, idẽ uidetur eſſe poſſibile incidi, & non incidi: & eẽ, & non eſſe. Quare erit neceſſe eſſe, & contingẽs non eſſe, hoc autem falſum eſt.*

110 Ad ſuperiorem poſſibilis & neceſſarij conſequentię reuerſus eſt q̃õnem. Dicit.n. dubitari poſſe, ſi id quod eſt poſſibile eſſe conſentiat ei propoſitioni, quæ eſt neceſſarium eſſe. ſiue.n. conſentire dicatur, ſiue non conſentire, aliquid impoſſibile & inconueniens vtroq; modo contingit nam ſi quis dicat id quod dicitur poſſibile eſſe non conſentire ei quod eſt neceſſarium eſſe, conſentiet ei negatio poſſibilis, ea quę eſt non poſſibile eſſe: ſed ſi iſta conſentiet, erit idẽ neceſſarium eſſe, quod eſt non poſſibile eſſe. quod ſi hoc rurſus aliquis neget, & dicat non eſſe negationem eius propoſitionis quæ eſt poſſibile eſſe, eam quæ dicit non poſſibile eſſe, ſed illam potius quæ proponit poſſibile eſt non eſſe, tanquam falſum ſit, tamen ne hęc quidem ei qđ eſt neceſſarium eſſe conuenire poteſt. ſit .n. negatio eius quę eſt poſſibile eſſe, ea quæ dicit, poſſibile eſt non eſſe, ſi affirmatio poſſibile eſſe non ſequitur affirmationem quæ dicit neceſſe eſt eſſe, ſequitur negatio ea quæ eſt poſſibile eſt non eſſe, ſed quod neceſſe eſt eſſe falſum eſt dicere quoniam poſſibile eſt non eſſe. Quod enim neceſſe eſt eſſe dici non poteſt fieri poſſe ut non ſit, ſed potius non poſſe fieri ut non ſit. quod ſiquis dicat rurſus ſequi id qđ dicit neceſſe eſſe, & conſentire ei quę dicit poſſibile eſſe, ſic

quoq; aliquid inconueniens reperietur. Quod .n. poſſibile eſt eſſe, idem poſſibile eſt non eſſe erit igitur quod neceſſe eſt eſſe, poſſibile non eſſe, & erit contingens, quod neceſſarium eſt. Poſſibile autem & contingens in utranq; partem facile vertitur, & ad eſſe & ad non eſſe. Quod autē neceſſe eſt eſſe interclusum hēt euentum ad contrariam dictionē. Vt ſi neceſſe eſt eſſe, ut non ſit, fieri non poteſt, & ſi neceſſe eſt nō eē, vt ſit impoſe eſt. Quare q dicit poſe eſſe cōſentire ei quod eſt neceſſe eſſe, qm̄ id quod eſt poſſibile eſſe, poteſt ēt non eſſe, & hoc eſt contingēs, dicit id qđ eſſe neceſſe eſt, poſſe non eſſe, & eſſe contingens, quod eſt inconueniens. Hanc igitur dubitationem ſoluens, ita ſequitur.

*Manifeſtū eſt āt, quoniā non omne poſſibile vel, eſſe, vel ambulare, & oppoſita valet. Sed eſt in qb. nō ſit verū. Ac primū qdē in his, q̄ non ſecundū rationē poſſunt, ut ignis calefactibilis eſt, & hēt uim irrationabilem. ergo ſecūdū rationē poteſtates eędem plurimorū ēt cōtrariorū ſunt, irrationabiles uero, non omnes, ſed quemadmodū dictum eſt, ignem nō eſt poſſibile calefacere, & non calefacere, neq; quæcunq; alia ſp agunt. Alia vero poſſunt et ſecūdū irrationabiles poteſtates, ſimul oppoſita ſuſcipere, ſed hoc idcirco dictū eſt, quoniā non omnis poteſtas oppoſitorum eſt, neque quęcunque ſecundū eandem ſpeciem dicātur.*

111. Multa inquit ſunt, quæ vnum eſſe poſſunt id qđ ſunt, nō ēt aliud aliqd qđ nō ſunt. Plura .n. ſunt q ab eo qđ ſunt, non mutantur. Alia uero ſunt q mutari poſsūt, vt cœlū vnā rē ſolā pt, i. moueri, huic vero oppoſitū, i. nō moueri no pt, ergo non omne qđ eſt poſe vel eſſe vel ambulare. i. nō omne, de quo quęlibet poſſibilitas prædicatur, ēt oppoſita valet, vt vtrūq; poſſit fieri, & facere qđ facit, & huic oppoſitū .i. non facere quod facit. ſed ſunt quędam in quib. ita poteſtates prædicentur, ut nō ſit uerum de his dici, qm̄ & oppoſita poſſunt, vt ēt in his quæ pręter rationem aliquam poſſunt, vt ignis, Nāq; ignis pter rationem aliquam calidus eſt. non eſt .n. reddere rōnem, cur ignis ſit calidus. natura .n. eſt calidus, & cum poſſit eſſe calidus, non tamen pōt id quod eſt oppoſitum, i. non poteſt non calere, quod eſt oppoſitum ei ſcilicet quod eſt calere. ergo ſm rationē poteſtates ipſæ eædem plurimorum ēt contrariorum ſunt. Poteſtates inquit quæ ſunt ſecundum rationem .i. in quibus eſt aliqua ratio, non vnius poſſibilitatis, ſed plurimorum ſunt atq; oppoſitorum, vt poſſibilitas medicinæ eſt curare, quę quoniam ſm rationem fit, vt curet medicus, & eſt rationabilis poteſtas medico curandi, non ſolum pōt curare, ſed etiam non curare. & pōt aliquid pluſquam vnum, & ipſum quod pōt oppoſitum eſt. i. non curare. Oppoſitum nanque eſt ei quod eſt curare, id quod eſt non curare, quæ oppoſita contraria vocantur. Affirmatio nanq; & negatio contrarietatibus diſcernuntur. Irrationabilis vero non omnis, ſed quemadmodum dictum, eſt ignem non eſt poſſibile calefacere, & non omnis inquit ſecundum rōnem poteſtas oppoſita quoque valet. Irrationabilium vero non omnis huiuſmodi poteſtas eſt, ut oppoſita non valeat. nam cum ferrum calere ſine ratione poteſtas ſit (non enim ex ratione calet, qm̄ rationem non habet) pōt ēt non calere. igni autem cum irrationabilis ptās ſit calefacere nō pōt & nō calefacere. Quare recte dictum eſt irrationabiles ptātes non omnes non poſſe contraria, ſed quaſdam, vt ignem, q cum ſit calefactibilis, non calefactibilis nō eſt. Quæ āt ſint irrationabilia, quæ vnam tantū habeant poteſtatem, non etiam oppoſitam ſic demonſtrat dicens, nec quæcunque alia ſp agunt. ignis enim oppoſita non poteſt: ſed non ſolum ignis, ſed illa quoque omnia vnum poſſunt, & nō multus nec oppoſita, quęcunque actu ſemper ſunt, ut Sol ſemper actu eſt lucidus idcirco non poteſt non lucere, & nix ſemper actu frigida eſt, & ideo nunquam poteſt eſſe non frigida. ergo quęcunq; ſemp agunt, id eſt in eo quod ſunt, ſemper in actu ſunt, manifeſtum eſt. qm̄ ſicut ignis non capit frigus, ita nec illa quoq; oppoſita poſsūt. Idcirco .n. ignis quoq; oppoſita nō pt, qa ſp actu hēt ppriā poteſtatē; ſp .n. eſt calidus. Sed nō oīa irrationabilia (vt dictū eſt) vnā tm̄ hn̄t poteſtatē, vt oppoſita nō poſſint, ſed ſunt qdā irrationabile ptātes, q vtriq; poſſunt. vt in eo qđ eſt ſecari pellē, vel nō ſecari pellē. Pōt nanq; ſecari pellis, pt ēt nō ſecari, ſed hæ ſunt oppoſita, ſm igit irrationabiles quoq; poteſtates poſſunt quædā oppoſita. ſed idcirco ſuperiora ſunt dicta inquit, qbus monſtrauimus, qm̄ ignis, & quęcunque ſemper ſunt actu, non poſſunt oppoſita, vt doceremus non oēm poteſtatem oppoſitorum eſſe potentiam, ſed alias veras eſſe huiuſmodi poteſtates quę actu eſſent, & vnam rem ſolam poſſent, ab oppoſitorum uero poteſtate diſcederent. Hoc aūt non ſolum in his quæ ſm rationem poteſtates dicuntur, ſed ēt ſm eam ſpeciem quæ irrationabilis dicitur. Sunt .n. quędam eorum, quæ irrationabiles poteſtates eſſe dicuntur, quæ non ſolū id quod ſunt, verum ēt oppoſita poſſint, alia vero vnum tantum poſſunt. Pellis enim poteſt ſecari, & non ſecari, & idcirco oppoſita poteſt. ignis uero cum ſit calidus, frigidus eſſe non poteſt. Et idcirco nulla oppoſitorum eſt illi poteſtas.

*Quędam uero poteſtates, ęquiuoca ſunt. Poſſibile .n. non ſimpliciter dicitur, ſed hoc quidem, quoniam uerum eſt, ut in actu, ut poſſibile eſt ambulare, quoniā ambulat, & omnino poſſibile eſt eſſe, quoniam eſt iā actu, quod dicitur poſſibile. Illud uero quoniam forſitan aget, ut poſſibile eſt ambulare, quoniam forſitan ambulabit, & hæc quidem in ſolis mobilib. eſt poteſtas. Illa uero & in immobilibus. In utriſque uero uerū eſt dicere, non impoſsibile eſt ambulare uel eſſe, & quod ambulat iam & agit, et ambulabile eſt. Sic igitur poſibile non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter dicere, alterū autem uerū eſt. Quare, quoniā partem uniuerſale ſequitur, illud quod ex neceſsitate eſt, conſequitur poſſe eſſe, ſed non omnino.*

112 Poſſibilitatis breuiter diuiſio facienda eſt. Poſſibile .n. duobus dicit modis. Eſt .n. vnum poſſibile, quod cum nō ſit, eſſe poſſit, vt homo cum ſedet, nō quidem ambulat, ſed ambulare poteſt. Aliud poſſibile eſt, quod cum ſit, eſſe poſſibile eſt, vt qm̄ ignis calet, poteſt eſſe calidus, & qm̄ homo ſedet, poteſt ſedere huius autē poſſibilis duæ ſunt ſpecies: vna, cum eſt quidem, poteſt tn̄ non eſſe, ut ſiquis ſedeat, ita quidem poteſt ſedere, vt poſſit ēt non ſedere: Alia uero, ut cum ſit, non eſſe non poſſit, ut ignis calidus eſt, ſed non poteſt eſſe non calidus. Atque hoc eſt quod ait, quædam vero poteſtates ęquiuocę ſunt. Poſſibile .n. non ſimpliciter dicitur, ſed hoc quidem, qm̄ verum eſt, ut in actu. i. quod eſt & fit, quod dicitur eſſe poſſibile, ut in actu poſſibile eſt ambulare, quoniam iam ambulat, & eſt in actu & omnino poſſibile eſt eſſe, quicquid in actu eſt. Illud vero quod forſitan aget, ut poſſibile eſt ambulare, quoniam ambulabit, id eſt quod non eſt quidem, ſed eſſe poterit, ut poſſibile eſt ambulare. non quoniam nunc quidem ambulat, ſed quoniam ambulaturus eſt aliquis. hæc autem ſunt quæcunq; non ſecundum actum dicuntur, ſed ſecundum poteſtatem tantū, quę nondū quidem in actu ſit, eſſe tamen poſſit. Hæc quidem in ſolis mobilibus eſſe poſſibilitas, illa vero & in immobilibus. Mobilia vocat quęcunque ſunt naturalia & in generatione & in corruptione. Quæcunque .n. generata ſunt & corrumpi poſſunt: ea ſemper in motu ſunt, ipſa etenim generatio motus quidā eſt, atq; ipſa corruptio. ergo in huiuſmodi rebus quæcunque generata ſunt, atq mortalia, in his vera eſt illa poteſtas, quę non ſecundum actum dicitur, ſed ſm id quod non eſt quidem, ſed eſſe poteſt. Nuſquam enim euenit huiuſmodi poteſtas niſi in his quę naſcuntur & mortem oppetunt. illa uero quæ ſunt immobilia. id eſt quæ in ſua natura fixa ſunt, & conſtituta, ut mutari mouerique non poſſint. i. diuina, ſolam illam habent

potentiam

potentiam quæ ſm̃ actum dicitur, ut Sol immobilis qdem ad ſubſtantiam quanquã ſit mobilis ſecūdũ locum. Quoniam ergo eſt immobilis ſecundum ſubſtantiam, & ab ea non permutatur, neq; mouetur, habet in ſe lumẽ, quod ita habere poteſt, ut non habere non poſſit. Sed in utriſq; his uel mobilibus, uel immobilibus illud uerũ eſt, quod de his dicitur noo impoſſibile eſt eſſe. Nã & quod actu quidẽ non eſt, eſſe tñ poterit, ut homo com non ambulat, ambulandi tñ retinet poteſtatem. Nõ eſt.n. hominem impoſſibile ambulare: & Solem non eſt impoſſibile habere lucem, quam actu retinet ſempiterno. In utriſq; igitur & mobilibus & immobilibus, uerum illud eſt quod dicitur, non impoſſibile eſſe. Nã & de eo quod agit, & de eo quod agere poteſt, de utriſq; idem uere dicitur, qm̃ non eſt impoſſibile eſſe. Nam & quod ambulat, non eſt impoſſibile ambulare, & quod eſt ambulabile .i. quod ambulare põt, non illi eſt impoſſibile ambulare. Sed qm̃ diximus eam quæ ſecūdũ actum eſt poteſtatem duas habere ſpecies· Vnam quidem, cum in actu quidem ſit, & nunquam poſſit nõ eſſe, ut igni actu eſt calere, & nunquam eſſe oon poteſt calidus: Aliam uero, ſecundum id quod dicimus eſſe quidem actu, poſſe tamẽ nõ eſſe, ut aliquis cum ſedet, põt quidem ſedere, ſed põt ẽt nõ ſedere. Huiuſmodi quidem ſm̃ actum poſſibile de neceſſario nullo modo prędicatur quod .n. iu actu eſt, & neceſſarium eſt eſſe, eſt quidem, ſed ita eſt, ut non eſſe non poſſit. Hoc eſt .o. quod ait, Sic igitur poſſibille .i. quod cũ actu ſit, poſſit tamen non eſſe, non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter dicere. Alterum aũt uerum eſt, nam quod ita eſt actu, ut non eſſe non poſſit, & ſemper actu eſt, hoc iuſte de neceſſario p̄dicatur. Quod.n.neceſſe eſt eſſe, eſt quidẽ, ſed nõ eſſe non poteſt. Quare qm̃ partem id quod eſt uniuerſale ſequitur, illud quod ex neceſſitate eſt, conſequens eſt id qđ eſt poſſe eſſe, ſed non oĩno. Quoniam ſemper inquit ſpeciẽ ſequitur genus, & partem ſuam ſequitur uniuerſalitas. Si .n. homo eſt, animal eſt .i. ſi pars & ſpecies eſt, ſpecialitatẽ & genus eſſe neceſſe eſt. Qbod ſi ita eſt, ſeqoitur .ſ. eam ꝓpoſitionem quę dicit neceſſe eſſe, illa ꝓpoſitio q̃ dicit poſſibile eſſe, eique cõnſenſit, ſed noo omnis ſignificatio poſſibilitatis ſequitur neceſſarium. Illa.n. quæ ita poſſunt, ut non ſint quidem, eſſe tamen poſſint, nulla ratione de neceſſario prædicantur. Neceſſarium vero non modo neceſſe eſt, ſed ẽt eſt. hoc eſt .n. quod ait, ſed non omnino. Etenim de neceſſario quod iam eſt, non poteſt illud poſſibile prędicari, qđ non eſt adhuc quidem, ſed eſſe poterit.

*Et eſt quidem fortaſſe principiũ quod neceſſarium eſt, & quod non neceſſarium eſt, omnium, uel eſſe, uel nõ eſſe: Et alia ut horum conſequentia conſiderare oportet.*

113 Principium inquit eſt fortaſſe harum propoſitionũ conſequentias inueniendi. Siquis primo in loco neceſſarium ponat, & non neceſſarium, ſecundo uero in loco poſſibile eſſe & cætera. Naturaliter .o. id quod neceſſarium eſt, prius eſt. Nam ſi neceſſaria ſunt ea quæ ſemper actu ſunt. Quę ãt ſemper actu ſunt, ſempiterna ſunt: Sempiterna uero rerum oĩum principia ſunt: Recte initium quoq; ſpeculandi, q̃ harum propoſitionum cõſequentia ſit, ex his ſumemus, q̃ ſunt neceſſariæ, & pp has ex neceſſarij negationibus .i. ex nõ neceſſario. Conſtat igitur a neceſſario & oon neceſſario harũ conſequentias inueniendi ſumenda eſſe principia. Illæ.n. ideſt poſſe eſt, & contingens eſſe, & eſſe neceſſarium, & nõ neceſſarium uelut in natura ipſa p̄cedentes ſubſequuntur. Atq; iõ ait, Et alia .i. poſſe eſſe, & contingens eſſe, ut horum conſequentia cõſiderare oportet. Hoc eſt ita hę conſiderari debent, tanq̃ ſi quod eſt neceſſarium, & oon neceſſarium p̄cedant, cõſequant uero poſſe, & contingens, & cætera.

*Manifeſtum eſt ãt ex his quæ dicta ſunt, quoniã quod ex neceſſitate eſt, ſecundum actum eſt. Quare ſi priora ſunt ſempiterna, & quæ actu ſunt, poteſtate priora ſunt, & hæc quæ ſine poteſtate ſunt, actu ſunt, ut primæ ſubſtãtiæ. Alia uero ſunt actu cũ poſſibilitate, quæ natura quidem priora ſunt, tempore uero poſteriora: alia uero nunquam ſunt actu, ſed poteſtate tantum.*

113 Patet inquit, ac liquet omnia quæcunque ſm̃ neceſſitatem ſunt, ſemper eſſe ſm̃ actum. Qm̃.n. ignis ex neceſſitate calidus eſt, actu quoq; ſp calidus eſt. Quocirca ſi q̃ ſẽpiterna ſunt, oĩbus q̃ non ſunt ſempiterna, priora ſunt: ẽt ea quæ ſp actu ſunt, his quę ſunt poteſtate, priora ſunt. Horum aũt oĩum diuiſionem facit, ſunt .o. inquit alia quidem pręter poteſtatem, actu tm̃, ut Sol non poteſtate moueri, ſed actu, & illam mouendi poteſtatem non hẽt, quæ non eſt quidẽ, ſed eſſe poteſt, ſed actum habet ſolum, a poteſtate vero q̃ præter actum ſolet eſſe, relinquitur. Primæ ẽt ſubſtantiæ actu quidem ſunt, nunq̃ vero poteſtate. primas aũt ſubas dicit, diuinas .ſ. & ſempiternas, non eas, quas in prędicamentis primas eſſe monſtrauit .ſ. indiuiduas. Tunc.n. de his loquebatur primis, quę nobis primæ ſunt: Nunc de his quæ natura ſunt primę, quę diuinę ſunt .ſ. & ſempiternę. Alia vero ait ſunt, q̃ ſunt actu cum poteſtate .i. quæ & actum habent, & aliquando habuerunt poteſtatem, vt fabricata iam domus, aliquando potuit fabricari, & prius habuit poteſtate ſm̃ tẽpus, poſtea uero actum, ſed natura actus prior eſt poteſtate. Ars uero ipſa actum cogitatione, percipit, formamq; domus prius ſibi ipſa deſignat & efficit. quare natura actus prior eſt poteſtate: poteſtas actu prior eſt tp̃e. Alia uero ſũt inquit quę actu quidem nunq̃ ſunt, ſp autem ſunt poteſtate, vt numerus, infinitus quidem eſt, ꝙ eum ſp in infinitum poſſis augere, ſed actu infinitus non eſt. Quęcunque .n. numerum ſumpſeris, actu finitus eſt, quemlibet .n. dicas numerum, finita illum numeroſitas neceſſe eſt complectatur, vt decem uel cẽtum. Infinitus vero idcirco eſt poteſtate, quod eum poſſis facere in infinitum concreſcere, non tamen ut quilibet actu ſit numerus infinitus.

## QVID MAGIS AFFIRMATIONI NEGAtio an prædicans contrarium.

*VTrum ãt contraria eſt affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, ut quæ dicit omnis hõ iuſtus eſt, ei quæ eſt, nullus hõ iuſtus, an omnis hõ iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis hõ iniuſtus eſt, ut Callias iuſtus eſt, Callias iuſtus non eſt, Callias iniuſtus eſt, Quænam harum contraria eſt? Nam ſi ea quæ ſunt in uoce ſequuntur ea quæ ſunt in anima, illic ãt contraria eſt opinio contrarii, ut omnis hõ iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis hõ iuſtus eſt, etiam in his quæ ſunt in uoce affirmationibus, neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere. Quod ſi neque illic contrarii opinatio contraria eſt, nec affirmatio affirmationi contraria erit, ſed ea quæ dicta eſt, negatio. Quare conſiderandum eſt, quæ opinio falſa, opinioni uere contraria ſit, utrũ negationis, an certe ea quæ contrarium eẽ opinatur. Dico ãt hoc modo: eſt quædam opinatio uera boni, quoniam bonum eſt: Alia uero falſa, quoniam bonum non eſt: alia quoniam malum eſt, Quænam harum contraria eſt ueræ? & ſi eſt una, ſecundum quam contraria?*

114 Propoſitio quidem qõnis talis eſt. Quęrit.n. qm̃ huic ꝓpoſitioni quę dicit, oĩs hõ iuſtus eſt, ea q̃ ꝓponit nullus hõ iuſtus eſt, & rurſus ea q̃ dicit, oĩs hõ iniuſtus eſt, vñr, oppoſitę. quę harum magis ſuperiori affirmationi, quę dicit, oĩs hõ iuſtus eſt, contraria eſt, vtrum ea per quam ꝓponimus, oĩs hõ iniuſtus eſt: an certe negatio vniuerſalis, ea quę eſt, nullus homo iuſtus eſt? ſiſr ẽt huic propõni quę eſt, Callias iuſtus eſt, propõ q̃ ꝓponit. Callias iniuſtus eſt, an ea q̃ dicit Callias iuſtus nõ eſt, cõtraria eſt. De qua re hãc uiã diſputationis ingreditr̃, nã ſi ea inquit, quę ſunt in uoce illis q̃ ſunt in aĩa famulãtur, hiſq; in ſignificatione conſentiũt, neceſſe eſt, ut quod in opinionibus animę reperitur, hoc idem eue-

nire uideatur in uoce, Quod ſi illic ei opinioni quę arbitratur omnem hominem iuſtum eſſe, illa opinio oppoſita eſt. & illa eſt maxime contraria, quę putat oēm hoiem iniuſtū eſſe: & in vocibus quoq; affirmatio ea q̄ eſt, oīs hō iuſtus ē, ei affirmationi magis cōtraria eſt q̄ dixit, oīs homo iniuſtus eſt. Qnod ſi in opinionibus non hęc magis opponitur quā illa q̄ dicit, nullus homo iuſtus eſt, & in vocibus quoq; affirmatio vīis videatur eſſe contraria vtraq; ergo & affirmatio quę dicit, oīs homo iniuſtus eſt, & negatio q̄ dicit, nullus hō iuſtus eſt: erunt contrariæ ei quę dicit, oīs hō iuſtus eſt. Quod aūt dicit, ꝙ ſi neq; illic contrarii opinatio contraria eſt. Tale.n. iuſtum eſſe, & iniuſtum eſſe, q̄q̄ ſit ſm habitū & priuationem, prędicatio tñ hæc nunc.i.iniuſtum eſſe pro contrario ſumitur. ergo, ſi in opinionibus contrarii.i.iniuſti affirmatio; contraria non eſt, non erit & in vocibus contraria affirmatio, ſed potius negatio quę eſt, nullus homo iuſtus eſt. Quare inquit conſiderandum eſt cui opinioni falſæ opinio vera ſit contraria, nam ſi qua res bona ſit, verum eſt de ea dicere, qm̄ bonum eſt, contra quam propoſitionē falſum eſt dicere, quia malum eſt, falſum ēt quia non bonū eſt. Sed videndum eſt quæ harum ſit magis contraria veræ affirmationi, quę dicit bonum eſſe quod bonum eſt, vtrum falſa illa contraria eſt, quæ id quod bonum eſt dicit eſſe malum, an ea quæ id quod bonum eſt dicit eſſe non bonum. Atque hoc eſt quod ait, Dico aūt hoc modo, eſt quędam opinatio vera boni, qm̄ bonum eſt, alia vero falſa, qm̄ non bonū eſt, alia vero, qm̄ malum eſt. Quænam ergo harū contraria eſt uerę.i. utrum ea quæ negat id quod eſt, an ea, quę ponit id quod non eſt. Quæ magis harū ei q̄ dicit eſſe, id quod eſt videatur eſſe contraria, requirēdum eſt. Sed quod his adiecit & ſi eſt vna, ſm quam contraria, tale eſt. Contrariorum alia ſunt habentia medium, alia vero ſunt non habentia. Et illorum quæ habent, ſiquis vnum contrarium neget, non neceſſe eſt per illam negationem illud aliud contrarium intelligere. Nam quoniā inter albū & nigrum eſt aliquid, ſi qs dicat non eſt album, non idcirco nigrum eſſe monſtrauit. poteſt.n. eſſe & rubrum, & quicquid aliud in talium contrariorum medietate locatum eſt. In illis uero contrariis quæ medio carent, nihil differt negare rem propoſitam, an affirmare contrariam. Nihil.n. differt dicere diem nō eſſe, quam dicere noctem eſſe. hoc eſt.n. diem non eſſe, quod eſſe noctē. nihil.n. eſt inter noctem atq; diem. Ergo in his affirmatio contrarii idem valet, quod rei propoſitę negatio. Ergo nūc hoc dicit, etiam ſi in aliquibus inquit tales propoſitiones inueniuntur, ut & negatio rei propoſitæ, & affirmatio contrarii idem valet, & ſint vnæ ſignificatione: Quęrendum eſt ſecundum quam enunciationem propoſitio magis eſt cōtraria, an ſecundum eam quę dicit non eſſe diem, an ſecundum eam quæ proponit eſſe noctem. Inueſtigandum igitur eſt, quæ harum, quanquam vnum vtraq; ſignificet, magis eſt contraria ei quæ dicit, eſſe diem hoc eſt.n. quod ait, Et ſi eſt vna, ſecundum quam contraria.i. & ſi vnum ſignificabūt aliquando rei negatio & contrarii affirmatio, ſecundum quā harum magis eſt contraria propoſitio ſuperiori propoſitæ enunciationi.

*Nam arbitrari contrarias opiniones definiri in eo qđ contrariorum ſunt, falſum eſt. Boni enim, quoniam bonū eſt, & mali, quoniam malum eſt, eadem fortaſſe opinio eſt, & uera, ſiue plures, ſiue una ſit. Sunt autem iſta contraria ſed non in eo quod contrariorum ſunt contraria, ſed magis in eo quod contrarie.*

116 Contrariorum naturam prius recte determinat, q de contrariis propoſitionibus tractat. Quidam.n. putauerunt contrarias eſſe opiniones, quę ſunt contrariorum rerū, qđ Ariſtoteles negat. dicit.n. falſam eſſe definitionem, quæ determinat eas eſſe contrarias opiniones, quæ ſunt contrariarum rerum. Nam cum ſit cōtrarium bonum malo, poſſumus habere opinionem de bono, quoniam bonum eſt, & hęc vera eſt. poſſumus rurſus id quod malum eſt putare malum, & hęc rurſus vera eſt, & opiniones quidem boni, quoniam bonum eſt, & mali, quoniam malum eſt, contrariarum rerum ſunt, tñ vtręq; ſunt veræ. Sed contrarię vtręq; veræ eſſe nō poſſunt. Falſo igitur definitum eſt eas eſſe contrarias opiniones, quę cōtrariarū ſint rerū. Qđ aūt ait, Boni.n. quoniā bonū eſt, & mali, quoniā malū eſt, eadē fortaſſe opinio eſt, & vera. Aut id qđ dixit eadē ad id retulit qđ poſt ſecutus eſt, vera nanq; verę in eo ꝙ verę ſunt eadem ſunt, aut certe ꝙ eiuſdem eſſet opinionis, quod bonū eſſet, bonū putare, quod malū eſſet, malū. Siue aūt eadem ſint, ſiue plures, contraria eſſe non poterunt, idcirco qm̄ ſimul verę ſunt. Sunt āt iſta contraria, ſed non eo ꝙ contrariorum ſunt, ſed magis eo quod contrarie. ſunt aūt inqt iſta.ſ.q̄ ſunt in opinionibus contraria, non tñ contraria, qn̄ contrariorum ſūt, ſed potius, qn̄ de vno eodemq; diuerſo modo & contrarie ſuſpicantur. hoc eſt.n. quod ait, Sunt aūt iſta contraria, ea.ſ. quæ in animæ opinionib. poſita ſunt, quorum propoſitiones ſunt contrarię, non eo ꝙ ſunt contrariorum, ſed potius eo ꝙ de vno eodemq; ſubiecto contrarie ſuſpicantur: ut ſi qs de bono ſuſpicetur, qm̄ bonum eſt, & rurſus alius de eodem bono, quoniam malum eſt, hęc ſunt contraria, quę verę ſimul eſſe non poſſunt. Et de eodem ſubiecto.i. bono nūc bene, nunc vero male, ideſt contrarie ſuſpicantur.

*Si ergo boni, quoniam bonum eſt, opinatio eſt: alia vero, quoniam nō eſt bonum. Eſt uero & alia, quoniā aliud aliquid eſt, quod nō eſt, neque poteſt eſſe. Aliarum quidē nulla ponēda eſt, neque quæcūque eſſe quod nō eſt opinātur. neq. quæcunq: nō eſſe quod eſt (Infinitæ.n. utræque ſunt, & quæ eſſe opinātur quod nō eſt, & quae non eſſe quod eſt) ſed in quibus fallacia eſt. Hae autē ſunt, ex quibus ſunt generationes. ex oppoſitis vero ſunt generationes. Quare etiam fallacia.*

117 Huius argumenti principium eſt, quo pro confeſſo utitur & probato; ꝙ vnius rei plura atq; infinita non poſſint eſſe contraria, quare vnius rei vnum erit contrarium. Eſt ergo opinio boni, quoniā bonum eſt, & hæc vera eſt. eſt rurſus boni, quoniā non eſt, & hæc falſa eſt. Poteſt ēt eſſe quæ putet eſſe bonū id, quod non eſt, vt ſi qs dicat id quod ē bonū, quoniā malum eſt, vel qm̄ quantitas eſt, vel qm̄ aliquid quod nō eſt. Sed hæc q̄ de bono dici poſſunt, q̄ ipm bonum non ſint, infinita ſunt. Rurſus poſſumus de bono arbitrari multa non eſſe, quæ ſunt. Bonum.n. quod honeſtum eſt poſſumus dicere: quoniā honeſtum non eſt, poſſumus dicere: qm̄ utile non eſt, poſſumus quoq; dicere: quoniam expetendum non eſt, & alia plura. Infinita ergo ſunt & ea quæ poſſumus arbitrari de bono, quoniam eſt id quod bonum ipſū non eſt. Et ea quę opinamur non eſſe bonum quod eſt, ea quoq; ſunt infinita. Quare nec ea quę putat opinio bonum eſſe quod non eſt, nec ea q̄ putat non eſſe quod eſt, ei opinioni ponēda eſt eſſe cōtraria, q̄ putat bonū eſſe quod bonū eſt. Hoc eſt.n. quod ait, Aliarū qdē nulla ponēda eſt, neque q̄cūq; eſſe quod nō eſt opinātur, vt dicamus de bono, qm̄ malū eſt, vel inutile, vel turpe, neq; q̄cunq; non eſſe quod eſt, ut ſi de eodem bono dicamus, bonum expetendū non eſt, bonum honeſtum non eſt. Infinitę.n. vtræq; ſunt, & quę eſſe opinant, quod non eſt, & quę non eſſe quod eſt. Hę igitur reiiciendæ ſunt, & ad nullā contrarii opinionem ſumēdæ, qm̄ infinitæ ſunt, cum ſemper contrariorum oppoſitio ſit finita. Quęcunquę autem contrarię ponendę ſint opiniones, ſequitur dicens, Sed in quibus eſt fallacia. hæ autem ſunt ex his ex quibus ſunt, & generationes. ex oppoſitis vero generationes, quare etiam fallacia. Opinioni inquit de bono quoniam bonum eſt, contraria illa ſola ponenda eſt, in qua primum fallacia reperitur. In qua autem fallacia primum reperiatur, oſtendit per id quod dixit, Ex quibus ſunt, & generationes fallacia facillime reperietur. Generatio enim ſemper ex oppoſitis eſt. quoties enim aliquid fit album, non fit ex dulci, nec ex duro, nec ex liquido, ſed ex non albo. Et quod dulce fit, nō fit ex calido, neq; frigido, nec nigro, nec ex ulla alia qualitate, niſi ex ſibi oppoſito,

ſito.i. nõ dulci.Eodẽq; modo in alijs ſeſe res hẽt. Oĩs ergo gñatio ex eo fit qđ non fuit, ut dulcę ex non dulci, albũ ex non albo, ca lidum ex non calido. Quare ſi generationes q̃dem ex oppoſitis ſunt, in his aũt eſt fallacia, in quibus ſunt generationes, erit in oppoſitis prima fallacia. Prima nanq; fallacia eſt, non putare aliquid eſſe quod eſt. Secunda putare eſſe qđ non eſt, ut in eo quod eſt bonũ, prima fallacia eſt putare illud non eſſe bonum. Secunda, malum eſſe arbitrari quod bonum eſt. Quocirca illic maxime ponenda eſt cõtrarietas, ubi eſt prima fallatia: in his aũt eſt prima fallacia, ex quibus generationes oriunt. Generationes uero dico eſſe quę fiunt ex his quæ id quod fiunt non fuerunt. Generationes aũt fiunt ex oppoſitis. in oppoſitis eſt igit prima fallacia. ſed in qbus eſt prima fallacia, maxime cõtraria illa ponenda ſunt oppoſita igitur maxime contraria ſunt, ſed bonum eſſe, & bonum non eſſe oppoſita ſunt: Bonum igitur non eſſe ei qđ eſt bonum eſſe contrarium eſt, non illud qđ eſt malum eſſe, quod maiori argumentatione confirmat.

*Si ergo quod bonum eſt, & bonum & non malũ eſt, & hoc quidem ſcđm ſe, illud uero ſcđm accidens. Accidit.n. ei malũ non eſſe, magis, ũt in uno quoque uera eſt quæ ſcđm ſe eſt, & falſa, ſiquidem & uera, ergo ea quæ eſt, quoniam non eſt bonum quod bonum eſt, ſecundum ſe falſa eſt. Illa uero quæ eſt, quoniam malum, eſt eius quæ eſt ſecundum accidens. Quare magis erit falſa de bono ea q̃ eſt negationis opinio, quam ea quæ eſt contrarij.*

117 Perſubtilis argumentatio tali ratione formata eſt, Bonum inquit & bonum eſt, & non malum, quorum unum ſm ſe, & proxime, & naturaliter eſt, hoc.ſ. quod bonum eſt alterum vero eſt accidentaliter.i. quod malum non eſt. Accidit .n. ei quod bonum eſt, ut malum non ſit, ergo quod bonum eſt naturalius habet bonum eſſe, quam non eſſe malum, illud.n. ſm ſe ineſt, illud (vt dictum eſt) ſecundum accidens. Quod ſi hoc eſt, verior eſt ea propoſitio quæ affirmat quod ſecundum ſe eſt, quam illa quę affirmat quod ſecundum accidens eſt. Eſt autem ſecundum ſe bonum eſſe quod bonum eſt, ſm accidens vero malum non eſſe quod bonum eſt, verius igitur & propinquius eſt dicere de bono quoniam bonum eſt, quam dicere de bono qm̃ malum non eſt, quod ſi hoc eſt, etiam opinio quę ſecundum ſe falſa eſt, mendacior iuſte videbitur ea quæ ſm accidens mentitur. Nam ſi illa uera eſt propinquius quę ſm ſe eſt, illa erit falſa propinquius quę ſm ſe eſt. Hoc eſt enim quod ait, magis autem in unoquoque eſt vera, quę ſecundum ſe eſt etiam falſa, ſicut & vera, ſi illa magis uera eſt quæ ſecundum ſe eſt, recte illa magis falſa dicitur, quæ ſecundum ſe falſa eſt, ideſt quę id negat quod ſecundum ſe uerum eſt. Ergo ea quæ eſt quoniam non eſt bonum, quod bonum eſt, ſecundum ſe conſiſtens falſa eſt. Ad quid tendat tota ſuperior argumentatio continua diſputatione ſubnectit. Superius .n. dictum eſt opinionem eam quę putat bonum eſſe, quod bonum eſt, ſecundum ſe eſſe: quare illa opinio quę dicit non eſſe bonum, qđ bonum eſt, falſa eſt, & de ea re falſa eſt, quæ ſecundum ſe vera eſt. Secundum ſe enim uera eſt opinio, quæ putat bonum eſſe quod bonum eſt: quę vero arbitratur non eſſe bonum quod bonum eſt, eius quę ſecundum ſe eſt, veritatem opinionis intercipit. Nam bonum eſſe quod bonum eſt quiſquis opinatur, ſecundum ipſius boni naturam habet opinionem, atq; ideo ſecundum ſe opiniones huiuſmodi nominantur. quare erit hęc quoque ſecundum ſe falſa, quoniam ſecundum ſe ueritatis videtur auferre propoſitionem, idem autem bonum ſecundum accidens eſt, non malum. Et hoc de bono verum eſt dicere, quoniam non eſt malum, ſed accidentaliter. Bono enim accidit non eſſe malum. illa vero quæ putat malum eſſe quod bonum eſt, aufert non malum ab eo quod bonum eſt, & interimit rem ſecundum accidẽs veram. vera nanque eſt opinio, quæ dicit non eſse malum quod bonum eſt, ſed ſecundum accidens. quare ſecundum accidens falſa erit ea, quæ dicit malum eſſe, quod bonum eſt. Illam.n. propoſitionem tollit, quę ſecundum accidens uera eſt. Quare qm̃ propior eſt ea, quę ſm ſe eſt, quã ea q̃ ſm accidens, falſitas eius quę ſm ſe eſt, fallacior erit ea falſitate q̃ ſm accidens eſt. Sed ea q̃ putat non eſse bonum, qđ bonum eſt, ſm ſe veritatis peremptoria eſt: ea vero q̃ dicit malum eſse quod bonum eſt, eius quod eſt non eſse malum qđ bonum eſt, ſm accidens rei verę peremptoria eſt. Quare falſior eſt ea quæ dicit non eſse bonum quod bonũ eſt, quam ea quæ dicit eſse malum id quod eſt bonum.

*Falſus autẽ eſt maxime circa ſingula qui habet cõtrariam opinionem. Cõtraria enim ſũt eorum quæ plurimũ circa idem differũt. Quod ſi harum contraria quidem eſt altera, magis vero contraria eſt cõtradictio, manifeſtum eſt, quoniam haec erit contraria.*

118 Quærebatur verum affirmatio contrarii, an negatio ꝓpoſitę rei, eidem propoſitę rei affirmationi magis poſſit eſſe contraria. Sed nunc hoc dicit, quod quę falſa ſunt magis, ea ſunt magis cõtraria. Cõtraria.n. ſunt quęcunq; circa eandem rem plurimum differunt, vt circa colorem album & nigrum. ergo quę maxime falſa ſunt, & maxime uera, ea plurimum a ſe diſtant. Maxime aũt vera eſt ſm ſe conſiſtentis rei enunciatio. Maxime autẽ falſa ſecundum ſe conſiſtẽtis veritatis peremptoria. Neceſſe eſt aũt inter affirmationẽ cõtrarii, & negationẽ propoſitæ rei vnam magis eſſe contrariã. Falſior aũt & magis cõtraria eſt opinio illa, quæ contradictionem cogitat, ut ea quę eſt non eſſe bonum qđ bonum eſt, quam ea opinio quę habet malum eſſe quod bonũ eſt, quoniam ea quæ ſunt in vocib. opiniones ſequuntur, ſimili modo negatio eius quæ eſt, omne bonum bonum eſt, ea.ſ. quæ dicit, nullum bonum bonum eſt, magis eſt contraria, quam ea quę proponit omne bonum, malum eſt. Quocirca & in alijs quoq; ut in ea quę eſt omnis homo iuſtus eſt, magis eſt cõtraria illa quę dicit, nullus homo iuſtus eſt, quam ea quę dicit, omnis homo iniuſtus eſt.

*Illa uero quæ eſt, quoniam malum eſt, quod bonũ eſt, implicita eſt. Etenim quoniam non bonum eſt, neceſſe eſt forte idem ipſum opinari.*

119 Addit ad demonſtrationem ſuperiorem argumentũ qđ demonſtret magis eſſe contrariã ea q̃ negat potius, quã eã quę cõtrariã affirmat, implicita eſt inq̃t affirmatio cõtrarii. Quiſq; .n. putat id qđ bonũ eſt malum eſſe, fieri aliter non põt, niſi illud quoq; putet, non eſſe bonum. Quare duplex quodãmodo propoſitio eſt ea quæ dicit malum eſſe qđ bonum eſt. Nã ẽt illud in ſe continet, qđ bonũ nõ eſt. Simplex autẽ eſt ꝓpoſitio, bonum eſſe quod bonum eſt, & ſimplici ſimplex põt magis eſſe cõtraria, ſimplexque eſt negatio qđ bonum eſt, non eſſe bonum, hęc igitur magis contraria eſt.

*Amplius ſi etiã ĩ aliis ſimiliter oportet ſe habere, & hic videtur bene eſſe dictum. aut.n. vbiq. ea quæ eſt contradictio, aut nuſquã, quibus vero nõ eſt contrarium, de his quidem eſt falſa ea quæ eſt uera oppoſita, ut qui hominem nõ putat hominẽ, falſus eſt, ergo ſi hæ cõtrariæ ſũt, & alia quæ ſunt cõtradictiones.*

120 Aut in omnibus inquit vere dicitur contradictionem magis eſſe contrariam, quam contrarii affirmationem; aut nuſquam. Aut enim & in aliis quoque idem euenire oportet, aut ne hic quidem verum eſt, quod dicitur, contrariam eſſe eam quę contradictionis eſt.i. negationis potius, quam contrarii affirmationem. Hoc autem ſpeculemur inquit in his quæ contrarium non habent, ut in homine. Siquis enim putet hominem hominem eſſe, vera eſt: ſiquis vero hominem putet non eſſe hominem falſa. Siquis autem putet hominem equum eſſe, nullus dixerit hanc magis eſſe contrariam q̃ putat hominem equum eſſe, quam quæ hominem non eſſe hominem arbitratur. Quare ſi in his quæ cõtraria

non

non habent, illa contraria eſt, quæ contradictione formatur: in his quoq; quę habent contraria, non contrarii affirmationis, ſed negationis propoſitio magis contraria eſt.

*Amplius ſimiliter ſe habẽt boni, quoniam bonum eſt, & non boni, quoniam non bonum eſt. Et ad has, boni quoniam non bonum eſt, & non boni, quoniam bonum ẽ. Illi ergo quæ eſt non boni, quoniã non bonũ eſt, vera opinationi quænam eſt contraria? Non.n. ea quæ dicit, quoniã malum eſt. Simul.n. aliquando erunt veræ, nunquam autem vera veræ eſt contraria. Eſt.n. quiddam non bonũ, malũ. Quare contingit ſimul eſſe ueras. At vero nec illa quæ ẽ, quoniam non malum. vera enim, & hæc. ſimul.n. & hæ erunt. Relinquitur ergo ei quae eſt non bonum, quoniam non bonum eſt, contraria ea quæ eſt non bonum, quoniam bonum eſt. falſa.n. hæc, quare et ei quæ eſt boni, quoniam bonum eſt, ea quæ eſt boni, quoniam non bonum eſt.*

121 Et ſimilitudine, & proportione contrarietatis uim propoſitionũ ueſtigare conatur. Sed has propoſitiones prius diſponamus, poſt autem quantum poſſumus breuiter uim Ariſtotelicę argumentationis exequamur.

| | |
|---|---|
| Vera boni | quoniam bonum eſt. |
| Falſa boni | quoniam bonum non eſt. |
| Vera non boni | quoniam non bonum eſt. |
| Falſa non boni | quoniam bonum eſt. |

Harum quatuor opinionum, duę ueræ ſunt: duę falſę. Illa q̃ eſt boni, qm̃ bonum eſt, vera eſt. illa quę eſt boni, qm̃ bonum non eſt, falſa eſt. Rurius illa quę eſt non boni, qm̃ bonum non eſt, uera eſt. illa quę eſt non boni, quoniam bonum eſt, falſa eſt. Ergo hęc eſt ſimilitudo & proportio harũ quatuor propoſitionum. Nam quemadmodum ſe habet opinio boni, qm̃ bonum eſt, ad eam opinionem quę eſt boni, qm̃ bonum non eſt, eodem modo ſe habet, & opinio quę eſt non boni, qm̃ non bonum eſt, ad eam quę eſt, non boni, qm̃ bonum eſt. Nam ſicut illic, vera vna eſt, altera falſa, ita quoq; hic una uera eſt, altera falſa. Capit igitur exemplum prius ab ea quę eſt, non boni, quoniam non bonum eſt. Hęc .n. inquit cum vera ſit, quam huic ponemus eſſe contraria? çam ne quæ dicit malum eſt? ſed non eſt contraria. Põt .n. ſimul eſſe uera, & ea quæ dicit non eſſe bonum, quod bonũ non eſt, & ea quę dicit malum eſſe, quod bonum non eſt. Sunt.n. quędam non bona quę mala ſunt. Quocirca contrarię non ſunt, in quibus ponitur quod non bonum eſt, bonũ non eſſe. Et quod non eſt bonum, malum eſſe. Contrarię.n. veræ ſimul nequeunt inueniri, & vera quæ contraria nunquam eſt. ſed nec illa poterit eſſe contraria huic, quæ dicit malum eſſe quod bonum non eſt. Poſſunt.n. quædam nõ quidem eſſe bona, non eſſe tñ mala, ut ex arbore nullius utilitatis cauſa ramum deſtringere, ſi arborem nihil lędat, neq; malum, neque bonum eſt. Quare uerę ſimul poſſunt eſſe, & hæ quoq; eæ quæ opinantur id, quod eſt non bonum, qm̃ nõ bonum eſt, & id quod eſt non bonum, quoniam malum non eſt. Quare nec hę contrariæ ſunt. Reſtat igitur, ut eius opinionis, quę eſt non boni, quoniam non bonum eſt, ea ſit cõtraria quæ eſt non boni, quoniam bonum eſt. Quod ſi in his quatuor propoſitionibus, quas ſupra deſcripſimus ſimilitudo ſeruatur, & ſicut eſt opinio non boni, qm̃ non bonũ eſt, ad eam quę eſt non boni, quoniam bonum eſt, ſic opinio boni, quoniam bonum eſt ad opinionem boni, quoniam bonũ non eſt. contraria autem eſt opinio non boni, quoniam bonum non eſt. opinioni non boni, quoniam bonum eſt. contraria igitur erit opinioni boni, quoniam bonum eſt, opinio boni, quoniam bonum non eſt.

*Manifeſtum eſt autem, quoniam nihil intereſt nec ſi vniuerſaliter ponamus affirmationẽ. Huic enim uniuerſalis negatio erit contraria, ut opinioni, quæ opinatur, quoniam oẽ quod eſt bonum, bonum eſt: ea quae eſt, quoniam nihil horum quae bona ſunt, bonum eſt. Nam eius quę eſt boni, quoniam bonum eſt, ſi uniuerſaliter ſit bonũ eadem eſt ei quę opinatur id, quod bonum eſt quoniã bonum eſt. Hoc autem nihil differt ab eo, quod eſt, quoniã omne quod eſt bonum, bonum eſt. Similiter autem, & in bono. Quare ſi in opinione ſic ſe. (Sũt ãt hæ quę ſunt in uoce affirmationes; & negationes notæ eorum quæ ſunt in anima.) manifeſtum eſt, quoniam affirmationi contraria quidem negatio eſt, circa idem uniuerſalis, ut ei quæ eſt, quoniam omne bonum, bonum eſt, vel quoniam omnis hõ bonus eſt, ea quæ eſt, quoniam nullum, uel nullus, contradictorię autem, quoniam non omne. aut non omnis.*

122 Illud quoq; recte commemorat, quod nihil differt in opinionib. hęc eſſe cõtraria non uſr conſtitutis, & in iis quę ſibi vſr opponuntur. Sitr.n. in ea quoq; opinione q̃ arbitrat, oẽ bonum, bonum eſſe, illa contraria eſt quæ putat, nullum bonum, bonũ eſſe. Nã quod dicimus bonũ eſſe, id, quod bonum eſt, id ſi in opinione vſr affirmetur, ita putandum eſt quicquid bonum eſt, bonum eſſe. Hoc ãt nihil differt, tanq̃ ſi dicamus oẽ bonum bonũ eſt Quę opinio cum ſit vera, illa ei contrarie opponitur, q̃ dicit quicquid bonum eſt, bonum non eſt. Hoc aũt nihil differt tanq̃ ſi opinemur nullum bonum eſſe. & in nõ bono quoq; eodem modo, ut ſi ita dicamus, oẽ quod non bonũ eſt, non eſt bonum. & rurſus oẽ quod non bonum eſt, bonum eſt, eodẽ mõ ſibi ſunt iſtę cõtrarię, ut vna uera ſit, altera falſa. Quod in contrariis maxime reperitur. Quare tota diſputatio qõq; ita concluditur. Nã ſi ea quę ſunt in aĩa principia quædam ſunt eorum quę ſignificantur in uoce, uox autem nota quædam eſt animę paſſionum, quicquid contingit in aĩa, idem quoque ad uocem redire neceſſe eſt. Quod ſi vniuerſalis affirmatio, & uniuerſalis negõ sũt in opĩone cõtrarię, eædẽ quoq; in uocibus erunt. i. non erit ea contraria quæ contrariũ affirmat, ſed ea quę id, quod ante propoſitum eſt, per vniuerſalitatis contrarietatem negat, ut eſt omne bonum bonum eſt, uel omnis homo bonus eſt, his contraria eſt, nullum bonũ bonum eſt, vel nullus homo bonus eſt. Hoc eſt.n. quod ait, vel qm̃ nullum, uel nullus. nullum ad illam referens propoſitionem, quę dicit omne bonum, bonum eſt. Nullus illi. ſ. opponit quæ dicit, omnis homo bonus eſt, ut ſint hoc modo, omne bonum bonum eſt, huic contraria eſt, nullũ bonum bonum eſt. Rurſus omnis homo bonus eſt, huic contraria, nullus homo bonus eſt: cõtradictorias autẽ dicit eas eſſe quas ſupra poſuit, dum de vniuerſalibus, ac particularibus loqueretur, eas. ſ. quæ ſunt angulares. Vniuerſalis .n. affirmatio particulari negationi: & particularis affirmatio uniuerſali negationi ꝑ cõtradictionẽ opponi mõſtrata eſt.

*Manifeſtũ eſt autem, quoniam & veram veræ non cõtingit eſſe cõtrariã, nec opinionem, nec cõtradictionem. contrariæ enim ſunt, quæ circa oppoſita ſunt, circa eadem autem contingit verum dicere eundem. Simul autem non contingit eidem ineſſe contraria.*

123 Ex his quę ſupra ſunt dicta, illud quoq; colligit ꝙ quod nec ea quę ſunt contraria uera ſimul eſſe poſſint, nec ea quę uera ſunt ſibi poſſint eſſe contraria. & hoc non ſolum in opinionibus eſſe, ut uera opinio uera opinioni contraria ſit, ſed in ꝓpoſitionibus quoq; neque.n. fieri poteſt, ut duas contrarias ſimul veras eſſe contingat. Et hoc per ſyllogiſmum colligit huiuſmodi. Omnia contraria ſunt oppoſita. Quæ autem oppoſita ſunt, ſimul eidem ineſſe non poſſũt. contraria igitur in uno eodemque eſſe natura non patitur, quare ſi duo uera de eodem prædicari poſſunt, duo autem cõtraria eidem ineſſe non poſſunt. Quę contraria sũt, uera eſſe nulla naturæ ratione permittitur. Hoc eſt enim quod ait. contraria enim ſunt, quę circa oppoſita ſunt, ideſt omne contrarium oppoſitum eſt, nec fieri poteſt, ut quę ſunt contraria in oppoſitis non cõtineantur. ſicut enim in prædicamentis

dicamentis edocuit, contrariorum genus quoddam eſt oppoſitio, circa eadem aũt contingit verũ dicere eũdẽ, .i. duo vera poſſunt ſimul eſſe: & de eodem ſimul vere prædicari vt cum dicimus aliquid bonũ non eſſe, & malũ eſſe, vtrumq; ſimul verę dici poſſunt. Poſſunt .n. quædam q̃ cũ bona non ſint, tñ mala eſſe, vt turpitudo bona quidẽ non eſt, malũ tñ eſt. Ergo ea q̃ vera ſunt, ſimul vt ꝑdicentur vere fieri põt, & vt in eodẽ ſint: ſimul aũt eidem non contingit ineſſe contraria. Quocirca ſi vera quidem poſſunt eidem ineſſe, cõtraria aũt eidem ineſſe non poſſunt, ea q̃ contraria ſunt, vera ſimul eſſe non poſſunt quare conuertitur, nec q̃ vera ſimul ſunt, contraria eſſe poſſunt. Nõ igitur fieri põt, vt vel in opinionibus vel in propoſitionib. ea q̃ vera ſunt, poſſit aliquis recte cõtraria ſuſpicari. Hæc aũt quantum breuitas expoſitionis permittebat expreſſimus. Quid autem altior huius libri tractatus edoceat, ſecundæ editionis ſeries explicabit.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRITII ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI,

## In librum Ariſtotelis de Interpretatione. editionis ſecundæ, id eſt minorum commentariorum,

### LIBER PRIMVS.

ALEXANDER in cõmẽtarijs ſuis hac ſe impulſum cauſa pronunciat ſumpſiſſe lõgiſſimum expoſitionis laborem, qđ in multis ille a priorũ ſententiis ſcriptorũ diſſideret. Mihi vero maior perſequendi operis cã eſt, quod nõ facile quiſquam, vel transferendi, vel ẽt commentandi, continuam ſumpſerit ſeriem, niſi ꝙ Vegetius Prętextatus priores poſtremosq; analyticos non vertendo Ariſtotelem latino ſermoni tradidit, ſed transferendo Themiſtium, qđ qui vtroſq; legit, facile intelligit. Albinus quoque de eiſdẽ reb. ſcripſiſſe perhibetur, cuius ego geometricos quidem libros editos ſcio, de dialectica vero diu multumque q̃ſitos reperire non valui. Siue igitur ille omnino tacuit, nos ꝑtermiſſa dicemus: ſiue aliquid ſcripſit, nos quoq; docti uiri imitati ſtudium in eadem laude verſabimur. Sed q̃q̃ multa ſint Ariſtotelis, quę ſubtiliſſima philoſophiæ arte cęlata ſunt; hic tamen ante omnia liber nimis & acumine ſniarum & verborum breuitate conſtrictus eſt. Quocirca plus hic, quã in decem ꝑdicamentis expoſitione ſudabitur. Prius ergo quid vox ſit definiendum eſt, hoc.n. perſpicuo & manifeſto omnis libri huius patefiet intentio. Vox eſt aeris per linguã ꝑcuſſio, quę per quaſdam gutturis partes, quę arterię uocãtur, ab animali profertur. Sunt.n.quidã alii ſoni, qui eodem perficiuntur flatu, quos lingua non percutit, vt eſt tuſſis, hæc .n. flatu fit quodã per arterias egrediente, ſed nulla linguæ impreſſione formatur. atque ideo nec vllis ſubiacet elementis, ſcribi.n.nullo modo poteſt. Quocirca vox hæc non dicitur, ſed tantum ſonus. Illa quoque poteſt eſſe definitio vocis, vt eam dicamus ſonum eſſe cũ quadam imaginatione ſignificandi. Vox nanque cum emittitur, ſignificationis alicuius cã profertur. Tuſſis vero cum ſonus ſit, nullius ſignificationis cã ſurrepit potius, q̃ proferi. Quare qm̃ flatus noſter ita ſeſe habet, vt ſi ita ꝑcutiatur atq; formet, vt eũ lingua percutiat, vox fit, ſi eum lingua ita percutiat, vt terminato quodam & circumſcripto ſono vox exeat, locutio fit, quę gręce dicitur λέξις. Locutio.n.eſt articulata vox. neque n. hunc ſermonem.i.ęeſt λέξιν, dictionem dicemus idcirco ꝙ φάσιν dictionem interpretamur λέξιν, locutionem. Huius locutionis partes ſunt literæ, quæ cum coniunctæ fuerint, vnã efficiunt uocem coniunctam compoſitamque, quæ locutio prædicatur. Siue autem aliquid quęcunq; vox ſignificet, ut eſt hic ſermo, homo, ſiue omnino nihil, ſiue poſitum alicui nomen ſignificare poſſit, vt eſt blictiri: hęc .n. vox cũ per ſe nihil ſignificet, poſita tñ ut alicui nomen ſit ſignificabit ſiue ꝑ ſe q̃dem nihil ſignificet, cũ aliis vero iuncta deſignet, vt ſunt cõiũctiones: hęc oĩa locutiones vocant, vt ſit ꝓpria locutionis forma, uox cõpoſita q̃ literis deſcribatur. Vt igit̃ ſit locutio, voce opus eſt, i. eo ſono quem ꝑcutit lingua, Et vt vox ipſa ſit per linguam determinata in eum ſonum, qui ſcribi literis poſſit, ſimiliter opus eſt eo ſono, quem ꝑcutit lingua: ſed ut hęc locutio ſignificatiua ſit; illud quoq; addi oportet, ut ſit aliqua ſignificandi imaginatio, ꝑ quam id qđ in voce vel in locutione eſt, proferatur. Aut certe ita dicendũ eſt, ſi in hoc flatu, quem ꝑ arterias emittimus, ſit linguę ſola ꝑcuſſio, vox eſt: ſi vero talis ꝑcuſſio ſit, vt in literas redigat ſonũ, locutio eſt. qđ ſi vis quoq; q̃dam imaginationis addatur, illa ſignificatiua uox redditur. concurrentib. igit̃ his tribus. linguæ percuſſione, articulato uocis ſonitu imaginatione aliqua proferendi, fit interpretatio. Interpretatio nanq; eſt vox articulata per ſeipſam ſignificãs. Quocirca non oĩs uox interpretatio eſt, ſunt.n.cęterorum animalium voces, q̃ interpretationis uocabulo non tenentur. nec omnis locutio interpretatio eſt, idcirco quia (vt dictum eſt) ſunt locutiones q̃dam, q̃ ſignificatione carent, & cũ per ſe q̃dam nõ ſignificent, iuncta tñ cum aliis ſignificant, ut coniunctiones. Interpretatio ãt in ſolis per ſe ſignificatiuis & articularis vocib. permanet. Quare cõuertitur, ut quicquid ſit interpretatio, illud ſignificet: & q̃cq̃d ſignificat, interꝑtationis uocabulo nuncupet. vnde etiam ipſe quoq; Ariſtot. in libris quos de arte poetica ſcripſit, locutionis partes eſſe ſyllabas & coniunctiones etiã tradidit, quarum ſyllabæ in eo qđ ſunt ſyllabę, nihil oĩno ſignificant. Cõiunctiones vero cõſignificare q̃dem pñt, per ſe vero nihil deſignant. Interpretationis uero partes hoc libro cõſtituit nomen & verbũ, q̃.i.per ſeipſa ſignificant, nihilominus quoq; orationem interpretationem eſſe cõſtat, q̃ & ipſa cũ uox ſit & ſignificatiuis partib. iũcta, ſignificatione nõ caret. Quare, qm̃ non de oratione ſola, ſed etiam de noĩe & uerbo, nec uero de ſola locutione, ſed etiã de ſignificatiua locutione, q̃ eſt interpretatio, in hoc libro ab Ariſtot. tractatur idcirco, qm̃ uerbis atq; nominibus & ſignificatiuis locutionib: nomen interpretationis aptatur, a communi nomine eorum de quibus ĩ hoc libro tractatur, ideſt ab interpretatione, ipſe quoque de interpretatione liber inſcriptus eſt. cuius expoſitionem nos ſcilicet quam maxime a Porphyrio, q̃q̃ etiam a cæteris transferentes, latina oratione digeſſimus. Hic enim nobis expoſitor & intellectus acumine, & ſententiarum diſpoſitione videtur excellere. Erunt ergo interpretationis duę primæ partes nomen & uerbum. his enim quicquid eſt in animi intellectibus deſignatur. his nanque totus ordo orationis efficitur, & inquantum uox ipſa quidem intellectus ſignificat, in has duas (ut dictum eſt) ſecatur partes, nomen & uerbum, inquantum vero vox per intellectuum medietatem ſubiectas intellectui res demonſtrat. ſignificantiũ vocum Ariſtoteles numerum in decem prędicamenta partitus eſt: atque hoc diſtat libri huius intentio, a prędicamentorum in denariam multitudinem numeroſitate collecta, vt hic quidem tantum de numero ſignificantium uocum quęratur, quantum ad ipſas attinet uoces, quibus ſignificatiuis uocibus intellectus animi deſignentur, quę ſunt q̃dem ſimplicia nomina & verba, ex his vero compoſitæ orationes. Prędicamentorum vero hæc intentio eſt, de ſignificatiuis rerum uocibus tractare in tantum, quantum eas animi medius ſignificet intellectus. uocis .n. quędam qualitas eſt nomen & uerbum, quę nimirum illa ipſa decem prædicamenta ſignificant. Decem nanq; prædicamenta nunquam ſine aliqua uerbi qualitate uel nominis proferuntur. Quare erit libri huius intentio de ſignificatiuis rerum uocib. in tãtum quantum cõceptiones animi intellectusq; ſignificent. de decem aũt prędicamentis libri intentio in eius cõmentario dicta eſt, quoniã ſit de ſignificatiuis rerum uocibus, quot partibus diſtribui poſſit earum ſignificatio in tantum

quantum per ſenſuum, atq; intellectuum medietatem, res ſubiectas intellectibus, voces ipſę valeant deſignare. In opere vero de arte poetica non eodē modo diuidit locutionē, ſed oēs oīno locutionis partes appoſuit, confirmans eſſe locutionis partes elementa, ſyllabas, coniunctiones, articulos, nomina, caſus, verba, orationes. locutio nanq; non in ſolis ſignificatiuis vocibus conſtat, ſed ſupergrediens ſignificationes vocum, ad articulatos ſonos vſq; conſiſtit. Quælibet.n. ſyllaba, & quælibet alia vox, quæ ſcribi literis pōt, locutionis noīe continetur, quæ grece dici λέξις ſed non eodē mō interpretatio. huic nanq; non eſt ſatis, vt huiuſmodi vox quę literis valeat annotari, ſed ad hoc, vt aliquid quoque ſignificet. Prędicamentorum vero in hoc rō conſtituta eſt, in quo hæ duę partes interpretationis, res intellectibus ſubiectas deſignent. Nam qm̄ decem res oīno in oī natura reperiuntur, decem quoq; intellectus erunt: quos intellectus, qm̄ nomina & verba ſignificant, decem oīno erunt pdicamēta, quę verbis atq; nominibus deſignentur. duo vero quędam ſunt.i. nomen & verbum, quæ ipſos ſignificent intellectus. Sunt igitur elementa interpretationis verba & nomina, proprię vero partes quibus ipſa conſtat interpretatio, ſunt orationes. Orationum vero alię ſunt pfectę, aliæ imperfectę. perfectę ſunt. ex quibus plene id, quod dicitur valet intelligi. imperfectę vero, in quibus aliquid adhuc plenius alius expectat audire, vt eſt Socrates cum Platone. Nullo.n. addito, orationis intellectus adhuc pēdet, ac titubat, & auditor aliquid vltra expectat audire. Perfectarum vero orationū partes quinq; ſunt, Deprecatiua, vt Iuppiter omnipotens precibus ſi flecteris vllis. Da deinde auxilium pater, atq; hæc omnia firma. Imperatiua, vt Vade age nate, voca zephyros, & labere pennis. Interrogatiua, vt Dic mihi Damoeta cuius pecus, an Meliboei? Vocatiua, vt O pater, o hominum reſūque æterna poteſtas, Enunciatiua, in qua veritas, vel falſitas inuenitur, vt Principio arboribus varia eſt natura creādis. Huius aūt duæ partes ſunt, eſt nanq; & ſimplex oratio enūciatiua, & compoſita: ſimplex, vt dies eſt, lux eſt. compoſita, vt, ſi dies eſt, lux eſt. In hoc igitur libro Ariſtoteles de enunciatiua ſimplici oratione diſputat, & de eius elementis, nomine.ſ. atq; verbo. Quę qm̄ ſignificatiua ſunt, & ſignificatiua uox, & articulata, interpretationis nomine continetur, de cōi (vt dictum) eſt vocabulo, librum de interpretatione appellauit. Et Theophraſtus quidem in eo libro, quem de affirmatione & negatione compoſuit, de enunciatiua oratione tractauit. Stoici quoq; in his libris quos περὶ ἀξιωμάτων appellant, de eiſdem nihilominus diſputant, ſed illi quidē & de ſimplici, & de non ſimplici oratione enunciatiua ſpeculantur. Ariſto. vero in hoc libro nihil niſi de ſola ſimplici enunciatiua oratione conſiderat. Aſpaſius quoq; & Alexander, ſicut in aliis Ariſto. libris, in hoc quoq; commentarios ediderunt, ſed vterq; Ariſtotelem de oratione tractaſſe pronunciat. Nam ſi proferre aliquid oratione (vt aiunt ipſi) interpretari eſt, de interpretatione nimirum liber veluti de oratione perſcriptus eſt, quaſi vero ſola oratio, ac non verba quoq; & nomina interpretationis vocabulo concludantur. Aeq; nanq; ac oratio, tam verba, & nomina, quę ſunt interpretationis elemēta, nomine interpretationis vocantur. Sed Alexander addidit imperfecte ſeſe habere libri titulum, neq;.n. deſignare de qua oratione pſcripſerit. multæ nanq; (vt dictum eſt) ſunt orationes, ſed adiiciēdum, vel ſubintelligendum putat de oratione illum ſcribere philoſophica, vel dialectica.i. qua verum falſumq; valeat expediri. Sed qui ſemel ſolam orationem interpretationis nomine vocari recipit, in intellectu quoq; ipſius inſcriptionis errauit. cur.n. putaret impfectum eſſe titulum, qm̄ nihil de qua oratione diſputaret, adiecerit? vt ſiquis interrogās quid eſt homo, alio reſpondēte animal, culpet ac dicat, imperfecte illum dixiſſe quid ſit, qm̄ non ſit omnes differentias perſecutus. Quod ſi huic.i. homini ſunt quædam alia communia ad nomen animalis, nihil tñ impedit perfecte demonſtraſſe quid homo eſſet, eum qui animal dixerit. Siue.n. differētias addat quis ſiue non hominem animal neceſſe eſt eſſe. Eodē quoq; modo & de oratione, ſiquis hoc concēdat primum, nihil aliud interpretatione dici niſi orationē; cur qui de interpretatione inſcripſerit, & de qua interpretatione dicat non addiderit, culpetur? ſatis eſt.n. eum libri titulum etiam de aliqua continenti communione feciſſe, vt nos eum & de nominibus, & verbis, & de orationibus, cū hæc oīa vno interpretationis noīe cōtinerētur, ſupra feciſſe docuimus, cū hic liber ab eo de interpretatione nominatus eſt. Sed quod addidit illam interpretationē ſolam dici, qua in oratione poſſit veritas, & falſitas inueniri, vt eſt enunciatiua oratio, fingētis eſt (vt ait Porphyrius) ſignificationem nominis potius, quam docentis, atq; ille quidem, & in intētione libri, & in titulo falſus eſt, ſed non eodem modo de iudicio quoque libri huius errat. Andronicus.n. librum hūc Ariſtotelis eſſe non putat, quem Alexander vere fortiterq; redarguit. Quē cū exactum diligentemq; Ariſtotelis librorum & iudicē, & repertorē iudicarit antiquitas, cur in huius libri iudicio ſit falſus, prorſus eſt magna admiratione digniſſimum. Non eſſe nanq; propriū Ariſtotelis hunc conatur oſtēdere, qm̄ quædā Ariſtote. in principio libri huius de intellectib. animi tractat, quos intelľs animę paſſiones vocauit, & de his ſe plenius in libris de aīa diſputaſſe cōmemorat. & qm̄ paſſiones alę vocabat vel triſtitiam, uel gaudium, vel cupiditatē, vel alias hmōi affectiones, dicit Andronicus ex hoc pbari hūc librū Ariſtotelis non eſſe, qđ de hmōi affectionibus nihil in libris de aīa tractauiſſet, non intelligēs in hoc libro Ariſtotelem paſſiones alę non p affectionibus, ſed p intellectibus poſuiſſe. His Alexander multa alia addit argumenta, cur hoc opus maxime Ariſtotelis eſſe uideatur. Ea nanq; dicuntur hic, quę ſolis Ariſtotelis, quæ ſunt de enunciatiua oratione conſentiant. Illud quoq; ꝙ ſtilus ipſe pp breuitatem preſſior ab Ariſtotelis obſcuritate non diſcrepat. Et qđ Theophraſtus, ut in alijs ſolet, cum de ſimilib. rebus tractat, quę.ſ. ab Ariſtotele ante tractata ſunt, in libro quoq; de affirmatione & negatione iiſdē aliquibus uerbis vtitur, quibus in hoc libro Ariſtoteles vſus eſt. Idem quoq; Theophraſtus dat ſignum hunc Ariſtotelis librum eſſe, in oībus.n. de quibus ipſe diſputat poſt magiſtrum, leuiter ea tangit quæ ab Ariſtotele dicta ante cognouit, alias uero diligentius res non ab Ariſto. tractatas exequitur. Hic quoq; idē fecit. nam q̄ Ariſtoteles hoc libro de enunciatione tractauit, leuiter ab illo tranſcurſa ſunt, q̄ vero magiſter eius tacuit, ipſe ſubtiliori modo conſiderationis adiecit. Addit quoq; hanc cām, qm̄ Ariſtot. quidem de ſyllogiſmis ſcribere animatus, nunq̄ id recte facere potuiſſet, niſi quędam de propoſitionibus annotaret. Mihi quoq; videt hoc ſubtiliter perpendentibus liquere, hunc librum ad analyticos eſſe pręparatum. Nā ſicut hic de ſimplici propoſitione diſputat: ita quoque in analyticis de ſimplicibus tm̄ conſiderat ſyllogiſmis, vt ipſa ſyllogiſmorum propoſitionumque ſimplicitas, non ad aliud niſi ad continens opus Ariſtotelis pertinere videatur. Quare non eſt audiendus Andronicus, qui pp paſſionum nomen, hunc librum ab Ariſtotelis operibus ſeparat. Ariſtoteles.n. idcirco paſſiones animę, intellectus vocauit, ꝙ intellectus; quos ſermone dicere, & oratione pferre conſueuimus, ex aliqua cā atque vtilitate profecti ſunt. ut.n. diſperſi homines colligerentur, & legibus vellent eſſe ſubiecti, ciuitateſq; condere, vtilitas quędam fuit & cauſa. Quocirca quæ ex aliqua vtilitate veniunt, ex paſſione quoque venire neceſſe eſt. Nam vt diuina ſine vlla ſunt paſſione, ita nulla illis extrinſecus vtilitas valet adiungi. Quę vero ſunt paſſibilia, ſemper aliquam cauſam atque vtilitatem quibus ſuſtententur, inueniunt. Quocirca huiuſmodi intellectus, qui ad alterum oratione proferendi ſunt, quoniā ex aliqua cauſa atq; vtilitate videnť eſſe collecti, recte paſſiones animi nominati ſunt. Et de intentione quidem, & de libri inſcriptione, & de eo quod hic maxime Ariſtotelis liber eſſe putādus eſt, hęc dicta ſufficiat. Quid vero vtilitatis hēat, non ignorabit, q̄ ſciet qua in orōne veritas conſiſtet & falſitas. In ſola enim hęc enunciatiua oratione conſiſtunt. Alia vero. Quæ diuidant verum falſumq;: Quæue definita, vel

quę

quæ variæ & mutabiliter veritatem falſitatemq; patiantur; Quæ iuncta dici poſſint.cũ ſeparata valeant p̃dicari ; Quæ ſeparata dicanſ, cũ iuncta non ſint:p̃dicata: Quę ſint negationes cũ modo ꝓpoſitionũ:Quę earũ conſequẽtię, aliaq; plura in ipſo opere conſiderator poterit diligẽter agnoſcere, quarũ magnã experieſ vtilitatẽ q aĩum cura alicuius inueſtigationis aduerterit. Sed nunc ad ipſius Ariſtotelis verba veniamus,

*Primũ oportet cõſtituere, quid ſit nomẽ & quid ſit uerbũ, poſtea q̃d negatio et affirmatio, et enũciatio, et oratiõ.*

1. Librũ inchoans de quib.I omni ſerie tractaturus ſit ante, ꝓpoſuit, ait.n.oportere prius de quib.diſputaturus eſt, definire, hic.n. conſtituere, definire intelligendum eſt. determinandum nanq; eſt quid hęc omnia ſint, ideſt quid nomẽ ſit, quid uerbum, & cętera, quæ elementa interpretationis eſſe prędiximus. Sed affirmatio atq; negatio ſub interpretatione ſunt: Quare nomen & verbum affirmationis & negationis elementa eſſe manifeſtum eſt. his.n. compoſitis affirmatio & negatio coniunguntur. Eaiſtit his quædã quæſtio, cur duo tantum nomen & verbum ſe determinare promittat, cum plures partes orationis eſſe videantur. Quibus hoc dicendum eſt, tantum Ariſtotelem hoc libro definiſſe, quantũ illi ad id quod inſtituerat tractare ſuffecit. Tractat nanque de ſimplici enunciatiua oratione, q̃.ſ.hmõi eſt, vt iunctis tãtum verbis & nominibus componatur. Siquis.o. nomen iungat & verbum, vt dicat, Socr.ambulat, ſimplicem fecit enũciatiuam orationem. Enunciatiua nanq; oratio eſt (ut ſupra memoraui) quę habet in ſe veri, falſiue deſignationẽ. Sed in hoc quod dicimus, Socr.ambulat, aut veritas neceſſe eſt contineatur, aut falſitas. hoc.n.ſi ambulante Socr.dicitur, verũ eſt: ſi, non ambulante, falſum eſt. Perficitur ergo enunciatiua oratio ſimplex ea ſolis nominibus atque verbis. Quare ſuperfluum eſt quærere, cur aliquas quoque quę videntur orationis partes non propoſuerit, qui non totius ſimpliciter orationis, ſed tantum ſimplicis enunciationis inſtituit elementa partiri. quanquam hę duæ proprie partes orationis dicendæ ſunt, nomen ſcilicet atque verbum: hęc enim ꝑ ſeſe vtraque ſignificat. Coniunctiones autem, vel prępoſitiones nihil omnino niſi cum aliis iunctę deſignant. Participia verbo cognata ſunt, vel quod a gerundiuo modo veniant, vel quod tempus propria ſignificatione contineant. Interiectiones vero atq; pronomina, nec non, aduerbia in nominis loco ponẽda ſunt, idcirco quod aliquid definitum ſignificant, vbi nulla eſt vel paſſionis ſignificatio vel actionis. Quod ſi caſibus horum quædam flecti non poſſunt nihil impedit. ſunt enim quędam nomina quę monoptota vocantur. Quod ſiquis longius iſta, & non proxime petita eſſe arbitretur, illud tamen concedat quod ſupra iã diximus non eſſe ęquum calumniari ei, qui non de omni oratione, ſed tantum de ſimplici enunciatione proponat, quod tantũ ſibi ad definitionem ſumpſerit, quantũ arbitratus ſit operi inſtituto ſufficere. quare dicendum eſt Ariſtotelem nõ omnis orationis partes hoc opere velle definire, ſed tantum ſolius ſimplicis orationis enunciatiuę, quę ſunt ſcilicet nomen & verbum. Argumentum autem huius rei hoc eſt, poſtquam enim propoſuit dicens, Primum oportet conſtituere quid ſit nomen & quid uerbum: non ſtatim inquit quid ſit oratio, ſed mox addidit quid negatio & quid affirmatio, & quid enunciatio, poſtremo uero quid oratio. Quod ſi de omni oratione loqueretur, poſt nomen & verbum non de affirmatione & negatione, & poſt hanc de enunciatione, ſed mox de oratione dixiſſet. Nunc vero quoniam poſt nominis & verbi propoſitionem, affirmationem, negationem, & enunciationem, & poſt, orationem propoſuit, confitendum eſt id quod ante diximus, non orationis uniuerſalis, ſed ſimplicis enunciatiuę orationis, quæ diuiditur in affirmationem atque negationem, diuiſionem partium facere voluiſſe, quæ ſunt nomina & verba: hęc enim per ſe ipſa intellectum ſimplicem ſeruant, quę eædem dictiones vocantur, ſed non ſolæ dicuntur. Sunt nanq; dictiones & alię quoque, ut orationes vel imperfectę, vel perfectæ, cuius plures eſſe partes ſupra iam docui, Iter q̃ perfectæ orationis ſpẽs eſt enunciatio. Et huius quoq. alia ſimplex, alia cõpoſita ſit. De ſimplicis vero enũciationis ſpecieb. inter philoſophos cõmentatoreſq; certatur. Aiunt.n.quidã affirmationẽ atque negationem enunciationi vt ſpẽs ſupponi opportere in q̃bus & Porphyrius eſt. Quidã vero nulla ratione cõſentiũt, ſed cõcedunt affirmõnẽ & negationem æquiuocam eſſe, & vno quidem enunciationis vocabulo nuncupari. Prędicari ãt enunciationem ad vtraſq; vt nomen ęquiuocũ, non vt genus vniuocũ, quorũ princeps Alexãder, quorũ cõtentiones apponere non vĩ inutile. Ac prius quibus modis affirmationẽ atq; negationẽ nõ eſſe ſpẽs enunciationis Alexãder putet, dicendũ eſt. Poſt vero addam qua Porhpyrius hæc argumentatione diſſoluerit, Alexander nanq; idcirco dicit, non eſſe ſpecies enunciationis affirmationem & negationem, q̃m affirmatio prior ſit, priorem uero affirmationem idcirco conaĩ oſtendere, q̃d oĩs negatio affirmationem tollat ac deſtruat. quod ſi ita eſt, prior eſt affirmatio, quæ ſubruatur, quam negatio quæ ſubruat, in quibus ãt prius aliquid & poſterius eſt, illa ſub eodem genere poni nõ poſſunt, ut in eo titulo prędicamẽtorũ dictum eſt, qui de his quę ſunt ſimul inſcribitur. Amplius negatio omnis inquit diuiſio eſt; affirmatio, compoſitio atq; coniunctio eſt. Cum .n. dico Socrates viuit, vitam cum Socrate coniungo. cum dico Socrates non uiuit: vitam a Socrates diſiungo, diuiſio igitur quędam negatio eſt: coniunctio, affirmatio: compoſiti aũt eſt coniunctique diuiſio. Prior eſt igitur coniunctio, quod eſt affirmatio, poſterior vero diuiſio, quod eſt negatio. Illud quoque adiecit, quod omnis per affirmationem facta enunciatio, ſimplicior ſit per negationem facta enunciatione. Ex negatione.n. particula negatiua ſi ſublata ſit, affirmatio ſola relinquitur. De eo.n. quod eſt, Socrates non viuit. ſi nõ particula quæ eſt ad verbum auferatur, remanet. Socrates uiuit. Simplicior igitur eſt affirmatio quam negatio. Prius vero ſit neceſſe eſt quod ſimplicius eſt, in quantitate ẽt, quod ad quantitatem minus eſt, prius eſt eo quod ad quantitatem plus eſt. Omnis vero oratio quantitas eſt, ſed cum dico, Socrates ambulat: minor oratio eſt, quam cum dico, Socrates non ambulat. Quare ſi ſecundum quantitatem affirmatio minor eſt, eam priorem quoq; eſſe neceſſe eſt. Illud quoque adiunxit affirmationem quendam eſſe habitum, negationem vero priuationem, ſed prior eſt habitus priuatione. Affirmatio igitur negatione prior eſt. Et ne ſingula perſequi laborem, cum his aliiſque modis demõſtret affirmationem negatione priorem eſſe, à communi eas genere ſeparauit. Nullas.n. arbitratur ſpẽs ſub eodem genere eſſe poſſe, in q̃bus prius vel poſterius aliquid conſideretur. Sed Porphyrius ait ſeſe docuiſſe ſpẽs enunciationis eſſe affirmationem & negationem in his commentariis quos in Theopraſtum edidit. hic vero Alexnadri argumentationem tali rõne diſſoluit. Ait.n. non oportere arbitrari quæcunq; quolibet mõ priora eſſent aliis, ea ſub eodem genere poni nõ poſſe. Sed quæcunq; ſm̃ eſſe ſuum atque ſubſtantiam priora vel poſteriora ſunt, ea ſola ſub eodem genere non ponuntur. Et recte dicitur. Si.n. quicquid, quolibet modo prius eſt, cum eo quod poſterius eſt, ſub uno genere eſſe non poteſt, nec primis ſubſtantiis & ſecundis commune genus poterit eſſe ſubſtantia, quod qui dicit, a recto ordine rationis exorbitat. Sed quemadmodum quanquam ſit primę & ſecundæ ſubſtantiæ, tamen vtreque ęqualiter in ſubiecto non ſunt, & idcirco eſſe ipſorum ex eo pendet, quod in ſubiecto nõ ſunt, atque ideo ſub vno ſubſtantiæ genere collocantur: ita quoq; quanquam affirmationes negationibus in orationis prolatione priores ſint, tamen ad eſſe atq; ad naturam propriam æqualiter enunciatione participant. Enunciatio uero eſt in qua veritas & falſitas inueniri põt. Qua in re & affirmatio & negatio ęquales ſunt. æqualiter enim affirmatio, & negatio veritate & falſitate participant. Quocirca quoniam id quod ſunt affirmatio & negatio, ęqualiter ab-

enunciatio-

enunciatione participant, a cōi eas enunciationis gñe diuidi non oportet. mihi quoq; videtur ꝙ Porphyrij ſit ſequenda ſnīa, vt affirmatio & negatio cōi enunciationis genere ſupponantur. Longa nanq; illa & multiplicia Alexandri argumenta ſoluta ſunt, cum demonſtrauit Porphyrius nō modis omnibus ea quæ priora ſunt, ſub cōi genere poni non poſſe. Sed quęcunq; ad eſſe proprium atq; ſubſtantiam priora ſunt, illa ſola ſub cōi genere conſtitui atq; poni non poſſe. Syrianus vero, cui Philoxenus cognomen eſt, huc loco quærit, cur proponens prius de negatione poſt de affirmatione pronunciauerit dicens, Primum oportet conſtituere quid ſit nomē, & quid verbum, poſtea quid negatio & affirmatio. Et primo quidem nihil proprium dixit qm̄ in quibus affirmatio pt̄ & negatio ꝓuenire, prius eſſe negatio, poſtea affirmatio pt̄. vt de Socra. ſi ſanus eſt, pōt ei talis affirmatio aptari, vt de eo dicatur, Socr. ſanus eſt, & hmōi pt̄ aptari negatio, vt de eo dicatur, Socr. ſanus non eſt. qm̄ ergo in eum affirmatio & negatio poteſt prouenire, prius euenit, vt ſit negatio quã affirmatio: ante.n. quam natus eſſet, potuit de eo dici, Socr. ſanus non eſt, qui.n. natus non erat, nec eſſe poterat ſanus. Huic illud adiecit, ſeruare Ariſt. conuerſam propoſitionis & executionis diſtributionē, hic.n. prius poſt nomen & verbum, & negationē propoſuit, poſt de affirmatione, & hinc de enunciatione, poſtremo de oratione: ſed propoſita definitione nominis & verbi, prius orationem, poſtea enunciatione, tertio affirmationem, vltimo loco negationem determinauit, ꝗ hic poſt propoſitionem verbi, & nominis primam locauerat. Vt igitur ordo ſeruaretur cōuerſus, idcirco negationem prius ait eſſe propoſitam. qua in expoſitione ab Alex. quoq; ſnīa non diſcendit. Illud quoq; eſt additum, quod non eſſe inutile, enunciationem genus affirmationis & negationis accipi oportere, quod q̄q̄ (vt dictū eſt) ad prolationem prior eſt affirmatio, tñ ad ipſam enunciationem.i. veri falſiq; vim, vtraſq; æqualiter ſub enunciatione Ariſt. conſtituit. Id etiam Ariſtotelē probare dicit. premiſit.n. primam negationem, ſecundam poſuit affirmationem, quæ res nihil habet vitij, ſi ad ipſam enunciationem affirmatio & negatio ponantur æquales. quę.n. natura æquales ſunt, nihil retinent contrarij indifferenter acceptæ. Eſt igitur ordo quo propoſuit, primum totius orationis elemētum.i. nomen & verbum, poſt hec, negationem & affirmationem, q̄ ſpecies enunciationis ſunt. quorum genus.i. enunciationem, tertium nominauit, quartum vero orationem poſuit, quę ipſius enunciationis genus eſt, & horum ſe definitiones omnium daturum eſſe promiſit. quas interim relinquens atq; prætereūs, & in poſteriorem tractatū differens, illud nunc addit, quę ſint verba & nomina, & quid ipſa ſignificent. Quare anteq̄ ad uerba Ariſtotelis ipſa veniamus pauca cōiter de nominibus atque verbis, & de his quę ſignificantur a verbis ac nominibus diſputemus. Siue.n. quælibet interrogatio ſit atque reſponſio, ſiue perpetua cuiuſlibet orationis continuatio, atque alterius auditus & intelligentia, ſiue hic quidem doceat, ille vero diſcat, tribus his totus orandi ordo perficitur, rebus, intellectibus, atque vocibus. Res.n. ab intellectu concipitur. Vox vero conceptiones animi intellectuſque ſignificat, ipſi vero intellectus & concipiunt ſubiectas res, & ſignificātur a vocibus. Cum igitur tria ſint hęc, per quæ omnis oratio collocutioq; perficitur, Res quæ ſubiectæ ſunt, Intellectus qui res concipiunt, & rurſus a vocibus ſignificantur, Voces quę intellectus deſignant, quartum quoq; quiddā eſt, quo voces ipſæ valeant deſignari, id autem ſunt literę. ſcriptæ nanq; literę ipſas ſignificant voces: Quare quatuor iſta ſunt, ut literę quidem ſignificent voces; voces vero intellectus; intellectus aūt res concipiant. quæ.ſ. habent quandam non confuſam neq; fortuitā conſequentiam, ſed terminato naturæ ſue ordine conſtant. res.n. ſemper comitantur eum, qui ab ipſis concipitur intellectus, ipſum vero intellectum uox ſequitur, ſed voces elemēta.i. literę. Rebus.n. ante propoſitis & in propria ſubſtantia conſtitutis intellectus oriuntur. Rerum.n. ſemper intellectus ſunt, quibus iterum conſtitutis mox ſignificatio vocis exoritur. Preter intellectum nanq; vox penitus nihil deſignat. Sed qm̄ voces ſunt, idcirco literæ, quas vocamus elementa, repertę ſunt, quibus vocum qualitas deſignetur. ad cognitionē vero conuerſim ſeſe res habet. nanque apud quos eędē ſunt literę, & qui eiſdem elementis vtuntur, eiſdem quoq; noībus eos ac verbis.i. vocibus vti neceſſe eſt, & qui vocibus eiſdē vtunt, iidem quoq; apud eos intellectus in animi conceptione verſantur. ſed apud quos ijdem intellectus ſunt, eaſdem res eorū intellectibus ſubiectas eſſe manifeſtū eſt, ſed hoc nulla ratione conuertitur. Nanque apud quos eędem res ſunt, iidemq; intellectus, non ſtatim eædē voces, eædēq; ſūt literę. nã cū Rom. Grecus, ac Barbarus ſimul videāt equū, habent quoq; de eo eundem intellectum, ꝙ equus ſit, & apud eos eadem res ſubiecta eſt, idemq; a re ipſa concipit intellectus, ſed græcus aliter equum vocat, alia quoque vox in equi ſignificatione Romana eſt, & Barbarus ab vtroq; in equi deſignatione diſſentit. quocirca diuerſis quoq; voces proprias elementis inſcribūt. Recte igit dictū eſt, apud quos eædem res, ijdēq; intellectus ſunt, non ſtatim apud eos, vel eiſdem voces, vel eadē elementa conſiſtere. Pręcedit āt res intellectū: intellectus vocē, vox literas, ſed hoc conuerti nō poteſt; neque.n. ſi literæ ſūt, mox aliqua ex his ſignificatio vocis exiſtit. Hominib. nãq; qui literas ignorāt, nullū nomen q̄libet elementa ſignificāt quippe qui neſciūt. Neq; ſi uoces ſunt, mox intellectus eſſe neceſſe eſt. Plures.n. voces inuenies, q̄ nihil oīno ſignificēt, nec intellectui quoq; ſubiecta res ſp̄ eſt: ſunt.n. intellectus ſine re vlla ſibi ſubiecta, vt quos centauros, vel chimæras poetæ finxerunt. horum.n. intellectus ſunt, quib. ſubiecta eſt nulla ſuba. Sed ſiquis ad naturā redeat, eāq; conſideret diligēter, agnoſcet cum res eſt, eius quoq; intellectū eſſe. Quod ſi non apud homines, certe apud Deū, qui proprię diuinitate ſubæ in propria natura ipſius rei nihil ignorat. Et ſi eſt intellectus, & vox eſt, ꝙ ſi vox fuerit, eius quoq; ſunt literę, q̄ ſi ignorant, nihil ad ipſam vocis naturā pertinet. Neq;.n. quaſi cā quædā uocum eſt intellectus, aut uox cauſa literarū, ut cum eædem ſint apud aliquos literæ, neceſſe ſit: eadem quoque eſſe nomina. Ita quoq; cum eædem ſint uel res, vel intellectus apud aliquos, mox non neceſſe eſt intellectum ipſorum vel rerum eadē eſſe uocabula. Nãq; cum eadē ſit & res & intellectus hominis, apud diuerſos tñ hominis hmōi ſubſtātia aliter & diuerſo nomine nuncupatur. Quare voces quoq; cū eędem ſint, pñt literæ eſſe diuerſæ, ut in hoc nomine quod eſt hō cum vnum ſit nomen, diuerſis literis ſcribi pt̄. nanq; latinis literis ſcribi poteſt, poteſt etiam græcis, poteſt aliis nunc primum inuentis literarum figuris. Quare qm̄ apud quos eædem res ſunt, eoſdem intellectus eſſe neceſſe eſt, apud quod ijdem intellectus ſunt, voces eædem non ſunt, & apud quos eędē voces ſunt, non neceſſe eſt eadem elñta cōſtitui: dicendum eſt res & intellectus, quoniam omnes iidē ſunt, eſſe naturaliter conſtitutos; voces uero atque literas, qm̄ diuerſis hominum poſitionibus permutantur, non eſſe naturaliter ſed poſitione. Concludendum eſt igitur, qm̄ apud quos eadem ſunt elementa, apud eos quoq; eędem voces ſunt, & apud quos eędem voces ſunt, ijdem ſunt intellectus, apud quos autē ijſdem ſunt intellectus, apud eos quoq; res eædem ſubiectę ſunt. Ruſſus apud quos eædē res ſunt, jidē quoq; ſunt intellectus, apud quos ijdē intellectus, non eædem voces ſunt, nec apud quos eędem voces ſunt, eiſdē ſp̄ literis verba ipſa vel nomina deſignantur. Sed nos in ſupradictis ſententijs elemento atque litera promiſcue uſi ſumus, quę autem ſit horū diſtantia paucis abſoluam. Litera eſt inſcriptio atq; figura partis minimæ uocis articulatę: Elementum vero ſonus ipſius inſcriptionis, vt cum ſcribo literam quę eſt. a. formula ipſa, quę atramento, vel graphio ſcribit, litera nominatur, ipſe vero ſonus, quo ipſam literā voce proferimus, dicitur elementum. Quocirca hoc cognito, illud dicendum eſt, quòd is qui docet, vel qui continua oratione loquitur, vel qui interrogat, contrarie ſe habet his, qui vel diſcunt, uel audiunt, vel reſpondet in his tribus uoce ſcilicet, intellectu, & re: prętermittantur enim

literæ

literę pp eos, qui earum ſunt expertes. Nam qui docet, & qui dicit, & qui interrogat, a reb. ad intellectum profectus per nomina & uerba uim proprię actionis exercet, atque officium. Rebus.n. ſubiectis ab his capiunt intellectus, & p nomina, & uerba pronunciant, qui uero diſcit, uel qui audit, vel ēt qui reſpondet, a nominib. ad intellectus progreſſus ad res uſque peruenit. Accipiens.n. is qui diſcit, vel qui audit, vel qui reſpondet, docentis, vel dicentis, uel interrogantis ſermonem, quid unuſquiſque illorum dicat intelligit, & intelligens rerum quoque ſciētiam capit, & in ea cōſiſtit. Recte igitur dictū eſt In uoce itellectu atque re cōtrarie ſeſe habere eos qui docent, dicunt, & interrogant, atque eos qui diſcunt audiunt, & reſpōdent. Cum igitur hęc ſint quatuor, literę, uoces, intellectus, & res: proxime quidem, & principaliter literę, uerba, & nomina ſignificant. hęc uero principaliter quidem intellectus ſecundo uero loco res quoque deſignant. Intellectus uero ipſi nihil aliud niſi rerū ſignificatiui ſunt. Antiquiores uero quorum eſt Plato. Ariſtoteles, Speuſippus, & Xenocrates, hi inter res, & ſignificationes intellectuū medios ſenſus ponūt in ſenſibilib. rebus uel imaginationes quaſdam, in quib. intellectus ipſius origo cōſiſtat. Et nunc quidē quid de hac re Stoici dicunt prętermittēdum eſt, hoc autem ex his omnib. ſolū cognoſci oportet: q̄ ea quæ ſunt in literis, eam ſignificent orationem quę in uoce conſiſtit, & q̄ ea quæ eſt uocis oratio, animi atque intellectus orationem deſignet, quæ tacita cogitatione cōficitur & q̄ hæc intellectus oratio, ſubiectas principaliter ſibi res concipiat ac deſignet. Ex quib. quatuor duas quidem Ariſtoteles eſſe naturaliter dicit, res & animi cōceptiones idest eam quæ fit in intellectib. orationem, idcirco q̄ apud omnes eædem atque immutabiles ſint, duas uero nō naturaliter, ſed poſitione conſtitui, quæ ſunt nomina, & literæ, quas idcirco naturaliter fixas eſſe non dicit, quod (ut ſupra demonſtratum eſt) non eiſdem uocibus omnes, aut eiſdem utantur elementis, atque hoc eſt quod ait.

*Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, earū quæ ſunt ī anima paſſionum, notæ, & ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in uoce. At quemadmodū nec literæ eædē omnibus, ſic nec eædē uoces. Quorum autem hæ primo notæ ſunt, eædem omnibus paſſiones animæ ſunt, et quorū hæ ſimilitudines ſunt, res iam eædē. De his itaque dictū eſt in his quæ dicta ſunt de anima, alterius enim eſt negotii.*

2. Cum igitur prius præpoſuiſſet nomē, & verbum, & quęcunq; ſecutus eſt poſtea, ſe definire promiſiſſet, hęc interim prætermittēs de paſſionibus animę deq; earum notis, quę ſunt .ſ. uoces, pauca præmittit. Sed cur hoc ita interpoſuerit plurimi commentatores cauſas reddere neglexerunt, ſed a trib. tm̄, q̄tū adhuc ſciam, rō huius interpoſitionis explicata eſt, quorum Hermini quidem a rerū veritate longe diſiūcta eſt. Ait.n. idcirco Ariſt. de notis animæ paſſionum interpoſuiſſe ſermonē, ut vtilitatē propoſiti operis inculcaret. Diſputaturus.n. de vocib. q̄ ſunt notæ animæ paſſionum, recte de his quædam ante pręmiſit. Nā cū ſuæ nullus aīæ paſſiones ignoret, notas quoq; cum animę paſſionib. nō neſcire utiliſſimum eſt, neq;.n. illę cognoſci pñt niſi per uoces, q̄ ſunt earū .ſ. notæ. Alex. vero aliam hmōi interpoſitionis reddit cām, quoniam inquit nomina, & uerba interpretatione ſimplici continentur. Oratio uero ex uerbis nominibuſque cōiuncta eſt, & in ea iam ueritas, aut falſitas inuenitur, ſiue aūt quilibet ſermo ſit ſimplex, ſiue iam oratio coniuncta atque compoſita, ex his quæ ſignificantur momentū ſumunt. In illis.n. prius eſt eorum ordo & continentia; poſt redundat in uoces. Quocirca, qm̄ ſignificatiuum momentum ex his quæ ſignificantur oritur, idcirco prius nos de his quæ uoces ipſe ſignificant, docere proponit. Sed Herminus hoc loco repudiandus eſt. Nihil.n. tale quod ad eās propoſitæ ſententiæ pertineret explicuit. Alexan. uero ſtrictim proxima intelligentia præ. euectus, tetigit quidem cām, non tñ principalem rōnem Ariſtotelicæ propoſitionis exoluit. Sed Porphyrius hanc ipſam plenius cām originemq; ſermonis huius, ante oculos collocauit, qui oēm apud priſcos philoſophos de ſignificationis vi contentionem litēq; retexuit. Ait nanq; dubie apud antiquorum philoſophorum ſententias conſtitiſſe, quid eſſet proprie qd' vocib. ſignificaretur putabat nanq; alij res uocib. deſignari, earūq; uocabula eſſe ea quę ſonuerint in vocib. arbitrantur. Alij vero incorporeas quaſdam naturas meditabantur, quarū eſſent ſignificationes quęcunque uocib. deſignarent, Plat. aliquo mō ſpēs incorporeas ęmulari, dicentis, hoc ipſum homo, & hoc ipm equus, nō hūc cuiuslibet ſubiectam ſubām, ſed ipſum illum hominem ſpecialem, & illū ipm equum uniuerſaliter, & incorporaliter, cogitates incorporeas quaſdam naturas cōſtituebant, quas ad ſignificandum primas venire putabant, & cū aliis itē reb. in ſignificationibus poſſe coniungi, vt ex his aliqua enūciatio, vel oratio cōficeret. Alij uero ſenſus, alij imaginationes ſignificari uocib. arbitrabant, cū igit iſta eſſet contētio apud ſuperiores, & hęc vſque ad Ariſt. puęniſſet ętatē, neceſſe fuit, vt qui nomē, & verbum ſignificatiuā eſſet definiturus, pdiceret quorū iſta deſignatiua ſint. Ariſt. .n. nominib. & uerbis res ſubiectas ſignificari nō putat; nec uero ſenſus, uel ēt imaginationes: ſenſuum quidem nō eſſe ſignificatiuas uoces noīa. & uerba in opere de iuſtitia declarat dicēs φύσει γὰρ δ' ἀπόχλεσαι τάτι νοήματα καὶ τὰ αἰσθήματα j interpretari latine pt hoc modo. Natura.n. ſunt diuerſa intellectus, & ſenſus. differre igit aliquid arbitrat ſenſus atq; intellectus, ſed qui paſſiones aīę a vocib. ſignificari dicit, is non de ſenſibus loquitur. Senſus.n. paſſiones corporis ſunt. Si igitur ita dixiſſet paſſiones corporis a uocibus ſignificari, tunc merito ſenſus intelligeremus. Sed qm̄ paſſiones animę nomina, & uerba ſignificare propoſuit non ſenſus, ſed itellectus eū dicere putā dū eſt. Sed qm̄ imaginatio quoq; res aīæ eſt dubitauerit aliquis ne forte paſſiones aīe imaginationes, quas græci φαντασίας nominat, dicat. Sed hęc in libris de aīa veriſſime diligentiſſimeq; ſeparauit dicens ἔστι δὲ φαντασία ἕτερον φάσεως καὶ ἀποφάσεως, συμπλοκὴ γὰρ νοημάτων ἐστὶ τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος, τὰ δὲ πρῶτα νοήματα, τί διοίσει τοῦ μὴ αὐτὰ φαντάσματα εἶναι, ἢ οὐδ' αὐτὰ φαντάσματα, ἀλλ' οὐκ ἄνευ φαντασμάτων. Quod ſic interpretatur. aut aūt imaginatio diuerſa ab affirmatione, & negatione, complexio naq; intellectuum eſt veritas, vel falſitas primi uero intellectus q̄d diſcrepabūt, ut nō ſint imaginationes? an certe neq; hęc ſunt imaginationes, ſed ſine imaginationib. non ſunt. Quę ſnīa demōſtrat aliud q̄dē eē imaginationes, aliud intellectus, ex itellectuū quidē complexione, affirmationes fieri & negationes: quocirca illud quoq; dubitauit, utrum primi intellectus imaginationes q̄dā eſſent, primos autem intellectus dicimus, qui ſimplicē rē concipiūt, ut ſiqs dicat Socr. ſolū, dubitatq; vtrū hmōi intellectus, qui in ſe nihil neq; ueri cōtinet neq; falſi, intellectus ſit, an ipſius Socra. imaginatio. Sed de hoc quoq; aperte quidē uidet oſtēdere, ait.n. an certe, neq; hęc ſunt imaginationes, ſed nō ſine imaginationib. ſunt. Id.n. q̄d hic ſermo ſignificat, qui eſt, Socr. vel alius ſimplex, non eſt quidem imaginatio, ſed intellectus, qui intellectus pręter imaginationem fieri non pōt. Sēſus.n. atq; imaginatio quędam primę figurę ſūt, ſupra quas uelut fundamēto quodā ſuperuenies intelligētia nititur. Nam ſicut pictores ſolēt deſignare lineatim corpus atq; ſubſternere in corpora ubi colorib. cuiuslibet exprimant uultum, ſic ſenſus atque imaginatio naturaliter in animę perceptione ſubſternitur. Nā cum res aliqua ſub ſenſum, uel cogitatione cadit, prius eius neceſſe eſt, ut quędā imaginatio naſcatur: poſt uero plenior ſuperueniat intellectus, cunctas eius explicans partes, quę confuſę fuerant imaginatione pręſumptę. Quocirca imperfectum quiddam eſt imaginatio. Nomina uero, & uerba non curta quędam, ſed perfecta ſignificāt, quare recta Ariſtotelis ſnīa eſt, quęcunque in uerbis, nominibuſq; uerſantur, ea neq; ſenſus, neq; imaginationis, ſed ſolam ſignificare intellectuum qualitatem. Vnde illud quoq; ab Ariſtotele fluētes Peripatetici rectiſſime poſuere tres eſſe orationes, unā quę ſcribi poſſit elementis, alterā

quæ uoce proferri, tertiam quæ cognitione connectitur. unamque intellectibus, alteram uoce, tertiam literis con tineri. Quocirca quoniam id quod ſignificaretur a uocibus intellectus eſſe Ariſtoteles putabat, nomina uero & uerba ſignificatiua eſſe in eorum erat definitionibus poſiturus, recte quorum eſſent ſignificatiua prędixit, erroremq; lecto ris ex multiplici ueterum lite uenientem, ſententiæ ſuæ ma nifeſtatione compeſcuit, atque hoc modo nihil in eo de- prehenditur eſſe ſuperfluum, nihilque ab ordinis continua tione ſeiunctum. Quærit uero Porphyrius, cur ita dixerit, Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce, & non ſic, ſunt ergo uoces. & rurſus cur ita, & ea quæ ſcribuntur, & non dixerit, & litę ræ, qđ reſoluit hoc mō. Dictū eſſe apud Peripateticos ora- tiones, unam quæ literis ſcribitur, aliam quæ profert in uo ce, tertiam quæ coniungeretur in animo. Quod ſi tres ora- tiones ſunt, partes quoq; orationis triplices eſſe nulla du- bitatio eſt. Quare, quoniam uerbum & nomen principali- ter orationis partes ſunt: erunt alia uerba & nomina quæ ſcribantur, alia quæ dicantur, alia quæ tacita mente tractē- tur. ergo quoniam propoſuit dicens, Primum oportet con- ſtituere quid ſit nomen, & quid ſit uerbum: triplex aūt no- minum natura eſt atque uerborum, de quib. potiſſimum pro poſuerit, & quæ definire uelit oſtendit. & qm̄ de his nomi- nibus loquitur ac uerbis, quæ uoce proferūtur, idipſum pla nius explicans ait. Sunt ergo ea quę ſunt in uoce earū quæ ſunt in anima paſſionum notę, & ea quę ſcribuntur eorum quę ſunt in uoce, vel vt ſi diceret. Ea uerba & ea nomina, q̄ in uocali oratione proferuntur, animę paſſiones denūciāt. Illa autem rurſus uerba & nomina quę ſcribuntur, eorum uerborum nominumque ſignificationi prę ſunt quę uoce proferuntur. Nam ſicut uocalis orationis uerba & nomina cōceptiones animi intellectusque ſignificant, ita quoq; uer ba & nomina illa quę in ſolis literarum formulis iacent, il lorū uerborum & nominum ſignificatiua ſunt quę loqui- mur. i. quæ per uocem ſonamus. nam quod ait, Sunt ergo ea q̄ ſunt in uoce ſubaudiendum eſt. nomina & uerba. Et rur ſus cum dicit. Et ea quæ ſcribuntur, idē ſubnectendum rur- ſus eſt, uerba. ſ. & nomina. Et quod rurſus adiecit. eorum q̄ ſunt in uoce, addendum eſt eorum nominum atq; uerborum quæ profert atque explicat uocalis oratio. Quod ſi nihil de eſſet omnino, ita foret totius plenitudo ſententiæ. Sūt ergo ea nomina & uerba quæ in uoce ſunt, earum quæ ſunt in a- nima paſſionum notę, & ea uerba & nomina quæ ſcribun- tur eorum uerborum & nominum quæ ſunt in uoce, quod cōiter ſubintelligendum eſt, licet ea quę ſubiunximus deeſ ſe uideantur, quare non eſt diſiuncta ſententia, ſed primæ propoſitioni continua. Nam cum quid ſit uerbum, & quid nomen definire conſtituit. cum nominis & uerbi natura ſit multiplex, de quo nomine & uerbo tractare uellet, clara ſi gnificatione diſtinxit. Incipens igitur ab his nominibus & uerbis quæ in uoce ſunt, quorum eſſent ſignificatiua diſſe- ruit. Ait. n. hęc paſſiones animæ deſignare. Illud quoq; adie cit quibus ipſa nomina & uerba, quæ in uoce ſunt, deſignen tur, his. ſ. quæ literarum formulis exprimuntur. Sed quo niam non omnis uox ſignificatiua eſt. uerba autem & no- mina nunquam ſignificationib. carent, quoniamque non omnis uox quæ ſignificat quadam poſitione deſignat, ſed quædam naturaliter ut lachryme, gemitus, atque mœrori animalium quoque cæterorum quædam uoces naturali- ter aliquid oſtendunt, vt ex canum latratibus iracundia, eo rumq; alia quadam uoce blandimenta monſtrantur. Ver- ba autem & nomina poſitione ſignificant, nec ſolum ſunt uerba & nomina uoces, ſed uoces ſignificatiuę, nec ſolum uoces ſignificatiuæ, ſed ēt quę poſitione deſignent aliquid non natura, non dixit. Sunt igitur uoces earum quę ſunt in anima paſſionum notæ. Namque neque omnis uox ſignifi- catiua eſt, & ſunt quędam ſignificatiuæ, quę naturaliter nō poſitione ſignificent, quod ſi ita dixiſſet, nihil ad ꝓprie tatem uerborum & nominum pertineret. Quocirca non uo luit communiter dicere uoces, ſed dixit tantum ea q̄ ſunt in uoce. uox. n. uniuerſale quiddam eſt, nomina uero & uer-

ba partes, pars aūt omnis in toto eſt, uerba ergo & nomina quoniam ſunt intra vocem, recte dictum eſt, ea quæ ſunt in voce, velut ſi diceret, Qm̄ intra uocem continentur. intel- lectuum deſignatiua ſunt, ſed hoc ſimile eſt, ac ſi ita dixiſ- ſet, uox certo modo ſe habens ſignificat intellectus. Nō. n. (vt dictum eſt) nomen & verbum voces tm̄ ſunt. Sicut num mus quoq; non ſolum æs impreſſum quadam figura eſt, ut nummus vocetur, ſed ēt vt alterius ſit rei pretium: eodem quoque modo uerba & nomina non ſolum voces ſunt, ſed poſitæ ad quandam intellectuum ſignificationem. vox. n. q̄ nihil deſignat, ut eſt garulus, licet eam grammatici figurā vocis inuenientes, nomen eſſe contendant, tamen eam nomē philoſophia non putauit, niſi ſit poſita vt deſignaret aliquā animi conceptionem, eoque modo ſignificare aliquid rerū poſſit. etenim nomen alicuius nomen eſſe neceſſe erit, ſed ſi vox aliqua nihil deſignat, nullius nomen eſt, quare ſi nul lius nomen eſt, nec nomen quidem eſſe dicetur. Atque ideo hmōi uox ideſt ſignificatiua, non vox tantum, ſed verbum vocatur aut nomen, quemadmodum nummus non ęs, ſed proprio nomine nummus, quo ab alio ære diſcrepet, nuncu patur. Ergo Ariſtotelis hæc ſnīa qua ait, ea quæ ſunt in vo- ce nihil aliud deſignant niſi eam uocem q̄ nō ſolum vox ſit ſed quæ cum uox ſit, habeat tn̄ aliquam proprietatem, & aliq̄ quodammodo figuram poſitæ ſignificationis impreſ- ſam. Horum uero ideſt verborum & nominum q̄ ſunt in vo ce, aliquo modo ſeſe habente, ea ſunt. ſ. ſignificatiua q̄ ſcri- bunt, vt hoc qđ dictū eſt. Quæ ſcribunt, de verbis ac noib. dictū, q̄ ſunt ī literis, intelligat. Pōt vero hæc quoq; eſſe rō cur dixerit, & ea q̄ ſcribunt, qm̄ literas & ſcriptas figuras & uoces, q̄ iiſdē ſignificant formulis nuncupamus, ut a. & ipſe ſonus literæ nomē capit. & illa q̄ in ſubiecto ceræ vocē ſi- gnificans forma deſcribit. Deſignare ergo volens quib. ver- bis atq; noibus ea q̄ in voce ſunt, apparent, nō dixit literas, qđ ad ſonos ēt referri poterat literarum, ſed ait q̄ ſcribunt vt oſtēderet de his literis dicere, q̄ in ſcriptione conſiſterūt, .i. quarum figura & in cera, ſtylo, & in mēbrana, calamo poſ ſet effingi. Alioqui illa ēt q̄ in ſonis ſunt ad ea noīa referun tur, q̄ in voce ſunt, qm̄ ſonis illis noīa & uerba iungunt. Sed Porphyrius de vtraq; expōne iudicauit dicens. Id qđ ait, & q̄ ſcribunt, nō potius ad litteras, ſed ad verba & noīa q̄ po- ſita ſunt ī literarū inſcriptione, referēdum. Reſtat igit ut il- lud quoq; addamus cur nō ita dixerit. Sūt ergo ea q̄ ſunt in uoce intellectuum notæ. Sed ita, earum quæ ſunt in anima paſſionum notæ. Nam cum ea quę ſunt in voce res intel- lectuſque ſignificent, principaliter quidem intellectus, res uero quas ipſa intelligentia comprehēdit, ſecundaria ſigni ficatione per intellectuum medietatē, intellectus ipſi non ſine quibuſdam paſſionibus ſunt, quæ in animam ex ſubie- ctis ueniunt rebus. Paſſus enim quilibet eius rei proprieta tem, quam intellectu complectit, ad eius enunciationē deſi gnationēq; contendit, cū. n. quis aliq̄ rem intelligit, prius imaginatione formam neceſſe eſt intellectæ rei proprieta- temq; ſuſcipiat, & fiat vel paſſio, vel cum paſſione quædam intellectus perceptio hac uero poſita ac in mentis ſedibus collocata, fit indicādę ad alterū paſſionis voluntas, cui actus quidē cōtinuandæ intelligentiæ protinus ex intimæ rōnis poteſtate ſuperuenit, quē explicat. ſ. & effundit oratio, nitēs ea quæ primitus in mēte fundata eſt paſſione, ſiue qđ eſt ve rius, progreſſa oratio, progrediente ſimul & ſignificatione & ſignificantis ſe orationis motib. adæquante, fit uero hęc paſſio velut figuræ alicuius impreſſio, ſed ita vt in aīo fieri cōſueuit. Aliter namq; naturaliter eſt in re qualibet ꝓpria figura, aliter vero eius ad aīum forma transfertur, velut nō eodem mō ceræ, uel marmori, uel chartis, literæ. ſ. uocū ſi- gna mandant, & imaginationē, Stoici a rebus in aīam tranſ latā loquunt, ſed cum adiectione ſemp, dicētes ut in anima fieri cōſueuit. Quocirca cū omnis animę paſſio rei q̄dā ui- deatur eſſe proprietas, porro autem cum deſignatiuę uo- ces intellectuum principaliter, rerum dehinc a quibus in- tellectus profecti ſunt ſignificatione nitantur; quicquid eſt in uocib. ſignificatiuum, id animę paſſiones deſignat, ſed

hæ

hę paſsiones animorũ ex rerum ſimilitudine procreantur, vidẽs namq; aliquis ſphærã, vel quadratum, vel quamlibet rerum aliam figuram, eam in animi intelligentia, quadã ui ac ſimilitudine capit. Nam qui ſphæram uiderit, eius ſimilitudinem in aĩo perpẽdit & cogitat, atq; eius in animo quãdam paſſus imaginem, id cuius imaginem patitur agnoſcit: Omnis vero imago rei, cuius imago eſt, ſimilitudinẽ tenet, mens igitur cum intelligit, rerum ſimilitudinem comprehẽdit. Vnde fit, ut cũ duorum corporum maius unum, minus alterum contuemur, a ſenſu poſtea remotis corporib. illa ipſa corpora cogitantes, illud quoq; memoria ſeruante, nouerimus ſciemuſque quod minus, quod vero maius corpus fuiſſe cõſpeximus, quod nullatenus eueniret, niſi quas mẽs ſemel paſſa eſt, rerum ſimilitudines obtineret. Quare quoniam paſsiones animæ quas intellectus uocant, rerũ q̃dam ſimilitudines ſunt, idcirco Ariſtoteles cũ paulopoſt de paſſionibus animæ loqueretur continenti ordine ad ſimilitudines tranſitum fecit, quoniã nihil differt utrum paſsiones diceret an ſimilitudines. Eadem nanq; res, animę quidẽ paſſio eſt, rei uero ſimilitudo. Et Alexander hunc locum, Sunt ergo ea quæ ſunt in uoce earum quæ ſunt in anima paſsionum notę, & ea quæ ſcribuntur, eorum quę ſunt in uoce, & queadmodũ nec literę omnibus eædem ſic nec eædẽ uoces, hoc modo conatur exponere. propoſuit inquit ea q̃ ſũt in uoce intellectus animi deſignare, & hoc probat exẽplo. Eodem.n. modo ea quæ ſunt in uoce paſsiones animę ſignificant, quemadmodum ea quæ ſcribuntur uoces deſignant, vt id quod ait, & ea quę ſcribuntur ita intelligamus, tanquã ſi diceret, quemadmodum etiam ea quę ſcribuntur eorum quæ ſunt in uoce, ea uero quæ ſcribuntur inquit Alexãder, notas eſſe uocum, id eſt nominum ac uerborũ, ex hoc mõſtrauit, ꝙ dixit & quẽadmodum nec literæ oĩbus eædẽ, ſic nec eædem voces. Signum nanq; eſt uocum ipſarũ ſignificationem literis contineri, ꝙ vbi varię ſunt literæ, & nõ eædẽ q̃ ſcribuntur, varias quoq; voces eſſe neceſſe eſt, hæc Alexãder. Porphyrius vero quoniam tres propoſuit orationes, vnam quæ literis contineretur, ſecũdam quę verbis ac nominib. perſonaret, tertiam quam mentis euolueret intellectus id Ariſtotelem ſignificare pronunciat cum dicit. Sũt ergo ea, quæ ſunt in voce earum, quæ ſunt in anima paſsionum notæ. quod oſtendet, ac ſi ita dixiſſet. ſunt ergo ea quę ſunt in uoce & uerba & nomina, animę paſsionum notę. & qm̃ mõſtrauit quorum uoces eſſent ſignificatiuæ, illud quoque docuiſſe pronunciat, quibus ſignis uerba & nomina pãderentur ideo addidiſſe, & ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in uoce, tanquam ſi diceret, ea quæ ſcribuntur nomina & uerba, eorum q̃ ſunt in voce nominum & uerborum notæ ſunt, nec diſiũctam eſſe ſnĩam, nec (vt Alexander putat) id quod ait, Et ea quę ſcribuntur, ita intelligendum, tãquã ſi diceret, ſicut ea quæ ſcribuntur, id eſt literæ, illa q̃ ſunt ĩ uoce ſignificant, ita ea quæ ſunt in voce notas eſſe animæ paſsionum. Primo quidem ꝙ ad ſimplicẽ ſenſum nihil addi oportet: deinde ꝙ iam breuis ordo, tãquam neceſſaria orationis non eſt intercidenda partitio: tertio quoniam ſi ſimilis eſt ſignificatio literarum vocũque, quæ eſt vocũ & animæ paſsionũ, oporteret ſicut uoces diuerſis literis permutantur, ita quoq; paſsiones animę diuerſis vocibus permutari, quod non fit, idem nanque intellectus variatis põt vocib. ſignificari. Sed Alexãder id quod cum ſenſiſſe ſuperius memoraui, hoc probare nititur argumento. ait.n. ẽt in hoc quoque ſimilem eſſe ſignificationem literarum ac vocum, quoniam ſicut literæ nõ naturaliter voces, ſed poſitione ſignificãt, ita quoq; uoces nõ naturaliter animi intellectus, ſed aliqua poſitione deſignant. Sed qui prius recepit, vt id quod Ariſtoteles ait. Et ea quæ ſcribũtur, ita dictum eſſe tã quam ſi diceret, ſicut ea quę ſcribuntur, quicquid ad hanc ſentẽtiã videt adiungere, æqualiter non dubitatur errare. Quocirca noſtro iudicio qui rectius tenere uolent, Porphyrij ſententijs applicabunt. Aſpaſius quoq; ſecundę ſententiæ Alexandri, quam ſupra poſuimus, valde conſentit, qui à nobis in eodem quo Alexãder errore culpabitur. Ariſtoteles vero duob. modis has notas eſſe putat, literarum, uocum, paſsionumq; aĩæ conſtitutas, vno quidem poſitione, alio uero naturaliter. Atq; hoc eſt qđ ait, & queadmodum nec literæ omnib. eædem, ſic nec eædem voces. Nam ſi literę uoces, ipſę vero voces intellectus animi naturaliter deſignarẽt, oẽs hoĩes eiſdẽ literis, eiſdẽ ẽt uocib. uterent. Qđ, qm̃ apud oẽs nec eædẽ literæ, neq; eędẽ voces ſunt, cõſtat eas non eſſe naturales. Sed hic duplex lectio eſt. Alexander .n. hoc mõ legi putat oportere. Quorum autẽ hæ primo notę, eędem omnib. paſsiones animę ſunt, & quorum eædem ſimilitudines, res ẽt eędem. Volens.n. Ariſtoteles ea quę poſitione ſignificant ab ijs q̃ aliquid deſignant naturaliter ſegregare, hoc interpoſuit, ea q̃ poſitione ſignificant uaria eſſe. ea vero q̃ naturaliter, apud oẽs eadẽ & inchoãs quidẽ à vocib. ad literas uenit, eaſq; primo non eſſe naturaliter ſignificatiuas demõſtrat dicens, & quemadmodũ nec literæ omnib. eędem, ſic nec eædem uoces: nam ſi idcirco probantur literę nõ eſſe naturaliter ſignificãtes, ꝙ apud alios alię ſint ac diuerſę: eodem quoq; mõ probabile erit voces quoque nõ naturaliter ſignificare, quoniã ſingulę hoĩum gentes nõ eiſdẽ inter ſe uocib. colloquuntur. volens vero ſimilitudinẽ intellectuum rerumq; ſubiectarũ docere naturaliter cõſtitutã, ait. Quorũ aũt hę primo notę, eędem oĩb. paſſiones animę ſunt. quorũ inquit uoces q̃ apud diuerſas gentes ipſę quoq; diuerſę ſunt, ſignificationem retinent, quę .ſ. ſunt animę paſsiones, illę apud oẽs eędem ſunt. Neq;.n. fieri põt, ut qđ apud Romanos homo intelligit, lapis apud Barbaros intelligatur. Eodẽ quoq; modo de cęteris reb. Ergo huiuſmodi ſententia eſt quę dicit, ea q̃ voces ſignificẽt, apud oẽs hoĩum gentes mutari, vt ipſę quidẽ uoces. ſicut ſupra mõſtrauit cum dixit, queadmodum nec literę omnibus eędẽ, ſic nec eędem uoces. cum apud plures diuerſę ſint. Illud uero ꝙ uoces ipſę ſignificãt, apud oẽs hoĩes idẽ eſt, nec ulla rõnalę ualet ꝑmutari, qui ſunt .ſ. intellectus rerũ, q. quoniã naturaliter ſunt, permutari non poſſunt, atque hoc eſt qđ ait. Quorũ autẽ hę primo notę .i. voces eędem omnibus paſsiones animę ſunt, ut demonſtraret uoces quidẽ eſſe diuerſas, quorũ aũt ipſæ voces ſignificatiuę eſſent, q̃ ſũt .ſ. animę paſsiones, eaſdem apud omnes eſſe, nec ulla rõne quoniam ſunt conſtitutę naturaliter, permutari. Nec uero in hoc conſtituit vt de ſolis vocib. atque intellectib. loqueretur, Sed quoniam uoces atq; literas non eſſe naturaliter conſtitutas per id ſignificauit, ꝙ eas non apud oẽs eaſdem eſſe ꝓpoſuit, Rurſus intellectus quos animę paſsiones uocat, per hoc eſſe naturales oſtendit, quod apud oẽs ijdem ſint, à quibus .i. intellectib. ad res tranſitum fecit. Ait.n. quorum hę ſimilitudines, res ẽt eędem. Hoc .ſ. ſentiens ꝙ res quoq; naturaliter apud omnes eſſent eędẽ, ſicut.n. ipſę animę paſsiones, quę ex reb. ſumuntur apud omnes hoĩes eędem ſunt, ita quoq; etiam ipſę res, quarum ſimilitudines ſunt animę paſsiones, eędem apud omnes ſunt. Quocirca res quoq; naturales ſunt, ſicut etiam ſimilitudines rerum, q̃ ſunt paſsiones animę. Herminus vero huic eſt expoſitioni contrarius. Dicit.n. nõ eſſe uerum, eoſdem apud omnes homines eſſe intellectus, quorum voces ſignificatiuę ſunt. qđ .n. inquit in ęquiuocatione dicetur? vbi vnus idemq; vocis modus plura ſignificat, ſed magis hanc lectionem uerã putat, ut ita ſit, Quorum autem hę primo notę, hę omnibus paſsiones animę ſunt, & quorum hę ſimilitudines, res etiã eędem, vt demonſtraſſe uideatur, quorum uoces ſignificatiuę ſint, uel quorum paſsiones animę ſimilitudines. Et hoc ſimpliciter accipiendum eſt ſecundum Herminum, ut ita dicamus. Quorum uoces ſignificatiuę ſunt, illę ſunt animę paſsiones, tanquam dicere animę paſsiones ſunt, quas ſignificant uoces, & rurſus, Quorum ſimilitudines ſunt, ea quę intellectib. continentur, illę ſunt res. Tanq̃ ſi dixiſſet, res ſunt, quas intellectus ſignificant. Sed Porphyrius de utriſq. acute ſubtiliterq. iudicat, & Alexandri ſnĩam magis probat. quo dicat nõ deẽ diſsimulari de multiplici ęquiuocationis ſignificatione. Nã & qui dicit, ad unam quamlibet rẽ accommodat animum, ſcilicet quam intelligens uocę de-

clarat, & unũ rurſus intellectum quemlibet is qui audit ex pectꝰ. 8. Quod ſi cũ uterq; ex uno nomine res diuerſas intelligit,ille qui nomẽ ęquiuocum dixit, deſignet clarius, quid illo nomine ſignificare uoluerit, accipit mox qui audit, & ad unum intellectum utriq; conueniunt: qui rurſus fit unus apud eoſdem illos,apud quos primo diuerſæ fuerãt animæ paſsiones propter æquiuocationem nominis. Neq;.n. fieri põt,ut qui uoces poſitiones ſignificãtes à natura eo diſtinxit,ꝙ eaſdẽ apud omnes eſſe non diceret,eas res quas naturaliter eſſe proponebat,nõ eo tales eſſe mõſtraret, ꝙ apud oẽs eaſdem eſſe contenderet. Quocirca Alex. uel propria ſententia, uel Porphyrij autoritate probandus eſt. Sed qm̃ ita dixit Ariſtoteles,Quorũ aũt hæc primo notæ, eædẽ oib. paſsiones animæ ſunt:Quærit Alexander ſi rerum nomina ſunt,quid cãç eſt, ut primo intellectuum notas, eſſe voces dixerit Ariſtoteles.rei.n.ponitur nomẽ,ut cum dicimus hõ, ſignificamus quidem intellectum,rei tamẽ nomen eſt.i.animalis rationalis mortalis.Cur ergo non primarum rerũ magis notę ſunt uoces quib. ponuntur,potius quã intellectuũ? Sed fortaſſe quidẽ ob hoc dictum eſt inquit, ꝙ licet uoces rerum nomina fiant,tamen non idcirco utimur uocib.ut res ſignificemus, ſed ut ea quę nobis ex reb. innatæ ſunt aiæ paſsiones.Quocirca propter quorum ſignificantiam,uoces ipſæ proferuntur,recte eorũ primo eſſe dixit notas. In hoc vero Aſpaſius p moleſtus eſt.Ait.n.qui fieri poteſt, ut eędẽ apud omnes animæ paſsiones ſint, cum tam diuerſa ſententia de iuſto ac bono ſit?Arbitratur.n.Aſpaſius paſsiones animæ non de rebus incorporalib. ſed de his tantum quæ ſenſibus capi poſſunt Ariſtotelem paſsiones animæ dixiſſe,qđ per falſum eſt.Neque.n.unquam intellexiſſe dicetur,q́ fallitur.Et fortaſſe quidem paſsionem animi habuiſſe dicet,quicunq; id quod bonum eſt,non eodem modo quo eſt,ſed aliter arbitratur,intellexiſſe uero non dicitur.Ariſtoteles aũt cum de ſimilitudine loquitur,de intellectu pronunciat.Neque.n.fieri põt,ut qui quod bonum eſt, malum eſſe arbitretur,ſimilitudinem boni mentę conceperit.Neque.n.intellexit rem ſubiectam, ſed qm̃ quę ſunt iuſta ac bona,ad poſitionem omnia naturamve referũtur, & ſi de iuſto ac bono ita loquitur,ut de eo quod ciuile ius,aut ciuilis iniuria dicitur, recte non eędem ſunt paſsiones animæ,qm̃ ciuile ius, atque ciuile bonum poſitione eſt,non natura.Naturale uero bonum atque iuſtum apud omnes gentes idem eſt.Et de Deo quoque idem eſt,cuius quamuis cultura diuerſa ſit,idẽ tamen cuiuſdam eminẽtiſsimæ naturæ eſt intellectus.Quare repetendum breuiter a principio eſt, partibus.n.ad orationẽ uſq; peruenit. nã qđ ſe prius quid eſſet nomen, quid uerbum cõſtituere dixit, hæ minime partes orationis ſunt. Quod uero affirmationem & negationem,iã de compoſita ex verbis & nominib. oratione loquitur, quæ eædem rurſus partes ſunt enunciationis. Et poſt enũciationis propoſitionem,de oratione loqui propoſuit,cuius ipſa quoq; enũciatio pars eſt:Et qm̃(ut dictum eſt)triplex eſt oratio, quæ in literis,quæ in uoce,quæ in intellectibus eſt, qui uerbum & nomen definiturus eſſet,eaque ſignificatiua poſiturus,dicit prius quorum ſignificatiua ſint ipſa uerba & noĩa,& inchoat quidẽ ab his nominib. & uerbis quę ſunt in uoce dicens,Sunt ergo ea quę ſunt in uoce,& demonſtrat quorum ſint ſignificatiua,adijciens,eorum quę ſunt in anima paſsionum notæ. Rurſus nominum ipſorum uerborumq; quæ in uoce ſunt,ea uerba & nomina quæ eſſent in literis conſtituta,ſignificatiua eſſe declarat,dicẽs, & ea q̃ ſcribuntur eorũ quę ſunt in uoce. & qm̃ quatuor iſta quędam ſunt literę,uoces,intellectus,res: quorum literę & uoces poſitione ſunt, natura uero res atq; intellectus,demonſtrauit uoces non eſſe naturaliter,ſed poſitione,per hoc quod ait, non eaſdem eſſe apud omnes,ſed uarias,ut eſt.& quemadmodum nec literę omnibus eędem,ſic nec eędem uoces. Vt vero demonſtraret intellectus, & res eſſe naturaliter, ait apud omnes eoſdem eſſe intellectus,quorum eſſent uoces ſignificatiuę: & rurſus apud omnes eaſdem eſſe res, quarũ ſimilitudines eſſent animę paſsiones, ut eſt quorum autem hę primo notę ſ.q́ ſunt in uoce,eædem omnib. paſsiones animę ſunt, & quorũ hę ſimilitudines,res & eędem.Paſsiones autẽ animę dixit,qm̃ alias diligenter oſtenſum eſt, oẽm uocẽ animalis aut ex paſsione animę,aut pp paſsionem proferri.Similitudinẽ uero paſsionẽ animę uocauit, qđ ſcdm Ariſtotelẽ nihil eſt aliud intelligere,niſi cuiuslibet ſubiectę rei proprietatem atq; imaginationẽ in animę ipſius reputatione ſuſcipere,de quib. animę paſsionibus in libris de anima cõmemorat diligentius diſputaſſe. Sed quoniam demõſtratũ eſt quomõ uerba & nomina & oratio intellectuũ principaliter ſignificatiua ſunt, quicquid eſt in uoce ſignificationis, ab intellectib. uenit. Quare prius paululum de intellectib. perſpiciendũ erat ei,qui aliquid recte de uocib. diſputaret. Ergo quod ſupra paſsiones animę & ſimilitudines uocauit,idem nunc apertius intellectum uocat, dicens:

*Eſt autẽ quemadmodum in anima aliquoties quidem intellectus ſine uero uel falſo. Aliquoties autẽ cui iã neceſſe horum alterum ineſſe,ſic etiam in uoce. circa compoſitionem enim & diuiſionẽ eſt ueritas & falſitas. Nomina igitur ipſa & verba conſimilia ſunt ſine compoſitione, & diuiſione intellectui,ut homo uel album,quãdo nõ additur aliquid. Neque enim adhuc uerum uel falſum eſt,ſignum autem huius eſt. Hircoceruus enim ſignificat aliquid,ſed nondum uerum uel falſum,ſi non,eſſe, uel non eſſe,addatur,uel ſimpliciter,uel ſecundum tempus.*

3 Quoniam nomẽ & verbũ,atq; omnis oratio ſignificatiua, ſunt animę paſsionũ,ex ipſis ſine dubio quę deſignãt in eiſdem uocib. proprietas ſignificationis innaſcitur. Hic uero eſt totus atq; continuus Ariſtotelicę ordo ſententię,Quoniam inquit ea primum uocibus ſignificantur,quę in aio & cogitatione uerſantur,intellectuum uero alios quidem ſimplices & ſine ueri uel falſi enunciatione perpendimus, ut cum nobis hominis proprietas tacita imaginatione ſuggeritur. Nulla nanq; ex hac intelligentię ſimplicitate uel ueritatis naſcitur uel falſitatis agnitio. Sunt uero intellectus quidam compoſiti atq; coniuncti,in quib. ineſt iã quędam uel ueritatis uel falſitatis inſpectio,ut cum ad qualibet ſimplicẽ perceptionẽ mẽtis adijcitur aliud, quod uel eſſe aliquid, uel non eſſe conſtituat,ut ſi ad hominis intellectũ, eſſe uel nõ eſſe,vel albũ eſſe uel albũ non eſſe copuletur.ſicut.n.cogitabiles orationes ueritatis uel falſitatis participes, hoc modo.hõ eſt.homo non eſt hõ albus eſt.homo albus nõ eſt. Quarum quidem hõ eſt,uel homo albus eſt, compoſitio dicitur.Nam prior eſſe atq; hominem, poſterior hoiem albo cõpoſita intellectus pdicatione connectit. Sin uero ad hominis intellectum adijciam quiddã, ut ita ſit homo eſt vel non eſt,uel albus eſt aut aliquid tale, tunc in ipſa cogitatione ueritas aut falſitas innaſcitur.Ergo inquit quemadmodũ aliquoties quidã ſimplices intellectus ſunt, qui uero falſoque careãt,quidã uero in quib. alterum horum reperiaẽ,ſic et in uoce.Nam q̃ uoces denunciãt ſimplices intellectus,ipſę quoq; à falſitate & ueritate ſeiũctę ſunt.Quę uero hmõi ſignificant intellectus,in quib. iã vel veritas vel falſitas cõſtituta eſt, in ipſis quoq; horũ alterum inueniri neceſſe eſt. Nã ſiquis hoc ſolũ dicit,homo,vel albũ,vel et hircoceruus, q̃ iſta quidẽ ſignificent, qm̃ ſi ſignificãt ſimplices intellectus manifeſtum eſt oĩ ueritatis uel falſitatis proprietate carere. Et tota quidẽ ſententia hoc mõ ſe habet. Diligentius tñ eſt attendendum quid eſt quod ait.circa compoſitionem .n. & diuiſionem eſt ueritas falſitasq; quid etiã quod dictũ eſt,nomina igitur ipſa & verba conſimilia ſunt ſine compoſitione vel diuiſione intellectui.Illud quoq; cur compoſito nomine,uel cur etiã uſus eſt rei nõ ſubſiſtentis exemplo,ut diceret. hircoceruus.n.ſignificat aliquid. Nec illud prętereũdum eſt, quid ſit quod dictum eſt, uel ſimpliciter uel ſecundum tempus.Et primum quidem de eo dicendum eſt, quod ait.circa compoſitionem enim & diuiſionem eſt ueritas & falſitasq;.Quęritur nãque utrum ne omnis ueritas circa compoſitionem & diuiſionem ſit, an quędam eſt , quędam uero

vero minime. Illud quoq; an in omni compoſitione uel diuiſione veritas falſitaſq; conſtituta ſit, an hoc non generaliter, ſed in quadam compoſitionis vel diuiſionis parte, veritas falſitaſq; verſetur, in opinionib. nanque ueritas eſt, quoties ex ſubiecta re capit imaginatio, uel ẽt quoties, ita ut ſeſe res hẽt, imaginationem accipit intellectus. Falſitas vero eſt quoties aut non ex ſubiecto, aut ita ut ſeſe res non hẽt, imaginatio ſubijcitur intellectui, ſed adhuc ĩ ueritate atq; falſitate nihil equidem aliud reperitur, niſi q̃dã opinionis habitudo ad ſubiectã rẽ. Qua.n. habitudine, & q̃uo ſeſe hẽt imaginatio ad rem ſubiectam, hoc ſolũ in hac veritate vel falſitate perſpicitur, quam quidẽ habitudinẽ nullus dixerit compoſitionẽ. In hoc vero diuiſionis nullus ne fictus quidẽ modus intelligi põt. Illud quoq; conſiderãdũ eſt, numne aliqua ſit in his compoſitio uel diuiſio, quę ſcd̃m ſubſtãtiã ſuam uera dicuntur aut falſa, vt eſt uera uoluptas bene uiuendi, vt eſt falſa uoluptas bellãdi. Etiam illud quoq; reſpiciendum eſt ꝙ in oĩum maximo Deo quicquid intelligitur, nõ in eo accidẽtaliter, ſed ſubſtantialiter intelligitur. etenĩ quæ bona ſunt, ſubſtantialiter de eo non accidentaliter credimus. Qđ ſi ſubſtantialiter credimus Deũ, Deum vero nullus dixerit falſum, nihilq; in eo accidentaliter poterit euenire, ipſa veritas Deus dicendus eſt, vbi eſt igitur cõpoſitio vel diuiſio in ijs quæ ſimplicia naturaliter ſunt, nec ulla cuiuſlibet rei collocatione iunguntur. Quare non omnis veritas neq; falſitas circa cõpoſitionem diuiſionemq; conſtat, ſed ſola tñ quę in intellectuum multitudine ſit, & in prolatione dicẽdi. Nã in ipſa quidẽ habitudine imaginationis & rei nulla cõpoſitio eſt, in coniunctione vero intellectuũ cõpoſitio ſit. Nã cũ dico Socr. ambulat hoc ipſum quidem, ꝙ eum ambulare concepi, nulla compoſitio eſt, qđ uero intellectus progreſsione ambulationem cum Socrate cõiũgo, q̃dam iam facta eſt compoſitio. Qđ ſi hoc oratione protulero, rurſus eadem compoſitio eſt, & circa eam uis ueritatis & falſitatis apparet. Quocirca in his ſolis compoſitionibus inuenitur ueritas atq; mendaciũ, de quib. tota nũc q̃ſtio eſt in nomine.ſ. & ĩ uerbo, in negatione & affirmatione, in enũciatione, & oratione. Quã.ſ. cõpoſitione ueritatis & falſitatis natura ab intellectib. accipiẽtes in vocis prolatione cõſeruant. De diuiſione autẽ quę ad negationẽ pertinet, deq; compoſitione, quę ad affirmationẽ, paulopoſt enucleatius dicat. Nunc illud uidendum eſt, vtrum verum ſit circa oẽm compoſitionem, circaq; omnẽ diuiſionẽ, ueritatem uel mendacium prouenire. Quod omnino falſum eſt. quis n. dixerit hmõi nominum coniunctionem, & Socrates & Plato, uel ſi à ſe hæc nomina diuidãtur, nec Socrates nec Plato, veri aliquam falſive tenere ſignificantiam? Quare cõfitendum eſt, neq; circa omnem diuiſionem, neq; circa oẽm cõpoſitionẽ, eã.ſ.q̃ in oratione verſaĩ, mendaciũ veritatemq; ſubſiſtere. Sed illud veriſsimũ eſt, ꝙ oĩs quæ eſt ĩ oratione ueritas falſitaſq;, in compoſitione & diuiſione naſcitur, non tñ oĩs orationis compoſitio, vel diuiſio verum retinet aut falſum. Ergo ſi ſic dixiſſet, circa omnem cõpoſitionem uel diuiſionem, ueritas falſitaſq; eſt, mentiretur. Sed q̃m dixit ſimpliciter, ueritas falſitaſq; circa compoſitionem diuiſionẽq; eſt, veriſsime ſubtiliſsimeq; dixiſſe putãdum eſt illa.n. nomina quæ ita dicuntur ſimplicia, ut veritatem aut falſitatem quodammodo valeãt deſignare, huiuſmodi ſunt ut intra ſe, atque intra ſignificationem ſuam, quandam retineant cõpoſitionem, ut ſiquis dicat lego. hoc eſt, n. dicere lego, tanquam ſi dicat, ego lego. Hoc autem compoſitio eſt. uel quoties interrogante alio, reſpondet alius, uno tantũm ſermone, videtur quoq; tunc ſimplex ſermo ueritatem mendaciumq; perficere, quod per falſum eſt. Audientis nanq; reſponſio ad totum ordinem ſuperioris enunciationis adiungitur, ut ſiquis interroganti mundus ne animal ſit? eſt, reſpondeat, uidetur hęc vna particula veritatem vel mendacium cõtinere, ſed falſo. Non.n. una eſt, ſed ad vim ipſius reſponſionis intuenti, tale eſt ac ſi diceretur, mũdus animal eſt. Quod uero ait nomina ipſa & verba cõſimilia eſſe ſine compoſitione vel diuiſione intellectui, illud deſignat, quod ſupra iam dixit, ea quæ ſunt in uoce, notas eſſe animæ paſsionum. Quod ſi notę ſunt, ſicut literę uocum in ſe ſimilitudinem gerunt, ita uoces intellectuum. Et q̃m dictũ eſt cur de ſimilitudine uerborum & nominum atq; animæ paſsionem dixerit, cur etiã circa compoſitionem & diuiſionem falſum verumq; eſſe ꝓpoſuerit, dicendum eſt, quid ſit ipſa compoſitio uel diuiſio in qua aut veritas, aut falſitas inuenitur. Nam q̃m de ſimplici enunciatiua oratione perpẽdit, ut poſterius ipſe in diuiſione declarat dicens. Eſt aũt una prima oratio enũciatiua affirmatio, deinde negatio; illam nunc compoſitionem deſignare vult, quæ alicuius uel ſubſtantiam conſtituit, uel aliquid ſcd̃m eſſe coniungit. Nam cũ dico Socrates eſt, hoc ipſum eſſe Socrati applico, & ſubſtãtiam eius eſſe conſtituo. Sin vero dixero, Socrates philoſophus eſt, philoſophiam & Socratem ſcd̃m eſſe compoſui, uel ſi dicam, Socrates ambulat hmõi eſt, tanquã ſi dicã Socrates ambulans eſt, igiť quoties hmõi fuerit compoſitio, quę ſcd̃m eſſe verbum vel ſubſtantiam cõſtituat, uel res cõiũgat affirmatio diciť, & in ea veri falſiq; natura perſpicitur, & q̃m omnis negatio ad ꝑdicationem conſtituitur, huius.n. affirmationis quæ eſt, Socrates eſt. negatio eſt, non ea quę dicit, non Socrates eſt. ſed ea quæ pronunciat, Socrates non eſt. & ad id quod eſſe Socrates dictus eſt, nõ, negatio apponitur, ut cum id dicamus nõ eſſe, quod ante dictum eſt eſſe. ergo q̃m id quod in affirmatione ſcd̃m eſſe, uel cõſtitutũ, uel coniunctum fuerit, ad id addita negatio ſeparat uel ipſam ſubſtantię conſtitutionẽ, uel ẽt factam per id quod dictum eſt, eſſe aliquid, coniũctionem, diuiſio uocatur. Quando.n. dico, Socrates non eſt. eſſe à Socrate ſeiunxi, & cum dico. Socrates philoſophus non eſt. Socratem ab eo quod eſt philoſophum eſſe, ſeparaui, q̃ ſeparationem, quę ad negationem pertinet, diuiſionem uocauit. Ergo manifeſtum eſt ꝙ ſi ſimplex in animæ paſsionibus, intellectus fuerit, cũ ipſe intellectus nullam adhuc veri falſiq; retineat naturam, eorum quoq; prolatione ab vtriſque eſſe ſeparatã. Sed cũ cõpoſitio ſecũdũ eſſe facta, vel ẽt diuiſio, intellectibus, in quibus principaliter ueritas & falſitas ꝓcreaĩ, euenerit, quoniã ex intellectib. uoces capiũt ſignificationem, eas quoq; ſcd̃m intellectuũ qualitatem ueras, & falſas eſſe neceſſe eſt. Maximã vero vim hẽt exempli nouitas, & exquiſita ſubtilitas. Ad demõſtrãdũ.n. ꝙ unũ ſolũ nomen neq; uerũ ſit, neq; falſum, poſuit hmõi nomen, qđ cõpoſitũ quidem eſſet, nulla tñ eius ſubſtantia reperireť. Si qđ ergo unum nomen ueritatem poſſet falſitatemve retinere, poſuit hmõi nomen, quod eſt hircoceruus, ꝙ quoniã omnino in rebus nulla illi ſubſtãtia eſt, falſum aliquid deſignare videtur, ſed non deſignat aliquam falſitatem. Niſi.n. dicatur hircoceruus vel eſſe uel non eſſe, quanquam ipſum ꝑ ſe non ſit, ſolum tamen dictum, nihil falſi in eo ſermone uerive perpenditur. Ergo ad demonſtrandam uim ſimplicis nominis ꝙ omni veritate atq. mendacio careat, tale in exemplo poſuit nomen, cui res nulla ſubiecta ſit. Qđ ſiquid verũ vel falſum vnũ nomen ſignificare poſſet, nomen qđ eam rem eſſe deſignat, q̃ in reb. non ſit, oĩno falſum eſſet, ſed nõ eſt, non igitur vlla varietas falſitaſq. in ſimplici unquam nomine reperietur. Nec illud paruæ curę fuit, nomen non ponere, quod omnino nihil ſignificaret, ſed quod cum ſignificaret quiddam, tamen verum aut falſum eſſe non poſſet, vt non videretur veritatis falſitatiſq; cauſa eſſe eo quoniã nihil ſignificaret. Sed quoniam eſſet ſimpliciter dictũ quanquam in eodem illud quoq. conficit, ut oſtenderet nõ ſolũ ſimplex nomen a ueritate atque mẽdacio eſſe alieniſsimũ, ſed etiam compoſita quoque nomina, ſi non habeant aliquam ſecundum eſſe vel non eſſe (ſicut ſuperius dictum eſt) compoſitionem, verum vel falſum ſignificare, non poſſe, tanquam ſi diceret, non ſolum ſimplex nomen præter aliquam compoſitionem, nihil uerum falſumve ſignificat, ſed etiam compoſita utroque carent (ſicut iam ipſe dixit) niſi illi aut eſſe aut non eſſe addatur, uel ſimpliciter, vel ſecundum tempus. Hoc vero idcirco addidit quod in quibuſdam ita enunciationes fiunt, ut quod de ipſis dicitur, ſecundum ſubſtantiam proponatur, in quibuſdam uero hoc ipſũ

eſſe,quod additur non ſubſtantiam , ſed præſentiam quandam ſignificet , Cum.n.dicimus Deus eſt,non eum dicimus nunc eſſe,ſed tm̄ in ſubſtantia eſſe, ut hoc ad immutabilitatem potius ſubſtantiæ, quam ad tempus aliquod referatur. Si autem dicimus dies eſt,ad nullam diei ſubſtantiam pertinet,niſi tantum ad temporis conſtitutionem.hoc.n.quod ſignificat tale eſt,tanquam ſi dicamus nūc eſt, quare cum dicimus eſſe,ut ſubſtantiam deſignemus,ſimpliciter eſt addimus.Cū uero ita,ut aliquid præſens ſignificetur,ſcd̄m tempus , Hæc eſt una quam diximus expoſitio. Alia uero hmōi eſt·Eſſe aliquid duob. modis dicit,aut ſimpliciter,aut ſcd̄m tempus: ſimpliciter quidem ſcd̄m pręſens tēpus, ut ſi quis dicat hircoceruus eſt. præſens autem quod dicitur, tempus non eſt,ſed confinium temporum. finis nanq; præteriti eſt, futuriq; principium . Quocirca quiſquis ſcd̄m præſens,hoc ſermone quod eſt, eſſe, utitur,ſimpliciter utit.qui uero aut præteritum iungit,aut futurū ille non ſimpliciter, ſed iā in ipſum tempus incurrit.Tempora nāq; (vt dictū eſt)duo ponuntur,præteritum atq; futurum.Quod ſiquis cum pręſens nominat,ſimpliciter dicit,cum utrumlibet præteritum, uel futurum dixerit,ſecundum tempus utitur enunciatione.Eſt quoq; tertia hmōi expoſitio, ꝙ aliquoties ita tempore utimur, ut indefinite dicamus,ut ſiquis dicat, eſt hircoceruus; fuit hircoceruus,erit hircoceruus,hoc indefinite,& ſimpliciter dictū eſt . Sin uero aliquis addat,nūc eſt,uel heri fuit; vel cras erit,ad hoc ipſum eſſe quod ſimpliciter dicitur,addit tempus. Quare ſecundum unam trium harum expoſitionum intelligendum eſt, quod ait . Si non,eſſe,uel non eſſe; addatur,uel ſimpliciter,vel ſecundum tempus.Sed ei quod ante propoſuit, quemadmodum eſſet aliquoties quidem in anima intellectus ſine uero,uel falſo, poſt quaſi conſequēs reddidit nomina ipſa per ſe verbaq; eſſe ſimplicib. intellectibus conſimilia,ut hō,uel album.ei uero quod ait,cui iam neceſſe ſit alterū horū ineſſe, nihil iterum reddidit ſed hoc eo ſuppleuiſſe putabitur,quod ait,ſed nondum uerū uel falſum eſt,ſi non,eſſe, vel non eſſe, addatur.hęc eſt.n.intellectuū quædā compoſitio, cui iam neceſſe eſt alterum horum ineſſe,qua in oratione,uel eſſe,vel nō eſſe,additur. Quocirca,qm̄ de nomine verboq; propoſuit, & quā potuit breuiter uocum,literarum,intellectuum, rerumq; conſequētias, altiſsima rōne monſtrauit : ad id quod primum propoſuit dicens,Primum oportet conſtituere, quid ſit nomen,& q̄d verbum , ad hæc inquam quę promiſerat definire, reuertitur.nomen uero definiens,ita ſubiecit .

## DE NOMINE.

*Nomen igitur eſt uox ſignificatiua,ad placitum,ſine tempore,cuius nulla pars eſt ſignificatiua,ſeparata.in nomine enim quod eſt equiſerus,ſerus per ſe nihil ſignificat , quemadmodum in orationę quæ eſt,equus ſerus.*

4 Omnis definitio generis conſtitutione formatur,differētiarum uero compoſitione perficitur . Nam ſi ad propoſitū genus,differentias colligamus,eaſq; ad unā quā definire volumus ſpeciē aptemus,uſq; dum uni tm̄ ſpeciei collectio illa conueniat, nihil eſt,q̄d ultra ad faciendam definitionem deſideretur:vt ipſum hominem ſiquis definiat,generi eius, quod eſt animal,duas neceſſe eſt differētias iūgat,rōnale.ſ. atq; mortale,faciatq; hmōi ordinē,animal rationale mortale.q̄ definitio ſi ad hominē referatur,plena eſt rationis ſubſtantięq; deſcriptio. Volens ergo Ariſtoteles definire quid eſſet nomen,prius eius genus ſumpſit, dicet nomen uocem eſſe idcirco,aut hoc ꝙ dicimus nomen, ab alijs quæ nō voces ſed tm̄ ſoni ſunt,ſepararet.Diſtat.n.ſonus à voce,ſonus enim eſt percuſsio aeris ſenſibilis,vox vero flatus,per quaſdam gutturis partes egrediens , quę arteriæ vocantur qui aliqua linguæ impreſsione formatur . Et uox quidem niſi animantium non eſt , ſonus uero aliquoties inanimatorum quoq; corporum conflictatione perficitur.Quare,q̄a nomē vocem eſſe monſtrauit,ab alijs quæ uoces non ſunt,ſed tm̄ ſoni hāc orationis partem ſeparauit atq; diſtribuit & uocē quidem nominis uelut genus ſumpſit. Habet nāq; aliud q̄dam ſpeciei luco differēs à noīe, q̄d eſt verbū. hēt quoque quaſdā locutiones,q̄ nihil ulla rōne ſignificent, ut ſunt articulatæ uoces, quarum ipſa ſignificatio non pōt inueniri,ut ſcindapſus.huic ergo generis alias differentias rurſus apponit,q̄ nomen ſicut vox a ſonis alijs ſegregauit:ita quoq; hę differentiæ nomē ab alijs ſpecieb. ſub uoce poſitis diuidāt atq; diſcernant.Quod.n.addidit, nomē uocē eſſe ſignificatiuam,ab his inquam vocib.nomē diſgregauit,q̄ nihil oīno ſignificant,ut ſunt ſyllabę.Syllabæ.n.cū ex his totum nomē conſtet,adhuc ipſæ omnino nihil ſignificant. Sunt quoq; q̄dam uoces literis ſyllabiſq; compoſitę,q̄ nullam habent ſignificationē,ut eſt blitri. Ergo quoniam uidebantur quędā uoces eſſe quæ ſignificatione carerent,Nomen q̄d uox eſt ; & alicuius deſignationis ſp cā profertur,non aliter definiēdum erat,niſi illud ante a non ſignificantib. uocib. ſegregaret.itaq; ait,nomen eſſe uocē·ſignificatiuam,ut uocē quidē ab alijs ſonis,ſignificatione vero addita, ab ijs quę ſub uoce ſunt nihil deſignantia ſegregaret. Sed hoc nōdū ad totā definitionē ualet,neq; ſolū nomen uox ſignificatiua eſt,ſed ſunt quædā uoces,q̄ ſignificant quidem, ſed noīa non ſunt, ut ea quę à nobis in aliquib. affectib. proferunt, ut cū quis gemitum edit,uel cū dolore concitus emittit clamorem. Illud.n.doloris animi,illud corporis ſignū eſt, & cū ſint uoces,& ſignificēt quandam uel animi,vel corporis paſsionē; nullus tamē gemitū,clamoremq; dixerit nomen. Murorum quoq; animaliū ſunt q̄dam uoces,q̄ ſignificēt. ut canū latratus,iras ſignificat canū:alia uox āt mollior,q̄dam blandimēta deſignat: quare adiecta differētia ſeparandū erat nomen ab his oībus q̄ uoces quidem eſſent,& ſignificarent, ſed nominis uocabulo non tenerentur.Igit adiecit nomen uocem eſſe ſignificatiuam, non ſimpliciter,ſed ſecūdum placitum. Scd̄m placitum uero eſt , quod ſcd̄m quandam poſitionem placitumq; ponentis aptatur . nullum.n.nomen naturaliter conſtitutum eſt,neq; unq̄ ſicut ſubiecta res à natura eſt, ita quoque à natura veniente vocabulo nuncupatur.Sed hominum genus,quod & rōne,& oratione vigeret noīa poſuit , eaq; quib. libuit literis ſyllabiſq; cōiungens, ſingulis ſubiectarum rerum ſubſtātijs dedit.hoc autē illo probatur,quod ſi natura eſſent nomina,eadem apud omnes gētes eſſent,vt ſenſus quoniam naturaliter ſunt, ijdē apud oēs ſunt.Oīs.n. gentes non alijs niſi ſolis oculis intuent,audiunt aurib. narib. odorant,ore accipiūt guſtatus,tactu calidum,uel frigidum,lene uel aſperum iudicāt,atq; hæc hmōi ſunt, ut apud oēs(vt dictum eſt)gentes eadem uideantur.ipſa quoq; quę ſentiunt,quoniā cōſtituta naturaliter ſunt; non mutantur . Dulcedo.n.& amaritudo,album & nigrum , & quęque alia ſenſib. quinque ſentiuntur,eadem apud omnes ſunt. Neque enim quod Italis dulce eſt in ſenſu, idem Perſis uidet amarum,nec quod album apud nos oculis apparet,apud Indos nigrum eſt , niſi forte aliqua ſenſus ęgritudine permutetur ſed hoc nihil attinet ad naturam. Igitur quoniam iſta ſunt naturaliter,apud omnes gentes eadem manent.Sic ergo & nomina ſi naturalia eſſe uiderentur,eadem eſſent apud omnes gentes,nec yllam ſuſciperent mutationem. Nunc autē ipſum hominem alio uocabulo latini , alio græci , diuerſis quoque uocabulis barbarę gentes appellant. quæ in ponēdis nominib.diſſenſio,ſignum eſt nō naturaliter.ſed ad ponentium placitum uoluntatemq; reb.nomina fuiſſe compoſita.idem quoq; monſtrat,quòd ſępe ſingulorum hominum ſunt permutata uocabula. Quem.n.nunc uocamus Platonē Ariſtoteles antea vocabatur , & qui Theophraſtus nunc dicitur,ante Ariſtotelem à ſuis parentibus Tirtamus appellabatur.in eadem quoque lingua quando plura uocabula uni adduntur rei,monſtratur rem illam nō naturalibus, ſed appoſitis nominib.nuncupari,ſi.n.naturalib.nominib.res quoque uocarentur . unam rem uno tantum nomine ſignaremus. Quid.n.attinet : ſi naturalia ſunt uocabula ; unius rei

plures

plures eſſe nominū uoces quæ ad unā deſignationē demōſtrationēq; cōcurrerēt? Dicimus.n.gladius,enſis,mucro,& hæc tria ad unā ſubiectā ſubſtantiam concurrunt. Ergo mōſtratum eſt nomina eſſe ſecundū placitū,i.ſecundū ponētiū placitū, ac ſi diceret,nomē eſſe uocē quidem & ſignificatiuā,ſed non naturaliter ſignificatiuā,ſed ſecundū placitū uoluntatemq; ponentis;hoc,ſ.diuidens ab his uocib. quę naturaliter deſignarent,ut ſunt hæ, vel quas nos in paſſionib.affectibuſq; proloquimur, vel quas edere animalia muta conantur.Sed nondū ſupra dicta differētia plenā nominis formā,definitionēq; cōſtituit.Eſt nāq; uerbo cōmune cū noīe, qđ,uox deſignatiua & ſecundū placitū eſt,ſed addita differētia,q̄ eſt,ſine tēpore,nomē a uerbo diſtīxit,neq;.n.nomē ullū conſignificat tempus.uerbi nanq; eſt, cū aut paſſio ſignificat,aut actio,aliquam quoque ſecum trahere uim tēporis,qua illud,cū vel facere vel pati dicit,pferat. Cū.n.dico Socr.nullius eſt tpis cū lego,uel legi uel legā,tpe nō carēt. Addito ergo nomini qđ ſine tēpore eſſe dicat,nomē a uerbo diſiūgitur. Sane nos nemo arbitret opinari, qđ nullū nomē ſignificet tēpus.Sunt.n.nomina quę tempus ſignificatione demōſtrent,uelut cum dico,hodie,uel cras, tēporis nomina ſunt,ſed illud dicimus,quod cum eodem noīe tempus quoq; non conſignificatur. Aliud eſt .n. ſignificare tempus, aliud conſignificare.Verbum .n. cum aliquo proprio modo tempus quoq; ſignificat,vt cū agentis uel patientis modum demōſtrat.Nam ſine tpe ipſa paſſio,uel actio nō pfertur. vnde non dicimus quod nomen non ſignificet tempus, ſed quod nomen ſignificatio tpis non ſequatur. Reſtat aūt una ſola differentia,q̄ ſi ſuperiorib.adiungatur, pleniſſima fero nomen definitione formabitur, hæc aūt eſt qua nomen ab oratione ſeparatur.Inueniuntur.n.q̄dam ſine dubio orationes,quæ cum uoces ſint & ſignificatiuæ, & ſecundum placitū,quippe quæ ſunt nominib.colligatæ,tñ ſunt ſine tpe, vt cū dico Socrates & Plato, hęc nanq; oratio, cum ex nominib.iuncta ſit,nomen quidem non eſt, uox uero eſt ſignificatiua ſecundū placitum,& tpe uacat,ut igitur nomen ab huiuſmodi oratione diuideret,addidit hanc differentiam,quę eſt,cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata.Oratio.n. qm̄ uerbiſque nominibuſq; coniungitur, uerba uero vel nomina ſignificatiua eſſe palam eſt: partes quoque orationis ſignificare aliquid dubium non eſt. Nominis uero pars quoniam ſimplex eſt,nihil omnino ſignificat. ſed cū omnis oratio,omneq; nomen & uerbum ex ſubiectis intellectib. uim ſignificandi ſumat,eſt aliquoties vt unum nomen multos ſignificet intellectus.Quocirca erit quoq; ut non ſimplex nomen ſit quod non unam tantum animi paſſionem intellectumq; deſignet.Nam cum dico ſuburbanum urbanum imaginationem ſignificandi tenet, ſed ita vt a toto nomine ſeparatum,cum ad ipſum refertur nomen, ſignificet nihil, & vt in eo quod dicimus equiferus, ferus vult quidem aliquid ſignificare, ſed ſi a tota compoſitione ſeparatur, nihil omnino deſignat in eo nomine.i.in quo cum equi particula iūctum,equiferum conſignificabat. Omnis nanque hæc compoſitio unius intellectus deſignatiua eſt. quare in oratione quidem ferus ſignificat.etenim equus ferus oratio duos retinet intellectus,in nomine uero nihil, quoniam hoc quod dicimus equiferus unius intellectus deſignatiuum eſt. Sed fortaſſe ferus cum ea parte qua iunctum eſt. ſimul qnidem conſignificat,ſeparatum uero nihil, hoc eſt ergo quod ait,

*At uero non quemadmodū in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet etiam in compoſitis. In illis enim nullo modo pars ſignificatiua eſt.In his antē uult quidē,ſed nihil ſignificat ſeparata, ut,in eo qđ eſt equiferus ferus.Secūdū placitum uero.quoniam naturaliter nomē nullum eſt,ſed quando ſit nota:nam deſignāt,& illiterati ſoni,ut ferarū quorum nullum eſt nomen.*

1. Simplex n.nomen nec imaginationem aliquam partium ſignificationis hēt.Compoſitum vero tales habet partes, ut

quaſi conentur quidē aliquid ſignificare,ſed conſignificent potius,q̄ quicq̄ extra ſignificent. Audito igitur nomini qđ eius partes nihil ſeparatę ſignificent nomē ab oratione diſiunctum eſt,Poſtq̄ adiectionem quę eſt,cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata, quid in nominis definitione valeret, explicuit,hoc ſ. quo nomen ab oratione ſeiungeret, illud quoq; differt,cur ſit additum,quod dictum eſt, ſecundum placitum. Nam qm̄ nulla nominum ſignificatio naturaliter eſt,ſed oē nomen poſitione deſignat:idcirco dictum eſt,ſecundum placitum.quod.n.placuit ei,qui primus nomina indidit reb.hoc illis vocabulis deſignatur age.n.quis naturaliter nomina eſſe confirmet, quorum apud omnes gentes eſt tam diuerſa varietas.Nec uero dicitur quod nulla uox naturaliter aliquid deſignet,ſed quod noīa non naturaliter ſed poſitione ſignificent.Alioqui habēt hoc ferarum, mutorūq; animalium ſoni quorum vox quidem ſignificat aliquid, ut hinnitus equi,conſueti equi⁹ inquiſitionem. latratus canum latrantium iracundiā monſtrat,& alia hmōi.Sed cum voces mutorum animalium propria natura ſignificent, nullis tñ elementorum formulis conſcribuntur.Nomen uero q̄q̄ ſubiacet elementis,prius tamen quam ad aliquam ſubiectæ rei ſignificationem ponatur,per ſe nihil deſignat,vt cum dicimus ſcindapſus,uel hereceddyn.hęc per ſe nihil quidem ſignificant, ſed ſi ad ſubiectæ rei alicuius ſignificationem ponantur,ut dicatur uel hō ſcindapſus uel lapis hereceddyn, tunc hęc quæ per ſe nihil ſignificabant, poſitione & ſcđm ponentis quoddam placitum deſignant.Ergo tum nomen ſignificatiuum eſt,quando vt ipſe ait,ſit nota, tunc autem ut nota,cum ſecundū ponentis placitum, vocabulum quod naturaliter nihil deſignabat, ad ſubiectæ rei ſignificationem datur.hoc eſt.n.qđ ait, ſit nota:ſi.n.naturaliter noīa ſignificarent,nunq̄ de his Ariſt.diceret,ſit nota:tunc.n.non fieret nota,ſed eſſet. Ergo qm̄ noīa ſecundū placitum ſignificatiua ſunt.Ferarū uero illiterati ſoni ſcđm naturā,idcirco horum voces eſſe nomina non dicuntur.Vniuerſaliter aūt dicimus,oīum vocum aliæ ſunt quę inſcribi literis poſſunt,alię quę non poſſunt. Et rurſus earum quæ inſcribuntur vel minime,aliæ quidem ſignificant,alię uero nihil.Amplius quoque oīum vocū,alie ſcđm placitum deſignat alię uero naturaliter.Nomē ergo ſcđm placitū eſt:poſitione.n. factum eſt ſubiectę rei nota.Nihil.n.noīum eſt,quod naturaliter ſignificet.non.n.nomen informat ſignificatio ſecundum naturam, ſed ſecundum placitum ſignificatio. Nam & illiterati ſoni ſignificant. vt ſunt ferarum, quos ideo ſonos uocauit, qm̄ ſunt muta quædam animalia,quæ vocem omnino non hn̄t, ſed tm̄ ſonitu quodam concrepant.Quidem enim piſces nō uoce, ſed branchijs ſonant,&(vt Porphyrius autumat) cicada per pectus ſonitum mittit, quorum omnium nihil eſt, nomen. hoc autem dictum eſt non quod nullum nomen ſit harum vocum,quas animalia proferunt, ſed quod his non uelut nominibus vtantur. Nam quanuis illiterata ſi uox & natura ſignificet,vt latratus canum:dicitur tamen latratus, & leonis fremitus, & tauri mugitus, hæc ſunt nomina ipſarum vocum, quæ a mutis animalibus proferuntur, ſed non hoc dicimus quoniam eorum nihil eſt nomen. ſed quoniam horum ſonorum nihil tale eſt, ut nomen eſſe poſſit, ideſt ut ſecundum ea uelut nominibus utentes feræ ſibi inuicem colloquantur,habent enim ſignificationem, ſed (ut dictum eſt) naturalem. Nomen autem ſecundum placitum eſt,

*Non homo uero non eſt nomen,at uero nec poſitum eſt nomen, quo illud oporteat appellare. Nam neque oratio neque negatio eſt,ſed ſit nomen infinitum, quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, nō eſt. Catonis autem uel Catoni & quæcunque talia ſunt, non ſunt nomina, ſed caſus nominis. Ratio autem eius eſt in aliis quidem eadem,ſed differt: Quoniam cum eſt,uel fuit, uel erit,adiunctum,neque uerum,neque falſum eſt:nomen uero ſemper,*

*per, vt Catonis eſt, uel non eſt. nondum enim aliquid dicit uerum aut falſum.*

6. Superius omnia quæcunq; extra nomen eſſent prædictis adiectionib. a nomine ſeparauit, nunc uero quoniam ſunt quædā quæ ſub definitione quidē nominis cadunt, uidētur tamen a noīe diſcrepare, de his diſſerit, vt quid eſſe nomen ītegre uideatur, expediat. Quod. n. dicimus non homo, uel nō equus, oratio q̄dē nō eſt. Omnis. n. oratio, aut nominib. cōſtat & uerbis aut ſolis duobus, vel pluribus, verbis, vel ſolis nominibus. In eo aūt quod eſt non homo, unum tantum nomē eſt, q̄d dicit hō, id aūt quod eſt non, neque nomen, eſt neque verbū. Quare neque ea duobus uerbis cōſtat aut ex uerbo & nomine, Verbū. n. in eo, nullū eſt, quare id q̄d dicimus, non hō, oratio non eſt. Iā uero nec uerbū eſſe monſtrare, ſuperfluum eſt, cū in uerbis tēpora ſemp reperiantur, in hoc uero nullū omnino quiſquā ip̄s inueniat. Sed nec negatio eſt, Oīs. n. negatio, oratio eſt, non hō uero cū oratio nō ſit, nec negatio eē poteſt. Illud quoq;, q̄ omnis negatio, aut uera, aut falſa eſt, nō hō uero neque uerū, neque falſum eſt, ſenſus enim plenus. nō eſt. quare negatio eſſe p̄p hoc quoq; non dicit. Nomē uero eſſe quis dicat, cum omne nomē, ſiue proprium, ſiue appellatiuum ſit, definite ſignificet. Cum. n. dico Cicero, unam perſonam, unamq; ſubſtantiam nominaui, & cū dico homo, quod eſt nomen appellatiuum, definitam ſubſtantiam ſignificaui. Cum uero dico non homo, ſignifico quidem quiddam, id quod homo non eſt, ſed hoc infinitum eſt. Poteſt. n. & canis ſignificari, & equus, & lapis, & quodcunque homo non fuerit. Et æqualiter dicitur, & in eo quod eſt, & in eo quod non eſt. Siquis. n. de Sylla qui non eſt, dicat non homo ſignificat quiddam, quod in ſubſtantia atq; in rerum natura non permanet. Siquis autem, uel de lapide, vel de ligno, vel de aliis quæ ſunt reb. dicat non hō, idem tamen aliquid ſignificabit, & ip̄ præter id quod nominat hmōi uocabuli ſignificatio eſt. Sublato. n. homine, quicquid præter hominem eſt, hoc ſignificat non homo, quod a nomine plurimum differt omne. n. nomen (vt dictum eſt) definite id ſignificat, q̄ nominatur, & nō ſimiliter, & de eo quod eſt, & de eo quod nō eſt dicitur, ſed hæc hmōi uox & deſignatiua eſt, & ad placitum & ſine tempore, & (vt dictū eſt) partes eius nihil extra deſignant, Quare dubia apud antiquos ſentētia fuit, vtrum nomē hoc non dicerent, an hoc aliqua adiectione nominis definitioni ſubiicerent. Et q hoc a nomine ſeparabant, ita nomen definitione claudebant dicentes, nomen eſſe uocem deſignatiuā ſecundum placitum ſine tempore circūſcriptæ ſignificationis, cuius partes nihil extra deſignarēt, ut quoniam non homo rem circunſcriptā non deſignaret, a nomine ſepararetur. Alij uero non eodem modo, ſed dicebant quidem id eſſe nomen ſed non ſimpliciter. Quadā nanque adiectione ſub nomine poni poſſe illud putabant hoc modo, vt ſicut. homo mortuus nō dicitur ſimpliciter homo, ſed homo mortuus. Ita quoque, & nomen hoc q̄d nihil definite ſignificaret, non diceretur nomē ſimpliciter, ſed nomen infinitum, cuius ſententiæ Ariſtoteles author eſt, qui ſe hoc rei uocabulum aiunt inueniſſe. Ait enim, at uero nec nomē eſt poſitum, quo illud oporteat appellare, dicēs id quod dicimus non homo, quo uocabulo debeat appellare non nouit antiquitas, & vſque ad Ariſtotelē nullus nouerat quid eſſet id quod non homo diceretur, ſed hic huic ſermoni uocabulum poſuit dicens, ſed ſit nomē infinitum, non ſimpliciter nomen, quoniam nulla circunſcriptione ſignificat, ſed infinitum nomen quoniam plura, & ea infinite ſignificat. Sed hoc non ſolum huiuſmodi uocib. contingit, vt ſimpliciter ſub nomine poni non poſſint, ſed ſunt quædam aliæ, quæ oīa quidem accidentia nominis habent & definite ſignificant, ſed quadam alia diſcrepātia nomina ſimpliciter dici non poſſunt: vt ſunt obliqui caſus, vt cū dicimus Catonis Catoni, Catonem, & cæteros: horum enim diſcrepantia eſt a nomine, q̄ nomen rectum iunctum cum eſt, uel non eſt, enunciationem facit, vt ſi quis dicat Socrates eſt: hoc uerum vel falſum eſt, Si enim uiuente Socrate diceretur, uerum eſſet, ſi uero mortuo falſum eſſet, quare affirmatio eſt. Siquis aūt dicat, Socrates non eſt, rurſus facit negationem, & in ea quoq; ueritas, uel falſitas inuenitur. Ergo oē nomen rectum iunctum cum eſt, vel non eſt, enunciationē cōficit, Hi uero obliqui caſus iuncti cum eſt, vel cum nō eſt, enunciationem nulla ratione perficiunt. Enunciatio nanq; eſt perfectus orationis intellectus, in quē ueritas, aut falſitas cadit. Siquis ergo dicat Catonis eſt, nondū eſt plena ſnia, quid. n. ſit Catonis nō dicitur atq; eodem modo Catoni eſt, vel Catonem eſt, In his ergo qm̄ cum eſt vel non eſt iuncti enunciationem non perficiūt, eſt quædā a noīe diſcrepantia, quanquam ſint nomini omni definitione coniuncti, Magna eſt. n. diſcrepantia, q̄ rectum nomen cum eſt iūctū, perfectam orationem facit: obliqui caſus, imperfectam. Q̄d aūt dictum eſt obliquos caſus cum eſt uerbo iunctos orationes p̄fectā nō facere, non dicimus, qm̄ cū nullo uerbo obliqui caſus iunguntur ita, vt nihil indigentē perficiāt orationē. Cū. n. dico Socra. pœnitet, enunciatio eſt, ſed nō cū omni uerbo, ſed tantū cū, eſt, vel nō eſt, hi caſus iuncti p̄fectā orationē nulla ratione conſtituūt. Atq; hoc eſt q̄d ait. Catonis aūt vel Catoni, & quæcunq; talia ſunt nomina, ſed caſus nominis. Vnde ēt diſcrepare uident: hæc, n. nomina nō uocant. Illa. n. rectius dr̄ nomina, q̄ prima poſita ſunt. i. quæ aliq̄d mōſtrāt. Genitiuus. n. caſus nō aliq̄d, ſed alicuius, & datiuus alicui & cæteri eodem mō. Rectus uero q eſt primus rē mōſtrat, vt ſiquis dicat Socrates, atq; ideo hic nominatiuus dicitur, q̄ nominis quodammodo ſolus teneat uim, nomenq; ſit, & uerisimile eſt eum qui primus nomina rebus impoſuit ita dixiſſe, uocetur hic homo, & rurſus uocetur hic lapis. Poſteriore uero uſo factum eſt, vt in alios caſus primitus poſitū nomē deriuaretur. Illud quoq; maius eſt, q̄ omnis caſus nominis alicuius caſus eſt. Ergo niſi ſit nomen, cuius caſus ſit; caſus nominis dici recte non pōt. Caſus autem omnis inflectio eſt. Sed genitiuus, & datiuus, & cæteri, nominatiui inflexiones ſunt, quare nominatiui caſus erūt, ſed omnis caſus q ſecundū nomē eſt: nominis caſus eſt. Nomē igit̄ nominatiuus eſt. Aliud uero eſt caſus alicuius quam eſt idipſum cuius caſus eſt, caſus igitur nominis, nomen non eſt. Q̄d uero adiecit, ratio uero eius eſt in aliis quidem eadem, hoc inquit, nō & definitio obliqui caſus; & nominis eadem ī omnib. aliis eſt. nā & uoces ſunt & ſignificatiuæ, & ſecūdū placitum, & ſine t̄pe, & circūſcriptæ deſignant. Sed (ut ipſe ait) differt, qm̄ cum eſt, vel fuit, vel erit adiunctum, neq; uerum neque falſum eſt. Quod a recto nomine ſine ulla dubitatione perficitur, vt cū eſt, uel fuit, vel erit adiunctū uerū uel falſumve conficiat, q̄ deſignauit per hoc quod ait. Nomen uero ip̄ ſubaudiendum eſt. ſ. facit uerum falſumve, cū eſt, vel fuit, vel erit, adiunctū eorumq; ponit exempla. Catonis eſt, vel non eſt, in his. n. (vt ipſe ait) neq; uerum aliquid dicitur, neq; falſum, quare integra nominis definitio eſt huiuſmodi. Nomen eſt uox deſignatiua, ſecundum placitum, ſine tempore, circūſcriptæ ſignificationis, cuius partes extra nihil deſignant, & cum eſt, vel erit, vel fuit adiunctum, nullius indigētis orationis perficiens intellectum enūciationēque conſtituens. Quoniam igitur de nomine expeditum eſt ad definitionem uerbi ueniamus.

## DE VERBO.

*VErbum autem eſt, quod conſignificat tempus, cuius pars nihil extra ſignificat, et eſt ſemper eorum quæ de altero prædicantur, nota. Dico autem quoniam conſignificat tempus, ut curſus quidem nomen eſt, currit autem verbum: conſignificat enim nunc eſſe. Et eſt ſemp eorum quæ de altero dicuntur, nota, vt eorum quæ de ſubiecto, uel in ſubiecto ſunt.*

7. Verbi quidem integra definitio eſt huiuſmodi, Verbum eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum, quæ conſignificat tempus cuius nulla pars extra deſignatiua eſt. Sed quoniam

niam cõe eſt illi cum nomine eſſe uocem & ſignificatiuam, & ſecundũ placitũ, idcirco illa reticuit, Ab his autẽ quæ ꝓpria ſunt uerbi inchoauit. Verbi autem proprium eſt, quo a definitione nominis ſegregatur, quod conſignifica tẽpus, Omne.n.uerbum conſignificationem temporis retinet non ſignificationem. Nomen.n.ſignificat tempus, Verbum autẽ cum principaliter actus paſſioneſq; ſignificet, cũ ipſis actibus & paſſionibus, temporis quoq; uim trahit, vt in eo qđ dico lego, actionem quidem quandam principaliter monſtrat hoc uerbum, ſed cum ea ipſa agendi ſignificatione præſens quoq; tempus adducit, atque ideo non ait uerbum ſignificare tempus, ſed cõſignificare. Neque.n. principaliter uerbum ſignificat tempus (hoc.n. nominis eſt) ſed cum alijs quę principaliter ſignificat, uim quoq; temporis inducit, & inferit. Ergo cum nomen & uerbũ uoces ſignificatiuę ſint, & ſecundũ placitũ: additum uerbo qđ conſignificat tẽpus, a nomine ſegregatur, vt.n.ſæpe dictum eſt, nomen ſignificare tempus poterit, uerbum uero conſignificare. & ſicut in definitione nominis addidit, nihil omnino partes ſeparatas a tota compoſitione nominis deſignare, propter orationes quę nominibus eſſent compoſitæ, vt eſt Plato & Socrates: ita quoque in uerbo addidit, nihil extra uerbi partes ſignificare, propter eas orationes, quas uerba componunt, vt eſt. ambulare & currere, hęc.n.oratio ex uerbis eſt compoſita, & ſingula uerba & in ipſa oratione & pręter eã per ſeipſa ſignificant. In uerbo uero nullo mõ; & ſicut in nomine pars nominis nihil deſignat ſeparata: ita in uerbo pars verbi nihil ſeparata deſignat. Dicit autem eſſe uerbũ ſemp eorum, quę de altero prædicantur notam: quod huiuſmodi eſt ea ſi diceret, nihil aliud niſi accidentia, uerba ſignificare. Omne.n.uerbũ aliquod accidens deſignat, cũ.n.dico curſus, ipſũ quidẽ eſt accidens, ſed non ita dicit, vt id alicui in eſſe vel nõ ineſſe dicatur. Si autẽ dixero currit, tunc ipſũ accidẽs I aliquis actione proponens alicui ineſſe ſignifico, & qm̃ qđ dicimus currit, pręter aliquod ſubiectũ eſſe nõ poteſt. (neque.n.dici poteſt pręter eũ q currit) idcirco dictũ eſt omne uerbum eorũ eſſe, q̃ de altero prædicat ſignificatiuum, vt uerbum qđ eſt currit, tale ſignificat quiddam, qđ de altero prędicet, id eſt de currente, his igitur expeditis quod ait uerbũ cõſignificare tempus exemplis aperuit. Ait.n. dico autẽ qm̃ conſignificat tempus, vt curſus quidem eſt nomẽ, currit uero uerbum, conſignificat.n.nunc eſſe. Expeditiſſime qđ uerbum diſtaret a nomine, uerbi & nominis interpoſitione mõſtrauit, etenim qm̃ curſus accidẽs eſt, & nominatum eſt, ita vt ſit nomen non conſignificat tempus. Currit uero ideſt accidens in uerbo poſitum præſens tempus deſignat, & hoc uerbũ diſtare videt a nomine, qđ illud cõſignificat tempus, illud uero præter omnem cõſignificationem tpis prędicatur. Sed poſtquam uerbum conſignificare tps oſtendit; id, qđ ſupra iam dixerat, uerbum ſemper de altero prædicari, nunc memoriter quemadmodum prædicetur, oſtendit. Ait enim, Et ſemper eſt eorum quæ de altero dñr nota: ut eorũ quæ de ſubiecto vel in ſubiecto ſunt, Hoc ſcilicet dicens, ita uerbum ſignificat aliquid, vt id quod ſignificat de altero prædicetur, ſed ita vt accidens. omne nanque accidens, & in ſubiecto eſt, & de ſubiecta ſubſtantia ſibi prędicatur. Nam cum dico currit, id de homine, ſi ita contingit, prędico ſcilicet de ſubiecto, & ipſa curſus in homine eſt. Vnde uerbum currit inflexum eſt: ergo q dicit ſemper eorũ eſſe notã uerbũ quæ de altero prædicent, hoc mõſtrat: uerbum accidentia ſemper ſignificare, quoniã, ait, eas res uerbi ſignificatione monſtrari, quæ uel in ſubiecto eſſent, vel de ſubiecto dicerent, uel certe ut ſit alius intellectus, quoniã ſolet indifferenter uti de ſubiecto aliquid prędicari, tãquã dicat in ſubiecto eſſe, & ſępe cum dicit de ſubiecto aliquid prædicari: in ſubiecto eſſe ſignificat, cum uellet oſtẽdere accidentium ſignificationem contineri uerbis: ait, ea ſemper deſignari uerbis quæ de ſubiecto eſſent: Sed quoniam hoc uidebat obſcurius, patefecit addito uel in ſubiecto, ut quid eſſet de quo ſupra dixerat de ſubiecto, exponeret cum addidit uel in ſubiecto: tanquam.n.ſi ita dixiſſet, Verbum quidem ſemper eorum nota eſt, quæ de altero prędicantur ut de ſubiecto, ſed ne hoc fortaſſe cuipiam videar obſcurius: hoc dico eſſe de ſubiecto, quod eſt eſſe in ſubiecto, Vel melior hęc expõ eſt, ſi ſimiliter dixiſſe eum arbitremur tanq̃ ſi diceret: oẽ uerbum ſignificat quidem accidens, ſed ita ut id quod ſignificat aut particulare ſit, aut vniuerſale, ut id quod ait de ſubiecto, ad uniuerſalitatẽ referamus, quod in ſubiecto, ad ſolam particularitatẽ. Cũ.n.dico mouetur; uerbũ quidẽ eſt & accñs, ſed uniuerſale: Motus.n.plures ſpecies hẽt, ut curſus ſub motu ponitur. Ergo curſus ſi definiendus eſt, motum de curſu prędicamus. Quocirca motus genus quoddam eſt curſus, atq; iõ motus de curſu. ut de ſubiecto ꝓdicabitur, curſus uero ipſe, qm̃ ſpẽs alias non hẽt, in ſubiecto tm̃ eſt.i.in currẽte, Motus aũt q̃q̃ & ipſe ſit in ſubiecto, tñ de ſubiecto prædicatur. Ideo dicit, eorum eſſe notã, uerbum q̃ de altero prædicentur; atq; addit aut eorum q̃ de ſubiecto, uel in ſubiecto ſunt. Hoc dicit accidentium quidem uim uerba ſignificant, ſed talium q̃ aut uniuerſalia ſint, aut particularia: ut cum dico moueo, uniuerſale quiddam eſt, & de ſubiecto dicit, ut de curſu. Cum uero dico curro, particulare eſt, & qm̃ de ſubiecto non dicit, in ſubiecto ſolum eſt.

*Non currit autem, & nõ laborat, uerbum nõ dico: cõſignificat etenim tẽpus, & ſemper de aliquo eſt. Differẽtiæ autem huic eſt poſitum nomẽ, ſed ſit infinitum uerbum. Quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, et quod nõ eſt, Similiter autem curret, & currebat non eſt uerbum, ſed caſus uerbi, differunt autem a uerbo. Quoniam hoc quidem preſens tempus conſignificat, illa uero quæ circa ſunt,*

8. Quemadmodum dixit in nõie, non homo nomen nõ eſt: idcirco quod multis aliis conueniret, quæ hoĩes non eſſent, q̃nque de homine id quod diceret auferret, nihilq; definitum in eadem prædicatione relinqueret, quod.n.non homo eſt, põt eſſe & cẽtaurus, poteſt eſſe & equus, & alia quæ uel ſunt uel non ſunt, atq; ideo infinitum nomen uocatum eſt, ita quoq; ẽt in uerbo, quod eſt non currit, uel non laborat, infinitum quoq; ipſum eſt, qm̃ non ſolum de eo quod eſt, uerum eſt, ſed ẽt de eo quod non eſt prædicari poteſt. Poſſum nanque dicere homo non currit, & id quod aio non currit, uel non laborat, de ea re quæ eſt prædico .i. de homine. Poſſum rurſus dicere Scylla non currit, ſed Scylla non eſt, ergo hoc quod dico non currit, & de ea re quę eſt ualet, & de ea quæ nihil eſt, prædicari. Sed forte aliquis hoc quoque in uerbis eſſe finitis contendat. Poſſum nanq; dicere equus currit, hippocentaurus currit, & de ea re ſcilicet quæ eſt, & de eã quæ non eſt. Et quod complectitur de futuro ac præterito dixit, quod futurum quidem ante præſens tempus eſt, præteritum uero retro relinquitur, & nouo admirabilique ſermone uſus eſt, quod ait complectitur, ſed nos id quantum latinitas paſſa eſt, tranferre diu multumq; laborantes, hoc ſolo potuimus, gręca uero oratione luculentius dictum eſt. Ita enim ſe habet τὰ δὲ πέριξ. Quod qui gręcę linguę peritus eſt, quantum melius græca oratione ſonet, agnoſcit.

*Ipſa itaque ſecundum ſe dicta uerba, nomina ſunt, & ſignificant alquid. Conſtituit enim qui dicit, intellectum, & qui audit, quieſcit: ſed ſi eſt, uel non eſt, nondum ſignificat. neque enim ſignum eſt rei eſſe uel non eſſe, nec ſi ipſum eſt purum dixeris, ipſum enim nihil eſt, conſignificat autem quandam compoſitionem, quam ſine cõpoſitis non eſt intelligere.*

9. Hoc in loco Porphyrius de Stoicorum dialectica, aliarumq; ſcholarum multa permiſcet, & in alijs quoq; huius libri partibus, ideſt in expoſitionibus idem facit, quod interdum nobis eſt negligendum. Sæpe enim ſuperflua explanatione magis obſcuritas comparatur. Nunc autem Ariſtotelis huiuſmodi ſententia eſt: uerba inquit ipſa ſecundum

ſe

ſe dicta nomina ſunt, nó ſecundum id quod omnis pars orationis communiter nomé uocatur: ut dicimus nomina rerum, ſed quod omne uerbum per ſe dictum neque addito de quo prædicetur, tale eſt, vt nomini ſit affine. Nam ſi dicam, Socr. ambulat id quod dixi ambulat, totú pertinet ad Socra. nulla ipſius intelligétia ꝓpria eſt. At uero cú dico ſolú ambulat, ita qdé dixi, tanquã ſi alicui inſit, ideſt tãquã ſi quilibet ambulet, ſed tamé ꝑ ſe eſt, ꝓpriamq; retinés ſententiam huius uerbi ſignificatio, unde fit, ut apud grçcos quoq; cú articularibus præpoſitiuis ſola uerba dicta proferant, ut eſt τὸ περιπατεῖν, τοῦ περιπατεῖν, τῷ περιπατεῖν. Quod ſi uerba cum nominibus coniungantur in oratione grçca, articularia præpoſitiua addi non poſſunt, niſi ſola dicta ſint. Quoniam ſignificant ré, & ita ut quamuis ea ſignificét q̃ alicui inſint, tamen quod ſecundum ſe, & per ſuam eſſentiam dicantur: iccirco ſunt nomina, quod Ariſtoteles ait. Ipſa quidem ſecundum ſe dicta uerba nomina ſunt, tale eſt, ac ſi diceret, ipſa quidem ſola neque cú alijs iuncta uerba, nomina ſunt. Cuius rei hoc argumentum reddit. Conſtituit enim, inquit, qui dicit intellectum, & qui audit quieſcit, hoc autem tale eſt. Omne nomen auditum quoniam per ſyllabas progrediens aliquantulum temporis ſpatium decerpit, in ipſa progreſſione temporis, qua dicitur nomen, audientis quoq; animus progreditur, vt cum dico imperterritus ſicut per ſyllabas im, & per ter, & cçteras progreditur nomen, ita quoq; animus audientis per eaſdem ſyllabas uadit. Sed ubi quis expleuerit nomen, & dixerit imperterritus, ſicut nomé ſyllabarum progreſſione finitum conſiſtit, ita quoq; audientis animus conquieſcit: Nam cum totum nomen audit, totam ſignificationem capit, & animus audientis, qui dicentis ſyllabas ſequebatur, uolens quid ille diceret intelligere, cum ſignificationem ceperit, conſiſtit, & eius animus perfecto demum nomine conſtituitur. hoc eſt enim quod ait; conſtituit enim qui dicit intellectum, & qui audit quieſcit. Etenim is qui loquitur poſt quam totum ſermonem dixerit, audientis animum cóſtituit, (Nó eſt enim quo progrediatur intelligentia) ipſoq; nomine terminato, animus auditoris q progrediebat, explicatione nominis conſtituitur, & quieſcit, & ultra ad intelligentiam, quippe expedita ſignificatione nominis, nó procedit, ſed hoc uerbo nominiq; commune eſt, ſed ſi uerbú ſolú dicatur. Nãq; ſi cum nomine cóiungat, nondú audientis conſtituitur intellectus. Eſt.n. quo ultra progredi animus audiétis poſſit. Quod cú dico Socrates ambulat. hic ambulat, nó ꝑ ſe intelligitur, ſed ad Socra. referi, & in tota oratione cóſiſtit intellectus, nó i ſolo ſermone: at uero ſi ſolum dictum ſit, ita in ſignificatione cóſiſtit, quemadmodú in nomine. Recte igitur dictú eſt, ipſa ſecundú ſe dicta uerba, nomina eſſe, qm cóſtituit is q dicit itellectum, & qui audit quieſcit. Vel certe erit melior expoſitio, ſi ita dicamus, uerba ipſa ſecundum ſe dicta noía eſſe, idcirco quoniam cuiuſdã rei habeât ſignificationem: neque.n. ſi talis rei ſignificationem retinet verbum, quç ſemper aut in altero ſit, aut de altero prçdicetur, idcirco iã nihil omnino ſignificat, nec ſi ſignificat aliquid, quod pter ſubiectum eſſe non poſſit; idcirco iã ét illud ſignificat, qđ ſubiectum eſt, vt cú dico ſapit, non idcirco nihil ſignificat, qm̃ hoc ipſú ſapit, ſine eo qui ſapere pót, eſſe nó poſſit, nec rurſus cum dico ſapit, illú ipm̃ qui ſapiés eſt ſignifico, ſed illud qđ dico ſapit: nomé eſt cuiuſdam rei, q̃ ſemper ſit in altero, & de altero prçdicetur, vnde fit; vt intellectú quoq; ſit. Nã qui audit ſapit, licet per ſe conſtanté ré nó audiat (in alterọ nanq; ſemper eſt) & in quo ſit dictú non eſt, tñ intelligit quiddam & ipſius verbi ſignificatione nititur, & in ea cóſtituit intellectum & quieſcit: ut ad intelligentiam nihil ultra quçrat oĩno ſicut ſit in nomine. Quemadmodum.n. nomen cuiuſdam rei ſignificatio propria eſt per ſe conſtantis, ita quoq; uerbum ſignificatio rei eſt per ſe ſubſiſtentis, ſed alterius ſubiecto quodammodo fundamento nitentis. Eſt hic qó, nomn. uerum uideri poteſt, quod ait, conſtituit.n. qui dicit intellectú, & q̃ audit quieſcit. nam neque qui dicit, cóſtituit intellectum, neque qui audit, quieſcit, deeſt.n. quiddam ſermoni, vel nomini, vt ſiquis dicat Socrates, mox audiétis animus, requirit quid Socrates, facit ne aliquid, an patitur? & nondum audientis intellectus eſt quietus, cum horum aliquid requirit, & in uerbo idé eſt, cú dico legit, quis legat, animus audientis requirit. Nondum ergo qui dicit conſtituit intellectum, nec qui audit quieſcit. Sed ad hoc Ariſtotelem retuliſſe putandum eſt. Quoniam quilibet audiés cum ſignificatiuam uocem ceperit animo, eius intelligentia nititur, vt cum quis audit, homo quid ſit hoc ipſum quod accipit mente comprehendit, conſtituitq; animo audiſſe ſe animal rationale mortale. Siquis uero huiuſcemodi uocem ceperit, quæ nihil omnino deſignet; animus eius nulla ſignificatione, neq; intelligentia roboratus errat, ac vertitur, nec ullis deſignationis finibus conquieſcit, quare Ariſt. recta ſententia eſt, & uerba ſcđm ſe dicta eſſe noía, & dicentem conſtituere intellectum, audientemq; quieſcere, ſed huiuſmodi qó ab Aſpaſio propoſita eſt & ab eodem reſoluta. Poſtquã igitur Ariſt. ſecundum ſe dicta verba noía eſſe conſtituit, inquit, ſed eſt vel non eſt nondum ſignificant, quod hmôi eſt ac ſi diceret. Significatur quidem quiddam a uerbis, uelut a nominibus, ſed nulla tñ inde negatio affirmatione perficitur. Cum.n. dico ſapit, eſt quidem quædam ſignificatio, ſed nihil aut eſſe aut eſſe demonſtrat. i. neque affirmatiuum aliquid, neq; negatiuum eſt, nã ſi affirmatio & negatio in intellectum compoſitionibus inuenitur, ut ſupra iam docuit, neq; ſola noía dicta neq; uerba aut affirmationem, aut ullã facient negationé. Pluribus.n. modis docuit Ariſt. alias non in rebus, ſed in intellectibus ueritatem falſitatemq; eſſe cóſiſtitam, quoniam ſi in rebus ueritas falſitaſve eſſet, una res ſola aut affirmatio eſſet, aut q̃ ei cótraria eſt, negatio. Nunc vero qm̃ intellectib. iunctis, ueritas & falſitas ponitur, oratio quoque opinionis atque intellectus paſſionumq; animæ interpres eſt. Quare ſine cópoſitione intellectuum verborumque ueritas & falſitas non uidetur exiſtere, quocirca prçter aliquam compoſitionem nulla affirmatio vel negatio eſt. Verba igitur per ſe dicta ſignificant quidem quiddã, & ſunt rei nomina, ſed nondum ita ſignificãt, vt vel eſſe vel non eſſe aliquid conſtituant. i. vt affirmationem faciant aut negationem. Nam ſicut in nominis partibus aut uerbi, partes ipſç nihil ſignificant, omnes uero deſignant ſimul ita, quoq; in affirmationibus aut negationibus, partes quidem ſignificant, totç uero coniunctç verum falſumve deſignãt, ut cú dico, Socrates philoſophus eſt, Socrates philoſophus non eſt, ſigillatim poſitç partes propria ſignificatione nituntur, ſed nihil verum falſum vt ſignificant, omnes uero ſimul iunctæ, ut eſt Socrates philoſophus eſt, ueritatem faciunt, vel quod eſt huic contrarium, falſitatem. Quare cum uerba ſecundum ſe dicta nomina ſint, & ſignificent aliquid, & partes quædam eius compoſitionis ſunt, quç verum falſumve faciant, non tamen ipſa in propria ſignificatione vel eſſe, quod eſt affirmationis, vel non eſſe, quod eſt negationis, deſignant: niſi enim cui inſit uerbum illud fuerit additum, non ſit enunciatio, vt cum dico ſapit, niſi qui ſapiat, dicam, propoſitio nõ eſt: Quod autem addidit, neque enim ſignum eſt rei eſſe vel non eſſe, tale quiddam eſt, eſſe, quod uerbum eſt, vel non eſſe, quod infinitum uerbum eſt, non eſt ſignum rei, id eſt nihil per ſe ſignificat. Eſſe enim niſi in aliqua compoſitione non ponitur. Vel certe omne verbum dictum per ſe ſignificat quidem aliquid, ſed ſi eſt vel non eſt, nondum ſignificat. Non enim cum aliquid dictum fuerit, idcirco aut eſſe aut non eſſe ſignificat. Atque hoc eſt quod ait: neque enim ſignum eſt rei eſſe uel non eſſe, etenim quam rem uerbum deſignat, eſſe eius uel non eſſe non eſt ſignum ipſum uerbum, quod de illa re dicitur. ac ſi ſic diceret: neque enim ſignum eſt verbum quod dicitur, rei eſſe vel non eſſe, hoc eſt de qua dicitur re, ut id quod dico, rei eſſe vel non eſſe: tale ſit, tanquam ſi dicam, rem ipſam ſignificare eſſe vel non eſſe, atque hic eſt melior intellectus, ut non ſit ſignum verbum eius rei de qua dicitur eſſe vel non eſſe, ſubſiſtendi ſcilicet vel non ſubſiſtendi, quod illud quidem affirmationis eſt, illud vero negationis vt ſit talis

ſenſus.

ſenſus.neq;.n quod dicit verbum ſignum eſt ſubſiſtẽdi rem uel non ſubſiſtẽdi.Sed quod addidit, nec ſi hoc ipſum eſt, purum dixeris.Alexander quidẽ dicit eſt,uel ens æquiuocũ eſſe.Omnia.n.prædicamenta,q̃ nulli cõi generi ſubduntur, ęquiuoca ſunt,& de omnib.eſſe pdicatur.Subſtãtia.n.eſt,& qualitas eſt,& cætera. Ergo nũc hic dicere uidet ipſum ens vel eſt,uñ eſſe traductum eſt,p ſe nihil deſignat.oẽ.n.ęquiuocum p ſe poſitum nihil deſignat, niſi.n.ad res quaſq; pro uoluntate ſignificantis aptet,ipſum p ſe ideo nullorum deſignatiuum eſt, quod multa ſignificat.Porphyrius uero aliã protulit expoſitionem,quæ hmõi eſt. Sermo hic,quem dicimus eſt, nullam per ſe ſubſtantiam monſtrat, ſed ſemp aliquam coniunctionem, uel earum rerum q̃ ſunt,ſi ſimpliciter apponat,vel alterius ſcd̃m participatiõẽ.nam cũ dico Socrates eſt,hoc quod dico Socr.aliquid eorum eſt q̃ ſunt., & io reb.ijs q̃ ſunt Socrate iungo,ſin uero dicam Socr.philoſophus eſt,hic inquã Socr.philoſophia participat.Rurſus hic quoq; Socratẽ philoſophiamq; coniungo,ergo hoc,qđ dico eſt,vim coniunctionis cuiuſdam obtinet,non rei. Qđ ſi propoſitionem aliquam copulationemq; promittit, ſolũ dictum nihil omnino ſignificat, atq; hoc eſt quod ait,nec ſi hoc ipſum eſt purum dixeris.i.ſolum, non modo neq; veritatem,neq; falſitatem deſignat,ſed omnino nihil eſt, & qđ ſecutum eſt planum fecit, conſignificat inquit quandam cõpoſitionem quam ſine compoſitis non eſt intelligere. Nam ſi eſt verbum compoſitionis coniunctioniſq; cuiuſdã uim, & proprium obtinet locum,purũ & ſine coniunctione prędicatum nihil ſignificat, ſed eam ipſam cõpoſitionem, quã deſignat cum fuerit coniunctum eis quæ componuntur, ſignificare poteſt,ſine compoſitis uero quid ſignificet,nõ eſt intelligere.Vel certe ita intelligendum eſt quod ait,ipſum quidem nihil eſt,non qm̃ nihil ſignificet,ſed qm̃ nihil uerũ falſumve demonſtret, ſi purum dictum ſit.cum.n.coniungitur,tunc fit enunciatio.Simpliciter.n.dicto verbo,nulla veri vel falſi ſignificatio ſit,& ſenſus quidem totus huiuſmodi eſt:ipſa uerba quidem per ſe dicta nomina ſunt, nam & qui dicit, intellectum conſtituit, & qui audit quieſcit, ſed q̃q̃ ſignificẽt aliquid uerba nondum tamẽ affirmationẽ negationẽve ſignificant.Nam quamuis rẽ deſignẽt,nondũ tamen ſubſiſtendi eius rei ſignum eſt,nec ſi hoc ipſum eſt uel ens dixerimus,aliquid ex eo uerum uel falſum poterit inuenire.Ipſum.n.q̃q̃ ſignificet aliquid, nondum tamen uerum vel falſum eſt,ſed in compoſitione fit enũciatio,& in ea veritas vel falſitas naſcitur,quam ueritatem falſitatemq; ſine his quæ componuntur,coniunguntur q; intelligere impoſſibile eſt,& de verbo quidẽ,& nomine ſufficienter dictũ eſt. Secundo vero volumine de oratione eſt conſiderandum.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Editionis Secundæ

### LIBER SECVNDVS.

INQVANTVM labor humanũ genus excolit,& beatiſsimis igenij fructib. cõplet,ſi tantũ cura exercẽdę mẽtis inſiſteret,nõ tã raris hoĩes uirtutib. uterẽtur, ſed vbi deſidia demittit aĩos, continuo feralib.ſeminarijs,animi uber horreſcit Nec hoc cognitione laboris euenire cõcefferim, ſed potius ignorantia:qs.n.laborandi peritus unquam a labore diſceſsit?Quare intẽdẽda vis mentis eſt, verũq; eſt amitti aĩum,ſi remittitur.Mihi autẽ ſi potentior diuinitatis annuerit fauor,hæc fixa ſentẽtia eſt,ut q̃q̃ fuerint præclara ingenia,quorũ labor ac ſtudium multa de his quę nunc quoq; tractamus,latinæ linguæ contulerit: non tamẽ quendam quodammodo ordinem filumq; diſponendo diſciplinarum gradus ediderunt: Ego omne Ariſtotelis opus quodcunque in manus uenerit,in Romanum ſtylum uertẽs, eorum oĩum commenta latina oratione perſcribam, ut ſi quid ex logicæ artis ſubtilitate, & ex moralis grauitate peritię,& ex naturalis acumine ueritatis ab Ariſtotele conſcriptum eſt,id omne ordinatum transferam,atq; id quodã lumine commentationis illuſtrem, omneſq; Platonis dialogos vertendo, vel etiam commentando in latinam redigã formam. His peractis non equidem contempſerim Ariſtotelis Platoniſq; ſñias,in unam quodammodo reuocare cõcordiam,& in his eos nõ ut pleriq; diſſentire in oĩbus, ſed in pleriſq; quæ ſunt in philoſophia,maxime conſentire demõſtrem.Hæc ſi uita ociumq; ſupererit, cum multa operis huius utilitate,necnon etiam laude contenderim,qua in re fauеant oportet,quos nulla coquit inuidia. Sed nunc ad propoſita reuertamur. Ariſtoteles nanque inchoãs librũ, prius nomen definiendum eſſe propoſuit,poſt uerbum, hinc negationem,poſt hanc affirmationem,conſequenter enunciationem,orationem vero poſtremam. Sed nunc cum de nomine & uerbo dixerit,conuerſo ordine,quod ultimum propoſuit,nunc exequitur primum,de oratione nãq; diſputat, quam poſtremã in operis diſpoſitione propoſuit,ait enim.

### DE ORATIONE, ET EIVS SPECIEBVS.

*ORatio autem eſt vox ſignificatiua, cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum,ut dictio,nõ ut affirmatio uel negatio. Dico autẽ,ut homo: ſignificat .n.aliquid,ſed non quoniam eſt,aut non eſt:ſed erit affirmatio uel negatio, ſi aliquid addatur: ſed non una hominis ſyllaba, nec.n.in hoc quidem eſt ſorex,rex ſignificat, ſed uox eſt nunc ſola. In duplicibus uero ſignificat quidẽ aliquid,ſed non ſecundum ſe, quemadmodum dictum eſt.*

10 Videtur Ariſtoteles illas quoq; uoces orationes putare,quæcunq; uel ex nominib. uel ex uerbis conſtent, nõ tãtum q̃ integrum colligant intellectum ut ſunt Socrates & Plato,& ambulare & dicere, hęc.n.q̃q̃ pleni intellectus nõ ſint, uerbis tamen & nominib. componuntur. ait.n.orationem eſſe uocem ſignificatiuam,cuius partes ſignificarẽt aliquid ſeparatim ſignificarent inquit non conſignificarent, ut in nomine,& uerbo.Docet autem illa quoq. res, cum ẽt imperfectas, compoſitas tamen ex nominibus ac uerbis uoces,orationes dicere,quod ait cum de nomine loqueret,in eo quod eſt equiferus nihil ſignificare ferus,quẽadmodum in oratione,quæ eſt equus ferus, nanq. equus ferus uox cõpoſita ex nominib. eſt, ſed ſententiam non habet plenam, & ille ait,quemadmodum in oratione quæ eſt equus ferus. Nam ſi ſecũdum Ariſtotelem equus ferus eſt oratio, cur nõ aliæ quoq; quę nominib. uerbiſq; conſtent, q̃q̃ ſint imperfectæ ſententiæ,tamen orationes eſſe uideantur: cum præſertim orationem ipſe ita definiat.Oratio eſt uox ſignificatiua,cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum.In his ergo vocibus,quę uerbis & nominibus componuntur, partes extra ſignificant, & non conſignificant. Nam ſi nomẽ,& uerbum ſignificatiuum eſt ſeparatum, in his uero vocibus quæ uerbis,& nominibus componuntur,partes extra ſignificant, non conſignificant, ẽt uoces imperfectæ nominibus,& uerbis compoſitę orationes ſunt, Nam ſi nomẽ oẽ & uerbum ſignificatiuum eſt hæ autem uoces, ideſt orationes nominibus componuntur & uerbis, dubium non eſt in his uocibus quæ ex nominibus & uerbis coniunctæ ſunt, partes per ſe ſignificare.Quod ſi hoc eſt, & uox cuius partium aliq d ſeparatum etiam per ſe ſignificat,licet ſit imperfectę ſententię, tamen orationem eſſe manifeſtum eſt. Sed quod addidit orationis partes ſignificare,ut dictionem,nõ ut affirmationem uel negationem, Alexander ita dictum eſſe arbitratur. Sunt enim inquit aliæ quidem ſimplices orationes, quæ ſolis uerbis & nominibus coniunguntur, aliæ vero compoſitę, quarum partes in unum corpus iunctę iam faciunt orationes,& ſimplices quidem orationes, partes habent eas,ex quibus componuntur, uerba & nomina,

ut eſt

ut eſt Socrates ambulat. Compoſitæ autem aliquoties quidē tātū orationes, aliquoties uero ēt affirmationes, ut cū dico Socr. ambulat, & Plato loquitur, utræq; ſunt affirmationes, uel cum dico Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe, ex orationib. non ex affirmationib. componitur talis oratio. Prior aūt ſimplicitas eſt, poſterior vero cōpoſitio. In q̄bus eſt aūt prius uel poſterius aliquid, illud ſine dubio definiēdum eſt priori loco, quod natura quoq; pręcedit. Ita ergo quoniā prior ſimplex oratio eſt, poſterior vero cōpoſita, prius ſimplicem orationē definitione conſtituit dicēs, cuius partes ſignificant vt dictio, non vt affirmatio, dictionem ſimplicis nominis aut verbi nuncupationē ponens. In ſimplicibus.n. orationib. huiuſmodi partes ſunt. In compoſitis uero aliquoties quidē orationes tātū, aliquoties uero affirmationes, vt ſupra mōſtrauimus. addit quoq; illud. Omnē inquit definitionem, vel contractiorem eſſe definita ſpecie, vel excedere nō oportet, q̄ ſi Ariſtoteles ita conſtituiſſet definitionem, ut ſignificare partes orationis diceret ut orationes, ac non ut dictiones, ſimplices orationes ab hac definitione ſecluderet, Orationū nanq; ſimplicium partes, non ut orationes, ſed ut ſimplicia uerba nominaq; ſignificāt. Nam ſi oīs oratio, orationes habebit in partibus, rurſus ipſę partes q̄ ſunt orationes, alijs orationib. coniungerentur, & rurſus partium partes, q̄ eædē quoq; orationes ſunt, alias orationes habebunt in partibus. Ac ſiquis hoc intelligentia ſumpſerit, ad infinitum procedet, nec ulla erit prima oratio, quę ſimplices habeat partes. Neq;.n. fieri pōt, vt prima dicatur oratio, quæ alias orationes hēt in partibus, partes.n. priores ſunt propria compoſitione. quod ſi in infinitum ducatur intelligentia, nulla prima oratio reperit, & cum nulla ſit oratio prima, nec ulla poſtrema eſt. Quocirca interempta prima atq; poſtrema, omnis quoq; interimit, & nulla omnino erit oratio, quare non recta fuiſſet definitiō, ſi ita dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua, cuius partes aliquid extra ſignificant ut orationes. At vero inquit Alexander, Nec ſi quædam orationes in partib. continent, idcirco iam neceſſe eſt ipſarum orationum partes affirmationes eſſe, ut cum dico. Define meq; tuis incendere teq; querelis. Eſt ergo huius orationis pars una. Define meq; tuis incēdere teq; querelis; alia vero harum affirmatio eſt, q̄q̄ uideatur eē oratio. Quocirca nec illa fuiſſet recta definitio ſi ita dixiſſet. Oratio eſt vox ſignificatiua, cuius partes extra aliquid ſignificant, ut affirmatio. huiuſmodi.n. orationes cum ſint eius partes ex orationib. iūctæ, nō tñ affirmationib. totum ipſius corpus orationis efficitur. Sed quoniā in oī oratione uerba ſunt & nomina, q̄ ſimplices ſunt dictiones, nō autē in oībus orationib. aut affirmationes aut orationes partes ſunt. qđ cōe erat, id in definitione conſtituit, tāquā ſi ita diceret, Oratio eſt uox ſignificatiua ſecūdum placitū, cuius partes aliquid extra ſignificant, ex neceſſitate quidē ut dictio: nō tñ ſemper, ut affirmatio, aut oratio. Neq;.n. poteſt fieri, ut inueniatur oratio, cuius partes non ita aliquid extra ſignificent ex neceſſitate ut nomen aut uerbum, cum inueniri poſſit, ut ita extra ſignificent orationis partes, ut tñ orationes aut affirmationes non ſint. Quare ſi ita dixiſſet, Oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partes aliquid extra ſignificant, ut affirmatio, illas orationes hac definitione nō circunſcripſiſſet, quarum partes quidem orationes ſunt, ſed non affirmationes, ut ille uerſus eſt, quem ſupra iam poſui. Sin uero ſic dixiſſet. Oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partes extra ſignificant aliquid ut oratio, illas orationes in definitione reliquiſſet, quarum partes ſimplices ſunt, ut eſt Socrates ambulat. Sed cum dicit orationis partes ita ſignificare ut dictiones, non omnino vt affirmationes, & ſimplices & compoſitas hac definitione concluſit. Simplices quidem idcirco, q̄ quęlibet ſimplex paruiſsimaq; oratio nomine & verbo contingitur, quæ ſunt ſimplices dictiones, compoſitas uero, quę cum habent orationes in partibus, partes ipſę habent ſimplices dictiones, quę ipſæ ſimplices dictiones totius corporis partes ſunt, ut cum dico, ſi dies eſt, lux eſt: dies eſt, & lux eſt, partes ſunt totius orationis. Sed rurſus harū partium partes ſunt dies, & eſt, & rurſus lux, & eſt: q̄ rurſus totius orationis, p̄ quā dico, ſi dies eſt, lux eſt, partes ſunt, ſed dies, & eſt, & rurſus lux, & eſt, ſunt ſimplices dictiones. Quocirca ēt cōpoſitarum orationum partes indubitanter, ita ſemper ſignificant ut dictiones non ut affirmationes, aut quędam orationes. Quare hanc definitionē Ariſtoteles recte cōſtituit. Ad hanc ergo ſententiam locū hūc Alexander expedit. Illud quoq; addens ſæpe Ariſtotelē de affirmationib. dicere dictiones, qđ diſtinguere uolens, cum diceret ita ſignificare. partes orationis tanquam dictionē, ne forte dictionē hāc aliquis in affirmationem ſuſciperet, addidit, ut dictio non ut affirmatio, tanquam ſi diceret, duplex quidē eſt dictio una ſimplex, alia vero affirmatio. Sed ita partes orationis aliquid extra ſignificant, ut ea dictio, quæ eſt ſimplex, non ut ea quę eſt affirmatio, & huiuſcemodi quodāmodo intellectum tota Alexandri ſnīa tenet. Porphyrius quoq; in eadē ſnīa eſt, ſed in uno diſcrepat, cuius expoſitio talis eſt. Dictio inquit eſt ſimplex nomen, & ſimplex ēt uerbum, & ex duob. compoſitum, vt cum dico Socrates, vel rurſus ambulat, uel equiferus, procedit ēt nomē dictionis ad orationes quidē, ſed ſimplicib. verbis & nominib. coniunctas, ut dico Socrates & Plato, & ſi ſit ex cōpoſito nomine, vt eſt equiferus & homo. Hę orationes quāquā coniunctæ ſint atq; imperfectę, tñ dictionis nomine nūcupant, necnon ēt tranſit nomen hoc dictionis uſq; ad perfectas orationes, quas enunciationes nuncupari poſterius eſt dicendum. Eſt autem enunciatio ſimplex, ut ſiquis dicat, Socrates ambulat. Et hęc dicitur affirmatio, huius negatio eſt, Socr. non ambulat. Simplices ergo enunciationes ſunt affirmationes uel negationes, quę ſingulis uerbis ac nominib. componuntur. Itaq; cum dico, ſi dies eſt, lux eſt, tota quidē huiuſ oratio dictio eſſe non dicitur. Compoſita namq; coniunctaq; eſt ex orationibus, quę ſunt dies eſt, & lux eſt. Hę autem ſunt affirmationes, & dn̄r dictiones. Ipſæ vero affirmationes, quę dictiones ſunt, hn̄t rurſus alias dictiones ſimplices, ut eſt dies, & eſt, & rurſus lux, & eſt: ergo cum dico Socrates ambulat, hęc oratio partes habet dictiones, nomē ſ. & uerbum, quę dictiones quidem ſunt, non tñ affirmationes. Sin uero dicā Socrates in Lyceo cum Platone, & cæteris diſcipulis diſputauit. Hæc pars orationis quę eſt, Socrates in Lyceo, ipſa quoq; eſt dictio, ſed non ut ſimplex nomen uel verbum, quæ dictiones quidem ſunt, nō tñ affirmationes, neq; ut affirmatio, ſed tātū ut impfecta oratio, q̄ verbis tñ nominibuſq; cōpoſita eſt. Qđ ſi ſic dicā, ſi hō eſt, animal eſt. Hęc rurſus oratio hēt dictiones in partibus, ſed neque ut ſimplices dictiones, neq; ut imperfectas orationes, ſed ut pfectas, ſimpliceſq; affirmationes, & vna eſt affirmatio animal eſt, alia vero, homo eſt. Tota uero ipſa oratio dictio nō eſt. Qđ ſi dicā, ſi animal non eſt, hō non eſt, rurſus hæc oratio ex duabus ſimpliciter dictionibus negatiuis uidetur eſſe compoſita, quæ nihilominus tota dictio non eſt. Ita ergo dictio inchoans a ſimplicibus nominibus atq; verbis uſq; ad orationes quamuis ad imperfectas prouehitur: nec in his tantummodo cōſiſtit, ſed vltra ēt ad ſimplices affirmationes negationeſq; trāſit, & in eo progreſsionis terminum facit. Ergo quonīā non oīs oratio partes habet affirmationes & negationes, quæ ſunt ſimplicium dictionum pfectę enunciationes, quoniamq; non omnis oratio imperfectas orationes habet in partibus, omnis tñ oratio ſimplices dictiones retinet, quippe cum omnis oratio ex uerbis nominibuſq; iungatur hoc aīt. Orationis partes ſignificare ſemper quidē ut dictiones, non tñ ſemper ut affirmationes conſentiente Alexandro, cuius expoſitionē ſupra iam docui, atque ita diligētior lector differētias eorū recte pſpiciat, & cōſentientes quidem cōiicet intellectus. Hoc loco Aſpaſius ī cōuenienter interſtrepit. ait.n. Ariſtotelem nō ī omnes orationes definitionem cōſtituere uoluiſſe, ſed tantum in ſimplices, quę ex duobus conſtant uerbo ſ. & nomine, ſed ille perſalſus eſt. Neque enim ſi ſimplex oratio, ſimplicibus verbis nominibuſque conſiſtit, idcirco non compoſita quoque oratio uerba & nomina ſimiliter in partib. habet. Quod ſi

hoc

hoc commune eſt ſimplicib. orationibus atq; compoſitis, vt habeant in partib. quidem dictiones ſimplices, non ẽt affirmationes, cum ẽt orationes quæ affirmationes habent, habeãt in partib. ſimplices dictiones, cur hanc qõnem in Ariſtotelem iaciat, rõne relinquitur. Syrianus vero, qui Philoxenus cognominatur, non putat orationes eſſe quarum intellectus ſit imperfectus, atque ideo nec eas aliquas habere partes. Nam cum dicit Plato in Academia diſputans. Hæc qm̃ perfecta non eſt, partes inqt non habet, arbitrans oẽ q imperfectum eſt, nullis partibus contineri, atq; ideo cũ dicit Ariſtoteles, oratio eſt uox ſignificatiua, cuius partes aliquid extra ſignificant, illam orationem conſtitui putat, quæ perfectum retinet ſenſum, ipſius.n. partes eſſe uerba & nomina. Sed hoc ridiculum eſt. Neq;.n. aliquid compoſitum fieri poteſt, niſi proprijs partibus. Quod ſi quælibet res ut cõponatur habeat decem partes, eas tñ ſigillatim apponi neceſſe ſit, antequam ad decimam veniamus partem, nihilo tñ minus erunt partes, quas ſibimet ad componendam totius corporis ſummam ſigillatim ſuper ponimus, etiam ſi ad illud quod componendum fuit, minime peruentum eſt. Quocirca ſi antequam perueniatur ad decimam partem prioris effecti compoſitiq; partes ſunt, nulla rõ eſt imperfectę rei partes dici non poſſe. Neq;.n. dicitur totius compoſiti partes eſſe, quę ſint imperfecti, vt ſi ſit integrũ nomẽ, habeat partes quatuor id eſt ſyllabas, ut Mezentius, ſi unam ſyllabã demam, dicamq; mezẽti, vel ſi vnam rurſus duaſq; ponam, vt ſunt mezen. huius tamen utraq; ſyllaba me, ſ. & zen, partes ſunt, & cũ ſit compoſitio ipſa ſenſu vacua, ac ſit imperfecta, tñ partibus continetur. Syrianus igitur minime audiẽdus eſt, ſed Porphyrius potius, qui ita Ariſtotelis mentẽ ſententiamq; perſequitur, vt eius definitionem quæ vera eſt, labare, & in aliquibus alijs diſcrepare non faciat. De his quidem hactenus. Porphyrius autem ita dicit. Volẽs inquit Ariſtoteles oſtendere non omnem orationem, aut ſimplices tãtum hẽre partes, aut compoſitas, a ſimplicibus ſumpſit exẽplum, ut diceret ſignificare partes orationis ut dictionem, non vt affirmationem, ut cum eſt oratio, Plato diſputat, dictiones quidem ſunt, ſed non ut affirmationes. Si uero ſic eſſet oratio, ſi Plato diſputat verum dicit. Plato diſputat, & verum dicit, cum ſint dictiones, non ſunt tñ vt ſimplices, ſed ẽt ut affirmationes. Neq;.n. ſimplex dictio affirmatio eſt aut negatio, ſed tunc ſit cum additur aliquid, quod aut affirmationis vim teneat, aut negationis, atq; hoc eſt quod ait. Dico autem ut homo, ſignificat.n. aliquid, ſed non quoniam eſt, aut non eſt, ſed erit affirmatio vel negatio, ſiquid addatur. Huiuſmodi hoc eſt, tãquam ſi diceret, nomen quidem ſimplex affirmationem, aut negationem non facit, niſi aut eſt verbum addatur, quę eſt affirmatio, aut non eſt, quæ eſt negatio. Quod ſit additur, ſed non vna hominis ſyllaba, nec in eo quod eſt Sorex, rex ſignificat, ſed vox eſt nunc ſola. In duplicibus vero ſignificat quidem, ſed nihil ſm̃ ſe, quem admodum dictum eſt. Huius loci duplex eſt expoſitio. Qđ.n. dixerat prius, ſed erit affirmatio vel negatio ſi quid addatur ei dictioni, q̃ ſupra ſimplicem eſſe propoſuit, cum de ſignificatiua orationis parte loqueretur, nunc id adimplet & explicat dicens, non ſi quidlibet addatur ſimplici dictioni, ſtatim fieri affirmationem vel negationem, nec vero orationem, neq;.n. ſiquid nõ per ſe ſignificatiuum dictioni ſimplici copuletur, iccirco iam vel oratio, vel affirmatio, vel ẽt negatio procreabitur, neque.n. ſi vna ſyllaba hominis quæ ſignificatiua per ſe non eſt, copuletur eidem ipſi dictioni, iam ulla inde procreatur oratio. Quod ſi oratio non ſit, nec propoſitio eſt, hæ.n. orationes quędam ſunt, ut ſiquis ex eo quod eſt homo tollat vnam ſyllabam, eamq; toti dictioni ſimplici aptet, dicatq; homo vel alio quolibet modo decidens, partem toti corpori dictioni adijciens non faciet orationem. Quod ſi hoc eſt, nec affirmationem, nec negationẽ quædam ſunt orationes. Ita ergo accipiendum eſt, tanquam ſi hoc modo dixiſſet, dico autem vt homo ſignificat aliqd, ſed non qm̃ eſt, aut non eſt, ſed erit affirmatio, uel negatio ſiquid addatur, ſed nõ ut una hominis ſyllaba addatur, nec cuilibet alterius dictionis, ſiquid non per ſe ſignificat, ut in eo quod eſt Sorex rex non ſignificat, ſed uox eſt nunc ſola. Atq; ideo ſiquis velut partẽ tollat, id qđ eſt rex, apponatq; ei qđ eſt Sorex, dicatq; Sorex rex, vt rex tanq̃ pars ſit eius qđ eſt Sorex, oratio nulla eſt, atq; ideo neq; affirmatio neq; negatio. Hę.n. ex vocibus per ſe ſignificatiuis cõſtãt. Rex vero in eo qđ eſt Sorex, qm̃ pars eſt nominis, nihil ipſa ſignificat. Vel certe erit melior intellectus, ſi hoc qđ ait; ſed non vna hominis ſyllaba, non aptemus ad orationis perfectionẽ, ſed potius ad dictionis ſignificationẽ, vt qm̃ dixit ſuperius, orationis partes ſignificare ita, vt dictionẽ nõ ut affirmationem, q̃ eſſet dictio manifeſte monſtret. Dictiones nãque conſtituit uocem per ſe ſignificantẽ, ergo cũ dicit, Sed non vna hoĩs ſyllaba, tale eſt ac ſi diceret, ſignificat quidẽ pars orationis ut dictio. Sed hæ ipſæ dictiones perfectę nomina ſunt & uerba, non partes nominũ verborumq;. In eo .n. qđ eſt equiferus currit, equiferus quidem dictio eſt totius orationis, ſignificat.n. vt pars orationis, ſed ferus conſignificat ut pars nominis, atq; ideo ferus dictio non eſt. Quocirca ſiquę aliæ ſyllabę in parte orationis ſunt.i. in nomine vel verbo, nihil per ſe ſignificant, q̃q̃ ſint in parte nominis, quod nomen pars orationis eſt, nihil tamẽ ipſum ſignificat in tota oratione, quare nec dictio erit. Audiendum ergo eſt ita, tanquam ſi ſic diceret. Oratio autem eſt uox ſignificatiua, cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatũ, vt dictio, non vt affirmatio, dico aũt ut hõ ſignificat aliquid, & eſt quędã dictio ſimplex. Nam neq; oratio eſt, qm̃ ſimplex eſt, nec affirmatio neq; negatio, qm̃ non ſignificat, aut eſſe aut non eſſe. Sed erit tũc affirmatio, qñ aliquid additur, qđ affirmationẽ negationemve conſtituat. Sed quod ad dictionem eſſe id quod dicimus homo, iccirco dictio eſt, qm̃ per ſe ſignificat, Syllaba vero eius nominis qđ eſt homo, qm̃ nihil deſignat, non eſt dictio. Hoc eſt n. ſed non vna hoĩs ſyllaba, vel ſi videatur quidẽ ſignificare, pars tñ ſit nominis, & conſignificet in noĩe in tota oratione nihil ſignificat. Neque.n. eſt pars orationis. Quod per hoc dixit quod ait, nec in eo quod eſt Sorex rex ſignificat, ſed vox eſt hunc ſola nihil ſignificans, vnde probatur hmõi particulas non eſſe dictiones. Vox.n. ſola non eſt dictio, ſed vox per ſe ſignificãs. Si qua ſunt inquit nomina, q̃ ſint cõpoſita ex alijs, ut eſt eqferus, emittunt quidem quandam imaginem ſignificãdi, ſed per ſe nihil ſignificant, conſignificant autem. In ſimplicib. vero nominibus nec imaginatio ulla ſignificandi eſt, ut in eo quod eſt Cicero, partes eius cum ſimplices ſono, tum ẽt intellectu, p̃ter cuiuſlibet imaginationis ſimilitudinẽ ſignificationẽve ſunt. In duplicib. vero vult quod eſt pars ſignificare, ſed nullius ſeparatim ſignificatio eſt iccirco, qm̃ ſolũ cõſignificat id qđ totũ cõpoſiti noĩs corpus deſignat: ipſũ vero ſeparatum (vt ſępius dictum eſt) nihil extra ſignificat.

*Eſt autem oratio omnis quidem ſignificatiua nõ ſicut inſtrumentum, ſed (quemadmodum dictum eſt) ſecundũ placitum.*

21 Scđm placitũ eſſe orationes illa res approbat, q earum partes ſunt ad placitũ.i. nomen & verbũ. Quod ſi omne cõpoſitũ ab his ex qbus eſt compoſitũ, ſumit naturã: uox quæ poſitione conſtitutis uocibus iungitur, ipſa quoque ſecundum placitum poſitionemque formatur. Quare manifeſtũ eſt orationem ſecundum placitum eſſe. Plato uero in eo libro qui inſcribitur Cratylus, aliter eſſe conſtituit, eamque dicit ſuppellectilem quandam atque inſtrumentum eſſe ſignificandi res eas quæ naturaliter intellectibus concipiuntur, earumque intellectum vocabulis diſcernendi. Quod ſi omne inſtrumentum naturalium rerum ſecundum naturam eſt, vt videndi oculus, nomina quoque ſecundum naturam eſſe arbitratur. Sed hoc Ariſtoteles negat, & Alexander multis in eo nititur argumentis monſtrans orationem non eſſe inſtrumentum naturale. Ariſtoteles vero ita vtitur dicens. Eſt autem oratio omnis quidem ſignificatiua. non ſicut inſtrumentum, tanquam ſi diceret. Eſt quidem omnis oratio ſignificatiua, non tamen naturaliter, inſtrumen-

tum.n.hoc demonſtrat, tanquam ſi diceret naturaliter ſignificare. Quod qui inſtrum orationem eſſe negant, non eá naturaliter ſignificare dicunt ſed ad placitū. Naturaliū n.rerum naturalia ſunt inſtrumenta. Iccirco aūt inſtrumentum pro natura poſuit, quod (vt dictum eſt) Plato oīum artiū inſtrumenta ſm naturam ipſarum artium conſiſtere proponebat. Et Alexander quidem non eſſe inſtrumentū orationem ſic ingreditur approbare. Omnis inquit naturalium actuū ſupellex, ipſa quoq; naturalis eſt, vt in ſenſu qm̄ natura datur, eius quoq; ſupellex eſt naturalis vt oculus. Eodē quoq; modo auditus cum naturalis ſit, aures nobis quę ſunt audiēdi inſtrumenta, naturaliter eſſe datas cognoſcimus. Quare qm̄ oratio ad placitum non naturaliter eſt, partes.n.manifeſtum eſt orationis ad placitum poſitas, quę ſunt.ſ. nomina & verba, ſicut monſtrat apud oēs gentes diuerſitas uocabulorum, qm̄ ergo per hęc ſm placitum omnis oratio eſſe mōſtratur. quod autem ſm placitum eſt, non eſt ſm naturam, non eſt ergo oratio ſupellex. Significandi.n rō atq; ptās naturaliter non eſt. Quod ſi oratio naturaliter non eſt, nō eſt ſuppellex. His alijſq; ſimilib. rōnibus monſtrat non eſſe ſuppellectilem orationem. Quocirca dicendum nobis eſt, naturaliter quidem eſſe voces poteſtateſq; naturaliter uocabula reb. imprimendi, non tū naturalr̄ ſignificatiuas ſed poſitione. Sicut ergo naturalr̄ ſingularium artium ſumus ſuſceptibiles, ſed eas non naturaliter habemus, ſed doctrina concipimus. ita uox quidem naturaliter eſt, ſed per vocem ſignificatio non naturaliter. Neq;.n.uox ſola, nomen eſt, aut verbum, ſed uox quędā addita ſignificatione, & ſicut naturaliter eſt moueri, ſaltare vero cuiuſdam iam artificij, & poſitionis, & quemadmodū ęs quidē naturaliter eſt, ſtatua vero poſitione vel arte: Ita quoq; poſſibilitas ipſa ſignificādi, & vox naturalis eſt. Significatio vero per uocem poſitionis eſt, non naturæ. Hactenus quidem de communi oratione locutus eſt, nunc autem tranſit ad ſpecies eius. Ait enim.

*Ennunciatiua vero nō omnis, ſed illa in qua verum vel falſum eſt, nō aūt ī omnibus ineſt, vt deprecatiua, oratio quidē eſt, ſed neq. vera neq. falſa: cætera igitur relinquātur, rhetoricæ.n. vel poeticæ conuenientior eſt conſideratio, ennunciatiua uero præſentis eſt ſpeculationis.*

12 Species quidem orationis multę ſunt, ſed eas uariæ partiuntur. at uero Peripatetici quinq; partibus omne ſpecies orationis ac membra diſtribuunt, Orationis autē ſpēs dicimus perfectę, non eius quæ eſt imperfecta, perfectas autem voco eas que complent expediuntq; ſententiam. Et ſit nobis hoc modo diuiſio. Sit genus oratio, orationis aliud eſt imperfectum, quod ſententiam non expedit, ut ſi dicā Plato in lyceo, aliud vero perfectum. Perfectę autē orationis, alia eſt deprecatiua, vt Adſit lętitiæ Bacchus dator. Alia imperatiua, vt Accipe, daq; fidem, Alia interrogatiua, vt Quo te Mœri pedes? an quo via ducit in vrbem? Alia uocatiua, vt, O qui res hominumq; deumq; ęternis regis imperijs, Alia enunciatiua, vt dies eſt, dies non eſt. In hac ſola quę eſt enunciatiua, veri falſive natura perſpicitur. In cæteris.n.neque ueritas, neque falſitas inuenitur. Et multi quidem plures ſpecies eſſe dicunt perfectę orationis, alii autē innumeras eorum differētias produnt, ſed nihil ad nos. Cunctę .n. ſpecies orationis, aut oratorib. accōmodatæ ſunt, aut poetis, ſola enunciatiua philoſophis. Ergo hoc dicit. Non omnis oratio enunciatiua eſt. Sunt.n.plurimæ quę enunciatiuę non ſunt, vt hæ quas ſupra poſui. Hæc autem ſola eſt in qua verum falſumve inueniri queat. Quocirca quoniam iſtam in qua ueritas vel falſitas inuenitur, dialectici philoſophique eſt quęrere. Cæteræ autem oratoribus atq; poetis accommodatę ſunt, iure de hac ſola tractabitur, ideſt de enunciatiua oratione. Hucuſque ergo de partibus interpretationis, & de communi oratione locutus eſt. Nunc autem aſtringit modum diſputationis in ſpeciem, & de una ſpecie orationis tractat, deq; una interpretatione q̄ eſt enunciatiua. Species namq; eſt enunciatio interpretationis negatio uero & affirmatio enunciationis. Quare de enunciatiua oratione conſiderandi hinc cum ipſo Ariſtotele commodiſſimū ſumamus initium.

*Eſt autē vna prima oratio enunciatiua, affirmatio, deinde negatio, alia vero oēs coniunctione vna. Neceſſe eſt aūt oēm orationem enunciatiuam ex verbo eſſe, vel caſu verbi etenim hominis ratio, ſi non eſt, aut fuit, aut erit aut aliquid hmōi adatur, nondum eſt oratio enūciatiua. Quare autē vnum quiddā eſt, & non multa animal greſſibile bipes. Neque.n.eo quod propinque dicuntur unum erit. Eſt autem alterius hoc tractare negotii.*

13 Vna oratio duplici modo tractatur, vel cum per ſe vna eſt, vel cum per aliquā coniunctionē iungitur. Vel certe ita dicendū eſt. Alię orationes naturalr̄ unę ſunt, alię uero poſitione. Et naturalr̄ unę quidem ſunt orationes, quæ nō diſſoluuntur in alias orationes, vt eſt, ſol oritur. Quæ autem poſitione ſunt unæ in alias orationes diſſoluuntur, vt eſt, ſi hō eſt animal eſt, hæc.n.in orationes alias ſeparatur, & quēadmodum lignum vel lapis ſigillatim in propria natura cōſiſtunt, & ſunt vna, ex his autem facta nauis vel domus quę cum pluribus quidem conſtent, vnę tamen arte ſunt, non natura. Ita quoq; in orationibus ſimplices eas & per ſe naturaliter vnas orationes dicimus, quę verbo tantum & nomine coniunguntur, Compoſitas autē quę in alias (ut dictum eſt) orationes diuiduntur, multas.n.orationes in huiuſmodi orationibus coniunctio iungit, ut ſi dicam, Plato eſt, & Socrates eſt. hęc coniunctio & vtraſque coniunxit, atq; ideo vna uidetur poſitione, quæ naturaliter & per ſe una nō fuerat, naturaliter autem vnius orationis duę partes ſunt affirmatio & negatio, ſed qm̄ nō ita dixit, eſt autem una oratio enunciatiua, affirmatio uel negatio, deinde eſt una coniunctione. Sed ait. Eſt autem una prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio, huiuſmodi oritur quæſtio. Verum id quod ait prima ad affirmationem referatur, ut ſit poſterior negatio, an id quod ait prima ad ſimplicem retulerint orationem, ut ſecunda ſit, quę ex orationibus iungitur, quā dubietatem ipſe diſſoluit. Sic.n.inquit, Eſt autem una prima oratio enunciatiua, affirmatio, & ut quam ſecundam diceret demonſtraret, ait: deinde negatio, ut primam affirmationem poneret, ſecundam negationem. Quod ſi ita dixiſſet, eſt autē una prima enunciatiua oratio affirmatio uel negatio, deinde coniunctione una, ita oportet intelligi, tanq̄ ſi diceret, illam eſſe primam orationem quæ ſimplex eſſet, cuius partes affirmatio eſſent atq; negatio. Secundam uero illam quę coniunctione quadam una fieret, cum ex orationibus iūgeretur. Sed qm̄ id quod ait prima ad affirmatio[illegible] iunxit dicens, eſt autem una prima oratio enunciati[illegible] affirmatio, ad negationem vero, deinde ſubiunxit dicen[illegible], deinde negatio. Dicendum eſt primam eam orationem eſſe arbitrari affirmationem. Secundam uero negationem, cui deinde continenter appoſuit. Sed rurſus incurrimus Alexandri qōnem. Per hoc .n. negat affirmationem negationemq; ſub vno generi poni oportere.i ſub enunciatione quod in iis q̄ priora uel poſteriora ſunt, cōe genus non pōt inueniri. Sed hoc ſupra iam dictum eſt, non oportere omnia quæcunque quolibet modo priora uel poſteriora ſunt a genere cōt ſecernere. Alioqui ſic primæ & ſecundæ ſubſtantię ſub uno genere ſubſtantię non ponentur. Sic etiam ſimplices & cōpoſitę orationes, quarum ſimplices propoſitiones primæ ſunt, poſteriores cōpoſitę, vno gñe non continebuntur. Sed illa ſola putanda ſunt ſub eodem gñe poni non poſſe, q̄ ad ſubſtantiam priora uel poſteriora eſſe cognoſcimus: quę uero ad ſuum eſſe æqualia ſunt, nihil prohibet ſub eodē genere utraq; conſtitui. Ergo quoniam affirmationi & negationi hoc eſt eſſe, qd̄ in his ueritas & falſitas reperitur, hæc autem eſt enunciatio in qua .ſ. ueritatis & falſitatis conſtituta ſit

ta ſit

ia ſit oratio, quoniam ad id quod veri falſive ſignificatiuæ ſunt neq; affirmatio prior, neq; negatio poſterior eſt. Nullus dubitat eo, quod æqualiter participat affirmatio & negatio, eidē generi poſſe ſupponi, ſed affirmatio & negatio æqualiter participant enunciatione, ſiquidem enunciatio veri falſiq; vtitur ſignificatione, & affirmatio & negatio veritatem atque mēdacium ęqualiter mōſtrāt, enunciatio igitur affirmationis & negationis genus eſſe ponēda eſt. Quod ergo ait, eſt aūt vna prima oratio enunciatiua, affirmatio, deinde negatio, aliæ vero coniunctione vnæ, ita intelligendum eſt, quod affirmationem primam, ſecunda vero negationē, cui addidit deinde, in prolatione poſuerit. prior .n. eſt affirmatio, poſterior negatio in prolatione duntaxat, non ſm veri falſiq; deſignationē. Quocirca nihil prohibet & priorem putari affirmationē negatione, & tñ vtraſq; ſub uno genere .i. enunciatione conſtitui. Sed quod ſecutum eſt. Neceſſe eſt aūt omnem orationem enunciatiuam ex verbo eſſe vel caſu, huiuſmodi eſt, volens Ariſtoteles diſtribuere dictionem, affirmationē, negationē, enunciationē, contradictionē, ſenſum confuſa breuitate permiſcuit, & nebulis obſcuritatis implicuit. oportuit tanq; prius quid eſſet dictio, poſt aūt quid affirmatio, & negatio, & rurſus quid eſſet enunciatio, & contradictio conſtituere. Sed hoc interim prætermiſit, nunc vero quemadmodū conſtituatur enūciatio docet dicens. Quod oīs enunciatio cōſtet verbo, quoniam ſimplex dictio eſt nomen, aut verbum. Oīs enunciatio ſimplex huiuſmodi eſt, vt ſemper quidē vel verbū, vel aliud aliqd quod idem valeat, tanquam ſi diceretur, verbum vel caſum verbi in prædicatione retineat, ſed non ſemper ſubiectus terminus ſit ex noīe, ſemper tñ prędicatus ex verbo. ſit .n. huiuſmodi propoſitio, quę eſt, ſol oritur, in hac ergo propoſitione quod dico, ſol oritur, ſubiectum eſt, ſol quod vero dico, oritur, prędicatū: & vtraſq; has dictiones terminos voco, ſed quodcunq; prius dicitur, in ſimplici enunciatione illud ſubiectū eſt, vt in hac ſol, quod vero poſterius, illud prędicatū, vt in eadem, oritur. Ergo neceſſe eſt omnē enunciatiuam orationem ſi ſimplex ſit, verbum in prædicatione retinere, vt in eadem ipſa, cum dico, ſol oritur, oritur verbū eſt, vel quod idē valeat, vt eſt Socrates non ambulat, nō ambulat .n. infinitum verbum eſt, & verbū quidē nō eſt, ſed tamen eam vim retinet quam verbum. Caſus aūt verbi ponitur ſæpe, vt Socrates fuit, ſubiectus vero terminus non ſemp conſiſtit in noīe, poteſt .n. infinitum nomen habere, vt cum dico, non homo ambulat, ſit & verbum vt cum dico, ambulare moueri eſt. Ergo (vt arbitror) plene monſtratum eſt non ſemp ſubiectum nomen eſſe, ſed ſemper prædicatum in ſolo verbo conſiſtere. Approbans ergo verba ſemper in prędicationibus poni, hoc addidit, niſi .n. aut eſt, aut fuit, aut aliqd huiuſmodi ſit additum, aut quod idem valeat apponatur, enūciatio nō ſit. cum .n. dico, ſol eſt, eſt verbum in prędicatione propoſui. Sin vero dixero, homo viuit, idem valet tanquam ſi dicam, homo viuus eſt. Ergo non poſſe ſine verbo affirmationem negationemve conſtitui, docuit per id quod ait. Etenim hominis rō ſi nō, aut eſt, aut erit, aut fuit, aut aliquid huiuſmodi addatur, nondum eſt oratio enunciatiua. Hoc .n. dicere videtur. Definitio hominis, eſt verbi gratia, animal greſſibile bipes, & hæc ratio eſt humanæ ſubſtantię, ergo hæc rō niſi ei, eſt, aut erit, aut fuit, aut quodlibet verbū (ſicut ſupra dictum eſt) apponatur, enunciatio non ſit, neq; .n. verum, neq; falſum eſt. Si .n. dicam tātum, animal greſſibile bipes, nulla me veritas mendaciūve conſequitur. Sin aūt dixero, animal greſſibile bipes eſt, vel non eſt, affirmatio mox negatioq; conficitur, quas enunciationes eſſe quis dubitet? Sed cum de ſimplicibus enunciationibus loqueretur, aīt hominis rationem .i. definitionem, nō eſſe enunciationē, niſi ei, aut eſt, aut erit: aut huiuſmodi aliquid apponatur, approbans ſcilicet unam eſſe, & nō multiplicem orationem definitionis humanæ, cui ſi eſt, aut erit, aut fuit, adderetur, enunciationem ſimplicem faceret. Cur vero vna ſit talis oratio, cauſa quæritur; neq; enim ex ſolis duobus terminis conſtat, id quod dicimus animal greſſibile bipes, & quæ nominat, plura ſunt, quare ipſe ſibi inſtituit, & de ſua propoſitione rationem quęſiuit, qua nunc dicere ſuperſedit, ait enim. Quare aūt vnum quiddā eſt & non multa, animal greſſibile bipes, neq; .n. in eo quod dicuntur propinque, vnum erit. Eſt aūt alterius hoc tractare negotij. Hoc .i. quærēs tanquam ſi ita ipſe ex perſona ſua diceret, de ſimplicibus enunciationibus omnibus ipſe loquebar, deque his propoſui eas preter verbū eſſe non poſſe, & ad hanc rem probandam exemplum ſumpſi, definitionem hominis, cui niſi eſt, aut erit, aut fuit, apponetur, enunciationē non fieri dixi: quaſi vna & non multiplex eſſet oratio ea, per quam dicitur, aīal greſſibile bipes, de qua fieri poſſit ſimplex enunciatio. Cur autem eſſet una oratio, animal greſſibile bipes, alterius inquit eſt hoc tractare negotij, cum de rebus nō de propoſitionibus inſpiciēdum eſt. Nam non idcirco vna oratio eſt, quia continue dicitur, & coniuncte ſibimet, animal greſſibile bipes, hoc .n. ſi ita eſſet, poſſemus & hanc orationem, quæ tam multa ſignificat, vnam dicere ſi cōtinue proferatur, vt eſt Socrates philoſophus ſimus caluus ſenex. ergo quemadmodum huiuſmodi oratio ſit multiplex, & non vna, poſterius dicemus, ergo nunc manifeſtum ſit hanc orationem quę dicit, Socrates philoſophus ſimus caluus ſenex non eſſe vnam, ſed multiplicem. ſi ergo propinquitas proferendi ipſa continuatione vnam faceret orationem, poſſet hæc quoque, vna eſſe oratio, quæ manifeſte non una eſſe docebitur. Quare non idcirco erit vna oratio ea quę dicit, animal greſſibile bipes, quod continue & propinque profertur. Quę aūt cauſa ſit, vt vna ſit, ipſe dicere diſtulit, ſed in libris eius operis quod μετὰ τὰ φυσικὰ inſcribit, expediuit. Theophraſtus aūt de affirmatione, & negatione ſic docuit, definitionem, vnam ſemper eſſe orationem, eamque oportere cōtinuatim proferri, illa .n. vna oratio eſſe dicitur, quę unius ſubſtantię deſignatiua eſt. Definitio aūt, vt verbi gratia hominis, animal greſſibile bipes vna eſt oratio per hoc, quoniam unum ſubiectum .i. hoīem monſtrat. Si ergo continue proferatur, & non diuiſe, vna eſt oratio, & quia cōtinue dicitur, & quia unius rei ſubſtantiam monſtrat. Sin vero quis diuidat, & orationem unam rem ſignificantem, proferendi intermiſſione diſtribuat, multiplex fit oratio, ut ſi dicat animal greſſibile bipes, vnam rem mihi tota monſtrat oratio, & continue dicta eſt. Sin vero dicat animal, & rurſus greſſibile, & ſub intermiſſione repetat bipes, multiplex erit, diſtributa intermiſſione oratio. Eſt rurſus aduerſum id quod, & quis hoc non iure culpet, poſſe eam, quę vna eſt, orationem intermiſſione proferendi fieri multiplicem, cum continuatio proferendi non faceret unam quę eſſet multiplex per naturam? Sicut enim in illis quę multiplices ſunt naturaliter, non poteſt continuatio proferendi, vnam facere orationem, ſic quoq; non debet quæ eſt una naturaliter oratio, idcirco quod de vno ſubiecto dicatur, fieri multiplex per intermiſſionem. Sed hoc ita ſoluitur. Nam cum animal dicimus, & ſub intermiſſione rurſus greſſibile, eodemque modo iterum bipes, non hæc ita dicimus, tanquam ſi in unum cuncta coniuncta ſint. Quocirca, quoniam eſt quidem animal, rurſus greſſibile eſt, rurſus bipes, quoniam plura ſunt, & pluraliter dicta .i. diſtributa, non videntur ad vnum ſubiectum diſtributa, poſſe prędicari, ſicut cum dico, Socrates, philoſophus, ſimus, caluus, ſenex, hęc omnia non eſt ſimplex oratio, nec ſi continue proferatur, quod ad vnam ſubſtantiam non tendunt, accidentia .n. ſunt, & extrinſecus veniunt. Probatur autem neq; eas orationes, quæ per diuiſionem dicūtur, neque eas quæ non ad vnam ſubſtantiam tendunt, vna eſſe, hoc modo, ſi dicat quis animal, & rurſus greſſibile, & iterum bipes, non vnum eſt animal, nec vnum greſſibile, nec vnum bipes: ſin vero dixero, aīal greſſibile bipes continue, & propinque, vnum eſt, quod tria iſta iuncta ſignificant id eſt hō. Conuertamus nunc animum ad eas, quę plura quidē ſignificant, ſed cōtinue proferant, vt cū dico Socrates philoſophus caluus ſenex, videt quaſi quędā Socratis eē definitio, philoſophus caluus ſenex, ſed nō neceſſe eſt, ſi huiuſmodi ratio Socratis fuit, omnē quicūq; philoſophus eſt ſenex caluus, ēt Socratē eſſe. In multis ergo cōtinuatio iſta valet accidere. Quocirca, nō vnum ſignificat, quamquam cōtinue proferatur. Ergo ſi ex omni

buſvtum quidem ſignificetur,& continue proferatur, una eſt oratio,ut partes quędam rei definitæ ſint ea quę indefinitione ponuntur,non accidentia: & proficit quidē aliquid cōtinua prolatio ad perficiendam unam orationem, ſed ipſa ſola non ſufficit,niſi unumquodque ſubiectum ſit, atque ideo dixit Ariſtoteles, animal greſſibile bipes non idcirco eſſe unam orationem ꝙ propinq; dicatur. nam neq; ſufficit ad conſtituendam vnam orationem propinquitas proferendi, nihilque prohiberet quę naturaliter eſſent multiplices, eas continue & propinq; prolatas unas uideri,ſed huiuſmodi rei rationem Ariſtoteles ponere diſtulit. Senſus ergo huiuſmodi eſt. Neceſſe eſt inquit omnem enunciatiuam orationem ex verbo eſſe,uel caſu.Etenim hominis rō, quę & ipſa quoque oratio eſt,ſi non eſt,aut erit,aut fuit,aut aliqd huiuſmodi illi addatur, nondum eſt enunciatio, hoc uero in ſolis ſimplicib.enunciationibus euenit.In his autem quæ coniunctione unę ſunt ( ut ſupra iam ait ) non omnino eſt. Cum.n.dico dies eſt,uis tota in uerbo eſt.Si autem cum cōiunctione proferam, ſi dies eſt, lux eſt,tota uis in coniunctione conſiſtit. Veritatis.n.aut falſitatis rationem ſola coniunctio tenet, quę conditionem proponit,cum dicit,ſi dies eſt,lux eſt,ſi enim illud eſt, illud euenit. igitur in coniūctione omnis uis huiuſmodi propoſitionis eſt,omnis autem ſimplex propoſitio totam uim in uerbo habet poſitam. Et quēadmodum in his quę hypotheticę,uel conditionales dicuntur, coniunctiones,uim propōnis tenet,ſic in ſimplicib.propōnibus ꝓdicatio uim obtinet, unde & græce quoq; tales propōnes κατηγορικαὶ id eſt ꝓdicatiuę dicuntur,ſ.q̄ ſunt ſimplices,quod in his totā ꝓpoſitionē obtineat ꝓdicatio, atq; ideo Ariſt.ait,ea verbo vel caſu fieri ſimplicem enunciationē:nā præter id quod continet totam propoſitionem ꝓdicatiuam.ſ.ꝓter prædicationem,enunciatio non fit:ut negatio quoque non ad ſubiectum,ſed ad prędicatum ſemper aptetur. Nam cum dico, Sol oritur,non eſt huius negatio, non Sol oritur:ſed illa quæ eſt,Sol non oritur, atque ideo negatio ad ſubiectum poſita, non facit contrariam propoſitionem,ad prędicatum vero,reddit contrariam. Recte igitur Ariſtoteles de ſubiecto nihil locutus eſt. Non.n.prędicatiuam propoſitionem ſubiectus terminus tenet,ſed tm̄ ꝓdicatus,qui tota enunciationem propria uirtute confirmat.

*Eſt āt una oratio enunciatiua, uel quæ unum ſignificat vel coniūctione una,plures uero,quæ plura,et nō unū uel incōiunctæ.Nomē ergo & uerbū dictio ſit ſola : quoniam non eſt dicere,ſic aliquid ſignificantem,uoce,enūciare,vel aliquo interrogante,vel non,ſed ipſo proferente.*

34.Hic monſtratur qm̄ tunc cum dixit, Eſt aūt una prima oratio enunciatiua affirmatio,deinde negatio,primam eum non de ea oratione dixiſſe putandum eſt, quę naturaliter una eſt, ſed de affirmatione : alioqui hic quoq; repetens ita dixiſſet.Eſt autē oratio una prima enunciatiua quę unum ſignificat,ſed quoniam non ita dixit,manifeſtū eſt quod dudum ait primam, non ad orationem, quę ꝑter coniunctionem una eſt, retuliſſe,ſed ad affirmationem quam negatione priorē eſſe conſtaret,ſed hoc iā ſuperius dictū eſt. Quid āt ſibi uelit hęc enumeratio,paucis exponam. Multas enim cōfuſiones multoſq; in orationibus. errores, hic locus optime intellectus,veraciterq; perceptus ſuſtulit,& hæc eſt expoſitio, quam nullus ante Porphyrium expoſitorum vidit. Non eſt idem nanq; unam eſſe orationem & multiplicem, qđ ſimplicē & cōpoſitam:& diſtat una a ſimplici, diſtat & multiplex a cōpoſita.Eſt ergo vna orō,q̄ vnū ſignificat,multiplex āt q̄ nō unū,ſed plura. Fit aūt hoc in hmōi orōnib.vt cū dico.Cato philoſophus eſt,hęc orō nō eſt una,nō.n. vnū ſignificat,ꝑt.n.mōſtrare & Catonē Vticen. eſſe philoſophū, ꝑt ēt oſtendere, & Catonē Cenſorium oratorē eſſe philoſophū,qua in re non una eſt orō, atq; idcirco in Vticenſi qdē Catone eſt vera,in oratore vero,falſa. Huiuſmodi ergo orationes multas uocamus. Sin uero unū ſignificat,ut cum dicimus in charta ſcribitur, illam dicimus unam, ergo una quæ ſit vel multiplex oratio,ex his intelligitur quę ſignificātur: ſi.n.unam ſignificat rem,una eſt,ſi multas,multiplex. Simplices aūt & compoſitę orationes non ad ſignificationem, ſed ad terminos ipſos dictioneſq; quę in propoſitionib. ſumuntur,referendę ſunt. Et eſt quidem ſimplex oratio enunciatiua, q̄ ex ſolis duob. terminis conſtat,ut eſt hō uiuit. Siue aūt his propoſitionibus omnis addatur, ut eſt omnis hō uiuit, ſiue nullus,ut nullus lapis uiuit,ſiue aliquis,ut aliquis hō uiuit,uel aliquis hō non uiuit:qm̄ termini ipſi duo ſunt, ſimplex uocatur propoſitio,compoſita uero, ſi ultra terminos duos enunciat, ut eſt Plato philoſophus in Lyceo ambulat, hic .n. quatuor ſunt termini, uel ſi tres ſint,ut Plato philoſophus ambulat, hæ quoq; ſi ei omnis, aut nullus, aut aliquis addatur,eodem modo cōpoſitæ ſunt. Ergo una vel multiplex oratio intelligitur, ſi unum uel multa ſignificat: & de propria ſignificatione ſemper iudicantur.Simplex autem & compoſita non ex ſignificatione, ſed ex uerborū & nominum pluralitate cognoſcitur.ſi enim ultra duos terminos habet propoſitio, cōpoſita eſt,ſi duos tm̄,ſimplex.ſi ergo ſemper oratio quę ſimplex eſt .i. quæ duob. terminis cōſtat; unam tm̄ ſignificationem retineret indifferenter dici poſſet una oratio & ſimplex, eadem.n.una eſſet,quæ ēt ſimplex, ſed qm̄ non omnis ſimplex,unum ſignificat, non omnis ſimplex,una eſt.Pōt ergo fieri,ut ſimplex quidē ſit propoſitio,multę tamen orationes,ſimplex quidem ad compoſitionem dictionum,multæ uero ad ſignificationem ſententiarum.Quare erit in hoc gemina differentia, ut unam dicamus, ſimplicem unamq; orationem, alteram, ſimplicem & plures orationes. Rurſus ſi omnes cōpoſitę orationes plures ēt res ſignificarent, indifferenter diceremus multiplicē & compoſitam:ſed qm̄ fieri poteſt ut propoſitio aliquoties quidem conſtet ex numeroſis pluribusq; terminis quā ſint duo,unam tamen ſententiam monſtret. Poteſt quidem fieri ut compoſita ſit, una tamen oratio ſit ſignificatione.compoſita dictione,ut eſt,animal rōnale mortale mentis & diſciplinæ capax. hæc quidem plura ſunt,ſed his una ſubſtantia ſubiecta eſt.i. hō. Quare una quoq; ſūa eſt. Sin uero qs dicat, Socrates & ambulat, & loquitur, & cogitat, multa ſunt: diuerſa ſunt.n.& ꝙ ambulat,& ꝙ loquitur,& qđ cogitat, Quare erit aliqñ cōpoſita quidē oratio,una tñ. ſed qm̄ compoſita oratio aliquoties quidem continue ſine coniunctione dicit, aliquoties cōiūctione copulatur,ſiūt hinc quatuor differentiæ. eſt.n.una oratio cōpoſita ex terminis continuatim dictis,& ſine coniunctione unam ſententiam mōſtrans, ut eſt animal rōnale mortale mentis & diſciplinæ ꝑceptibile: hæc.n.oratio compoſita quidem eſt ex multis terminis.ſed coniunctionem non habet. nam quod dictum eſt mentis,& diſciplinæ perceptibile, hęc coniunctiō quæ eſt, & nullam in tota propoſitione uim obtinet, neque.n.coniungit propoſitionem, ſed artem addit, cuius ſuſceptibilis hō eſſe uideatur,& habet unam ſubſtātiam ſubiectam, quæ eſt homo. Alia uero eſt compoſita ex terminis nulla cōiunctione copulatis,multiplex,& non unam ſignificans propoſitionem, ut eſt Plato Athenienſis philoſophus diſputat. Aliud enim eſt eſſe Platonem, aliud eſſe philoſophū, aliud eſſe Athenienſem, aliud diſputantem, & hæc coniuncta unum aliquid non faciunt, quaſi ſubſtantiam. Quare hæc multiplex eſt, ſed eam manifeſtum eſt, nulla coniunctione copulari. Alia uero eſt compoſita ex propoſitionibus inconiunctis multiplex, ut eſt, Iupiter optimus maximus eſt. Iuno regina eſt. Minerua dea ſapientiæ eſt, quas ſiquis ſub unum continueque proferat, plures quidem propoſitiones ſunt, & oratio multiplex, ſed coniunctione carent.Alia uero eſt compoſita, uel ex terminis, vel ex propoſitionibus coniunctione copulatis, multiplex : & multa ſignificans, & ex terminis quidem compoſita, ut ſiquis dicat, Iupiter, & Apollo ſunt dii. Ex propoſitionibus autem coniuncta multa ſignificans eſt,ut ſiquis dicat,& Apollo uates eſt, & Iupiter tonat. Eſt autem præter has alia compoſita oratio ex propoſitionibus coniunctione coniunctis,

iũctis, unam ſignificans rem, vt cum dico, ſi dies eſt, lux eſt: duę.n.propoſitiones quæ ſunt iſtæ, dies eſt, lux eſt, ſi, coniũctione copulantur, ſed hęc oratio non ſignificat multa: neq; .n.diem eſſe & lucem proponit eſſe, ſed ſi dies eſt, lucem eſſe. Quocirca ſignificat conſequentiam quandam, non exiſtẽtiam propoſitionis: non.n.dicit vtraſq; res eſſe, ſed ſi vna ẽ, aliam conſequi, ꝙ vtrunq; in unam quodammodo intelligentiam congruit. Sed hanc Porphyrius propoſitionem extrinſecus ponit, idcirco ꝙ plura ſignificare videbatur, ipſa .n. propoſitionum pluralitas multitudinem ſimulat ſignificationum, ſed (vt dictum eſt) non plures ſignificat res, ſed vnã conſequentiã. Compoſitarum igitur, & vnam rem ſignificantium propoſitionum duplex modus eſt. Aut.n.ex terminis inconiunctis vnam rem ſignificans compoſita oratio, ut animal rõnale mortale eſt. Aut ex propoſitionibus cõpoſita, & coniunctione copulata, imaginem quidẽ emittens plura ſignificandi, vnam vero rem ſignificans oratio, vt ſi dicamus, ſi dies eſt, lux eſt. Cum ergo hæc ſit diſtributio compoſitarum, & ſimplicium orationum, duplici mõ unæ orationes ſunt, & duplici multę. ſiue aũt incompoſitę, & ſiue compoſitæ. & vno quidem modo vna oratio dicitur cũ ſine coniunctione non eſt. Alio vero cum vnam rem ſignificat. rurſus vno dicitur mõ multiplex oratio, cum aliqua cõiunctione nõ copulatur: alio vero cũ plura ſignificat, [illegible] hoc eſt, quod ait. Eſt aũt vna oratio enunciatiua quæ unũ ſignificat, vel coniunctione vna: Plures ãt quę plura & non vnum, vel inconiunctę. eſt.n. (vt dictum eſt) dupliciter vna oratio, vel qñ cũ coniunctione eſt, vel cum vnam rem ſignificat. Multiplex ãt oratio eſt, vel quæ multa ſignificat, vel quæ ſine cõiunctione coniungitur. multas.n.orationes vocauit eas, quę ſint multiplices, & vel ſignificationis pluralitatẽ tenentur, vel ꝑter coniunctiones ſint. Quod aũt ait, vel inconiunctę, totũ complexus eſt, multiplex eſt.n.propoſitio vel ſi fuerit incõpoſita, quemadmodum eſt, Cato philoſophus eſt: vel ſi fuerit compoſita ex terminis præter coniunctione, quemadmodum dictũ eſt, vt Plato Athenienſis in Lyceo diſputat: vel ſi compoſita ſit ex propoſitionibus præter coniunctionem, quemadmodum eſt, hõ eſt, animal eſt: vel ſi compoſita ſit ex terminis coniunctione copulatis, vt Iupiter & Apollo dij ſunt: vel ſi compoſita ſit ex propoſitionibus per coniunctionẽ, quemadmodum eſt, & Apollo vates eſt, & Iupiter tonat. Cur ãt dixit plures ãt quę plura, & non vnum, hoc eſt quod ſunt quædã quę plura ſignificẽt in ſermonibus, vnum tñ in tota compoſitione demonſtrent, vt eſt animal rõnale mortale: hęc.n.omnia multa ſignificãt, aliud eſt.n.animal, aliud rõnale, aliud mortale, ſed totum ſimul vnum eſt, quod eſt hõ. Cũ autem dico Socrates Athenienſis philoſophus, & ſingula plura ſunt, & omnia ſimul plura nihilominus ſunt: hæc .n.accidentia ſunt, & nullam ſubſtantiam informant, atque hoc quidẽ dixit de orationibus quæ vel coniunctione vnæ eſſent, vel ſignificatione: & rurſus de multis quę vel pręter coniunctionem multę eſſent, vel ſignificatione multiplici. Quæ vero in ſimplicibus atq; compoſitis poſterius dixit, cũ ad id loci expoſitio venerit, explicabitur: nũc autem reuertamur ad ordinem. Igitur quoniam ſupra dixerat ſimplicẽ propoſitionem, quam κατηγορικὴν greci dicunt, nos ꝑdicatiuam interpretari poſſumus, ꝓ verbi ꝑdicatione cõſtitui, nõ ãt ꝓ nomine ſubiecto, quod aliquoties quidem vel infinitum, nomen, vel caſus nominis, vel verba ſubiecta ſunt. Cũ ergo dictionibus ſimplicibus conſtitui diceret ſimplicẽ orationem, & affirmationem negationemq; orationes eſſe conſtaret, manifeſtũ fecit affirmationem & negationem dictione conſtitui & formari, ita quidem vt affirmationem & negationem ſemper ſola verbi dictio prędicata, non autẽ ſemper dictio nominis ſubiecta perficeret. Cum igitur hęc ita propoſuiſſet, nunc quid ſit dictio, quæ prędicatiuas, id eſt ſimplices propoſitiones format, exponit dicens, Nomen ergo, & verbũ dictio ſit ſola, quod ideo ait, dictio ſit ſola, qđ ſunt q̃dam dictiones ſimul et affirmationes vel imperfectæ orationes quod iam ſupra dictum eſt. Cur autem nomen & verbum ſolę ſint dictiones monſtrat. Quoniã nõ eſt dicere ſic aliquid ſignificantem voce enunciare vel aliquo interrogante vel non ſed, ipſo proferente. Senſus hmõi eſt. Enũciatiua propoſitio his maxime duobus formatur, per propriam naturam atq; ſubſtantiã: & per eius vſum atq; tractatũ: & natura quidem ipſius eſt, vt in ea veritas inueniatur aut falſitas vſus ãt cũ aliquid aut interrogando proponitur & reſpondetur, vt vtrum anima immortalis eſt, aut certe cũ aliquis ꝑ ſuam ſn̄iam enunciat atq; profert, vt ſiqs dicat hoc ipſum ex propria voluntate aĩa immortalis eſt, vnde definitio quoq; enunciationis vnius quidem naturæ atq; ſubſtantię talis redditur. Enunciatio eſt oratio, in qua verũ falſumve eſt. Ex vſu vero eius atq; tractatu enunciatiua oratio eſt, q̃ interrogantes proponimus, vt verum vel falſum aliquid audiamus: ex noſtra vero prolatione, q̃ proponentes aliq̃d verum falſumve monſtramus: ergo cum oĩs enunciatiua oratio aut in interrogatione poſita ſit, aut in ſpontanea prolatione, & in vtriſq; enunciationis natura & ſubſtãtia illa verſetur, vt ſiue in interrogatione ſit poſita cum reſponſione cõiuncta verum habeat vel falſum, ſiue per ſe prolata vtrũlibet retineat, dictiones inqt, vel alio interrogante, vel quolibet proferente, & ſponte dicente, verũ falſumve non continent. Si.n.qs dicat interrogans, Socrates ne diſputat? alius reſpondeat, diſputat: hoc quod reſpõdit, diſputat, ſi cum iſta interrogatione iungatur, ꝑt habere intellectum verũ falſumve ſignificantis orationis: Sin vero per ſe intelligatur, diſputat, q̃q̃ alio interrogante reſponderit, ſine vero iñ falſoq; relinquitur. Similiter ẽt ſiquis dicat, Socrates; vel ambulat, nullo interrogante, ſed ipſe proferens, nec verũ aliq̃d nec falſum deſignat. ergo verba & nomina dictiones ſolum ſunt, qm̃ & ſimplices ſunt. Erãt .n. alię quędam dictiones in orationibus nominibus verbiſq; compoſitis, ſed nõdum ꝑfectę ſn̄ię, qm̃ neq; verum, neq; falſum vel alio interrogante, vel quolibet ſponte proferente ſignificant. Erunt.n. aliæ quędam dictiones, quę alio interrogante, & quolibet ſponte proferente verum falſumve retinerent. in his, ſ. quę erant affirmationes aut negationes. Quocirca ſenſus hmõi eſt. ordo aũt verborũ ſic ſe habet. nomen ergo & verbum dictio ſit ſola, qm̃ non poſſumus dicere ſignificantem aliquid ſic voce, i. verbo vel nomine enunciare. Non.n.poſſumus dicere. qm̃ quiſquis verbo vel noĩe ſignificat aliquid, ille enunciat, vel aliquo interrogante, vel non, ſed ipſo proferente, tanquam ſi ſic diceret, verba ipſa, & nomina dictiones ſolæ ſunt, qm̃ verbis & nominibus ſignificãtẽ hoĩem aliq̃d non poſſumus dicere, qm̃ enũciat quicquã ſiue cũ aliqs interroget, ſiue ipſe ſponte proferat ſimplicem dictionẽ. Enũciare autem eſt orationem dicere quę verum falſumve deſignat.

*Harum autem, hæc ſimplex quidem eſt enunciatio, vt aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo. hæc autem ex his coniuncta, velut oratio quędam iam compoſita.*

15 Quoniam ſuperius de vnis orationibus atque pluribus dixit, & vnam quidem poſuit, quę aut coniunctione vna eſſet ſecundum prolationem, aut ſignificatione ſecundum ꝓpriam naturam, plures vero quę aut coniunctione carerẽt, aut multa ſignificatione ſua complecterentur quoniamque aliud erat vna oratio, aliud ſimplex, aliud cõpoſita, aliud plures, poſt illa ad ſimplicem compoſitamq; reuertitur dicens, ſimplicem eſſe orationem enunciatiuam, quę duobus terminis continetur, quorum vnum ſubiectum eſt, alterum prędicatum. Quod vero ait, Harum autem, enunciatiuarum ſcilicet orationum dixit, quarum hæc quidem ſimplex eſt enunciatio, & quę ſimplex eſt enunciatio ipſe propoſuit dicens, vt aliquid de aliquo, ſubaudiendum eſt, prędicemus, vt ſit hic ſenſus. Harum autem enunciatiuarum orationum eſt ſimplex enunciatio, ſi aliquid vnum de vno aliquo prædicemus, vt ſi dicam Plato diſputat, de aliquo Platone aliquid, id eſt dr putat, prędicam. & hęc ſimplex eſt enunciatio. Idcirco quoniam duobus terminis partibuſque coniungit. Si qua vero plures habeat terminos, & eius partes duorum terminorum multitudinem egrediantur: illę compoſi-

tæ orationes dñr, & eſt enunciatio compoſita huiuſmodi ſi dies eſt, lux eſt. dies.n.eſt, & lux eſt: duæ ſunt ſimplices enũciationes, quę coniunctę unam compoſitam perfecerunt: atque hoc eſt quod ait: hęc autem, i. alia oratio ex his coniuncta, i. ex ſimplicibus enunciationibus uelut oratio quędam iam compoſita eſt: hęc.n. non ſimplex eſt oratio. Simplex.n. oratio ſolas dictiones duas habet in partibus compoſita vero & orationes, ſicut hæc quam ſupra poſui. Eſt ergo hic ordo quem ipſe confudit: prius.n. de affirmatione & negatione, quę prima eſſet, quę poſterior, expediuit. dehinc de vnis orationibus, & de pluribus dixit: poſtremo de ſimplicibus atq; cõpoſitis. Sed quoniam quędam in medio permiſcuit, ea paululum differentes, directam ſententiæ ſeriem continuauimus, longum Ariſtotelis hyperbaton partium coniunctione recidentes: neq;.n. ſimile uidetur quod ait. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio deinde negatio, aliæ vero cõiunctione vnæ, & rurſus cum dicit. Eſt una oratio enunciatiua quæ unum ſignificat, uel coniunctione vna. Plures aũt quę plura, & non vnum, vel inconiunctæ, vel cũ rurſus addit: harum autem hęc ſimplex quidem eſt enunciatio, ut aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo, hæc ãt ex his coniuncta velut oratio q̃dam iam compoſita. Sed illud quidem quod prius dixit: eſt ãt vna prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio, ad hoc retulit, vt priorem affirmationem eſſe monſtraret, poſteriorem vero negationem, ait.n. deinde negatio. vnde quod ait prima ad affirmationẽ ponendum eſt, quod vero ſecutum eſt paulopoſt. Eſt ãt una oratio enunciatiua quæ vnum ſignificat, vel coniunctione vna Plures autem, q̃ plura, & nõ unum, vel inconiunctę, ad hoc retulit, vt doceret quas vnas eẽ orationes putari oporteret, expediens aut q̃ vnum ſignificarent, aut quas coniunctio vnas faceret: Et quas plures, aut quæ multa in ſignificatione retinerent, aut quarum corpus nulla eſſet coniunctione compoſitum. Quod uero poſtremo addidit, Harum autẽ hęc quidem ſimplex eſt enũciatio. ut aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo, hęc autem ex his coniuncta, uelut oratio q̃dam iam compoſita. ad ſimplices orationes retulit atque compoſitas: Simplices dicens duobus ſolis terminis iũctas, compoſitas, q̃ ex ſimplicibus orationibus enunciatiuis coniungerentur, vt ſit totus ordo hoc modo. Eſt autem una prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio, & rurſus intermiſſis, q̃ ſequuntur, hoc ſubijciatur. Eſt autẽ vna oratio enunciatiua q̃ unum ſignificat, vel coniunctione una. Plures autem. q̃ plura, & non unum, vel inconiunctę: & poſt hoc intermiſſis quoq; ſequentibus, hoc ſequatur. Harum ãt hæc q̃dem eſt ſimplex enunciatio, vt aliquid de aliquo, vel aliqd ab aliquo, hæc ãt ex his coniuncta, velut oratio, q̃dam iam compoſita. tanquam ſi ſic diceret. Prima quidem inter enunciationes oratio, affirmatiua eſt: ſecunda vera negatio: affirmationum ãt & negationum, una oratio eſt, q̃ unum ſignificat, uel q̃ coniunctione una eſt. Multiplex ãt vel cuius partes coniunctione copulantur. q̃ multa ſignificat, vel q̃ coniunctione non iungitur. Harum quoq; ſimplex eſt, q̃ duobus terminis conſtat, ut aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo: alia uero compoſita, q̃ ex ſimplicibus affirmationibus iũgitur. Quod ãt dicit aliquid de aliquo, vel aliqd ab aliquo, tale eſt: aliquid.n. de aliquo affirmationẽ ſignificat, vt cũ dico Socrates diſputat, de aliquo, i. Socrate, aliqd, i. diſputat p̃dicaui, & ſit affirmatio. Si ãt dico Socrates non diſputat, a Socrate diſputationẽ ſeiunxi, & ab eo abſtuli, & hoc eſt negatio: Affirmatio.n. de alia re, aliã rem p̃dicat, eiq; coniungit. Negatio vero a qualibet re qualibet rem p̃dicando tollit. ergo hoc qđ ait, aliqd de quo affirmationem ſimplicẽ ſignificauit, quod dicit aliquid ab aliquo, ſimplicem negationẽ.

*Eſt autẽ ſimplex enũciatio vox ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid, vel non eſt, quemadmodum tempora diuiſa ſunt. Affirmatio vero, eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio, vero, eſt enunciatio alicuius ab aliquo.*

16 Poſtquam de multis atq; vnis, nec non ſimplicibus cõpoſitisq; enũciationibus expedit, enunciationẽ ſimplicem tractat, & eã definitione concludit dicẽs vocẽ eã eſſe ſignificãtẽ aliquid eſſe vel nõ eſſe. Qđ ergo ait vocẽ eam eſſe. ad genus retulit, q̃ ſignificatiuam ad ipſius differentiã vocis. Qđ de eo quod eſſet aut non eſſet aliquid, ad ſignificatarũ rerũ rurſus differẽtiã retulit: habet.n. ſecũ ipſam uocẽ qua p̃fertur, vt ſignificet quiddam. quid autẽ ſignificet, aut circa qđ deſignationem enunciatio teneat, ad differentiam ſignificatiuarum pertinet uocum: ita.n. dictum eſt, tanq̃ ſi diceretur. non omnia enunciatio ſignificat, ſed eſſe aliquid aut nõ eſſe. Eſt ergo enunciatio ſimplex uox ſignificatiua de eo qđ eſt eſſe aliquid, vel non eſſe, i. omnis enunciatio aut affirmatio, aut negatio eſt. eſſe.n. ponit affirmatio, nõ eſſe, negatio; ſed quanta definitionem breuitate conſtrinxit quidã nõ videntes in errorẽ ſtolidæ falſitatis abducti ſunt. contendunt igitur affirmationis & negationis non eſſe enunciationẽ genus. Nam ſi hęc inquiunt definitio eſt enunciationis, oĩs ãt generis definitio proprijs ſpeciebus accommodari poteſt (omne.n. genus uniuoce de ſpeciebus proprijs prædicatur) dubium nõ eſt, quin hęc quoq; definitio enũciationis, ſi enũciatio genus eſt, affirmationi negationiq; cõueniat ſi tamẽ eius ſpecies hæc ſunt. ſed quis vnq̃ dixerit affirmationi conuenire h[illegible] definitionem quæ eſt vox ſignificatiua de eo qđ eſt, aliquid eſſe, vel non eſſe? Neq;.n. fieri poteſt, vt affirmatio vox ſignificatiua ſit, de eo quod eſt eſſe, vel nõ eſſe, ſed tm̃ de eo quod eſt eſſe. negatio rurſus non de eo quod eſt eſſe. & de eo quod eſt non eſſe, ſed tantum de non eſſe, nunquam etiam de eſſe, Interimit.n. ſemper negatio, iungit atque conſtituit affirmatio. Quare ſi hęc definitio enunciatio[illegible] ad affirmationem negationemq; non põt prædicari affirmatio & negatio enunciationis ſpecies non ſunt, Qui mihi nimium uidetur errare quaſi vero quicquam vetet vtraſque affirmationem & negationem ſimul eadem definitione concludere. Poſſum.n. dicere affirmatio & negatio eſt vox ſignificatiua de eo q̃ eſt eſſe aliquid, vel non eſſe, vt vox ſignificatiua vtriſq; communis ſit: de eo quod eſt eſſe aliqd, affirmationis ſolius, de eo q̃ eſt non eſſe, ſolius ſit negationis. Sed nihil potuit fieri breuius, niſi vt in eadem definitione, & enunciationis naturam conſtitueret, & ipſius facere diuiſionem: tanquam enim ſi ita dixiſſet enunciatio eſt uox ſignificatiua, in qua verum falſumque deſignatur. huius autem vna ſpecies affirmatiua eſt, alia negatiua, ita ait. Enunciatio eſt vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid, vel non eſt. Nam quod dixit de eo quod eſt aliquid vel non eſt: tale eſt, ac ſi diceret quę verum falſumque demonſtrat. Omne enim quod eſſe ponit aliquid, vt ſi dicam, dies eſt, vel non eſſe, vt ſi dicam, dies non eſt: verum falſumve demonſtrat. Si ergo aliquid ponatur eſſe vel non eſſe, in eo veritas, & falſitas inuenitur. Eſt igitur in hoc quod ait vocem ſignificatiuam eſſe de eo quod eſt aliquid, vel non eſt; tanquam ſi diceret. Eſt enunciatio vox ſignificatiua verum falſumque ſignificans. Significatio namque de eo quod eſt eſſe aliquid, vel non eſſe, veri falſique demonſtratio eſt, ſed in eadem definitione ſpecies admirabili breuitate partitus eſt: tanquam enim ſi diceret, vox ſignificatiua eſt enũciatio, in qua verum falſumque demonſtratur. Sed vna eius pars affirmatiua eſt, alia negatiua, ita ait, de eo quod eſt aliquid vel non eſt. Significatio enim de eo quod eſt aliquid affirmatio eſt, de eo vero quod non eſt, negatio. ita id quod ait, deſignatiuam eſſe vocem enunciationem de eo quod eſt aliquid, aut non eſt, vtrunque vna colligit intelligentia: hoc enim quod dixit de eo quod eſt aliquid, aut non eſt, vtrunque ſignificat, & veri falſi demonſtrationem, & affirmationis negationiſque diuiſionem. Sed Alexander a propria ſententia non deſiſtit, nec alio quam cęteri tenetur errore. ait.n. hic quoq; apparere non eſſe genus affirmationis & negationis enunciationem, quoniam ita in definitione enunciationis affirmatione & negatione, vt partibus vſus eſt. Omne aut compoſitum atque omne æquiuocum vel ſuis partibus, vel ſuis ſignificatis definiri poteſt, vt ſi quis ternariũ numerum

rum definire volẽs dicat, ternarius numerus eſt, qui ex vno duobuſq; coniunctus eſt; vel ſiquis hominẽ definire uolens dicat, hõ eſt, aut animal rationale mortale: aut hmõi colori bus, uel metallo facta ſimulatio, ita nomen ęquiuocum ex his quæ ipſm nomen ęquiuocũ deſignabat, oſtenſum eſt. hic ergo eodem mõ, Enunciatio inquit eſt vox ſignificatiua de eo ꝙ eſt aliquid, vel non eſt, tanq̃ ſi diceret. Enunciatio eſt vox, aut affirmatiua, aut negatiua, in eundem. ſ. errorem labens, nec uidens quemadmodum una definitione, & diuiſionem fecerit, & naturã enunciationis oſtenderit. ſed hanc expoſitionem (quod adhuc ſciam) neq; Porphyrius, neq; ullus alius commentatorum vidit. Aſpaſius ẽt conſentit Alex. dicit. n. Alex. eodem modo hic definiſſe Ariſt. enunciationẽ, ſicut alibi quoq; .i. in reſolutorijs: illic .n. ita propoſitionẽ, quę eſt enunciatio, definitione concluſit dicens, Propoſitio ergo eſt oratio affirmatiua, vł negatiua alicuius de aliquo, vel alicuius ab aliquo. Idẽ quoq; Aſpaſ. ſequit̃. Porphyrius ãt ſic dicit. admirabilem eſſe ſubtilitatẽ definitionis, ex ſua .n. vi affirmationis & negationis, enunciatio definita eſt: ex terminis uero, ipſa affirmatio atq; negatio. Affirmatio nanque in duobus terminis conſtans, aliquid alicui ineſſe ſignificat tota autem uis ipſius eſt, aliquid annuere, negatio quoque aliquid alicui non ineſſe ſignificat, ſed tota vis ipſius eſt, aliquid abnuere atq; diſiungere. Vel rurſus affirmatio aliquid alicui ineſſe deſignat, ſed uis ipſius tota ponere aliquid eſt. cum. n. aliquid alicui ineſſe demonſtrat, ponit aliquid: rurſus, negatio quidem, aliquid alicui nõ ineſſe declarat, ſed tota vis eius auferre eſt. Ergo nunc inquit enunciationem ex tota vi affirmationis negationiſq; definit dicẽs. Enunciatio eſt uox ſignificatiua de eo ꝙ aliquid eſt, vel non eſt. Hoc ãt ad negationis pertinet affirmationiſq; vim, tanq̃ ſi diceret, enũciatio eſt uox ſignificatiua, quæ ponit aliqd, aut tollit, quæ proprię virtutes ſunt affirmationis & negationis. Si. n. ita dixiſſet, enunciatio eſt de eo quod eſt aliquid alicui, vel non eſt, tunc ex terminis affirmationis, vel negationis enunciationem definiſſe videretur. cum autem dicit de eo quod eſt aliquid vel non eſt: de tota vtrorumq; vi determinat in hac .n. affirmatione quæ dicit, dies eſt, aliquid alicui ſ̃m terminos adeſſe monſtrauit, eſt. n. dici applicuit, ſed tota hmõi propoſitionis vis eſt, aliquid eſſe declarare. Rurſus cum dico, dies non eſt, aliquid alicui non eſſe pronuncio: ſed tota vis huius eſt, non eſſe dicere, quare manifeſtum eſt ſecundũ Porphyrium ex tota vi affirmationis & negationis enunciationem eſſe deſcriptam ex ſuis vero terminis ipſam affirmationem & negationem: ait. n: affirmatio vero eſt enunciatio alicuius de aliquo, in affirmationis definitione genus ſumens. enunciatio. n. (vt dictum eſt) genus eſt affirmationis & negationis, qđ ipſe Ariſt. clarius demõſtrat, qui in vtrorumque definitionę, enunciationis nomen aſcripſit dicens, affirmatio vero eſt enunciatio; hoc. n. retulit ad genus. quod vero addidit alicuius de aliquo reduxit ad terminos: in ſimplici .n. affirmatione aliquid de aliquo enunciando prædicatur, vt in eo quod eſt, dies eſt, eſſe diẽ. Negatio quoq; ita definita eſt, negatio eſt enunciatio alicuius ab aliquo, quantum ad enunciationem rurſus a genere, quantum ad ſequentia verba alicuius ab aliquo, rurſus ad terminos. In hac. n. negatione quæ eſt, dies non eſt, eſſe a die enunciando tollimus, ſed vt non ſolum præſentis tpis enunciationem definiſſe videretur, addidit enunciationis definitionem, de aliis quoq; temporib. intelligi, ait. n. enunciatio eſt, uox ſignificatiua de eo qđ eſt aliquid vel nõ eſt, adiecit quemadmodum tpa diuiſa ſunt diuiſa. n. ſunt tpa in tribus: oẽ. n. tempus, aut futurum eſt, aut præſens, aut pręteritum, aut ex his mixtum. Enunciatio eſt ergo uox ſignificatiua, ſignificans aut eſſe aliquid, aut non eſſe. Sed quoniam hoc tempus præſens deſignat, non ſolum de pręſenti inquit loquimur, ſed etiam de his temporibus quæ diuiduntur, ut hoc eſſe, & non eſſe, & in futurum ueniat & in pręteritum, ut aliquoties ſic eſſe, & non eſſe ſignificet, ideſt ſic ponat atque ſic auferat enunciatio, ut & præſens tẽpus ponat, & auferat, ut eſt, Socrates eſt, Socrates non eſt, & pręteritũ ponat, & auferat, ut Socr. fuit, Socr. ñ fuit eodẽ quoq; mõ futurum, Socr. erit, Socr. nõ erit. ergo in his oĩb. tẽporib. ſ̃m eſſe aliquid vel non eſſe aliquid, i. ſ̃m ponere, & auferre tota enunciationis uis eſt. Hoc ergo eſt qđ ait, de eo qđ eſt aliquid, vel nõ eſt quẽadmodũ tpa diuiſa ſunt, tanq̃ ſi diceret. de eo qđ eſt aliquid. uel non eſt, uox enũciatiua ſignificat, vel in p̃ſens, vel in p̃teritum vel in futurũ, quẽadmodũ ipſa tẽpora diuiduntur. Cur ãt talis ordo definicionis, fuerit paucis abſoluam. Prius. n. de nomine, poſt de uerbo, hinc de oratione, rurſus de enũciatione, dehinc de affirmatione poſtremo, de negatione diſſeruit. Omne compoſitum ſuis partib. poſterior eſt, omne genus ſuis partibus prius. ergo in compoſitis partes toto priores ſunt: in generibus, & ſpeciebus, partes toto poſteriores. Rurſus in compoſitis totum partib. poſterius: in ſpeciebus, & generib. totũ partib. prius eſt. ergo qm̃ verba & nomina, neq; affirmationis, neq; negationis, neque enunciationis, neq; orationis ſpecies erãt, ſed quędam horum omnium partes quib. hęc omnia iungerentur, oratio ãt genus enunciationis, enunciatio affirmationis & negationis, affirmatio prior negatione, ſ. ſecundum prolationem, ſicut ipſe teſtatus eſt. Ergo quinam hęc omnia; & oratio, & enunciatio, & affirmatio, & negatio uerbis & nominib. coniunguntur, his omnib. nomina, & uerba priora ſunt. Nomine ãt res, aut per ſe ſubſiſtens, aut tãquam per ſe ſubſiſtens. ſignificatur, uerbo aũt accidens deſignatur, & velut alii accidens, quod ex ſupradictis planum eſt. quod ãt per ſe conſiſtit prius eſt: ergo id quod nomen ſignificat, prius eſt q̃ id quod uerbum. quare uerbo prius eſt nomẽ, ergo qm̃ nomen, & uerbum oratione, enunciatione, affirmatione, & negatione priora ſunt, Partes .n. priores ſunt his quæ componuntur, iure hæc ante omnia definita ſunt. Qm̃, uero nomen prius eſt uerbo, prius nomen, poſtea uero definitum eſt uerbũ. Sed qm̃ omne genus ſpecieb. ſuis prius eſt poſt hæc. i. nomen, & uerbum orationem definitione deſcripſit, quę & proximum enunciationis genus eſſet; & ſuperius affirmationis & negationis, poſt orationem vero enunciationem, quę cum ſit ſpecies orationis, affirmationis tamen negationis eſſet genus, poſt enunciationem vero affirmationem, quæ quanquam negationi æquęua ſpẽs eſſet ſ̃m genus proprium, i. enunciationẽ, in prolatione tñ prior eſt, ut ipſe ſupra iam docuit, dicens. Eſt ãt una prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio. Sed qm̃ a nobis ſuperius dictum eſt has enim quiq; res definire velle, quid ſit dictio, quid enunciatio, quid affirmatio, quid negatio, quid contradictio, Dictionẽ qđ ſit oſtẽdit per id quod ait. Nomẽ ergo & verbum dictio ſit ſola. Enunciationem vero per id quod ait. Eſt aũt ſimplex enũciatio uox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid uel non eſt, quemadmodum tempora diuiſa ſunt. Affirmationem uero per id quod ait. Eſt ãt affirmatio enũciatio alicuius de aliquo. Negationem quoque definiuit dicens. Negatio uero alicuius enunciatio ab aliquo. Reſtat ergo de contradictione diſſerere. Quid ſit ergo contradictio ipſe proſequitur dicens.

## DE OPPOSITIONE ENVNCIATIONVM.

*QVoniam autem eſt enunciare, & quod eſt, non eſſe: & quod non eſt eſſe: & quod eſt, eſſe: & quod non eſt, non eſſe: & circa ea, quæ ſunt extra præſens, tempora ſimiliter, omnes contingit quod quis affirmauerit, negare: & quod negauerit affirmare. Quare manifeſtum eſt, quoniam omni affirmationi, negatio eſt oppoſita, & omni negationi, affirmatio. & ſit hoc contradictio, affirmatio & negatio oppoſitæ.*

17. Expeditis omnibus quæ ſeſe explicaturum eſſe promiſerat nunc ad reliquam, ſcilicet contradictionẽ ordine uenit. eamque ab affirmationibus negationibuſque reperit dicens omnibus affirmationibus poſſe proprias negationes opponi,

opponi,& omnib.negationibus proprias quoque rurſus ex aduerſo affirmationes poſſe conſtitui.Hoc autē hunc ſumit qm̄ nouimus alias res eſſe, alias non eſſe,& qm̄ noſipſi dicere poſſumus,& ſentire alias res eſſe,alias ñ eſſe.Ex his quatuor enunciationib.fiunt geminæ contradictiones.ſiqs.n.id qđ eſt,dicat nō eſſe,ut ſi uiuente Socr. dicat Socr.nō uiuit, qđ eſt negat,& erit negatio falſa.Rurſus ſiqs id qđ ñ eſt eē confirmet,ut ſi non viuente Socr.dicat.Socr.uiuit. hęc rurſus affirmatio falſa eſt.ſiquis ēt id qđ eſt, eſſe enunciatione conſtituat,ut ſi uiuente Socr. dicat,uiuit Socr.uera erit affirmatio.Sin uero quod nō eſt eſſe negauerit,eſt negō uera,vt ſiquis non uiuēte Socr. dicat,Socr.non uiuit.Ex his igitur,i. ex affirmatione uera, & negatione falſa, & rurſus ex negatione vera,& affirmatione falſa,quatuor quidē ſunt enūciationes.ſed in duabus,affirmatio:in duabus,negatio continetur. Contradictiones uero duę.hoc eſt .n. quod ait.Quoniā aūt eſt enunciare,& quod eſt,non eſſe,falſam enunciationē negationis oſtendit,quodque addidit,& quod non eſt,eſſe, falſam affirmationem in enunciatione propoſuit.illud quoque quod dixit,& quod eſt eſſe:ennnciationem veram deſignat,quia id quod eſt,eſſe,vera arffirmatione profertur.amplius quod ait , & quod non eſt, non eſſe : vero negationis ſpēm dedit. Quare & ſi qđ eſt,uere pōt dici eſſe, & id qđ eſt,falſo pōt prędicari non eſſe. & id qđ non eſt , uere poteſt enunciari non eſſe.& id quod nō eſt , falſo eſſe poterit affirmari,manifeſtum eſt omnem affirmationē habere aliquā cōtradictionem negationis oppoſitam & omnē rurſus negationem affirmationis oppoſitione facere contradictionem,Etenim ſi omne quod quis affirmat,negari poterit , & quod quis negat,affirmari,quis dubitauerit,nec affirmationem poſſe conſtitui,cui negatio non contradicat,nec negationem cuius nulla affirmatio valeat inueniri;Omnis igitur affirmatio negationem , & negatio habet oppoſitam affirmationē.eſt igit cōtradictio affirmatio & negatio oppoſitæ quid āt ſit oppoſitio poſterius dicendum eſt,aut quid ſit cōtradictio poſt diligentiſſima rōne monſtrabo: Quod āt ait, & circa ea quę ſunt extra præſens tempora:tale eſt tāquam ſi diceret . Sicut affirmatio & negatio in prędenti tempore fieri poteſt, ita ēt vel in prætetito,uel ĩ futuro.nam ſicut pt id quod eſt eſſe conſtitui,ita pōt id quod fuit,fuiſſe proponi,& id quod futurum eſt,in ſpecie futuri temporis affirmari,ut cum dicimus Socrates fuit , Sol æſtate in cancro futurus eſt.Eodem modo ergo & de futuro & de pręterito affirmatio & negatio conſtituuntur quemadmodum de præſenti, futurū āt, & pteritum extrinſecus eſt , & præter pręſens tpſ.Illud.n.ueniet, illud receſſit . Recte igitur & circa ea q̃ ſunt extra pręſens tempora,hmōi poſſe affirmationes negationeſq; dixit euenire,circa.n.pręteritum & futurum, quod eſt extrinſecus a pręſenti tempore,ſimiliter omne cōtingit (ut ipſe ait)quod quis affirmauerit,negare,& quod quis negauerit,affirmare.unde fit ut in omnib.temporib. illud conſtet,omni affirmationi poſſe opponi negationem, omnique negationi oppoſitam affirmationem poſſe conſtitui . Nunc aūt qualis debeat ſumi oppoſitio,in affirmatione & negatione demonſtrat.hoc.n.eſt contradictio affirmatio & negatio oppoſitę.Quo ſi hę oppoſitæ conſtituunt contradictionem qualis in his debeat eſſe oppoſitio quæ contradictionem conſtituit,recte proſequitur.

*Dico autem opponi eiuſdem de eodem,non autem æquiuoce,& quæcunq.cætera talium determinauimus contra ſophiſticas importunitates.*

18 . Cum duobus terminis ſimplex propoſitio conſtet , & vnus ſubiectus ſit,& alius prędicetur , ſubiectus autem ſit qui primus dicitur,prędicatus vero qui poſterius :dicit illa oppoſitione affirmationis & negationis integram cōſtituere contradictionem , quæ idem ſubiectum habeant , idem etiam prædicatum, ut neq; ſubiectum,neq; prędicatum plura ſignificet.alioqui non erit contradictio,nec aliqua oppoſitio,ut cum dico Socrates albus eſt,& alius dicit Aethiops alb.non eſt,hæc affirmatio atq; negatio non ſunt oppoſitæ. Idcirco quia eſt aliud ſubiectum,& idem prędicatum. in affirmatione.n.Soc.ſubiectus fuit,in negatione Aethiops.Rurſus cum dico Socr.alb.eſt,& alius dicit,Socra. philoſophus non eſt,nec hęc rurſus negatio contra affirmationem retinet oppoſitionē,ideo quia aliud prædicatum in vtriſq; proponitur.in affirmatione.n.album prædicatur ad Socratem ĩ negatione philoſophus. Quod ſi vtraq; ſunt diuerſa,multo magis nulla ſit oppoſitio,vt cum dico Soc.philoſophus eſt. ſi reſpondeat alius,Plato Romanus nō eſt.hic neque idem ſubiectum eſt,neque idem prędicatum . & plus iſtę diuerſę ſunt,& nulla contra ſe oppoſitione compoſitæ, atq; iō pñt vtræq; ſimul eſſe veræ,& ſi ita contingit vtræq; ſiſ eſſe falſæ,necnō ēt vna uera,altera falſa.Quę.n.ſe non perimunt, nihil eas impedit,aut vtraſq; falſas,aut vtraſque veras , aut vnam veram , falſam alteram reperiri , quare quorum vel aliud ſubiectum eſt,vel aliud prædicatum,illa oppoſita eſſe non dicimus.vnde fit vt nec illa quoq; quæ plura ſignificant,ſi ſubiecta,aut prædicata ſint,contradictoriā, negationem valeāt cuſtodire:ſiquis.n.nomen æquiuocum ſubiiciat, & aliud prędicet,vt ſiquis contra hmōi affirmationem,conſtituat negationem,non faciet oppoſitionem,vt cum dico, Cato ſe vticæ occidit.Nomen hoc quod dicitur Cato æquiuocum eſt.poteſt.n.& orator intelligi,& hic qui exercitum duxit in Africam.Siquis igitur dicat, Cato ſe vticæ occidit. pt fortaſſe intelligi de Catonę Martię.ſiquis reſpōdeat Cato ſe vticę non occidit.pt de Catone Cenſorio conſtituiſſe negationē . Sed qm̄ diuerſus eſt Cato Cenſorius a Catone Martię,& nomen ipſum Catonis diuerſa ſignificat, diuerſę erunt a ſe affirmatio & negatio . & id non omnino perimit negatio,qđ cōſtituit affirmatio.Affirmatio.n.conſtituit Martię Catonē ſe vticę peremiſſe . Negatio vero dicit Catonē ſi ita contingit,oratorem non ſe vticę peremiſſe, quare nō conſtituunt verum inter ſe falſumq; idcirco ꝗ a ſe diuerſę ſunt.nam vtrumque verum eſt,& ꝗ ſe Cato vticę occidit,ſ. Martiæ,& qđ ſe Cato vticę non occidit,ſ.orator. atque hic ęquiuocum ſubiectum fecit,vt hæc affirmatio & negatio oppoſitionem nullo mō conſtituerent.Quod ſi prędicatū fuerit æquiuocum,eodem modo contradictio non fit. Dicat.n. quſq̃. Cato fortis eſt, & de Catone prædicet fortitudinem mentis,aliuſq; reſpondeat.Cato fortis non eſt.ad imbecillitatem corporis ſpectans,ita igitur ęquiuocatio fortitudinis ambiguitatem fecit,quę oppoſitionem nulla ratione cōponeret.Et ſi vterq; terminus ſubiectus & prędicatus ęquiuoci fuerint multo magis diuerſę a ſe erunt propoſitiones & non oppoſitę,nec inter ſe verum falſumque diuidentes, ſed vtraſq; veras,interdum vtraſq; falſas eſſe cōtingit.Quare vnum oportet eſſe ſubiectum, vnumque prędicatum , ut id quod affirmatio prædicauit,& iunxit,idem negatio diuidat,& abiungat,& id quod de ſubiecto affirmatio prędicauit,de eodem negatio neget,Nā ſi ſit vterq; ęquiuocus terminus,aut quilibet vnus eorum , fieri poteſt vt aliud tollat negatio quam affirmatio poſuit . itaque nulla ſit oppoſitio quare non ita faciendum eſt,ſed idem ſubiectum , & prędicatum in affirmatione eſſe debet idem in negatione,atque hoc eſt quod ait . Dico autem opponi eiuſdem de eodem, non autem æquiuoce.Quod enim ait eiuſdem, ad prędicatum retulit,quod de eodem ad ſubiectum , & ſubaudiendū eſt.dico autem opponi negationem eiuſdem prædicati , de eodem ſubiecto,ſed nō ſint ęquiuoca,neq; ſubiectum,neq; pdicatum,& multo magis utraq;,ſed vnum aliquid ſignificent. quod per hoc dixit , quod ait . non autem æquiuoce . Nec ſola ſi non ſit æquiuocatio,rō ſumma eſt ad conſtituendam oppoſitionem.Multa.n.ſunt quę in ſophiſticis elenchis contra eos,qui argumentis fallacib. vero rationis uiam conatur euertere, determinauit quemadmodum faciendę eſſent propoſitiones , & quemadmodum inueniendа eſſet argumentorum fallacia,quod hic ait . Et quæcunque cętera taliū determinauimus contra ſophiſticas importunitates tanquam ſi diceret.dico quidem opponi affirmationem negationi eiuſdem prędicati de eodem ſubiecto,hocque nōn

æquiuoce

æquiuoce,& quęcunq; alia ſunt, quę in ſophiſticis elenchis determinata ſunt contra argumentorum importunitates, & hic quidem quoniam aliud negotium erat, commodiſſime breuiterq; perſtrinxit. nos autẽ quid in ſophiſticis elenchis determinauerit ad conſtituendam oppoſitionis contradictionem, quantum breuitas partitur, non grauamur apponere. Non.n. ſolum ſi ęquiuocatio in propoſitionib. collocetur, nulla fit cõtradictio, uero ẽt ſi uniuocatio in negatione ponitur, illa oppoſitio contradictionem penitus non habebit: eſt.n. oppoſitio habens contradictionem, in qua affirmatio ſi uera eſt, negatio falſa ſit; ſi negatio uera eſt, fallax affirmatio uideatur. Poſitis ergo ſm uniuocationẽ terminis, utraſque ſimul & affirmationem & negationem ueras eſſe contingit, ut ſiquis dicat, homo ambulat, homo nõ ambulat, affirmatio de quodam homine uera eſt, negatio de ſpeciali uera eſt, ſed ſpecialis homo & particularis uniuoca ſunt: quocirca ſumptis uniuoca cõtradictio non fit. At uero nec ſi ad aliam & alia partem affirmatio negatioque ponatur, fit in ipſis ulla ueri falſiq; diuiſio, ſed utraſq; ueras eſſe contingit, ut cum dico oculus albus eſt, oculus albus non eſt. In alia.n. parte albus eſt, in alia albus non eſt, atq; ita & negatio uera eſt, & affirmatio. Nec ſi ad aliud atq; aliud referens dicat, nulla inde cõtradictio procreatur, ut cum dico decem dupli ſunt. decem dupli nõ ſunt: nam ſi ad quinariũ referam, uera eſt affirmatio ſi ad ſenariũ uera negatio. Nec ſi diuerſum tps in affirmatione ac negatione ſumatur, ut cũ dico, Socrates ſedet Socrates nõ ſedet. alio.n. tpe ſumptũ; ſedere ueram facit affirmationem, alio tempore non ſedere ueram facit negationem. Amplius quoq; ſi diuerſo modo quis dicat in negatione quod iam in affirmatione ꝑpoſuit, uim contradictionis intercipit. Siquis enĩ dicat affirmationem poteſtate, negationem uero actu, poſſunt affirmatio & negatio uno tempore congruente ueritate conſtitui, ut ſiquis dicat catulus uidet, catulus non uidet, poteſtate.n. uidet, actu uero nõ uidet. Quocirca oportet fieri ſi faciẽda eſt contradictio eiuſdẽ (ut ipſe ait) prædicari de eodẽ ſubiecto, non æquiuoce, ſed uniuoce, ad eandem partẽ, & ad idem relatum, ad idemq; tempus, & eodem modo conſtitui. Quæ omnia in ſophiſticis elenchis diligentiſſime proſecutus eſt. nunc pauca cõmemorans diſtulit in illis libris integram diſputationem. Eſt autem enunciatio de eo qđ eſt, aliquid eſſe, vel non eſſe: Affirmatio quidem de eo quod eſt eſſe, ut Plato philoſophus eſt: Negatio vero de eo quod eſt non eſſe, ut Plato philoſophus non eſt. Hęc utraq; enunciatio, Plato philoſophus eſt. Plato philoſophus non eſt, ſeſe perimentia & in contrarium quaſi quodam locata litigio faciunt contradictionem. Contradictio uero eſt oppoſitio affirmationis & negationis, in qua neq; ambas falſas, neque ambas ueras eſſe contingit, ſed unam ſemper ueram, alteram uero falſam. ſi qua autem ſunt huiuſmodi, in quibus uerum falſumque affirmatio negatioq; non diuidat, in illis aliquid diuerſum, & non ad oppoſitionem integrum reperitur. Dicit autem Porphyrius argumentum eſſe ad id quod dicimus affirmationem negationi ita oportere opponi, ut una uera oppoſita in alteram mox falſitas ueniat, communem inter nos conſuetudinem colloquendi. Quando.n. quis aliquid eſſe dixerit, & idem alius negauerit: unum ipſorum uerum dicere, mentiri alium ſuſpicamur. Amplius quoque. Si aliquid aut eſt, aut non eſt, mediumq; inter eſſe & non eſſe nihil poterit inueniri affirmatio autem ponit aliquid eſſe, idemq; aufert negatio, & eſt contradictio affirmatio, & negatio oppoſitæ; talis oppoſitio integram facit contradictionem, in qua affirmatio & negatio utræque uerę ſimul eſſe non poſſunt. Affirmationis autem negationiſque natura ad qualitatem quãdam refertur. Qualitas enim quędam eſt affirmatio atq; negatio, pręter hanc uero qualitatem, eſt ẽt quantitas propoſitionum. de qua poſterius paulo dicendum eſt. Sed uolens Ariſtoteles quid eſſet contradictio nos docere prius ubi eſſet oſtendit. in oppoſitione .n. contradictionem omnem neceſſe eſt eſſe. Quare, quoniam contradictio in oppoſitione eſt: qualis autem oppoſitio hanc conditionẽ faciat, adhuc ignota eſt. eſtq; hæc oppoſitio aut in qualitate propoſitionum, aut in quantitate, aut in vtroque, & de qualitate propoſitionum, quæ in affirmatione & negatione cõſiſtit, dictum eſt: nunc de quantitate dicetur, ut ea quoq; cognita perſpiciatur, an in qualitate, an in quantitate, an in utroque propoſitionum contradictio fit.

*Quoniam autem ſunt hæc quidem rerũ uniuerſalia, illa uero ſingularia. Dico autem uniuerſale quod de plurib. natum eſt prædicari, ſingulare uero, quod non, ut hõ quidem uniuerſale eſt, Plato uero eorũ quæ ſingularia ſunt. Neceſſe eſt autem enunciare, quoniam ineſt aliquid aut nõ, aliquoties quidem eorum alicui quæ uniuerſalia ſunt, aliquoties autem alicui eorum quæ ſunt ſingularia.*

19. Omnis propoſitio ſignificationis ſuę proprietatem ex ſubiectis intellectib. capit. Sed quoniam ineſſe eſt intellectus rerum eſſe ſimilitudines, uis propoſitionum per intellectus ad res quoq; continuatur. Atq; ideo cum aliquid uel affirmare cupimus uel negare, hoc ad intellectus & conceptionis animi qualitatem refertur. Quod.n. imaginatione intellectuq; concipimus, in affirmatione aut in negatione ponentes, affirmamus ſcilicet uel negamus, & principaliter quidem ab intelligentia propoſitiones uim capiũt, & proprietatem. ſecundo uero loco ex reb. ſumunt: ex quibus ipſos intellectus cõſtare neceſſe eſt, unde fit ut & quantitate propoſitio & qualitate participet. Qualitate quidem in ipſa affirmationis & negationis prolatione, quam ex proprio quis iudicio emittit ac profert. Quantitate uero ex ſubiectis rebus quas capiunt intellectus. uidemus nanq; alias eſſe in rebus huiuſmodi qualitates, quę in aliam conuenire nõ pñt, niſi in unam quamcunq; particularem ſingularemq; ſubſtãtiam alia eſt.n. qualitas ſingularis, ut Platonis, uel Socratis, alia eſt quæ cõicata cum plurib. totam ſe ſingulis & omnibus ꝓbet, ut eſt ipſa humanitas. Eſt.n. quędam hmõi qualitas, quę & in ſingulis tota ſit, & ĩ oĩb. tota. Quotieſcunq;.n. aliqđ tale aĩo ſpeculamur, nõ ĩ q̃libet unã pſonam, per nomẽ hoc mẽtis cogitatione deducimur, ſed in oẽs eos quicunq; humanitatis definitione participãt unde fit, ut hæc quidẽ ſit cõmunis oĩb. illa uero prior, in cõmunicabilis, quidẽ cũctis, uni tamẽ propria. Nam ſi nomen fingere liceret, illam ſingularem quãdam qualitatem, & incommunicabilem alicui alii ſubſiſtentię ſuo ficto nomine nuncuparem, ut clarior fieret forma propoſiti. Age.n. incommunicabilis Platonis illa proprietas, Platonitas appelletur: eo .n. modo qualitatem hãc Platonitatem ficto uocabulo nuncupare poſſumus. quo modo hominis qualitatem dicimus humanitatem. Hæc ergo Platonitas ſolius unius eſt hominis, & hoc non cuiuslibet, ſed ſolius Platonis: humanitas vero & Platonis & cęterorum, quicunq; hoc uocabulo continenſ. unde fit: ut quoniam Platonitas in unum conuenit Platonem, audientis animus Platonis uocabulum, ad unam perſonam unamq; particularem ſubſtantiam referat. Cum autem audit hominem, ad plures quoque referat intellectum quoſcunque humanitatem continere nouit, atque ideo quoniam humanitas & omnibus hominibus communis eſt, & in ſingulis hominib. tota eſt, æqualiter cuncti homines retinẽt humanitatẽ ſicut unus homo. Si enim id ita nõ eſſet, nõnũquã ſpecialis hominis definitio, particularis hominis ſubſtãtię conueniret. Quoniam igitur hęc ita ſunt, idcirco homo quidẽ dicit uniuerſale quiddã, ipſa uero Platonitas & Plato particulare. His igitur ita poſitis quoniam uniuerſalis illa qualitas & in omnibus poteſt & in ſingulis pręcicari, cum dicimus homo ambiguum eſt, & dubitari poteſt, utrum de ſpeciali dictum ſit, an de aliquo particulari, idcirco qđ nomen hominis, & de omnibus dici poteſt, & de ſingulis quibuſque qui ſub humanitatis ſpecie cõtinentur. Quare indefinitum eſt, utrum de omnibus dictum ſit id quod diximus homo, an de vnaquaque indiuidua hominis & particulari ſubſtantia. Hãc igitur qualitatem humanitatis ſi ambiguitate intellectus ſeparare nitamur, determinanda eſt, & aut in pluralitatem diſtẽdẽda, aut in unitatem numeri colligẽda. nam cum dicimus

homo indefinitum eſt, utrum omnes dicamus, an unum. Sin vero additum fuerit omnis, ut ſit prędicatio, omnis homo, vel quidam, tunc fit diſtributio & determinatio uniuerſalitatis, & nomen quod uniuerſale eſt, ideſt hō, uniuerſaliter proferimus dicentes. omnis hō, aut particulariter dicentes, quidam hō. omnis.n. nomen uniuerſalitatis ſignificatiuum eſt. Quocirca ſi omnis qđ uniuerſale ſignificat. ad hominē, qđ idem ipſum uniuerſale eſt, adiungatur, res uniuerſalis quę eſt homo vniuerſalter prędicatur, ſm id quod definitio ei adijcitur q̄titatis. Sin vero dictum fuerit quidam hō, tunc uniuerſale quod eſt hō addita particularitate, p id qđ ei adiectum eſt, quidam, particulariter profertur, & dicitur res uniuerſalis prolata particulariter. Sed qm̄ particularis eſt prædicatio, quidam homo, particularis rurſus prædicatio Platonis. de vno.n. dicit q̄dā hō, & de uno dicitur Plato: nō eodem modo vtraque particulares eſſe dn̄r. Plato .n. unam ac definitam ſubſtantiam proprietatemq; demonſtrat. quæ conuenire in aliū non pt. quidam homo vero, quod dicitur, particulariter quidem ipſum nomen uniuerſale determinat, ſed ſi deeſſet quidam id quod dicimus hō, vniuerſale eſſet, hac per hac ambiguum permaneret, qđ vero dicimus Plato nunquā eſſe poterit vniuerſale. Nam etſi quando nomen hoc Plato, plurib. imponatur, non tamen hoc nomen, idcirco erit vniuerſale. Namque humanitas ex ſingulorum hominum collecta naturis in unam quodammodo redigitur intelligentiam atq; naturam. nomen uero hoc qđ dicimus Plato, multis ſm vocabulum fortaſſe cōe eſſe uideretur, nulli tamen illa proprietas Platonis conueniret. quæ erat proprietatis aut naturę eius Platonis, qui fuit Socratis auditor, licet eodem uocabulo nuncuparetur. hoc vero ideo, qm̄ humanitas naturalis eſt: nomen vero proprium, poſitionis. Nec vero hoc nūc dicitur, qđ nomē Platonis de plurib. non pōt pdicari, ſed proprietas Platonis. illa.n. proprietas naturaliter de plurib. non dicit, ſicut hominis, & ideo incōmunicabilis (ut dictum eſt) qualitas eſt ipſa Platonitas, cōicabilis vero qualitas vniuerſalis, quæ & in plurib. & in ſingulis eſt. vnde fit ut cum dico, omnis homo, in numerum propoſitionem extendam, cum vero dico Socrates aut Plato, non in numerum emittam, ſed qualitatem proprietatem que unius in ſua indiuidua ſingulariq; ſubſtantia conſtringā ac prædicē. Quare in hoc quoq; maxime hæ duæ particularitates, quidam hō, & Plato diſtant, qđ cū dico Plato, quem hoīem dixeri vocabulo deſignaui, ppietatēq; uniusq; quē nomino. Cū vero dico q̄dā hō, numerū tm̄ reieci, & ad unitatē propōnem redegi. De quo āt dicam, hęc particularitas mihi nō ſubdidit, q̄dā.n. hō, pt eſſe & Socr. & Plato, & Cic. & unuſquiſq; ſingulorum, quorum proprietates a ſe in ſingularitatis ratione, & natura diuerſæ ſunt. unde commodiſſime Theophraſtus, hmōi particulares propoſitiones, quales ſunt quidam hō iuſtus, particulares indefinitas vocauit. Partem namq; tollit ex hoīe quod eſt uniuerſale vel vocabulo vel natura. Quæ tamen ipſa ſit pars, & qua proprietate deſcripta nō determinat nec definit. vnde vniuerſale uocauit qđ de plurib. naturaliter prędicatur. ut hō, non quod poſitione, quemadmodum nomen Alexandri de Troiano, & de Macedone Philippi filio de plurib. dicit. hoc.n. poſitione đ plurib. dicitur illud natura. Et per ſubtiliter ait, Quod de plurib. natum eſt prędicari. Eſt .n. hæc vniuerſalitas naturalis: illam vero nominis reiq; proprietatem quæ particularis eſt, ſingularem vocauit dicens. Plato vero eorum q̄ ſunt ſingularia. Quod aūt ſecutus eſt dicens, Neceſſe eſt āt enunciare qm̄ ineſt aliquid aut non, aliquoties quidem eorum alicui quæ ſunt vniuerſalia, aliquoties aūt eorum quę ſunt ſingularia, hmōi eſt tāquam ſi diceret. Omnis quidē affirmatio & negatio ineſſe aut non ineſſe demonſtrat. Et quicquid enunciatur, aut de eo qđ eſt eſſe proponit, ut Plato philoſophus eſt. hęc.n. propoſitio Platoni philoſophiam ineſſe conſtituit. aut de eo qđ eſt, non ineſſe, Plato philoſophus non eſt: hæc.n. a Platone philoſophiam diuidens, eidem philoſophiam non ineſſe proponit. ergo quoniam neceſſe eſt, aut aliquid alicui ineſſe dicere, aut aliquid alicui non ineſſe, illud quoq; neceſſe eſt, vt intelligamus cui ineſſe aliquid dicimus, aut vle, eſſe, vt cum dicimus homo albus eſt, albedinem vle rei ineſſe monſtramus, id eſt homini, aut certe particulare ac ſingulare, vt ſi quis dicat Socr. albus eſt; albedinem.n. Socrati ſingulari ſubſtantię & proprietati incommunicabili ineſſe ſignificamus. ſed in ſingularib ſiue affirmetur aliquid ſiue negetur, vnus oppoſitionis modus eſt, qui vim contradictionis obtineat. nam qm̄ ſingulare atq; indiuiduum nulla ſectione diuiditur, ſm ipſum quoq; facta contradictio, ſimplex erit. In his aūt quę in vlibus fiunt, non eſt vnus modus contradictionis. Nam cum dico, Socr. hō eſt, Socrates hō non eſt ſola hmōi oppoſitio, ſi omnia illa conueniant quæ cōtra argumentorum importunitates ſupra iam dicta ſunt, ad faciēdam contradictionem idonea reperitur. Sin vero tale aliquid ſubiectum ſit, de quo aliquid prędicet quod ſit vle, & in pluribus (vt ipſe ait) natum ſit prędicari, non eſt ſimplex oppoſita contradictionis. Sunt.n. earum propoſitionum quę de vniuerſalib. reb. fiunt, tres differentiæ, vna quę oēs complectitur, vt cū dico oīs hō aīal eſt. alia q̄ ex indefinita multitudine & innumera pluralitate ad vnū, propoſitionis vim colligit atq; conſtringit. hęc hmōi eſt, tanquam ſi quis dicat, quidam hō aīal eſt. alia vero eſt q̄ neq; in pluralitatē propoſitionem extendit, neq; in particularitatē redigit, vt ea q̄ ſine vlla determinatione proponitur, vt eſt, hō animal eſt, homo animal non eſt: huic.n. nec quidam qđ particularitatis, nec omnis qđ eſt vniuerſalitatis adiunximus. vnde fit, vt ſingularitas ſimpliciter prædicetur, vniuerſalitas vero aliquoties vniuerſaliter, vt omnis homo aīal eſt, hō res uniuerſalis, uniuerſaliter prædicata eſt. nam cum ſit hō uniuerſalis, qđ ei adiectum eſt omnis, uniuerſalitatē uniuerſaliter appellari fecit. Rurſus eſt, ut uniuerſalitas particulariter prędicetur, ut cum dico, quidam homo animal eſt. quidam particulare determinat, ſed iunctum ad hominem uniuerſalem ſubſtātiam particulariter prædicari fecit. Eſt quoq; uniuerſale non uniuerſaliter prædicare, quoties ſine adiectione uniuerſalitatis uel particularitatis ſimpliciter nomē uniuerſale ponitur, ut eſt homo animal eſt. Determinationes autem dicuntur, quę rem vniuerſalem vel in totum fundunt, vt omnis, vel in partem contrahunt vt quidā, omnis vero, vel quidam quantitatem propoſitionis determinant, quę quantitas iuncta cum qualitate propoſitionū, quatuor variatur modis. Qualitas autem propoſitionum in affirmatione & negatione eſt, aut enim vniuerſalem rem vniuerſaliter pdicat affirmatiue, vt omnis homo animal eſt. Aut vniuerſalem rem particulariter affirmatiue, vt quidam homo animal eſt. aut vniuerſalem rem vniuerſaliter negatiue, vt nullus homo lapis eſt. aut vniuerſalem rem particulariter negatiue vt quidam homo lapis non eſt. Oportet autem in his quę vniuerſali determinatione proponuntur in ipſis determinationibus fieri negationē, vt quoniam determinatio vniuerſalis rei eſt vniuerſaliter, cum dicimus, omnis homo iuſtus eſt. ſi vniuerſaliter negabimus, dicamus, nullus homo iuſtus eſt. & quod animo nullus, eam vniuerſalitatem, quę eſt omnis intercipit non eam quę eſt homo. Rurſus ſi idem ipſum, omnis homo iuſtus eſt, negare particulariter velim, dicam, non omnis homo iuſtus eſt. per particularem negationem vniuerſalitatis vim interimens, in particularib. vero non ita eſt, Si.n. eam quæ eſt particularis determinatio vniuerſalis rei, vt eſt quidam homo iuſtus eſt, negare uelim particulariter, dicā, quidam homo iuſtus non eſt. hoc autem idcirco fit, quoniam habet quandam ſimilitudinem atque ambiguitatem, verum vniuerſaliter an ſit particulariter dictū, ſi vlibus propoſitionibus negatiuę particulæ ad prædicationes potius, quam ad determinationes ponantur. Si enim contra hanc affirmationem quæ eſt, omnis homo iuſtus eſt, ponam hanc quę dicit, omnis homo iuſtus non eſt, hęc duas res ſignificare videbitur, & quod nullus homo iuſtus ſit, omnem .n. hominem iuſtum non eſſe proponit, & quod ſint quidam homines non iuſti. omnem .n. hominem negat iuſtum eſſe. hoc autem nihil impedit vt aliquis ſit iuſtus, aliquis iuſtus. nam ſi aliquis eſt in-


ſtus

tus, non repugnat ne vera ſit propoſitio quæ dicit, omnis homo iuſtus non eſt, non.n. eſt iuſtus omnis homo. ſi alij iuſti ſint, alij vero iniuſti. Quare, quõ duplicis ſignificationis eſt, idcirco vniuerſalis negationis definitio, quę eſt nullus, vniuerſalis affirmationis tollit determinationem, quæ eſt omnis, atq; ideo in particularib. negationibus ad ipſam vniuerſalitatem affirmationem negatio neceſſe eſt apponatur, vt in eo quod eſt, omnis homo iuſtus eſt, illa eſt ei oppoſita negatio quæ eſt, non omnis homo iuſtus eſt, non illa quę ē, omnis hõ iuſtus non eſt, ne ſit ambiguum, vtrum vĩter an particulariter neget. Dictum eſt.n. hanc negationẽ quę eſt, omnis homo iuſtus non eſt, & vniuerſalitatis interpretationem deſignare & particularitatis proponere. Quoties vero particulare aliquid tollitur, in his non iam ad determinationem, ſed ad prędicatum particula negationis apponitur, vt in eo quod eſt, quidam hõ iuſtus eſt, nullus dicit, non quidam homo iuſtus eſt. Neque.n. hic ad determinationem particularem, quod eſt, quidam, negatio ponitur, ſed dicimus, quidam homo iuſtus non eſt .ſ. ad prædicatum quod eſt iuſtus, vnde ēt ad determinatas propoſitiones, quę ſunt ſine omnis, aut nullus, aut alicuius determinatione, ad prędicatum ſemper apponitur particula negatiua, vt eſt homo iuſtus eſt: nemo.n. dicit non homo iuſtus eſt, ſed homo iuſtus non eſt. In ſingularibus quoq; non dico, non Socr. iuſtus eſt, ſed Socr. iuſtus non eſt, & niſi aliquoties ambiguitas impediret ad prędicatum ſemper negatio poneretur. Sed omnia quæcunq; in determinatione ponuntur, talia ſunt, quę aut totum colligant in affirmatiuo, vt eſt omnis. aut totum perimant in negatiuo, vt eſt nullus. aut colligant in affirmatiuo partem, vt eſt quidam. aut interimant in negatiuo partem, vt quidam non, aut in negatiuo perimant totum particulariter, vt eſt non omnis, ſed quidam non, & non omnis, particulares negationes ſunt. ſiue .n. quis partem ex toto ſurripiat, particulare, eſt quod reliquũ, quia a totius perfectione diſceſſit. ſiue quis totum eſſe neget, ſiue partem relinquat, rurſum particulare eſt, quod reliquum ſit. Nam cum dico, quidam homo iuſtus non eſt, abſtulit partem, & rurſus cum dico, non omnis homo iuſtus eſt, cum negaui omnẽ, aliquẽ qui iuſtus non eſſet oſtendi. Hæc ergo, non omnis, & quidã, determinationes planiſſime ſunt, & cõi intelligentiæ ſubiectæ, has duæ particulares recipiunt negationes, vt ea quæ eſt quidã nõ determinationẽ particularem negat. ea uero q̃ eſt non omnis, vniuerſalem negat determinationem, ſed vtræq; negationem (vt dictum eſt) in particularitatem conſtringunt. Quod aũt dicimus, nullus, proprium quoddam vĩ eſſe vocabulũ: non omnis .n. quod dicitur, omne, per aduerbium negatiuũ quod eſt non, adimit. Rurſus cum dicimus quidam non, in eo quod eſt quidem aduerbium quod eſt non, additum, a ſubiecto termino particulare ſeparat. nullus vero in vocabulo ipſo quid ſeparet non monſtrat, & videtur quodammodo non potius eſſe negatio quam affirmatio, neque.n. aduerbium eſt, nec coniunctio. aduerbium nanq; atq; coniunctio declinationibus carent. nullus vero qđ dicimus & generibus ſubiacet & inflectitur caſib. quid igitẽ eſt? an erit nomen? ſed nulla negatio nomen eſſe monſtrat. Quid ſit ergo tali inueſtigatione quærendum eſt. uidetur.n. quod dicitur nullus tale eſſe, tãquam ſi dicamus, nec vnus, nam q dicit nullus hõ aĩal eſt, tantundem valet q̃tum nec vnus hõ aĩal eſt. Qđ uero dicimus ullus hoc ab eo diminutiuum eſt qđ eſt vnus. Diminutio nanq; vnius vllus eſt, tanq̃ ſi dicerem nullus, ergo plus negat, quiſquis ēt diminutionẽ neget, vt ſi quis dicat non modo non hēt gẽmam, qđ maius eſt: verum ēt nec gemmulam, qđ eſt minus. Sic ergo qui negare vult ēt unum, plus negat ſi dicat, nec ipſum vnius diminutiuũ illud eſſe qđ dicitur, vt ſiqs velit dicere nec vnũ eſſe hominũ in teatro, ita dicat, nõ modo illic vnus hõ nõ eſt: verũ nec ullus. Cum ergo dicimus nullus, ita ponimus tanq̃ ſi dicamus nec ullus, tenet igitur hęc in ſe determinatio, q̃ eſt nullus, uicem negõnis & nominis. negationis quidem in eo quod eſt nec, nominis vero in eo quod eſt vllus, qđ eſt diminutiuũ unius. Ita igitur maxima ſit negatio rei paruiſſimæ, quod eſt vnus, ſi ipſius diminutiuũ quoq; ſubtrahat, quod eſt ullus. quare & omnẽ, & quendam, ſtatim tollit negatio, quæ vnius quoq; ipſius diminutiuum prędicatione ſubducit, vt ea quę eſt, nullus homo iuſtus eſt. hoc.n. tantum eſt, tanquam ſi dicat, non ullus hõ iuſtus eſt, hoc idem ualet tãquam ſi dicatur; non vnus homo iuſtus eſt. Quare, quoniam de his quoq; ſufficienter dictum eſt, ad Ariſtotelis uerba conſequenti ordine veniamus.

*Si ergo uniuerſaliter enunciet de uniuerſali, quoniã eſt aut nõ eſt, erunt hæ cõtrariæ enunciationes, dico aũt in uniuerſali enunciationem uniuerſalem. ut omnis homo albus eſt, nullus homo albus eſt.*

20. Demonſtrare oppoſitionẽ contradictionis intendit, quõ viam reperiendi ordinem quæ permiſcuit, idcirco nos quoq; pauca quædam prius ordinata expoſitione prædicimus, ne lector cõfuſionis caligine atq; obſcuritate turbetur. Omnium propoſitionum quæ ſunt ſimplices, quas categoricas greci uocãt, nos pdicatiuas dicere poſſumus, quatuor ſunt diuerſitates. Aut.n. affirmatio eſt, & negatio uniuerſalis, ut eſt, omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt: aut affirmatio, & negatio particularis, ut eſt, quidam homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt. Aut affirmatio & negatio indefinita, ut homo iuſtus eſt, homo iuſtus nõ eſt. Aut de ſingulari ſubiecto affirmatio & negatio, ut Cato iuſtus eſt, Cato iuſtus nõ eſt. Harũ uero inter ſe ueritas falſitaſq; nõ ſe habet ſimiliter, ſed diuerſe. Et prius de vniuerſalibus atque particularibus, ideſt de his quæ determinatę ſunt, dicẽdum eſt, poſt de reliquis diſputabitur. Diſponatur ergo affirmatio uniuerſalis, quæ eſt. Omnis homo iuſtus eſt, & contra hãc negatio uniuerſalis, quę eſt; Nullus homo iuſtus eſt, ſub his autem ſub affirmatione quidem uniuerſali, particularis affirmatio, quæ eſt, Quidam homo iuſtus eſt: ſub vniuerſali negatione, particularis negatio, quæ eſt, Quidam homo iuſtus non eſt. hoc autem demonſtrat deſcriptio ſubiecta.

| | |
|---|---|
| Vniuerſalis affirmatio. | Vniuerſalis negatio. |
| Omnis homo iuſtus eſt. | Nullus homo iuſtus eſt. |



| | |
|---|---|
| Quidam homo iuſtus eſt. | Quidam hõ iuſtus non eſt. |
| Particularis affirmatio. | Particularis negatio. |


Hę igitur duę uniuerſalis affirmatio, & particularis affirmatio dñr ſubalternæ. Rurſus vĩs negatio, & particularis negatio dñr ſubalternę. Idcirco quõ particularitas ſemper ſub vniuerſalitate concluditur. in quib. illud eſt conſiderandum, ꝙ vbi eſt affirmatio vĩs vera, affirmatio quoq; particularis vera eſt, & vbi negatio vĩs vera eſt, particularis quoq; negatio vera eſt. Nã ſi vera eſt, oĩs hõ aĩal ē, uera eſt quidã hõ aĩal eſt. & ſi vera eſt, quõ nullus hõ lapis eſt, uera eſt, quõ quidã hõ lapis non eſt. At ſi falſa ſit particularis affirmatio, vt ea quę eſt quidã hõ lapis eſt. falſa eſt vniuerſalis affirmatio, oĩs hõ lapis eſt. Idẽ in negatione. ſi.n. negatio particularis falſa eſt, ut quidã hõ animal non eſt, falſa eſt vniuerſalis, nullus hõ animal eſt. ita ut precedunt vniuerſales in uero, eodem modo precedunt particulares in falſo. Dicuntur vero affirmatio vĩs, & negatio vĩs contrariæ. Hoc autem idcirco, quõ contrariorum hmõi natura eſt, ut

longiſſime

longiſſime a ſe diſtent,& ſi aliquam inter ſe habeāt medietatem,non ſemper alterum ipſorum ſubeſt inſit , ut album, & nigrum,non poſsumus dicere, qm̄ omne corpus , aut album aut nigrum eſt,poteſt.n. nec album , nec nigrum eſse & utrūq; falsū eſse quod dicitur, idcirco qm̄ medius eſt color.Quod ſi non hn̄t medietatem,alterum ipſorum neceſse eſt inhærere ſubiectis , ut cum dicimus omne corpus aut quietum eſt,aut mouetur.horum nihil eſt medium,& neceſſe eſt omne corpus uel conſiſtere, uel moueri . ut autem in eodē ſimul poſſint eſse cōtraria fieri nō pōt.Neque.n. poſſibile eſt ut idem album nigrumque ſit,quod in affirmationib.& negationib.uniuerſalib.apparet.negatiua .n.& affirmatiua vniuerſales plurimum quidem diſtant a ſe . nam quę illa ponit omnibus,illa tollit omnib.& totum negat.nam q̄ dicit,omni. homo iuſtus eſt,omnem , hominem ponit: quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt . nihil eorum quę in humanitatis ſunt definitione iuſtum eſſe concedit. Ita ergo a ſe lōgiſſime diſcrepant.adhuc ſi ea quę ſignificant, habent inter ſe aliquam medietatem , vnam veram , vnam falſam eſſe non eſt neceſſe,ut in eo quod eſt , omnis hō iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt.Qm̄ poteſt quædam eſſe medietas , ut nec ullus homo iuſtus ſit cum ſit quidam. nec omnis homo iuſtus ſit,cum non ſit,quidā . Et poſſunt utręque falſę & affirmatio & negatio reperiri. neque .n. verum eſt aut omnem hominem iuſtum eſſe,aut nullum hominem iuſtum eſſe. Quocirca poteſt fieri, ut in his in quib.aliqua medietas inuenitur, uniuerſalis affirmatio & uniuerſalis negatio veritatem falſitatemq; nō diuidant,ſed utręq; ſint falſę ad exemplum ſ.contrariorum, quę aliquam inter ſe continent medietatem.Poteſt .n. illis fieri vt vtraq; contraria poſſint ſi ineſſe ſubiecto.ſicut ſupra docuimus In his uero q̄ medietate carent,neceſſe eſt ut una uera ſit ſemper, altera ſemper falſa, ut in eo quod eſt omnis homo animal eſt,nullus hō animal ē,hę propoſitiones hmōi ſunt, ut vna vera ſit & vna falſa; idcirco qm̄ inter animal eſſe & nō eſſe,nihil intereſt,ad eoſum ſ.contrariorum ſiſitudinē quę medietate carent.In illis.n.neceſſe erat alterum ineſſe ſubiecto. Sic ergo vniuerſalis affirmatio,& uniuerſalis negatio vtræq; falſę eſſe poſſunt.Vt vero vnavera ſit,altera falſa, id quoq; cōceditur.ut vtræq; ſint veræ,fieri non pt̄,ſicut illud quoq; verum ē, cōtraria ſimul eſſe non poſſe, Rectiſſime igitur uniuerſalis affirmatio, uniuerſaliſq; negatio contrarię nominant̄ . Particularis autem affirmatio quæ eſt , quidam homo iuſtus eſt , & particularis negatio , quę eſt , quidam homo iuſtus non eſt,uniuerſalib. contrariis contrarias proprietates habent. Illæ enim ſimul uerę eſſe non poterant , ut vero eſſent ſimul falſæ ſæpe aliqua ratione concedebatur . Particulares vero vt vtręque verę ſint, euenire poteſt , vt vtræque falſę ſint, fieri non poteſt , vt in eo quod eſt quidam homo iuſtus eſt, verum eſt. quidam homo iuſtus non eſt , id quoque verum eſt , vt vtręque falſę ſint , inueniri non poteſt, & in hoc quidem ſunt diſſimiles contrariis . Similes autem eis uidentur, quòd ſicut contrarię aliquoties verū falsūq; diuidunt, vt vna vera ſit altera falſa,ita quoq; & particularis una vera poteſt eſſe altera falſa , ut quidam homo animal non eſt, quidam homo animal non eſt . Seruant autem ſtabilem incommutabilemq; ordinem & ſimilitudinis & cōtrarietatis. Contrariæ.n. quoniam poſſunt eſſe vtręque falſę,in quibuſcunq; vtręque falſæ contrariæ reperiuntur , in his ſubcontrarię vtręq; verę ſunt. Sed quoniam utręq; contrarię uerę inueniri non poſſunt , ideo vtręque ſubcontrariæ falſæ nequeunt reperiri,ut in eo quod eſt omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt . Quoniam hæ falſę ſunt, hæ quas ſub ſe continent, particulares uerę ſunt, vt eſt quidam homo iuſtus eſt , quidam homo iuſtus non eſt . ſed ſi uniuerſales inter ſe verum falſumq; diuidunt , & vna vera eſt,& altera falſa, particulares quoq; idem faciunt,ut in eo quod eſt, omnis homo animal eſt,nullus homo animal eſt. vniuerſalis affirmatio vera eſt,falſa negatio . Sed cum dico quidam homo animal eſt , quidam homo animal non eſt , particularis affirmatio vera eſt,falſa negatio particularis.

Hę igitur dicuntur ſubcontrariæ, vel q̄ ſub contrariis poſitę ſunt, uel q̄ ipſę ſuperiorib.ſub quib.ſunt(ut dictum eſt) contrarias proprietates habent.In hac igitur recta oppoſitione contrariarum,& ſubcontrariarum in ſuperiorib.vtriſque falſitas eſſe pōt,nunquam veritas, in inferioribus vero vtriiſque quidem veritas ineſſe poteſt,nunquam falſitas. Sin vero quis reſpiciat angulares & vl̄em affirmationem particulari opponat negationi,vl̄emq; negationemq; particulari cōparet affirmationi,vna vera ſemper, falſa altera reperietur.Nec vnquam fieri pt̄,vt affirmatione vniuerſali vera, particularis negatio non falſa ſit:uel hac vera, non illā continuò falſitas ir[illegible]equatur.Rurſus ſi negatio vniuerſalis vera eſt,falſa par[illegible]ularis affirmatio.ſi particularis affirmatio vera eſt,falſa [illegible]erſalis negatio eſt , licet aūt hoc & in ſubiecta deſcriptione metiri,& in aliis quoque terminis quoſcunq; ſibi mens conſiderantis affinxerit,idem videbit.nam in eo quod eſt omnis homo iuſtus eſt,qm̄ hæc falſa eſt, vera eſt,quidam homo iuſtus non eſt . Et rurſus in eo quod eſt, nullus homo iuſtus eſt,qm̄ falſa negatio eſt,vera eſt affirmatio,quidam homo iuſtus eſt,Hęc autem vniuerſalis affirmatio & particularis negatio,quę ſunt angulares:& vniuerſalis negatio,& particularis affirmatio:quæ ipſę quoque ſunt angulares,contradictoriæ nominantur.Et hęc illa eſt quam quærit contradictio,in qua vna ſemper vera, altera ſemper falſa ſit.Superioris autē diſputationis integrum deſcriptionis ſubdimus exēplar:quatenus quod animo cogitationeq; conceptum eſt,oculis expoſitum memoriæ tenacius infigat.

Affirmatio vniuerſalis | Negatio vniuerſalis




Affirmatio particularis | Negatio particularis

His ergo ita ſeſe habentibus indefinitas propoſitiones ſingulareſq; videamus:& primum de indefinitis diſputandū eſt.Indefinitę igitur per ſe veritatem falſitatemq; non diuidunt.etenim cum dico,homo iuſtus eſt,homo iuſtus nō eſt: vtraſq; veras contingit eſſe indefinitas.Quocirca eas a contradictione ſeparamus , contradictio nanque conſtituitur ( vt ſępe dictum eſt ) eo quod nunquam vtręque verę, aut vtraque falſæ , reperiri queant , ſed vna ſemper veritatis, altera falſitatis capax eſt . Sed quę vniuerſalitatem proferunt indefinitam , illę definitarum particularium vim tenent . Tale enim eſt quod dico,homo iuſtus eſt , tanquam ſi dicam,quidam homo iuſtus eſt.& rurſus tale eſt quod dico, homo iuſtus non eſt , tanquam ſi dicam , quidam homo iuſtus non eſt.hoc illa res approbat,quod quemadmodum definitę, & particulares in aliquibus verę eſſe poſſunt , in aliquibus verum falſumque diuidunt,nunquam vero vtraſque falſas eſſe contingit,ita quoque in indefinitis vniuerſale ſignificantibus,vtraſq; ſimul veras eſſe contingit,vt in eo qd̄ dicimus,homo iuſtus eſt,homo iuſtus non eſt. vtraſque falſas proferre impoſſibile eſt,ſed vnam verā,alterā falſam in

his

his facillime reperimus,in his ſ.terminis,qui naturaliter,& neceſſario ſubiectis ſubſtantijs inhęreſcunt, uel in his qui ineſſe nó poſsunt, vt qm̃ animal homini ex neceſsitate ineſt,ſiquis dicat,hõ aĩal eſt,idq; neget, hõ aĩal nõ eſt.vel hõ lapis eſt,hõ lapis non eſt,vna vera ſtatim,falſa altera reperit, atq; iõ hæ contra uniuerſales uniuerſalr prædicatas faciunt contradictionem.Nam ſi contra illam q̃ eſt, oĩs hó iuſtus eſt.ea q̃ eſt, hõ iuſtus non eſt in oppoſitione cõſtituat, vna ſemper uera eſt, altera falſa.Et ſi contra eam quæ eſt, nullus hõ iuſtus eſt,ĩdefinita propoſitio q̃ eſt, hó iuſtus eſt, opponatur uerũ inter ſe propõnes falſumq; diſtribuunt, ſicut definite quoq; uniuerſaliũ propõnes,ſm particulares, atq; uniuerſales oppoſitę quantitates, contradictorias faciunt oppoſitiones.Quare conſtat eas, q̃ uniuerſale nõ vniuerſalr proferunt,& ſunt indefinitę, neq; particulare neq. vniuerſale proferentes,ipſas quidẽ non ſemp inter ſe verũ falſumq; diuidere, particularibus iñ definitis eſſe conſimiles.Singulares uero q̃ ſunt, vnum oppoſitionis modũ inter ſe tenent.has ſi ad idẽ ſubiectum,ad idem prędicatũ,ad eandem partem,ad idem tempus,ad eandem relationẽ,eodem mõ propoſueris,inter ſe verum falſumve diſtribuunt,vt eſt Socrates iuſtus eſt,Socrates iuſtus non eſt.Sunt igiť duæ cõtradictiones, una quæ fit in uniuerſalibus angulariter particularibus contra poſitis,altera quæ fit in ſingularibus,cum oĩbus his quas in ſophiſticis elenchis expoſuit determinationibus oppoſitis.Quare qm̃ queadmodum ſe habeant ꝓpoſitiones,quoq; mõ faciant contradictorias oppoſitiones oſtendimus, ad ipſa Ariſtotelis uerba veniamus, in quibus per hæc ante cognita facilis poterit euenire cognitio. Superioris deſcriptionis intelligentiam plenius notat. Ait.n.qñ res vniuerſalis vniuerſalr deſignatur,& eam quis vniuerſaliter affirmat,ſi eãdẽ alius vniuerſalr neget,ita ſibimet cõparatas propoſitiones eſſe contrarias.Atq; in hoc ſuã ſentẽtiam manifeſtius oñdit.Ait.n.dico aũt vniuerſalẽ enũciationẽ ĩ vniuerſali,ut oĩs hõ albus eſt.nã cũ uniuerſalis ſit hõ, in vniuerſali;hoſe vniuerſalis eſt enũciatio,p quã diciť oĩs hõ.Res ergo vniuerſalis id eſt hõ, p oĩs q̃ eſt determinatio vniuerſalr ṗdicata ẽ,& hoc affirmatiue.negatiue vero vniuerſalr ita diceť,nullus hõ albus eſt.nullus.n. vniuerſalitas vniuerſalitati quæ ẽ hõ,adiecta eſt. hoc mõ igiť vniuerſale vniuerſalr enũciãtes affirmatio & negatio cõtrarię sũt,ſicut & ipſe teſtať, & nos ĩ ſupiori expoſitione digeſsimus.

*Quando autem de uniuerſalibus nõ uniuerſaliter,non ſunt hæ contrariæ:quæ autem ſignificantur,eſt eſſe aliquãdo contraria. dico autẽ non vniuerſaliter enunciare de his quæ ſunt uniuerſalia,ut eſt albus homo,non eſt albus homo.cum enim vniuerſale ſit homo, non vniuerſaliter utitur enunciatione.omnis nanque non uniuerſale ſignificat,ſed quoniam uniuerſaliter.*

21. Volenti indefinitam propoſitionẽ qualis eſſet oſtendere,non modo auferenda fuit ab vniuerſali termino uniuerſalis determinatio, verũ etiã particularis, & oportuit dici hoc modo. Quando autem in vniuerſalibus non vniuerſaliter neq; particulariter non ſunt contrariæ. Nunc aũt, qm̃ nõ addidit neq; particulariter,videtur nõ de indefinitis,in quibus neq; vniuerſalitas neq; particularitas adeſt,ſed tñ de particularibus loqui,à quibus ſolũ vniuerſale, non etiã particulare ſubtraxit. ſed quid velit oñdere ipſe cõuenientibus exẽplis edocuit.Non.n.potuit exẽpla particularis propoſitionis,ſed indefinitę. Ait.n.dico autem non vniuerſalr enũciare in his quę ſunt vniuerſalia,vt eſt albus homo, nõ eſt albus homo.Quod ſi particularem monſtrare voluiſſet, ita diceret ut eſt, quidã homo albus.non eſt quidam homo albus.ſed qm̃ per exẽplum quid vellet oñdit,nos quoq; ſuperiori propoſitioni quæ eſt,Quando autem in vniuerſalibus nõ vniuerſalr, deeſſe putemus aut particulariter, vt & particularitatem & vniuerſalitatem, ex tota auferat dictione,vt poſt exempla docuerunt, non eum loqui de particularibus,ſed de indefinita.Quare hoc dicitur ſi neq; vniuerſales ſint propoſitiones neq. particulares, quod ſubaudiendũ eſt,illę non ſunt contrarię:ſunt.n.contrarię quæ vniuerſalr vniuerſalem terminũ ꝓponunt,Indefinitę vero ad vniuerſalem terminũ, vniuerſalẽ determinationem nõ habẽt, Idcirco autẽ ab indefinitis vniuerſalitatem ſolã,& nõ particularitatem quoque ſeiunxit,ꝙ indefinitas ꝓpoſitiones à cõtrarijs ſolum nõ etiã à particularibus ſegregabat.Quod aũt dico tale eſt, ſi vellet oſtendere indefinitas propoſitiones ꝓprie,diceret indefinitas neque particulares eſſe, neq. vniuerſales,quę autem in vniuerſali,neque vniuerſalr,neque particulariter ꝓponuntur, id eſt quæ neq. vniuerſales ſunt,neque particulares indefinitæ ſunt. Nam quæ, neque vniuerſales ſunt,neq. particulares, hæ neq. contrarię ſunt, neq. ſubcontrariæ. Subcontrarię quidẽ idcirco non ſunt, quia non habent additam particularem determinationem: idcirco vero contrarię nõ ſunt, qa determinatio vniuerſalis in his non eſt.Nũc aũt cũ tm̃ vellet oſtendere eas cõtrarias non eſſe,de ſubcontrarijs vero,in pſenti vellet omittere,has eſſe indefinitas dixit, quę vniuerſale determinatum vniuerſaliter non habent,ut.ſ.has non eſſe,contrarias intelligeremus.Idcirco uero non adiecit particularitatẽ eas nõ habere,quoniã a ſolis contrarijs ſeparare indefinitas nolebat,non etiam a ſubcontrarijs. Ergo ſi indefinitas a contrarijs & ſubcõtrarijs ſeparare uoluiſſet, ita diceret.Quando autem in vniuerſalibus,non vniuerſaliter, nec particulariter,non ſunt contrariæ,neq; ſubcontrariæ.Sed quoniã non eas uolebat nunc, non eſſe ſubcontrarias demonſtrare,ſed tantum non eſſe contrarias: idcirco et dicto quod eſt,Quãdo aũt in vlibus,non vler,non addidit,uel particulariter: hoc.n.ſi addidiſſet,ad ſubcontrarias tenderet, de quib. nihil eſt additum.quare hoc dicit.hę quæ indefinitę ſunt,quoniam non habent vniuerſalitatem, contrarię non ſunt.Sed cum per ſe quidem contrarię non ſint,poſſunt tamẽ quędã ſignificare contraria hoc quid ſit multipliciter expoſitorũ ſentẽtijs expeditur.Herminus nanq. dicit idcirco indefinitas poſſe aliquando ſignificare contraria,cum ipſe careant contrarietate,quippe quę vlium rerum ſunt,additũ tamen vle non habent,in ſolis his, quib. ea quæ affirmanť,aut negantur ſubiecto naturalr inſunt.ut cum dicimus homo rõnalis eſt,homo rõnalis non eſt, quoniã rõnalitas hmõi eſt, quę in natura ſit hoĩs.Et affirmatio, & negatio inter ſe verum falſumque diuidunt, & quodammodo ab his contraria deſignantur. Sed nihil hoc attinet ad contraria ſignificãda in his quę ſunt indefinita.Nam etiam particulares ipſę quoque in talibus verum falſumq. diuidunt, vt eſt quidam hõ rõnalis eſt,quidam hó rationalis nõ eſt.has igitur ſm Herminum uidemus poſſe ſignificare contraria. Cur ergo dixit in his quoq. quoniam quidem contrarię non ſunt, quę aũt ſignificanť eſt eſſe cõtraria. Alexander ãt hoc dicit:quoniã indefinitæ ſunt hę, nihil eas inquit ꝓhibet ſicut ad particulares ita quoq. ad vles reducere, quæ videntur eſſe contrariæ,ut in eo qđ eſt.hõ aĩal eſt, homo aĩal non eſt, quoniam hę ꝓpoſitiones indefinitæ ſunt,poſſunt accipi quaſi contrariæ. Nam ſi dicimus hõ animal eſt, poteſt ita accipi tanq̃ ſi dicatur,omnis homo animal eſt, & rurſus homo animal nõ eſt,ita audiri poteſt,tanq̃ ſi dicatur,nullus homo animal ẽ. Cum autem dicitur homo ambulat,homo non ambulat,nõ ad contrarias, ſed ad ſubcontrarias mens ducitur auditoris.Quocirca poſſunt indefinitæ aliquando ſignificare contraria,quoniam eo ipſo,quo ſunt indefinitæ,nihil eas prohibet ad contrariorum ſignificationem uniuerſaliumq. reduci.Et hæc quidem ſententia habet aliquid rationis,nõ tamen integre id quod ab Ariſtotele dicitur oſtendit, & meliorem ſententiam ſponte reiecit, quam Porphyrius approbauit:ſunt enim quędam negationes, quę intra ſe affirmationis eius quam negant,retineãt contrarietatem, ut in eo quod eſt,ſanus eſt,& non eſt ſanus, id quod dicitur non eſt ſanus ſignificat æger eſt, quod eſt contrarium ſano eſſe. Rurſus cum dicimus homo albus eſt, ſi contra hanc negemus per eam quæ dicit,homo albus non eſt,ſignificare poterit,quoniam homo niger eſt.nam qui niger eſt, albus non

eſt,ſed nigrum eſſe & album nõ eſſe cõtrariũ eſt. Quare ſignificant quędã negationes affirmationeſq; contraria, ſed hoc non ſemp̃,nam in eo qđ eſt hõ ambulat.hõ non ambulat,nullũ cõtrariũ continet. Ambulationi.n.nihil eſt cõtrariũ,atq; ĩõ dicit cõſtat duas has quidẽ cõtrarias nõ eſſe idcirco,ꝙ cum ſint vl̃es,non vl̃iter enuncietur.Poſſe aũt aliquoties contraria ſignificare,cum intra negationem cõtrarium affirmationis includatur. Aſpaſius vero & Alexander hanc poſteriorẽ non probant. Nos vero dicimus nõ quidẽ Alexandri ſententiam abhorrere rõne, ſed hanc Porphyrij eſſe meliorem.Nã quod ait.qñ autem in vl̃ibus non vl̃iter, non ſunt contrariæ:quæ autem ſignificantur,eſt eſſe contraria,ab Alexandro non eſt expoſitum,ſed tñ dictum quãdo poſſunt eſſe ꝓpoſitiones ipſæ contrariæ,à Porphyrio vero diligenter eſt expoſitum,quando ea quæ ſignificantur,poſſint eſſe cõtraria. Qđ ipſe Ariſtotelis textus expreſsit, q̃q̃ Alexander quoq; eandem quam Porphyrius expoſuit,viderit expoſitionem. Eam tamen(vt dictum eſt) ſpõte reiecit, & ſibi hmõi expoſitionis confirmauit ſententiam diſplicere. Mihi vero aut vtræq; recipiendæ expoſitiones uidentᷣ, aut melior iudicanda poſterior: hoc.n.ipſe quoq; Ariſtoteles quodammodo ſubter oſtendit,cum dicit. Simul.n.verũ eſt dicere,qm̃ eſt homo albus,& non eſt homo albus. & eſt homo probus,& non eſt homo probus:ſi.n.turpis eſt,nõ eſt ꝓbus,& ſi fit aliquid, ẽt non eſt.Cuius quidem loci quæ ſit expoſitio, cum ad id venerimus demonſtrabimus.Cognoſcerdũ aũt eſt, & memoria retinendum,ꝙ quęcunq; ꝓpoſitiones vl̃es vl̃iter fuerint p̃dicatæ, ſi hæ affirmatiuæ, illæ vero ſint negatiuæ,ſemp̃ vtraſq; eſſe contrarias,ſi nihil ęquocationis,aut tp̃is,aut aliquorum quæ ſupra determinata ſunt,ad faciendam oppoſitionẽ cõtrarietatis impediat.Nõ tamen omnes quæcunq; contrariæ ſunt, hę aut in uniuerſalibus vl̃iter poſſunt enũciationem,aut una affirmatiua eſt, altera negatiua,vt in eo quod eſt,Socrates ſanus eſt, Socrates æger eſt.Hic.n. neq; in uniuerſali vl̃itas poſita eſt,neq; rurſus vna eſt affirmatio,altera negatio,ſed ſunt contrariæ propoſitiones. Contraria.n.ſunt,quæ ſignificant. quocirca, rectiſsime dictum eſt, ꝙ quæcunq; in uniuerſalib. uniuerſaliter enunciarent,ſi una earum eſſet affirmatiua, altera negatiua,ſtatim naturaliter eſſent contrarię.Quę autem contrariæ eſſent,non neceſſe eſt eas,vel uniuerſale uniuerſaliter enunciare, vel vnã eſſe affirmatiuam,alteram negatiuã. Sed aliquoties quidem poſſe has eſſe cõtrarias, quæ vniuerſale in uniuerſalibus non ſignificarent:ſed hoc in his tãtũ, quę eſſent in ſubiecto, de quo fit affirmatio naturalis, vt in eo quod eſt animal, & homo. Cum dicimus homo animal eſt,homo animal non eſt, quoniam in natura hominis animal eſt, idcirco hæc affirmans illa negans uidentur eſſe cõtraria, quanquam illic nulla determinatio, neque particularitatis,neque vniuerſalitatis addatur.

***In eo uero quod uniuerſale p̃dicatur, id quod eſt uniuerſaliter prædicare, non eſt uerum. nulla.n.affirmatio erit uera in qua uniuerſale prædicatum uniuerſaliter prædicetur,ut omnis homo eſt omne animal.***

22. Quod dicit hmõi eſt, omnis propoſitio ſimplex duob. terminis conſtat, his ſępe additur, aut uniuerſalitatis, aut particularitatis determinatio, ſed ad quam partem hę determinationes addantur,exponit.Videtur.n.Ariſtoteli prędicato termino determinationem non oportere coniungi: in hac.n.propoſitione, quæ eſt homo animal eſt, quęritur ſubiectum ne debeat cum determinatione dici, ut ſit omnis homo animal eſt:an prędicatum,ut ſit homo omne animal eſt:an utrumque, ut ſit omnis homo omne animal eſt. Sed neutrum eorum quę poſterius dicta ſunt,fieri oportet. nanq; ad prædicatum nunquam determinatio iungitur,ſed ad ſubiectum tantum: neque enim verum eſt dicere omne animal omnis homo eſt, idcirco quoniam omnis prædicatio aut maior eſt ſubiecto, aut ęqualis, ut in eo quod dicimus,omnis hõ animal eſt,plus eſt animal, q̃ hõ.Et rurſus in eo quod dicimus homo riſibilis eſt, riſibile ęquatur homini:ut autem ſit minus prædicatum, atq; anguſtius ſubiecto fieri non poteſt.Ergo in his prædicatis quę ſubiecto maiora ſunt, vt in eo quod eſt animal perſpicue falſa eſt propoſitio,ſi determinatio uniuerſalitatis ad prędicatum terminum ponitur. Nam ſi dicamus homo eſt animal,animal qđ maius eſt homine per hanc determinationem ad ſubiectum hoĩem vſq; contrahimus,cum non ſolum ad hominem, ſed ad alia quoq; nomẽ aĩalis poſsit aptari. Rurſus ĩ ijs q̃ ęqualia ſunt,idem euenit. Nam ſi dicam omnis homo omne riſibile eſt,primum ſi ad humanitatem ipſam referã, ſuperfluũ eſt adijcere determinationem. Quod ſi ad ſingulos quoſq; hoĩum, falſa eſt propoſitio.nã cum dico omnis homo oẽ riſibile eſt, hoc uideor ſignificare, ſinguli hoĩes oẽ riſibile ſunt,ꝙ fieri nõ põt. Non igit ad p̃dicatum, ſed ad ſubiectũ determinatio ponenda.Verba aũt Ariſtotelis hoc mõ ſunt; & ad hãc ſenteñã ducuntur.in his prędicatis, quę ſunt vniuerſalia,his adijcere vniuerſale aliquid, vt uniuerſale p̃dicatũ vl̃iter p̃dicetur,non eſt uerum.hoc.n.eſt qđ ait, In eo uero qđ prędicatur ul̃e.i.qđ hẽt p̃dicatũ uniuerſale, ipſum vl̃e prędicatum uniuerſaliter non eſt uerum. In prędicato .n.uniuerſali.i.quod uniuerſale eſt,& prędicatur ipſum prędicatũ, quod uniuerſale eſt,vniuerſaliter prędicare.i.adiecta determinatione vniuerſalitatis non eſt uerum. neq; .n. põt fieri,ut ulla ſit affirmatio uera, in qua de uniuerſaliter prędicato uniuerſalis determinatio prędicetur, eiuſq; rei notionem exẽplo aperit dicẽs, ut oĩs homo omne animal eſt,hoc autem quam ſit inconueniens,ſupra iam diximus.

***Opponi itaq. dico affirmationẽ negationi cõtradictorie,quæ uniuerſaliter ſignificat, ei quæ nõ uniuerſali, ut oĩs hõ albus eſt, non omnis hõ albus eſt. nullus hõ albus ẽſt,quidã hõ albus eſt. cõtrarie uero uniuerſalẽ affirmationẽ & uniuerſalem negationẽ, ut omnis hõ iuſtus eſt, nullus hõ iuſtus eſt. Quocirca has quidẽ impoſſibile eſt, ſimul eſſe ueras; his uero oppoſitas,cõtingit aliquãdo in eodẽ:ut,nõ omnis hõ albus eſt & quidã homo albus eſt.***

23. Quę ſit integra cõtradictio,his uerbis oñdit,ait.n.illã eſſe oppoſitionẽ cõtradictoriã quæcunq; dicit nõ eſſe uniuerſaliter rẽ uniuerſalẽ, contra eam, quę rem uniuerſalem uniuerſaliter proponit,atque hoc eſt,quod ait.Opponi aũt affirmationem negationi dico contradictorie, quę uniuerſaliter ſignificat,ei quę non uniuerſaliter. ut ei quę eſt, oĩs homo iuſtus eſt, opponitur ea quę uniuerſale ſignificat nõ tamen uniuerſaliter,ut ea quę eſt,quidam homo iuſtus non eſt:hoĩem.n.uniuerſalem ſignificat non uniuerſaliter, cũ dicit,non oĩs homo iuſtus eſt.Hęc eſt.n contradictoria oppoſitio,ut ſi ſit uniuerſalis affirmatio,ſit particularis negatio. ſi ſit uniuerſali negatio ſit particularis affirmatio. Angulares .n. (vt dictum eſt)ſolę faciunt contradictionem.Verba igitur ſe obſcure habẽt,ſed ſnĩa manifeſta eſt: dicit.n. illa opponi cõtradictorie, affirmationẽ negationi,uel negationem affirmationi, quęcunq; id quod res altera uniuerſale vniuerſaliter ſignificaret,eidem ſignificaret non uniuerſaliter quod eſſet uniuerſale,ut in his quas ſupra diximus, & ut hęc quę eſt,oĩs homo iuſtus eſt,rem uniuerſalem uniuerſaliter ſignificauit,illa quę eſt,non omnis homo iuſtus eſt, eidem affirmationi oppoſita,de uniuerſali homine,nõ uniuerſaliter negauit,dicens non omnis homo iuſtus eſt. Rurſus ea quę dicit,nullus homo iuſtus eſt, rem uniuerſalẽ uniuerſaliter negauit dicens nullus. Ea uero quę dicit quidam homo iuſtus eſt,rem uniuerſalem particulariter affirmauit, & non uniuerſaliter. hominem enim quendam iuſtum eſſe propoſuit, ſed non uniuerſaliter enunciauit rem uniuerſalem.Perſequitur ergo omnes proprietates propoſitionum, Ait.n.Cõtrarie uero vniuerſalem affirmationẽ,& uniuerſalem negationem:ſicut enim ſupra dixit eas,quę uniuerſaliter uniuerſale ſignificarent, uel in affirmatione,uel in ne-

gatione

gatione eſſe cõtrarias, ita nunc quoq; idẽ repetit cõtrarias eſſe dicẽs vniuerſalẽ affirmationẽ uniuerſaléq; negationẽ earũq; ponit exempla, quę v'les vtraſq; eſſe monſtrarent, vt oĩs homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt. horum aũt q̃ proprietas eſſe propoſuit dicens hmõi ꝓpoſitiones impoſſibile eſſe, utraſq; ſibi in ueritate inuicem conſentire, q̃ aũt his eſſent oppoſitæ contingere utraſq; ueras eſſe. ſunt autẽ oppoſitę his utręq; particulares. vniuerſali.n. affirmationi particularis negatio opponit, & vniuerſali negationi particularis affirmatio oppoſita eſt. Quocirca hæ duæ, particularis negatio, & affirmatio, quę oppoſitę ſunt affirmationi & negationi uniuerſalib. angulariter, poſſunt aliquando eſſe veræ & in eodem, ut in eo qđ eſt, quidam homo iuſtus eſt, quidã homo iuſtus non eſt, ſed quidam homo iuſtus eſt, oppoſita eſt ei, quę eſt nullus homo iuſtus eſt, illa vero quę eſt quidam homo iuſtus non eſt, oppoſita eſt ei quę eſt, omnis homo iuſtus eſt. Sed utræq; inter ſe quidem, quidam homo iuſtus eſt, & quidam homo iuſtus non eſt, in veritate cõſentiunt. hoc eſt ergo quod ait, His uero oppoſitas contingit aliquando in eodem, eaſq; deſignat exemplis, vt, non oĩs homo albus eſt; eſt quidam homo albus. poſitis igitur duab. propoſitionibus, affirmatione uniuerſali, & vniuerſali negatione, ars danda eſt, quatenus earum inueniantur oppoſita. Oppoſita aũt dico contradictorie, nõ contrarie, neq; vllo modo alio. ſit.n. hæc affirmatio, omnis homo iuſtus eſt: & hęc negatio, nullus homo iuſtus eſt, contra affirmationem quæ eſt, omnis homo iuſtus eſt. videtur eſſe negationes hę. vna, nullus homo iuſtus eſt altera, quidam homo iuſtus non eſt. altera, non oĩs homo iuſtus eſt. & poſtrema indefinita, homo iuſtus nõ eſt. Quę harũ igit contra eam q̃ eſt, oĩs hõ iuſtus eſt contradictione conſtituit? Contradictoriã aũt voco oppoſitionẽ, in qua affirmatio & negatio, neq; utraque veræ ſint neq; falſæ utræque, ſed una ſemper uera, altera falſa. Si ergo opponatur cõtra eam, quę eſt oĩs homo iuſtus eſt, ea quæ eſt nullus hõ iuſtus eſt, vniuerſalis.ſ. negatio, nõ eſt oppoſitio cõtradictoria, vtręq;.n. falſæ ſunt. Si uero ponatur ea q̃ eſt, homo iuſtus non eſt, indefinita, nec ipſa quoque facit oppoſitionem: qm̃.n. indefinita eſt, põt aliquoties pro vniuerſali negatione, ꝓ expectatione auditoris intelligi. Quocirca nec ipſa facit oppoſitionem, ſi.n. hoc mõ audita ſit, cum n a accipitur vt contraria, ſimul eas falſas inueniri contingit. Reſtat ergo, vt aut ea ſit, quę eſt, non oĩs hõ iuſtus eſt, aut ea quæ eſt, quidam homo iuſtus nõ eſt. ſed hę ſibi conſentiunt. Idem.n. dicit qui proponit quidam homo iuſtus non eſt, & idem qui dicit, non omnis homo iuſtus eſt. Nam ſi quidam homo iuſtus non eſt, non omnis homo iuſtus eſt. & ſi non omnis homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt. Quare utræq; particulares negationes contradictorie opponuntur contra vniuerſalem affirmationem. In his.n. neq; verę utræq; ſunt, neq; vtræq; falſę, ſed vna vera, altera falſa. Rurſus ſit negatio uniuerſalis ea quæ ẽ, nullus homo iuſtus eſt. contra hanc uidentur oppoſitæ affirmationes hę, omnis homo iuſtus eſt, homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus eſt: ſed contra hãc quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt, ſi opponatur ea quæ eſt omnis homo iuſtus eſt, poſſunt vtræq; eſſe falſę, quare non opponuntur contradictorie. At vero etiam ea quæ dicit, homo iuſtus eſt, quoniam indefinita eſt. poteſt ita in aliquibus intelligi tanquam ſi dicat, oĩs homo iuſtus eſt. Quod ſi ſic eſt, poterit aliquando cum ea negatione quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt, ſimul eſſe falſa; quare non eſt oppoſita: Relinquitur ergo, ut ea quę eſt, quidam homo iuſtus eſt, cõtra eam quę eſt, nullus homo iuſtus eſt, contradictorie uideatur oppoſita. angulariter igitur requirendę ſunt, ut cõtra uniuerſalem affirmationem illa opponatur, quę ſub uniuerſali negatione eſt. Contra uniuerſalem negationem illa contradictorie conſtituatur, quę eſt ſub vniuerſali affirmatione. quod uolens Ariſtoteles oſtẽdere, ſic ait.

*Quæcunque igitur cõtradictiones vniuerſalium ſunt vniuerſaliter, neceſſe eſt alteram eſſe veram, vel falſam. Et quæcunque in ſingularibus ſunt, ut eſt Socrates albus eſt, non eſt Socrates albus.*

24. In illis.n. q̃ cõtradictorię ſunt, vniuerſalib. v'liter prędicatis, in his verũ ſemp falſumq; diuiditur. contradictorię aũt ſunt vniuerſalis affirmationis particularis negatio, & vniuerſalis negationis particularis affirmatio. In his igitur vna ſemper vera, altera ſemper falſa. Atque hoc eſt qđ ait, Quęcunq; igitur cõtradictiones ſunt uniuerſaliũ vniuerſaliter. & hic diſtinguendũ eſt, ut intelligatur ſic, q̃cunq; igit contradictiones ſunt vniuerſalium propoſitionum uniuerſaliter propoſitarũ, neceſſe eſt alterã ueram eſſe, alterã falſam. Et in his primum diuiditur veritas falſitaſq; quę ſibi, & quantitate, & qualitate oppoſitę ſunt qualitate, quod illa negatio eſt, illa affirmatio. quantitate, quod illa uniuerſalis, illa particularis eſt. ſecũdo autem modo in ijs quę ſunt ſingularia, ſi nullæ argumentorum nebulę ſint, ueritas falſitaſq; diuiditur. vt in eo quod eſt Socrates albus eſt, Socrates albus nõ eſt: una.n. uera eſt, altera falſa eſt, ſi (ut dictum eſt) nulla ambiguitas ęquiuocationis expediat.

*Quæcunque aũt vniuerſalium non vniuerſaliter, non hæc quidẽ ſemper vera eſt, illa vero falſa. Simul.n. uerũ eſt dicere, quoniã eſt hõ albus, & non eſt hõ albus, et eſt homo probus, & nõ eſt hõ probus ſi.n. turpis eſt, non probus eſt, & ſi ſit aliquid, etiamnum, nõ eſt. Videbitur aũt ſubito incõueniens eſſe, idcirco quoniã uidebitur ſignificare, nõ eſt hõ albus, ſimul & quoniã nemo hõ eſt albus: hoc autem neque idem ſignificat, neque ſimul neceſſario.*

25. Propoſitiones eas, q̃ in uniuerſalib. non v'liter proferuntur, non ſemp veras eſſe, vel falſas conatur oſtendere, hoc autẽ per contraria monſtrat. Ea.n. propoſitio quę eſt, homo albus eſt, & huius negatio quę eſt, homo albus non eſt, hoc modo oſtenduntur verum & falſum inter ſe interdũ non poſſe diuidere. Nã ſi uerum eſt, ut hę duę affirmationes, eſt hõ albus, & eſt homo niger, vtręq; vno tempore ueræ ſint, uerum eſt quoq; affirmationem indefinitam, & indefinitam negationem utraſq; veras aliquoties inueniri. Nã ſi verum eſt, qm̃ eſt homo albus uerum itidem eſt, qm̃ eſt hõ niger. nam cum gallus ſit candidus, ęthiops nigerrimus inuenitur: ſimul ergo uerum eſt dicere, qm̃ eſt homo albus, & eſt homo niger. ſed qui niger eſt, albus non eſt, ſimul ergo uerum eſt dicere, qm̃ eſt homo albus, & non eſt homo albus. Idem quoq; de probo, & turpi: nam ſi uerum eſt dicere quoniam eſt homo probus: ſiquis hoc de philoſopho dicat, & rurſus quoniã eſt homo turpis verum eſt, ſiquis hoc de Sylla diceret, verum eſſet utrunq;, & quoniam eſt homo probus & eſt homo turpis. ſed qui turpis eſt, probus non eſt: ſimul igitur verum eſt dicere, quoniam eſt homo ꝓbus, & non eſt homo probus. Sed uidebitur fortaſſe aliquid ſibi dixiſſe contrarium vt difficilior procedat oſtenſio, quę per huiuſmodi exempla proponitur, quæ contraria eſſe videantur. Albus.n. & niger, ꝓbus, & turpis contraria ſunt, & fortaſſe dubitet quidã, utrũ uno tẽpore contraria hęc in aliquibus valeant reperiri. Sed adiecit exẽplũ aliud. Qđ cũ contraria non ſint, tamẽ ex eo ſicut in contrarijs quoq; negatio procreatur, ut ſiqs dicat, eſt homo ꝓbus, & alius dicat ſit homo probus, ſiquis uel alio docẽte, vel ſeipſo corrigente aliqua diſciplina rationis enitea'. Nihil ergo contrarium habet eſſe probum, & fieri probum: neq;.n. ita contrarium eſt, vt eſſe hominem probum, & eſſe hominem turpẽ. Quare ſi nihil contrarium habet, dubium non eſt quin ſimul eſſe poſſint. ſed quod ſit nondum eſt, adhuc cum fiat, quare nondum eſt probus qui ſit probus. ſed uerum eſt dicere cũ eo quod eſt: eſt homo probus, quoniam ſit homo probus: ſed qui ſit probus homo, non eſt probus homo. uerum eſt igitur dicere ſimul, quoniam eſt homo probus, & non eſt homo probus, licet non inualida exempla ſint poſita de contrarijs. Nihil enim prohibet uno tempore contraria alijs, atque alijs ineſſe ſubiectis: quocirca conſtat indefini

tas per id quod in exẽplis ſupra poſuit, ſimul aliquoties veras uideri, & non ſemper inter ſe verum falſumq; partiri. Qđ uero ait, uidebitur autẽ ſubito inconueniens eſſe, idcirco qm̃ videtur ſignificare non eſt albus homo, ſimul ẽt qm̃ nemo homo albus eſt, hmõi eſt. Dixit .n. propoſitionem affirmationis eam, quæ dicit, eſt homo albus, veram poſſe eſſe, cum ea quę dicit: non eſt homo albus. Nunc hoc notat, videẽ inquit aliquoties inconueniens eſſe, & incongruũ dicere eam, quæ dicit eſt homo albus, & eam quæ eſt non eſt hõ albus, ſimul veras eſſe poſſe, idcirco ꝙ ea quę eſt nõ eſt hõ albus, emittit imaginationem quádam ꝙ ſignificet, quoniá nullus homo albus eſt. Videtur .n. negatio hmõi quæ eſt, nó eſt homo albus, illud quoq; ſignificare ſimul, qm̃ nullus homo albus eſt. vt ſiquis dixerit, non eſt homo albus, hoc eum dixiſſe putandum ſit qm̃ nullus homo albus eſt. Hoc aũt inquit .i. non eſt hõ albus, & rurſus nullus hõ albus eſt, neque idem ſignificant, neq; ſemper ſimul ſunt. Nam qui dicit nullus homo albus eſt, uniuerſalitatẽ determinans, negationẽ de uniuerſalitate proponit. Qui vero dicit, nó eſt homo albus, non oĩno de tota vniuerſalitate negat. ſed ei tantũ ſufficit dę particularitate negaſſe, atq; ea, quæ eſt nullus homo albus eſt, ſi unus homo albus fuerit, falſa eſt. Ea uero quæ dicit, non eſt homo albus, ſi unus homo albus non fuerit uera eſt, quare non ſignificat idem. Dico autem quoniam, nec oĩno quotieſcunq; dictum fuerit, quoniam non eſt homo albus, mox ſignificat quoniam nullus eſt homo albus. Nam cũ dico nullus homo albus eſt, hęc eadem ſignificat, quoniam non eſt homo albus. Vniuerſalis .n. intra ſe continet indefinitam. Cum autem dicimus non eſt homo albus, non omnino ſignificat qnoniam nullus homo albus eſt, indefinita .n. non intra ſe continet uniuerſalem. Superius náq; monſtrauimus, ꝙ indefinitæ vim particularium obtineret. Quare ſi cum eſt uniuerſalis negatio, eſt indefinita negatio: cum vero eſt indefinita negatio, non omnino eſt vniuerſalis negatio, non conuertitur ſm̃ ſubſiſtendi conſequentiam. quarę non ſunt ſimul. quæ .n. non conuertuntur, ſimul non ſunt, ut nos prędicamentorum liber edocuit. Quare neq; idem ſignificant negationes, non eſt homo albus, & nullus homo albus eſt, neque ſimul ſunt, quoniam non conuertuntur ad conſequentiam ſubſiſtendi. Syrianus tamen nititur indefinitam negationem uim definitę obtinere negationis oſtendere, & hoc multis probare nititur argumentis, Ariſtotele maxime reclamante, neq; hoc tantum ſuis, ſed Platonicis quoque Ariſtotelicisque rationibus, probare contendit, eam q̃ dicit non eſt homo iuſtus, huiuſmodi eſſe, qualis eſt ea quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt. Sed nos Ariſtotelicæ auctoritati ſeruiẽtes, id quod ab illo ueraciter dicitur, approbamus. Nam quod Syrianus dicit indefinitam quidem affirmationẽ particularis obtinerę uim, indefinitam uero negationem vniuerſalis, quam mendaciter diceretur, quanque vtręque in particularibus rectiſsime proponerentur, & ſupra monſtrauimus, & in his libris quos de categoricis ſyllogiſmis compoſuimus, idq; in libro primo diligenter expreſsimus. Nunc nobis ipſe quoque Ariſtoteles teſtis eſt, & Syrianus facillima ratione cõuincitur, ꝙ in Analyticis quoq; ex duabus indefinitis dicitur non poſſe colligi ſyllogiſmum, cum ex affirmatiua particulari, & negatiua uniuerſali, particularis negatiua poſsit eſſe collectio. Quod ſi indefinitę affirmatio & negatio, negationis vniuerſalis, & particularis affirmationis uim obtinerent, nunquam Ariſtoteles diceret has propoſitiones non colligere ſyllogiſmum. Sed illud uerius eſt, quoniam ex duabus particularibus nihil in qualibet propoſitionum complexione, colligitur, quòd in his ꝓpoſitionibus, quæ indefinitę ſunt, nihil colligi dixit, quia particularium uim propoſitiones indefinitas arbitratus eſt obtinere. Quare multis modis Syriani argumenta franguntur, Sed nos expoſitionis curſum ad ſequentia conuertamus,

*Manifeſtum ẽ autẽ quoniam negatio vna, cuius affirmationis eſt. idẽ .n. oportet negarę negationẽ, quod affirmatio, affirmauit, & de eodẽ, vel de aliquo ſingularium, vel de aliquo vniuerſalium, vel vniuerſaliter, vel nõ vniuerſaliter. Dico aũt: vt, eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus. Si autẽ aliud aliquid de eodẽ, uel de alio idem, oppoſita erit, ſed ab ea diuerſa. Hinc autẽ quæ eſt, omnis homo albus eſt, contradicit illa quæ eſt, non omnis homo albus eſt. Illi autem quæ eſt, aliquis homo albus eſt: illa quæ eſt, nullus homo albus eſt. Illi autem quæ eſt, homo albus eſt illa quæ eſt, non eſt homo albus.*

26. Hinc quoq; apparet affirmationem indefinitam & indefinitam negationem nõ ſemper unam in veritate, aliam in falſitate cõſiſtere. Atq; hinc docetur indefinitam negationẽ nõ idẽ ualere, qđ uniuerſalis negatio poteſt, & eſt alia uniuerſalis, alia indefinita negatio. Ná ſi vnicuiq; affirmationi una negatio uideẽ opponi; cumq; diuerſę ſint, ea affirmatio quæ dicit, eſt homo albus, & ea quę dicit, eſt quidam homo albus, diuerſas quoq; habebunt in negationibus enũciationes: & illa quidẽ, quæ indefinita eſt affirmatio, habebit indefinitam negationem, ut ea quæ dicit, eſt homo albus, huic opponitur, nõ eſt homo albus. ea uero quæ dicit, eſt quidã homo albus, negationem habebit oppoſitam eam quæ dicit, nullus homo albus eſt. Quare ſi particularis affirmatio definita, & rurſus affirmatio indefinita à ſe ipſę diuerſę ſunt, illud verũ eſt, oppoſitas quoq; cõtradictorie negationes habere diſsimiles. Quare ea quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt, diuerſa eſt ab ea quæ dicit, hõ iuſtus non eſt, atq; hoc nunc Ariſtoteles exequitur. Ait .n. vnam ſemper negationẽ, contra unam affirmationẽ poſſe conſtitui, & eius cauſam conatur oſtendere, ꝙ omnis negatio eoſdem terminos habet in enunciatione, ſed enunciandi modo diuerſa eſt. Nam qđ ponit affirmatio, id aufert negatio, & qđ illa ꝑdicatum ſubiecto iungit, hoc illa diuidit atq; diſiungit. Quare ſi idẽ ſubiectum, idẽ prędicatum in negatione ſit, quod affirmatio ante poſuerat: non eſt dubium quin unius affirmationis, una negatio uideatur. Nam ſi duę ſint, aut ſubiectum altera mutatura eſt, aut prędicatum. Sed quęcunque ſunt hmõi, non ſunt oppoſitæ: hoc .n. eſt quod ait. Si autem aliud aliquid, uel de alio idem non oppoſita, ſed erit ab ea diuerſa. Senſus .n. huiuſmodi eſt. Si negatio aliud aliquid ꝑdicando neget, quam in affirmatione fuit, vt ſi ſit affirmatio, eſt homo albus, negatio dicat, nõ eſt homo iuſtus, aliud prædicauit in negatione quam in affirmatione fuerat conſtitutum. uel ſi de alio ſubiecto quam in affirmatione fuerat: idem quod in affirmatione fuerit dixerit prædicatũ, ut ſi affirmatio ſit, eſt homo iuſtus. negatio reſpondeat, nõ eſt Leo iuſtus, idem prædicatum eſt, ſubiecta ſunt diuerſa. Si ergo uel aliud aliquid prędicet in enunciatione propoſitio; vel de alio ſubiecto prædicet idem quod affirmatio ante poſuerat, non erũt illa affirmatio, negatioq; oppoſitę, ſed tm̃ a ſe diuerſę. neq; .n. ſe perimunt, & hanc rem demonſtratiuam addidit, & quę eſſet argumentum vnius affirmationis pręter vnam negationem eſſe non poſſe, ſiue in ſingularib. ut in eo qđ ipſe dicit exemplo, eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus: ſiue in uniuerſalibus uniuerſaliter prædicatis, cum his particulares in oppoſitione cõtradictorie conſtituuntur, ut in vniuerſali vniuerſaliter affirmatiua, oĩs hõ albus eſt, in vniuerſali particulariter negatiua prædicetur, non omnis homo albus eſt. Illi vero quæ eſt in uniuerſali particulariter affirmatiua, quidam homo albus eſt, opponatur uniuerſalis vniuerſaliter propoſitio negatiua, nullus homo albus eſt. illi uero quę in vniuerſali non vniuerſaliter affirmatiua eſt: eſt homo albus illa quę in vniuerſali non vniuerſaliter negatiua eſt, Non eſt homo albus, ut qđ ait vel de aliquo ſingularium, ad hęc pertinet exempla, eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus. Quod autẽ ſecutus eſt, uel de aliquo uniuerſaliũ uniuerſaliter: ad illa exẽpla dictũ eſſe uidebit, q̃ ſunt, oĩs homo albus eſt. non omnis homo albus eſt. aliquis homo albus eſt. nullus homo albus

bus eſt. Quod vero addidit vel non vniuerſaliter, ſ. in vniuerſalibus, ad illa exempla retulit, quę ſunt homo albus eſt. homo albus non eſt.

*Quod igitur vna affirmatio vni negationi opponitur contradictorie, & quæ ſint hæ, dictum eſt, & quòd ſunt aliæ contrariæ, & quæ ſint hæ, dictum eſt, & quòd non omnis vera vel falſa contradictio, & quare, & quando vera vel falſa.*

27. Hinc igitur omnia rurſus breuiſsime repetit dicẽs, iã ſe dixiſſe, qm̃ vni negationi vna affirmatio eſſet oppoſita. & hoc nõ quolibet mõ, ſed cõtradictorie, in quibus. ſ. verũ falſumve diuideretur. Dixiſſe ẽt commemorat q̃ eſſent hę, quas cõtradictorias nominaret, dixit ãt eſſe angulares, affirmatiuam vſem, & negatiuam particularem. rurſus affirmatiuam particularẽ, & negatiuã vſem. Differui quoq; inquit, & ꝙ aliç ſunt contrarię, aliæ contradictorię. non n. eædem ſunt contrariæ q̃ ſunt contradictoriæ. Cõtrarię.n. ſunt vſis affirmatio vſiſq; negatio. Expoſuit illud quoq; inquit, ꝙ nõ oĩs vera vel falſa eſt contradictio, nunc aũt contradictionẽ non illam proprie, ſed communiter de his dixit, quæ ſunt oppoſitę, ſiue contrario mõ, ſiue ſub contrario. hæ nãq; nõ ſp verum inter ſe falſumq; diuidebant, vt vna ſp eſſet vera, alia falſa. poterat.n. fieri, vt contrarię ſimul inuenirentur falſę, ſubcontrariæ ſimul veræ. De his autẽ quæ proprię cõtradictorię ſunt dehinc ſequitur, & ſe iam expoſuiſſe commemorat. & quare una uera, altera falſa eſt: & qñ. idcirco.n. vſis affirmatio particulari negationi in contradictione opponitur, ꝙ in omnibus à ſe ipſę diuerſę ſunt & qualitate & quantitate. illa.n. eſt affirmatio, illa negatio. illa uniuerſalis, illa particularis. Ideo ergo aut utræq; falſę, aut utręque veræ inueniri non poſſunt. Quando autem ita fuerit, cõſtat vnam veram eſſe: alteram falſam. atq; hoc eſt quod ait. Et quare, & quando uera uel falſa dictum eſt, ſ. memorans quare oppoſitio, & qñ una ſemper ſit vera, altera falſa, tunc utique qñ angulariter conſtituuntur, idcirco qm̃ & quantitate à ſe propoſitiones & qualitate diuerſæ ſunt. Nobis autem dicendum eſt qñ oppoſitiones contrariæ uel ſubcontrarię, aut utræq; illæ ſimul falſæ ſint, aut utræq; illæ ſimul ueræ: aut una falſa, alia rurſus inueniatur uera. In contrarijs.n. ſi ea quę non inſunt naturaliter p̃dicentur: utræq; ſunt falſę, vt albedo qm̃ naturaliter homini non ineſt, utręq; falſę ſũt quæ albedinem prędicant. falſum eſt.n. omnis hõ albus eſt, & falſum eſt, nullus hõ albus eſt. Sed quando illæ ambæ falſę ſunt, verę ſunt ſubcontrarię. vt eſt, quidam homo albus eſt, quidã hõ albus non eſt. Quod ſiquid naturale p̃dicetur in contrarijs, affirmatio uera eſt, falſa negatio. ut qm̃ naturale eſt homini eſſe animal, vera eſt ea q̃ dicit, oĩs homo animal eſt, falſa eſt quę dicit, nullus homo animal eſt. Eodem quoq; modo in ſubcontrarijs vera eſt affirmatio, falſa negatio. Sin uero aliquid impoſsibile prędicetur, falſa eſt affirmatio, uera negatio ut qm̃ impoſsibile eſt hominem lapidẽ eſſe: ſi dicamus, omnis homo lapis eſt, falſum eſt. nullus homo lapis eſt, uerum eſt eandem quoque vim retinet ſubcontrarijs natura. affirmatio enim hic falſa eſt, uera negatio.

## DE VERITATE ENVNCIATIONVM.

*VNA autem affirmatio & negatio eſt, quæ unum de vno ſignificat, uel cum ſit vniuerſale vniuerſaliter, uel non ſimiliter. ut omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt. eſt homo albus, non eſt homo albus. nullus homo albus eſt. quidam homo albus eſt. ſi album unum ſignificat.*

28. Et quæ ſunt a nobis diligenter ſuperius expoſita, nunc ipſe clarius monſtrat. diximus namque unam propoſitionẽ eſſe, quæ unam quamlibet rẽ ſignificaret & non plurimas, ita ut nec ęquiuocum ſubiectum haberet, nec ęquiuocum prędicatum. una.n. propoſitio ſic fit. nunc hoc dicit, una p̃poſitio eſt quę unam rem ſignificat, i. quæ neq; æquiuocum hẽt ſubiectum neq; prędicatum, ſiue aũt uniuerſalis ſit affirmatio, ſiue vniuerſalis negatio, ſiue particularis negatio, ſiue particularis affirmatio, ſiue indefinitæ vtręq; ſiue cõtra ſe angulariter ponantur. vna illa propoſitio eſt, quę unam rem ĩ affirmatione uel negatione ſignificat. Sed hic q̃ eſt, quemadmodum uniuerſalis affirmatio unã rem ſignificare poſſit, cum vniuerſalitas ipſa non de uno, ſed de plurib. p̃dicetur. Nam cum dico oĩs homo albus eſt, ſingulos homines qui plures ſunt ſignificãs, multa in ipſa affirmationis p̃dicatione deſigno. Quocirca nulla erit affirmatio uel negatio uniuerſalis, quæ unam rem ſignificare poſsit, idcirco ꝙ ipſa uniuerſalitas de pluribus (ut dictum eſt) indiuiduis p̃dicatur. Sed ad hoc reſpondemus, cũ vniuerſale quiddã dicit, ad unam quodammodo collectionem totius propoſitionis ordo perducit, & eius vnitas non ad particularitatẽ, ſed ad vniuerſalitatem, quę eſt una qualitas applicatur. ut cum dicimus omnis homo iuſtus eſt, non tunc ſingulos intelligimus, ſed ad vnã humanitatem quicquid de hoĩe dictum eſt, dicitur. Quare ſiue ſit uniuerſalis affirmatio, ſiue vniuerſalis negatio, uel ĩ ſingularibus, põt fieri ut hę unę ſint, ſi vna ſignificatione teneantur. atq; hoc eſt quod ait, eas propoſitiones quas ſupra poſuit, quę ſunt, omnis hõ albus eſt, non oĩs homo albus eſt. hõ albus eſt, hõ albus non eſt. nullus homo albus eſt, eſt quidã hõ albus, unas uideri ſi album inquit vnũ ſignificat. Si.n. album quod prędicat multa ſignificet, uel ſi hõ qui ſubiectus eſt, non unũ, nõ eſt una affirmatio, nec una negatio. Hoc antem in ſequentibus clarius monſtrat dicẽs.

*Sin autem duobus unum nomen poſitum eſt, ex quibus non eſt unum, non eſt una affirmatio, neque una negatio.*

29. Sẽſus hmõi eſt ſi unũ nomen plura ſignificet, ex quibus multis unum effici nõ poſsit, illa affirmatio in qua illud nomẽ uel prędicatur uel ſubijcitur, multa ſignificat, ut in eo qđ eſt hõ, qđ dicimus hõ, ſignificat animal, ſignificat rõnale, ſignificat mortale, ſed ex his quę multa ſignificat, vnum põt effici, qđ eſt aĩal rõnale mortale. Quare hoc nomẽ hõ, licet plura ſint quę ſignificet, tamẽ qm̃ coniuncta in unum quodammodo ueniunt corpus. & vnũ quiddã ex ſe iuncta p̃ficiunt, cum id dictum ita fuerit quaſi ex his quę ſignificet: unũ aliquid fiat, vnũ quod tota illa iuncta perficiunt nomẽ illud ſignificare manifeſtum eſt. atq; hoc eſt quod ait. Sin vero duob. vnũ nomen ſit poſitum, ex quibus non eſt unũ, nõ eſt vna affirmatio nec una negatio. Si.n. talia quilibet ſermo plura ſignificet: ex quib. iũctis vnum effici nequeat corpus, nec poſsint ea quæ ſignificantur, uno illo nomine in vnã ſpeciem ſubſtãtiæ cõuenire, nõ eſt illa una affirmatio. Quale aũt nomẽ ſit qđ poſitum unam affirmationem non faciat, idcirco quod plura ſignificet, ex quibus unum fieri non poſsit exempli ſolertiſsima uirtute monſtrauit dicẽs.

*Vt ſiquis ponat hoc nomen tunica homini, & equo, & dicat tunica eſt alba, hæc non eſt vna affirmatio, nec una negatio. nihil.n. differt quam hoc dicere, eſt homo equus albus. Hoc autem nihil differt quam dicere, eſt homo albus, & eſt equus albus.*

30. Siquis ponat homini & equo nomen tunica inquit, & in propoſitione nomen hoc ponatur, illa propoſitio non vna, ſed multiplex eſt. nam ſi uerbi gratia tunica hõ atque equus dicatur, ut cum dicit aliquis, tunica aut hominem deſignet aut equũ, vt ſiquis dicat ĩ propoſitione ſic, tunica alba eſt, non eſt una affirmatio, quod.n. dicit tunica alba eſt, hmõi eſt, quaſi dicam homo & equus albus eſt. tunica enim hominem atque equum ſignificatione monſtrauit. Quod vero, dicit homo & equus albus eſt, nihil differt tanquam ſi

dicã equus albus eſt,& hõ albus eſt,ſed hæ duæ ſunt ꝓpoſitiones & non ſimiles.in his.n.ſubiecta diuerſa ſunt.Quocirca ſi hę duę affirmationes ſunt , duplex quoq; illa eſt affirmatio quę dicit,hõ atq; equus albus eſt.Quod ſi hęc rurſus eſt duplex qm̃ hominem atq; equum tunica ſignificare poſſum eſt,cum dicimus tunica alba eſt,non vnum ſed plura ſignificat. Quocirca ſi ea affirmatio quę multa deſignat non eſt una,hęc quoq; affirmatio una non erit. cuius aut prędicatio æquiuoca fuerit aut ſubiectum.atq; hoc eſt quod ait .

*Si ergo hæ multa ſignificãt,& ſunt plures: manifeſtũ eſt, quoniam & prima multa uel nihil ſignificat . neque .n. aliquis eſt homo equus . quare nec in his neceſſe eſt hanc quidẽ contradictionem ueram eſſe,illã uero falſam.*

31. Quod ſi inquit eſt equus albus,& eſt hõ albus,multa ſignificant,illa quoq; prima propoſitio , quæ eſt tunica alba eſt,vnde hæ fluxerunt,multa deſignat, aut ſiquis dicat non eã multa ſignificare. cõcedit profecto nihil oĩno ꝓpoſitionis ipſius ſignificatione monſtrari.Tunc.n.nomen unũ multa ſignificans in unam ſignificationem poterat conuenire , quoties ex his quæ ſignificabantur, una poſſet coniungi cõſtituiq; ſubſtantia , ut in eo quod ſupra poſui, cum hõ aĩal rõnale & mortale ſignificet, quæ in unum poſſunt coniuncta cõgruere.Nũc autẽ ſi tunica hoĩem equumq; ſignificet , multa deſignat,ſed ea in ipſa in vnũ corpus nõ veniũt.neq; .n. fieri põt, ut aliquis hõ equus ſit.quare aut multa ſignificat quod uerum eſt,aut ſi contendat non eam multa ſignificare,ſed quiddã ex his q̃ ſignificat iunctum.qm̃ nihil eſt qđ ex equo & hoĩe coniungatur, nihil oĩno ſignificat. hoc.n.ẽ quod dixit:neq;.n.eſt aliquis homo equus.& hoc quidẽ ſub vno accentu legendũ eſt, non diſcrete pronunciandum hõ & rurſus equus,ſed hõ equus, vt ex his iunctis appareat nihil oĩno poſſe conſtitui. cur aũt hoc dixerit, ſequens monſtrat oratio.Si.n.ita facienda propoſitio eſt,vt contra affirmationem hmõi opponatur negatio. quę in oppoſitione verum falſumq; diuidit,ut una uera,altera falſa ſit,vnã oportet eſſe affirmationem,& vnã negationẽ.qđ contingit ſi neque ſubiectũ,neq; prędicatũ multa ſignificet. quod ſi plura deſignet,& ſit ęquiuocũ,non erit in hmõi propoſitionibus vna ſp uera,altera falſa,Herminus uero ſic ſentit.Quod ait Ariſtoteles.Sin uero duob. nomẽ unũ eſt poſitũ,ex quib.nõ eſt unum,non eſt una affirmatio, nec vna negatio, ut in eo inquit quod eſt hõ greſſibilis eſt. qm̃ quod dicimus greſſibile,põt & bipes eſſe,& quadrupes & multipes aĩal demonſtrari . Ex his inquit omnibus unum fit ꝙ eſt pedes habens. Iſta inqt hmõi affirmatio non multã ſignificat. ſed ſnĩa Ariſtotelis oĩno nõ ſequitur . neq;.n.ex his oĩbus unum fit.nec quadrupes & bipes & multipes,pedes habere faciũt. hic.n. numerus pedũ eſt,non pedum conſtitutio. quare Herminus prætermittẽdus eſt.Huic aũt expoſitioni q̃ ſupra diſſerui et Aſpaſius & Porphyrius & Alexander in his quos in hũc librum edidere cõmentarijs cõſenſere . ſed ne diutius nobis Ariſtotelis exemplum calignis obſcuritatẽ ferat,hoc in aliquo noto exẽplo uocabuloq; uidendũ eſt. Cum.n.dicimus, Aiax ſe perimit & Telamonis Aiacem filium,& Oileum demonſtrat,ex quib. duob. unũ fieri aliquid non põt.ex duobus.n.indiuiduis nihil oĩno coniungitur. Quare hmõi propoſitio multa ſignificat. Sed hæc hactenus, nunc aũt determinat hęc quæ de propoſitionibus ſupra iam dixerat . non de oĩ tẽpore,ſed de ſolis tm̃ pręterito & pręſenti,quemadmodum ſe in ueritate & falſitate habẽt diſſeruiſſe. In futuris non idẽ eſt,quale de pręſenti & pręterito in propoſitione iudicium,idcirco qui iam uel cum cõtingit,uel cum eſt , definita uerita & falſitas in propoſitionibus inuenitur , ut cum dico, Brutus conſulatum primus inſtituit ſub rege Tarquinio,dicat alius, Brutus conſulatũ nõ primus inſtruit ſub rege Tarquinio. Hic una uera eſt,una falſa , etiã affirmatio definite uera eſt ,definite falſa negatio. Rurſus in præſenti cũ dicimus uernũ tẽpus eſt , uernum tempus non eſt, ſi hoc uerno tempore dictum ſit,affirmatio uera eſt & definite uera, negatio falſa eſt & definite falſa.Quod ſi hoc autumno dictum ſit, definite falſa affirmatio, & definite eſt uera negatio,idcirco quod ſiue in præſenti,ſiue in præterito ueritas affirmationis negationisve iã contingit, in futuro vero non eodẽ modo ſeſe habet,ut cũm dicimus,Franci Gothos ſuperabunt,ſiquis neget Franci Gothos nõ ſuperabunt,una quidem uera eſt,altera falſa.Sed quę uera quę falſa ſit,ante exitum nullus agnoſcit,atq; hoc eſt qđ ait. in his ergo quæ ſunt & quæ facta ſunt, neceſſe eſt affirmationem uel negationẽ ueram eſſe uel falſam , in uniuerſalibus quidem vniuerſaliter, ſemper hanc quidẽ verã, illã uero falſam. Et in his quę ſunt ſingularia, quemadmodum dictum eſt , ut non modo una ſemper uera ſit,altera falſa in tota contradictione.Sed illud quoque habeat,ut in una qualibet definite ueritas aut falſitas reperiatur : ita ut in his ſingularibus ueritas & falſitas in propoſitionibus diuidatur, ĩ uniuerſalibus aũt ſi his particularitates opponuntur (quemadmodũ dictũ eſt)unam neceſſe eſt uerã eſſe, alterã falſam,ſed non definita propoſitionum veritate vel falſitate ſicut ſupra diſſerui. Quare in ſequentibus quędam de futuris tractanda ſunt,& quoniam maius opus eſt quam hic breuiter dici poſſe uiderimus , & nos ſecundi uoluminis ſeriem longius extraximus,hoc loco faſtidioſam longitudinem terminemus .

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Editionis ſecundæ, ſeu maiorum commentariorum , in librum Ariſtotelis de interpretatione .

## LIBER TERTIVS.

EA quę huius libri ſeries continebit exponere,altioris pene tractatus eſt, quã ut in logica diſciplina conueniat diſputari,ſed quoniam ( vt ſępe dictum eſt ) orationibus ſenſa proferuntur, quibus ſubiectas res eſſe manifeſtum eſt,nõ eſt dubium quin quod in rebus ſit idem , ſæpe transferatur ad uoces.quare mihi recte conſilium fuit ſubtiliſsimas Ariſtotelis ſententias gemino ordine cõmentationis aperire.Nam quod prior tenet editio,ingredientibus ad hæc altiora & ſubtiliora , quandam quodammodo faciliorem ſemitam parat. Quod autem ſecunda editio,in patefaciẽdis ſubtilibus ſententijs elaborat , hoc ſtudio doctrinaque prouectis legendum diſcendumque proponitur . Quare prius quędam pauca dicenda ſunt , quatenus ea de quibus poſtea tractaturi ſumus, hæc ipſa legentibus non uideantur ignota . Categoricas propoſitiones gręci uocant quæ ſine aliqua conditione propoſitionis pronuntur , ut eſt, dies eſt,ſol eſt,homo eſt,homo iuſtus eſt,ſol calet,& cętera quę ſine alicuius conditionis nodo atque ligamine ꝓponuntur . Sunt autem conditionales propoſitiones huiuſmodi. ſi dies eſt , lux eſt , quas gręci hypotheticas uocant . Conditionales autem dicuntur, quod talis quædam conditio proponitur,ut dicatur , ſi hoc eſt, illud eſt. & illas quidem quas categoricas græci nominant , latine prædicatiuas dicere poſſumus.Nam ſi κατηγορία prędicamentum eſt, cur non quoque κατηγορικαὶ propoſitiones prędicatiuę dicantur?Harũ autẽ quędam ſunt,quę cum ſempiterna ſignificent,ſicut hę res quas ſignificant ſemp ſunt, & nunquã à ꝓpria natura diſcedunt,ita quoq; ipſæ propoſitiones immutabili ſignificatione ſunt, ut ſiquis dicat,deus eſt,deus immortalis eſt.hæ nanq; propoſitiones,ſicut de immortalibus dicuntur , ita quoque ſempiternam habent & neceſſariam ſignificationem , nec hoc in unius temporis natura perſpicitur,ſed in omnibus.Nam cum dicimus deus immortalis eſt, uel immortalis fuit,immortalis erit, a propria ſignificationis neceſsitate nil diſcrepat,neceſſarias autẽ propoſitiones

uocamus

uocamus in quibus id quod dicitur, aut fuiſſe, aut eſſe, aut certe neceſſe eſt euenire. & hæc quidẽ q̃ ſempiterna ſignificant, ſempiternæq; neceſsitatis ſunt. Nam ẽt ſi in his non ſit manifeſta ueritatis natura, nihil tamẽ prohibet fixã eſſe neceſsitatis in natura conſtantiam. ut ſi nobis ignotũ eſt, utrũ paria ſint aſtra, an imparia, non tamen idcirco poterit euenire, vt nec paria, nec imparia uideantur, ſed ſine vlla dubitatione aut paria ſunt, aut imparia. Omnis .n. multitudo, horum alterum retinet in natura. Quocirca, & in his, ſiquis dicat, aſtra paria ſunt; aliuſq; rñdeat, aſtra paria non ſunt. vel ſiquis dicat, aſtra imparia ſunt; aliuſq; reſpondeat, aſtra imparia nõ ſunt, unus horum uerũ ex neceſsitate ꝓponit. & q̃quam id ꝙ quilibet horũ uerũ dixerit, nobis ignotũ eſt neceſſe eſt tamẽ immutabiliter eſſe qđ dicit̃. atq; hæ q̃dẽ ſunt immutabiliter neceſſariæ ꝓpoſitiones. Aliæ uero ſunt, q̃ nõ ſẽpiterna ſignificantes, ſũt tamẽ & ipſę neceſſarię, quouſq; illa ſubiecta ſunt, de quib. ꝓpoſitio aliquid affirmat, aut negat, vt cum dico hõ mortalis ẽ. q̃diu hõ eſt, tandiu hominẽ mortalem eſſe neceſſe eſt. nam ſiquis dicat ignis calidus eſt quandiu eſt ignis, tandiu ex neceſsitate uera eſt propoſitio. Aliæ vero ſunt quæ a natura neceſsitatis recedũt, & quędam tm̃ cõtingẽtia ſignificant. ſed hęc aut æqualiter ſe ad affirmationẽ negationẽq; habentia ſunt. aut ad unũ uergentia frequẽtius. æqualiter quidẽ ſe habẽt, vt ſiquis dicat, me hodie eſſe lauandũ, hodie me non eſſe lauandũ. Nihil .n. uel negatio magis, vel affirmatio fiet. vtręq; .n. ęqualiter neceſſarię nõ ſunt. Illę vero q̃ plus ad altera partẽ vergũt humõi ſunt. vt ſiquis dicat hoĩem ĩ ſenectute caneſcere, hoĩem ĩ ſenectute nõ caneſcere. ſit q̃dẽ frequentius vt caneſcat, non tamen interclusũ eſt, vt non caneſcat. Prædicatiuarum aũt propoſitionum natura ex rerum ueritate & falſitate colligitur. Quemadmodũ res ſeſe habẽt, ita ſeſe propoſitiones habebũ, quæ res ſignificant. Nam ſi in ſe res ullam retinẽt neceſſitatem, propoſitiones quoq; neceſſarię ſunt: ſin vero tãtum ineſſe ſignificẽt, vt ſiquis dicat hõ ambulat, homini ambulationem ineſſe monſtrauit, ꝑter aliquam neceſsitatẽ ſũt tm̃ ineſſe ſignificantes omni uacuę neceſsitate. Quòd ſi res impoſsibiles ſunt, propoſitiones, quę illas res demõſtrant, impoſsibiles nominantur. ſin vero res contingẽter ſunt uenientes atq; abeuntes, quæ illas prodit, contingẽs ꝓpoſitio nuncupatur. Qm̃ ãt temporum alia ſunt futura, alia p̄ſentia, alia vero p̄terita, res quoq; ſubiectæ temporibus, his quoq; temporum diuerſitatibus variæ ſunt. aliæ .n. præſentis tẽporis ſunt, alię futuri, alię p̄teriti. Eodem quoq; modo propõnes alias p̄teriti tẽporis ſignificatio tenet, vt cum dico Gręci Troiam euertere, aliæ præſentis, vt cum dico Francorum Gothorumq; pugna committitur, alię futuri, vt Perſæ, & græci bello morituri ſunt. Et de pręteriti quidem & de preſentibus, vt res ipſe ſtabiles ſunt & definitæ, ſic & ꝓpoſitiones. Nam quod factum eſt, non eſt non factum, & quod eſt non factum, nondum factum eſt. idcirco de eo quod factum eſt, uerum eſt dicere definite, ꝙ factũ eſt. & falſum eſt dicere ꝙ factum non eſt. ruſus de eo quod factum non eſt, uerũ eſt dicere ꝙ factum non eſt, falſum eſt, quod factum eſt. Et de præſenti quoque quod ſit, definitam habet naturam ĩ eo quod ſit. definitam quoq; in propoſitionibus ueritatem falſitatemq; habere neceſſe eſt. Nam quod ſit definite uerũ eſt dicere, quod ſit: falſum quod non ſit. Quod non ſit, uerum eſt dicere non fieri. falſum autem, fieri. De definitione ergo propoſitionum præteriti vel pręſentis ſupra iam dictum eſt: Nunc uero ad illarum propoſitionum veritatem falſitatemque diſputationis ordinẽ conuertit, quę in futuro dicũtur, quæque ſunt contingentia. ſolet autem futura uocare, quæ eadem contingentia dicere conſueuit. Contingens aũt ſecundum Ariſtotelicam ſententiam eſt, quodcunq; aut caſus fert, aut ex libero cuiuslibet arbitrio & propria uolũtate uenit, aut facilitate naturę in vtranq; partẽ redire poſsibile eſt, ut fiat, & non fiat. hęc ergo in pręterito quidem, & præſenti definitum & conſtitutum habent euentum: quæ enim euenerunt non eueniſſe non poſſunt. & quæ nũc fiunt, ut nunc non fiant, cum fiunt, fieri non poteſt. in his autem, quæ in futuro ſunt, & contingentia ſunt, & fieri p̄t aliquid & non fieri. Sed qm̃ tres modos ſupra poſuimus contingentis, de quibus melius in phyſicis tractauimus, ſingulorũ ſubdamus exempla. Si heſterno die egreſſus domo inueni amicum, quẽ in aĩo habebam q̃rere. non tñ tunc quęrebam, ut non inuenirem quem inueni anteq̃ inuenirem fieri poterat cum aũt inueni, vel poſtq̃ inueni, vt non inueniſsem, fieri non poterat. Rurſus ſi ipſe ſponte, p̄terita nocte profectus ſum in agrum, anteq̃ hoc fieret. ut non proficiſcerer fieri poterat. poſtq̃ profectus ſum, vel cum profectus ſum, ut id nõ fieret, quod fiebat, aut non factum eſſet quod erat factum, fieri non valebat. Amplius poſe eſt ſcindi hanc quam ueſtior tunicam ſi heſterno die ſciſſa eſt, cum ſcindebatur, aut poſtq̃ ſciſſa eſt. ut non ſcinderetur, aut non eſſet ſciſſa, fieri nequibat. añ uero q̃ ſcinderetur fieri poterat, vt non ſcinderetur. perſpicuum ergo eſt p̄ñtibus atq; p̄teritis earundem rerum, q̃ ſunt contingentes, definitum conſtitutum quæ eſſe euentum. In futuris aut vnum quodlibet duorum fieri poſſe, unum vero definitum non eſſe, ſed in vtranq; partẽ vergere, & aut hoc quidem, aut illud ex neceſsitate euenire, ut aũt hoc quodlibet definite, vel quodlibet aliud definite, fieri non poſſe. quæ enim contingentia ſunt, in vtraque parte contingunt. quod autem dico tale eſt. egrediente me hodie domo, amicum inuenire, aut nõ inuenire neceſſe eſt. In oĩbus .n. aut affirmatio eſt, aut negatio, ſed inuenire ſine dubio definite, aut certe ſi hoc non eſt, rurſus definite non inuenire, non eſt neceſſe: quamadmodum heſterno die quo amicum egrediens domo inueni, definitum eſt, definitũ eſt autem, ꝙ non eſt uerum me non inueniſſe. non eodem modo in his quæ ſunt contingentia, & futura, ſed tm̃ aut hoc quidem, aut illud eſt, & hoc ex neceſsitate. Quod autẽ una res, vel quilibet vnus euentus, definitus & quaſi certus ſit, fieri non p̄t. & in hac re diſsimiles ſunt propõnes contingẽtium & futurorum, ijs quæ ſunt præteritorum uł p̄ſentium. nam cum ſiṁes ſint in eo quod in his aut affirmatio eſt, aut negatio, ſicut ẽt in ijs quæ ſunt præterita uel p̄ſentia, in illo diuerſę ſunt, ꝙ in his quidem, i. p̄teritis & pręſentib. rerum definitus euentus eſt: In futuris uero & contingentib. indefinitus euentus eſt & incertus. Videntur tñ quædam p̄ſentia, vel pręterita incerta & indefinita, ſed ſolum nobis ignorantib. non naturę. nam licet ignoremus nos utrum aſtra paria ſint an imparia unum tñ quodlibet definite in natura ſtellarum eſſe manifeſtum eſt. & hoc nobis q̃dem ignotum eſt, naturę vero notiſsimum. Sed non ita, hodie me viſurum eſſe amicum, aut non uiſurum. nobis q̃dem q̃d eueniat ignotum eſt. notum uero naturæ. non .n. hoc naturaliter, ſed caſu euenit. Quare hmõi propõnes non modo ad noſtram, ſed ad naturę ipſius notitiam ſm̃ incertum euentum & inconſtantem, veritatem atq; mendaciũ deriuabuntur. talis .n. eſt contingentis natura, vt uel in vtraque parte ęqualiter ſeſe habeat, vt hodie me eſſe lauandum, uel hodie me non eſſe lauandum, uel in una plus, minus in altera, vt hoĩem caneſcere ſeneſcentem, uel hoĩem non caneſcere ſeneſcẽtem. illud .n plus ſit, illud minus. ſed nihil prohibet, id quod rarius ſit, tñ fieri. De his ergo Ariſtotelica ſubtilitas diſputatura primum a ſinglibus inchoans ad vlia tractatui uiam pandit. duobus .n. modis contradictiones fiebant, aut in ſingularibus aut in vlibus vliter pręedicatis, & his oppoſitis. Ingreditur autem ex his tribus quæ ſupra dicta ſunt, ex caſu, ex libero arbitrio, ex poſitate, q̃ oĩa vno noĩe utrumlibet uocauit, ſingens. ſ. nomen ad hoc, quod nõ vnius & certi euentus iſta ſint. ſed utriuſlibet, & q̃uo contingit ea fieri, uel non fieri, hoc autem monſtratiuum eſt naturæ inſtabilis, & ad vtranq; partem ſine ullius rei obluctatione uergentis. Non autem oportet arbitrari illa eſſe vtrumlibet, & cõtingentium naturæ, quæcunq; nobis ignota ſunt. neq; .n. ſi nobis ignotum eſt a Perſis ad Gręcos miſſos legatos, idcirco miſſos eſt incerti euentus eſt. Nec ſi læ tale ſignum in ęgrotantis facie medicina deprehendit, ut aliud eſſe non poſſit, niſi ille moriatur, nobis autem ignotum ſit, propter artis imperitiam, idcirco illum ægrum eſſe

moriturum, vtrumlibet & cõtingentis naturæ eſſe judicandũ eſt. ſed illa ſola talia ſine dubio eſſe putãda ſunt, quæcũque idcirco nobis ignota ſunt, ꝙ per propriam naturã qualem habeant euentum ſciri non poſſunt, idcirco qm̃ ꝓpria inſtabilitate naturæ ad vtraq; vel gẽtur, i. ad affirmationis, & negationis euentum propria inſtabilitate atq; inconſtantia permutantur. Eſt ãt ĩter philoſophos diſputatio de rerũ quæ fiunt, cauſis. neceſſi. ate ne omnia fiant, au quędã caſu. & ĩ hoc Epicureis & Stoicis & Peripateticis noſtris magna contentio eſt, quorũ pauliſper ſn̄ias explicemus. Peripatetici. n. quorũ Ariſtoteles princeps eſt, & caſum, & liberi arbitrium judicij, & neceſſitatẽ in reb. quæ fiunt, quęq; aguñt, cũ grauiſſima auctoritate, tũ appertiſſima rõne confirmãt. Et casũ quidẽ eſſe in phyſicis probant. quoties aliquid agiẽ & nõ id euenit, ꝑꝑ qđ illa res eſt cœpta, quę agebat, id qđ euenit, ex caſu eueniſſe putãdum eſt. & caſus quidẽ nõ ſine aliqua actione fit. Quoties ãt aliud quiddã euenit ꝑ actionẽ q̃ geritur q̃ ſperat, illud eueniſſe caſu Peripatetica probat auctoritas. Siquis. n. terram fodiens, vel ſcrobem demittẽs, agricultus cã, theſaurum reperiat: caſu ille theſaurus inuentus eſt, non ſine aliqua quidem actione. terra. n. foſſa eſt, cũ theſanrus eſt inuentus, ſed non illa erat agentis intentio, vt theſaurus inueniretur. Ergo aliquid agẽti homini, ꝑꝑ aliud tamen agẽti, res diuerſa ſucceſſit. Hoc igitur ex caſu euenire dicit, quodcunq; per aliquã actionem euenit, non ꝑꝑ eã rem cœptam, quę aliquid agenti ſucceſſerit. & hoc quidem in ipſa rerum natura eſt, vt non hoc ex noſtra cõſtaret ignorantia, vt nõ idcirco quædam eſſe caſu uiderentur, ꝙ nobis ignota eſſent: ſed potius idcirco a nobis ignorent, qđ hæc in natura, quæcunque caſu fiunt, nullum neceſſitatis cõſtantiam, aut prouidentiæ modum tenerent. Stoici dum omnia quidem ex neceſſitate, & ſm̃ prouidentiam fieri putant, id quod ex caſu fit, non ſecundum ipſius fortunę naturã, ſed ſecundum noſtram ignorãtiam mentiũtur. id. n. caſu fieri putant, quod cum neceſſitate ſit, tamen ab hominibus ignoretur. Et de libero quoq; arbitrio eadem nobis pene illuq; cõtentio eſt. Nos. n. liberum arbitrium ponimus, nullo extrinſecus cogente in id quod nobis faciendũ, uel non faciendũ judicantibus perpenuentibuſq; uideatur, ad quam rem præſumpta prius cogitatione perficiendam & agendam uenimus, vt & id qđ fit ex uobis, & ex noſtro iudicio principiũ ſumat, nullo extrinſecus, aut uiolenter cogente, aut uiolenter impediente. Stoici ãt omnia neceſſitatib. dantes, couerſo quodam ordine liberũ uoluntatis arbitriũ cuſtodire conant. dicunt. n. naturaliter quidem aiam habere q̃dam uolũtatem, ad q̃ propria natura ipſius uoluntatis impellitur. & ſicut in corporibus inanimatis quædã naturaliter grauia feruntur a terram, leuia ſurſum meãt. & hæc natura fieri nullus dubitat. ita quoq; in hominibus & in cæteris animalib. uoluntatem quidem naturalem eſſe cunctis, & quicquid fit a nobis, ſm̃ uoluntatem quę naturalis nobis eſt putat fieri. illud tñ addunt, ꝙ ea uolumus quæ prouidẽtię illius neceſſitas imperauit, vt ſit quidem nobis uoluntas conceſſa naturaliter, & id ꝙ facimus uoluntate faciamus, quę ſ. in nobis eſt: ipſam tñ uoluntatem illius ꝓuidẽtiæ neceſſitas cõſtringit. ita fieri qdẽ oĩa ex neceſſitate, ꝙ uoluntas ipſa naturalis neceſſitatem ſequatur, fieri ẽt quæ facimus ex nobis, ꝙ ipſa uoluntas ex nobis eſt, & ſm̃ animalis naturã. Nos aũt liberum uoluntatis arbitrum non id dicimus, quod quilq; uoluerit, ſed quod quiſq; iudicio & examinatione collegerit. Alioqui multa quoq; animalia habebunt liberum uoluntatis arbitrium. Illa. n. uidemus ſponte quædã refugere, q̃buſdam ſponte concurrere. Quòd ſi velle aliquid vel nolle, hoc recte liberi arbitrij uocabulo teneretur, non ſolum hoc eſſet hominũ, ſed cęterorum quoq; animalium, quib. hanc liberi arbitrii ꝑtãtem abeſſe quis neſciat? ſed eſt liberum arbitriũ, ꝙ ipſa quoq; uocabula produnt, liberum nobis de uoluntate iudicium. Quotieſcunque. n. imaginationes quædam concurrunt animo, & uoluntatem irritant, eas ratio perpendit, & dę his iudicat, & quod ei melius uidetur. cum arbitrio perpenderit, & iudicatione collegerit, facit: atq; ideo quædam dulcia & ſpẽm utilitatis monſtrãtia ſpernimus: q̃dã amara licet nolentes fortiter ſuſtinemus, iõ nõ ĩ uoluntate, ſed in iudicatione uoluntatis, liberũ cõſtat arbitriũ, & nõ in imaginatione, ſed in ipſius imaginationis ꝑpẽſione conſiſtit, atq; ideo quarũdam actionũ nos ipſi principia, non ſequaces ſumus. hoc eſt. n. vti rõne, vti judicatione. Eſſe. n. cõmune nobis eſt cum cęteris animantibus, ſola rõne diſiungit. Qđ, ſi ſola eſt iudicatione inter nos & cætera aĩalia diſtantia, cur dubitemus rõne vti, hoc eſſe qđ vti iudicatione: Quã ſiquis ex reb. tollat, rõnem hominis ſuſtulit. hominis rõne ſublata, nec ipſa quoq; humanitas ꝑmanebit. Melius igiẽ Peripatetici noſtri, & casũ ĩ rebus ipſis fortuitũ dantes, ſed ꝑter ullam neceſſitatẽ: & liberũ quoq; arbitriũ neq; iñ neceſſitate, neq; in eo qđ ex neceſſitate qdem nõ eſt, nõ tamẽ in nobis eſt; vt caſus. ſed in electione iudicationis & uolũtatis examinatione poſuere. In eo autem qđ poſſibile eſſe dicit, eſt q̃dam inter Peripateticos & Stoicos diſſenſio, quam hoc mõ paucis abſoluimus, Illi. n. definiũt poſſibile eſſe qđ poſſit fieri, & ꝙ fieri non prohibet, vt ſit, hoc ad noſtram poſſibilitatem referentes, ut qđ nos poſſumus, id poẽe dicerent. Qđ vero nobis impoẽe eſſet, id poẽe negarent, Paripatetici autem nõ in nobis hoc, ſed in ipſa natura poſuerunt, ut quędam ita poſſibilia eſſent fieri, vt eſſent poſſibilia nõ fieri, vt hunc calamum frangi quidem poſſibile eſt, & ẽt non frangi. & hoc nõ ad noſtram poſſibilitatem referunt, ſed ad ipſius rei naturam. Cui ſn̄iæ contraria eſt illa quæ, dicit, oĩa fato fieri, cuius Stoici auctores ſunt. qđ. n. fato fit, ex principalibus cauſis euenit. Sed ſi ita eſt, hoc, qđ non fiat, non põt permutari. Nos autẽ ita dicimus q̃dam eſſe poſſibilia fieri, ut eadem ſint ẽt poẽia non fieri, hoc non ex neceſſitate, nec poſſibilitate noſtra mentientes. His igiẽ expeditis illud addere ſufficiat, hoc Ariſtoteli fixum in ſn̄ia & diſciplina retinenti, facile fuiſſe contingentium propoſitionum modum de futuris oſtendere, i. ęqualiter ſe habere in affirmatione, & negatioue, & in vtraq; parte facere atq; ideo determinatam euentus conſtantiam non habere: quod ni ita eſſet, omnia ex neceſſitate fieri crederentur, qđ melius liquebit, cum ad ipſa Ariſtotelis uerba uenerimus. Non autẽ ĩcommode neq; incongrue Ariſtoteles de reb. altiorib. & fortaſſe nõ pertinentibus ad artẽ logicam, diſputationẽ tranſtulit, cum de propoſitionib. loqueretur. Neq; . n. eſſet firmam rectitudinem & ſignificantiam ꝓpoſitionũ conſtituere, niſi hanc ex reb. ita eſſe ꝓbauiſſet. Prædicatiuæ em̃ ꝓpoſitiones (vt dictum eſt) non ĩ ſermonib. neq; in complexione ꝑdicationum, ſed ĩ rerum ſignificatinne conſiſtũt. Quare oĩbus quæ ꝑdicenda erant explicitis, ad ipſius. Ariſtotelis ſententias aperiendas enodandaſque perueniamus.

*In his ergo et quæ ſunt, et quæ facta ſunt, neceſſe eſe affirmationem, uel negationem, ueram uel falſam eße. Ac ĩ uniuerſalibus quidem uniuerſaliter, ſemper hãc quidẽ ueram, illam uero falſam eſſe: & in iis quæ ſunt ſingularia, quemadmodum dictum eſt. in his uero quæ in uniuerſalibur non uniuerſaliter dicuntur nõ eſt neceſſe, dictum eſt autem & de his.*

32. Categoricas propoſitiones, quæ prædicatiuæ latine poſſunt nominari (vt ſupra iam diximus) ex reb. quas ipſę propoſitiones ſignificant ĩtegra ratiocinandi norma diiudicat. Illæ nanq;, quas hypotheticas vel conditionales uocamus ex ipſa conditione uim propriam trahunt, non ex his quę ſignificant. Cum enim dico, ſi homo eſt, animal eſt. & ſi lapis eſt, animal non eſt, illud eſt conſequens, illud repugnans. quare ex conſequentia & repugnantia propoſitionum tota ĩ propoſitione vis vertitur. vnde fit vt non ſignificatio, ſed conditio propoſitam hypotheticarum enunciationum uim naturamque conſtituat. Pręd icatiuę vero propoſitiones (vt dictum eſt) ex rebus principaliter ſubſtantiam ſumunt, atque ideo, quoniam quædam res ſunt pręſentis temporis, quædam præteriti, ſicut euentus ipſę rerum præſen-

tis

tis temporis vel prçteriti certus eſt, ita quoq; prçdicatiuarum propoſitionum de præteritis & præſentib. certa ueritas falſitaſq; eſt. Erat autem cõtradictonis modus duplex: aut.n.uniuerſales particnlarib. angulariter opponebantur, aut ſingularis ſignificatio affirmatiua, ſingularem negationem cõtradictoria oppoſitione perimebat. Et in his una uera ſemper, altera falſa reperiebatur. In his aũt quæ eſsẽt indefinitæ, noo neceſſe erat unã uerã eſſe, alteram falſam: ſed in his in quib.ueritas & falſitas diuidebatur. in his nõ ſolum vna vera ſemper eſt, altera ſemoer falſa: in pterito.ſ.& in pſeoti, ſed etiam una certã & definitam ueritatẽ retinet, certã & definitã altera falſitatẽ. In his aũt quç ſunt io futuro, ſi neceſſariæ quidẽ propoſitiones ſunt, licet ſm tps futurum dicantur, neceſſe eſt tõ noo modo vnam veram eſſe, alterã falſam, ſed ẽt unam definite ueram, alteram falſam definite. vt cum dico, ſol hoc anno uerno tempore in arietem uẽturus eſt. Si hoc alius neget, non ſolum una uera eſt, altera falſa, ſed ẽt in hoc vera ẽ affirmatio definite, falſa negatio. ſed Ariſto. non ſolet illa futura uocare, quç ſunt neceſsaria ſed potius quæ ſint contingentia. Contingẽtia, autem ſunt (vt ſupra diximus) quçcunque vel ad eſse, vel noo ad eſse æqualiter ſeſe habent, & ſicut ipſa indefinitum habent & eſſe, & ooo eſſe, ita quoq; de his affirmationes & negationes indefinitam habeut ueritatem vel falſitatem: cum vna ſemper vera ſit, ſemper altera falſa: ſed quæ vera ſit, quçve falſa, nondum in contingentib. ootum eſt. Nam ſicut quæ ſunt neceſſaria, eẽ in his eſse definitum eſt: quæ autẽ ſunt impoſſibilia eſſe. in his non eſſe definitum eſt: ita quoq; quç poſſunt eſſe, & poſſunt ooo eſse, in his neq; eſse, neque non eſſe eſt definitum, ſed ueritas & falſitas ex eo quod eſt eſse rei, & ex eo quod eſt non eſſe rei ſumitur. nam ſi ſit quod dicitur, verum eſt: ſi non ſit quod dicitur, falſum eſt. Igitur in contingentib. & futuris ſicut ipſum eſse & non eſse inſtabile eſt: eſſe tamen aut noo eſſe neceſse eſt: ita quoq; in affirmationib. contingentia prodentibus, ueritas quidem & falſitas in inecrto eſt. Quæ.o. vera ſit, quæ falſa, ſm ipſarũ propoſitionum naturam ignoratur: neceſse eſt tamen unam ueram eſſe, alteram falſam. Porphyrius tamẽ quædam de Stoica dialectica permiſcet, quæ cum latinis aurib. nota nõ fiot, nec hoc ipſum quod in quçſtione venit agnoſcitur: atque ideo illa ſtudio prætermittemus.

## DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS.

*IN ſingularibus uero & futuris nõ ſimiliter. nã ſi omnis affirmatio vel negatio, uera vel falſa eſt, & omne neceſſe eſt uel eſſe uel nõ eſſe. Quare ſi hic quidẽ dicat futurũ aliquid: ille vero nõ dicat hoc quidẽ ipſum: manifeſtũ eſt, quoniam neceſſe eſt uerum dicere alterũ ipſorũ: ſi omnis affirmatio uel negatio, uera uel falſa eſt. vtræq. enim non erunt ſimul in talibus. nã ſi uerũ eſt dicere. quoniam eſt album uel nõ album neceſſe eſt albũ eſſe, uel nõ album. Et ſi eſt albũ uel nõ album, uerum eſt, uel affirmare uel negare: & ſi nõ eſt, mentitur: et ſi mẽtitur, nõ, eſt Quare neceſſe eſt aut affirmationem aut negationẽ uerã eſſe uel falſam. Nihil ergo neque eſt, neque fit, neq. caſu, neque vtrumlibet, nec erit, nec non erit. ſed ex neceſſitate omnia & non vtrũlibet. aut enim qui dicit uerus eſt: aut qui negat, ſimiliter enim uel fieret, uel non fieret.*

§3. Geminas eſſe contradictiooes in propoſitionib. ſupra iam dictum eſt, & ounc quoq; commemorat in quib. neceſse eſt unam ueram eſſe, alteram falſam. ſed ea qoç dicentur de futuris & contingeotib. melius intelligentur, ſi de his contingeotib. loquamur quç in ſingulari contradictione prouenıunt. eſt .n. vſium angularis contradictio io cõtingentibus huiuſmodi. Cras omnes Athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt. Cras non oẽs Athenienſes bello nauali pugnaturi ſunt. In ſingularibus autem talis eſt. Cras Socrates in paleſtra pugnaturus ẽ. Cras Socr. in paleſtra pugnaturus nõ eſt Non autem oportet igoorare non eſse ſimiliter cootingentes has, quæ dicunt Socra. morietur & Socrates non morieẽ & illas quæ dicunt, Socr. morietur, cras Socr. non morietur cras. Illæ.n. ſuperiores omnioo contingẽtes noo sũt, ſed ſunt oeceſsariæ. Morietur.n. Socra. ex neceſsitate. hæ uero quæ tps definiunt, nec ipſe in oumero cootingentium recipiuntur, idcirco quod nobis quidem eras moriturum eſſe Socr. incertum eſt: Naturæ autem incertum noo eſt. Atq; ideo nec deo quoq; iocertum eſt, qui ipſam naturam optime nouit. Sed illæ ſunt proprie contingentes, quç neq; in natura ſunt, neq; in neceſſitate, ſed aut in caſu, ant in libero arbitrio, aut in poſsibilitate natura. Ex caſu quidem, vt cum egredior domo amicum uideam, non ob hoc egrediẽs. Ex libero arbitrio, vt quod poſſum & oelle & non uelle, an uelim, hoc antequam fiat, iocertum eſt. Ex poſsibilitate, qđ cum fieri poſſit & nõ fieri poſsit id aoteq̃ fiat, quod vtroq; modo pt fieri, incertum ſit. Ideoq; cras Socr. pugnaturus eſt in paleſtra contingens eſt, qđ hoc ex libero venit arbitrio. Ergo in hmõi contingentib. ſi io futuro vna ſẽper uera eſt, altera ſemper falſa, & vna definite vera, altera falſa definite, & res uerbis congruerent, omnia neceſse eſt eſse, vel oõ eſse, & quicquid fit ex neceſsitate fit, & nihil neq; poẽe eſt eſſe, quod poẽe ſit non eſse, neque liberum erit arbitrium, neq; in reb. ullus caſus erit, in omnib. ueceſsitate dominante. In his nanq; .i. in ſingularibus contradictionibus verum dicere vterq; non poteſt. Contradictoriæ .n. erant, quç ſiẽ eſſe non poſſunt, ſed nec vtræque, ideſt negatiooes atq; affirmationes falſç eſſe io cootradictoriis pñt. Illç n. erant cõtradictoriæ, quæ ſimul eſse noo poterant. Quare unus uerũ dicturus eſt, vnus falſum. Quod ſi nihil datur in hmõi reb. .i. contingentib. inſtabile, euentus ordine, & incerta ueritatis & falſitatis enunciatione proueoire, quicquid uerũ dicitur in affirmatione definite, hoc definite eſt neceſse eſt. q c quid falſum dicitur in oegatiooe, hoc non eſse neceſse eſt. Omnia igitor ex oeceſsitate aut erunt, ex aut neceſſitate non erunt. Nihil ergo nec caſus, nec liberum arbitrium, nec poſſibilitas ulla in reb. eſt. Siquidẽ tenet cuncta neceſsitas. Ariſtoteles vero ſumens iſtam hypotheticam propoſitionem, ſi omne quod in futuro dicitur aut uerum definite, aut falſum eſt definite omnia ex neceſsitate fieri, & nihil caſu, nihil iudicio, oihil poſsibilitate conuenienti ordine mõſtrat, & hoc poſito, unam.ſ. alteram definite falſam eſse, oĩa ex neceſsitate contingere ex conſenſu rerum propoſitionumque demonſtrat, hoc modo. Proponit.n. hanc conditionem, & hãc veram eſse, ex rerum ipſarum neceſſitate confirmat. Eſt autem conditio, ſi omnis affirmatio, vel negatio in futurum ducta vera, vel falſa eſt definite, & omne qcqd fit ex neceſsitate fit, & nihil, neque caſu, neque propria & libera voluntate, atq; iudicio, nec uero aliqua poſſibilitate, q̃ omnia vtrumlibet vocabulo nuncupauit. Ponit.o. hanc conditionem dicens. Nam ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt, ſubaudiendum eſt definite, & omne neceſse eſt eſse vel noo eſse. ſi hic quidem dicat futurum aliquid, ille vero non dicat hoc idem ipſum, manifeſtum eſt, qm̃ neceſſe eſt uerum dicere alterum ipſorum, ſi omnis affirmatio uel negatio vera uel falſa eſt. vtrçque.n. non erunt ſimul in talibus. Ergo ſenſus huiuſmodi eſt. Si omnis inquit affirmatio vel negatio vera, vel falſa eſt definite, & omoe neceſſe eſt, aut eſse, aut non eſse, quod uel affirmatio ponit, vel negatio perimit. Nam ſi quilibet dixerit eſse aliquid: & alius dixerit, idem ipſum non eſse, vnus quidem affirmat, alius vero negat, ſed in affirmatione & negatione, quç in contradictione ponũtur, vna ſemper vera eſt, altera falſa: neque .n. fieri poteſt vt vtrçque ſit veræ; non.n. tune nune ſermo, eſt, aut de ſubcontrarijs, aut de indefinitis. namque ſub contrariæ, ideſt particularis negatio & affirmatio particulàris, & indefinitæ, vtræque uerç in eodem eſse poterant. Contradictoriç autem minime; neque enim fieri poteſt, vt hç quæ vel in ſingularibus contradictiones ſunt, uel in vniuerſalibus

uerſalib, angulariter opponuntur, ſimul vnq̃ veræ ſint; hoc .n. eſt quod ait. Vtrçque .n. non erunt ſimul in talibus, id eſt vtræq; enunciationes non erunt verę in enunciationib. contradictorijs, poſita ergo hac cōditione, ſi omnis affirmatio definite vera vel ſalſa ſit, oĩa ex neceſsitate euenire. Hanc ipſam rerum ipſarum, & propoſitionum conſequentiam, & ſimilitudinem monſtrare contendit dicens. Nam ſi uerum eſt dicere, quod album vel non album eſt, neceſſe eſt eſſe album, vel non album, & ſi eſt album vel non album, verum eſt, affirmãre vel negare. & ſi non eſt, mentitur. & ſi mentitur, non eſt. quare neceſſe eſt affirmationem, vel negationẽ ueram eſſe vel ſalſam. Omnis inquit affirmatio omniſq; negatio cum reb. ipſis, vel vera, vel ſalſa eſt. hujus ãt rei exempla, ex præſentib. ſumit, Nam ſicut ſe hñt ſm neceſsitatem in præſenti tempore enunciationes, ita ſe hñt, & in futuro. Speculemur igit in præſenti, q̃ ſit rerum propoſitionumq; neceſsitas. Si qua .n. propoſitio de qualibet re dicta vera eſt illam rem quam dixit, eſſe neceſſe eſt. Si .n. dixerit, quod nix alba eſt, & hoc verum eſt, veritate propõnis ſequitur neceſſitas rei. Neceſſe eſt .n. niuem eſſe albã, ſi propoſitio quæ de eadem re prædicata eſt, vera eſt. Quod ſi dixerit quis non eſſe albam picem, & hęc vera eſt: manifeſtum eſt rem quoq; propõnis conſeq veritatem. Amplius quoq; propoſitiones, rerum neceſsitates ſequuntur; ſi .n. eſt aliqua res, verum eſt, de ea dicere quod eſt, & ſi non eſt aliqua res, uerum eſt de ea dicere, quod non eſt: ita ſm ueritatem affirmationis, vel negationis neceſsitas rei ſubſtantiam ſequitur, & rerum neceſsitas propoſitionum comitatur neceſsitatem. atque hoc quidẽ in veris, in falſis quoq; idem eſt, econtrario. Nam ſi ſalſa eſt affirmatio: rem de qua loquitur nõ eſſe neceſſe eſt. vt ſi ſalſa eſt affirmatio, quæ dicit picem eſſe albam, non eſſe albam picem neceſſe eſt, Rurſus ſi ſalſa eſt negatio q̃ dicit, niuem non eſſe albam, niuem eſſe albam neceſſe eſt. Rurſus ſi res non eſt, affirmatio quoq; de ea re neceſſario ſalſa eſt. Quod ſi rurſus res non ſit, id quod p̃t dicere ſalſa negatio, ſine vlla dubitatione illa negatio ſalſa eſt, & hoc neceſſe eſt. vt qm̃ de niue p̃t dicere ſalſa negatio, qđ alba non ē, hoc ipm̃ qđ ſalſa negatio dicit, i. albam nõ eſſe, non eſt. Nix .n. non alba non eſt. Quare rerum neceſſitati falſitas vtraq; conuertitur. nam ſi eſt aliquid, vere de eodem dicitur, quod eſt. & ſi uere dicitur illam rem de qua vere aliquid p̃dicat eſſe neceſſe eſt. quod ſi non eſt id quod dicitur, ſalſa enũciatio eſt, & ſi enunciationes ſalſę ſunt, res non eſſe neceſſe eſt. Quod ſi hæc ita ſunt, poſitum eſt autem oẽm affirmationem, & negationem ueram eſſe definite, qm̃ propõnem veritatem vel ſalſitatem, rerum neceſsitas ſm eſſe vel non eſſe conſequitur, eſſe quidem ſm veritatem, vt dictum eſt, nõ eſſe ſm falſitatẽ. Nihil fit caſu, neq; libera voluntate, neque aliqua poſſibilitate. Hæc .n. quæ vtrumlibet vocamus, talia ſunt: quæ cum nondum ſunt ſacta & fieri p̃nt, & non fieri: ſi .n. facta ſunt, non fieri potuerunt, vt hodie me librum Virgilij legere, quod nondum feci, poteſt quidem nõ fieri, poteſt etiam fieri, quod ſi fecero, potui non facere. hęc igitur huiuſmodi ſunt, quęcunque vtrumlibet dicuntur. Vtrumlibet autem quid ſit ipſe planius demonſtrat dicens.

*Vtrumlibet enim nihil magis ſic uel non ſic ſe habet, aut habebit.*

34. Eſt .n. vtrumlibet, quod vel ad eſſe, uel ad non eſſe æqualiter ſe habet, ideſt neq; illud eſſe neceſſe ſit, neq; non eſſe neceſſe ſit. Putauerunt autem quidam, quorum Stoici quoq; ſunt, Ariſt. dicere, in futuro contingentes nec veras, nec ſalſas; quod .n. dixit nihil ſe magis ad eſſe habere quam ad non eſſe, hoc putauerunt tanquam nihil eas intereſſet, ſalſas an ueras putari, neq; veras .n. neq; ſalſas eſſe arbitrati ſunt, ſed ſalſum eſt. non .n. Ariſt. hoc dicit, quod vtræq; nec veræ, nec ſalſæ ſint, ſed quod una quidem ipſarum quęlibet, aut uera aut ſalſa eſt. non tamen quemadmodum in præteritis definite, nec quemadmodum in præſentibus: ſed enũciatiuarum uocum duplicẽ quodammodo eſſe naturam, quarũ quędam eſſent in quibus nõ modo uerum & falſum inueniretur, ſed in quibus, etiam unam eſſe definite ueram, alteram definite ſalſam. in alijs uero una quidem uera, altera ſalſa, ſed indefinite, & commutabiliter. & hoc per ſuam naturam, non ad noſtram ignorantiam, atq; notitiam. Quocirca recte dictũ eſt, ſi oĩs affirmatio vel negatio vera definite eſſet, nihil fieri, neq; eẽ uel caſu, uel a cõi nomine vtrumlibet, nec eſſe aut non eſſe contingemer, ſed aut eſſe aut non eſſe definite, ſed magis ex neceſsitate omnia; hoc .n. conſequitur eum qui dicit, aut eum qui affirmat verum eſſe, aut eum qui negat. quod ſi hoc verum eſſet, ſi̾r cum ueritate; vel fieret, vel cum ſalſitate non fieret, quod vere ſalſeve ab enunciationibus dicebatur. Quod ſi hoc impoſſe eſt, & ſunt quædam res, quæ neceſsitate non ſunt. videmus autem quaſdam eſſe caſu, quaſdam ex voluntate, quaſdam ex propria poſſibilitate naturæ; fruſtra putatur ſicut in præteritis, ita quoque in futuris enunciationibus unam eſſe veram, alteram ſalſam definite. Quare hęc quidem una fuit eius argumẽtatio, aliã uero quaſi ipſe ſibi opponens aliquam quæſtionem, ingreditur ualidiore tractatu.

*Amplius ſi eſt album nunc, uerũ erat dicere prius qđ erit album. quare ſemper fuit uerũ dicere, quodlibet eorũ quæ facta ſunt, quod eſt, uel erit. Quod ſi ſemp̃ uerũ fuit dicere, quod eſt uel erit, non p̃ot hoc non eſſe, uel nõ futurum eſſe. Qued autem non poteſt nõ fieri, impoſſibile eſt nõ fieri: Et qđ impoſſibile eſt nõ fieri, neceſſe eſt fieri. Omnia ergo quæ futura ſunt, neceſſe eſt fieri: nihil igitur utrũlibet, neque caſu erit. nam ſi caſu, non ex neceſſitate.*

35 Ad aſtruendum non eſſe oẽs enunciationes ueras definite in futuro vel ſalſas, ex eadem argumentationis virtute, & ex eodem poſitatis euentu: diuerſam tñ ingreditur argumentationis uiam. Dudum .n. ex his quę nõdum erant facta, ſi vere futura eſſe prædicerẽtur, in reb. neceſsitatem ſolam eſſe poſſe collegit. nunc autẽ ex his quę factæ ſunt, argumẽtationem capit, ſi uere anteq̃ fierent prędicerentur, neceſsitatis nexu euentus rerum oĩum cõtineri. arbitrantur .n. hi q̃ dñt contingentium quoq; propoſitionum ſtabilem eſſe enũciationis modũ ſm ueritatem. i. atq; mendacium, qđ omnia quæcunq; ſacta ſunt, potuere prędici qđ fient: hoc .n. in natura quidem fuit ante. ſed nobis hoc rei ipſius patefecit euentus. Quare ſi oĩa quæcũq; euenerunt ſunt, & ea q̃ ſunt futura eſſe prędici potuerunt, neceſſe eſt omnia quæ dñr, aut definite uera eſſe, aut definite ſalſa, qm̃ definitus eorum euentus ſm præſens tempus eſt. Quare in omnib: in quibus aliquid euenit, verum erat dicere, quod euenturũ eſt, & ſi nondum adhuc ſactum eſt: hoc autem illa res probat uerum fuiſſe tũc dici: quoniam euenit id quod prædici potuerat, quod ſi prædictum eſſet, res euentura definita ueritate prædiceretur. hoc Ariſtoteles ſummens ad idem impoſsibile ualidiſsima ratione perducit, & præſentis temporis naturã cũ futuri enunciatione coniungit. Ait .n. ſimile eſſe de præſentibus enunciare ſm ueritatis neceſsitatẽ & de futuris. Nam ſi verum eſt dicere, quod eſt aliquid, eſſe neceſſe eſt, & ſi uerum eſt dicere quod erit, futurum eſſe ſine dubio neceſſe eſt. Omnia igitur ex neceſsitate futura ſũt, ad idem ſcilicet impoſsibile argumentationem tradẽs. Sumit autem huius impoſsibilitatis ordinem ex his propoſitionibus quæ faciliores quidem ad intellectum ſunt, idem tamen ualent, hoc modo. Si ſemper inquit verum eſt dicere, quod eſt, vel erit: quicquid .n. nunc verum fuit prędicere, illud non poteſt non eſſe, necnon futurum eſſe: quemadmodum enim id quod in præſenti vere dicitur eſſe, hoc non poteſt non eſſe, & uera de ea propoſitio fuit, quæ dicebat eſſe: ita quoque in futuro quæ dicit, aliqui futurum eſſe, illa, ſi vera eſt, non poteſt non futurum eſſe quod prædicit. Quod ſi non p̃ot non fieri quod a vera propoſitione prędicitur: impoſsibile eſt non fieri. Idem enim eſt dicere, non poteſt non fieri, quod dicere. impoſsibile eſt non fieri. Quod autẽ impoſsibile eſt non fieri, neceſſe eſt fieri. Impoſsibile enim idem neceſsi-

tati

tati ualet contrariæ prædicatum, ut ipſe poſt docuit. Nam quod impoſsibile eſt eſſe, neceſſe eſt non eſſe Quod neceſſe eſt ut ſit, poſsibile nõ eſt illud non eſſe: quod.n. vt ſit poſſibile non eſt, non eſſe neceſſe eſt. Q ſi hoc eſt, & cõtraria ſe eodem modo habebunt. Quod eſt impoſſe non eſſe, hoc eſſe neceſſe eſt. Sed dictum eſt ea quæ uere prædicunt, impoſſe eſſe non eſſe. hoc autem eſt ex neceſsitate eſſe. Ea igiť quæ prædicuntur ex neceſsitate futura ſunt. Nihil igitur vtrumlibet, neq; caſu, nec oĩno ſm liberum arbitrium, qđ vtrumlibet ſignificatio totum clauſit. nã quod dicit vtrumlibet, poſſitatem, & caſum, & liberum in ſignificatione arbitrium tenet. Ergo nihil fit caſu. Nam ſi quædam fieri caſu dicat, ille rurſus in ea re perimit neceſsitatem; quod.n. caſu ẽ, non ex neceſsitate eſt. nihil autem fit caſu, qm̃ omnia ex neceſsitate proueniunt, quæcunq; enunciatio uera prædixerit. euenit aũt hmõi impoſsibilitas ex eo qđ conceſſum eſt prius, omnia quęcunque facta ſunt, definite vere prędici potuiſſe. nam ſi ex neceſsitate contingit id quod euenit, uerũ fuit dicere ꝙ erit. quod ſi ex neceſsitate non contingit, ſed contingenter, non potius uerum fuit dicere ꝙ erit, ſed magis ꝙ contingit eſſe. nam qui dicit erit, ille q̄dam neceſsitatem in ipſa prædicatione ponit. hoc inde itelligitur, ꝙ ſi uere dicat futurum eſſe id qđ prędicitur, impoſſe ſit non fieri. hoc autem ex neceſsitate ſit fieri. ergo qui dicit quod erit aliquid eorum quæ contingenter eueniunt, in eo qđ futurũ eſſe dicit, id quod contingenter euenit, fortaſſe mentiť. vel ſi contigerit res, illa quã prædixit, ille tñ mentitus eſt: non .n. euentus falſus eſt, ſed modus prędicationis. Nanq; ita oportuit dicere, cras bellum nauale contingenter eueniet, hoc eſt dicere, ita eueniet ſi euenerit, ut potuerit non euenire. Hoc ergo qui dicit, uerum dicit. Euentum.n. contingenter prædixerit. Qui ãt ita dicit, cras erit bellum nauale, quaſi neceſſe ſit, ita pronunciat ꝙ ſi euenerit, non iã iccirco q͞a ꝑdixit, uerum dixerit, qm̃ id qđ cõtingẽter euẽturum erat, neceſſarie futurum eſſe ꝑdixit. Nõ ergo in euẽtu eſt falſitas, ſed in prædicationis mõ. Quemadmodum.n. ſiquis Socr. ambulante dicat, Socr. ex neceſsitate ambulat, ille mẽtitus eſt, non in eo qđ Socr. ambulat, ſed in eo qđ ille ex neceſsitate eum ambulare ꝑdicauit, ita quoq; in hoc, Qui dicit qđ erit aliquid, ẽt ſi hoc fiat, ille tñ falſus eſt, non tn̄ eo qđ factum eſt, ſed in eo qđ non ita factum eſt, vt ille ꝑdixit futurum. Quod ſi verum eſſet definite, ex neceſsitate eſſet futurum. Igit ex neceſsitate futurum eſſe ꝑdixit, quodcunq; ſine ullo alio mõ euenturum ꝓnunciauit. Quare non in euentu rei, ſed in prædicationis enunciatione, falſitas inuenitur. Oportet.n. in contingentib. ita aliquid ꝑdicere ſi uera erit enunciatio, vt dicat quidẽ futurum eſſe aliquid, ſed ita vt rurſus relinquat eſſe poſſe, vt futurũ nõ ſit. Hæc ãt eſt contingẽtis natura, cõtingenter in enuntiatione ꝑdicare. Quod ſiquis ſimplr id qđ fortaſſe contingẽter eueniet futurum eſſe ꝑdixerit: ille rẽ contingẽtẽ neceſſario futurã prędixit. Atq; iõ ẽt ſi euenerit id qđ dicit, tñ ille mentitus eſt, in eo qđ hoc quidem contingenter euenit, ille autem ex neceſsitate futurum eſſe prędixerat. Cum ergo ſint quatuor enũciationum ueritatis & falſitatis modi, de his .ſ. propoſitionibus quæ in futuro predicant. aut ꝙ erit, & nõ erit id quod dicitur .i. ut, & affirmatio & negatio vera ſit. aut ꝙ nec erit, nec nõ erit .i. vt affirmatio, & negatio falſæ ſint. aut ꝙ erit aut nõ erit, una tamen definite vera altera falſa. aut rurſus ꝙ erit, aut non erit, utriſq; ſm ueritatem & falſitatem indefinitis, & ęqualiter ad ueritatem mendaciumq; uergentibus, docuit quidem ſupra, & eſſe & non eſſe fieri non poſſe, cum dixit; Vtręque.n. ſimul non erunt in talibus. Docuit ẽt aliq̃tiſper, aut eſſe, aut non eſſe definite in contingentibus & futuris propõnibus eſſe non poſſe. Nunc illud addit. Quod neque eſſe neque non eſſe, idest quod nec illud dici uere poſsit, poſſe vtraſque inueniri falſas, quæ dñr in futuro propõnes. Quod ſi neque vtræque veræ ſunt, neq; vtræq; falſæ, neq; una definite vera, falſa altera definite. Reſtat, vt vna quidẽ vera ſit, altera falſa, non tñ definite, ſed vtrumlibet & inſtabili modo, vt hoc quidem, aut hoc euenire neceſſe ſit, vt tamen vna res quælibet quaſi neceſſarie, ꝙ definite pronunciat, aut non proueniat fieri non poſsit: Quẽadmodum autem vtraſq; falſas non eſſe demõſtraret, hic inchoat.

*At uero nec quòd uerum eſt neutrum, cõtingit dicere, vt quòd neque erit, neque nõ erit. primũ enim cum ſit affirmatio falſa, erit negatio non vera: & cum hæc ſit falſa, contingit affirmationẽ eſſe non ueram. Ad hæc ſi uerũ eſt dicere, quod album eſt & magnum, oportet eſſe utrũque ſi uero erit cras, oportet eſſe cras. ſi autẽ neque erit, neque non erit cras, non erit utrumlibet, ut nauale bellũ. oportebit enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri.*

36. Senſus argumentationis huĩoi eſt, nec illud inquit dici poterit. ꝙ contingentium propõnum neutra vera ſit in futuro. hoc ãt nihil differt dicere quam ſiquis dicat, vtraſque eẽ falſas: hoc.n. impoſſe eſt in contradictionibus. Nam vtręque falſæ inueniri non pñt. hoc.n. proprium contradictoriarum eſt, vt proprietatem contrarium fugiant. propõnes ergo cõtradictorię, vt proprietatẽ ſubcontrariarum fugiunt in eo ꝙ ſiľ veræ eſſe non pñt: ita quoq; contrariarum proprietatẽ vitant, in eo ꝙ ſiľ falſę non reperiunť. Hñt ergo ꝓpriam naturam, vt neque falſę ſiľ ſint, neq; verę. quare vna ipſarũ ſemper vera, ſemper altera falſa. impoſſe eſt igitur cum ſit falſa negatio, non ueram eſſe affirmationem, & rurſus cum ſit falſa affirmatio, negationem eſſe non veram. Igitur nec hoc eſt dicere, ꝙ vtręq; non verę ſint. Quod per hoc dixit quod ait, At vero nec ꝙ neutrum verum eſt contingit. dicere .i. non nobis contingit dicere, hoc eſt impoſſe eſt dicere, quod neutrum verum eſt .ſ. ꝙ in affirmationibus & negationibus, quæ proponuntur, contingentibus .ſ. & futuris. Qui autem Ariſt. arbitrati ſunt vtraſq; propõnes in futuro falſas arbitrari, ſi hęc quę nunc dicit diligentiſsime perlegiſſent, nunq̃ tantis laberentur erroribus. Neque.n. idem eſt dicere neutra vera eſt, quod dicere neutra vera eſt, quod dicere neutra eſt definite. Futurum.n. eſſe cras nauale bellũ, & nõ futurum, non dicitur, ꝙ vtræq; oĩno falſæ ſint, ſed ꝙ neutra vera ſit definite, aut q̄libet ipſarum definite ſit falſa: ſed hęc quidem uera, illa vero falſa, non tñ una ipſarũ definite, ſed q̄libet illarum contingenter. His aũt adiecit aliud quiddam dicens, ſi propõnum ueritas ex rerum ſubſtantia pendet, vt quicq̄d uerũ eſt in ꝓpoſitionibus dicere, hoc eſſe neceſſe eſt, ſi uerũ eſt dicere, ꝙ erit albũ aliquid, ueritatẽ ꝓpoſitionis ſequitur rei neceſſarius euentus. Quod ſi quis dicat quamlibet illam rẽ cras albam futuram, ſi hoc vere dixerit; cras ex neceſsitate alba futura eſt. Sic igitur ſiquis verum dicit. neutram eſſe ueram propõnem earum quę in futuro dñr, neceſſe eſt id quod dicit, & ſignificat ab illis propõnibus, nec eſſe, nec nõ eſſe. falſa.n. & affirmatione & negatione, nec quod affirmatio dicit, fieri pt, nec quod negatio. ergo ex neceſsitate neutrum fit, quod vel affirmatio dicit, vel negatio. Ergo ſi dicat affirmatio, cras bellum nauale futurum, qm̃ falſa eſt, non erit cras bellum nauale. Rurſus ſi idẽ neget negatio dicens, non erit cras bellum nauale, qm̃ hęc quoq; falſa eſt, erit cras nauale bellum. Quare neq; erit bellum nauale, quia affirmatio falſa eſt, nec non erit bellum nauale, q͞a negatio falſa eſt. Sed hanc ineptiam, nec animus ſibi ipſe fingere pt. Quis.n. vnquam dixerit, rem aliq̃ ex neceſsitate nec eſſe, nec non eſſe? quod ille .ſ. dicit qui dicit vtriuſq; propoſitiones in futuro falſas exiſtere.

*Quæ ergo contingunt inconuenientia, hæc ſunt, et alia huiuſmodi, ſi omnis affirmationis & negationis, uel ĩ his quæ de uniuerſalibus dicũtur uniuerſaliter, uel in hi quæ ſunt ſingularia, neceſſe eſt, oppoſitarum hanc quidẽ uerã eſſe, illam uero falſam. Nihil autem vtrumlibet eſſe ĩ his quæ fiunt, ſed omnia eſſe & fieri ex neceſſitate. Quare nõ oportebit neq. cõſultare neq. negotiari, ut ſi hoc facimus: erit hoc, ſi uero non hoc, non erit hoc. Nihil .n. probibet*

in

*in milleſimum annum hunc quidem dicere hoc futurum ſe, illum vero non dicere quare ex neceſſitate erit, quodlibet, eorum, quod tum ab eo uerum erat dicere.*

37 Omnia in futuro vel vera, vel falſa eſſe definite in ꝑpoſitionibus arbitrantes, impoſsibilitas iſta cōſeqtur: nihil.n. neq; ex libero uoluntatis arbitrio, neq; ex aliqua poſsibilitate, neq; ex caſu q̃cq̃ fieri pōt, ſed oīa neceſsitati ſubiecta ſunt. q̃ quā q̃dam non dubitauerunt diceret, oīa ex neceſsitate eſſe, & q̃buſdam artibus conati ſunt id quod in nobis eſt cum rerum neceſsitate coniungere. Dicunt.n. q̃dam quorum ſunt Stoici, oīa quæcunq; fiunt, fati neceſsitate ꝓuenire, & omnia quæ fatalis agit rō, ſine dubio ex neceſsitate cōtingere. Sed illa eſſe ſola ĩ nobis, & ex uoluntate noſtra, quæcunq; per uoluntatē noſtrā, & ꝑ noſipſos uis fati complet ac ꝑficit. neq;.n. inquiunt uoluntas noſtra in nobis eſt: ſed idē uolumus idēq; nolumus, q̃cq̃d fati neceſsitas imperauit, ut uoluntas noſtra quoq; ex fato pendere uideaẗ, ita q̃m̃ per uoluntatē noſtram quædam ex nobis fiunt, & ea q̃ fiunt, in nobis fiunt, q̃m̃que uoluntas ipſa ex neceſsitate fati eſt, & quæ noſtra facimus uolūtate, q̃a neceſsitas imperauit, ea ipſa impulſi facimus neceſsitate. Quare hoc mō ſignificationem liberi arbitrij permutātes: neceſsitatē & id q̃d ĩ nobis eſt coniungere impoſsibiliter & copulare cōtendūt. Illud.n. in nobis eſt liberū arbitrium, q̃d ſit omni neceſsitate uacuum, & ingenuum, & ſuę poteſtatis, quorum nos dñi quodāmodo ſumus, vel faciēdi, vel nō faciendi: ꝙ ſi volūtatibus quoq; noſtris fati in nobis neceſsitas imperet, in nobis uolūtas ipſa nō erit, ſed in fato, nec erit liberū arbitriū ſed potius ſeruiēs neceſsitati. unde fit, vt qui oēs actus euētuū neceſsitate conſtringunt, dicant poplitē quoq; nos non flectere niſi fatalis neceſsitas iuſſerit; caput quoq; nō ſcalpere, quare nec lauare, nec agere aliquid. His ēt adijciam vel aliquid feliciter, vel aliquid infeliciter facere, vel pati. vnde fit vt neq; caſum, neq; liberum arbitrium, nec poẗe ĩ rebus ullum eſſe contendant. q̃uis liberum deſtruere metuentes arbitrium, aliam ei fingant ſignōnem ꝑ quam nihilominus libera hominis uoluntas euertitur. Ariſtotelica vero auctoritas ita hæc in rebus poſita, & conſtituta eſſe confirmat, vt non exponat nunc quid ſit caſus, quidve poẗe, quidve in nobis, nec ea eſſe in rebus probat atq; demonſtrat. ſed in tātum apud illum hæc in rebus eſſe manifeſtum eſt, vt opinionē qua q̃s arbitratur enunciationes in futuro oēs ueras eſſe, per hoc impoẗem eſſe dicat, ꝙ caſum, & poſsibilitatem, liberumq; euertat arbitrium. Hęc.n. in rebus ita conſtituta putat, vt non de his ulla opus ſit demonſtratione, ſed impoſsibilis ratio iudiceẗ, quæcunq; vel poẗe, vel caſum, vel id quod in nobis, eſt conatur euertere. Et caſum, quidē quēadmodum definita in propōnibus futuris deſtruat veritas, ſupra monſtrauit. Nunc autem quemadmodum eadem ipſa veritas definita futurarū & contingentium propoſitionum, tollat liberi arbitrij facultatē, maxima vi argumentationis exequitur dicens. huiōi cuncta contingere impoẗia, ſi quis vnam enunciationis partem definite veram vel falſam eſſe confingat. Sed nos ſecuti Porphyrium cum huius diſpũtationis expōnem cepimus, id quod prius dixit in ſingularibus & futuris. ob hoc dixiſſe prædiximus, ꝙ facilior ſit intellectus diſputationis, ſi hęc prius in ſingl̃ibus perſpicerent. de quibus ſingularibus diligētiſsime prælocutus, nunc de uniuerſalibus vl̃iter prędicatis, & de his quę in eis fiunt contradictiones loquitur. Ita.n. dicit. Si oīs affirmationis & negationis vel in his q̃ in vl̃ibus dicuntur uniuerſaliter, vel in his quæ ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidē eſſe verā, illam vero falſam. Alex. autem in ſingularibus & futuris dixiſſe eum arbitratur, tanquam ſi diceretur, in his futuris quæ in gñatione & corruptione ſunt. Sunt.n. quędā futura quæ in generatione & corruptione nō ſunt. vt quod de Sole & Luna de cęteris cæleſtibus pronunciatur. hęc vero quæ ſunt in reb. his quarum eſt, & naſci & corrumpi natura, vnā ſemper nō neceſſe eſt veram eſſe, alteram falſum. Sed neutram ego improbo expoſitionem. vtraque.n. veriſſima ratione firmantur. Oīs autem ſenſus talis eſt, ꝙ neceſsitatem ſolam in rebus imperare deſtruit Ariſt. omne.n. quod natura eſt, non fruſtra eſt. conſiliari autem homines naturaliter habent. quod ſi neceſsitas in rebus ſola dominabitur, ſine cauſa eſt conſiliatio. ſed conſiliatio fruſtra non eſt. natura.n. eſt. non igitur in rebus poteſt cuncta neceſsitas. Ordo aūr ſe ſic hēt. Quæ ergo inquit contingunt inconuenientia hęc ſunt, & hmōi alia. ſ. ꝙ qui eſt in rebus, caſus, euertitur. vero ꝙ poẗitas & liberi arbitrij voluntas amittitur. & hæc q̃uo contingunt, ipſe ſecutus eſt dicens. Si omnis affirmationis & negationis vel in his quæ in vniuerſalibus dñr uniuerſaliter, vel in his quæ ſunt ſingularia: neceſſe eſt oppoſitarum hanc quidem uerā eſſe, illam vero falſam. Nihil autē vtrumlibet eſſe in his quę fiunt. Sed omnia eſſe & fieri ex neceſsitate. tunc.n. inconueniētia illa contingunt, ſi omnis affirmatio & negatio definite vera vel falſa eſt, quæ in his cōtradictionibus, quę in vl̃ibus angulariter ſiunt, ſiue in ſingularibus. Tunc.n. nihil eſt vtrumlibet, ſed ex neceſsitate omnia. q̃m̃ ueritatem & falſitatem propōnum, rerum euētus ex neceſsitate conſequitur. Quare (vt ipſe ait) non oportebit neq; conſiliari, neque negociari. ut ſi hoc facimus, erit hoc. ſi vero non hoc, non erit hoc. Euertitur.n. conſiliatio, ſi fruſtra eſt: fruſtra autem eam dicit eſſe, quiſquis in rebus ſolam ponit fati neceſsitatem. Cur.n. quis conſilium habeat, ſi nihil ex eo quod conſiliatur efficiet. cum adminiſtret cūcta neceſsitas? Quare non oportebit conſiliari, vel ſiquis conſiliatur, negociari non debet. Negociari autem eſt, actu aliquid & negocio agere: non lucrum. ſed aliq̃ cām vel actum. Nihil.n. ipſe per actum ſuum conſiliumq; expediet, niſi fati neceſsitas iubeat. Docuit aūt quid eſſet conſiliatio per id quod ait. vt ſi hoc facimus, erit hoc. ſi vero non hoc, non erit hoc. Ita.n. ſemper fit conſiliatio, vt ſi ſit Scipio, ita conſiliabitur. Si in Africam exercitum ducam, cladem Hannibalis ab Italia remouebo. Si vero non ducam, non eripietur Italia. hoc eſt.n. dicere. Si hoc faciam, ut ſi in Africam exercitum ducam, erit hoc. i. eripietur Italia. Si vero non hoc. i. ſi hic manſero, non erit hoc. i. non eripietur Italia. Et in alijs omnibus rebus eodem modo. Simul autem monſtrauit in cōſilijs non eſſe neceſsitatem. Si.n. hoc inquit faciam, hoc erit. & ſi non, hoc non erit. Quod ſi neceſsitas eſſet in reb. ſiue hoc quis faceret, ſiue non faceret, quod neceſſe eſſet, eueniret. Quare quod conſilij ratione ut, non ſit violentia neceſsitatis adiunxit autem ei quod eſt conſiliari, negociari. & eſt ordo hoc modo. Quare nō oportebit neq; conſiliari ut ſi hoc faciamus, erit hoc: ſi uero non hoc nō erit hoc: nihil enim prohibet in milleſimum annum hunc quidem dicere, hoc futurum eſſe, hunc uero non dicere. Quare ex neceſsitate erit quodlibet eorum quod uerū erat dicere tunc. neque negociari. i. actum incipere atque negocium gerere, prior eſt enim conſiliatio, poſterius negocium, ſed negociū poſt conſiliationem poſuit, & cuncta quę ad conſiliationis naturam addi oportebat, poſt negociationis ſubdidit interpoſitionem. Eſt autem ordo hoc modo. Si omnia inquit neceſsitas agit, non oportet conſiliari, vt ſi hoc facimus, proueniet hoc nobis. ſi vero hoc non facimus, non proueniet. Nihil enim prohibet fruſtra unum dicere, alterum negare dicentem. Si hoc facimus hoc erit aut non erit. Quod.n. venturum eſt, fiet, ſiue ille per conſilium coniectet hoc poſſe fieri, etiam ſi quid aliud fecerit. Siue ille per conſilium neget hoc poſſe fieri, etiam ſi hoc quod dixit, faciat. Ex neceſsitate.n. futurum eſt, quicquid vnus ipſorum uerum dixerit. Quod ſi conſiliari omnino non oportet. nec negotiari oportebit. id eſt nullum incipere negotium. Siue enim quis incipiat, ſiue non incipiat quicquid ex neceſsitate eſt, ſine ulla dubitatione proueniet. quare nihil alter homo diſtabit ab altero homine. Eo enim meliores homines iudicamus, quòd meliores ſunt in conſilio. ſed vbi conſiliatio fruſtra eſt, cuncta neceſsitate faciente, homines quoque inter ſe nihil differunt. ipſa enim conſiliatio nihil differt, vtrum bona an mala ſit, cum prouentus neceſsitas in fati adminiſtratione conſiſtat. Quare ſi boni conſilij ho

minea

minies laude digni ſunt, mali cõſilij vituperatione, non aliter hoc erit iuſte, niſi vel malus actus malumq; conſiliũ, & econtrario bonum, in noſtra ſit ptãte, & non in fato. Cũ.n. nulla ex neceſsitate conſtringatur euentus rei, tunc & liberum voluntatis arbitrium eſt, vt nõ ſit fatali ſeruiens neceſsitati. Ergo neq; q in hoc mundo ſimplices rerum ordines poſuere, recipiendi ſunt. & hi q impermiſta hac mundana mole non permiſtas quoq; actorum cauſas accipiunt, repudiandi. Nam neq; qui caſu omnia euenire dicunt, recte arbitrantur. neq; qui omnia neceſsitatis violentia fingunt, ſana opinione tenentur: neque .n. omnia ex libero eſſe arbitrio manifeſtum eſt, ſed horum omnium, & cauſæ miſtæ ſunt, & euentus. Sunt.n. quędam ex caſu, ſunt aliqua ex neceſsitate, quædam etiã videmus libero teneri iudicio, & actuum quidem noſtrorum voluntas in nobis eſt. Noſtra .n. voluntas domina quodammodo eſt noſtrorum actuum, & totius vitę rationis, ſed non eodem modo euentus quoq; in noſtra eſt ptãte. pro alia nanq; re aliquid ex libero arbitrio facientibus. ex eiſdem ueniens cauſis caſus interſtrepit. vt cũ ſcrobem demittens quis, vt infodiat vitem, ſi theſaurum inueniat, ſcrobem quidem demittere ex libero venit arbitrio, inuenire ãt theſaurum ſolus attulit caſus. eã tamen cãm habet caſus, quam volũtas attulit. Niſi.n. foderet ſcrobem, theſaurus non eſſet inuentus. Quidã autem euentus noſtris voluntatibus ſuppetit. quoſdam impedit quædam violenta neceſsitas. Prandere.n. & legere, & alia hmõi, ſicut ex noſtra volũtate ſunt, ita quoq; eorũ, ſæpe ex noſtra volũtate pendet euentus, ꝙ ſi nunc imperare Perſis velit Romanus, arbitrium quidem voluntatis in ipſo eſt, ſed hunc euentum durior neceſsitas retinet, & ad pfectionem vetat adduci. Itaque omniũ rerũ, & caſus, & voluntas, & neceſsitas dominãtur. Nec vna harum res in omnib. ponenda eſt, ſed triũ miſta potentia. vnde fit, vt peccantium animus magis conſideretur potius quam euentus, & puniatur animus non perfectio. idcirco ꝙ volũtas quidem nobis libera eſt, ſed aliquoties pfectionis ordo retinetur. Quod ſi omnia vel caſu, vel neceſsitate fierent, nec laus digna bene facientibus, nec vltio delinquentibus, nec leges vllæ eſſent iuſtæ, quæ aut bonis præmia, aut malis reſtituerent pęnas. Venio nunc ad illud quod multis quęritur modis, an diuinatio maneat, ſi nõ omnia in rebus ex neceſsitate contingant. nam quod in vera prædictione eſt, idem eſt ſcientia. & ſicut cũ quis verum prædicit, quod vere pdicit eſſe neceſſe eſt. Ita quod quis futurum nouit, illud futurum eſſe neceſſe eſt. Sed diuinatio nõ nouit ſic omnia, vt ex neceſsitate futura pronunciet. atque idcirco frequenter ita diuinatur, quod facillime in veterũ libris agnoſcit. hoc quidem euenturũ eſt. ſed ſi hoc fit, non eueniet. quaſi interdici poſsit, & alio modo euenire. Quod ſi ita eſt, neceſsitate non euenit. Verũ autem ſi omnia futura ſciat deus, omnia eſſe neceſſe eſt, ita qramus. Siqs dicat Dei ſcientiam de futuris euentuum ſubſequi neceſsitatem: is pfecto conuerſurus eſt, ſi omnia ex neceſsitate nõ cõtingũt, omnia Deũ ſcire non poſſe. Nã ſcientiã Dei ſequitur euentuum neceſsitas, ſi neceſsitas euentuum nõ ſit, diuina ſcientia perimit. Et quis tam impia rõne animo torqueat, ut hoc de Deo dicere audeat? Sed fortaſſe quis dicat. Quoniã euenire non pt, ut Deus omnia futura non nouerit, hinc euenire, vt omnia ex neceſsitate ſint, quoniã Deo notitiam rerũ futurarũ tollere nefas eſt. Sed ſiquis hoc dicat, illi videndũ eſt, ꝙ Deum dum omnia ſcire conatur efficere, omnia neſcire contendit. Binarium.n. numerum eſſe imparem ſi quis ſe ſcire proponat, non ille nouerit, ſed potius neſcit. Ita quoq; non eſt potentiæ noſſe, ſed id arbitrari noſſe potius impotentiæ. Qui ergo dicit Deũ cuncta noſſe, & ob hoc cuncta ex neceſsitate eſſe futura: is Deũ dicit, ex neceſsitate cũcta uentura credere, quęcunque ex neceſsitate non eueniunt. Nam ſi omnia ex neceſsitate ventura nouit Deus, in notione ſua fallitur. nõ.n. omnia ex neceſsitate eueniunt, ſed aliqua contingenter. Ergo ſi q contingenter euentura ſunt, ex neceſsitate euentura nouerit, in propia prouidentia falſus eſt. Nouit.n. futura Deus, non vt ex neceſsitate euenientia, ſed vt cõtingenter, ita vt etiã aliud poſſe fieri nõ ignoret, quod tamen fiat ex ipſorũ hominũ, & actuũ rõne pſciſcat. quare ſiquis oĩa ex neceſsitate fieri dicat. Deo quoq; beneuolentiam ſubripat, neceſſe eſt: nihil.n. illius benignitas parit, quando quidem cuncta neceſsitas adminiſtrat, vt ipſum Dei benefacere ex neceſsitate quodãmodo ſit, & non ex ipſius voluntate. nã ſi ex ipſius voluntate qdam fiunt, ut ipſe nulla neceſsitate claudatur, non oĩa ex neceſsitate contingũt. Quis igit tã impie ſapiens Deum quoq; neceſsitate cõſtringat? q ſi omnia ex neceſsitate fieri dicat, iſta quoq; uis. impoſsibilitatis eueniet. Quare ponendum in rebus eſt, caſu qdam poſſe, & voluntate effici, & neceſsitate conſtringi. Et oĩo q vtrumuis horum ſubruit, impoſsibilis iudicãda eſt. Non igit immerito Ariſt. ad impoſsibilem rationem perducit dicens: & poſsibilitatem, & caſum, & liberum arbitrium deperire, quod fieri nequit, ſi oĩum futurarum enunciationum vna ſp vera eſt definite, falſa ſp altera definite. harum .n. veritatem & falſitatem neceſsitas conſequit, q & caſum de reb. & liberũ ſubducat arbitriũ. vnde nũc quoq; idem repetit dicens. nihil impedire vtrũ aliqs ante mille annos aliquid futurũ eſſe dicat an alius neget: nõ eſt.n. vt pp dicere vel negare, cũcta facienda ſit vel nõ facienda, ſed ſi neceſſe eſt, dicentẽ vel negantem, res quoq; affirmatas, vel negatas ſubſeq, ẽt ſi illi nõ dicãt q illis dicentib. euenire neceſſe erat, etia nõ dicentib. euenire neceſſe eſt. dicit ãt hoc modo.

*At vero neque hoc differt, ſi aliquis dixerit contradictionẽ, vel non dixerit. manifeſtum eſt.n. quoniam ſic ſe habent res, etiam ſi non hic quidem affirmauerit, ille vero negauerit. nõ.n. propter negare uel affirmare, erit vel non erit: nec in milleſimum annum magis quam in quãtolibet tempore. Quare ſi in omni tempore ſic ſe habebat, vt vnum diceretur uere, neceſſe erat hoc fieri: & vnumquodque eorum quæ fiunt, ſic ſemper ſe habebat, vt ex neceſſitate fieret: quando.n. vere dicit quis quoniam erit, nõ poteſt non fieri, & quod factum eſt, verum erat dicere ſẽper quoniam erit. Quod ſi hæc non ſunt poſſibilia. videmus.n. eſſe principium futurorum. & ab eo quod conſultamus atque agimus aliquid.*

38. Euentũ neceſſariũ rerũ Ariſto. non ex pdicentiũ veritate, ſed ex ipſarũ rerũ natura cõſiderans ait, ꝙ licet neceſſe ſit qſqs de re aliqua vere pdixerit, rem q ante pronunciauerit euenire, non tamen idcirco rerũ neceſsitas ex pdictionis veritate pendet, ſed diuinandi veritas ex rerũ potius neceſsitate ppendit. Non.n. idcirco neceſſe eſt eſſe, quoniã verũ aliquid pdictũ eſt. ſed quoniã neceſſario erat futurũ: idcirco de ea re potuit aliquid vere pdici quod ſi ita eſt, eueniendi re, vel non eueniendi, non eſt cauſa is qui prædicit rem futurã eſſe uel negat. Non.n. pp affirmationem vel negationem eſſe neceſſe eſt. ſed idcirco eſſe neceſſe eſt q futura ſunt, quoniam in natura propria quandam habent neceſsitatem, in q ſiquis incurrerit, verum eſt quod prædicit. Ergo ſt quæcunq; nunc facta ſunt, verum de his fuiſſet dicere, quoniã erunt, ſiue ille dixiſſet, ſiue non dixiſſet, hæc quęcunq; facta nunc ſunt, erant ex neceſsitate futura: non.n. pp dicentem, vel negantem in reb. neceſsitas eſt: ſed pp rerum neceſsitatem ueritas in pronunciatione vel falſitas inuenitur. Quare ſi etiã ea q nunc facta ſunt, vere potuiſſent pdici, ꝙ erunt, & his ita poſitis rem neceſſe eſſet euenire, ſiue illi prædicerent, ſiue non prædicerent, neceſſe eſt omne, quod ſit ex neceſsitate eſſe futurum, & nihil omnino vtrũlibet in rebus eſt. nanq; ſi nihil neceſsitatem rerum adiuuat diuinatio, & nihil intereſt, vtrũ qs pdicat futurum eſſe aliquid, an neget, an nullus omnino aliquid, nec in affirmatione, nec in negatione prædicat, manifeſtum eſt ꝙ nec de eo vlla diſtantia eſt. ſiue.n. quis ante, quamlibet multum tps aliquid euenturum vere eſſe prædixerit, ſiue ante quamlibet paucos dies, vel horas, vel momenta: nihil enim intereſt. Siue enim quis ante mille annos prædiceret, quod ex neceſsitate eſſe futurum, ſiue ante annum, vel menſem, uel diem,

vel horam, vel momentum, de necesſitate rei euenturæ nihil moueret. quid.n. intereſſet, utrum prædiceretur an non prædiceretur? nihil quoq; intereſt an iuxta prædicatur an longius. Quod ſi hæc ita ſunt, & omnia quæcunq; euenerunt futura fuiſſe neceſſe eſt, totum liberũ arbitrium perit. totus caſus abſumitur. rerum posſibilitas pp necesſitatem omnis excluditur. Simul aũt Ariſtoteles prænunciationem, euentumq; cõtingens, rerum necesſitatem ex ipſa propoſitionum veritate cõfirmat dicens. Si hæc ita ſunt, ut in omni tpe ſe ſic haberet vnumquodq; quod factum eſt, ut hoc ipſum, vere prædiceret, neceſſe eſſet hoc fieri, i. neceſſe eſſet quod prædictum eſt vere, euenire: vnumquodq;.n. eorum q̃ fiunt & uere prædicũtur ſic ſe habet, ut ex necesſitate fiat. hoc autem cur fiat hæc ratio eſt: quod enim vere quis dicit, fieri neceſſe eſt. Illa enim ueritas ex necesſitate rerum procreatur. quod ſi etiam id quod factum eſt, ueraciter prænunciaretur futurum: nulla eſſet dubitatio omnia ex necesſitate prouenire. Quod ſi hoc inquit imposſibile eſt (uidemus .n. quaſdã res ex principio liberi arbitrij, & ex noſtrorũ actuũ fonte deſcẽdere) quid dubitamus friuolã rõnẽ omniũ rerũ necesſitatis excludere? & delectum humanę uitæ interpoſitione necesſitatis nõ abſumere? Quę.n. erit ulla diſcretio inter homines, ſi liberi arbitrij iudicium perit? Cur poſtremum leges conditæ? Cur rei publicæ iura? Cur reſponſa ſunt? Cur inſtituta? Cur mores publici, & priuati actus, conſtitutionibus principium, & iudiciorum nexibus continentur, ſi certum eſt, nihil humanis licere propoſitis? Fruſtra.n. cuncta ſunt, ſi liberum arbitrium non eſt: leges.n. & cætera ad continendos animos hominum conditas ſcimus. quod ſi ſeipſi animi non regunt, & eos aliqua quædam uiolentia necesſitatis impellit, dubiũ non eſt, quin vacuę iſtę leges ſint, quæ nihil ſponte facientibus proponuntur. Sed hæc quam ſint imposſibilia ipſe Ariſtoteles probat, cuius recta ſententia, neq; caſum, neque necesſitatem, neque posſibilitatem in utraque parte naturæ, neque liberum tollit arbitriũ: ſed cuncta permiſcens, rebus pluribus arbitratur mundum compoſitum, nõ ſimplici vel caſu, vel necesſitate, vel liberę voluntatis iudicio contineri. Quod ſi hæc non ſunt posſibilia (videmus.n. eſſe principium futurorum & ab eo quod conſulimus atq; agimus aliquid) imposſibilia, inquit, iſta ſunt ut omnia ex necesſitate proueniãt. Sumus.n. quorũdam nos ipſi quoq; principia, & animus noſter ratione formatur actionesq; noſtrę ea ratione directæ quarũdam rerum principium tenent. Sic.n. id quod in nobis eſt ſe habere dicitur, nulloq; extra impediente vel cogente, ad quod nobis videtur rõne iudicãte proſilimus. Nec omnia necesſitatibus ſubripienda ſunt. Omnium nanque animalium genus in eo qđ animalia ſunt ſubiectum eſt aliud naturæ, aliud cæleſtibus ſiderum curſibus, aliud rationi quoque mentis & animi cogitationi. Arbores nanque & quædam animalia irrationabilia. Illa quidem tantum naturæ ſubiecta ſunt: Pecudes vero, quia liberum non habent arbitrium, cæleſtium etiam decretis. Homines aũt & naturæ & ſideribus & propriæ uolũtati ſubiecti ſunt. Multa.n. natura dominante vel facimus, vel patimur, vt mortem, vel huiuſmodi habitudinem corporis. Multa etiam ſecum rerum ipſarum necesſitas trahit, vt ea quę cum facere uolumus, non tamen facere valeamus. Multa autem dat voluntatis liberum arbitrium, quæ nobis volentibus fiunt, quę non fierent niſi vellemus. vnde fit, vt natura quę motus eſt principium, & liberi arbitrij facultate, & animi quoq; ratione participet. anima vero velut alligata corporibus, quibus natura dominatur, imaginationibus, & cupiditatibus, & iracundiæ ardoribus, cæteriſque, q̃ afferunt corpora, ex ipſa, cui illigata eſt, natura, participat. Cuncti autem diuinæ prouidentiæ ſubiecti, ex illa quoque diuinorum voluntate pendemus. Itaque nec cęleſtium necesſitas totas ſubruitur, nec caſum diſputatio hęc de rebus eliminat, & liberum firmat arbitrium ſed hæc maiora ſunt, quam vt nunc digne perirractari queant. Sumus igitur nos quoque rerum principia & ex noſtris cõſilijs atque actibus in rebus plura conſiſtunt. Quod ſi ea quæ per hanc ratio nec affectuntur, perſpicua ſunt, quod vero ponitur, .i. affirmationem & negationẽ omnẽ in futuro ueram eſſe, non ęque perſpicuum eſt: cur dubitamus mendacem ſubterfugere rõnis viam? & tenere ea quæ cum uera, tum manifeſta ſunt, repudiatis his quæ nec veritate vlla firma ſũt, nec perſpicue clareſcunt? Et quoniam iam ſupra dixerat, quare non oportebit neq; conſultare, neq; negotiari, nunc hoc reddidit ad id quod ait neq; conſultare, dicens nos eſſe principium futurorum, & ab eo quod conſultamus, ad id quod ait, neque negociari, reddidit id quod ſubiecit, atq; agimus aliquid. Quare tanta breuitate oratio conſtricta eſt, ut in ea teneatur rationis ordiniſque necesſitas.

*Et quoniam eſt omnino in his quæ non ſemper actu ſunt. posſibile eſſe & non eſſe ſimiliter, in quibus vtrũq. cõtingit, & eſſe & non eſſe. Quare fieri & non fieri. Ac multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe habẽtia, vt qđ hanc veſtem posſib.le eſt incidi & non incidetur, ſed prius exteretur, ſimiliter autem & non incidi posſibile eſt: nõ.n. eſſet posſibile eã prius exteri, niſi posſibile eſſet non incidi. Quare & in alijs facturis quæ ſecundum potentiam huiuſmodi dicũtur, Manifeſtum igitur eſt, quoniam non õia ex necesſitate uel ſunt uel fiunt, ſed alia quidem vtrumlibet, & non magis vel affirmatio uel negatio vera eſt, alia vero magis quidem & in pluribus alterum, ſed tamen contingit fieri et alterum alterum uere minime.*

39. Continuus quidem ſenſus eſt ex ſuperiorib. hoc mo.o. ſupra.n. ait, quod ſi hæc non ſunt posſibilia, i. vt omnia necesſitas adminiſtret. Videmus.n. a nobis quoddã eſſe principium futurorum & a noſtris actibus, atque conſilijs, his illud addit qm̃ ſunt aliqua quæ posſibilia ſunt eſſe cum non ſint, & non eſſe cũ ſint, hęc etiã ſimul auferentur ſi necesſitas in omnib. dominetur, & ſenſus quidẽ cũ ſuperioribus ita coniunctus eſt. Quid autem habeat argumentationis ſta ſententia, hoc modo perſpiciendum eſt. posſibile eſſe dicit quod in vtranq; partẽ facile naturæ ſuæ rõne vertatur, vt cum nõ ſit, poſsibile ſit eſſe. nec cum ſit, ut non ſit, res ulla prohibeat, ita ergo & q posſibile dicimus à necesſitate ſeiungimus. Aliter.n. dicit posſibile me eſſe ambulare cum ſedeam, aliter Solem nũc eſſe in Sagittario, & poſt paucos dies in Aquariũ tranſgredi. ita.n. posſibile eſt, ut etiam eſſe neceſſe ſit. posſibile aũt dicere ſolemus, quod & cum non ſit, eſſe posſit, & cum ſit, non eſſe iterum posſit. Si quis ergo omnia necesſitati ſubiecerit ille naturam posſibilitatis intercipit. Tres ergo ſunt ſentẽtię de posſibilitate. Philo.n. dicit posſibile eſſe qđ natura ꝓpria enũciationis ſuſcipiat veritatem, vt cũ dico, me hodie eſſe Theocriti Bucolica relecturum, hoc ſi nihil extra prohibeat. quãtum in ſe eſt põt veraciter prædicari. Eodem autem modo idem ipſe Philo neceſſarium eſſe definit, quod cum verum ſit, quãtum in ſe ẽſt, nunquã posſit ſuſceptiuum eſſe mendacij. non neceſſarium aũt idẽ eſſe determinat, q quãtũ in ſe eſt posſit ſuſcipere falſitatẽ. imposſibile vero quod ſecũdũ propriã naturam, nũquã posſit ſuſcipere ueritatem. Idem tñ ipſe & contingens & posſibile vnum eſſe confirmat. Diodorus posſibile eſſe determinat, qđ aut eſt aut erit. imposſibile quod cum falſum ſit, nõ erit verum. neceſſarium quod cum verũ ſit, non erit falſum. Non neceſſarium, quod aut iam eſt aut erit falſum. Stoici vero posſibile quidẽ poſuerũt qđ ſuſceptibile eſſet veræ pdicationis, nihil his prohibentibus quæ cum extra ſint, cũ ipſo tñ fieri contingunt. Imposſibile autẽ, qđ nullam vnquam ſuſcipiat veritatem, alijs extra euentũ ipſius prohibẽtibus. Neceſſarium qđ cum verum ſit, falſam pdicationem nulla rõnem ſuſcipiat. Sed ſi omnia ex necesſitate ſiunt, in Diodori ſnſam non rectam ſine ulla dubitatione veniendum eſt. Ille enim arbitratus eſt, ſiquis in mari moreretur, eum in terra mortem non potuiſſe ſuſcipere. quod neq; Philo, neq; Stoici dicunt. ſed quamquam iſta nõ dicant, tamen ſi unã partem cõtradictionis euentu necesſitatis metiũtur, idem cũ Diodoro ſentire cogũtur. Nam ſi quis

quis in mari mortuus eſt, illű neceſſe fuit in mari necari. impoſſibile.n.eum fuit mortem in terra ſuſcipere, quod ꝑ falſum eſt. Atq; hæc oĩa impoſſibilia ſubire coguntur. quicunque.n. definite alteram cõtradictionis partem in futuro veram eſſe contendunt, ſolam neceſſitatem in reb. inducunt. Neq;.n. ſiquis naufragio perijt in pelago, idcirco ſi nunquã nauigaſſet, immortalis in terra futurus fuiſſet. At vero non ex euentu rerum, ſed ex natura euentus ipſos ſuſcipientiű propoſitionum contradictiones iudicandæ ſunt. Si.n. mihi oĩa ſuppetunt nunc ut Athenas eam, et ſi non uadam, poſſe me tñ ire manifeſtum eſt, & cum iero, potuiſſe non ire. Id quoq; apud eos qui euẽtus ex rerum natura recta rõne diiudicant, indubitatum eſt. Non ergo.l. poſſibile, ut ſit neceſſarium. Sed quanquam quod neceſſarium eſt, poſſibile ſit, eſt tamen alia quædam extrinſecus poſſibilitatis natura, q̃ & ab impoſſibili & a neceſſitate ſeiũcta eſt. Ariſtoteles.n. hãc habens opinionẽ de his, quæ ſemper neceſſe eſt eſſe, eo putat nullam habere ad contraria cognationẽ. ut nix q̃m ſemper eſt frigida, nunquam calori coniuncta eſt. Ignis quoque nunquã frigori cognatus eſt. Idcirco q̃m ſemper in frigoris contrarietate uerſatur.i. in calore. Ergo omnia quæcunque ſunt neceſſaria nullam ad contrariorum qualitatem, quã ipſa retinent, habent cognationem. Quod ſiquam cognationem hẽret ignis ad frigus, fruſtra eſſet illa cognatio, nũquã igni ſe in frigoris qualitatem uertente, ſed nouimus nihil proprium natum fruſtra naturam ſolere perficere. Ergo illa ſunt poſita neceſſaria, quæcunq; ad contraria nullam habent cognationem, quæcunq; antẽ habent, illa non ſunt neceſſaria. Sed q̃m ad utranq; partem contrarietatis naturali quadã cognatione uidenĩ eſſe coniuncta, idcirco ad utrãq; partẽ eorum euentus poſſibilis eſt. ut ſignű hoc, põt quidẽ ſecari. ſed nihilo tñ minus hẽt ad cõtraria cognationẽ. põt eñ non ſecari. Et aqua põt quidem caleſcere. ſed nihil eam prohibet frigori quoq; eſſe coniunctam. Et uniuerſaliter dicere eſt, quæcunq; neq; ſemper ſunt, neq; ſemper nõ ſunt, ſed aliquoties ſunt, aliquoties nõ ſunt, ea per hoc ipſum ꝙ ſunt, & non ſunt, habent aliquam ad cõtraria cognationẽ. Hæc autẽ impoſſibilium & neceſſariorum media ſunt. Impoſſibile.n. nunquã eſſe poteſt. Neceſſarium nunquam non eſſe. inter hæc propria quorundam natura eſt, quæ horum utrorumque ſit media, quæ & eſſe.ſ. poſſit & non eſſe. ergo hoc nunc dicit. Videmus inquit in his, q̃ non ſemper actu ſunt. Illa uero non ſemper ſunt actu, quæ ad utrãq; contraria hẽt cognationem ignis ſemper actu calidus eſt, aqua vero non ſemper. Quocirca uidemus in his, quæ non ſemper actu ſunt, eſſe quædam poſſibilia, & non.i. ut & ſint & non ſint, quod in his euenit in quibus vtrunq; contingit.i. & eſſe & non eſſe. ut aquam & eſſe calidam & nõ eſſe calidã, fieri quoq; calidam & nõ fieri. Multaq; nobis perſpicua ſunt, ita ſeſe habentiã, ut in vtranq; partẽ euentus ſine vllo alicuius rei impedimento vertatur, ut veſtem quam poſſibile eſt quidem ſecari, ſed fortaſſe ita cõtinget, ut non ante ferro diuidatur, quã eam exterat vetuſtas & hoc fieri põt, ut q̃libet ueſtis non ferro potius minutarim pereat, quam uſu ipſo exteratur. Similiter autem non ſolum eam ſecari poſſibile eſt, ſed eam prius exteri quam ſecari. non.n. eſſet eam poſſibile non ſecari, niſi prius poſſibile eſſet exteri. cum.n. exteritur, non ſecatur. hoc autem in quib. eueniat uniuerſaliter monſtrat. Euenit.n. hoc inquit in alijs facturis. Facturę autem ſunt, in quibuſcunq; generatio eſt atq; corruptio. Siue.n. quid natura fiat, ſiue arte, in his à faciendo facturã dixit. In his ergo facturis alia quidem ptãte ſunt, alia actu. ut aqua calida quidem eſt poſſibilitate. poteſt enim fieri calida, frigida vero actu eſt. Eſt enim frigida actu. hoc autem actu & poteſtate fieri ex materia uenit. Nam cum ſit materia contrarietatis ſuſceptrix, & ipſa in ſe vtriuſq; contrarietatis habeat cognationem, ſi ipſa per ſe cogitetur, nihil eorum hẽt quæ in ſe ſuſcipit, & ipſa quidem nihil actu eſt, omnia tamen poteſtate. Suſcipiens autem contraria, quanquam vnam hẽat contrarietatem habet tamen & alteram ſimul, ſed nõ actu, vt in eadem aqua. huius.n. materia & caloris ſuſceptrix eſt & frigoris. Sed cű utrűlibet horű ſuſceperit uel calorem uel frigus, eſt quidem, ſi ita contingit, calida, eſt et ſimul frigida, ſed non eodem modo. Nam fortaſſe actu calida eſt, frigida poteſtate. Ergo quod ptãte eſt in reb. ex materia uenit. Alioqui diuinis corporib. nihil omnino eſt poteſtate, ſed omne actu. ut Soli nunq̃ eſt lumen poteſtate, ſed actu, nec ptãte quidẽ ulla obſcuritas; uel toto cœlo nulla q̃es. Ita ergo ſeſe habẽt ex materia, ut oĩa ipſa eſſent poteſtate. nihil aűt actu introducta, ſed natura q̃ in ipſa materia eſt, ſingulos pro rõne diſtribuit motus, & ſingulas qualitatű ꝓprietates ſingulis materiæ partib. ponit: ut alias q̃dẽ natura ipſa neceſſarias ordinauerit ita, ut quã diu res illa eſſet, eius in ipſa proprietas ꝑmaneret, ut igni calor. Nam quandiu ignis eſt, tandiu ignẽ calidű eſſe neceſſe eſt. alijs vero reb. tales qualitates appoſuit, quib. carere poſſint. Et illa quidẽ neceſſaria qualitas informat uniuſcuiuſq; ſubſtantiã. illa.n. eius qualitas cum ipſa materia ex natura cõiuncta eſt. Iſtæ vero aliæ qualitates extra ſunt, q̃ & admitti poſſunt & non admitti. atq; hinc eſt generatio & corruptio. Ex natura ergo & ex materia iſta in reb. poſſibilitas uenit. qua in re caſus quoq; aliq̃n ſubrepit, q̃ eſt indeterminata cã, & ſine ulla rõne cadens. neq;.n. caſus natura eſt, q̃ fruſtra nihil efficit. Nec liberum eſt caſus arbitriű, qđ in iudicio & rõne cõſiſtit. Sed extra eſt caſus, qui ꝑꝑ aliam rẽ quibuſdam factis ipſe ſubitus & improuiſus exorit. Et ex hac aűt q̃ eſt utrűlibet poſſibilitate, et illa liberi arbitrij rõ uenit. Si.n. non eſſet fieri aliquid poſſibile, ſed oĩa aut ex neceſſitate eſſent, aut ex neceſſitate non eſſent, liberum arbitrium nõ maneret. Recte igitur nec omnia caſu, ut Epicurus: nec neceſſitate omnia, vt Stoicus: nec rurſus oĩa libero arbitrio fieri propoſuit. Sed cuncta permiſcens in permiſto mundo, permiſtas quoq; rerű cãs eſſe propoſuit. ut aliæ quidem ex neceſſitate, aliæ vero caſu, vel libero arbitrio, vel poſtremo poſſibilitate cõtingerent. Quorum omnium unű nomen eſt, utrűlibet, vel in caſu, vel in voluntate, vel in poſſibilitate. Sed horű diuiſionẽ facit. Nam eorű q̃ ſunt vtrűlibet, alia ſunt quæ æqualiter ad affirmationem & negationem ſe habent, ut eſt lecturű me eſſe hodie Virgilium & nõ lecturum. Vtroq;.n. mõ vtrunque eſt, hoc eſt.n. quod ait, & non magis uel affirmatio vel negatio eſt. Aequaliter.n. & poſſum legere Virgilium nunc, & poſſum non legere. Alia uero ſunt quæ non ſe æqualiter habent, ſed q̃q̃ in vna re frequentius eueniat, non tamen prohibitum eſt in altera prouenire, vt in eo quod eſt hominem in ſenecta caneſcere. In pluribus q̃dem hoc contingit, ſed contingit fieri & alterum.i. ut non caneſcat. Alterum vero minime.i. ut caneſcat. Ita ergo & poſſibilitate, & caſu, & libero arbitrio, cõtradictionem in una parte de futuro definite non eſſe verã vel falſam, per firmiſſimam & ualidiſſimam argumentationem conſtituit. His autem adijcit hoc.

*Igitur eſſe qđ eſt, quãdo eſt: & non eſſe quod non eſt, quãdo nõ eſt, neceſſe eſt. Sed non oẽ quod eſt, neceſſe eſt eſſe: nec omne quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe. Non.n. idẽ eſt omne qđ eſt, neceſſario eſſe quando eſt, & ſimpliciter eẽ ex neceſſitate. Similiter autẽ & in eo qđ nõ eſt.*

40. Duplex modus neceſſitatis oſtenditur: unus, qui cum alicuius accidentis neceſſitate proponitur: alter, qui ſimplici in prędicatione profertur. ut cum dicimus Solem moueri neceſſe eſt, non.n. Solem quia nunc mouetur, ſed qui nunquam non mouebitur, idcirco in Solis motu neceſſita venit. Alter vero q cum conditione dicitur, talis eſt, vt cum dicimus, Socratem ſedere neceſſe eſt, cum ſedet. & non ſedere neceſſe eſt, cum non ſedet. Nam cum idem eodem tẽpore ſedere & non ſedere non poſſit, quicunque ſedet non poteſt non ſedere tunc, cum ſedet, igitur ſedere neceſſe eſt. ergo tunc, quãdo quis ſedet, eum ſedere neceſſe eſt. fieri enim non poteſt ut, cum ſedet, non ſedeat. Rurſus quando quis nõ ſedet, tunc cum nõ ſedet, non ſedere eum neceſſe eſt. Non enim poteſt idem ſedere & non ſedere. &

poteſt illa eſſe cum conditione neceſsitas, vt cum ſedet aliquis, tunc cum ſedet, ex neceſsitate ſedeat. & cum non ſedet, tunc cum non ſedet, ex neceſsitate non ſedeat. Sed iſta cum conditione quæ proponitur neceſsitas, nõ illã ſimpliciter ſecum trahit. Non.n. quicunq; ſedet, ſimpliciter eum ſedere neceſſe eſt. ſed cum adiectione ea quæ eſt, tunc cum ſedet, ſicut Solem dicimus neceſſe eſt moueri. Nec hoc addimus, ut Solẽ moueri neceſſe ſit cũ mouetur, ſed tñ ſimpliciter dicimus, Solẽ moueri neceſſe ẽ. & hæc neceſsitas ſimplex de Sole dicta, ueritatẽ in oratione perficiet. At vero illa q̃ cum conditione dicit ut cum dicimus, Socratem ſedere neceſſe eſt, tunc cum ſedet. id qđ dicimus, tunc cũ ſedet, & hanc conditionẽ tẽporis, ſi à propoſitione diuidamus, de tota propoſitione veritas perit. Non.n. poſſumus dicere ꝙ ex neceſsitate Socrates ſedet. poteſt.n.& non ſedere. habet.n. quandam cõueniẽtiam & cognationẽ poteſtas Socratis ſicut ad ſedendum, ſic etiam ad non ſedendum. Ergo id quod dicimus ex neceſsitate Socratẽ ſedere, tunc cum ſedet, ad accidens reſpicientes proponimus. Nam qñ accidit Socrati ſedere, eo tẽpore quo accidit, ei non accidiſſe non poteſt, ſic.n. fieret, ut eidem eadem res accidat, & nõ accidat, vno eodẽq; tpe, quod impoſsibile eſt. Idcirco accidẽs eius inſpiciẽtes dicimus, neceſſe eſt Socratẽ ſedere, ſed nõ ſimpliciter, ſed tunc cũ ſedet. Et ſicut ſimpliciter Aethiopẽ dicere eẽ candidũ falſum eſt, verũ tñ eſt in aliquo eſſe candidũ. (In oculis.n.& dẽtib. illi candidor ineſt) ita quoq; falsũ eſt Socratẽ ex neceſsitate ſedere ſimpliciter. Verũ autẽ eſt hanc neceſsitatẽ in aliquo quodam ponere, & nõ ſimpliciter ꝑdicari, vt dicamus tunc cũ ſedet. Queadmodũ.n. in Sole dicimus, ꝙ Solẽ moueri neceſſe eſt ſimpliciter, ſi ita dicamus Socratẽ ſedere neceſſe eſt, falſum eſt. Sin uero marmoreũ Socratẽ dicamus, ꝙ marmoreum Socratẽ ſedere neceſſe eſt, ſi fortaſſe ſedens formatus ſit, verũ eſt, & ſimpliciter de tali Socrate neceſsitas poterit ꝑdicari. de ipſo autẽ Socrate ſimpliciter talis neceſsitas non dicit. Neq;.n. fieri poteſt, vt Socrates ex neceſsitate ſedeat, niſi fortaſſe cum ſedet: tunc.n. cum ſedet, qm̃ ſedet, & non pōt non ſedere, ex neceſsitate ſedet, alioq ſimpliciter & nõ ex neceſsitate ſedet, ſed contingenter. pōt.n. ſurgere. Qđ aũt ex neceſsitate ſimpliciter eſt, illam non pōt ꝑmutare neceſsitatem, ut qm̃ ſimpliciter Solẽ moueri neceſſe eſt, Sol ſtare nulla rõne poteſt. Hoc igit Ariſtoteles dicit. oẽ qđ eſt, qñ eſt, & oẽ quod non eſt, quando non eſt; eſſe cum conditione, & nõ eſſe, neceſſe eſt, ſed non ſine conditione aut eſſe aut non eſſe ſimpliciter. hęc.n. ſolis illis neceſsitatib. attributa ſunt, quę cũque nullius potẽtię aut cognationis ad oppoſita sũt. vt Sol ad quietẽ, ignis ad frigus. Neq;.n. idem eſt, inquit Ariſtoteles, ex neceſsitate eſſe aliquid quando eſt in conditione, vel non eſſe quando nõ eſt. & ſimpliciter dicere omnia ex neceſsitate eſſe, vel non eſſe. illud.n. conditio uerum fecit, in hoc ſimplicitatis natura efficit veritatem. Similiter autẽ inquit & in eo quod non eſt, idem eſt. Non enim omne qđ non eſt, non eſſe neceſſe eſt, ſed tunc cum non eſt, tunc non eſſe neceſſe eſt, & hoc in conditione rurſus, non ſimpliciter. Duabus igitur his neceſsitatibus demonſtratis, vna ſcilicet conditionali, altera ſimplici, rurſus ad cõtradictionem de futuro contingentique reuertitur.

*Et in contradictione eadẽ ratio eſt. Eſſe quidẽ vel nõ eſſe omne, neceſſe eſt, & futurum eſſe vel non. Non tamẽ diuidentem dicere alterum neceſſarium. Dico autem ut neceſſe eſt quidem eſſe futurum bellum nauale cras, vel non futurum eſſe, ſed non neceſſe eſt futurum eſſe cras bellum nauale, vel non futurum eſſe. Futurum autem, uel eſſe, uel non eſſe, neceſſe eſt.*

41. Planiſsime quę ſententia haberetur de contingentibus propoſitionibus & futuris expoſuit dicẽs. In his totam quidem contradictionem dictam, vnam quamlibet partem veram habere, alteram falſam: ſed non vt aliquis diuidat atq; reſpõdeat. Hanc quidẽ ex neceſsitate eſſe uerã, illam vero ex neceſsitate alteram falſam: vt in eo qđ dicimus. Sol hodie occidet. Sol hodie non occidet, faciliime in his aliquis diuidens dicit, ꝙ Solẽ hodie occidere ex neceſsitate uerũ eſt, non occidere, ex neceſsitate falſum. Ita ſeſe hẽt diuinorum corporum rõ & natura, ut in his nulla cognatio ſit ad oppoſita. atq; ideo vel qđ ſunt, ex neceſsitate ſunt: uel qđ non ſunt, ex neceſsitate non ſunt. Ea uero q̃ in generatione & corruptione ſunt, nõ ita ſunt. habent.n. hoc ipſo ꝙ gignuntur & corrũpunt ad oppoſita cognationem: atq; ideo in his non eſt unã partẽ condictionis aſſumere, & eam neceſſario eſſe prędicare. & rurſus aliam neceſſario nõ eſſe ꝓponere, quamuis totius condictionis una quęlibet pars vera ſit, altera falſa, ſed incognitę & indefinitę, & non uobis, verum qa natura ipſarum rerum quę proponunt, dubitabilis eſt, vt in ea propoſitione q̃ eſt, Socrates hodie lecturus eſt, Socrates hodie lecturus nõ eſt. totius quidẽ cõdictionis vna vera eſt, altera falſa: aut.n. lecturus eſt, aut nõ lecturus, & hoc confuſe & in tota oratione ꝑſpectũ. Sed nullus pōt diuidere & reſpõdere, qđ vera eſt, lecturũ eum eſſe, vel certe qđ vera eſt, nõ eũ eſſe lecturũ. Hoc aũt, non ꝙ audiẽtes de futuro neſciamus, ſed ꝙ eadẽ res & eſſe poſsit & nõ eẽ. Alioq ſi ex noſtra ſciẽtia hoc eueniret, & non ex ipſarũ rerum variabili & indefinito prouentu, illa rurſus impoſsibilitas contingeret, ut omnia neceſsitas adminiſtraret. Nõ.n. ꝓp ſcientiam noſtram, quod ex neceſsitate eſt, euenturum eſt: ſed et ſi nos neſciamus, erit tñ eius rei euentus cõſtitutus, & indubitanter illam rẽ futuram eſſe neceſſe eſt. Ergo qm̃ hoc fieri nequit, & ſunt quędam, quę non ex neceſsitate proueniant, ſed contingenter in his q̄q̄ totius cõdictionis in qualibet eius parte veritas inueniatur aut falſitas, nõ tñ ut aliquis diuidat & dicat, hanc quidem ueram eſſe, illã vero falſam, qđ huiuſmodi mõſtrauit exemplo. Cras.n. bellum nauale fieri, aut non fieri neceſſe eſt, nõ tñ ex neceſsitate fiet cras, aut ex neceſsitate cras non fiet: ut poſsit aliq̃s diuidere & ꝑdicare dicens, cras fiet, ut hoc vere dicat, & ita ex definito contingat: vel rurſus cras nõ fiet, & hoc eodẽ mõ proueniat. Hoc fieri nõ pōt, ſed tm̃ indefinite q̃cunq; vna pars condictionis verã eſt, altera falſa, ſed q̃ euenerit. Euẽtus aũt ipſorum indiſcretus eſt: & illud.n. & illud poterit euenire. hoc aũt idcirco eſt, qm̃ non eſt ex antiquorib. quibuſdam cauſis pendens rerũ euentus. Vt q̃dam quodammodo neceſsitatis catena ſit, ſed potius hęc ex noſtro arbitrio & libera uoluntate ſunt, in quib. eſt nulla neceſsitas. Quod ſi inq̃t ſimiliter orationes veræ ſunt, quemadmodum & res, hoc ſumpſit a Platone q dixit, ſimiliter ſe habere orationes rebus, & cognatas quodãmodo eſſe in ipſa ſignificatione, ut ſi ſint res impermutabiles & rõne ſtabili ꝑmanẽtes; oratio quoq; de his vera eſſet & neceſſaria. Sin uero eſſet res quę varietate naturę nunquam perpetuo ꝑmaneret, in orationibus quoq; fixa ueritas non eſſet, & nulla per hmõi orationes demonſtratio proueniret. hoc ergo ſumens Ariſtoteles ut optime dictum, ſic ait.

*Quare, quoniam orationes ſimiliter ueræ ſunt, quẽadmodum & res: manifeſtum eſt, quod quæcunque ſic ſe habent, vt vtrumlibet ſint, & contraria ipſorum contingere poſſint, neceſſe eſt ſimiliter ſe habere & contradictionem. Quod contingit in his, quæ non ſemper ſunt, & non ſemper non ſunt.*

42. Qm̃ inquit orationes ſimiliter ſeſe habent, quemadmodum & res manifeſtum eſt ꝙ quęcunq; res ita ſunt, ut utrũlibet ſint, & contraria ipſorum contingere poſsint, neceſſe eſt contradictionem ita ſe habere, quæ de illius naturæ inſtabilibus atq; indefinitis rebus eſt. Quod ſi res ſint dubitabiles & indefinito uariabiliq; prouentu, contradictio quoque quæ de his reb. fit, uariabili & indefinitio prouẽtu ſit. Quæ aũt eſſent huiuſmodi res, quarum euentus uarius indefinituſque conſtaret, planiſsime demonſtrauit dicens, quòd contingit in his quæ non ſemper ſunt, & non ſemper

non

non ſunt. Ea . n . ſunt in quibus contingit vtrumlibet , quę neq; ſemper ſunt , poſſunt .n. corrumpi. neq; ſemper non ſunt. poſſunt.n. generari & fieri. Hęc.n.ſunt quæ habẽt ad oppoſita cognationem , ſicut in ipſa propria ſubſtantia rerum ipſarum euentus docet . Nam eſſe , & non eſſe oppoſitum eſt.Quod aũt non fuit,& generatur, & fit, ex eo quod non fuit,eſt.Habuit igitur in hoc ad eſſe & nõ eſſe.i. ad oppoſita cognationem.Sin uero idem ipſum quod eſt corrumpatur,ex eo quod fuit non erit,habebit igitur rurſus ad oppoſita cognationem.Quare ſicut harum quæ ſunt in generatione,& corruptione rerũ prouentus indefinitus eſt:ita quoq; & contradictionum partes , quanquam in tota contradictione una uera ſit , altera falſa . Indefinitum enim & indiſcretum eſt , quæ una harum uera ſit , quæ altera falſa.

*Horum enim neceſſe eſt alteram partem contradictionis ueram eſſe uel falſam. Non tamen hoc uel illud,ſed utrumlibet:& magis quidem alteram ueram,non tamẽ iã ueram uel falſam. Quare manifeſtum eſt,quoniã non eſt neceſſe omnis affirmationis & negationis oppoſitarum, hanc quidem ueram,illam uero falſam eſſe.*

43 Docuit ſuprà nos in his quæ utrumlibet ſunt rebus , cõtradictionis unã partem non eſſe definite uerã, falſam uero alteram definite,nunc à frequentiori & à rariori argumẽtũ trahit.Suprà nãque mõſtrauit eſſe quaſdã res,quæ frequẽtius quidẽ cõtingant,non tamẽ interclusũ ſit , vt & oppoſita aliquando contingant.Contingit enim vt rarius infrequentiusque contingant.Ergo ſi in his quæcunque in pluribus eueniunt,non neceſſe eſt unã uerã eſſe.alterã falſam.Idcirco qm̃ quicunq; dixerit hominẽ in ſenecta caneſcere , & hoc ex neceſsitate eſſe ꝓtulerit,mẽtietur. poteſt enim & nõ caneſcere.Si in his ergo nõ eſt definite una uera,altera falſa, in quibus una res frequẽtius euenit,rarius altera, multo minus in his in quibus oppoſitorũ euẽtus æqualis eſt & uerũ eſt quidẽ dicere quod hoc contingit frequentius,non tamẽ omnino,qđ ita cõtingit.idcirco quia licet rarius, tamẽ contingit oppoſitũ.Quod ſi neq; in his quæ ĩ pluribus prædicãtur,una definite uera eſt,altera falſa, & multo minus in his quorum æqualiter indiſcretus euentus eſt manifeſtum eſt in futuris & contingentibus propoſitionibus non eſſe uerã unam , alterã falſam.Hoc enim in principio vt monſtraret,ualidisſima argumentatione contendit.

*Neque enim quemadmodum in his quæ ſunt, ſic ſe res habet etiam in his quæ non ſunt , poſſibilibus tamen eſſe uel non eſſe, ſed quemadmodum dictum eſt.*

44 Ad diuiſionem temporum in principio factam totam reuocat quæſtionem . Ait . n . eas prius propoſitiones quæ fierent , aut in pſenti,aut in futuro,aut in præterito prędicari.& eas qdẽ quæ de præterito,uel pñti dicerent , definita ueritatem uel falſitatem hẽre,ſiue in ſempiternis & diuinis rebus dicerent, ſiue in naſcentibus & morientibus.in qbus utrumlibet contingeret , ut hẽrent ad oppoſita cognationẽ:in futuris uero ſi de diuinis qdẽ rebus aliquis & immutabilibus loqueretur,eodẽ modo unã ueram definite, alteram falſam eſſe definite. Non .n. habent huiuſmodi naturæ ad oppoſita cognationem. In his aũt quæ in generatione & corruptione eſſent de futuro prædicatis vel affirmatiue vel negatiue,non eundem eſſe modum ueritatis definite , ſed totius quidem cõtradictionis unã partem ueram eſſe , alteram falſam,definite autem unam ueram , definite alteram falſam,minime. Nunc aũt non vtraq; tempora poſuit præſens.i.& præteritum,ſed tantum præſens . Dixit enim, Neque.n. quemadmodum in his q̃ ſunt , id eſt in his q̃ præſentia ſunt . Quod uero ait in his q̃ non ſunt , poſsibilibus tamen eſſe,de futuris loquitur , quæ cum non ſint , tamen eſſe poſſunt . Non enim ſic ſe habet in pręſenti prædicta propoſitio,quemadmodum in futuro,in his .ſ. quæ vtrumlibet ſunt , & in generatione corruptione conſiſtunt . In illis.n.id eſt præſentibus & pręteritis definite una uera eſt, altera falſa.In his uero.i.futuris & contingentibus, ueritas & falſitas propoſitionum nulla definitione conſtringitur. Sed qm̃ de futuris propoſitionibus Ariſtotelicam ſententiã quantum facultas fuit,diligenter expreſsimus,prolixitatem voluminis terminemus.

# ANITII MANLII SEVERINI
## Boeti Editionis ſecundæ,ſeu maiorum commentariorum,in librum Ariſtotelis de interpretatione.

## LIBER QVARTVS.

EST ſiquidem libri huius,qui de interpretatione apud Latinos, apud Græcos vero περὶ ἑρμηνείας inſcribitur, obſcura oratio , ſeries, obſcuris adiecta ſentẽtijs, atq; ideo non hanc magnis expediſſem voluminibus, niſi ẽt,nihil labori concedens,quam poſſem planisſime , quod in editione altitudinis & ſubtilitatis omiſerã,ſecunda cõmentatione cõplerem.Sed danda eſt prolixitati venia,& operis longitudo libri obſcuritate penſanda eſt . Sunt tñ gradus apud nos ſatisfaciẽter lectoris & diligẽtiæ & ſtudio cupiẽtis facillime magna cognoſcere.Huius.n.libri , poſt has geminas cõmentationes,quoddã breuiarium faciemus, ita vt in quibuſdã & fere in oĩbus Ariſt. ipſius verbis utamur tñ quod ille breuitate dixit obſcure,nos aliquibus additis dulciorem ſeriẽ adiectione faciamus,vt quaſi inter textus breuitatẽ,cõmentationiſq; diffuſionem , medius ingrediat ſtylus , diffuſe dicta colligens , & anguſtiſsime ſcripta diffundens,atq; hęc poſterius.Nunc vero,qm̃ ab Ariſ. ſupra monſtratũ eſt,in futuro cõtingẽtiũ propoſitionum ueritatem & falſitatẽ non ſtabili,neq; definita rõne eſſe diuiſam,& quicquid ſupra latisſima diſputatio cõplexa eſt . nunc inq̃ eius hæc intentio eſt,vt categoricarum propoſitionum numerũ tradat,quæcũq; cum definito, uel infinito noĩe ſimpliciter ſiunt.Primo.n.volumine dictum eſt nomen eſſe,vt hõ.infinitũ nomẽ,ut non homo.Prędicatiuæ aũt & categoricę propoſitiones ſunt, q̃ duobus tñ ſimplicibus terminis conſtant. hę,ſiuẽ cũ finito nõĩe ſunt, vt eſt homo ambulat , ſiue cum nomine infinito,ut eſt non homo ambulat.Harum igitur ꝓpoſitionum categoricarũ atq; ſimpliciũ tradere numerum contendit,quæcunq; ſiunt adiectione nominis infiniti. Sed qm̃ ꝓpoſitiones oẽs aut ſcd̃m qualitatẽ differunt , aut ſcd̃m q̃titatẽ.Scd̃m qualitatẽ,ꝙ hęc quidẽ affirmatiua eſt, illa uero negatiua.Secundum q̃titatẽ uero,ꝙ hæc quidẽ plura cõplectitur,illa uero pauca.Secundum quam differentiam hæ propoſitiones,q̃ dñr homo ambulat.& rurſus,nõ homo ambulat,a ſe differunt,aut ſecundum q̃titatem, aut ſecundum qualitatem.Nã quod dico,homo ambulat, qualitatem quandã ſubſtantię.i.hoĩem ambulare deſignat,& rem definitam atq; ſubſtantiam q̃ unã ſpeciem ambulem eſſe pronunciat. Quod aũt dico,non hõ ambulat,hoĩem quidem rem definitã tollo,innumerabilia vero ſignifico. quare illa quidẽ quę dicit,hõ ambulat,ſecundum qualitatẽ;q̃ uero non homo ambulat,uidebit ſecundũ q̃titatẽ potius diſcrepare . An certe illud magis eſt uerus,ut quod dico,hõ ambulat: homo ſimplex nomen quaſi affirmatione eſt proximum.quod uero dico non homo ambulat,non hõ infinitũ nomen negationi videtur eſſe conſimile. Sed affirmatio & negatio ſcd̃m qualitatẽ differunt.hæc aũt affirmationi ſunt negationiq; conſimilia.Qualitate igitur potius q̃ ulla diſcrepat q̃titate. An magis illud eſt verius,ꝙ quẽadmodũ ſe hẽt propõ quæ dicit, Socr.ambulat,ad ea quę dicit,quidã homo ambulat, Ita ſe ſe hẽt homo ambulat,ad eam quę dicit,nõ homo ambulat , Propoſitio nãq; quæ eſt quidam homo ambulat , ſi plures ambulãt,neceſſe eſt ut uera ſit.Si aũt plures ambulẽt,vt Socrates ambulet non eſt neceſſe.poſſunt.n.plures ambulare, & Socrates non ambulare.Sed cum plures ambulãt,quidam hõ ambulat.hoc aũt iõ euenit,qa qđ dicimus qdã hõ ambulat,particularitatẽ iungimus uniuerſalitati,i.hoĩ.& ſiq ſub

ipſa uniuerſalitate ſunt.i.ſub hoſe, ambulãtes ſunt, eã quę dicit quidam hõ ambulat, uerã eſſe neceſſe eſt. At uero cum dicit Socrates ambulat, qm̃ Socrates circa unius cuiuſdã ꝓprietatẽ eſt: niſi ipſe Socrates ambulauerit, quanq̃ oẽs homines ambulent, non eſt uerũ dicere Socrates ambulat. ſicut ergo quidã hõ ambulat, deſinite, uerum eſt, ſi pluꝛes ambulant. Non aũt. Socrates ambulat, quanuis plures ambulent, niſi ipſe Socrates ambulet: ſic ẽt in eo quod eſt hõ & non hõ, qui dicit homo ambulat, dicit qđ quoddam animal ambulat, & hoc nomine & qualitate determinat dicens, hõ ambulat. Qui uero dicit, non hõ ambulat, non q̃dẽ oĩa ſubruit, ſed hoĩem tm̃. cętera uero animalia ambulabilia eſſe pronunciat. Ergo ſiue equus, ſiue bos, ſiue leo ambulat, uerum eſt, non hõ ambulat, ſed, non eſt uerũ, hõ ambulat, ſi non hõ ipſe ambulet. Quare quemadmodũ ſe hẽt quidam hõ ambulat ad Socrates ambulat ad qđ illic ſi plures hoĩes ambularent, uerũ erat, quidã hõ ambulat, non ẽt Socrates ambulat, niſi ipſe Socrates ambularet: ita quoq; in eo qđ eſt homo ambulat, & non hõ ambulat, dici põt. Nam ſi plura quę ſunt non hoĩes ambulent, uerum eſt dicere, quod non hõ ambulat. nõ aũt uerũ eſt dicere qđ hõ ambulat, niſi ipſe homo ambulet. Secundum definitionem ergo potius & ꝓprietatẽ uidemur diſcrepare, quã ſecundũ aliq̃ totam quantitatem, uel partem quãtitatis, vel rurſus ſecũdum aliquam qualitatem. Nam ſicut poſterius demonſtrabitur ea quæ dicit, non homo ambulat, affirmatio potius quã negatio eſt, atq; hæc haſtenus prædixiſſe ſufficiat.

## DE COPIA ENVNCIATIONVM.

*QVoniam autem eſt affirmatio de aliquo ſignificãs aliquid, hoc autem eſt vel nomen uel ĩnominatũ. unum autem oportet eſſe, & de uno, id quod eſt ĩ affirmatione. Nomen autem dictũ eſt, & innominatum prius. non homo enim nomen quidem nõ dico, ſed nomen infinitum. Vnum enim ſignificat quodammodo infinitum nomen. Quemadmodum & nõ currit, nõ uerbum dico ſed infinitũ uerbum. Erit omnis affirmatio et negatio uel ex nomine & uerbo, uel ex infinito nomine & uerbo. Præter uerbum autem nulla affirmatio uel negatio eſt: eſt enim, uel erit, uel fit, uel quæcunque alia huiuſmodi uerba, ex his ſunt, quæ ſunt poſita, conſignificant enim tempus. Quare prima erit affirmatio & negatio, eſt homo, nõ eſt homo deinde, eſt nõ homo, non eſt non homo. Rurſus eſt omnis homo, non eſt omnis homo, eſt omnis non hõ, non eſt omnis non homo, & in extrinſecus tẽporibus eadem eſt ratio.*

45 In ſecundo (ut arbitror) libro prędiximus oẽm enunciationem ſimplicem.i. prædicatiuam ea ſubiecto & prædicato cõſiſtere. Quorũ ſemp prædicatio aut uerbũ eſſet, aut qđ idẽ poſſet, tãquã ſi uerbi dictio poneret, vt cũ dicimus, hõ ambulat, uerbũ ponitur. cũ uero dicimus, hõ rationalis, ſubaudiat hic uerbũ eſt, vt totus intellectus ſit, hõ rationabilis eſt. Quocirca neceſſe eſt; aut uerbũ ſemp eſſe prædicatũ, aut quod ſit uerbo cõſimile, idẽq; ĩ enunciationibus poſſit. Quod uero ſubiectum eſſet, aut omnino nomẽ eſſet, aut quod uice nominis fungeretur. Quocirca illud maxime colligendũ eſt, omne in categorica ꝓpoſitione ſubiectum, eſſe nomẽ, omne uero prędicatum, uerbum. Sed qm̃ cum de nomine loqueretur, aliud quoddam nomẽ introduxit, vt ſimpliciter quidem & per ſe nomen non eſſet, infinitum tamen nomen uocaretur. id quod cum negatiua particula proferetur. omnis autem propoſitio, ex nominis ſubiectione conſiſtit. eſt aũt categorica propoſitio quę aliquid de aliquo prædicat, vel negat, & de quo prædicat quidem nomẽ eſt. quoniamq; in nomine infinitum ẽt nomen dicit, neceſſe eſt ſemper categoricam propoſitionem, aut nomen habere ſubiectum, aut illud quod infinitum dicitur. Infinitũ vero nomen eſt, quod ipſe nunc innominatum uocat. Oĩs ergo propoſitio ꝓdicatiua in duas diuiditur ſpecies, aut.n. ex infinito nomine ſubiectum eſt; aut ex ſimplici & finito. Ex infinito, quidẽ, quẽadmodũ cũ dico, nõ hõ ambulat ex finito aũt & ſimplici, vt hõ ambulat. Huius aũt quę ex finito & ſimplici eſt, ſpẽs ſunt duæ, quæ aut vniuerſale nomen ſubiicis, ut homo ambulat, aut ſingulare, vt Socrat. ambulat. Quare ita ſit diuiſio. Oĩum enunciationũ ſimplicium, quę duobus terminis conſtant, aliæ ſunt ex infinito nomine ſubiecto, aliç vero ex finito & ſimplici. Earum quę ſimplex habent ſubiectũ, Aliæ ſunt quæ uniuerſale ſimplex ſubiiciunt. Alię q̃ ſingulare. Supra vero docuit quę ſint differẽtię propoſitionũ, ſimplex nomen in ſubiecto ponentium. qđ aliç ſunt uniuerſales; aliæ ſunt particulares aliæ ſunt indefinitę, & ſecũdũ quãtitatẽ q̃dẽ hoc mõ diſſẽtiunt. Secundũ qualitatẽ uero, quod aliæ affirmatiuæ ſunt, alię negatiuę. Iſte quoq; in his ꝓpoſitionibus quę ea infinito noĩe ſubiecto enunciantur. Aliç hanq; earũ indefinitę ſunt aliç definitæ. Definitarũ, aliç ſunt uniuerſales, alię particulares, hic quoq; ſecundũ q̃titatem, nec minus ſcđm qualitatem: eędem infinitorum quoq; nominũ in propoſitionibus differẽtię ſunt. Diximus.n. alias eẽ affirmatiuas, alias negatiuas ſubiecta uero deſcriptio docet, quę ſunt affirmatiuę ſimplices & quę ſunt negatiuę, & rurſus q̃ ſint affirmatiuę ex infinito nomine & q̃ negatiuæ: eaſq; oẽs in ꝓprijs determinationibus adiunximus, nec minus ẽt indefinitas in vtraſq; ſpecie ꝓpoſitionũ poſuimus, ſingulare hñtibus ſubiectũ ſimplicibus propoſitionibus reiectis. Sunt.n. indefinitæ ꝓpoſitiones ſimplices hæ, hõ ambulat, homo non ambulat, contra eas vero diuiſæ ſcđm nomẽ infinitũ hæ. Nõ hõ ambulat, non hõ non ambulat. Vniuerſales ex ſimplici ſubiecto noĩe ſũt hæ. Oĩs hõ ambulat, nullus homo ambulat. Contra has uero diuiſæ ex infinito nomine uniuerſales. Oĩs non homo ambulat, nullus non homo ambulat. Rurſus particulares ex ſimplici nomine ſubiecto ſunt hæ. Quidam hõ ambulat, quidam homo non ambulat. Rurſus particulares contra has diuiſæ ex infinito nomine ſubiecto ſunt hæ. Quidã non hõ ambulat, quidam nõ homo non ambulat. hoc autem ſubiecta deſcriptione declaratur.

Indefinitæ ex ſimplici nomine ſubiecto.

Homo ambulat — Homo non ambulat

Indefinitæ ex infinito nomine ſubiecto.

Non homo ambulat — Non homo non ambulat

Vniuerſales ex ſimplici nomine ſubiecto.

Omnis homo ambulat — Nullus homo ambulat

Vniuerſales ex infinito nomine ſubiecto.

Omnis non homo ambulat — Nullus non hõ ambulat

Particulares ex ſimplici nomine ſubiecto.

Quidam homo ambulat — Quidam hõ non ambulat

Particulares ex infinito nomine ſubiecto.

Quidam nõ homo ambulat — Quidã non hõ non ambulat.

Hæc ergo partiẽs; & de ꝓpoſitionib. ex duob. terminis cõſtitutis, faciẽs propoſitionẽ, inquit oẽs ex ſubiecto fieri nomine propõnes, & eas tm̃ ad diuiſionem ſumit quæ ex infinito noĩe, & finito noĩe ſunt, faciẽs hmõi diuiſionem principalẽ, vt ſit. Propoſitionum, aliæ ſũt ea finito nomine, aliç ex infinito. Oportuerat quidem volentem cuncta partiri ad differentias ꝓpoſitionũ non ſolũ infinita ſumere noĩa, ſed ẽt uerba. Sed qm̃ nouerat nomen quidem infinitum conſeruare propoſitionem quã inueniſſet, ut ſi in affirmatiua diceretur, affirmatiuam ſeruaret enunciationem, vt eſt non homo ambulat. Si negatiua, negatiuam ſeruaret enunciationẽ, negatiua autem eſt, vt eſt non homo non ambulat. Verba uero quæ ſunt infinita iuncta in propoſitione non affirmationem, ſed ꝑficere negationem, idcirco de his reticuit. Quod hæ magis quæ ex uerbo infinito ſunt ad vnam qualitatem pertinent propoſitionis, ideſt ad negatiuam. Semper enim fit ex infinito verbo negatio. Hæc igitur colligens ait. Quoniam autem eſt de aliquo ſubiecto affirmatio

tio ſignificās aliqd.i.pdicans,hoc eſt qm oīs propoſitio eſt ex ſubiecto & pdicato.qd autē ſubiectū eſt, uel nomen,uel Innominatū.Innominatū autē eſt,qd propoſitum nomē ſubruit,vt eſt,non homo.Nomen.n.qd eſt homo,differt a nominis infiniti priuatione, qd eſt non hō,atq; ideo & innominatū uocabit.Qualis autē debeat eſſe propoſitio de qua tractat,oñdit dicēs,unum autē oportet eſſe, & de uno hoc qd' eſt in affirmatione .i. ex duob. terminis propoſitionem oportere cōſiſtere.Cōmemorat quoq;,qd ſit innominatum ſe ſupra dixiſſe.qm quod dicimus non hō,nomen qdē Ariſtoteles non diceret,ſed quod nomen ſimpliciter non uocaret,hoc , addito infinito,nomen diceret infinitum,idcirco qm unum qdem ſignificat, ſed infinitum:nomen.n.quod ipſam ſignificationē eius qd dicimus hō tollit, idest non hō, unum eſt;& unam per ſe ſignificationem ſubripiens, multa ſunt q intelligentium ſenſibus relinquuntur.Commemorat ēt quemadmodum non currit , verbum ſuperius infinitum vocauit & nō ſimpliciter verbū.Qm ergo aliqd de aliquo affirmatio eſt,hoc autē,qd' ſubiectū eſt,aut nomē eſſe oportet,aut innominatum,ideſt infinitum nomen,Duplex ppoſitionis ſpecies inuenitur.Oīs enim affirmatio uel ex finito nomine eſt, & verbo: vel ex infinito nomine & verbo.eodē quoq; modo & negatio . Neque enim reperietur unquā ulla affirmatio, cuius negatio inueniri non poſſit. Quod ſi duplex eſt ſpecies affirmationum,duplex quoq; eſt ſpecies negationum. illud quoq; commemorat quod ſupra iam dixit.Nam licet ex nomine & uerbo , & rurſus ex eo qd non eſt nomen,ſed infinitum nomen,& uerbo fiat affirmatio,& negatio pdicatiua.i. categorica : ut tñ ſit pter uerbum ulla affirmatio atq; negatio , aut pter id quod idē ſignificet qd' verbum,uel in ſubauditione,uel aliquo alio modo,fieri nō poteſt.Ponit quoq; verba quæ pene in omnibus propoſitionibus , aut ipſa cadant, aut quæ idem ualeant.Eſt enim inquit,uel erit,uel fuit,uel quęcunq; alia conſignificant tempus,uerba ſunt,ut doceri ex his poſſumus, quę ante poſita ſunt ,atq; conceſſa,cum definitio uerborum daretur,uerba eſſe quæ conſignificarent tēpus.Quare,ſi hęc cōſignificant tēpus,non eſt dubium quin uerba ſint,ſed præter hæc , aut præter idem ualentia,nulla propoſitio eſt,Recte igitur dictum eſt , pter verba pdicatiuam propoſitionem non poſſe conſtitui . Iuſte tñ aliquis quęſtionem videtur opponere. Cur, cum iā dixerit pter verbum enunciationes nulla rōne poſſe conſtitui,nunc idem repetit,quaſi nihil de hoc antea pdixiſſet, ſed ſuperfluum videri non debet.Qm.n.finitū nomen cum negatiua particula, nomen eſt infinitum, idcirco putaretur fortaſſe negatio eſſe, quod dicimus nō homo. q ſi hæc eſt negatio,homo eſt affirmatio.Ne in hunc ergo quiſquam haberetur errorem, hoc dixit, & congrue repetiuit, q præter uerbum enūciatio eſſe non poteſt, tanquam ſi diceret,nemo arbitretur infinitum nomen eſſe negationem, nec nomen affirmationem.Præter uerbum enim affirmatio & negatio nulla poteſt unquam ratione conſtitui. In hoc illud quoq; notauerat, q verbum infinitum , & negationem ſignificaret,& infinitum verbum.Id.n.quod dicimus,nō ambulat,& infinitum verbum eſt, & negatio. ſed per ſe quidē ſi dicatur ſimplex ſine aliquibus alijs adiectionibus infinitum uerbum eſt.Sin uero cum nomine, aut cum infinito nomine proferatur,non iam uerbum infinitum,ſed negatio accipitur.ut,non ,negatiua particula,iuncta cum ambulat, infinitum uerbum efficiat non ambulat, ſed in propoſitione, quæ eſt homo non ambulat , hominem non ambulare deſignat:atq; ideo ait,ſubiecta quidem in propoſitionibus poſſe eſſe,vel nomina, vel infinita nomina,prædicata vero pter uerba eſſe non poſſe . Nam ſiue in affirmationibus quis ponat,id verbum ſine dubio prædicauit,ſiue in negationibus,eſt non infinitum uerbum,ſed tantum verbum,cui addita non particula totam qualitatem propoſitionis ex affirmatiua in negatiuam commutat. Quare recte nullam differentiam propoſitionum de infinitis uerbis fecit . Infinita enim verba tunc ſunt infinita , cum ſola ſunt . Si uero cum infinito nomine iungantur, aut finito nomine,non infinita verba iā ſunt,ſed finita.Cū negatione tñ in tota propoſitione intelligunt . Si ergo quēadmodū Stoici uolunt ad nomina negationes ponentur: vt eſſet non hō ambulat negatio: ambiguū eſſe poſſet, cū dicimus non hō an infinitum nomē eſſet, an uero finitum cum negatione coniunctum. Sed qm Ariſtoteli placet uerbis negationes oportere coniungi:infinita magis verba ambigui intellectus ſunt,an īfinita uideātur,an cū negatione finita. Atq; iō ita diſcernit,ſumptū cū nomine infinitū uerbū negatio fit,& negatiua propoſitio , vt eſt,hō non ambulat.Per ſe vero dictū infinitum uerbum eſt,ut nō ambulat. Atq; ideo hic ſolā differētiā nominum & infinitorum nominum in propoſitionibus dedit, non ēt infinitorum verborum,iccirco q de coniunctis loquebatur .i.de nominibus uel infinitis nominibus atq; verbis. In qua coniunctione id qd per ſe infinitū uerbum dicit,negatio ē. Neq;.n.oportet,ſicut oīs propoſitio,aut ex finito nomine, aut ex infinito conſtat:ita quoq; , aut ex finito uerbo , aut ex infinito cōſtare. Infinitū.n.uerbum in propoſitionib. nō eſt:ſed quoties aliqd(vt dictum eſt) tale p ſe ponitur,finitum qdem uerbum eſt:ſed illi coniuncta negatio totā propoſitionē priuat ac deſtruit & verbū qdē infinitum iunctū nominib. negationē ut faciat neceſſe eſt: nomen uero infinitum iunctum uerbo non neceſſe eſt, ut faciat negationē. Qd.n.dicimus non homo ambulat, affirmatio,non negatio eſt.Ergo qm affirmationem oportet aliqd de aliquo ſignificare.nomen aūt infinitum eſt aliquid: quoties dicimus nō hō ambulat : ambulationem.i. aliquid de non homine.i.de aliquo pdicamus . Sed ſi dicamus non ambulat non potius de aliquo pdicamus aliqd:ſed ab aliquo tollimus.Qui.n.dicit homo non ambulat : ambulationem ab homine tollit : non de homine prædicat.Quare negatio potius quam affirmatio eſt. Si.n.affirmatio eſſet.i.ſi uerbum eſſet infinitū;aliqd de aliquo pdicaret:nūc autē aliqd ab aliquo tollit .Non eſt igit uerbum infinitum,ſed potius negatio,quoties in tota ſumit propoſitione. Numerum uero propoſitionū, quas nos ſupra quoq; deſcripſimus,ipſe ſubiecit:& infinitas quidem prius;poſt vero contraiacentes. q ſiquis ad illa reuertitur & hic intendit animum:in quo vel noſtra vel Ariſtotelis diſpoſitio diſcrepet:diligenter agnoſcit. Nos.n.& contrarias propoſuimus, & ſubcontrarias.Ariſtoteles uero ſolum contradictorie ſibimet contraiacentes oppoſitaſq; propoſuit:ſed Ariſtoteles non ſolum in præſenti tempore eaſdem propoſitionum dicit eſſe differentias quas propoſuit, ſed etiam in alijs quoque duobus temporibus quæ extrinſecus ſunt. extrinſecus autem tempora uocat , quæ præter pręſens ſunt,præteritum ſcilicet & futurum .

*Quando aūt eſt tertium,adiacens prædicatur: dupliciter tunc dicuntur oppoſitiones.Dico autem,vt eſt iuſtus homo.Eſt tertiū dico adiacere nomen vel uerbum in affirmatione.Quare quatuor erunt iſtæ.quarum duę quidem ad affirmationem & negationem ſeſe habebunt ſecūdum conſequentiā,ut priuationes:duæ uero minime.Dico autem:quod eſt:aut iuſto adiacebit, aut non iuſto . Quare ētiā negatio. Quatuor ergo erūt.intelligimus uero qd dicitur ex iis quæ ſubſcripta ſunt. Eſt iuſtus homo.Huius negatio,nō eſt iuſtus homo.Eſt nō iuſtus hō. Huius negatio,non eſt non iuſtus homo:eſt.n.hoc loco & non eſt,iuſto & non iuſto adiacet.Hæc igitur quemadmodum in reſolutoriis dictum eſt,ſic ſunt diſpoſita.*

46 Quod autem dicitur per obſcurum eſt, & expoſitum à pluribus incuratē:quorum cum iudicio competenti enumerabo ſententias . Poſtquam de his propoſitionibus expediuit,quæ duobus conſtiterant terminis: & ſubiectum habuerant aut nomen , aut(vt ipſe ait) innominatum.i.infinitum nomen, nunc ad eas tranſit in quibus eſt, tertium adiacens prædicatur uno ſubiecto duobus pręEdicatis . ut in eo quod dicimus,homo iuſtus eſt : homo ſubiectum eſt,& iuſtus , & eſt, vtraq; prædicant.Ergo in hoc duo ſunt prædicata: vnū

vero ſubiectum: & fortaſſe aliquis inquirat cur ita dixerit. Quãdo ait, eſt, tertiũ adiacens ꝑdicat, non.n.tertium ꝑdicatur, ſed ſcdm. Duo.n.ſunt q̃ prædicant, unum uero ſubiectũ eſt. Sed nõ ita dictũ eſt quaſi eſt in propoſitione q̃ dicit hõ iuſtus eſt, tertium prædicaretur: ſed ꝙ adiacet tertiũ & ꝑdicatur. ergo quod dicit tertiũ ad adiacere refert: etenim in ea ipſa propoſitione q̃ dicit, homo iuſtus eſt: eſt tertium adiacet: prędicatũ aũt iã nõ tertium, ſed ſcdm. Ergo tertiũ numeratum adiacet: ſcdm vero numeratum prædicat: hoc eſt igitur quod ait. Quando eſt tertium adiacens prædicat, non ꝙ tertium ꝑdicatur: ſed prædicatur tertium adiacens .i. tertio loco. facit igitur nunc in his propoſitionibus conſiderationem in quibus, eſt, tertium adiacens eſt: ſecundum ꝑdicatum. & ſicut in his in quibus tm̃ prædicatur eſt: nõ ẽt adiacens prædicabatur: ut homo eſt, de ſubiecto conſiderationem fecit: quot modis ſubiectum ſumptum differentias faceret propoſitionum. Aut enim nomen dicebat eſſe ſubiectum, aut infinitum nomen. Ita hic nũc de prędicato loquitur, & de prædicati differentijs tractat. In his.n.propoſitionibus in quibus eſt tertium adiacens prædicatur: ſumptum prædicatum alias nomen, alias infinitum nomen facit differẽtias propoſitionum. Prædicatũ aũt dico in ea propoſitione quæ proponit: hõ iuſtus eſt, iuſtus: hoc.n.prædicatum de homine eſt: eſt autẽ non prædicatur. Sed tertium adiacens prędicatur .i. ſecundo loco: & adiacens iuſto tertium uero in tota propoſitione ꝑdicatur: non quaſi quædã pars totius ꝓpoſitionis, ſed potius demonſtratio qualitatis. hoc.n.qđ dicimus eſt, non cõſtituit propoſitionem totam, ſed qualis ſit, i. ꝙ eſt affirmatiua demonſtrat: atq; idõ non dixit tertiũ ꝑdicatur tm̃, ſed tertium adiacens prædicat. Nõ.n.poſitum eſt tertium prædicatum ſolum. ſed adiacens tertium ſecundo loco: & (quemadmodum dictum eſt) accidenter prædicatur. põt aũt & ſic intelligi. Iccirco dixiſſe Ariſtotelẽ, eſt, in his tertium adiacens prædicari, qm̃ poſsit aliquoties & ꝑ ſe prædicari: ut ſiquis dicat Socrates philoſophus eſt: ut propoſitio hęc hoc ſentiat. Socrates philoſophus uiuit. Eſt.n.pro uiuit poſitum eſt. Siquis ergo ſic dicat: duo inueniuntur ſubiecta. eſt uero ſolum prædicatur: non etiã adiacens. Qđ.n.dicimus, Socrates philoſophus, utraq; ſubiecta ſunt. eſt.n.prædicatur ſolum. ſi quis autẽ dicat ſic, Socrates philoſophus eſt: vt non iam Socratem philoſophum eſſe atq; uiuere, ſed Socratem philoſophari, & philoſophũ eſſe enunciatione ſignificet, tunc inuenitur unum ſubiectum & duo prædicata. Socrates.n.ſubiectum eſt: philoſophus autem. & eſt prædicata, quorum philoſophus quidem principaliter ꝑdicatur. Eſt autẽ adiacens nomini, ꝙ eſt philoſophus, & ipſum prædicat, ſed nõ ſimpliciter prædicatur, ſed adiacens. Sunt autẽ aliæ ꝓpoſitiones hoc mõ: Socrates in Lycæo diſputat. Et ſunt hæ ex trib. terminis. Sed de hac interim propoſitionum natura nihil tractat, ſed de his ſolum in quibus eſt tertiũ adiacens prædicat: vt eſt, hõ iuſtus eſt, ſed de his duas q̃dẽ oppoſitiones. Quocirca recte duæ oppoſitiones quatuor ꝓpoſitionum ſunt. hoc autẽ hmõi eſt. Quãdo, eſt, tertium adiacens ꝑdicat: quod principaliter prædicat, aut nomen erit, aut infinitum nomen. Et hæc aut affirmatiuæ ꝑdicandę ſunt, aut negatiuę. Quocirca ſimplicis nominis affirmatio & ſimplicis nominis negatio, una eſt oppoſitio & duæ propoſitiones. Finitum ãt & infinitum hic non ſubiectum, ſed ſumit prædicatum: ut in eo ꝙ eſt, hõ iuſtus eſt, iuſtus prædicat: hoc autem nomen erit, aut infinitum nomen. Fiunt ergo ex his duę affirmationes & negationes: hõ iuſtus eſt: hõ eſt non iuſtus: non eſt non iuſtus homo. non eſt iuſtus homo. Atq; hoc quidem in indefinitis. Poſterius autẽ monſtrabitur hoc ẽt in his eſſe, quæ determinationem hñt uniuerſalitatis uel particularitatis. Nunc autem horum ordo ſubiectus numerum oppoſitionumque declarat.

| | | |
|---|---|---|
| Affirmatio ſimplex | | Negatio ſimplex |
| Homo iuſtus eſt | oppoſitio una | Hõ iuſtus non eſt. |
| Affirmatio ex infinito. | | Negatio ex ĩfinito |
| Hõ nõ iuſtus eſt | oppoſitiõ una | Hõ nõ iuſtus nõ ẽ. |

Simplices in ſuprapoſita deſcriptione propoſitiones uocaui: in q̃bus nomẽ prædicatur, ut homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Ex ĩfinitis autẽ in quib. nomẽ infinitum principaliter ꝑdicat, ut homo non iuſtus eſt, hõ non iuſtus non eſt. Siue ãt eſt primo ꝑdicat, ſi ut poſtea, idẽ eſt. Nec hoc turbet qđ Ariſtot, eſt: primum dixit: nos uero poſtremum, ſed idẽ eſt. ſũt igitur oppoſitiones duæ, ꝓpoſitiones vero quatuor, & hæ quatuor ꝓpoſitiones ex ſenario ꝓpoſitionũ numero ad pauciora reductæ ſunt. Si.n.ſimplices, & ex duob. terminis fuiſſent, hoc mõ eſſent: homo eſt, homo non eſt, iuſtus ẽ, iuſtus non eſt. non iuſtus eſt, non iuſtus non eſt, & eſſent hæ ſex ꝓpoſitiones. Poſſe quidẽ adijci hoc ẽt, ut de infinito nomine ſubiecto fierent ꝓpoſitiones, ut eſt, non homo eſt, non homo non eſt. Sed de his poſterius dicit. Nunc ãt ſex illæ ſimplices in quatuor reductę ſunt, iccirco ꝙ res ſimplices iunctę naturaliter redeunt pauciores. Coniunctio .n.ipſa numerum minuit: ut ſi ſint decẽ res, & ſingulę ſingulis iungant, ut binæ fiat, quinarius numerus coniunctionis redit. Ita.n.hoc modo ſex erãt ꝓpoſitiones (ut ſupra docui) q̃ & ſimpliciter dicerent: ſed hæ aſtrictę ſunt, & coniunctione diminutæ ſunt. Nam qđ propoſuerunt iſtæ quatuor, homo eſt, homo non eſt. iuſtus eſt, iuſtus non eſt. hæ coniunctione ĩ duas reductæ ſunt: iunctus.n.homo cum iuſto duas ꝓpoſitiones fecerunt, homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Rurſus ad eundem ipſum hominem infinitum cum prædicatur: aliæ duę ꝓpoſitiones ex infinito ꝑdicato rationabiliter oriuntur. homo non iuſtus eſt; homo non iuſtus non eſt: quarum duæ oppoſitiones ſunt, ꝓpoſitiones uero quatuor. Ita igitur ex ſex propoſitionibus, i. eſt homo, non eſt hõ. eſt iuſtus, non eſt iuſtus, eſt non iuſtus, non eſt non iuſtus. quæ cum ſint ſex propoſitiones, tres tantum habent oppoſitiones, homo iuſto & homo non iuſto ſubiectus, quatuor ſolas propoſitiones fecit: duplicem uero oppoſitionem. Qui uero dixerũt numeroſiores fieri propoſitiones ex his, in q̃bus eſt adiacens ꝑdicatur: quã ex his quę duob. terminis cõſtarent: illos non intellexiſſe rerum naturam manifeſtũ eſt. quę ita ſunt, ut ꝑ ex pluribus ſimplicibus rariores redeant res paucioreſq; coniunctę. Ait igitur in his in quib. eſt tertium adiacens prædicatur, ut hoc quod ait tertium non ad prędicationẽ referatur potius quã ad ordinem, ut ipſe diſtinxit dicens. Dico aũt ut eſt iuſtus homo: eſt tertium dico adiacere nomen vel uerbum in affirmatione: nõ inquit tertium prędicari, ſed adiacere tertium: ſed ad ordinem, ſi nõ ad prędicationem refert, ut tertium quidẽ adiaceret. Adiacens autem prędicaretur, i. non ſimpliciter prędicaretur. Neq;.n.ſuperius eſt terminatum: ut in propoſitione, eſt, ſit terminus. Atq; ideo ſiquis reſoluere propoſitiones uelit in ſuos terminos: ille non reſoluit in eſt: ſed in eo quod eſt homo, & iuſtus eſt; & erunt duo termini ſubiectus quidẽ, hõ: prędicatus uero, iuſtus. Eſt aũt ꝙ adiacens prædicatur, & tertiũ adiacens, non in terminis: ſed in qualitate potius ꝓpoſitionis (ut dictum eſt) accipitur. Nomen ãt uel uerbũ ait ꝑꝑ hãc cauſam, tertium.n.nomen adiacere dixit, eſt: ut doceret prima duo eſſe homo, i. & iuſtus; iccirco autem ait nomen. uel uerbum qm̃ uerba quoq; nomina ſunt. Hoc autem prius dixit dicens; ipſa quidem ſecũdum ſe dicta uerba, nomina ſunt. Poſtquam igitur dixit, quid uellet oſtendere per id quod ait, eſt tertium adiacens prędicatur. Qm̃ quantum ad ordinem non ad prędicationem refertur, ſubiter expoſuit quot fierent propoſitiones dicens. Quare quatuor iſtæ erunt. Dixit ãt in his quatuor communem accidẽtia, quam paulopoſt diligenter exponam. Quod autem accidit hoc eſt. Cum ſint quatuor propoſitiones, quas poſituri eſt. Duæ ipſarum ſeſe ad affirmationem & negationem ita habebunt ſecundum conſequentiam, ut priuationes: duæ uero minime. Sed hanc in his propoſitionibus accidẽtia paulopoſt demonſtrabo. Nunc autem illud reſpiciamus quemadmodum ipſę quatuor fieri propoſitiones dicat. Ait.n. dico autem quoniam eſt, aut iuſto adiacebit, aut non iuſto. Fiet.n.duplex ꝓpoſitio, Si aut iuſto, aut non iuſto eſt adiacet hoc modo, eſt iuſtus homo, eſt non iuſtus homo. Quare,

re,

re, inquit, ſi eſt affirmatiuo modo poſitum, nunc quidē cum iuſto, nunc autem cum oon iuſto geminas fecit propoſitiones.ſ.affirmatiuas, idem quoq; eſt cum negatione coniunctum, ideſt non, geminas quoq; facit negationes. Eas ſcilicet quæ ſuot, non eſt homo iuſtus, non eſt homo non iuſtus. hoc eſt autem quod ait, Dico autem quod eſt, aut iuſto, aut non iuſto adiacebit. Si .n. adiacet iuſto, facit hanc affirmationem, eſt iuſtus homo. ſi adiacet non iuſto, facit hanc affirmationem, eſt oon iuſtus homo. Quare ēt negatio iuncta cum eſt idem facit. hæc igitur negatio quæ eſt oon, copulata iuſto & non iuſto duas faciet negationes contra eas, quę ſupra diximus, propoſitiones. Si .n. addatur iuſto, talem facit negationem, non eſt iuſtus homo, ſi noo iuſto, non eſt noo iuſtus homo. hoc autem cur euenit, qm̄ eſt & nō eſt iuſto, & non iuſto adiacet, eſt cum iuſto & non iuſto duas faciens propoſitiones. Noo eſt, iterum negatio cum iuſto & noo iuſto alias duas negationes. Ex quibus quatuor doę oppoſitiones ſunt, vt ait ſupra. Quando eſt tertium adiacens prædicatur, dupliciter dn̄r oppoſitiones. Quare ſenſus ſeſe totus hoc modo habet. Sed qm̄ eſt quoq; alia deſcriptio loci quæ ſic dicit, Dico autem quod eſt aut homini adiacebit, aut non homini, quare & negatio, quatuor ergo propoſitiones erunt. Intelligimus autem quod diximus ex his quæ ſubſcirpta ſunt. Eſt iuſtos homo, huius negatio, non eſt iuſtus homo. Eſt non iuſtus homo. huius negatio, non eſt non iuſtus homo. eſt.n.hoc loco & non eſt, homini & oon homini adiacet, turbabat expoſitores, & dubitabant, quid hoc eſſet quod cum ſupra dixiſſet, Dico autem quod eſt aut homini adiacebit, aut oon homini, in eorum exemplo & diſpoſitione eſt non appoſuit homini, aut non homini, ſed iuſto non iuſto dicēs. Intelligimus uero quod dicit ex ijs quę ſubſcripta ſunt, eſt iuſtus homo, huius negatio, nō eſt iuſtus homo. Eſt non iuſtus homo, huius negatio, non eſt non iuſtus homo. & poſtquam iuſto & noo iuſto eſt & nō eſt appoſuit, quod ante non dixit, ſed ad hoīem & nō hoīem eſt adiacere propoſuit, poſtea inſert. Eſt āt hoc loco homini adiacet, & non homini, qui poſuerat iuſto & non iuſto, & oō eſt adiacere, vn̄ Alex. quoq; dicit ſcripturæ eſſe colpā, noo philoſophi recte dicentis, & emendam eſſe ſcripturam, ſed oō eum oportuit confundi. ſi pro hoīe & non hoīe iuſtū & nō iuſtum intulit. hæc.n. exēpla ſunt potius, quam propoſitionum neceſſitas. quod.n. dixit eſt homini, & noo hoī adiacere, ita ſumpſit, tanq̄ ſi homo prędicaretur, vt in eo qđ eſt Socr. homo eſt, vel rurſus Socrates non homo eſt. Ergo volens ſumere quodcunq; prędicatum, nunc quidem ſimplex, nunc aūt infinitum, intulit iuſtum & non iuſtum indifferenter hn̄s, an homo & oon homo prædicaret, an iuſtus & non iuſtus, ſolū in prædicato alias ſumeretur nomen, alias infinitum nomen. Non ergo oportuit Alex. conturbari, alioſq; in hac ſcriptione, in qua nos philoſophus exercere voluit, ſicut Porphyrium, & Herminum non turbabat, qui dn̄t exēpla hic eſſe finiti prædicati & infiniti, in quibus quodlibet prædicatum ſit, æque accipi oportere. vel ſic, cum dixiſſet homini & non homini adiacere, eſt & non eſt, album, & oō album poſtea intuliſſet, ſufficeret. Hoc.n. & illud prædicatum, alias finitum alias infinitum ſumere in quibuſcunque nominibus, æque oportet. & quod hoī ait & non hoī adiacere eſt, & poſtea intulit iuſto & non iuſto, & ſubiecit hominem, non ita putandum eſt tanq̄ de ſubiectis, ideſt hoīe, & non hoīe loqui voluerit, & poſtea per errorem intulerit in prædicato iuſto & non iuſto, ſed potius ipſum homini & nō hoī ita ſumpſit, tanq̄ in aliquo prædicaretur, vt ſicut dictum eſt, Socr. non hō eſt. hic ergo hō & nō hō prædicatur. Rurſus ſiquis dicat hō iuſtus eſt, hō non iuſtus eſt, nihil differt. Eodem.n. modo prædicatum in una propoſitione ſimplex ſumptum eſt: in altera infinitum, velut ſi dicam nix alba eſt, nix non alba eſt, eodem modo. non ergo culpāda eſt ſcriptura quæ cū prius propoſuiſſet homini & noo homini adiacere eſt, iuſtum & non iuſtum intulit. Nihil.n. intereſt ſiue iuſtum aut non iuſtum prędicetur, ſiue hō aut nō homo, dummodo prædicationem alias infinitam, alias ſumat finitam tunc, cum eſt tertium adiacēs prædicatur. Exercere igitur intelligentiam noſtram actionemq; philoſophus voluit rerum oīum ſolertiſſimus, non ſcriptura falſa confundere, qn̄ autē ea quæ ſupradixit colligens ait, Eſt.n. hoc loco, & non eſt, homini adiacet. Hoc ſētit, quod in hac propoſitione, quæ dicit, hō iuſtus eſt, quā ſupra propoſuerat, iuſtus de homine prædicatur. Eſt autē adiacens iuſto adiacebit & homini, & in ea, quæ dicit, hō iuſtus non eſt, quod iuſtus ꝓdicatur de homine, non eſt autem adiacet. non eſt ergo homini quoq; adiacebit. Hoc.n. eſt, quod ait, Eſt.n. hoc loco & non eſt homini adiacet. Nam ſi iuſtus prædicatur de homine, eſt autem & non eſt adiacet iuſto: & homini quoq; adiacebit, vt dictum eſt. Hanc quoque ſcripturam emendandam eſſe, Alexander opioatur faciendumque eſſe hoc modo. Sicut prius quoq; expoſuimus Eſt.n. hoc loco & non eſt, iuſto & non iuſto adiacet. Sed ordo quidem totius ſentētiæ diligēter expoſitus eſt, ſiue illa ſcriptio ſit, ſiue illa, neutra.n. mutanda eſt. Et una quidem plus habet exercitij, altera vero facilitatis, ſed ad unam intelligentiam utraq; perueniunt. Reſtat igit vt quod ait, Quare iccirco quatuor iſtę erunt, quarum quidem duæ ad affirmationem ſeſe habent ſecundum conſequentiam, vt priuationes: duę vero minime, diligentius exponamus. Locus.n. magna breuitate cōſtrictus eſt, & nimiā ſubtilitate ac obſcuritate difficilis, & hunc quidem in prima editione huius operis tranſcurrentes expoſuimus, atq; in eo breuiſſimam, vt in alijs quoque dedimus expoſitionē. Nūc autem quid in ſe ſenſus habeat ueri, quid ue hac breuitate latitet, quantum facultas ſuppetit, nos ipſi patefaciemus, & quātum ualet animum lector intendat. Cui ſi forte paulo obſcuriora vſ̄r, rerum imponet difficultati: ſi vero planiora quam putauerit, ſuo gratiam debebit acumini. Sed prius quid de hoc loco Herminus arbitretur, quam poſſibiliter expediam. Ait Herminus tribus modis cū infinito nomine propoſitiones poſſe proferri: aut .n. infinitum ſubiectum habent, vt non hō iuſtus eſt: aut infinitum prædicatū, vt homo non iuſtus eſt: aut infinitum ſobiectum, & infinitū prædicatum, vt non homo noo iuſtus eſt. Harum igitur, inquit, quęcunq; ad prædicatum terminum habent nomen infinitum, ſimiles ſunt his quæ aliquam denunciant priuationem. denunciant autem priuationem hæ quę dicunt, homo iniuſtus eſt, homo iniuſtus non eſt. ergo iſtiuſmodi, quæ proponunt, homo iniuſtus eſt, homo iuſtus non eſt: illæ, inquit, conſentiunt quæ ſunt ex infinito prædicato: vt ea quæ eſt, homo non iuſtus eſt. homo non iuſtus non eſt. Idem .n. eſt, inquit, eſſe hominem iniuſtum, quod hominem non iuſtum. Illæ uero quæ habeot aut ſubiectum infinitū, vt eſt, non homo iuſtus eſt: aut vtraque infinita, vt eſt, non homo noo iuſtus eſt, non conſentiūt ad priuatoriam propoſitionem: quæ eſt homo iniuſtus eſt. Nulla enim ſimilitudo eſt eius propoſitionis quæ eſt: non homo iuſtus eſt: & eius quæ dicit, homo iniuſtus eſt. Nec oero eius quæ proponit, non homo nō iuſtus eſt, & eius quæ enunciat, homo iniuſtus non eſt. Nāq; illæ quę infinitum nomen habent in prædicatione, hę priuatorijs conſentiūt. Illę vero propoſitiones quæ aut ſubiectum habēt finitum, aut vtraque infinita, priuatoriis longe diuerſę ſunt. Sed hic Herminus longe a toto intellectu & ratione ſentētię diſcrepans has interpoſuit: quæ aut ex utriſque infinitis, aut ex ſubiecto fierent infinito. Quod autē eſſet quod ait ſecūdum conſequentiam, uel quę duę haberēt ſe ſecūdū conſequentiam vt priuationes, quę vero non, exponēs nihil planum fecit: & ſenſus nihilo magis ante expoſitionem Hermini quam poſt expoſitionem obſcurū eſt. Nos autem Porphyrium ſequentes, eique doctiſſimo viro conſentiētes hoc dicimus, eſſe quatuor propoſitiones, quarum duę quidem ex finitis nominibus ſunt: duæ uero ex infinitis nominibus prędicatis. Sunt autem ex finitis nominibus hoc modo, affirmatio, eſt iuſtus homo: negatio, non eſt iuſtus homo. Ex infinitis uero nominibus prędicatis, affirmatio eſt quę dicit. eſt nō iuſtus homo: negatio quæ proponit, non eſt nō iuſtus homo. Sed has ex infinitis nominibus prędicatis ꝓpoſitiones in reliquo ſermone infinitas vocabimus

bimus.vt affirmatio infinita ſit ĩ hac expoſitione, ea quę dicit,eſt non iuſtus homo.negatio infinita, ea quę dicit , non eſt non iuſtus homo:vt quod dicturi eramus, propoſitionē ex infinito nomine prędicato , hanc infinitam nominemus, illas autem duas quę nullum nomen habent infinitum,nec ſubiectum nec prędicatum , ſimplices uocemus . Sunt ergo ſimplices propoſitiones hę,eſt homo iuſtus ,non eſt homo iuſtus.Priuatorias autem propoſitiones uoco , quęcunque habent priuationem.priuatorię autem ſunt hoc modo , eſt iniuſtus homo, hęc.n, iuſtitia ſubiectum priuat.& rurſus,nō eſt iniuſtus homo, hęc rurſus,iniuſtitia ſubiectum priuat. ergo cum ſint duę propoſitiones ſimplices , vna affirmatiua, altera negatiua : & ſint alię duę priuatorię,earum quoque vna affirmatiua,altera negatiua:necnon & ſint alię duę infinitę, affirmatiua rurſus,& negatiua, dico quod quemadmodum ſe priuatorię propoſitiones , affirmatio ſcilicet & negatio , ad affirmatiooes & negationes ſimplices habuerint,ſic ſe habebunt & quę ſuot infinitę ad eaſdē ipſas ſimplices,ideſt ſecūdū cōſequētiam.qđ aūt dico tale eſt; diſponantur prius duę ſimplices, ideſt affirmatio quę dicit, eſt iuſtus homo,& rurſus negatio quę dicit, non eſt iuſtus homo. ſub his aūt diſponant priuatorię ,ſub affirmatione quidem ſimplici priuatoria negatiua, ſub negatiua ſimplici affirmatiua priuatoria , vt ſub ea quę dicit:eſt hō iuſtus,ponat quę dicit,non eſt hō iniuſtus , & ſub ea quę dicit noo eſt homo iuſtus,ponat ea q̄ ꝓponit,eſt homo iniuſtus . Rurſus ſub priuatorijs diſponant infinitę,ſub affirmatione affirmatio,ſub negatione oegatio,ſub affirmatione quidē priuatoria, quę dicit,eſt iniuſtus hō,diſponat affirmatiua infinita , eſt nō iuſtus homo, ſub oegatiua uero priuatoria quę dicit, oon eſt iniuſtus homo,ponatur negatiua infinita quę dicit, oon eſt non iuſtus homo.hoc autem ſubiecta deſcriptio docet.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Affir. | Eſt iuſtus hō. | Simplices | nō eſt iuſtus hō | Neg. |
| Neg. | Nō ē iniuſtus hō | Priuatorię | eſt iniuſtus hō | Affir. |
| Neg. | nō ē nō iuſtus ho | Infinitę | eſt nō iuſtus hō | Affir. |

His igitur ita diſpoſitis dico,ꝙ quemadmodum ſe habēt priuatorię,ideſt affirmatio & negatio,quę dicunt,eſt iniuſtus homo,non eſt iniuſtus homo,ad ſimplices quę proponunt,eſt iuſtus homo,nō eſt iuſtus hō,ſecundū cōſequētia: ſic ſe habebunt & infinitę propoſitiones affirmatio & negatio,hæ ſcilicet quę ſunt,eſt non iuſtus homo,non eſt nō iuſtus homo,ad eaſdem ſimplices quę ſunt,eſt iuſtus hō, non eſt iuſtus homo.uideamus ergo , quę ſit ſimplicium & priuatoriarum conſequentia,vt vtrum ſe ſic habeant infinitę ad ſimplices , quemadmodum ſe habent priuatorię ad eaſdem ſimplices,cognoſcamus. diſpoſitę igitur ſunt in primo quidem ordine ſimplices propoſitiones,affirmatio ſimplex quę dicit,eſt iuſtus homo ,& negatio ſimplex quę dicit,non eſt iuſtus homo,Sub his,ideſt ſub affirmatione ſimplici,duę negationes:una priuatoria quę eſt, non eſt iniuſtus homo , & altera infinita quę eſt,noo eſt non iuſtus homo.Sub negatione uero ſimplici quę dicit,non eſt iuſtus homo,duę affirmationes:vna priuatoria, quę dicit,eſt iniuſtus homo:altera infinita quę dicit, eſt non iuſtus homo . Illud quoque in deſcriptione uidendum eſt,qđ angulariter ſe affirmationes negationeſq; reſpiciūt.nā affirmatio quę eſt ſimplex, eſt iuſtus hō,angulariter ſe cōtra vtraſq; reſpicit affirmatiooes, infinitā ſcilicet,& priuatoriam,quę ſunt,eſt noo iuſtus hō, eſt iniuſtus hō.Rurſus negatio ſimplex quæ eſt,nō eſt iuſtus hō,angulariter reſpicit duas negationes infinitā ſcilicet & priuatoriam.& ĩ ueritate ſimplicē affirmationē priuatoria negatio ſequit.nā ſi uerū eſt dicere qđ eſt iuſtus hō,uerum eſt dicere qđ nō eſt iniuſtus hō;nā qui iuſtus eſt hō , non eſt iniuſtus hō. Sequit ergo affirmationē ſimplicem priuatoria negatio: ut ſi uera fuerit affirmatio ſimplex, uera quoq; ſit negatio priuatoria:& affirmationis ſimplicis ueritatē negationis priuatorię ueritas cōſequatur.at uero non ecōuerſo eſt,neque.n affirmatio ſimplex negationem ſequitur priuatoriā.Nam ſi uerum eſt dicere,quod nō eſt iniuſtus homo , non omnino verum eſt dicere,quod eſt iuſtus hō.Pōt.n.uere de equo dici quod equus non eſt iniuſtus hō,neque.n.omnino homo eſt:& ideo nec iniuſtus homo eſt.ſed non pōt dici de equo, quod equus eſt iuſtus hō , ita ergo veritatem priuatoriæ negationis oon ſequitur ueritas ſimplicis affirmationis:atq; ideo nec continua propoſitio hinc & coniuncta propooi proferriq; poteſt.Non.n.vera propoſitio eſt ſi quis dicat:ſi non eſt iniuſtus homo,eſt iuſtus homo.de equo .n.verum eſt(ut dictum eſt)quia non eſt iniuſtus homo, nō tamē verum eſt,eſſe iuſtum hominem equum . quare negationem priuatoriam ſimplex affirmatio non ſequitur.Monſtratum eſt igitur quod affirmationem ſimplicem negatio priuatoria ſequeretur:negationē vero priuatoriā, ſimplex affirmatio non ſequeretur.Rurſus videamus & in oppoſita parte qualis ſit conſequentia:in diuerſa.n.parte affirmationem quidem priuatoriam ſequitur negatio ſimplex:negationem vero ſimplicem affirmatio priuatoria non ſequitur . Nam ſi verum eſt dicere,quod eſt iniuſtus homo, uerum eſt dicere,quod noo eſt iuſtus homo , qui.n.iniuſtus eſt , iuſtus non eſt:& affirmatiuæ priuatoriæ,eius.ſ.quæ dicit, eſt iniuſtus homo,veritatem,ſequitur negatiua ſimplex quæ eſt,nō eſt iuſtus homo:hoc autem non conuertitur.Neque.n.ſimplicem negatiuam ſequitur priuatoria affirmatiua . Nam ſi uerum eſt dicere,quod non eſt iuſtus homo , non eſt omnino verum,quod eſt iniuſtus homo:de equo.n.verum eſt dicere, quod equus non eſt iuſtus homo:nam qui omnino homo nō eſt, nec iuſtus homo eſt:ſed non de eodem equo poteſt dici vere,quod equus eſt iniuſtus homo. nam qui homo non eſt, nec iniuſtus homo eſſe poteſt. Quare ueritatē negatiuę ſimplicis nō ſequitur ueritas priuatorię affirmationis,ueritatē aūt affirmationis priuatorię ſequitur ex neceſſitate ueritas ſimplicis negatiuæ.Quocirca monſtratō eſt hoc in utriſque,quod affirmationem quidem ſimplicē ſequeretur negatio priuatoria: negationem uero priuatoriā non ſequitur affirmatio ſimplex.Rurſus affirmationē priuatoriam ſequitur negatio ſimplex,negationē ſimplicem non ſequitur affirmatio priuatoria.His ergo ita poſitis de infinitis priuatoriiſq; tractemus.Priuatoriæ nanque & infinitæ affirmationes affirmationibus,negationes conſentiūt negationibus , hoc mō. Affirmatio.n.priuatoria quæ dicit,eſt iniuſtus homo, conſentit infinitę affirmationi,quę dicit,eſt non iuſtus homo : idē .n.ſignificant vtraque priuatoria affirmatio & infinita affirmatio:& q̄q̄ in aliqua ſermonis prolatione diſcrepent , tū ſignificatione nil diſcrepant:niſi tantum,quod quem illa & iuſtum ponit.i.priuatoria,hæc ponit eſſe non iuſtum,& rurſus negatio priuatoria quæ eſt,non eſt iniuſtus homo, conſentit atque concordat ei negationi quę eſt infinita, nō eſt non iuſtus hō.hę quoq; id eſt negationes. quod ſibi in conſequentia conſentiunt maniſeſtum eſt.Sequitur autē ſimplicē affirmationē ea quę dicit, eſt iuſtus homo,priuatoria negatio quę dicit, non eſt iniuſtus hō, ſequitur ergo eandem ipſam ſimplicem affirmationem infinita negatio.i.eam quę dicit eſt iuſtus homo,ea quæ proponit, non eſt nō iuſtus homo:nam ſibi priuatoria negatio & infinita cōſētiūt, ſi eā ſequitur priuatoria negatio , eandem quoque infinita negatio conſequitur , ſed affirmationem ſimplicem quæ proponit eſt iuſtus homo , priuatoria negatio ſequitur quę dicit, noo eſt iuſtus homo : quare ſequitur etiam eandem ſimplicem affirmationem quę enunciat, eſt iuſtus homo , infinita negatio quę dicit,non eſt non iuſtus homo. Rurſus e diuerſa parte idem euenit:quoniam affirmationem priuatoriam quæ dicit, eſt iniuſtus homo ; ſequebatur negatiua ſimplex quę ꝓponit : non eſt iniuſtus homo:ſequitur quoque,infinitam affirmationem quæ dicit , eſt oon iuſtus homo , ſimplex negatio quę proponit,non eſt iuſtus homo. nam ſi priuatoria affirmatio,& infinita conſentiunt , quę propoſitio ſequitur priuatoriam,eadem ſequitur infinitam . Sed priuatoriam affirmatiooem,quę dicit,eſt iniuſtus homo , ſequitur ſimplex negatio,quę proponit,non eſt iuſtus homo : & priuatoria affirmatio , & infinita affirmatio idē ſignificant, ſibi q̄ cōſentiūt.ſequit ergo ſimplex negatio quę eſt, nō eſt

iuſtus

iuſtus homo, infinitam affirmationem quæ dicit, eſt non iuſtus homo, ſed hoc econuerſo non euenit. Nunc.n.demonſtratũ eſt, ꝙ ſimplicem affirmationem ſequeretur infinita negatio, & ſimplex negatio ueritatẽ infinitę affirmationis ſequeretur: ſed non eſt conuerſio, ut rurſus infinitam negationem ſequatur finita affirmatio, & ſimplicem negationẽ infinita rurſus affirmatio conſequatur. nã ſi idem priuatoria negatio quæ eſt, nõ eſt iniuſtus homo, & infinita negatio ſignificant, quę eſt non eſt non iuſtus homo, qm̃ affirmatio ſimplex, quę dicit eſt iuſtus homo, non ſequitur priuatoriã negationẽ quæ eſt, nõ eſt iniuſtus homo, vt ſupra mõſtrauimus: eadẽ ipſa ſimplex affirmatio ꝗ proponit, eſt iuſtus homo, nõ ſequit̃ infinitam negationẽ quæ enunciat, nõ eſt non iuſtus hõ. Rurſus in parte altera, ſi affirmatio priuatoria, quæ ꝓponit, eſt iniuſtus hõ, idẽ ſignificat cum infinita affirmatione, quę dicit, eſt non iuſtus hõ: Priuatoria autẽ affirmatio, quę proponit, eſt iniuſtus homo, nõ ſequebatur ſimplicẽ negationem, quæ dicit, non eſt iuſtus homo: nec eandẽ quoq; ſimplicẽ negationem quæ ꝓponit, non eſt iuſtus hõ, ſequit̃ indefinita affirmatio quæ dicit, eſt non iuſtus homo. Sed quãquã hoc rõ conſequentiæ & neceſſitas monſtraret, nos tñ id qđ demonſtrauimus rõne, exẽplis quoq; doceamus. Dico.n.affirmationem ſimplicem quæ dicit, eſt iuſtus homo, ſequi infinitam negationem, quę dicit, non eſt non iuſtus homo, ſicut eandẽ quoq; ſimplicem affirmationem ſequebatur priuatoria negatio, quæ proponit, non eſt iniuſtus homo: nã ſi verum eſt dicere, ꝙ eſt iuſtus homo uerum quoq; de eodem eſt dicere, ꝙ non eſt nõ iuſtus homo: nam qui iuſtus eſt, non eſt non iniuſtus, ſicut verum erat dicere, ꝙ idem qui iuſtus eſt, non eſt iniuſtus. quare ſimplicẽ affirmationem ſequitur infinita negatio, ſicut eandem quoque ſimplicem, priuatoria negatio ſequebatur. ſed hoc non conuertitur, neq; ſtatim uerum eſt, quod nõ eſt non iuſtus homo, eundem eſſe iuſtum: equus.n.non eſt non iuſtus homo, neq;.n.omnino homo eſt. Quod autem omnino homo non eſt, non poterit eſſe homo non iuſtus, ſed de equo, de quo uerum eſt dicere ꝙ non eſt non iuſtus homo, non eſt de eo verum dicere, ꝙ eſt iuſtus homo. Sicut & de eodem equo verum eſſet dicere priuatoriã negationem quæ proponit, nõ eſt iniuſtus homo. hæc.n.poterat ẽt de equo dici, nec erat uerum ꝙ ſequeretur hanc.i. priuatoriam negationem ſimplex affirmatio, quæ dicit, eſt iuſtus homo. Quare non ſequitur infinitã negationem quæ eſt, nõ eſt nõ iuſtus homo, ſimplex affirmatio quæ proponit, eſt iuſtus homo: ſicut nec illam quidem quæ conſentit infinitæ negationi .i. priuatoriam negationem quę proponit, non eſt iniuſtus homo, ea quæ dicit, eſt iuſtus homo, ſimplex affirmatio ſequebatur. Concludenti igitur dicendum eſt, ꝙ affirmationem quidẽ ſimplicem ſequitur infinita negatio, ſicut eam priuatoria ſequebatur. Infinitam uero negationem non ſequitur ſimplex affirmatio, ſicut nec negationem priuatoriam ſequebatur. Rurſus in parte altera idem econuerſo euenit. Affirmationem.n.infinitam ſequitur negatio ſimplex, ſicut priuatoriam quoq; affirmationem eadem ſimplex negatio ſequebatur. nam qui eſt non iuſtus homo, ille ex neceſsitate nõ eſt iuſtus. ſicut etiam qui eſt iniuſtus homo, ille ex neceſſitate non eſt iuſtus homo. At vero ſi verum eſt dicere, ꝙ non eſt iuſtus homo, non omnino neceſſe eſt illum eſſe non iuſtum hoĩem. equus.n.non eſt iuſtus homo, nam qui omnino homo non eſt, nec iuſtus homo eſſe poteſt. ſed uullus de eodem dicere poteſt, ꝙ equus eſt non iuſtus homo. Quod.n.homo non eſt, nec, non iuſtus homo eſſe poteſt. ſicut ẽt cum diceremus, non eſt iuſtus homo, non ſequebatur priuatoria affirmatio, quę dicit, eſt iniuſtus homo. equus nãque non eſt iuſtus homo, ſed de eodem equo nemo dicit, ꝙ eſt iniuſtus homo. Iterum igitur concludenti dicendum eſt, affirmationem infinitam ſequi ſimplicem negationem, ſicut affirmatio quoq; priuatoria ſequebatur, ſed nõ conuertitur. neq;.n.ſequitur ſimplicem negationem infinita affirmatio, ſicut eam nec priuatoria affirmatio ſequebatur. Sic ergo cum ſint quatuor propoſitiones, duæ ſimplices, duæ infinitæ ſunt, quarum quatuor duæ ſimplices ſunt, eſt iuſtus homo, non eſt iuſtus homo: duæ vero infinitæ, eſt non iuſtus homo, non eſt non iuſtus homo, & harum quatuor duæ quidem.i. negatio infinita & negatio ſimplex ſequunt̃ duas.i.negatio infinita ſimplicem affirmationem, ea quæ dicit, non eſt non iuſtus homo, eam quæ dicit eſt iuſtus homo. affirmationẽ vero infinitam ſequitur negatio ſimplex, affirmationem enim infinitam quæ dicit, eſt non iuſtus homo, ſequitur ea quæ proponit, non eſt iuſtus homo, negatiua ſimplex: duæ vero alię.i. affirmatio ſimplex & affirmatio infinita, non ſequuntur negationem infinitam, & ſimplicem negationem. Hoc autem etiam ĩ priuatorijs euenit, vt affirmatio priuatoria non ſequatur ſimplicem negationẽ, cum illa ſimplex negatio ſequatur, & rurſus negatio priuatoria ſequatur affirmationem ſimplicem, cum ſimplex affirmatio non ſequatur priu toriam negationem. Recte igitur dictum eſt, harum quatuor.i.duarum ſimplicium propoſitionum, & duarum infinitarum, duas duabus eſſe conſequẽtes, & habere quandam cõſequentiam ad alias. ſicut infinita negatio & ſimplex negatio ſequuntur ſimplicem affirmationem & infinitam affirmationẽ, ſicut priuationes quoq; nam, & priuatoria negatio ſequebatur ſimplicẽ affirmationem, & ſimplex negatio ſequebatur priuatoriam affirmationem. ergo duæ habent conſequentiam .i. infinita negatio, & ſimplex negatio ad ſimplicẽ & infinitam affirmationes, ſicut priuationes quoq;. nanq; & priuationes ſimiliter ſunt, ut ſępe ſupra monſtraui: duæ vero minime habent cõſequentiam. neq;.n.negatiuam infinitam ſimplex ſequitur affirmatiua, aut infinita affirmatiuam ſimplicem negatiuam ſequitur, ſicut in priuationibus quoq; fuit. In priuationibus nanq;, nec affirmatio ſimplex priuatoriam negationem ſequebatur, nec ſimplicem negationem priuatoria affirmatio cõſecuta eſt. Senſus ergo huiuſmodi eſt, quatuor iſtę erunt .i. quatuor propoſitiones, ex quibus duplicẽ fieri oppoſitionem dixerat. quatuor aũt iſtę ſunt, duę ſimplices, affirmatiua, eſt iuſtus homo, negatiua, non eſt iuſtus hõ: & duæ infinitæ, affirmatiua, eſt non iuſtus hõ, negatiua, non eſt non iuſtus hõ. Quarũ, inquit, duę negatiua.ſ. infinita, & negatiua ſimplex ſic ſe habebunt ad affirmationẽ & negationẽ ſecũdũ conſequentiã .i. ita alias duas affirmationes ſimplicẽ & infinitam ipſę duę negationes ſequuntur, ut eas priuationes ſequebantur. Duę vero minime.i. ſimplex affirmatio & infinita affirmatio nõ ſeſe hẽbũt ſecũdũ cõſequẽtiam, ipſę duę affirmationes ad duas negationes, infinitam.ſ.& ſimplicẽ, quas nõ ſequebanẽ, ſicut nec dudũ has negationes priuatorię quoq; affirmationes ſecutę ſunt. Qđ uero ait ſecũdũ cõſequẽtiã ad affirmationẽ & negationẽ, nõ ita intelligendũ ẽ, quaſi una ſit affirmatio, aut vna negatio. Sed ꝙ in quatuor ꝓpoſitionibus, in ꝗbus duę quidẽ affirmationes erũt, duę vero negationes: affirmationes, ſimplex qdẽ eſt iuſtus hõ, infinita aũt, eſt non iuſtus hõ: negationes aũt, ſimplex quidem nõ eſt iuſtus hõ, infinita aũt, non eſt non iuſtus homo. Qm̃ affirmationes duas ſimplicem quidem, eſt iuſtus hõ, infinita autem, eſt non iuſtus homo, duę negationes ſequebãtur, ſimplex negatio quę eſt, non eſt iuſtus homo, infinitam affirmationem quę dicit, eſt non iuſtus homo, & rurſus infinita negatio ſimplicem affirmationem ſequebatur, Quoniam ergo (ut dictum eſt) duas affirmationes & ſimplicem & infinitã, duę negationes ſimplex & infinita ſequebãtur. hoc aũt & ĩ priuationibus erat. idcirco dictũ eſt ad affirmationẽ & negationẽ ſecũdũ cõſequẽtiã ſic ſe habere harum quatuor ꝓpõnũ duas, ſicut ẽt ſe priuationes haberẽt. ad affirmationẽ aũt & negationem dixit, ꝙ duas affirmationes duę negationes cõſequerẽtur: duę vero minime.i.duę affirmationes negationes duas non ſequerentur. neq;.n. ſequebatur negationẽ infinitã ſimplex affirmatio, aut ſimplicem negationẽ finita affirmatio, ſicut nec in priuationib. erat, quod ſępe ſupra monſtratum eſt. Nequis autem nos arbitretur de eodem genere propoſitionum dicere ſequi negationes, affirmationes. neque enim dicimus negationem ſimplicem ſequi affirmationem ſimplicem. hoc enim impoſsibile eſt. nunquam enim ſibi cõſentiunt ſimplex affirmatio, ſimplexque negatio: nec rurſus infinita negatio, & infinita

affirmatio,

affirmatio.neque.n.fieri poteſt,vt aut negatio quæ dicit,nō eſt iuſtus homo,affirmationi quæ proponit,eſt iuſtus homo conſentiat. Aut affirmatio quæ dicit,non eſt non iuſtus hō: conſentiat negationi quæ dicit,non eſt nō iuſtus homo eā enim q̄ dicit , eſt iuſtus hō,ſimplicem affirmationem,ſequitur priuatoria negatio,q̄ dicit,nō eſt iniuſtus homo. ſed negatiuā inquiunt infinitā, quæ eſt , non eſt non iuſtus homo, non ſequit̃ affirmatiua ſimplex quæ dicit , eſt iuſtus homo. ergo quemadmodum negatiua priuatoria,quæ eſt,nō eſt iniuſtus homo,ſequitur affirmatiuam ſimplicē,q̄ dicit,eſt iuſtus homo,non eodem modo eadem ſimplex affirmatio,quæ dicit,eſt iuſtus homo,ſequitur infinitam negationem, q̄ dicit, non eſt non iuſtus homo.Quibus dicendū eſt non eos hanc conſequentiam recte intelligere,nec quicq̄ in hac huiuſmodi propoſitionum conſequentia diſcrepare. Cur.n.hoc non notauerunt,ꝙ non ſequitur negationem infinitam quæ eſt; non eſt non iuſtus homo,finita affirmatio quæ dicit , eſt iuſtus hō?Nam hoc nihil mirabile debet videri.idcirco.n. ſimplex affirmatio quæ dicit,eſt iuſtus homo,non ſequit̃ infinitam negationem q̄ dicit,non eſt nō iuſtus hō,quoniam nec antea priuatoriam ſequebatur.neque .n. ſequebatur eadem ſimplex affirmatio quæ dicit̃,eſt iuſtus homo , priuatoriam negationem,q̄ dicit,non eſt iniuſtus homo:& ea cauſa : eſt, cur infinitā quoq; non ſequit̃.infinita.n.& priuatoria (vt ſupra ſæpe iam dictum eſt)ſibi conſentiunt . Quare nulla eſt diſcrepantia nam ꝓ ſimplex affirmatio negationem priuatoriā ſequeret̃,eodem quoq; mō infinitā negationem ſequeret̃.nūc āt quoniā ſimplex affirmatio priuatoriam negatiuā nō ſequit̃,nec infinitā quoq; ſequit̃ negatiuā. Illos aūt , qui ſumpſerunt ꝙ ſequeret̃ priuatoria negatio ſimplicem affirmationem,& in eadem cōſequentia diſcrepare dixerunt,ꝙ ſimplex affirmatio non ſequeretur infinitam negationem; non ita oportuit diſcrepantiam ſumere, ſed magis ſi quemadmodum priuatorio negatio ſequeret̃ affirmationem ſimplicem, ſic infinita negatio non ſequeretur ſimplicem affirmationem,tunc in conſequentia diſcreparet, nunc aūt nulla eſt oīno diſcrepantia.Atq; in hac quidem parte nihil omnino diſcrepant atq; diſcordant . Videamus nunc in altera parte, quā illi eſſe diſcrepantiā dicunt infinitarū cōſequentiæ & priuatoriarū ad ſimplices, vt in ea quoq; ſiquid vere diſcrepent,videamus,Dicunt.n.affirmationi quidem priuatoriæ,q̄ dicit,eſt iniuſtus homo,conſentientem eſſe & concordantem ſimplicem negatiuam quæ dicit̃ , non eſt iuſtus homo.& ſicut negatio priuatoria ſequitur ſimplicem affirmationem,aiunt ꝙ nō ita ſequitur ſimplicem negationem q̄ dicit,nō eſt iuſtus homo,infinita affirmatio quæ dicit, eſt non iuſtus homo.hæc.n.illam non ſequitur . Quibus dicendum eſt rurſus,ꝙ idcirco infinita affirmatio quæ dicit , eſt non iuſtus homo,non ſequitur ſimplicem negationem quæ proponit,non eſt iuſtus homo,quoniam priuatoria affirmatio,quæ dicit,eſt iniuſtus homo,nō ſequitur ſimplicem negationem quæ ꝓponit,non eſt iuſtus homo.Quod ſi priuatoria affirmatio ſequeret̃ ſimplicem negationem , ſequeret̃ ſine dubio infinita quoq; affirmatio eandē ſimplicem negationem. Nūc aūt quoniam priuatoria affirmatio ſimplicem negationem nō ſequitur , nec infinita affirmatio ſimplicem ſequitur negationem:affirmatio.n priuatoria & affirmatio infinita ſibimet conſentiunt . Illos vero qui diſcrepantiam oſtendere voluerunt infinitarum & priuatoriarum conſequentiæ ad ſimplicem , ꝙ cum negatio ſimplex ſequeretur affirmationem priuatoriam , non eodem modo affirmatio infinita ſequeretur ſimplicem negationem, non ita opportuit colligere diſcrepantiam:ſed potius , ſi quemadmodum affirmatiua priuatoria quæ dicit,eſt iniuſtus homo, non ita infinita affirmatio quæ enunciat, eſt non iuſtus homo, non ſequeretur ſimplicem negationem quæ eſt , non eſt iuſtus homo , tunc oportuerat dicere aliquid diſcrepare conſequentiam priuatoriarum & infinitarum ad ſimplices.Nunc autem cum eodem modo priuatoria affirmatio non ſequatur ſimplicem negationem, quo infinita affirmatio non ſequitur eandem ſimplicem negationem:manifeſtum eſt nullā eſſe in his diſcrepantiam : immo in omnibus ſimillimam conſequentiā,& illos nihil ꝑ hanc rōnem, quam volunt addere recte differere,immo potius maioribus obſcuram ſententiam obſcuritatibus implicare,ſed potius ita intelligendū eſt,vt id qđ ait,Quarū duę quidem ad affirmationem & negationem ſeſe habebunt ſcđm conſequentiam, vt priuationes,duæ vero minime:ita accipiamus,tanq̄ ſi ita dixiſſet quatuor propoſitionum duarū ſimplicium,duarum vero infinitarū, duas affirmationes.i.ſimplicem & infinitam ſequũtur duæ negationes,ſimplex & infinita .ſ. ſicut priuationes quoq;.In priuationibus.n.affirmatiuam ſimplicem ſequebatur priuatoria negatio,& ſimplex negatio priuatoriam affirmationem:reliquæ vero duæ.i.ſimplex affirmatio & infinita affirmatio,nullā habent conſequentiam ad negationes .i.ad ſimplicem & infinitam , ſicut nec priuationes quoque nā affirmatio priuatoria non ſequebat̃ negationem ſimplicem,nec ſimplex affirmatio priuatoriam negationem,vt dicamus hoc mō.Quare quatuor iſtæ erũt,duę ſimplices,duæ infinitæ,quarum .i. duarum ſimpliciū & duarum infinitarū, duæ quidem .i. negationes ſimplex & infinita ad duas affirmationes ſequuntur.i.ſimplicem & infinitam.Hoc eſt .n.qđ ait , ad affirmationem & negationem ſic ſe habebunt ſcđm conſequentiā .i. conſequuntur negationes ad eas quæ ſunt affirmationes,ſicut in priuationibus quoq; dicebatur : duæ uero.i.affirmationes ſimplex & infinita,nō habent ſe ſcđm conſequentiam ad duas negationes.i.ſimplicem & infinitā, ſicut priuationes quoq; ſe ſecundum conſequentiam nō habebant:nam priuatoriam negationem non ſequebatur affirmatio ſimplex,nec ſimplicem negationem priuatoria affirmatio.Eſt alia quoq; ſimplicior expoſitio , quam Alex. poſt multas alias expoſitiones , in quibus animaduertit , edidit hoc modo.Cum ſint,inquit,quatuor propoſitiones,quarum duæ ſunt infinitæ,duæ vero ſimplices: duæ,inquit infinitę, æqualiter ſe habent ſecundum affirmationem & negationem ad priuatorias,duæ vero ſimplices ad eaſdem priuatorias ſe ſimiliter non habent hoc modo:affirmatiua.n. infinita conſentit affirmatiuæ priuatoriæ:ea enim quæ dicit infinita affirmatio,eſt non iuſtus homo,ei conſentit affirmationi priuatoriæ quæ dicit, eſt iniuſtus homo.ea vero infinita negatio quæ dicit, non eſt non iuſtus homo priuatoriæ negationi conſentit quæ dicit,non eſt iniuſtus homo . atq; hæ quidem duæ.i.infinita affirmatio & infinita negatio, ita ſeſe habent ad affirmationem & negationem, vt priuationes id eſt eadem affirmant vel negant quæ priuationes affirmant vel negant: duæ uero minime.i.duæ ſimplices , minime ita ſe habent ad affirmationem & negationem ſicut priuationes.nam omnino non contingit ſimplex affirmatio priuatoriam affirmationem.ea.n.quę dicit,eſt iuſtus homo, non conſentit ei quæ dicit eſt iniuſtus homo:nec rurſus negatio ſimplex priuatoriæ negationi conſentit.ea.n. quæ dicit,non eſt iuſtus homo, quæ eſt ſimplex negatio plurimū deſidet ab ea quæ dicit,non eſt iniuſtus hō,quæ eſt priuatoria negatio:ergo cum ſint quatuor affirmatio ſimplex & negatio ſimplex,affirmatio infinita & negatio infinita,harum duæ.i.affirmatio infinita & negatio,infinita, ita aliquid affirmant vel negant vt priuationes.hoc eſt.n.quod ait,ita ſeſe habent ad affirmationem & negationem,vt priuationes: duæ vero minime.neque.n. ita affirmant & negat duæ ſimplices,ſicut duæ priuatoriæ : affirmatio nanq; ſimplex ab affirmatione priuatoria diſcrepat . & rurſus negatio ſimplex a negatione priuatoria lōge diſſidet atque diſcordat. Sed hæc ( vt diximus ) Alexandri expoſitio eſt poſt multas alias ſimplicior , non tamen repudianda . ſed illa ſuperior verior eſſe videtur,quod Ariſtoteles ipſe teſtatur.ait.n.paulo.poſt.hæc igitur,quemadmodum in reſolutorijs dictū eſt, ſic ſunt diſpoſita. hac.n.conſequentiam quam ſupra i ſuperiori expoſitione memoraui priuatoriarum & infinitarum ad ſimplices in primi libri priorum reſolutoriorum , quæ ἀναλυτικὰ Græci uocāt,ſine diſpoſuit. Dicit autem Porphyrius fuiſſe quoſdam ſui temporis , qui hunc exponerent locum. & quoniam ab Hermino , & Aſpaſio , & Alexādro expoſitiones ſingulas proferentes,multa contraria, & in expoſitionibus male ab illis editis diſſidentia reperierunt, ar

bitratos fuiſſe librum hunc Ariſtotelis vt dignum eſſet, expooi omoino non poſſe, multoſq; illo tempore uiros totã huius libri pręterijſſe doctrinam. quod inexplicabilem putarent eſſe caliginem. Nos aotem breuiſſime hunc locũ in prima editione pręteriuimus. ſed quod illic pro intellectus ſimplicitate breuiter poſuimus, hic omni latitodine totam ſententię vim & prolixitatem digeſſimus. Quare, quooiam ſuperiora digne (vt mihi videtur) expreſſimus, ſequẽtis textus ordinem ſententiamque videamus.

*Similiter autẽ ſe habent, & ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio, ut omnis eſt homo iuſtus. Negatio, non omnis eſt homo iuſtus. Omnis eſt homo non iuſtus, non omnis eſt homo non iuſtus. Sed non ſimiliter angulares contingit ueras eſſe, contingit autem aliquando.*

47 De infinitis quędam propoſitionibus pręlocutus, nonc de ijs quæ determinatæ ſunt ſm vniuerſalitatis & particularitatis adiectionem dicit, ꝙ & ipſę ſimiliter ſe habeãt, ſicut illę quoq; quę ſine vlla determioatione dicebãtur, ſimplex ſcilicet propoſitio atq; infinita. Quod vero ait, Similiter aũ ſe habent & ſi vl̃is nominis affirmatio ſit, alij ita intellexeruot, vt quod ait, ſimiliter referatur ad oumerũ propoſitionũ & oppoſitionum. Nã ſicut in his quæ infinitæ ſunt, & indeterminatæ, duæ ſunt oppoſitiones, vna ſimplicis negationis & ſimplicis affirmacionis, altera infinitæ affirmationis & infioitæ oegatioois, quatuor aũt propoſitiones, ꝙ ſupra iã dictũ eſt: ita quoq; io iis q̃ determinationẽ ſm vl̃itatẽ particularitatẽq; hñt, quatuor fiunt propoſitiones, & oppoſitio duplex. Oppoſitio.n. uoa eſt vl̃is affirmationis ſimplicis, & particularis negationis ſimplicis, vt eſt, oĩs hõ iuſtus eſt, nõ oĩs hõ iuſtus eſt, & hæc eſt quidem vna oppoſitio: Alia vero iofinitæ vl̃is affirmationis, & infinitæ particularis negationis, vt eſt, oĩs hõ oon iuſtus eſt, non oĩs homo non iuſtus eſt. Quare hic quoq; cũ duę ſiut oppoſitiones, erunt ſioe dubio propoſitiones quatuor, ſicut in his de quibus ſupra dixerat, quę ſ. determioatiooe carebãt. Alii vero qui Ariſtotelis animum penitus inſpexerunt, non aiunt ſimiliter ſolũ ſe habere determinatas propoſitiones ad nnmerũ oppoſitionũ & propoſitionũ, ſed ẽt ad cõſequẽtiam. nã q̃ eſt conſequentia oegationũ ad affirmationes in his ꝓpoſitionibus ſimplicibus, & infinitis, quæ præter determinationem dicuntur, eadem ſimilitudo habetur, & in iis quę cũ determiuatione proferuotur. Sed qm̃ oon in omnibus oĩa ſimilia habẽt, idcirco addidit notans, ſed non ſimiliter aogulares cootingit eſſe veras, contingit aũt aliqñ. Sẽſus aũt hmõi eſt. Similiter inqt ſe habent hæ propoſitiones, quę ſm determinationẽ dicontur, infinitę ad ſimplices, & ſimplices ad infinitas, quẽadmodũ illæ quoq; ſe habebant, q̃ ſine determinatiooe indefinitę dicebant. Sed habẽt quandã diſſimilitudinẽ, ꝙ angulares propoſitiones in ijs quę cum determinatione dicũtur, noo eodem modo verę ſunt, qũo illæ q̃ ſine determioatione proferebantur vel infinitę vel ſimplices. videamus ergo prius an eadẽ in iis q̃ determinatę ſunt, ſit conſequẽtia quæ in iis eſt q̃ indefinitæ proferuntur. Poſt uideamus quæ ſit in angularibus diſſimilitudo. diſponanť ergo non ſolum hę quę ſimplices, vel infinitę ſunt, ſed ẽt quæ ſunt priuatoriæ, & prius quidẽ diſponantur hoc mõ. Simplex affirmatio ſimplexq; negatio. Et hę quidem indefinitę, i. pręter vniuerſalitatis, aut particularitatis adiectionẽ. ſub his, ideſt ſub affirmatione quidem ſimplici ponatur negatio priuatoria, ſub negationi vero ſimplici affirmatio priuatoria: hæ quoq; rurſus indefinitę: ponať aũt ſub affirmatione priuatoria, & ſub ſimplici negatione affirmatio infinita. Sub priuatoria autẽ negatione & ſimplici affirmatione ponatur negatiua infinita, & hæ quoq; indefinitę & indeterminatæ ſine ulla particularitate vel vniuerſalitate. Sub his autem diſponantur hę quas determinatas vel vniuerſalitatis quãtitate vel particularitatis vocamus, & primo quidem affirmatio vniuerſalis ſimplex, & contra hanc negatio particularis ſimplex. Sub affirmatiooe autem vl̃i ſimplici ponatur negatio particularis priuatoria, ſub negatione antem particulari ſimplici uniuerſalis affirmatio priuatoria, rurſus ſub negatiooe particulari priuatoria, & ſub affirmatiooi vniuerſali ſimplici ponatur negatio particularis iofinita. Sub affirmatione vero vniuerſali priuatoria, & ſub negatione ſimplici particulari ponatur vniuerſalis affirmatio infinita. erit autem huiuſmodi deſcriptio.

| | |
|---|---|
| Affirmatio ſimplex | Homo iuſtus eſt |
| Negatio priuatoria | Homo iniuſtus non eſt |
| Negatio infinita | Homo oon iuſtus non eſt. |
| Iodefinitę | |
| Homo iuſtus oon eſt | Negatio ſimplex |
| Homo iniuſtus eſt | Affirmatio priuatoria |
| Homo ooo iuſtus eſt | Affirmatio infinita |

| | |
|---|---|
| Affirmatio ul̃is ſimplex | Omnis homo iuſtus eſt |
| Negatio partic. priuatoria | Non oĩs homo iniuſtus eſt |
| Negõ particularis infinita | Non oĩs homo non iuſtus eſt |
| Definitę. | |
| Non omnis homo iuſtus eſt | Negatio particularis ſimplex |
| Omnis homo iniuſtus eſt | Affirmatio vniuerſalis priua. |
| Omnis homo non iuſtus eſt | Affirmatio ul̃is infini a. |

In hoc ordine ꝓpoſitionũ, quẽ ſupra deſcripſimus, q̃ ſint angulares manifeſtũ eſt. Suot nanq; affirmationes quidẽ affirmationibus negatiooes uero oegationibus: & in his q̃ dẽ quę indefinitæ ſunt, eodẽ mõ angulares ſunt affirmationes ioter ſe & negatiooes. Simplex quidẽ affirmatio quę dicit, eſt hõ iuſtus, priuatorię affirmationi quę dicit, eſt hõ iniuſtus: & infinitæ affirmationi quę proponit, eſt hõ nõ iuſtus, angularis eſt. Negõ uero ſimplex quæ eſt, noo eſt hõ iuſtus, negationi priuatorię quę dicit, non eſt hõ iniuſtus: & negatiooi infinitæ q̃ eſt, non eſt hõ non iuſtus, angularis eſt. Itẽ ſi quis ad definitas propoſitiones aſpiciat, idẽ ſine aliqua dubitatione reperiet. Affirmatio.n. vl̃is ſimplex quæ eſt, oĩs hõ iuſtus eſt, affirmationi uniuerſali priuatoriæ q̃ enũciat, oĩs homo iuſtus eſt: & affirmationi uniuerſali iofinitę quę dicit, oĩs eſt homo non iuſtus, angularis eſt. Itẽ negatio particularis ſimplex quæ eſt, non oĩs eſt hõ ioſtus, negationi particulari priuatoriæ quę dicit, oon oĩs eſt homo iniuſtus: & negationi particulari infinitę quæ proponit, noo oĩs eſt hõ oon iuſtus, angulares ſunt: Igiť affirmatione affirmationibus & negationes oegationibus, angulares ſunt, & in ordine indefinitarũ ꝓpoſitionũ, & in ordine definitarũ quocirca de earũ cõſequẽtia ſpeculãdũ eſt. dictũ eſt.n. prius quòd affirmationẽ indefinitã ſimplicẽ ſequereť priuatoria & infinita negatio, eas uero ſimplex affirmatio non ſequereť. rurſus infinitam affirmationẽ, priuatoriãq; affirmationẽ ſequiť ſimplex negatio, hæ vero negationẽ ſimplicẽ non ſequunť. Rurſus ſiqs ad ordioẽ definitarum reſpiciat, idẽ inueniet. affirmationem nãq; uniuerſalẽ ſimplicẽ ſequitur particularis priuatoria negatio, & particularis infinita negatio. Nã ſi vera eſt uniuerſalis affirmatio ſimplex quę dicit, oĩs eſt hõ iuſtus, vera ẽt particularis priuatoria negatio quę dicit, nõ oĩs eſt hõ iniuſtus. hoc aũt idcirco euenit ꝙ ea quę dicit, oon oĩs hõ iniuſtus eſt, idẽ ꝑt qood ſimplex, & ſimilis eſt ei quæ proponit, quidã hõ iuſtus eſt, particulari ſimplici affirmationi. nam ſi non oĩs homo iniuſtus eſt, quidam homo iuſtus ẽ. ſed particularis affirmatio ſimplex ſequitur uniuerſalem affirmatiuam ſimplicem. Qñ.n. vera eſt vniuerſalis affirmatio quę dicit, omnis homo eſt iuſtus, uera eſt & particularis affirmatiua quæ proponit, quidam homo iuſtus eſt. ſed ei quę dicit, quidam homo iuſtus eſt, conſeqtur particularis negatio priuatoria quæ proponit, oon omois homo eſt iniuſtus. Quocirca etiam particularis negatio priuatoria uniuerſali ſimplici affirmationi conſentit. Sequitur igitur eam quę dicit, omnis eſt homo iuſtos, vniuerſalem ſcilicet ſimplicem affirmationem, ea quę proponit, noo omnis eſt homo iniuſtus, particularis negatio priuatoria. ſed huic particu-

lari negationi priuatoriæ, quę dicit, nō omnis eſt homo iniuſtus, conſentit particularis infinita negatio, quę dicit, non omnis eſt homo non iuſtus. & uerũ eſt, ſi non omnis eſt homo iniuſtus, quod non omnis eſt homo non iuſtus. idem .n. eſt eſſe iniuſtum, quod non iuſtum, ſed particularis priuatoria negatio ſequitur ſimplicem uniuerſalem affirmationem. Infinita igitur negatio particularis ſequitur ſimplicem affirmationē uniuerſalem, eiq; conſentit, ſi prius affirmatio uniuerſalis uera ſit. Quocirca eã quę dicit, oĩs eſt homo iuſtus, uniuerſalem ſimplicem affirmationem ſequuntur ſine dubio particularis negatio priuatoria, non omnis eſt hō iniuſtus, & particularis negatio infinita, non omnis eſt hō nõ iuſtus. Quare hic quoq; affirmationem negationes ſequuntur, ſed hoc non conuertitur. qm̃ .n. (ut dictũ eſt) negatio particularis priuatoria quę dicit, non omnis eſt homo iniuſtus, conſentit particulari affirmationi ſimplici, ei .ſ. quę dicit, quidam homo iuſtus eſt. hanc aũt particularem affirmationem non ſequitur uniuerſalis affirmatio: neque eñ ſi uerum eſt quẽdam hominem eſſe iuſtum, idcirco iam & omnem eſſe hominem iuſtum neceſſe eſt. quare non ſequitur affirmatio uniuerſalis ſimplex, oĩs eſt homo iuſtus, affirmationē particularem, quidã homo eſt iuſtus. põt .n. hac uera, .i. particulari, uniuerſalis eſſe falſa. ſed particularis affirmatio ſimplex particulari negationi priuatorię cõſentit. quare nec priuatoriam particularem negationē ſimplex affirmatio ſequitur uniuerſalis. Eam igitur quæ dicit, non omnis eſt homo iuſtus, non ſequitur affirmatio vl̃is ſimplex q̃ proponit, oĩs hō iuſtus eſt, ſed particularis priuatoria negatio conſentit particulari negationi infinitę vl̃is igitur affirmatio ſimplex non ſequitur particularem negationem infinitam. Ea igitur quæ dicit, omnis eſt homo iuſtus, affirmatio vl̃is ſimplex, non ſequitur ea quæ dicit. nō omnis eſt homo non iuſtus, particularem infinitam negationem. Duæ igitur negationes infinita & priuatoria particulares ſequuntur vniuerſalem affirmationē ſimplicem, ſicut in his quoq; erat quæ ſunt indefinitæ. Duę .n. negationes infinita & priuatoria indefinitę ſimplicem affirmatiuam ſequebantur indefinitam, ſed non econuerſo. affirmatio .n. vl̃is ſimplex non ſequitur negationes, particularem infinitam & priuatoriam, ſicut nec indefinita quoq; affirmatio ſimplex, indefinitas ſequebatur negationes priuatoriam atq; infinitam. Quare in hoc vno ordine ſic ſe hñt definitæ his quę ſunt indefinitę. æqualiter .n. affirmationib. veris veræ ſunt negationes, negationum veritatem affirmationum veritas non ſequitur, nec in his conſentit. Rurſus in alteram partem perſpiciamus quemadmodum affirmationes vl̃es priuatoriam .ſ. & infinitam, particularis negatio ſimplex ſequatur. nanq; vl̃em affirmationem priuatoriam, omnis eſt homo iuſtus, ſequitur particularis negatio ſimplex, non omnis eſt homo iuſtus, ea .n. quę dicit, omnis eſt homo iuſtus, conſentit ſimplici vniuerſali negationi quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt. nam ſi oĩs eſt hō iniuſtus, nullus eſt hō iuſtus. Sed hanc, .i. vniuerſalem ſimplicem negatiuam ſequitur particularis ſimplex negõ. nam ſi vera eſt, quod nullus hō iuſtus eſt, vera eſt, ꝙ nõ oĩs hō iuſtus eſt, ſed vniuerſali negatio ſimplex vl̃i priuatorię affirmationi conſentit. ſequitur ergo particularis ſimplex negatio quę eſt, non omnis eſt hō iuſtus, vniuerſalem affirmatiuã priuatoriam quæ proponit, omnis eſt hō iniuſtus, ſed hæc vniuerſali affirmationi infinitæ conſentit. idem .n. ſignificat, omnis eſt homo iniuſtus, & omnis eſt homo non iuſtus. Quare ſequitur quoque particularis negatio ſimplex quæ eſt, non omnis eſt homo iuſtus, vniuerſalem affirmationem infinitam quę dicit, omnis eſt homo non iuſtus. Hic quoque affirmationes vl̃es priuatoriam atque infinitam ſequitur particularis negatio ſimplex, quę eſt, non omnis eſt homo iuſtus, ſed non conuertitur. etenim quoniam ſimplicem negationem particularem quæ dicit, non omnis eſt homo iuſtus, nõn ſequitur vniuerſalis negatio quæ proponit, nullus homo iuſtus eſt. neque enim ſi uera eſt non omnem hominem eſſe iuſtum, vera eſt, nullum hominem eſſe iuſtũ. hęc autem, .i. uniuerſalis ſimplex negatio conſentit, vnumque ſignificat cum affirmatione uniuerſali priuatoria. nõ ſequitur igitur uniuerſalis affirmatiua quæ dicit, oĩs eſt hō iniuſtus, ſimplicem particularem negationem, quæ proponit, non oĩs eſt homo iuſtus, ſicut nec eandem particularē negationē uniuerſalis negatio ſequebat. ſed priuatoria uniuerſalis affirmatio conſentit cum infinita affirmatione vniuerſali. igitur particularē negationem quę dicit, non omnis eſt hō iuſtus, uniuerſalis affirmatio infinita non ſequitur quæ proponit, omnis eſt homo non iuſtus. Quare hic quoq; affirmationes duas uniuerſales, .i. priuatoriam atque infinitam, particularis ſimplex negatio ſequitur: ſicut affirmationes duas quoq; indefinitas, priuatoriam atque infinitam, negatiua indefinita ſequebatur: ſed duę affirmationes uniuerſales priuatoria & indefinita non ſequuntur particularem ſimplicem negationem, ſicut duę quoq; indefinitæ affirmationes priuatoria & infinita ſimplicem negationem nõ ſequebantur. Similiter igitur ſe habent definitę indefinitis ſm̃ cõſequentiam. angulares non eodem modo ſe habent. nam indefinitarum propoſitionum angulares ſimul veras eſſe contingit; nam ſi uerum eſt, quod eſt homo iuſtus, quæ eſt indefinita affirmatio ſimplex, nihil prohibet veram eſſe etiam quæ dicit, eſt homo iniuſtus. & rurſus: ea quę dicit, eſt homo non iuſtus, quę ſunt indefinitæ affirmationes priuatoria & infinita. Rurſus negationes negationib. quæ ſunt angulares veras eſſe contingit, ut ea quæ dicit, non eſt homo iuſtus, ſi vera eſt, nihil ꝓhibet uerã eſſe ẽt quę dicit, non eſt homo iniuſtus, & eam quæ proponit, non eſt homo non iuſtus, angulares ergo ſibi indefinitas in ueritate conſentire nihil prohibet, ſed in his tm̃ terminis, ut in ſecundo huius operis volumine docuimus, qui neque naturales ſunt ineſſe, neq; impoſſ̃es. Siqs .n. ſic dicat, eſt hō rationalis, huic angulares veræ eſſe nñ poſſunt. hæ .ſ. q̃ dicũt, eſt hō irrationalis, & rurſus eſt hō nõ rationalis. rationalitas .n. hoĩ ꝑ naturam ineſt. Similiter aũt & de impoſſibus dicẽdũ eſt, ꝙ ſi ſint talia q̃ neq; impoſſ̃ia ſint ineſſe, nec naturalia ſint ineſſe, ut in ea propõne q̃ dicit, eſt hō iuſtus, iuſticiã neq; naturalẽ eẽ neceſſe eſt homini, nec impoſſibile ineſſe, manifeſtum eſt quod angulares ſibimet ſꝑ in veritate conſentiũt. atq; hoc idem de negatiuis quoq; angularibus recte dicitur. In his igitur terminis q nec naturales ſunt, nec impoſſibiles, ſꝑ angulares, & negationes negationibus, & affirmationes affirmationibus ſimul veras eſſe contingit, & hoc quidem in his quę indefinitæ ſunt. In his aũt quæ definitæ ſunt, & uniuerſalitatis particularitatiſq; participes, non eodem modo ſunt. In quibuſuis aũt terminis ſiue poſſibilibus, ſiue naturalibus, ſiue impoſſibilibus affirmationes affirmationibus ſibimet angularibus in ueritate conſentire nõ poſſunt, negationes aũt negationibus angulares in his tm̃ terminis, q neq; naturales, neq; impoſſibiles ſunt, in ueritate poterunt conuenire. Et primum quemadmodum affirmationes affirmationibus ſibimet angularibus in ueritate conſentire non poſſunt, in quibuslibet terminis demonſtrandum eſt. Ea enim quę dicit, omnis eſſe homo iuſtus, & ea quæ dicit, omnis eſt homo iniuſtus, quæ eſt ſcilicet angularis, ueræ ſimul eſſe non poſſunt. Ea nanque quę dicit, omnis eſt homo iniuſtus, nihil differt ab ea quæ proponit, nullus eſt homo iuſtus. ſed omnis eſt homo iuſtus, & nullus eſt homo iuſtus, quoniam cõtrarię ſunt, ſimul veræ eſſe non poſſunt. ſed ea quę dicit, nullus eſt homo iuſtus, cõuenit atq; conſentit ei quæ ꝓponit, omnis homo eſt iniuſtus, quare omnis hō iuſtus eſt, & omnis hō eſt iniuſtus, ſimul veræ eſſe non pñt: ſed eadem quę ꝓponit, oĩs eſt hō iniuſtus, conſentit (ut ſępe dictum eſt) ei quæ dicit, oĩs eſt hō non iuſtus. Quare nec in his, hęc in ueritate cõſentire poterit ei q̃ dicit ꝙ oĩs eſt hō iuſtus. affirmatio igitur uniuerſalis ſimplex, omnis eſt hō iuſtus affirmationib. uniuerſalibus priuatorię & infinitæ, quæ ſunt oĩs eſt hō iniuſtus, & omnis eſt homo nõ iuſtus, ſibimet angularibus, in ueritate ſimul nulla ratione conſentit, ſicut in his quę indefinitę erãt, & affirmationes affirmationibus, & negatiões negationib. in ueritate poterãt cõſẽtire. ĩ his aũt q̃ ſunt definitę, affirmationes angulares ſimul veræ eſſe nõ poſſunt,

poſſunt. Recte igitur dictum eſt, q in alijs omnibus ſimilis eſt conſequentia definitarum & indefinitarum affirmationibus.n.conſentiunt in veritate negationes, negationibus aũt affirmationes non omnino conſentiunt. quæ ſimilitudo conſequentiæ in utriſque eſt, i. & in his quæ definitę ſunt, & de his quæ indefinitę. ſed eſt diſtantia, q non ſimiliter angulares contingit veras eſſe, & affirmationes affirmationibus & negationes negationibus. indefinitis aũt veras eſſe contingit eas. ſ. quę ſunt angulares. in his autem quę ſunt definitę, affirmationes affirmationibus angulares ueras eſſe aliquando nulla ratione contingit. Hoc aũt manifeſtũ erit, ſiquis & ea ſibi proponat exempla, in quibus ſunt termini naturales atq; impoſ es; & ea in quibus ſunt poſ es & non naturales neq; impoſſibiles. In omnibus.n. inueniet affirmationes affirmationibus, definitis definitas angulares ſimul ueras eſſe non poſſe. Quod autem addidit, contingit autem aliqñ, huiuſmodi eſt. q̃q̃ enim affirmationes affirmationibus angulares definitæ ſimul veræ eſſe non poſſunt quibuſcũq; poſitis terminis, poteſt tñ fieri vt negationes negationibus verę inueniantur. & ſit hæc ſimilitudo ad infinitas angulares. nã ſicut illic negationes negationibus indefinitæ angulares verę ſimul eſſe poterant in his quę neque naturalia ſunt neq; impoſſibilia eſſent: ita hic quoque, i. in ordine definitarum, negationes definitas negationibus definitis, angulares angularibus, ſimul ueras eſſe contingit in his quę neque ſunt impoſſibiles, neq; naturales. Negatio enim ſimplex particularis quæ dicit, non omnis eſt homo iuſtus, poteſt ſimul vera eſſe cum ea quę dicit, non omnis eſt homo iniuſtus. poteſt enim fieri, ut quidam ſint iuſti, quidam autem non ſint iuſti, & in eo vtręq; veræ ſunt. & ea quę dicit, nõ omnis eſt homo iuſtus, quia ſunt quidam iniuſti, & ea quæ dicit, non omnis eſt homo iniuſtus, quia poterant aliqui eſſe iuſti: ſed hæc conſentit infinitę negationi particulari quę dicit, non omnis eſt homo non iuſtus. idem eſt .n. dicere, non oĩs eſt homo iniuſtus, q non omnis eſt homo non iuſtus. Quocirca, & hæ ſibimet angulares ſimul verę eſſe poſſunt: nam ſi quidam ſunt iuſti, quidã iniuſti, verum eſt dicere q non oĩs eſt hõ iuſtus, quia ſunt quidã iniuſti. Rurſus verũ eſt dicere, non omnis eſt hõ non iuſtus, quia ſunt quidam iuſti: negationibus igitur negationes angulares definitę ſimul verę eſſe poſſunt, & hoc eſt ſimile indefinitis. in quibus ſicut affirmationes affirmationibus, ita quoq; in veritate angulares negatione negationibus conſentiunt. Senſus ergo totus hmõi eſt. Similiter aũt, inquit, ſe habet, i. ſimilis erit conſequentia propoſitionum, quemadmodum fuit in indefinitis, etiam ſi vniuerſalis nominis ſit affirmatio. i. & ſi definitæ affirmationes negationeſq; ponantur, vt p ſubiecta exempla monſtrauit dicens, affirmationi ſimplici vniuerſali, omnis eſt homo iuſtus, opponi, non oĩs eſt homo iuſtus, particularẽ. ſ. ſimplicẽ. & rurſus vniuerſalem affirmationem infinitã proponens eam. ſ. quæ eſt, omnis eſt homo non iuſtus, huic illam oppoſuit, q̃ dicit, non omnis eſt homo non iuſtus. hę, inquit, ſimiliter ſe habent ad cõſequentiam quemadmodũ indefinitę. quõ aũt ſe illę haberent ad conſequẽtiam, ſupra monſtratũ eſt. ſed non, inquit, ſimiliter angulares contingit veras eſſe. In his.n. quæ erant indefinitæ, affirmationes affirmationib. angulares ſimul verę eſſe poterant. In his autem q̃ definitæ ſunt, ſimul uerę eſſe non poſſunt. Contingit ãt aliqñ, vt ſimiliter angulares verę ſint in his quæ definitæ ſunt, quemadmodum & in indefinitis. negationes.n. negationibus angulares definitę ſimul in ueritate conſentiunt, vt in his quoq; inueniebatur, quas indefinitas ſupra deſcripſimus. Plenus eſt igit hmõi intellectus. Herminus aũt hoc aliter ſic exponit, Similiter, inquit, duas facient oppoſitiones quatuor ꝓpoſitiones, ſi fuerint duę ſimplices, duę infinitæ, determinatione tñ adiecta. hoc autem ſic mõſtrat, proponit prius ſimplicem affirmationem vniuerſalem quę dicit, omnis eſt homo iuſtus. Contra hãc particularẽ ſimplicẽ negationẽ, non omnis eſt hõ iuſtus. ſub affirmatione vniuerſali ſimplici, affirmationem vniuerſalem infinitam, quę dicit omnis eſt homo non iuſtus. Contra hanc ſub negatione particulari ſimplici particularem negationem infinitam quę proponit, nõ omnis eſt homo iuſtus.

| | |
|---|---|
| Omnis eſt homo iuſtus | Non omnis eſt homo iuſtus. |
| Omnis eſt hõ nõ iuſtus | Non omnis eſt hõ non iuſtus. |

His ergo ita diſpoſitis, duæ, inquit, ſũt oppoſitiones. Cõtra.n. eã quæ eſt, omnis eſt homo iuſtus, opponitur illa quæ proponit, non omnis eſt homo iuſtus. hoc ãt idcirco qñ ſibi cõtradictorie oppoſitę ſunt, uniuerſalis affirmatio ſimplex & particularis negatio ſimplex, & eſt hęc quidem vna oppoſitio. Rurſus contra eandẽ affirmationem ſimplicem quæ dicit, omnis eſt homo iuſtus, opponitur uniuerſalis affirmatio infinita quę dicit, omnis eſt hõ non iuſtus, & hoc cõtrario modo. Ea nanq; q̃ dicit, omnis eſt hõ non iuſtus, idem ſignificat, eique conſentit q̃ dicit, nullus homo iuſtus eſt. ſed hęc quę proponit nullus homo iuſtus eſt, contrario mõ oppoſita eſt ei q̃ dicit, omnis eſt homo iuſtus. Quocirca & ea q̃ dicit. omnis eſt homo non iuſtus, contrarie erit oppoſita ei q̃ proponit, omnis eſt homo iuſtus. Eſt igitur hęc quoq; altera oppoſitio. duę ergo ſunt oppoſitiones, quemadmodum etiam in his q̃ ſunt indefinitę, licet alio modo eſſent oppoſitæ, tñ duę erant oppoſitiones. Secundum diametrum ãt non contingit ſimiliter ueras eſſe, vt ipſe ait. Illas .n. qñ indefinitę erant & ſm diametrum, q̃ erãt homo eſt iuſtus, homo non eſt iuſtus, homo eſt non iuſtus, hõ non eſt non iuſtus, ſimul veras eſſe cõtingebat & oẽs oĩbus. Quod ſiqs ad indefinitarum deſcriptiones redeat, diligẽter agnoſcet. Hic aũt, inquit, hoc eſt in his quę definitę ſunt, non idẽ eſt. Hoc ſic monſtrat. Ea.n. propoſitio q̃ dicit, omnis eſt homo iuſtus, non conſentit contradictioni ſuę quæ dicit, non oĩs eſt homo iuſtus. Rurſus ea quæ dicit, omnis eſt homo non iuſtus, non conſentit rurſus ei quę dicit, non omnis eſt homo non iuſtus. hęc.n. contrarię ipſius conſentiebat. quare cum uera eſt uniuerſalis affirmatio ſimplex q̃ dicit, omnis eſt homo iuſtus. Sed hac falſa, contradictio eius vera erit, vera eſt igitur ea q̃ negat dicens, non omnis eſt homo non iuſtus. Quocirca hæ duę propoſitiones angulares veræ aliquoties inueniuntur, omnis eſt homo iuſtus, non omnis eſt homo non iuſtus. contingit ergo aliquando veras eſſe, ſed non, inquit, omnino. Nam ſi particulari negatione infinita cęperis non idem eſt, i. non eadem veritas venit, hoc aũt tali probatur modo. Si.n. vera eſt, quod non omnis eſt homo non iuſtus, falſa eſt ea q̃ dicit, omnis eſt homo non iuſtus. eſt enim ei contradictorie oppoſita. hac autem falſa quæ dicit, omnis eſt homo non iuſtus, non omnino veram neceſſe eſt eſſe eam q̃ proponit, omnis eſt homo iuſtus, idcirco q̃ hæ duę ſibi contrariorum loco oppoſitę ſunt. contrarias autem propoſitiones ſimul falſas eſſe poſſe ſupra docuimus: ergo non neceſſe eſt ſi falſa eſt, omnis eſt homo non iuſtus, veram eſſe eam quę dicit, omnis eſt homo iuſtus, quod ſi non neceſſe eſt, hoc poteſt fieri, vt vtręq; ſint falſę. quare euenit aliquando, vt vera hac propoſitione quæ dicit, non omnis eſt homo non iuſtus, falſa ſit illa quę proponit, omnis eſt homo iuſtus. quare non ſimiliter ſecundum diametrum in ueritate ſibi propoſitiones conſentiũt, atq; hoc quidem Herminus non recta expoſitione dicens, ordinem turbat. Siquis autem vel hoc quod Herminus ait, diligenter agnoſcit, vel id quod ſupra nos diximus, cognoſcit: multã eſſe differentiam expoſitionis, & meliorem ſuperiorem iudicans, ei, ſiquis nobis credit, recte conſentiet.

*Hæ igitur duæ oppoſitæ ſunt, aliæ autem ad id q́d eſt nõ homo, quaſi ſubiectum aliquod additum, vt, eſt iuſtus non homo, non eſt iuſtus non homo. Eſt non iuſtus non homo, non eſt non iuſtus non homo. magis aũt plures his non ſunt oppoſitiones. hæ autem extra illas ipſæ ſecundũ ſe erunt, vt nomine utentes eo, quod eſt non homo.*

48 Supra iam dixerat omne ſubiectum aut ex nomine ſim-

plici & finito, aut ex noīe rurſus infinito conſiſtere, & eorũ oppoſitiones oſtendit, quod eſſent duæ, & quattuor ꝓpoſitiones: duæ quidem ſimplex ſubiectum nomen habentes, duæ uero infinitum: & poſt has q̃ſi eſt tertium adiacens ꝑdicaretur. Illic quoq; dupliciter oppoſitiones fieri dixit, cum .ſ. finitum nomen eſſet uel infinitum, prædicatum, earumq; inter ſe eam conſequentiam demonſtrabit qualem haberēt priuatorię ad eaſdem ipſas ſimplices, quibus ex finito nomine propoſitiones compararentur: & quoniam omnis harum uarietas propoſitionum ita fit cum eſt tertium prędicaretur, ut aut ſubiectum & ꝑdicatum finita ſint, aut ſubiectũ quidem finitum, prædicatum vero infinitum (de quibus ſupra locutus eſt, cum earum conſequētiam demonſtrauit) aut infinitum habent ſubiectum, finitum uero prędicatum, aut infinitum & ſubiectum & prædicatum. Et habent q̇dem propoſitiones vtrũq; finitum, ut eſt, homo iuſtus eſt, homo iuſtus ab eſt. finitũ vero ſubiectum, infinitum prędicatum, ut eſt, homo non iuſtus eſt, homo non iuſtus non eſt, & harum quidem conſequentia ſupra monſtrata eſt. alię vero ſunt q̄ infinitũ habent ſubiectum, & quę ut nomine vtantur noīe infinito, ut non homo iuſtus eſt, non homo non iuſtus eſt. vtuntur.n. hæ propoſitiones ſubiecto, i. non homo, ut nomine, prædicato vero eo quod eſt iuſtus: hoc eſt .n. quod ait, alię āt ad non homo, ut ad ſubiectum aliquod additum. Siquis.n. ponat non homo quidem ſubiectum: & de hoc aut finitum nomen prædicet, ut eſt iuſtus: aut infinitum, ut eſt non iuſtus, utroq; modo rurſus duplicem faciet oppoſitionem. Quatuor autem ſunt propoſitiones hæ.

| | |
|---|---|
| Eſt non homo iuſtus | Non eſt non homo iuſtus |
| Eſt non homo non iuſtus | Non eſt non hō non iuſtus |

In his igitur quatuor propōnibus, oppōnib. vero duplicibus, non hō quidem ſubiectum eſt, ſed in ſuperiori oppoſitione finitum quidem prędicatur nomen, quod eſt iuſtus in inferiore uero infinitum, quod eſt non iuſtus. ſed ille, inq̇t, q̄ prædicatum quidem infinitum habent, ſubiectum vero finitum, vel quib. & prędicatum finitum eſt & ſubiectum, habent aliq̄ ad ſe conſequentiam. Hę vero quas poſtea memorauimus, i. quę infinitum habent ſubiectum, ꝑdicatum āt vel finitum vel infinitum, nullam hn̄t conſequentiam ad eas ꝓpoſitiones, quę ſiue finito prędicato ſiue infinito, ex finito tñ ſubiecto conſiſterent. hoc.n. eſt quod ait: Hæ āt extra illas ipſę ſm ſe erunt, i. nullam conſequētiam ad ſuperiores, quæ ex finito ſubiecto conſtarent, haberet ait eas quę infinitum ſubiectum in propoſitionum ordine retinerēt. Poſtq̄ igitur enumerauit & eas quę ex vtriſq; finitis conſiſterent .i. & ſubiecto & prędicato, & illas q̄ ex ſubiecto quidem finito, prædicato vero infinito eſſent, his ēt illas q̄ ex ſubiecto infinito eſſent & ex finito prædicato, necnon illas addidit, quę ex vtriſq; infinitis conſtare viderentur. Poſtq̄ igitur has enumerauit, ait. Magis autem plures his non erunt oppoſitiones. omnis.n. oppoſitio (quod ſupra iam dictũ eſt) aut eſt ex vtriſque finitis, vt, eſt homo iuſtus, non eſt homo iuſtus. aut ex finito quidem ſubiecto & infinito prædicato, vt eſt, homo non iuſtus eſt, homo non iuſtus eſt. aut ex infinito quidem ſubiecto, finito vero prædicato, vt, eſt non homo iuſtus, non eſt non homo iuſtus. aut ex infinitis vtriſq;, vt eſt, non homo non iuſtus eſt, non homo non iuſtus non eſt. vt autē quinta oppoſitio reperiri poſſit nulla rerum ratione poſſibile eſt. de his ergo hęc dicta ſunt, in quibus eſt tertium adiacens prędicatur.

*In his uero quibus, eſt, non conuenit: ut in eo quod eſt currere uel ambulare, idē ſaci- ſic poſitum, ac ſi eſt adderetur, ut currit omnis homo, nō currit omnis homo. currit omnis non homo, non currit omnis non homo. Non.n. dicendum eſt, non omnis homo, ſed non negationem ad id q̄d eſt homo, addendũ eſt. omnis enim non uniuerſale ſignificat, ſed quoniā uniuerſaliter. manifeſtum eſt autem ex eo quod eſt, Currit homo, non currit homo, Currit non homo, non currit non homo: hæc.n. ab illis differunt eo quòd vniuerſaliter non ſunt. Quare omnis vel nullus nihil con ſignificat aliud niſi quod uniuerſaliter de nomine vel affirmationem, vel negationem, ergo & cætera eadem oportet apponi.*

49 Sunt quędam propoſitionis in quibus eſt quidem tertium adiacens prędicatum eſt, & hoc ſono ipſo & prolatione dignoſcit. alię uero ſunt, in quibus tale uerbum prędicatur, q̄d tertiũ quidem adiacens non prędicetur, habet tamē coniunctum atq; iuxta ſe verbum eſt, q̄ propoſitio ſi ſoluat in participium atq; verbum eſt, quod ante ſolo verbo dictũ ꝑdicatum, ſcđo ꝑdicabitur, tertio loco ꝑdicabitur eſt, & fit ſimilis propoſitio tanquam ſi prolatione quoq; haberet eſt verbum. ſiquis.n. dicat oīs homo currit, in hac propoſitione vnũ ſubiectum eſt, alterum ꝑdicatum: homo.n. ſubiectũ eſt, ꝑdicatum aũt currit. Neq;.n. poſſumus arbitrari in hac propoſitione tres eſſe terminos, idcirco ꝙ omnis quidem terminus non eſt, ſed ſubiecti termini determinatio. Significat .n. ꝙ res vniuerſalis, i. homo, vniuerſali ſubijcitur curſui, cũ dicitur, omnis homo currit, nulla eſt.n. hominis exceptio, ybi omnem currere determinatio eſt. ergo non ponitur loco termini id quod dicimus omnis, ſed potius ſubiecti termini determinatio eſt. Quocirca in hac propoſitione quæ dicit, omnis hō currit, duo ſunt termini, homo & curru. ergo in hac eadem, q̄q̄ verbum eſt non prędicetur in prolatione, tamen verbi, quod eſt currit, ſignificatione concluditur. Siquis.n. hāc propoſitionem quę dicit, omnis hō currit, ſoluat in participiũ atq; verbum, faciet omnis homo currēs eſt. & idē ſignificat participium verbo coniunctũ, q̄d ſignificat verbum, quod vtraq; cōplectitur. nam cum dico omnis homo currit, omni homini actionem pręſto eſſe pronuncio. ꝙ ſi idem rurſus dicam, omnis homo currens eſt, eandem actionē homini rurſus adeſſe propoſui. idem igitur ſignificat verbum currit, quod currens eſt, & in eadem propoſitione quæ dicit, omnis homo currit, licet in prolatione eſt non dicatur, tñ tertium ꝑtāt ꝑdicatur, quod hinc cognoſcitur, ſi tota propoſitio ſoluat in participium atq; verbum, Quamobrem ſicut ex nomine infinito ſubiecto fit affirmatio, nō eodem modo ex infinito verbo affirmatio fieri pōt, ſed mox in ea uis negationis agnoſcitur. qm̄.n. facimus affirmationem dicentes, omnis non homo currit, non homo, ſcꝫ licet ſubiectum infinitum ponentes, non ita poſſumus dicere affirmationem fieri, cum proponimus omnis homo non currit. hæc.n. iam negatio eſt. quare vbicunq; fuerit nō currit, vel non laborat, vel non ambulat, vel non legit, in omnibus negatio fit, in quibuſcunq; infinitum verbo prędicat. Dubitabit āt aliquis an ſicut ex infinito verbo fieri affirmatio non poteſt, ſed ſemper negatio ex hoc ꝑdicamento fit, ita quoq; ſi eadem propoſitio ſoluatur in participium atq; verbum, an ex infinito poſſit affirmatio fieri participio. q̄retur.n. an ſicut in hac propoſitione quæ dicit, omnis homo currit, qui ita proponit dicens, omnis homo non currit. facere affirmationē nō pōt, ſed ſine dubio negationē facit: ita quoq; ſi eadē ſoluat in participium atq; verbum, ut ſiquis dicat, omnis hō currēs eſt, ſi fiat infinitum nō currēs, & dicat, oīs homo nō currēs eſt, an hęc affirmatio fit, an certe negatio, tātumdem ualēs, tanq̄ ſi aliquis dicat, omnis hō nō eſt currens. Sed fuerũt qui hoc cum ex multis aliis, tum ex aliquo Platonis ſyllogiſmo colligerēt, vt quid ex ea re defi nirēt: doctiſſimorum virorum auctoritate cognoſcerent. ex duabus enim negatiuis ſyllogiſmus fieri non poteſt. in quodam.n. dialogo Plato huiuſmodi interrogat ſyllogiſmũ. Sēſus inquit non contingit rationem ſubſtantiæ, quod non cōtingit rationem ſubſtantiæ, nec ipſius veritatis notionem. contingit. Senſus igitur veritatis notionem non contingit. videtur enim ex omnibus negatiuis feciſſe ſyllogiſmũ, q̄d fieri non pōt, atq; ideo aiunt infinitũ verbum, quod eſt non contingit, pro participio infinito poſuiſſe, i. non cōtingens eſt, enim in pluribus aliis inueniendi facultas frequēter verbum infinitum poſitum pro nomine infinito. Quare verbũ

quidem

quidem dixere quidam, ſp facere negationẽ, ſi infinitũ apponatꝛ. Participia ãt vel nomina ſi ſint infinita poſſe facere affirmationem, & ideo quotieſcunq; a magnis viris infinitũ verbum & duæ negationes in ſyllogiſmo ponuntur, hac rõne defenditur, quo dicatꝛ verbum infinitum ꝓ participio eſſe poſitum: qđ participium noĩs loco in ꝓpoſitione ꝑdicatꝛ, & id quidem Alexander Aphrodiſeus arbitrabatur cęteriq; cõplures. iccirco .n. aiunt non poſſe fieri ex infinito verbo affirmationem, qm̃ ſicut ad verbum, eſt, iuncta particula negatiua mox totã perficiet negationem, ſic ẽt verba q̃ ſunt ĩfinita, vel q̃ in ſe complectuntur verbum eſt, non faciẽt infinitam affirmationem, ſed potius negationem. Siquis .n. ſic dicat, homo currens nõ eſt, nullus hanc dixerit affirmationẽ. Siquis vero ſic dicit, homo non currit, iccirco nec hęc ꝓpoſitio affirmatio eſt, qm̃ currit, eſt verbum intra ſe continet, & ſicut adeſt verbum particula negatiua iũcta non facit affirmationem, ſed potius negationem, ita quoq; ad aliud verbum iuncta negatio, qđ intra ſe continet eſt verbũ, plenam perficit negationem. Ariſtoteles ãt non videtur iſta diſcernere ſed ſimiliter arbitrari, ſiue cum participio ponatur eſt verbum, ſiue ſine participio verbum illud qđ uerbum eſt intra ſe claudit atq; cõplectitur. dicit .n. hoc modo, In his vero in quibus eſt non conuenit, vt in eo quod eſt currere vel ambulare, idem facit ſic poſitũ, ac ſi eſt adderetur, & huius ſubiecit exemplum, vt currit omnis homo. In hac .n. propoſitione quæ dicit, currit omnis homo, non quidem conuenit poni eſt verbum. eodẽ mõ & ſiquis dicat, omnis homo ambulat, hic quoq; eſt verbum non conuenit poni. ſed hæc talia ſunt, tanq̃ ſi eſt adderetur, qđ exemplo docuit. nam ſicut eſt currens omnis homo, affirmatio eſt curſus ꝑſentiã monſtrans, ita quoq; currit omnis homo, affirmatio eſt, idẽ valẽs idemq; ſignificãs: & has ex ſimplicibus ſubiectis affirmationes in quibus eſt dici non conuenit, conſequenter enumerat dicens, currit omnis homo, mediam ponens determinationem: quæ eſt omnis, inter currit, quod eſt ꝑdicatum, & ſubiectum quod eſt homo. Contra hanc opponit ſimplicẽ negationẽ dicens, nõ currit omnis homo. Rurſus facit affirmationem ex infinito noĩe, currit oĩs non hõ. huic opponit negationem infiniti nominis ſubiecti, non currit omnis nõ homo. & has iccirco propoſuit, vt monſtraret idem in his euenire, in quibus eſt non conueni prędicari, quod in illis quoque in quibus eſt tertiũ adiacens ꝑdicabatur. ſed qm̃ in negatione infiniti nominis ſubſtituit, non currit omnis nõ hõ, ait. non .n. dicendum eſt non omnis homo, ſed non negatio ad id quod eſt homo, addenda eſt. Poterat .n. quis dicere nõ recte feciſſe negationem eius affirmationis quę eſt, currit omnis non homo: hanc quæ dicit non currit omnis non hõ, ſed potius ita debuiſſe oppoſitionem conſtitui currit omnis non homo, non currit non omnis homo. ex hoc autem demonſtrat ita faciendam eſſe negationem, vt eam ipſe diſpoſuit. dicit .n. non .n. dicendum eſt, non omnis homo, ſed non negatio ad id ꝙ eſt homo. addenda eſt, qui eſt ſenſus hmõi, Quoties facimus, inquit, negationem contra hanc affirmationem quę dicit, currit omnis non homo, non eſt negatiua particula, non, adiungenda ei ꝙ eſt oĩs, ſed potius ſubiecto quod eſt homo. Cum .n. ita dicimus, currit omnis non homo, facienda eſt negatio, non currit omnis non homo. Non .n. dicendum eſt, non currit non omnis hõ, i. non negatiua particulare non eſt adiicienda ad oĩs, ſed potius ad homo. hmõi hæc cã eſt, ꝙ omnis determinatio in terminorum numero non aſcribitur, ſed potius ad uim ſuam, i. ad determinationem. non .n. aliquid vl'e ſignificat ipſum omnis, ſed ſignificat quidem vniuerſale, quod eſt homo vl'iter: omnis autem determinatio eſt, qm̃ id quod vniuerſale eſt, i. homo vniuerſaliter prędicatur. non ergo aliquid vniuerſale ſignificat determinatio omnis, ſed potius ꝙ vniuerſale nomẽ vniuerſaliter ꝑdicatur. Atq; ideo quoties ĩ his negatio fit, ad ſubiectum potius nomen trahi oportet negationẽ, non ad determinationem. ſed ne forte quis dubitet, vt ẽt in aliis quoq; ita fieri oportere oppoſitiones dicat. in his .n. quæ ſubiectũ finitũ habẽt, cum dicimus oĩs homo currit, ſi cõtra hanc cõtradictorie oppoſita negatio ponitur, ad determinationem negatiua particula eſt conſtituenda, vt contra eam q̃ dicit, oĩs homo currit, ea ſit q̃ dicit, nõ omnis hõ currit. In his ãt quę ex infinito nomine ſubiecto fiunt, ſiue in affirmatione, ſiue in negatione, a ſubiecto noĩe non eſt ſeparanda negatio. hoc ãt ita eſſe facillima ratione cognoſcitꝛ, ſi determinationes pauliſper auferantꝛ, & in his propoſitionibus ex infinito nomine ſubiecto quę ſunt indefinitæ ſpeculatio fiat. Sit .n. affirmatio indefinita, non homo currit. contra hanc erit negatio, non hõ non currit. Si igitur hæ ꝓpoſitiones factæ ſunt, in vl'ibus terminis: vl'is .n. terminus eſt, homo. ſed non habent additam determinationem, ꝙ uniuerſaliter ꝑdicantꝛ, i. omnis: & ſeruata eſt & in affirmatione & in negatione ad ſubiectum negatiua particula. Sp .n. fiebat nomen infinitum. etiam tunc quando additur aliquid qđ determinet, non ad determinationem addenda eſt negatio, ſed potius ad ſubiectum nomen, qđ cum in affirmatione fuerit infinitum: hoc idẽ infinitum vt in negatione reuertatꝛ prouidendum eſt. ſicut .n. finitum terminũ & ſimplicem in his indefinitis propoſitionibus ad affirmationem & negationem cuſtodiri oportet, vt dicamus, currit homo, non currit homo: ita quoq; in ea propoſitione quæ eſt ex infinito noĩe ſubiecto, idẽ ſeruandum eſt, vt qđ in affirmatione ſubiectum eſt, idem ſeruetur etiam in negatione. Qđ ſi hoc in iis q̃ ſunt indefinitæ euenit, cur non ẽt in illis idẽ fieri oportere videatꝛ q̃ definitæ ſunt? hoc ſolũ .n. definitæ ab indefinitis differũt, ꝙ cum indefinitę vl'ia ꝑdicent ꝑter vniuerſalitatis determinationẽ determinatæ & definitę idem illud prędicant vl'e cũ adiectione & ſignificatione ꝙ vniuerſaliter prędicatur. Nihil igitur aliud omnis vel nullus ſignificat, niſi ꝙ id qđ vniuerſale dicitur, vniuerſaliter prædicatur. ergo omnia eadem quę in affirmatione & negatione in indefinitis ponebantur, eadem quoq; & in eiſdem determinatis ſeruanda ſunt. omnis .n. & nullus non ſunt termini, ſed vniuerſalis termini determinationes. His igitꝛ ab Ariſtotele diſcurſis nos quoq; a Syriano, cui Philoxeno cognomen eſſe ſupra retulimus, propoſitionũ omnium numerũ, de quibus in hac libri diſputatione perpendit, nimis ad rem pertinentem atq; utilem transferamus, & prius perſpiciẽdum eſt in categoricis ꝓpoſitionibus quot indefinitę ſint. Quantę .n. fuerint indefinitæ, tot erunt uniuerſales, tot particulares, tot ſingulariũ atq; indiuiduorum propoſitiones. & prius quidem affirmationes perſpiciamus hoc modo. Quatuor modi ſunt propoſitionum, aut .n. indefinitę ſunt, aut uniuerſales, aut particulares, aut ſingulariũ atq; indiuiduorũ. Si ergo perſpiciantur quantæ ſint indefinitę affirmationes, & has ſi per quaternariũ numerum multiplicauero, colligitur mihi numerus affirmationum. quem ſi duplico colligit etiam negationum hoc modo. Prædicatur .n. eſt aut ipſum ſolum, aut certe tertium adiacens cum alio. & ſi ſolum prædicatur, aut ad nomẽ ſimplex atq; finitum ꝑdicatum eſt, aut ad infinitum. ex his, duę ſunt affirmationes. eſt homo, eſt non homo. Quoties aũt eſt tertium adiacens prædicatur, quatuor erunt affirmationes, aut cũ ſubiectũ infinitũ eſt ſolum, vt eſt nõ hõ iuſtus: aut cũ ꝑdicatum infinitum eſt ſolum, vt eſt, hõ eſt non iuſtus: aut cũ vtraq; finita ſunt, vt eſt, iuſtus hõ: aut cum vtraq; infinita ſunt, vt eſt, non iuſtus non homo: aut cum utraque infinita ſunt, vt eſt, non iuſtus non homo. Magis autẽ plures his non erunt oppoſitiones, ut ipſe ait. cum igitur ſex ſint affirmationes: duæ quib. eſt prædicatur, quatuor uero quibus eſt tertium adiacens. has ſi per quaternarium ducam. xxiiij. fient, quas rurſus ſi binario numero multiplicem. xliij. mihi ſumma ſuccreſcet. tot igitur erunt affimationes & negationes quęcunq; uel prędicato eſt uerbo, uel adiacenti & prædicato fiunt. Quare, quoniam tres ſunt aliæ qualitates propoſitionum, quæ ſunt neceſſarię, contingentes, & in eſſe tantum ſignificantes. ſecundum quas qualitates iſtę omnes propoſitiones proferuntur, has quadraginta octo propoſitiones ſi in ternarium numerum duxerimus, ſcilicet ſecundum propoſitionum qualitates. cxliiij. omnium propoſitionum prędicatiuarum, de quibus hoc libro tractat, numeroſitas cre-

ſcet. Sed nunc pter has tres qualitates eas quæ ſunt. xlviij. propoſitiones cum negationibus ſuis, quas ſi per qualitates propoſitionis neceſſariam.ſ. contingentem & ineſſe ſignificantem multiplicauero, cxliiij. fient: ſubter aſcripſimus.

Propoſitiones de ſecundo adiacente. xvj.

| | |
|---|---|
| Eſt homo | Non eſt homo |
| Eſt omnis homo | Non eſt omnis homo |
| Eſt quidam homo | Non eſt quidam homo |
| Eſt Socrates | Non eſt Socrates |
| | |
| Eſt non homo | Non eſt non homo |
| Eſt omnis non homo | Non eſt omnis non homo |
| Eſt quidam non homo | Non eſt quidam non homo |
| Eſt non Socrates | Non eſt non Socrates |

De tertio adiacente. xxxij.

| | |
|---|---|
| Eſt iuſtus non homo | Non eſt iuſtus non homo |
| Eſt iuſtus omnis non homo | Nō eſt iuſtus omnis non hō |
| Eſt iuſtus quidam nō homo | Non ē iuſtus quidā non homo |
| Eſt non iuſtus Socrates | Non eſt non iuſtus Socrates |
| | |
| Eſt non iuſtus homo | Non eſt non iuſtus homo |
| Eſt non iuſtus omnis homo | Non eſt non iuſtus oīs homo |
| Eſt non iuſtus quidā homo | Non eſt non iuſtus quidā hō |
| Eſt non iuſtus Socrates | Non eſt non iuſtus Socrates |
| | |
| Eſt iuſtus homo | Non eſt iuſtus homo |
| Eſt iuſtus omnis homo | Non eſt iuſlus omnis homo |
| Eſt iuſtus quidam homo | Non eſt iuſtus quidam homo |
| Eſt iuſtus Socrates | Non eſt iuſtus Socrates |
| | |
| Eſt non iuſtus non homo | Non eſt non iuſtus non homo |
| Eſt non iuſtus oīs nō homo | Non eſt non iuſtus oīs nō hō |
| Eſt non iuſtus quidā non hō | Non eſt non iuſtus q dā nō hō |
| Eſt non iuſtus non Socrates | Non eſt nō iuſtus nō Socrates |

Has igitur propoſitiones Syriano calculis colligēte, nos quoq; nominatim diſpoſuimus iccirco qm̄ facilior fides habebitur numero, ſi per exempla prodantur Simul ēt qm̄ male doctus de his propoſitionibus peruerſiſſime cōtendebat, & affirmationes quidem negationum loco ponens, negationes vero affirmationum, totum ordinē cōfundebat. Quare ne quē illins oratio a recte rōnis veritate tradnceret, iccirco hāc ad clarioris memoriç ſubſidiū fecimus diſpoſitionē.

*Quoniā vero contraria eſt negatio, ei quæ eſt, oē aīal eſt iuſtū, illa quæ ſignificat, qd' nullum aīal eſt iuſtū: hæ quidē manifeſtū eſt, qd' nunquā erunt neque veræ ſimul, neque in eodē ipſo. His vero oppoſitæ, erūt aliquando, ut non omne animal iuſtum eſt, & eſt aliquod aīal iuſtum.*

50 Hoc quoq; eſt diligentiſſime ſuperius demonſtratum, qd' cōtrariæ aliquoties verū ſalſumq; diuiderēt, ſi aut ī reb. naturalibus, aut in impoſſibilibus ꝓponerent: aliquoties vero ſimul inueniri poſſe ſalſas, ſi res neq; naturales, neq; impoſſibiles pdicarēt, cōtrarias āt eſſe dictum eſt, ſiqs & affirmatiue & negatiue vl̄em ſaceret enunciationem. ergo nunc hoc dicit, Quç ſunt, inquit, contrariæ ſimul veræ eſſe non pñt, & hoc non ſine quadā rerū determinatione locutus ē, ait.n. Qm̄ uero contraria eſt negatio ei q̄ eſt, omne eſt aīal iuſtū.ſ. affirmationi, illa quæ ſignificat, ꝙ nullum eſt aīal iuſtum.ſ. negatio. hç quidem inquit, quoniam ſunt contrariæ quç ſimul uerç eſſe non poſſunt, manifeſtum eſt ꝙ nūquam erunt, neq; ueræ ſimul, neq; in eodem. ſed quod dixit, neq; veræ ſimul huiuſmodi eſt. Nihil.n. prohibet alio, & alio tempore & affirmationem uniuerſalem, & negationem ueraciter poſſe proponi, ut ſiquis dicat, omnis homo iuſtus eſt, hoc ſi aureo ſeculo dicerentur, veriſſime proponeretur. Qd' ſiquis rurſus dicat, Nullus homo iuſtus eſt, hoc ſi fereo ſeculo enunciaret, erit nera propoſitio. Qnare cōtingit affirmationem, & negationem vl̄em veras eſſe, quas manifeſtū eſt eſſe contrarias, ſed non ſiſ. Illa n. in aureo ſeculo, ſi ita contingit, illa in ſerreo ſeculo, ſed hçc tempora diuerſa ſunt, & non ſunt ſimul. quare recte hoc quoq; addidit vt diceret, manifeſtum eſt ꝙ nunq̄ erunt neq; uerç ſimul. Quod āt addidit, neq; in eodem, ad aliam eiuſdem rei determinationē valet. pñt.n. rurſus eodem tpe & ſimul vniuerſalis affirmatio & vniuerſalis negatio ueræ eſſe, ſed ſi non de eodem pdicentur, ut ſiquis dicat, oē animal rationale eſt. hoc ſi de nominib. pdicetur, vera eſt affirmatio. ꝙ ſiquis dicat nullum animal rōnale, eſt, hoc ſi de eqs enunciet, vera erit, vno eodemq; tpe contra vl̄em affirmationem vl̄is facta negatio, ſed non de eodem. illa.n. affirmatio. de hominibus facta eſt, hçc uero de equis negatio. Quamobrem dictum eſt nunquā eſſe poſſe ſimul contrarias veras, neq; in eodem .i. nec vno eodemq; tpe, nec de vno ſubiecto. ſed ꝙ his oppoſitæ erūt, vl̄i quidem affirmationi particularis negatio, vl̄i āt negationi particularis affirmatio, & has diximus iccirco ſubcontrarias dici, quod diuerſa quodammodo contrariis patiantur, manifeſtum eſt, qm̄ ſicut contrariç veræ ſimul eſſe non pñt, diuidunt tamen aliquoties inter ſe veritatem, & falſitatem, ita quoq; & ſub contrariç diuidunt quçdam inter ſe verum falſumq; aliquoties, quando cōtrariç quoq; diuiſerint. ſimul āt verç inueniri poſſunt, quando vl̄es & contrariç ſimul falſæ ſunt. vt āt ſimul falſç ſint, nulla rerum ratione contingit. Ergo contrarias quidē ſimul veras eſſe, atq; in eodem nūq̄ quiſq̄ poterit innenire. Subcontrariç āt q̄ vl̄ibus & contrariis oppoſitç ſunt, ſibi inuicem comparatas veras inneniri poſe eſt, ut in eo ipſo exemplo ꝙ ipſe propoſuit, non omne aīal iuſtum eſt, vera eſt. rurſus, eſt aliquod animal iuſtū, hçc quoq; vera eſt. Quare contrariæ ſiſ verç eſſe non poſſunt, Subcontrarias ſimul ueras nihil prohibet inueniri.

*Sequitur uero hanc quidèm quæ eſt, nullus homo eſt iuſtus, illa quæ eſt, omuis homo eſt non iuſtus. Illam uero quæ eſt, aliquis homo iuſtus eſt, oppoſita non omnis eſt homo non iuſtus, neceſſe eſt enim aliquem eſſe.*

51. De conſequentia propōnum ſimplicium atque infinitarum ſufficienter quidē ſupra diſſeruit. Sed nūc hæc eſt huiꝰ intentio, Non quæ particularis affirmatio, q̄ vniuerſalē affirmationē vel negationem ſequaſ, ꝙ ſupra iam monſtrauit: ſed quæ vniuerſalis negatio vniuerſalem ſequatur affirmationē, vel quæ particularis negatio particulari.ſ. affirmationi cōſentiat, ꝓponitq; has quatuor dicēs, negationē ſimplicē vniuerſalē & affirmationem infinitam vniuerſalē ſeſe ſequi, & ſibimet conſentire: nec minus his oppoſitas .i. particularem affirmationem ſimplicem, & particularem infinitam negationē, & in ueritate & ſalſitate ſe ſequi, & a ſe nullo modo diſcrepare. Diſponantur .n. hæ quatuor prior affirmatio infinita uniuerſalis q̄ dicit, oīs homo eſt non iuſtus; ſub hac ei conſentiēs ſimplex uniuerſalis negatio quæ proponit, nullus homo iuſtus eſt. Rurſus in altera parte contra affirmationē infinitam particularis ſimplex affirmatio quæ dicit, eſt aliqs homo iuſtus, & ſub hac particularis infinita negatio quç proponit, non omnis eſt homo non iuſtus.

| | |
|---|---|
| Omnis eſt hō non iuſtus | Eſt aliquis homo iuſtus |
| Nullus eſt homo iuſtus | Nō oīs eſt hō nō iuſtus |

His ergo ita diſpoſitis, ſi affirmatio uniuerſalis infinita uera ſit, ea quç dicit omnis eſt hō non iuſtus, uera eſt etiam ea quç proponit, nullus eſt homo iuſtus, quç eſt uniuerſalis ſimplex negatio: hoc aūt melius in inferioribus cognoſcitur exēplis. Dicatur .n. omnis eſt homo non quadrupes, uera eſt. rurſus nulus eſt homo quadrupes, hæc quoq; uera eſt. Qd' ſi una harum ſit falſa, falſa quoq; erit & altera. nā ſi falſa, e ſt

la,e ſt

ſa eſt, quod omnis eſt homo non iuſtus, ſicut vere quoque falſa eſt, illa quoque negatio ſimplex mendaciſſime prædicauit quę dicit, nullus eſt homo iuſtus. Quocirca affirmatio uniuerſalis infinita,& oegatio oniuerſalis ſimplex ſibimet cõſentiunt. ut vna uera,alterá ueram eſſe neceſſe ſit.alterius falſitatem reliquę quoq; falſitas conſequatur. idem quoq; euenit in parte altera.nam ſi uera eſt,qđ quidã homo iuſtus eſt, uera quoq; eſt, qđ non oĩs eſt homo non iuſtus, eſt.n. aliquis.Nã ſi quod dr,non oĩs,tantundem eſt, tanq̃ ſi quis dicat, quidã noo eſt,qđ in alio quoq; exemplo manifeſtius apparebit. Siquis dicat,noo oĩs eſt homo iuſtus,hoc eſt dicere,qoidã homo iuſtus ooo eſt, ergo non oĩs, quidã non, ſignificat.Siquis ergo ita proponat,quidam homo non iuſtus non eſt,quem dicit noo eſſe nõ iniuſtum,iuſtum eſſe confirmat.Quare ille de quo dicit̃,quod non iuſtus oon eſt, erit iuſtſtus. Vnde fit ut ea quę dicit,non ĩs eſt homo non iuſtus, conſentiat ei quæ dicit,quidã homo iuſtus eſt: Sed hęc ooo conſentit ei quę dicit, quidam homo non iuſtus eſt.non igitur hęc conſentit ei quę proponi, non oĩs homo eſt non iuſtus.Sed qm̃ hoc fortaſſe aliquãtenus uidetur obſcurius,conſequentię ipſarum hoc modo ſumẽdæ ſunt. Sitq; nobis hoc poſitum, affirmationem vniuerſalem infinitã, & negationẽ vniuerſalem ſimplicem ſibimet conſentire, vt vnius ueritatẽ & falſitatẽ alterius ueritas aut falſitas cõſequatur.Si falſa eſt affirmatio infinita oniuerſalis quæ dicit,oĩs eſt homo non iuſtus, vera erit huic oppoſita particularis infinita negatio quę proponit, non omnis eſt hõ non iuſtus: ſed cum falſa eſt affirmatio vniuerſalis infinita,falſa quoq; eſt,& uniuerſalis ſimplex negatio quę dicit, nullus ẽ homo iuſtus.ſed hac falſa particularẽ affirmationem q̃ huic contradictorie oppoſita eſt, veram eſſe neceſſe eſt, q̃ eſt,quidam homo iuſtus eſt.Quocirca qñ affirmatio vniuerſalis infinita falſa eſt; vera eſt particularis infinita negatio. & qñ vl̃is negatio ſimplex falſa eſt,vera ẽ ſimplex affirmatio particularis.Sed affirmatio vl̃is ĩfinita,& negatio vl̃is ſimplex ſiſ falſæ ſunt,& ſibimet in falſitate conſentiunt, ſimul igit̃ veræ erunt ſimplex particularis affirmatio,& infinita negatio particularis. Rurſus ſi vera eſt affirmatio vl̃is infinita, falſa erit negatio particularis infinita. ei .n. contradictorie oppoſita eſt.Si rurſus vera eſt vl̃is ſimplex negatio,falſa eſt particularis ſimplex affirmatio,ſed vl̃is affirmatio infinita, & vniuerſalis negatio ſimplex ſiſ ueræ ſunt, ſiſ igitur erũt falſæ particularis affirmatio ſimplex,& particularis infinita negatio. Quare hæ quoq; .i. particularis affirmatio ſimplex,& particularis infinita ſibimet in veritate & falſitate conſentiunt,& ueritatem ſuam & mendacium inuicem coo ſequuntur.Quare affirmatio quidem & negatio,vtraq; vl̃is hæc ſimplex,illa infinita ſequuntur ſeſe,ſibiq; conſentiunt. Particulares autem.i.vl̃ibus oppoſitæ, ſimplex affirmatiua & negatiua infinita,ipſę quoq; ſibimet conſentiunt. Quare rectus ordo eſt,ut ſicut affirmatione vl̃i infinitæ conſentit ſimplex vniuerſalis oegatio.ita particulari affirmationi ſimplici,particularis negatio infinita conſentiat.

20 *Manifeſtum eſt autem,quid ẽt in ſingularib.ſi eſt uerum interrogatum negare, quod & affirmare uerum eſt, ut putas ne Socr.ſapiens eſt? non, Socr.igitur non ſapiens eſt. In uniuerſalib. uero non eſt uera quæ ſimiliter dicitur,uera eſt autem negatio, ut putas ne omnis homo ſapiens eſt? non omnis igitur homo non ſapiens eſt, hoc.n. eſt falſum: ſed, non igitur omnis homo ſapiens eſt, uera eſt:hæc enim compoſita eſt,illa uero contraria.*

53 De conſequentia propoſitionum diſputans,& ſibi quemadmodum conſentiret,illum tractatum parumper egreſſus docere propoſuit,quæ veniant in reſponſionem de ſingularibus,ſi ad p̃dicationẽ ipſarum ſit particula negationis appoſita. quæ rurſus in his quę de vniuerſalibus ſunt propoſitionibus,ſi ad p̃dicatione addita particula negatiua concurrat,neq;.n.oportet ſit̃ facere enunciationes. Non .n. ſimile eſt quod ex vtraq; prędicatione contingit. hoc autẽ ita manifeſtum eſt.Siquis de ſingulari aliquo interrogatus neget, ille qui ioterrogauerit,poteſt facere ex infinito nomine p̃dicato concluſionem,illam.ſ.negationem iungens, quã reſpondens ante negauerat.& hoc ueraciter p̃dicabit.De uniuerſalibus aũt apparebit non eandem ueritatem poſſe contingere,ſi ex his affirmatio componatur. Siquis .n. interroget aliũ putaſne Socrates ſapiens eſt? ſi ille reſpondet non uere ille concludit dicens, Socrates igitur non ſapiens eſt. Si aũt hoc quoque in alio clariori exemplo manifeſtum. ſi interrogaremus aliquem hoc modo. Socrates ne Romanus eſt? atque ille reſpondeat non;nos vere concludere poſſumus,Socrates igitur non Romanus eſt. facientes ex negatione quã ille reſpondebat,& ex nomine,quod in ꝓpoſitione prędicamus affirmationem ex infinito nomine quę dicit,Socrates non ſapiens eſt, uel Socrates oõ Romanus eſt. Has .n. affirmationes eſſe ex infinito nomine ſupra monſtratum eſt. Si igitur eodem modo aliquis in uniuerſalibus ſubiectis interroget dicens, oĩs ne hõ ſapiens eſt?nos utiq; reſpondebimus non. Tum ille eadem ſimilitudine concludit, dicit.n.omnis igitur homo non ſapiens eſt. Quocirca nullus hõ ſapiens eſt.ea.n. quę dicit,oĩs homo non ſapiens eſt, conſentire monſtrata eſt ei quæ dicit,nullus homo ſapiens eſt.Videbitur igitur quodãmodo ex uera reſponſione falſa illata eſſe concluſio: cui nos dicimus negationem quidem nos reſpondiſſe,non ut ea negatio ad prędicatum iungeretur,ſed ad determinationem. neq; .n. nos uoluiſſe ab omni homine ſapientiã tollere, cũ interrogante aliquo an omnis hõ ſapiens eſſet,nos negaremus: ſed ab omni potius.i.determinatione,voluiſſe nos abſtrahere ſapientiã, illud.ſ.ſignificantes,qđ alicui eſſet, & alicui non eſſet ſapientia,ut quod diximus non tm̃ valeret, quantũ ſi diceremus non omnis.igitur ſi illa negatio ad nomen .i. ad ſapientem iungatur, uniuerſalis fit affirmatio quę dicit, omnis homo non ſapiens eſt,conſentiens uniuerſali negationi, quę ꝓponit,nullus hõ ſapiens eſt.ſed hęc contraria eſt interrogationi.fuit.n.interrogatio, omnis ne homo ſapiens eſt? hęc habet uniuerſalem affirmationem, cui contraria eſt uniuerſalis negatio,cui rurſus negationi conſentit uniuerſalis affirmatio infinita. Quocirca affirmationi quoq; uniuerſali ſimplici,quę in interrogatione poſita eſt, ideſt omnis ne homo ſapiẽs eſt?contraria eſt ea quæ dicit cõcluſio, quod omnis homo oõ ſapiẽs eſt. Quod ſi dicatur,non oĩs hõ ſapiens eſt,& uerum eſt,& ei oppoſita eſt. Contra.n.eam quæ dicit interrogationem, oĩs ne hõ ſapiens eſt?cum reſponſũ fuerit,ñ,& iuncta negatio fuerit ad oĩs,particularis negatio fit dicẽs nõ hõ oĩs ſapiẽs eſt q̃ eſt oppoſita ul̃i affirmationi,et quę interrogatione eſt poſita uniuerſali. hoc eſt .n. quod ait,hęc eſt.n.oppoſita,illa uero contraria. Per uerba at̃ ſenſus iſte ſic conſtat.Manifeſtũ eſt at̃,inquit,qđ in ſingularib. vt eſt Socr.& quicqđ indiuiduũ eſt:ſi uerũ eſt interrogatũ negare.i.ſi qñ aliquid quis interrogat, vere ille negauerit; ut cum aliquis interrogat an Romanus ſit Socra.ille neget, quod & affirmare uerũ eſt, ut ille q interrogat ex negatione & nomine p̃dicato infinitam faciat affirmationẽ,& huius eſt exemplum; putas ne Socrates ſapiens, eſt? Reſponſio, non concluſio,Socrates ergo nõ ſapiens eſt. ſed hoc ooo ſimiliter in uniuerſalibus ſe hẽt, quod per hoc monſtrat qđ ait,in uniuerſalibus uero non eſt uera, quę ſimiliter dicit, ideſt non uera eſt affirmatio infinita facta ex prædicato nomine,& r̃ndentis negatione, ſed potius uera eſt negatio, non affirmatio. huius exẽplum tale eſt, nam interrogatio eſt,ut Putas ne omnis hõ ſapiens eſt? R̃ſio,non: falſa concluſio,oĩs igitur homo non ſapiens eſt, hoc aũt falſum eſt, & non ſimile eſt ei quod ſupra de ſingulari ſubiecto prędiximus,ſed potius illa quæ dicit, non omnis igitur homo ſapiens eſt,vt r̃ndentis negatio ad omnis iungatur, & fiat negatio particularis.eſt.n. hæ vera, hęc autem eſt etiam oppoſita.Nam cum affirmatio uniuerſalis interrogata eſſet ea quæ dicit,omnis ne homo ſapiens eſt? ex negatiua particula factum eſt; non omnis homo ſapiens eſt in concluſione, & ſunt oppoſitę. Illa eſt enim affirmatio uniuerſalis,

ſalis, hęc autem particularis negatio, illa vero contraria. Nam ſi, non negatio ad prędicatum iungatur, fit uniuerſalis affirmatio infinitas, quę conſētit uniuerſali negationi finitæ, ſed hæc contra uniuerſalem affirmationem finitam, q̃ in interrogatione eſt poſita, contraria eſt. Contraria igitur erit etiã illa quę uniuerſalis eſt affirmatio infinita. Quæ ãt cauſa eſt, cur in ſingularibus, uel affirmatio ex infinito nomine, uel negatio ſibimet finita conſentiant: in uniuerſalibus aũt uniuerſalis affirmatio ex infinito nomine ñ conſentiat particulari negationi finitę, quærendum eſt. Etenim ſi quis dicat Socrates non ſapiens eſt, & Socrates ſapiens nõ eſt, idem eſt, & hæ duę ſibimet conſētiunt. ſiquis aũt dicat, oĩs homo non ſapiens eſt: & rurſus, non oĩs homo ſapiens eſt, hę duę non ſibimet conſentiunt. Sed hęc ratio eſt, ꝙ in ſingularibus ſubiectis non ſunt duplices oppoſitiones, ſed una tantũ, ideſt quę negationem facit. In uniuerſalibus aut uniuerſaliter prædicatis, duplex oppoſitio eſt, una contraria, una uero contradictoria. Si ſit ergo hmõi affirmatio quę dicit Socr. ſapiens eſt, cõtra hãc una oppoſitio eſt q̃ proponit Socr. ſapiens non ẽ. Si ergo dicat aliquis Socr. ñ ſapiens eſt, hęc nullũ aliũ habebit intellectũ quã ea q̃ dicit Socr. ſapiens non eſt. Vnã.n. tantũ ſolã diximus in ſingularib. oppoſitionẽ. Quare quæcũq; aliæ fuerint, eadẽ ſignificatione cõcurrent, in uniuerſalibus uero uniuerſaliter pdicatis non eodẽ mõ eſt. Nam ſi ſit affirmatio uniuerſalis quæ dicit, oĩs homo ſapiens eſt, contra hanc etiam illa eſt quę dicit, nullus homo ſapiens eſt, etiam illa quæ dicit, non omnis homo ſapiens eſt. & illa eſt contraria, hęc contradictoria: ſimplex ergo hæc oppoſitio ſibi non poteſt conſentire. illa enim totum tollit, quę eſt uniuerſalis negatio, illa partem definite, quæ eſt particularis negatio. Sed uniuerſalis negatio uniuerſali affirmationi ex infinito nomine cõſẽtit, diuerſa igitur erit hæc quoq; a particulari definita negatione & quoniam duplex eſt oppoſitio in uniuerſalibus, & ſimplex in ſingularibus, rectè in eadem ſimilitudine prædicationis, non eadem ueritas falſitaſq; contingit.

*Illæ vero quæ sũt contraiacentes ſecundũ infinita nomina uel uerba, ut in eo quod eſt, non homo, uel non iuſtus, quaſi negationes ſine nomine & uerbo eſſe uidebuntur, ſed non ſunt: ſemper enim uel ueram eſſe uel falſam neceſſe eſt negationem. qui uero dixit non homo, non plus dicente homo, ſed etiã minus, uerus uel falſus fuit, ſi non aliquid addatur.*

54 Nouimus oppoſitiones ex infinitis fieri poſſe nominibus, has ergo diſſoluens Ariſtoteles ſumit per ſe dictionem nominis infiniti, & de ea diſputat, ſi contra finitum nomen comparetur, an quędã enunciatiua oppoſitio uideatur. Siqs.n. ſumat id quod dicitur non homo, & opponat contra id qđ dicimus, homo, uidebitur fortaſſe aliquatenus facere oppoſitionem. cum enim omnis negatiua particula adiecta uerbo quod continet propoſitionem, negationem faciat, etiam ſi modus aliquis propoſitionis non pdicetur, quod poſterius demonſtrandum eſt, ita ẽt nomini uĩ, cum adiecta fuerit negatiua particula, quandam facere negationem. ut ſi non particula, iungatur ei quod eſt, homo, faciat, non homo: hoc eſt .n. quod ait, Illę uero quę ſunt ſecundum infinita nomina uel verba oppoſitę, ut in eo quod eſt non homo, uel non iuſtus, quaſi negationes ſine nomine uel uerbo eſſe uidentur. Siquis.n. dicat non currit, hæc fit ſine nomine negatio, quod ſiquis dicat non homo, hæc quoq; eſt ſine uerbo negatio. Quę dictione ſm infinitum nomen, aut uerbum opponũtur finito nomini uel uerbo, quod eſt homo, & currit. uidebuntur ergo hæ negationes ſm infinitum nomen uel uerbũ quę prędicãtur, ſed non ſunt. Maxima enim ratio has negationes nõ eſſe conuincit, ꝙ omnis negatio uel uera, uel falſa eſt. quod aũt dicimus non homo uel non currit. licet ſimplicia quoq; & finita, homo .ſ. atq; currit, nihil uerum falſumve ſignificet, tamen hęc infinita multo minus aliquid uerum, aut falſum demonſtrant, non ꝙ ſimplicia uerum aliquid falſumve ſignificent, idcirco dicimus infinitas dictiones ſimplicibus minus verum, aut falſum monſtrare. ſed ꝙ q̃q̃ nihil verum falſumve deſignet ſimplex nomẽ aut uerbum, tñ definitum quiddam proponit, vt in eo quod eſt homo, finitum quiddam eſt, & vna ſpecies. Is vero qui dicit, non homo, pſentem quidem ſpeciem interimit, infinitas autem alias dat intelligere ipſas nihil ponens. Quocirca, q̃q̃ finita verba vel nomina per ſe vera vel falſa eſſe non poſſint, niſi cũ aliis iuncta ſint: tñ longe minus veritatis aut falſitatis capacia ſunt nomina infinita vel verba, quę nec hoc ipſum quidem quod ſignificant ponunt, ſed illud quidem perimunt, nihil autem per ſe aliud in ſignificatione conſtituunt. Poſtremo propinquius ad veritatis, vel falſitatis finita ſunt intellectus. Minus igitur vera vel falſa eſt dictio nominis infiniti, quam alicuius ſimplicis, & finiti vocabuli.

*Sginificat autem. eſt omnis non homo iuſtus, nulli illarũ idem, nec huic opppoſita ea quæ eſt, non eſt omnis non homo iuſtus. Illa uero quæ eſt, omnis non iuſtus non homo, illi quæ eſt, nullus iuſtus nõ homo, idem ſignificat.*

55 Poſtq̃ de propoſitionibus infinitum habentibus prædicatum ſufficienti diſputatione locutus eſt, earumq; oppoſitiones oſtendit, conſequentiaſq; demonſtrauit, atq; in medio de infinitis nominibus, ꝙ non eſſent negationes breuiter pnotauit: nunc redit ad eas propoſitiones, q̃ ſubiectum habẽt infinitum, prędicatum vero vel finitũ, vel infinitum & primum quidem an eędem ſint, idemq; ſignificent, habeantq; ordine aliq̃ conſequentiam hę propoſitiones q̃ ex infinito ſubiecto ſunt, cũ his q̃ ex infinito pdicato ſunt, vel ex veriſque finitis, docet. Ait.n. has duas propoſitiones q̃ ſunt, eſt omnis non homo iuſtus, non eſt oĩs non hõ iuſtus, nulli illarum idem ſignificare, q̃ aut ex veriſq; finitis ſunt, aut ex pdicato infinito. & diſponantur quidem illæ, quae aut ex veriſque finitis ſunt, aut ex prædicato infinito, & primum quidem ponatur ſimplex affirmatio vĩs, ſub hac, negatio vĩs ex pdicato infinito ſuperiori ſimplici affirmationi conſentiens. Contra vero ponatur vniuerſalis ſimplex negatio, & ſub hac vĩs ex infinito pdicato affirmatio, quas cõſtat ſibimet conſentire precedente affirmatione vniuerſali, quę eſt ex infinito .ſ. prędicato.

| Eſt omnis homo iuſtus | Contrarie | Nullus eſt homo iuſtus |
|---|---|---|
| Conſentientes | | Conſentientes |
| Nullus eſt homo non iuſtus | Contrarie | Eſt omnis homo non iuſtus |

Cum igitur ita ſint affirmationes poſitę & negationes, q̃ ſimplex quidem ſubiectum habent, infinitum vel ſimplex pdicatum. nunc Ariſtoteles dicit, quod hę propoſitiones q̃ ſubiectum hñt infinitum, nulli illarum ſuperiorum quas diſpoſuimus idem ſignificant. hæc.n. q̃ dicit, eſt omnis non homo iuſtus, non conſentit ei q̃ dicit, eſt oĩs homo iuſtus: nec rurſus ei q̃ dicit, eſt omnis homo non iuſtus. nec his rurſus q̃ ſunt, nullus eſt homo iuſtus, vel nullus eſt homo non iuſtus. hę.n. oẽs hoiem ſubiectum habẽt, illę vero non hoiem Quocirca nec huius negatio .i. uĩs affirmationis ex infinito ſubiecto, particularis .ſ. negatio, cum ulla earum q̃ finitũ habent ſubiectum, poterit conſẽtire. Ea.n. quę dicit, nõ eſt oĩs nõ hõ iuſtus, neque cũ ea quę pponit, eſt oĩs hõ iuſtus, neq; cũ ea quę dicit, eſt omnis homo non iuſtus, neq; cum his quæ enunciant, nullus eſt homo iuſtus, uel nullus eſt homo non iuſtus. Sed non hoc dicit, ꝙ ex infinito ſubiecto

propoſi-

propoſitiones diuerſę ſunt his, quę ſunt uel ex finito prędicato, uel ex infinito, ſubiecto tñ finito. poſſunt.n.diuerſę q̃dem eſſe p̃dicationes, idem tamẽ aliquoties ſignificare, ut ea quæ dicit, oı̄s eſt homo iniuſtus, cum diuerſa ſit ab ea q̃ dicit, nullus eſt homo iuſtus, idem tñ aliq̃do ſignificãt, ſi affirmatio priuatoria pręceſſerit. Dictum eſt.n.qđ affirmationibus p̃cedentibus negationes ſine dubio ſequerẽtur. ergo nõ hoc dicit, quod diuerſæ ſunt ꝓpoſitiones ex infinito nomine ſubiecto tjs quæ ſunt ex prædicato uel finito uel infinito, ſubiecto tñ finito: ſed quod oı̄no ſibi non conſentiant uel non idẽ ſignificent .i. tota ſint uirtute ꝓpoſitionis diſſimiles. Atq; q̃dem hæc dixit de his q̃ infinitum ſubiectum hẽrent, infinitum uero uel finitum p̃dicatum: uenit aũt nunc ad ipſarum conſequentias quę ex infinito nomine ſubiecto conſtãt, & ex utroq; ĩfinito. & ſicut ſupra conſequẽtiã earũ q̃ ex utriſq; finitis erant uel ex infinito prædicato docuit; ita quoq; nunc econuerſo quæ ex utriſque infinitis nominibus conſtãt, uel ex infinito nomine ſubiecto qualem ad ſe habeant conſequentiã, monſtrat dicens. Illa uero quæ eſt, oı̄s non iuſtus non homo, illi quę eſt, nullus iuſtus non hõ, idem ſignificat, has duas tm̃ ꝓpoſitiones monſtrat affirmatiuã.ſ. uniuerſalem ex utriſq; infinitis, q̃ dicit, oı̄s nõ iuſtus non homo, ei conſentire quæ eſt utrĩs negatio ex ſolo infinito ſubiecto, q̃ dicit, nullus iuſtus non hõ. In his autem ſubauditur particula, eſt, ut ſit tota propõ, omnis non iuſtus non homo eſt, & rurſus, nullus iuſtus non hõ eſt. nã ſicut in his quæ finitum habeant ſubiectum, infinitum vero vel finitum prædicatum, affirmationem ex finito ſubiecto & ĩfinito prędicato, eam ſcilicet quę dicit, eſt omnis homo non iuſtus, ſequebatur ſimplex uniuerſalis negatio, quę ex utriſque finitis conſtat, nullus homo iuſtus eſt: ita quoque in his permutatis tantum ſubiectis idẽ uenit. Nam ſicut illic negatio ex utriſque finitis uniuerſalis ſequebatur affirmationem ex finito ſubiecto & infinito prędicato: ita quoque affirmationem ex utriſque infinitis uniuerſalem, ſequitur negatio ex infinito ſubiecto, ipſa quoq; uniuerſalis, & has quidem duas propoſitiones aſcripſit, ſolam in his conſequentiam oſtendens. Ceteras aũt quia putabat intellectu eſſe faciles, perſe qui neglexit. Nos autem eas nequit relictum uideatur, apponimus; eſt enim conſequentia hoc modo.

| | |
|---|---|
| Eſt omnis non hõ non iuſtus | Eſt omnis non hõ iuſtus |
| Nullus non hõ iuſtus eſt | Nullus nõ hõ nõ iuſtus eſt |
| Quidã non hõ iuſtus eſt | Quidã nõ hõ nõ iuſtus eſt |
| Nõ eſt oı̄s nõ hõ nõ iuſtus | Nõ eſt oı̄s nõ homo iuſtus |

Has igitur ſiquis diligenter inſpexerit duas comparationes duabus conuenientiſſimam conſequentiam conſenſumque monſtrabunt.

# ANITII MANLII SEVERINI
## Boethi Editionis ſecundæ, ſeu maiorum commentariorum, in librum Ariſtotelis de interpretatione.

### LIBER QVINTVS.

MAximũ operis huius emenſi partẽ ea q̃ ſequuntur licet magnis q̃uib. impedita, tñ audacius atq; aı̄oſius exequemur: nec fatigari in ſingulis partibus oportet, totus dialecticę prodere aggreſſos atq; expedire doctrinam, itaq; rectam commentationis ſeriem contexἰmus.

*Tranſpoſita uero nomina & uerba idẽ ſignificant, ut eſt ablus homo, eſt homo albus: nam ſi hoc non eſt eiuſdẽ multæ erunt negationes, ſed oſtenſum eſt, qđ una unius eſt. eius .n. quæ eſt, eſt alb. hõ, negatio eſt, non eſt albus homo: eius uero quæ eſt, eſt homo albus, ſi non eadẽ eſt ei quæ eſt, eſt alb. homo erit negatio, uel ea quæ eſt non eſt non hõ albus, uel ea quæ eſt no eſt hõ alb. ſed altera quidem eſt negatio eius quæ eſt, eſt nõ hõ albus: altera uero eius quæ eſt, eſt albus homo, Quare erunt duæ, unius.*

56 Docet nunc ſi nomina & uerba transferantur, & aliud prius, aliud uero poſterius prędicetur, unã ſine dubio ſignificationem retinere. Siue.n.q̃s dicat, eſt hõ albus, ſiue eſt alb. hõ, ſiue homo alb. eſt, ſiue albus homo eſt, ſiue quomodolibet aliter ordinem p̃dicationis ꝑmutet, eadẽ ſine dubio ſignificatio ꝑmanebit. & hoc q̃dẽ fortaſſe orationib. uel poetis nõ eodẽ mõ perſpiciendũ eſt. quo dialecticis. Et.n.q̃tum ad compõnem orationis ſpectat, maxime differt quo uerba & nomina p̃dicationis ſuæ ordine proferantur. Multum.n. intereſt in eo quod ait Cicero, ad hanc tẽ amentiã natura peperit, uoluntas exercuit, fortuna ſeruauit, ita dixiſſe ut dictum eſt, an ita, ad hanc te amentiam peperit natura, exercuit uoluntas, ſeruauit fortuna. Sic.n. minor eſt ſniæ magnitudo, minuſq; in ea lucet id qđ, ſi ſic componat, eminet, & ſeſe vel nolẽtib. hoı̄um aurib. animiſq; patefacit. Rurſus cũ dicit Virgilius, paciq; imponere morẽ, potuiſſet ſeruare metrũ, ſi ita dixiſſet, morẽq; imponere paci, ſed eſſet debilior ſonus, nec in eo ictu uerſus tã p̃clare ut nunc cõpoſitus dicẽretur. ergo non idẽ valet oratoribus uel poetis verborũ nominumq; ordo mutatus. Quiḃ.n. ad compõnẽ ſpectãt, multũ in ordine ſermonũ ornamenti reperient. Dialecticis uero quib. nulla eſt ad oꝛonis leporem cura loquendi, quibuſq; ſola ueritas ꝑſcrutatur, nihil differt quolibet ordine uerba & noı̄a ꝑmutentur, cũ tñ eandem uim quam prius ſignificatione retineant. ſed nec apud ipſos modis oı̄bus permutato ordine dictionis eadẽ ſemp uis ſignificatioq; ſeruatur. Hęc.n. particula quę negatiua eſt.i.non multum valet, multamq; differentiam perficit uariis adiecta locis. Siquis .n. dicat homo albus non eſt, faciet indefinitam ſimplicem negationem. Siquis vero dicat, homo nõ albus eſt, faciet indefinitam ex infinito prędicato affirmationem. Siquis autem p̃dicet, non homo albus eſt, idem quoq; conſtituit, ex infinito ſubiecto indefinitam affirmationem. rurſus ſiquis dicat, omnis homo non iuſtus eſt, hæc conſentit ei quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt. Quod ſi idẽ non ad uniuerſalem determinationem ponatur, ut dicatur, nõ omnis homo iuſtus eſt, non iam uniuerſalis affirmatio infinitæ p̃dicationis conſentiens uniuerſali ſimplici negationi fit, ſed potius particularis negatio ſimplex. Vides ne igitur quam multas faciat differentias negatiua particula diuerſæ nominum prędicationi coniuncta? Sed quanq̃ hęc ita ſint, poteſt tamen alio modo eadem diuerſis in locus poſita eandem uim ſignificationemq; ſeruare. ſi .n. ſit poſita non particula cũ uniuerſalitate ſua, cum eadem ipſa ſæpius permutetur, idem ſine dubio in ſignificatione conſiſtit. Siquis.n. dicat, non oı̄s homo albus eſt, particularis eſt ſimplex negatio. ſiquis vero ſic dicat, homo non oı̄s albus eſt, eadẽ ſignificatio eſt. Vel ſi hoc modo, homo albus non oı̄s eſt, nec hæc a ſuperiore ſignificatione diſcedit. vel ſiquis amplius quoq; permutet dicẽs, homo albus eſt nõ oı̄s a priori ſignificatione nil diſcrepat. Eodem modo vel ſi quomodolibet aliter permutetur, cum propria tamen uniuerſalitatis determinatione diuerſo modo permutata idem ſemper neceſſe eſt in ſignificatione ſeruetur. eodem modo ſi eadem, non, particula cum alio nomine vel uerbo iuncta ſæpius transferatur. ut cum dicimus, homo iuſtus non eſt. rurſus homo non eſt iuſtus. rurſus non eſt homo iuſtus, eadem ſignificatio retinetur. Quocirca ſi ſola particula negatiua permutata ſit, & non eodem ſemp ordine prędicetur, multas differentias facit ꝓpoſitionum. Sin uero iuncta cum alio nomine ſæpius (ut dictum eſt) traſferatur, eadem in tranſlationibus omnibus ſignificatio permanebit. His igitur ita diſpoſitis uidendum eſt, quę ſit Ariſtotelis demonſtratio, uerba & nomina trãſpoſita eadẽ ſemper uim ſignificationemq; ſubiicere. ait .n. Tranſpoſita uero uerba & nomina idem ſignificãt, ut eſt albus homo, eſt homo albus, hęc enim tranſpoſiti nominibus atque uerbis

eandem retinent ſignificationem. In illa enim prius albus eſt poſterius homo, in hac autē prior homo, poſterior albus. quod ſi hoc falſum eſt, & nō ſunt eędē, ſed a ſe diuerſæ ſunt, impoſſibile aliqd inconueniensq; contingit, erunt .n. duæ negationes unius affirmationis, quod eſt impoſſibile. Oſtenſum .n. eſt quod una vnius eſt affirmationis negatio. Nunc igitur videamus ſi hæ affirmationes quę dicunt, eſt albus homo, & eſt homo albus, non ſunt eędem, ſed diuerſæ, quēadmodū vnius affirmationis duæ ſunt negationes; & primo quidē diſponantur hoc modo, eſt albus homo, eſt homo albus, huius ergo ꝓpoſitionis quæ dicit, eſt albus hō, erit negatio ea.ſ. quæ ꝓponit, non eſt albus homo. alia nāq; quæ eſſe poſſit rōnabiliter non ꝑt inueniri. diſponantur igitur iterus eędē, & ſuperior affirmatio cū ꝓpria negatione.

Eſt albus homo

Non eſt albus homo

Eſt homo albus

Cum igitur eius quę dicit, eſt albus homo, negatio ſit ea quę proponit, non eſt albus homo, ſi ea quę dicit, eſt homo albus, diuerſa erit ab ea ꝓpoſitione quę ꝓnunciat, eſt albus hō, alia erit eius negatio. ſit ergo aut ea quę dicit, non eſt homo alb. aut ea quæ dicit, non eſt homo albus. Rurſus igitur diſponantur duæ qdē affirmationes primę alternatim poſitæ, & econtrario cōfeſſa prioris negatio. Contra ſm vero vtraque hæ negationes, quas diximus, aſcribantur.

| | |
|---|---|
| Eſt albus homo | Non eſt albus homo |
| Eſt homo albus | Non eſt homo albus |

Non eſt non homo albus.

His igitur ita diſcretis, eius propoſitionis quæ dicit, eſt homo albus, non pōt eſſe illa negatio quę dicit, non eſt nō homo albus. Illius eſt enim negatio quæ habet ſubiectū infinitum, quę dicit, eſt non homo albus. ſimiliter āt & ſi quālibet aliā quis poſuerit negationem, eius ſine dubio alia reperitur affirmatio. Vnde ſit ut relinquatur ea eius eſſe negatio ꝙ proponit, non eſt hō alb. eſt ergo negatio eius ꝙ dicit, eſt hō albus, ea ꝙ dicit, non eſt, hō albus. ſed eius affirmationis ꝙ ꝓponit, eſt alb. hō, negatio eſt & iſta quę dicit, non eſt hō albus. Quod probat ea res qđ inter ſe verum falſumque diuidunt. nā ſi uerum eſſe album hominem, falſum eſt non eſſe hoīem album. Quod ſi in aliquibus verum inuenitur, hoc ſm definitionem propoſitionis agnoſcitur, non ſm negationis formam. vt magis ſm quantitatem non ſint ſibi oppoſitæ potius quam ſm qualitatem. qđ illa res monſtrat ſiquis ſic dicat. Eſt albus omnis homo, ſi contra hanc ponatur, non eſt omnis homo albus, perſpicuum eſt ꝙ inter ſe & veritatem diuidunt & falſitatem. vnam .n. veram eſſe neceſſe eſt. vnam falſam. quare ēt ſi determinationes auferātur, eadem oppoſitio redit, licet ſit indefinita. Nam ſicut in ea ꝙ dicit, omnis hō iuſtus eſt, non omnis homo iuſtus ē, ſublatis omnis & non omnis, homo iuſtus eſt, & homo iuſtus non eſt, affirmatio & negatio oppoſitæ ſunt: Ita quoque in his ſublato omnis & nō omnis, ea quę dicit, eſt albus hō, ei quę dicit, non eſt hō albus, oppoſita eſt. additis .n. determinationibus una ſemper vera eſt, altera falſa, ſed diximus quod affirmationis eius quę dicit, eſt albus homo, negatio eſt, non eſt albus homo. Duæ igitur negationes, non eſt albus homo, & nō eſt homo albus, unius affirmationis ſunt, eius.ſ. quę enunciat, eſt homo albus. quod euenit ſi negationes hæ quæ dicunt, non eſt homo albus, & non eſt albus homo, a ſe diuerſę ſunt. quod ex eo contingit quod prius poſitum eſt, eam quę dicit, eſt albus homo, diuerſam eſſe ab ea ꝙ dicit, eſt homo albus. qđ ſi hoc impoſſibile eſt vt vna, affirmatio duas hēat negationes, & ꝑſpicuū ē cōtra eā, affirmationē quę dicit, eſt hō albus, utraſq; hac negationes quæ dicunt, non eſt alb. hō, & non eſt hō albus opponi, hæ a ſe diuerſę non ſunt, ſibi conſentiūt, & tm̄ ꝑmutatione nominis diſtant, cęteris aūt omnib. eędem ſunt, ꝙ ſi hę negationes eędem ſunt, eędē quoq; ſūt affirmationes. Recte igitur dictum eſt, quod tranſpoſita nōīa & verba eandem vim ſignificationemq; ſeruant. Senſus ergo totus ita ſe hēt: Hoc ēt modo ordo verborum. Tranſpoſita, inquit, nōīa & verba idem ſignificant, & eſt horum exemplum, vt eſt homo alb. eſt alb. hō. In his .n. nomina tranſpoſita ſunt. Nam ſi hoc nō eſt .ī. ſi non idem ſignificant nomina & verba tranſpoſita, quidam impoſſe & inconueniens contingit: Ait .n. eiuſdem multę erunt negationes .ſ. eiuſdem affirmationis multę negationes erunt. ſed hoc impoſſe eſt. oſtenſum eſt .n. ꝙ negatio vna vnius eſt affirmationis. Duę ergo negatiōes vni opponi affirmationi, ſi verba & nōīa trāſpoſita nō idem ſignificant, ſic demonſtrat eius .n. quę eſt, eſt alb. hō.ſ. affirmationis, negatio eſt, non eſt alb. hō. Contra illam .n. affirmationē hęc negatio iuſte opponitur. eius vero quæ eſt, eſt homo albus.ī. alterius affirmationis, ſi non eadem eſt, ei quę eſt, eſt albus homo.ī. ſi diuerſa eſt a priori propoſitione quę dicit, eſt albus homo, & non eſt ei eadem, ac ſi diceret, ſi ei non conſentit, erit negatio vel ea quæ eſt, non eſt albus homo, vel quęcunq; alia. quam ſiquis ponat eſſe negationē una ratione refellitur, quā hic quoq; poſuit. refellitur aūt hoc modo. ait .n. Sed altera quidem eſt negatio eius quæ eſt, eſt non hō albus, altera vero eius ꝙ eſt, eſt alb. homo. Inter duas .n. negationes quas poſuit illā.ſ. ꝙ dicit, non eſt non homo albus, & eā ꝙ proponit, non eſt homo alb. illa quę dicit, non eſt non homo alb. negatio eſt affirmationis infinitum hñtis ſubiectum, ꝙ dicit, eſt non homo alb. alia uero.ſ. quę proponit, non eſt homo alb. eius eſt negatio quę dicit, eſt alb. homo. cum ea .n. uerū diuidit, atq; falſum. Quare erunt duę negationes unius affirmationis, ſed hoc impoſſibile eſt.

*Quod igitur tranſpoſitio nomine, & uerbo eadē ſit affirmatio & negatio manifeſtum eſt.*

57 Superiorem argumentationem hac huius ſententiæ concluſione confirmat. Fecit āt hunc ſyllogiſmum in ij. modo hypothetico, quem indemoſtrabilem vocant hoc modo, Si primum eſt, ſecundum eſt, ſed ſecundum non eſt, primū igitur non eſt .ī. ſi tranſpoſitis verbis, & nominibus non ſunt eędem propoſitiones, vnius affirmationis duę ſunt negationes, ſed hoc impoſſibile eſt. Non igitur diuerſæ ſunt propoſitiones tranſpoſitis verbis, & nominibus.

## DE VNITATE ENVNCIATIONVM.

*AT uero unum de pluribus, uel plura de uno affirmare uel negare, ſi non eſt unum ex pluribus, non eſt affirmatio una neque negatio. Dico autem unum, non ſi unum nomen poſitum ſit, non ſit autē unū ex illis, ut homo eſt fortaſſe, & animal & manſuetum, & bipes, ſed ex his etiam unum fit, ex albo autē & homine & ambulare, non fit unum. Quare nec ſi unum aliquid de his affirmet aliquid, erit affirmatio una, ſed uox quidē una, affirmationes uero multæ. nec ſi de uno iſta, ſed ſimiliter plures.*

58 Multos talis loci huius caligo confundit, ut digne exequi, & quod ab Ariſtotele dicebatur expedire non poſſent. Nos autē ſupra iam diximus magnæ fuiſſe curę apud Peripateticę ſectę principes diiudicare, quę eſſet una affirmatio uel negatio, quæ plures. Neque enim uocis ſonitu cognoſcuntur, aut numero terminorum. eſt enim ut una quidem res de una prędicetur, & non ſit una enunciatio. poteſt etiam fieri, ut uel plures de una re prędicetur, uel una de pluribus, una tamen ex his omnibus enunciatio fiat, quæ res magnę apud eos cautelę fuit, ut ubi incidiſſet perſpecta regula non lateret. Nam ſiquis dicat, canis animal eſt, non una eſt enunciatio. canis enim multa ſignificat. Siquis uero dicat, homo animal rationale mortale eſt, uel animal rationale mortale homo eſt. ſingulę enunciationes ſunt, idcirco quoniam unum ex omnibus quiddā fieri poteſt: nā de animali rationali atq; mortali ſimul iunctis, unus homo perficitur. Itē alia ſunt quæ plura prędicantur, de quibus

unum

vnum aliquid effici conſtituiq; non poſſit, neq; ſi illa de altero pdicentur, neq; ſi de illis, aliud, vna affirmõ vel negõ eſt, ſed tot dicendæ ſunt affirmões eſſe, quod ſint hę res, q vel de vna pdicanť, vel de quib. vna dicitur, vt cum dicimus Socra. caluus philoſophus ambulat, ex caluitie, & philoſophia, & ambulatione, nihil vnũ cõiungit, vt hęc quaſi alicuius ſpẽm forment. Quocirca ſiue hęc de vno pdicentur, ſiue vnũ de iſtis, non poterit vna eſſe enunciatio, & cõiter quidem totius propoſiti ſenſus hmõi eſt. Nunc aũt ad ipſius Ariſtotelis verba veniamus. Dicit enim; At vero vnum de pluribus, uel plura de uno affirmare vel negare, ſi non eſt vnũ ex pluribus, non eſt una affirmatio, neque negatio. Si inquit plura de uno prædices, vt cum dicis. Socrates philoſophus ſimus caluus eſt, uel rurſus cum vnũ de pluribus pdicas, cum dicis, ſimus philoſophus caluus Socr. eſt, ſi ex his pluribus q uel pdicas, uel ſubijcis, vnum aliquid non fit, quemadmodũ fieri unũ poteſt de his quæ prędicamus, ſubſtantia animata ſenſibilis, id quod eſt animal, nõ fit vna affirmatio, nec una negatio. quandoquidem plura vel prædicantur vel ſubijciũtur, ex qbus coniugatis una ſpecies nõ exiſtit. Quòd ſi vnũ de uno aliquis pdicauerit, quorũ vnum nomen plura ſignificet, ex qbus unum aliquid non fiat, rurſus non eſt vna affirmatio nec una negatio. Siquis. n. dicat canis animal eſt, nomen canis ſignificat & latrabilẽ, & cœleſtem, & marinũ, ex qbus iunctis nihil unũ efficitur. Quare, qm̃ ex his pluribus unũ aliqd effici non põt, ex illo quoq; canis nomine non fit una affirmatio & una negatio, qđ pdicatur aut ſubijcit, cũ ſignificet multa, ex qbus unum fieri non poſſit. quod per hoc oſtendit quod ait, Dico aũt unũ, non ſi unum nomẽ ſit poſitũ, non ſit aũt unum ex illis. Põt. n. fieri ut unũ nomen de uno prędicetur: ſed ſi unum ipſorũ plura ſignificat, ex quibus unũ non fit, non eſt una negatio uel affirmatio. neque. n. uox una perficit enunciationẽ, ſed eius quod ſignificatur ſimplicitas, uel ſi plura ſint in uuum collecta, aliquid unum faciendi potentia. huius aũt rei ſubiecit exemplum, quod plurimos feſellit dicens, ut homo eſt fortaſſe & animal & bipes & mãſuetum. ſed ex his unum fit. ex albo aũt, & homine & ambulare non unum. Putauerunt alij hunc ita dixiſſe ut oſtenderet, exempli gratia, ſe hanc quaſi definitionem dediſſe, ne forte aliquis arbitretur hãc quaſi uerã hominis definitionem poſuiſſe, quæ eſt animal bipes manſuetum. Iccirco. n. inquiunt, dixit fortaſſe, & animal & bipes, & manſuetum; nequis oĩno putaret huiuſmodi eſſe hominis definitionem Ariſtotelẽ arbitrari. Alij uero hoc non ita dictum accepere, ſed potius in hanc ſententiã dictũ Ariſtotelis ſcripturamq; interpretati ſunt. ut homo eſt qui & animal & bipes & manſuetum, ſed ex his unum fit, ut ita intelligeretur, homo quidẽ ęqualiter ſe hẽt ad id quod eſt homo, & ad id quod eſt animal bipes manſuetum. Quocirca ſi idẽ eſt & ęquum, dicere hominem qđ animal bipes mãſuetum, neceſſe eſt quoties de uno plura hęc prędicantur .i. animal bipes manſuetum de homine, qm̃ ęquale eſt homini, quod uerum eſt, unum qddã prędices, quãuis tres uoces prædicare uidearis. Sed oẽs hi nihil omnino intelligũt, ſed eſt melior expoſitio quã Porphirius dedit, Volens, inquit, Ariſt. demonſtrare quę una eſſet affirmatio, quę non una, dixit primo, Qm̃ plura de uno prędicare uel plura uni ſubijcere, non eſt unã enũciationẽ facere, niſi ex illis pluribus unum aliquid fieret, uidens item quod adhuc plures poſſent eſſe affirmationes ẽt in his prædicatis, quę cũ plura ſint, unum tñ ex his fieri poſſit, hoc dixit, ut homo eſt fortaſſe & animal, & bipes, & mãſuetũ. Quod aũt dico tale eſt. manifeſtum quidẽ ſit, qm̃ ſi plura de uno prædicentur, ex quibus unum fieri non poſſit: uel plura ſubijciatur uni, ex quibus unum non fit, non eſt una affirmatio nec una negatio. Nunc aũt tractemus de his pluribus, ex quibus unum aliquid fieri poſſit. Inueniemus. n. & in his, in ipſo modo enunciandi, plures aliquoties enunciationes, & non unam reperiri, quanquam ex pluribus unum fieri aliquid poſſit. Siquis enim ſic dicat, animal rationale mortale homo eſt, ſimul iungens animal rationale mortale, qm̃ cõtinue dictum eſt, & ex his vnum aliquid fit, vna eſt affirmatio. Si uero ſit aliquid interualli, vt ita quis dicat. homo animal, & rurſus rationale, & aliquantulũ requieſcens dicat mortale eſt, non eſt una affirmatio, nec vna negatio. Hęc. n. intercapedo plurimas efficit enunciationes. rurſus ſi cum coniunctione dicantur, homo animal & rationale. & mortale eſt, ſic quoq; multæ ſunt propoſitiones. Nec differt aliquid uel requieſcendo, uel interponendo coniunctiones dicere, quã ſiquis dicat, homo animal eſt, homo rationalis eſt, homo mortalis eſt, quæ, pſpicue propoſitiones multę ſunt. Videns ergo hoc Ariſto. ita dixit. homo eſt fortaſſe & animal, & bipes, & manſuetum, ad hoc inqt fortaſſe, tanq̃ ſi ita diceret. & de homine quidem, & bipede, & manſueto fit unum, ſed eſt aliquoties forte, ut plures propoſitiones ſint, cum ea cõiunctio quędam ſeparat atq; diſcernit. erit. n. fortaſſe homo & animal, ut hęc una ſit propoſitio, & bipes ut altera, & manſuetum rurſus, ut altera. ſed ex his omnib. unũ aliquid fit, quę cum continue prolata ſunt, qm̃ ex his unum aliqd efficitur, una eſt ppoſitio. non aũt idem euenit in omnibus. ex albo. n. & homine & ambulare non unum fit. Siquis. n. dicat Socrates homo albus ambulat, non eſt una affirmatio, qm̃ ex hoĩe & albedine & ambulatione nulla oĩo ſpẽs fit. Quare concluſio eſt, qm̃ nec ſi de his plurib. ex quib. vnum non fit, unũ aliquid pdicetur, ut ex cane terreno, & cęleſti, & marino, qm̃ unũ non fit, & de his vnũ aliqd pdicet, qđ dicitur canis, hmõi nomen qđ plura ſignificat, ex qb. unũ nõ fit, ſi de altero prædicetur, uel ſubiiciatur alteri, non fit una affirmatio nec una negatio, ſed erit quidem uox una, affirmationes vero plurimę. ſiue. n. unum de pluribus prędicetur, ex quibus non fit vnum, uel plura huiuſmodi de uno: uel ſi unum de uno prædicetur, quod prędicatum plura ſignificet, ex quibus vnum non fit, ſiue illud prædicatum alteri ſubiiciatur, oĩno non fit una affirmatio nec una negatio: Eſt autẽ regula huiuſmodi, Vna affirmatio eſt, ſi aut duo termini ſingulas res ſignificẽt, aut ſi plura ita de uno pdicenť, uel uni ſubiicianť, ut ex his unum aliqd fieri poſſit, aut unũ nomen qđ vel pdicatur uel ſubiicitur, talia ſignificet plura, quæ omnia unam quodãmodo ſpeciem ualeant cõgregare.

*Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio, uel propõnis, uel alterius partis contradictionis, propoſitio uero unius contradictionis pars eſt: non erit una reſpõſio ad hæc. neque. n. eſt una interrogatio, nec ſi ſit vera. dictũ eſt ãt de his in Topicis. Simul autem manifeſtum eſt, qđ nec hoc ipſum quid eſt, dialectica ĩterrogatio eſt. oportet. n. eſſe datum, ut ex interrogatione eligat vtrã uelit contradictionis partem enunciare. Sed oportet interrogãtem determinare, utrum hoc ſit homo, an non hoc.*

59 Quiſquis dialectica utitur interrogatione, hic aut ſimpliciter interrogat, atq; unam propoſitionem in interrogatione ponit, ut contra eam ſit una reſponſio, aut utraſque interrogans dicit, ad quas non ſit ſimplex reſpõſio, ſed una tota propoſitio reſpondetur. Siquis. n. dicat interrogans, Socrates animal eſt? contra hanc talis eſt reſpõſio, aut ita, aut non. Siqs uero hoc modo interroget, Socrates animal eſt an non? contra hanc non eſt una reſponſio. ſi. n. reſponderis ita, de qua annueris ignoratur, de affirmatione an de negatione. rurſus ſi non, reſponderis, neſcitur quam negari uolueris affirmationẽ an negationem. Quare contra hmõi interrogationes tota propoſitio reſpondenda eſt .i. altera pars contradictionis, aut tota affirmatio, aut tota negatio, ut dicas, aut eſt animal Socrates, aut ſi hoc non uidetur, reſpondeas, non eſt animal Socrates. In his igitur quæ multa ſunt, ex quibus unum fieri nequit, ſi fiat una interrogatio, & ipſa reprehenſibilis eſt, & contra eam una reſponſio. quiſquis. n. ea plura interrogat, ex quibus unum eſſe non poſſit, multas facit interrogationes, contra quas ſi ſimpliciter reſpondeatur, etiam ſi uera ſit ipſa reſponſio, tamẽ iure reprehenditur. Contra enim multiplicem interrogationem

nem

nem multiplex debet eſſe reſponſio. Siquis.n.dicat interrogans, Socr. philoſophus eſt & legit & ambulat? quia põt fieri, vt ſit quidẽ philoſophus & legat, non autem ambulet. vel ambulet, ſed non legat põt item fieri, vt & legat & ambulet. contra hmõi propoſitionem non erit vna reſponſio. Nã qui ita interrogauit, Socr. philoſophus eſt & legit & ambulat? aut imperite, aut captioſe interrogauit. Contra quam interrogationem ſi contigerit Socratem philoſophum eſſe & legere & ambulare, ſi reſpondeat, ita eſt, hęc quoq; reſpõſio reprehenditur. Contra plures.n. interrogationes vna reſpõſio non debet adhiberi, & ſi vere per vnam illam rñdeatur. ſicut in hac quoq; ſi & philoſophus eſt & legit & ambulat. Quocirca ſi interrogatio dialectica rñſionis petitio eſt, per quam rñſionem fiat propoſitio, vt cum quis dixerit interrogans, dies, eſt? alius reſpondeat, non: fiet inde negatio, dies non eſt. vel certe altera pars oppoſitionis cum ita interrogatur, dies, eſt, an dies non eſt? ut congrue reſpõdeatur diẽ eſſe, vt diem non eſſe. i. tota propoſitio. hæ quæ ex his pluribus fiunt atq; interrogantur, cum unum ex his fieri nõ poſſit, non ſunt ſimplices interrogationes. Quocirca nec ad eas reddenda eſt ſimplex reſponſio. de his autem ſe in Topicis dixiſſe commemorat. Rurſus quia dialectica interrogatio reſpõſionis eſt petitio (ut ſupra dictum eſt) vel propoſitionis, vel alterius partis contradictiones, quod paulopoſt demonſtrabitur: imperite illi interrogant, qui ita dicunt, q̃d eſt animal? uel quid eſt homo? oportet.n. qui dialectice interrogat, dare ex interrogatione optionem, an ſibi reſpondẽs affirmationem eligere uelit, an negationem. qui vero ſic interrogat, ut quid eſt aliqua res, uelit dicere reſpondentem non eſt illa interrogatio dialectica. Interrogant autem quidam hoc modo, putas ne anima ignis eſt? cum rñdens negauerit, addunt, non ne tibi uidetur aliquid eſſe inter ignem atq; aerem medium corpus, ut ſi anima? cum reſpõdens hoc quoque abnuerit, illi perſequuntur, an fortaſſe magis tibi videtur aquam eſſe animam uel terram? cum ille neque terrã neque aquam animam eſſe conſenſerit, tunc defeſſi interrogationibus ita interrogant: Quę res eſt ergo anima? hæc autem non eſt interrogatio dialectica, ſed potius diſcipuli ad magiſtrum aliquid dicere cupientis. Qui.n. aliquid addiſcere cupit, interrogat eũ qui docere poteſt, q̃d ſit id de quo ambigit. Dialecticus autem (ut dictum eſt) ita interrogare dẽt, vt rñdenti ſit copia an affirmationem an negationẽ velit eligere. Oportet enim ſcire q̃ oĩs interrogatio rñſionis eſt petitio. Dialectica uero nõ cuiuſdã reſpõſionis, ſed eius q̃ in utraq; parte habeat oppoſitionẽ. ergo hoc ipm q̃d eſt, non eſt dialectica interrogatio. Oportet.n. ita interrogare, ut ex interrogatione reſpondens poſſit eligere alteram contradictionis partem. debet.n. determinare & definire is qui interrogat, an hoc ſit q̃d dicitur, an non. vt hõ animal eſt an non? ut ille aut affirmationẽ reſpondeat, aut negationem. Quod autem dixit dialecticam interrogationem petitionẽ eſſe reſponſionis, uel propoſitionis, vel alterius partis contradictionis, hmõi eſt. Quiſquis interrogat affirmationem, aut eandem expetit ut auditor ſibi reſpondeat, aut contradictionem, vt ſiquis ſic interroget, homo animal eſt? ſi ille annuerit, propoſitionem reddidit, eam. ſ. q̃ propoſuit interrogans. ſi vero interrogante aliquo, an homo animal ſit, reſpondens dixerit, non eſt, contradictionem reſpondiſſe videbitur. Ille.n. affirmationem interrogauit, ille negationẽ reſpondit, quod eſt contradictio. Rurſus ſi negationem interroget, & ille reſpondeat negationem, eãdem propoſitionem reddidit, quam is qui interrogauit ante propoſuit. Sin vero interrogante aliquo negationem, ille affirmationẽ reſpõderit, contradictio reſponſa eſt. Hoc eſt igitur quod ait, interrogationem reſponſionis eſſe petitionẽ, & cuius reſpõſionis addidit vel propoſitionis, ſi idem reſpondeat, quod ille interrogat: vel alterius partis contradictionis, ſi cũ hic affirmationẽ interroget, ille reſponderit negationem: vel ſi cum hic negationem in interrogatione poſuerit, ille affirmationẽ in rñſione reddiderit. Interrogationis aũt ſm Peripateticos duplex ſpecies eſt, aut cũ dialectica interrogatio eſt, aut cum non dialectica. Non dialecticę autem interrogationis duæ ſpẽs ſunt, una quidem qñ ſumẽtes accidens interrogamus, cui illud accidat ut cũ videmus domũ Cic. ſi interrogemus, quis illic maneat: vel qñ ſubiectum q̃dẽ ipſum & rẽ ſumimus, quid aũt illi accidat interrogamus. ut ſi ipſum Cic. quis videat, & interroget, quo diuertat. & hæc vna ſpẽs eſt eorum q̃ ſm accidens non dialectice interrogamus; Altera uero qñ ꝓponentes nomẽ quid ſit quęrimus, aut genus, aut dñiam, aut definitionem requirentes. vt ſiquis interroget quid ſit animal, vel quando definitionem aut aliq̃d ſuperius dictorum ſumimus, & quęrimus cuius illa ſint. ut ſiquis quærat, animal rationale mortale, cuius ſit definitio.

## DE DIVISIS PRAEDICATIS CONIVNGENDIS.

*QVoniam uero hæc quidem prædicantur compoſita, ut unũ ſit omne prædicamẽtum eorum quæ extra prædicantur, alia uero non, quæ differentia eſt? de homine enim verũ eſt dicere, & extra animal, & extra bipes; & hæc ut vnum. Et hominem, & album, & hæc ut unũ. Sed non, ſi citharœdus eſt, & bonus, eſt & citharœdus bonus. Si.n. quoniam alterutrum dicitur, & utrũque dicetur multa inconuenientia erunt. De homine enim uerum eſt & hominem, & album dicere, quare & omne. Rurſus ſi album: & omne. Quare erit homo albus albus & hoc in infinitum. Et rurſus muſicus albus ambulans, & hæc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius, ſi Socr. Socrates eſt & homo, & Socrates Socrates homo. Et ſi homo & bipes, & homo homo bipes.*

60 Multa ſunt quę cum ſingulatim vere prędicentur, ſiquis ea cõiungat & p̃dicet, verã p̃dicationẽ tenent. Sunt aũt alia, quæ ſi per ſe & diſiuncta p̃dicentur, vera ſunt, ſin vero coniuncta dicantur, veritatem in prædicatione non retinent. quæ ergo ſit horum differentia oportet agnoſci. Siquis .n. dicat, Socrates animal eſt, uerũ dixerit, ſiquis rurſus p̃dicet, q̃ Socrates bipes eſt, hoc quoq; uerum eſt, quę ſi coniuncta dicantur, ut eſt Socrates animal bipes eſt, a ꝓpria veritate non diſcepat, atq; hæc quidem in genere & differentia, ea q̃ ſubſtantialis eſt Socrati. Quod ſi de accidente quoq; dicat, põt idem nihilominus euenire. Siquis.n. ſic dicat, Socrates homo eſt, verum eſt. & rurſus, Socrates caluus eſt, hoc quoque verum eſt. quod ſi iungat dicens, Socrates homo caluus eſt, ueram rurſus ex coniunctis faciet p̃dicationem. Atque in his quidem ea quę ſingulatim vere dicebantur, iuncta ueraciter prędicata ſunt. Sunt autẽ alia in quibus ſingillatim quidẽ prędicata uera ſunt iuncta uero qualitatem veritatis amittunt, ut ſiquis dicat, q̃ Socrates bonus eſt, verũ eſt. rurſus Socrates citharœdus eſt, ſic quoq; hoc uerum eſt. Hęc coniungere non neceſſe eſt, ut ſit uerum, Socrates bonus citharœdus eſt, poteſt.n. bonus quidẽ eſſe homo, & cũ ſit citharœdus, non tamen eſſe bonus, ſed in alia quidem re bonus, in alia tñ artis illius cognitor, non tamen in ipſa perfectus. Hoc autẽ facilius tali liquebit exemplo. Siquis.u. dicat, q̃ Tyberius Gracchus malus eſt, verum eſt. rurſus, Tyberius Gracchus orator eſt, hoc quoq; verum eſt. ſi coniungens dicat, Tyberius Gracchus malus orator eſt, falſo dixerit. optimus.n. orator fuit. Sed nequis nos ita dicentes ignorare putet oratoris eſſe definitionem uirum bonũ dicendi peritum, hęc dicta ſunt ad exemplum potius quam ad veritatem. Atq; hęc quidem ꝓpoſita ab Ariſtotele ſunt, cuius in textu uerba ſic conſtant. Qoniam uero, inq̃t, hæc quidẽ prædicantur compoſita, ut ex his unum prędicamentum fiat eorum, quę extra uere prędicata ſunt: alia vero cum extra ſingillatim vere prędicarentur, iuncta uerã nõ faciunt prędicationem: inquirendum eſt quę eorum ſit differentia. Exempla autem horum talia ſunt. Eorum quidẽ quę extra prædicantur uere, nec ſi coniuncta ſunt, naturam veritatis amittunt, tale exemplum eſt, de homine.n. uerũ eſt dicere

cere & animal & bipes,& rurſus animal bipes,verũ eſt de eodem homine dicere,vt de Socr.de eodem quoq; Socr.& hoīem extra & album,ſi ita contingit,verum eſt dicere.& de eodem p̄dicare hō albus a veritate non diſcrepat, atq; hęc quidem q̃ extra ſingulatim prędicantur uere, & iũcta vera sũt.Quod ſi de aliquo prędicetur,ꝙ citharœdus eſt, & verum ſit;& rurſus quod bonus eſt,& verum ſit, non neceſſe eſt dicere,ꝙ bonus citharœdus eſt.Poteſt.n.eſſe quidem ſolũ citharœdus,bonus ãt homo. Hucuſque quidem iſta diſpoſuit.Qm̃ ãt videbantur quidem arbitrari, ꝙ oīa quæ ſingulatim veræ p̄dicarentur, eadem quoq; compoſita recte dicerentur;Contra hos dicit,quod multa erunt inconuenientia;multaq; impoſſibilia ſunt,ſiquis dicat,oē qđ ſingulatim p̄dicatur veraciter,id iunctum vere prædicari. De hoīe.n.verum eſt dicere,ꝙ homo eſt,nam de Socr.qui hō eſt,uere dicitur ꝙ homo eſt. rurſus de eodem uere dici p̄t,ꝙ albus eſt.Quare & ſi hæc iungas, & ut vnum prędices,verum eſt dicere de aliquo homine,ꝙ homo albus eſt, ſed hō qui albus eſt, verum eſt dicere , de eo ꝙ albus eſt. quare & ſi hęc iungas,erit prędicatio,Socr.hō albus albus eſt.nam de Socr.verum erat dicere,quod hō albus eſt,ſed de homine albo,verum eſt dicere quod albus eſt, hęc coniuncta Socr.hō albus albus eſt faciunt.ꝙ ſi de eodem hoīe albo , rurſus albũ prædicare uelis verũ eſt . quocirca & ſi iungas:Erit igitur p̄dicatio hō albus,albus,albus eſt,atque hoc in infinitum.Rurſus ſiquis de aliquo hoīe dicat, quod ille hō muſicus eſt , ſi verum dicat adijciatq; , ꝙ idem hō ambulans eſt,verum dicit,ſi iungat, ꝙ ille hō ambulãs muſicus eſt.ſed ſi verum eſt de aliquo homine p̄dicare , ꝙ ſit ambulans muſicus,de ambulante ãt muſico verum eſt dicere,ꝙ muſicus eſt , erit ille hō ambulans muſicus muſicus. ſed de eodem verum eſt dicere ꝙ ambulans eſt, verũ erit igitur de eo rurſus dicere,qđ hō ambulans ambulans,muſicus,muſicus eſt.Amplius quoq; Socra.Socra.eſt,& rurſus hō,erit igitur Socrates,Socrates,homo . ſed & bipes , erit igitur Socr.homo bipes.ſed de Socra. verum eſt dicere,ꝙ Socr.hō,bipes eſt.ſed cum dixi hominem, de eo iam & bipedem dixi, omnis.n. homo bipes eſt . uerum eſt ergo de eo dicere,quod bipes eſt.ſed uerũ erat dicere qđ Socrate. Socr.homo bipes eſt:vera igitur prędicatio erit Socrates Socrates bipes bipes homo eſt.ſed rurſus hominem dixi, atq; in eo aliud bipes nominaui. omnis enim homo bipes eſt.Socrates igitur homo bipes bipes bipes eſt,& hoc in infinitum protracto,ſuperflua loquacitas inuenitur. non igitur fieri poteſt,ut modis omnibus quicquid extra dicitur, id iunctum vere prędicetur.

*Quod ergo ſiquis ſimpliciter dicat complexiones fieri, plurima inconuenientia contingit dicere,manifeſtum eſt. Quemadmodum autem ponendum ſit nũc dicimus . Eorum igitur quæ prædicantur , & de quibus prædicãtur , quæcunque ſecundum accidens dicuntur , uel de eodem , vel alterum de altero, hæc non erunt unum,ut homo albus eſt, & muſicus,ſed non eſt idem muſicum & album accidentia.n.ſunt utraque eidem , nec ſi album muſicum uerum eſt dicere tamẽ erit album muſicum unũ aliquid, ſecundum accidẽs.n.album muſicum dicitur.Quare non erit album muſicum unũ aliquid,quo circa nec citharœdus bonus ſimpliciter,ſed animal bipes,non .n. ſunt ſecundum accidens:Amplius nec quæcunq.inſunt in alio. Quare neque album frequenter, neq . homo animal eſt ne bipes,ſunt enim in homine animal & bipes.*

61.Quę ſuperius comprehendit,ea nunc apertiſſima rōne determinat dicens, de his ſolis extra prædicatis veraciter non poſſe vnã prędicationẽ fieri veram, ſi coniuncta ſint, quęcunq; aut accidentia ſunt eidem,aut cum unũ alii accidit,accidens aliud de illo accidenti prędicatur.Siquis.n.de Socrate dicat,ꝙ Socrates citharœdus eſt,rurſus Socr.bonus eſt,ſi utraq; vere prædicet, duo accidentia de uno ſubiecto prædicauit,i.de Socrate. Quocirca non pōt ex his fieri vna prædicatio,ut dicatur , Socrates citharędus bonus eſt, rurſus ſi de Socr.prędicetur muſicus.ſit.n.Socr.muſicus,de muſico ãt ſi prędicetur albus,& hoc fortaſſe ſit uerum,non tñ iam neceſſe eſt muſicum album eſſe . Si.n.ſit muſicus Socrates,ſi de eodẽ muſico albus prędicetur,prędicatur quidem de Socr.ſubiecto muſicus,de muſico aũt ꝙ eſt accidens prædicatur album rurſus aliud accidens. Ergo non pōt hic vna fieri uera propoſitio,ut dicatur,Socr.albus muſicus eſt, neque .n. ſp̄ muſicus albus eſſe pōt, ſed hanc naturam habent accidentia,vt veniant & recedant: ergo ſi eius qui muſicus albus eſt,in Sole ſtantis cutem calor fuſcauerit, non erit quidem albus cum ſit muſicus. Quocirca neq; tunc cum vere p̄dicabatur , quod Socr. muſicus albus eſt neq; tunc fuit uera rectaq; prædicatio. non.n.habet naturam permanendi accidens, vt ſp̄ vere prædicetur. Ratio ãt verborũ ſic conſtat. Quòd igitur ſiquis,inquit,dicat oīno q̃uolibet complexiones fieri,i.vt quod ſingulatim prædicaueras,hoc complexũ connexumq; proponas,plurima inconuenientia dicere contingit.Multa.n.concurrunt impoſſibilia,ſicut ſupra ipſe mõſtrauit tunc,qñ ad nimiam loquacitatem perduxit eos,eadẽ frequenter nomina repetentes . Quemadmodum ponenda eſt nunc dicimus,i.quemadmodum aũt debeant, q̃ ſingulatim vere dicuntur iuncta prędicari , nunc inquit, dicimus . Omnia inquit,quæ prędicantur de aliquo.& rurſus de quibus alia prędicantur,duplici .modo ſunt . aut.n.accidentia ſunt,aut ſubſtantialibus & alię quidem prędicationes,ſunt ſm accidens, quoties aut accidentia duo de ſubſtantia, aut accidens de accidenti alicuius ſubſtantiæ prædicatur aliæ vero non ſm accidens, quoties aliquid de aliquo ſubſtãtialiter dicitur.Eorum igitur quęcunq; ſm accidens dicuntur, eorum vel ſi duo ſunt accidentia, & de eodem prędicent , vel ſi alterum accidens de altero accidenti dicatur , ex his non poteſt vna fieri p̄dicatio, neq; erit vnum ſi iuncta ſint, ut homo & albus eſt,& muſicus . album.n.muſicum , qm̃ in vnam formam non concurrunt,non faciunt vnam propoſitionem.Non .n. idem eſt album & muſicum,vtraq;.n.eidem ſunt accidentia,non tñ idem ſunt.nec ſi album de muſico p̄dicemus ,i. accidens de accidenti,& hoc uerum ſit : non tñ neceſſe eſt,id quod muſicum eſt eſſe album,neq; .n. eſt unũ aliquid.Accidenter.n.id quod muſicum eſt, album eſt. Qm̃ .n.idipſum cui muſicum accidit album eſt,iccirco muſicum album dicitur. non eſt aũt idem muſicum album.Quocirca eadem ratione tenetur,vt non poſſit idem eſſe citharœdus bonus,nec in vnũ corpus cõiuncta faciant vnũ aliquid, q̃q̃ ſingulatim vere prędicentur. ꝙ ſiquis aliquid ſubſtantialiter p̄dicet,duaſq; res ſingulatim dicat,poſſunt in unam propoſitionem redire,quę ſubſtantialiter vere ſeiuncte ſeparatimq; ponuntur.homo.n. cum & animal ſit & bipes,eſt animal bipes,& ſit ex his una prędicatio. Nam neq; animal ſecundum accidens ineſt homini nec bipes , quod per hoc oſtendit quod ait . ſed animal bipes. non ſunt enim ſecundum accidens.Addit quoque illud,quod nec ea iuncta recte ponuntur,quęcunque vel latenter,vel in prolatione in aliquo terminorum continetur , qui in propoſitione poſiti ſunt . Iccirco enim de homine albo non debet dici albus , vt veniat prædicatio homo albus albus. quoniam in homine albo continetur album . Rurſus de homine iccirco non debet prædicari bipes,quoniam licet non ſit prolatum, tñ qui homo eſt , bipes eſt. ſed de homine ſiquis bipes prędicet, de re duos habente pedes, deque hac differentia quod eſt bipes prædicat bipes . Quocirca erit hic quoque homo bipes bipes. homo enim bipes continet intra ſe : & qui dicit hominem cum ſua differentia dicit . Siquis ergo adhuc prædicet bipes,de re duos habente pedes, bipedem prędicauit . Erit ergo homo bipes bipes . ſed ita prędicari non debet . Continetur enim in homine bipes . ad quod ſi rurſus bipes prædices , moleſtiſſimam facies repetitionem . hoc enim eſt quod ait . Amplius nec quæcunque inſunt in

alio,i.continentur, aut prolatione, vt in eo quod eſt homo albus, continetur in eo albus, quoniam prolatione iam dictum eſt. aut poteſtate & vi, vt in eo quod eſt homo continetur bipes, quanquam dictum penitus non ſit,

## DE CONIVNCTIS PRAEDICATIS DIVIDENDIS.

*VERVM autem eſt dicere de aliquo & ſimpliciter, vt quendam hominem, hominem: aut quendã album hominem, hominem album. Non autem ſemper, ſed quando in adiecto aliquid quidem oppoſitorum ineſt, quod conſequitur contradictio, nõ uerum, ſed falſum eſt. ut hominem mortuum, hominem dicere. quando autem non ineſt, verum eſt.*

62 Hæc quę ſuperiori contraria eſt.illic.n.quęrebatur ſi quę ſingulatim prædicarentur, an ſp vere eadem coniuncta cõpoſitaq; dicerentur. hic ãt conuerſo ordine id quęrit, an ea quæ compoſita vere prædicantur, ſingulatim dicta uere dicãtur. poſt obitum.n.Socratis poſſumus dicere, hoc cadauer homo mortuus eſt, & hominem mortuumq; iungentes, vnã inde ueram prędicationem facere. ſolum aũt hoĩem dicere, cadauer illud, nõ eſt verum. rurſus eundem Socratẽ viuum; verum eſt dicere quod animal bipes eſt, & ſingulatim verũ eſt dicere, quod animal eſt. Quare quæritur quę ſit huius quoq; dña prędicationis, ut cum coniuncta dicantur & vere de ſubiectis prædicentur, alias quidem & extra dici vere poſſint, alias vero pter illam coniunctionem, ſimplicia ſi dicantur, falſa ſint. hoc aũt quaſi dubitans dixit. ita .n. legẽdũ eſt, quaſi ſi dubitans diceret ſic. Verum eſt aũt dicere de aliquo compoſitum coniunctumq; aliquid, ut de aliquo homine hoĩem: aut de aliquo albo albũ. ita ut extra horum aliqd ſimpliciter pdicetur? an certo non ſemper, Et dat regulam qua pernoſcamus, an quæ compoſita dñr, eadem ſingulatim dici poſſint, aut minime. Quoties.n.talia ſunt quæ pdicanť cum alio, ut in ſe non habeant contradictionem pdicata, poſſunt dici & ſeparata veraciter. Qđ ſi habeant in ſe contradictionẽ aliquã, quæ pdicantur & cõpoſita dicũtur, ſeparata uere pdicari non poſſunt, vt ea quę dicit cadauer hominem mortuum, vere dicit. ſolũ aũt dicere homiẽ vere non poteſt. icciſco qm̃ prius cum coniunctione pdicauit dicẽs, hoĩem mortuum, mortuuſq; adiacet hominis pdicamento. cum homine.n.pdicatum mortuum contradictionẽ tenet cõtra hoĩem. Eſt.n.homo animal. mortuus vero non animal. ergo mortuus & homo cõtradictionẽ quãdam inter ſe habẽt. Illud.n.eſt animal, illud vero non animal. Quocirca, qm̃ inter ſe habent hęc quãdam contrarietatem, ſeparatus hõ, de mortuo homine ſolus non dicit. Eodem quoq; modo eſt, ſi quis dicat manum eſſe marmoreã ſtatuæ, verum dicit. ſolũ ãt manum dicere eam quę ſtatuæ eſt, falſum eſt. habet.n.manus poteſtatem dandi accipiendique. ſed illa marmorea nõ habet. ergo eſt quædam contradictio inter manum & manũ marmoream, ꝙ illa dare atq; accipere põt, illa non põt. hęc .n. ſibi opponuntur contradictionis modo. Ergo quotieſcunque tale aliquid pdicatur, vt homo de cadauere, cui tale aliquid coniunctum ſit atq; adiacet, quod faciat contradictionem contra prędicatum, vt hic adiacet mortuus homini, ſimulq; pdicatur de cadauere, vt faciat contra ipſum hominem contradictionem eamq; in ſe contineat, non poteſt ſeparari vera pdicatio, vt ſingulatim dicatur. Si uero non ſit iſta cõtradictio, pt, vt in eo qđ eſt Socra. aĩal bipes eſt, aĩal & bipes nulla cõtradictione opponunť. Quocirca pt de eo & aĩal ſingulatim atq; ſimpliciter & bipes dici. ſenſus quidẽ eſt hmõi. Ordo ãt ſe ſic hẽt. dubitans.n.dixit, Verũ eſt ãt aliqd dicere dẽ aliquo cõpoſite & cõnexe, & rurſus ſimpliciter, vt quẽdã hoĩem, aut quẽdã albũ hoĩem? an certe non, ſp, ſed tũc quãdo in adiecto, i. in eo quod adiectum cum aliquo prędicatur, ineſt aliquid oppoſitorum talium quęcunque conſequitur contradictio, i. quam oppoſitionem mox conſequitur cõtradictio, vt oppoſitionẽ hominis, & mortui ſequatur contradictio, animal ſcilicet, & non animal. Si igiť ſic ſint, non eſt ſimpliciter verum prędicari, ſed falſum. ut hominẽ mortuum, quem coniuncte uere dici poſſis, eundẽ hominem ſolum non uere prędicabis. Quando.n.hæc oppoſitio in his quæ prędicantur non eſt, uerum eſt, ꝙ coniũctæ prędicaueris, & ſimpliciter prędicare. Adiectum eſt autem in quo uenit aliquoties oppoſitio huiuſmodi, ut in eo quod eſt homo mortuus, mortuus adijcitur homini. Aliter enim vere homo de cadauere non poteſt prædicari.

*An etiam, quando ineſt, ſemper non uerum eſt, quando vero non ineſt, non ſemper verum eſt, ut Homerus eſt aliquid: ut poeta. ergo etiam eſt, an non? Secundum accidens.n.prædicatur eſſe de Homero, quod eſt poeta, ſed nõ ſecundum ſe prædicatur de Homero, quod eſt.*

63 Qm̃ ſupra dixerat qñ eſſet in adiecto contradictio, non eſſe verũ ſimpliciter pdicare. qñ vero non eſſet uerũ eſſe ꝙ cõiũcte diceretur, ſimpliciter dicere. hoc ipſum qm̃ videbatur in aliqbus non eſſe verũ, conſequenter emẽdat. Ait.n. verũ eſſe illud qđ ſupra dictũ eſt. quãdocũq; in adiecto eẽt aliqua cõtradictio nõ eſſe verũ ſimpliciter pdicare qđ coniuncte diceret. Qñ aũt non ineſt contradictio, non ſp verũ eſt pdicare ſimpliciter, qđ coniuncte vere diceret, Sed aliquoties qdem verũ, aliquoties ãt falſum. huius rei tale exẽplũ eſt. Cum dico Homerus poeta eſt, eſt & poeta coniuncte de Homero vere pdicaui. Sin vero dixero Homerus eſt, falſum eſt, ħq̃ non ſit aliqua contradictio inter eſt & poetã; neq; in adiecto eſt vlla talis oppoſitio quã cõſequatur contradictio. cur ãt hoc eueniat, talis rõ eſt. De Homero.n.poetã quidem principaliter prędicamus, cũ dicimus Homerus poeta eſt: eſt autẽ verbum de poeta quidem prædicamus principaliter, de Homero aũt ſecundo loco. non.n.iccirco prędicamus eſſe, quia Homerus eſt; ſed quia poeta eſt. Sublato igiť eo quod principaliter prædicatur, i. poeta, licet nullam contradictionem habeat, eſt, ꝙ adiacet poetæ, contra poetam, non ſit uera prędicatio, dicendo, Homerus eſt. ſm accidẽs .n. eſt prędicatur, non principaliter ſublata autem principali prædicatione, quod ſecundum accidens prędicabatur, falſum continuo reperitur, quod autem addidit.

*Quare in quibuſcũq; prædicatis cõtrarietas nõ ineſt; ſi definitiones pro nominibus dicãtur, & ſecũdum ſe prædicantur, & non ſecundũ accidens, in his aliquid & ſimpliciter verum erit dicere. Quod aũt non eſt, quoniã opinabile eſt, non eſt verum dicere eſſe aliquid. opinatio .n. eius eſt, non quoniam eſt, ſed quoniam non eſt.*

64 Ea quæ ſupra dixit, vna rõne colligit dicens, quæcunq; eo modo pdicãtur, vt neq; in nominibus, neq; in indefinitionibus ppriis aliquã teneãt cõtrarietatẽ hęc & extra ſimpliciterq; pdicata, vera ſunt. vt in eo qđ ẽ mortuus atq; hõ, hæc qdẽ noĩbus nullius cõtrarietatis cõtradictioniſve ſũt. Sed ſi horũ p nominibus definitiones ſumanť, mox contrarietas oppoſitionis agnoſcitur. Siquis.n hominis definitionem dederit, dicet eſſe animal rationale. Siquis mortui, dicet eſſe corpus uita priuatum atq; inanimatũ atq; ex hoc tota vis contradictionis apparet. Quocirca ſi ſumantur definitiones p nominibus, & in his aliqua contrarietas ineſſe uidebitur, vel ſi ſm accidẽs aliquid pdicetur, vt eſt, de Homero, cũ de poeta principaliter prędicetur, non prędicabunť ſimpliciter vere, quæcunq; cõpoſita prędicabãtur. ꝙ ſi neq; cõtrarietas vlla ſit, & p ſe pdicentur, & non per accidens, quicquid cõpoſite vere dicitur, hoc & ſimpliciter vere prædicatur. Quoniam autem fuerunt quidam qui hoc ipſum quod non eſt, eſſe dicerent, totum ſyllogiſmum his propoſitionibus coniungentes. Quod non eſt, opinabile eſt quod autem opinabile eſt, eſt. igitur eſt quod non eſt. hoc ergo dicit, ſi

cit,ſi uerum eſt prædicare,inquit,de eo quod nõ eſt, ꝙ opinabile eſt,eſt quidẽ verbum de opinabili ꝑdicamus, de eo aũt ꝙ non eſt, ſm accidens.Qm̃.n.quod eſt, opinabile eſt, iccirco ſecundo loco de eo qđ non eſt, verbum eſt prędicamus.Quare non poſſumus ſimpliciter dicere eſſe quod non eſt.Iccirco.n.opinabile eſt, quia non eſt,Scibile.n.eſſet,ſi p ſe eſſet,non opinabile. ſicut Homerus iccirco eſſe dicit, qa poeta eſt,nõ quia per ſe eſt. Vel certe iccirco dicitur Homerus eſſe poeta,quia poeſis ipſius extat & permanet,ſicut aliquos I filiis ſæpe viuere dicimus. Quocirca id quod nõ eſt, iccirco eſſe dicitur opinabile,quoniam ipſius eſt opinatio. Non aũt qm̃ id quod non eſt,per ſe aliquid eſſe pt. His igit añ pſtrictis,atq; ordine terminatis,ad propõnũ modos,rẽ ĩ dialectica vtiliſſimã,ad propõnib. tractatũ diſputationẽq; conuertit.Reſtat nũc,de propõnum modis oppoſitionũque diſſerere.Multis.n.dubitandũ eſt rationibus, an idẽ modus eſſet propõnum ſine mõ propoſitarum, qui illarum quoq; quæ propriis modis, & qualitatibus terminatur.inchoat autem de his rebus dubitationem ſic.

## DE MODALIVM COPIA.

*HIS uero determinatis perſpiciendum eſt, quẽadmodum ſeſe habent affirmationes & negationes ad ſe inuicem,hæ.ſ.quæ ſunt de poſſibili eſſe,& nõ poſſibili,de contingenti & non contingenti,de impoſſibili, & neceſſario,babet enim aliquas dubitationes.*

65. Omnis propoſitio aut ſine vllo modo ſimpliciter ꝓnunciatur,ut Socrates ambulat, ut dies eſt, quicquid ſimpliciter & ſine vlla qualitate prædicatur. Sunt aũt alię,quę cum propriũ,dñr modis,ut eſt Socrates velociter ambulat. Ambulationi.n.Socratis modus eſt additus, cum dicimus eum uelociter ambulare.quomodo.n.ambulat ſignificat id quod de ambulatione eius velociter ꝑdicamus. Similiter ãt ſiqs dicat Socrates bene doctus eſt, quemadmodum ſit doctus oſtendit,nec ſolum doctus dixit,ſed modum quoq; doctrinæ Socratis adiũxit.Sed qm̃ ſunt modi alij, per quos aliqd fieri poſſe dicimus, aliquid non poſſe, aliquid neceſſe eſſe, aliquid contingere,quęritur in his quoque quemadmodum fieri contradictiones debeat oppoſitio.in his .n. propoſitionibus quę ſimpliciter & ſine vllo mõ prædicantur,facile locus contractionis agnoſcitur.Huius.n. affirmationis quæ eſt Socrates ambulat, negatio ſi ad verbum ponatur, ut eſt, Socrates non ambulat, rectiſſime oppoſitione facta, ambulare a Socrate diſiunxit. Rurſus huius propoſitionis quę eſt Socrates philoſophus eſt,ſiquis ad eſt verbum negationem ponat, integram faciet negationem dicens,Socrates philoſophus no eſt.neq;.n.fieri poteſt, ut ad aliud in ſimplicibus affirmationibus, negatio ponatur, niſi ad id verbum quod totius vim continet propoſitionis.Siquis .n. in hac propoſitione quæ eſt,homo albus eſt, non dicat fieri negationẽ eã quæ eſt, hõ albus non eſt, ſed potius homo non albus eſt: hoc modo falſum oſtenditur propoſitum, per lapidem. Interroget enim de eo an lapis ille homo albus ſit, ut ſi ille negauerit, ponens negationem eius quę eſt, homo albus eſt,eam quę dicit,hõ non albus eſt,dicatur ei, ſi non eſt de hoc lapide vera affirmatio,quę dicit,homo albus eſt, vera erit de eo negatio.ſ.ea quę dicit, homo non albus eſt. ſed hęc quoq; falſa eſt. omnino enim lapis homo non eſt: atque ideo de eo non poterit prædicari, ꝙ homo non albus eſt.Quòd ſi neque affirmatio, neq; negatio de eo uera eſt hoc autem impoſſibile eſt,ut contradictoriæ affirmationes. & negationes de eodem prędicatę vtræque falſę ſint, conſtat eius affirmationis quæ dicit,homo albus eſt, non eſſe illam negationem quæ dicit,homo non albus eſt. ſed potius ęam per quam proponitur, quòd homo albus non eſt. Nuſquam igitur alibi ponẽda eſt negatio in hiſque ſimpliciter & ſine modo aliquo ponũtur, niſi ad uerbum quod totam continet propoſitionem. de his autem ſufficienter ſupra iã diximus.In his ãt in quibus modus aliquis apponitur,dubitatio eſt,an ad modum illũ ponatur negatiua particula, an locum ſuum ſeruet ad verbũ,ſicut in his quoq; ꝓpoſitionib. fiebat.q̃ ſimplices & ſine ullo modo proponuntur.Nã ſi ſeruet locum ſuum negatiua particula,vt ponatur ad verbum, proprietas contradictionis excidit, & verũ inter ſe falsũq; non diuidit. Modus.n.quidam eſt faciendi aliquid,quoties dicimus aliquid poſſe eſſe,vel neceſſe eſſe,vel quicqd hmõi eſt.Ergo ſiquis me dicat nunc poſſe ambulare, idẽq; neget, negationem ponens ad verbum quod eſt ambulare, dicatq; me poſſe non ambulare: affirmatio & negatio contradictorię de eodem dictę verę ſil inuenientur.Me nanq; & ambulare poſſe & non ambulare manifeſtum eſt. Quod ſi in hoc modo poſſibilitatis non recte verbo particula negatiua cõiungitur,ẽt in his quoq; quę nullã hñt dẽiam, an ad modũ, an ad verbum negatio ponatur,cuſtodienda eſt talis oppoſitio,q̃ huic ſpeciei propõnum conueniat, quæ cum mõ proferuntur.vt in hac propoſitione quę dicit, Socra. velociter ambulat,ſiue quis ita neget, Socrates velociter non ambulat,ad verbum ponens negationẽ.ſiue ſic, Socrates non velociter ambulat,modo negatiuam particulam iungens, prope ſiſe eſſe videbitur,diuidit.n.cum affirmatione veritatem falſitatemq; vtroq; mõ aptata negatio. Sed qm̃ ſunt plures modi,in quib.ſi ad verbum iungatur particula negatina,nõ eſt negatio ſuperius enunciatę affirmationis. Iccirco ſeruanda eſt in omnibus ſm modum propoſitionibus iſta proprio vt vno eodemq; modo cunctarum fieri oppoſitiones dicantur,vt in illis quidem negatio quæ ſimplices ſunt, rem neget. In his aũt quę cum modo ſunt,modum neget.vt in eo quod eſt,Socr.ambulat,rẽ ipſam.i.ambulat neget: adimatq; propoſitio dicens,Socr.non ambulat. In his autem quæ cũ modo ſunt,rem quidem eſſe conſentiat, modum neget, vt in ea propoſitione quæ dicit, Socrates velociter ambulat, negatio dicat,Socr.non velociter ambulat.vt ſiue ambulet, ſiue non ambulet,nulla ſit differentia.Modum autem,i. velociter ambulandi perimat ex aduerſo conſtituta negatio q̃q̃ hoc in quibuſdam non ſit,ſimul.n. cum modo ipſo & rẽ primi neceſſe eſt, vt in eo quod eſt Socrates põt ambulare. Socr.non ꝑt ambulare, & modo & rem modo ipſi coniũcta particula negationis intercepit.. ſed hoc in his fere euenit in quibus nõ fieri quidem aliquid dicitur,& actui ipſius nõ additur modus,ſed potius faciendi in futuro modus,vt ſiqs dicat Socr.ambulare poſſe, non quod iam ambulet,ſed qđ eum ſcit ambulare poſſibile.hic ſi poſſibili negatio coniungatur etiam rem ipſam abſtuliſſe videbitur de qua illa poſſibilitas prędicabatur.ſiquis autem dicat, ꝙ Socrates velociter ambulat,facere eum aliquid dicit,modumq; illi actui iũgit,vt quemadmodum illud faciat,quod facere dicit, quilibet agnoſcat.in his res quidem permanet,modus ãt ſubruitur,vt ſupra dictum eſt.An certe illud magis verius eſt dicẽdum,ꝙ ſemper huiuſmodi propoſitiones modum quidẽ auferunt,rem vero de qua modus illæ prædicatur, non perimant & in quibus ponitur res,vt in eo quod eſt Socrat. velociter ambulat,& in quibus prędicatur actus ipſe etiã præſens;quia fiat atque agatur,manifeſtum eſt modum quidem ſubrui,rem vero quæ fieri dicitur, permanere, ut cum dicimus,Socrates non velociter ambulat. Ambulare enim eum quidem non ſubtractum eſt,ſed tantum hęc negatio velocitatem ab ambulatione diſiunxit.In his autem quæ poſſibilitatem aliquid in futuro faciendi per modum ponunt nullus omnino actus ponitur,ſed tm̃ modus, ad quem modum iuncta negatio modum quidem perimit.ſed res illa de qua modus prędicabatur,non permanet,iccirco quoniam nec tunc cũ prędicabatur,cum modo aliquid fieri agiue propoſitum eſt.vt ſiquis dicat Socratem poſſibile eſſe ambulare, poſitus quidem modus eſt,res uero actu conſtituta non eſt. Nõ enim dictum eſt quod ambulat, ſed quòd eum poſſibile eſt ambulare. Hanc ergo poſſibilitatem tollit negatio in propoſitione quę dicit, Socratem non poſſibile eſt ambulare. Sed in eadem ꝓpoſitione res de qua dicebatur modus ille non ꝑmanet.hoc autem iccirco euenit, quia nec in affirma-

tione quidem poſita eſt res de qua prędicatus eſt modus. atque iō nō a negatione perēpta eſt res, quippe quā negatio poſitam nō inuenit, ſed tm̄ modum, qui ēt ab affirmatione conſtitutus eſt. Magna autem diſtantia eſt, an ad modū negatio ponatur, an ad verbum. Nam ſi ad verbum ponatur, ꝑdicatum a ſubiecto diſiungitur, vt eſt Socrates non ambulat. Nam ambulat, quod eſt prędicatum, a ſubiecto, quod eſt Socr. diuiſum eſt. Sin vero ad modum ponatur, non prędicatum a ſubiecto diuiditur, ſed a prædicatione potius diſiūgitur modus, vt in eo quod eſt, Socr. non velociter ambulat, nōn ambulationē a Socrate propoſitio iſta diſiūgit, ſed velocitatem ab ambulatione, id eſt modum a ꝑdicato, & hoc in his facilius euidentiuſq; apparet, quæcunq; ita prędicantur, vt & fieri & non fieri poſſe dicantur. Oportet autē qđ ſit poſſibile, quid neceſſarium, quid ineſſe definire, eorumq; ſignificationes oſtendere. quod nobis ad huius loci ſubtilitatem proderit, quem tractamus; & ſuperiora quęcunq; de contingentibus dicta ſunt, magis liquebunt; & analyticorū mentē nobis apertiſſima luce vulgabit. Quatuor modi ſunt quos Ariſtoteles in hoc libro de interpretatione diſponit. Aut.n. aliquid eſſe dicitur, aut contingens eſſe, aut poſſibile eſſe, aut neceſſe eſſe. Quorum cōtingens eſſe & poſſibile eſſe idem ſignificat, nec quicquā diſcrepat dicere poſſe cras eſſe circenſes: & rurſus contingere cras eſſe circenſes, niſi hoc tantum, ꝙ poſſibile quidem poteſt priuatione ſubduci, contingens vero minime. Contra.n. id quod dicitur poſſibile eſſe, & negatio poſſibilitatis infert aliquoties, vt eſt non poſſibile eſt eſſe. & priuatio, vt eſt impoſſe eſſe. Namq; qđ dicimus impoſſibile eſſe, priuatio poſſibilitatis eſt: in cōtingenti autem q̄q̄ idem ſignificet, ſolā tm̄ opponitur negatio, nulla vero priuatio reperitur vt in eo quod eſt contingens, ſi hoc perimere volumus, dicimus non contingens, & hęc negatio eſt. Incontingens autem nullus dixerit, qđ eſt priuatio. Cū ergo contingens eſſe, & poſſibile eſſe idē ſignificent: multa in his diuerſitas eſt ſcđm Porphyriū, quæ ſunt neceſſaria & ineſſe tm̄ ſignificantia: & contingentia vel poſſibilia. Quod.n. eſſe aliquid dicitur, de pſenti tempore iudicatur. Siquid.n. nunc alicui ineſt, hoc eſſe ꝑdicatur. Quod vero ita ineſt, vt ſemper ſit & nunq̄ mutetur, illud neceſſe eſſe dicitur, vt Solis motus, Lunęq; cum terra obſiſtit, defectus. Quę aūt contingere dicunt vel poſſibilia eſſe, illorum neq; ſm̄ pſens, neque ſm̄ aliquā immutabilitatem ſpeculamur euētū, ſed tm̄ reſpicimus, quantum contingentis propoſitio pollicetur. Quod.n. poſſe eſſe vel contingere dicit, nondum quidem eſt, ſed eſſe poterit. ſiue autem eueniat, ſiue nō eueniat quia tm̄ eſſe poteſt, contingens & poſſibilis dicitur propoſitio. non.n. ex euentu dijudicantur propoſitiones, ſed potius ex ſignificatione, hoc mō. Siquis.n. dicat poſſe eſſe cras circenſes, poſſibilis eſt contingenſq; affirmatio. Quod ſi cras ſint circenſes. non tm̄ eſt aliquid actu propoſitionis contingētis vel poſſibilis permutatum, vt neceſſe fuiſſe videatur, quod illa poſſibiliter promittebat. Quod ſi rurſus non ſint circenſes, omnino nec ſic aliquid permutatum eſt, vt neceſſe fuiſſe non eſse circenſes videatur. Non.n. (vt dictum eſt) ſm̄ euentum iſta iudicantur, ſed ſm̄ propoſitionis potius ipſius promiſsum. quod.n. dicit, quiſquis dixerit cras poſse eſſe circenſes, hoc (vt opinor) ſiue ſint, ſiue non ſint, nulla tm̄ interclusum eſt neceſſitate, ne non ſint. Quare quatuor modorum duo quidem idem ſunt, id eſt contingens atq; poſſe: hi duo autem cum duobus reliquis atq; ipſi reliqui a ſe diſſentiunt. Poſſibile.n. & contingēs diſtat ab ea propoſitione quæ dicit aliquid eſse. hæc.n. ſm̄ poſſibilitatem futuri temporis affirmationem proponit, illa vero ſm̄ pręſentis actū. Vtræq; vero, & ea quæ eſse, & ea quæ poſſibile eſse vel contingere ſignificat, a neceſsaria propoſitione diſiunctæ ſunt. neceſſitas.n. non modo ineſse vult aliquid, ſed etiam immutabiliter ineſse, vt illud quod eſse dicitur nunq̄ eſse nō poſſit. Quocirca conſequentiæ quoq; ordinis euidenter apparent. Quod.n. eſt neceſsarium, ſine eo quod eſt eſse, vel contingere eſse, vel poſſibile eſse non dicitur. Quicquid enim neceſsarium eſt, & eſt, & eſse poteſt: vel ſi eſse non poſset, non eſset omnino. Quod ſi non eſset, nec neceſse eſse diceretur. Quare omne neceſsariū & eſse dicitur, & poſſibile eſt. ſed non eque oē quod eſt, neceſsarium eſt. poſsunt.n. q̄dam eſse quæ vt ſint, nō neceſse eſt. ut Socratē ambulare, vel cætera q̄ de ſeparabilibus ſumuntur accidentibus. Nec rurſus qđ cōtingit eſse, vel eſse poſſibile eſt, mox eſse neceſse eſt. Quare neceſse eſse quidem ſequuntur eſſe & poſſibilitas, ſed neq; eſse neq; poſſe eſse, neceſſitas ulla conſequitᷣ. Rurſus oē eſse ſequitur poſse eſse. Quod.n. eſt & poteſt eē. Nā ſi eſse non poſset, ſine vlla dubitatione non eſset. poſſe aūt eſse non conſequitur. Quod.n. poſſibile eſt eſse, poteſt & non eſse, vt me poſſe eſt nunc quidē procedere, ſed hoc mihi non eſt neceſse. non.n. nūc procedo. Quare gradatim oīs eſt hæc cōſequentia, neceſse eſt nāque & eſse ſequitᷣ & poſſibilitas. Rurſus eſse eadē ſequitur poſſibilitas. poſſibilitatē aūt nec eſse ſequitᷣ, nec neceſſitas. Liquet ergo, ꝙ duo modi ſunt poſſibilium: vnū quod iam ſequitur neceſſitatē: alterū qđ non ſequitᷣ ipſa neceſſitas. Nam cum dico neceſse eſt vt nunc Sol moueatur, hoc ēt poſſe eſt: cum dico poſſe eſt nunc me ſumere codicem, non neceſse eſt. Recte igitᷣ ab Ariſtotele paulopoſt dubitabit, an ſit illud poſſibile, quod neceſſitati conueniat. Sed cum ad eadem loca venerimus, quid ſibi iſta poſſibilium ſimilitudo velit, & quemadmodum diſcerni poſſit, agnoſcimus. Nūc autē qm̄ affirmatiuarum propoſitionum conſequentias explicuimus, negatiuarum rurſus conſequētias exploremus. Harū nanq; quatuor propoſitionum q̄ ſiunt ex eſse, ex neceſse eſse, ex poſſibili eſse, & cōtingere eſse, quatuor negationes ſunt, non eſse, nō neceſse eſse, nō poſſe eſse, non contingēs eſse. Sed queādmodum affirmationes contingere eſse, & poſſe eſse eędem erant ſm̄ ſignificationum ſimilitudinē: ita quoque negationes eædē ſunt. neq; .n. diſcrepat quicquam dicere nō poſſe eſt, q̄ ſi enunciet nō contingit. Cōſequentię aūt ſe in affirmatiuis habebant hoc modo, vt neceſsarias propoſitiones ſequerentur eſse aliq̄d ſignificantes atque poſſes. Eas aūt quæ eſse aliquid dicerēt, eædem poſſes ſequerentur. ſed neque poſſibilibus, eſse aliquid ſignificantes, nec neceſsarię conſentiebant. In negatiuis vero contra eſt: negationem.n. poſſibilitatis ſequitur, & eius quę eſt eſse aliquid ſignificantis negatio, & neceſsarię. Negationem uero neceſsarij neque eius quod eſt eſse, neque eius quod eſt poſſibile eſse negatio ſequitur. Diſponantur enim in ordinem omnes, hoc modo.

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſse | Non poſſibile eſse |
| Contingens eſse | Ne contingens eſse |
| Eſse | Non eſse |
| Neceſse eſse | Non neceſse eſse |

Repetendum igitᷣ breuiter eſt affirmatiuarum conſequentias, vt queadmodū ecōuerſo ſint ī negatiuis euidētius pateſiat. Eſse ſequitᷣ poſſitas & cōtingētia. Poſſitatem vero & cōtingētiam eē non ſequitᷣ. Neceſse vero eſse ſequitᷣ & eſse, & poſſitas & contingentia. poſſibilitatē aūt & cōtingētiā nec eſse ſequitᷣ nec neceſſitas. In negationibus vero contrario eſt, non poſse eſse & nō cōtingere eſse ſequitᷣ nō eē. q̄cq̄d .n. non pōt eſse, nō eſt. non eſse āt nō poſse eſse nō ſequitᷣ. qđ.n. nō eſt, nō oīno interclusum eſt, ut eſse nō poſſit. Nunc .n. ego Traiani forū nō video, ſed nō ē neceſse vt nō videā. fieri.n. pt vt ꝓpius accedēs, videā. Rurſus nō poſse eſse, & nō cōtingēs eſse, nec nō eſse ſequitᷣ, nec nō neceſse eē. Qđ .n. nō eſt, nō videbitᷣ vere dici, ꝙ illud eē non pt, ſed potius ꝙ pt nō eſse, uel eſse, qđ eſt, nō neceſse eſse. Qđ.n. nō eſse pt, non uidebitᷣ uere dici, ꝙ illud nō neceſse eſt eſse, ſed potius, ꝙ illud neceſse eſt nō eſse. i. nullā eſsētiā hr̄e. Negationem at neceſſitatis. i. non neceſse eſse, neque non eſse ſequitur, neq; non poſſe eſse. Me.n. dū ambulo nō neceſse eſt ambulare, neq; .n. ex neceſſitate quiſq̄ ambulat. nec rurſus qđ nō eſt neceſse, id nō pt fieri, q̄ſq̄s.n. ambulat nō q̄dem ambulare illi neceſse eſt, ſed tm̄ pt. Atq; ideo quod non eſt neceſse eſse, non omnino interclusum eſt, ut eſse non poſſit. Et de non contingenti eadem rō eſt. diuerſo ergo modo q̄ in affir-

in affirmationibus negatiua cõuerſio eſt. Illic.n.neceſſitatẽ & eſſentia & poſſibilitas ſequebatur.eſſentiam aũt poſſibilitas,ſed neq; poſſibilitatẽ eſſentia vel neceſſitas. nec rurſus neceſſitas eſſentiam ſequebatur. Hic autem non poſ̃e eſſe, & non eſſe,& non neceſſe eſſe conſequitur. Sed neq; nõ neceſſe eſſe,& non eſſe ſequitur.neq; vtraſq;,poſſibilitatis negatio, quę non poſſe eſſe aliquid proponit.An magis illud dicendum eſt,ꝙ ſicut ſe in affirmationibus habet: ita quoq; in negationibus, vt Theophraſtus acutiſſime perſpexit: fuit .n.conſequentia in affirmatiuis,vt neceſſitatẽ & eſſe conſequeretur & poſ̃itas. poſſibilitatem vero nec eſſe ſequeretur nec neceſſitas.Idem quoq; penitus perſpicientibus in negationibus apparebit.ueniẽns nanq; negatio in neceſſario faciensq; hmõi negationem quæ dicit,nõ neceſſe eſt eſſe,vim neceſſitatis infringit, & totam propoſitionem ad poſ̃e ducit.quod.n.nõ neceſſe eſt eſſe, fracto rigore neceſſitatis ad poſſibilitatem perductum eſt, ſed poſſibilitatem, nec eſſe ſequebatur,nec neceſſitas. Recte ergo fractam neceſſitatẽ & ad poſſibilitatem perductam cum negatio dicit non neceſſe eſſe, nec non eſſe,nec non contingere eſſe conſequitur. Rurſus qui dicit poſ̃e eſſe,ſi ei diſiunctio negationis addatur, tollit poſ̃e, & ad neceſſitatis perpetuitatem negatiua forma totam propoſitionem reuocat vt eſt non poſ̃e, quod .n.eſt poſ̃e,non eſt adhuc,quando dicitur ſed in futuro: ſic quidem negatio illius in neceſſitatem verſa de eo quod eſt mutare non poterit.quod.n.non poſ̃e eſt eſſe,fieri non põt vt ſit,quod ãt fieri non põt vt ſit, neceſſe eſt ut non ſit. ergo neceſſariam quãdam vim hẽt hæc propoſitio in qua dicimus,non poſſe eſſe aliquid, ſed neceſſitatem ſequebatur & eſſentia & poſ̃itas.Non neceſſe eſſe ad poſ̃itatem reſpicit. Recte ergo non neceſſe eſſe,quod eſt etiam poſſibilitatis, ſequitur propoſitionem q̃ dicit,non poſſe eſſe,quod eſt neceſſitatis. Alij ergo ordines propoſitionum ſunt, vis tñ eadem, vt neceſſitatem cuncta ſequantur, poſ̃itatem vero neceſſitas non ſequatur. Hic oritur qõ ſub difficilis. nam ſi neceſſitatem ſequitur poſ̃itas, non neceſſe aũt poſſibilitati con fine eſt, cur neceſſe eſſe non ſequatur id quod dicimus nõ neceſſe eſſe. nam ſi poſ̃itas ſequitur neceſſitatem, non neceſſe aũt eſſe ſequitur poſ̃itatem.Sequi debet neceſſitatem ergo id quod nõ neceſſe eſt prędicamus. Quæ hoc modo diſſoluitur,non poſ̃e eſſe quanquam uim habeat neceſſitatis, differt tamen a neceſſitate,quòd illa affirmatiuã habet ſpeciem, illud uero negatiuam.ſic etiam poſ̃e eſſe & nõ neceſſe eſſe differunt eo tñ, quod illud eſt affirmatiuũ, illud vero negatiuum,cum uis eadem ſignificationis ſit.Sed neceſſitatem affirmatio poſ̃itatis & contingentis ſequebatur, q̃q̃ enim poſſibilitatem mitetur eiq; conſentiat id qđ dicimus non neceſſe eſſe,tñ negatio quædam eſt.Recte igitur affirmationem q̃ eſt neceſſe eſſe, non ſequitur negatio ꝑ quam aliquid non neceſſe eſſe proponimus.Et hanc quidem huius ſolutionem quęſtionis Theophraſtus vir doctiſſimus reperit.Nos autem his determinatis ad ſequentia procedamus.Sunt.n.ut ipſe Ariſtoteles ait,in his multę dubitationes, ſed totius textus pleniſſimum ſenſum primo ponamus,qui & ſi lõgus eſt,tamen ne interciſa uideatur eſſe ſententia,non grauabor apponere.

*Nam ſi eorum,quæ complectuntur, illæ ſibi inuicẽ oppoſitæ ſunt cõtradictiones,quæcunque ſcdm eſſe & nõ eẽ diſponuntur,vt eius quæ eſt,eſſe hominẽ, negatio ẽ,nõ eſſe hominẽ,non,eſſe non homine. Et eius quæ eſt,eſſe albũ hominẽ,negatio eſt ea quæ eſt,non eſſe album hominem, ſed non,eſſe non albũ hominẽ. Si.n.de omnibus aut dictio eſt,aut negatio,lignũ erit uerũ dicere, eſſe non album hominẽ. Quod ſi hæc hoc modo,et quibuſcunq. eſſe non additur,idẽ faciet id quod pro eſſe dicitur, vt eius quæ eſt ambulat hõ,negatio eſt, non ea quæ eſt,ambulat non homo, ſed ea quæ eſt, non ambulat homo: nihil.n.differt dicere hominem ambulare,uel hominem ambulantem eſſe.*

66 Hęc Ariſtotele ſubtiliter diſcutiente,illud oportet agnoſcere,ꝙ multũ differt ipſius poſ̃itatis vim naturamq; definire,vel proprię ſclæ qualitate cõcludere: & poſ̃em enunciationem qualis eſſe debeat iudicare. Nãq; in poſ̃is cognitione illud ſolum ꝓſpicitur,an id ꝙ dicit̃,fieri poſſit nullo extrinſecus impediente cãm. qđ etiã ſi accidat, nihil de ſtatu prioris poſ̃itatis ꝑmutatur,uerũ ipſius poſ̃is enunciationis diiudicatio plurimũ differt:ꝙ mox poterit ex ipſa de poſſibilibus enunciationibus diſputatione cognoſci. Nam ſicut non eſt idem hoĩs definitionem rñdere quærentibus, & ipſam definitionem alio termino definitionis includere: ita non idem eſt de poſ̃i enunciatione & quid ipſum poſ̃e eſt tractare.Vñ fit,vt cum poſ̃e atq; contingens idem in ſignificationib. ſit,diuerſum eſſe in enũciationibus videat̃. Supra nanq; docuimus poſ̃itatem & contingentiam eiuſdem ſignificationis eſſe, vt qđ contingeret fieri,idem eſſet poſ̃e. & quod poſ̃e eſſet,idem quoq; cõtingeret. Sed poſſibilis enũciatio, non eſt eadem quę contingens. ſicq;.n.ſiquis poſ̃em affirmationem proponat, eiq; opponat contingentem negationem,rectam faciet cõtradictionem.Siquis.n.dicat,quodlibet illud eſſe poſ̃e,alius reſpondeat negans rem illam cõtingere,licet quantum in ſignificatione eſt, priorem poſſibilitatem abſtulerit,non tñ dicenda eſt contradictio, ſ qua alij termini in negatione, alij in affirmatione enũciati sũt. Poſ̃is.n.affirmatio de poſſibilitate, negationem non de cõtingentia habere debebit. Idem quoq; in contingentibus. Neq;.n. ſiquis aliquid contingere dixit, opponenda illi eſt poſ̃itatis negatio, licet idem ſit poſ̃e qđ contingens.Conſtat ergo diuerſiſſimã eſſe rationem modi ꝑ ſe diiudicandi & enunciationis,q̃ cum modo & qualitate ꝓdicatur. Vñ fit, vt q̃q̃ idem in ſignificationib. poſ̃itas & contingentia ſint, quaſi diuerſa ab Ariſt. in modorum ordine proponantur.illud ãt ignorandum non eſt,ꝙ Stoicis v̄ris uideatur eſſe poſſibile a neceſſario. Diuidunt .n. enunciationes hoc modo. Enunciationũ inquiunt aliæ ſunt poſ̃es, aliæ impoſſibiles. Poſſibilium alię ſunt neceſſarię, aliæ non neceſſarię. Rurſus non neceſſariarum alię poſ̃es,aliæ impoſ̃es.Stultæ atq; improuide idem poſ̃e & genus non neceſſarii & ſpeciem conſtituentes. Nouit ãt Ariſt.id poſ̃e ꝙ non neceſſariũ eſt, & id poſ̃e rurſus ꝙ neceſſariũ eſſe pt̃. Eodem nanq; modo non dicit̃ poſ̃e eſſe qđ vel ex falſitate in uerũ trãſit aliqñ, vel rurſus ex ueritate in falſitatẽ. ut ſiqs dicat nũc qm̃ dies ẽ, verum dixerit. idẽ ſi hoc nocte ꝓdicet, falſum eſt,& hæc veritas propoſitionis in falſum eſt permutata.Sic ergo quędam ſunt poſ̃itates, vt eas eſſe & non eſſe contingat, quę non eodẽ modo dñr quẽadmodũ illę q̃ mutabilẽ naturam non habẽt. vt hę.ſ.quas neceſſarias diximus, vt ſiquis dicat Solẽ moueri,vel Solẽ poſ̃e eſſe moueri:hę nunq̃ ex ueritatẽ in falſitatẽ mutabunt.Sed nũc de Ariſt.& Stoicorũ diſſẽſione tacẽdũ eſt. Illud tamẽ ſolũ ſtudioſius perquirẽdũ eſt, quo loco ſit ponẽda negatio in his ꝓpoſitionib. in qb. modus aliqs ꝓdicat̃,aut q̃ dicẽtur eſſe poſ̃es enũciationes,contingẽtes,& neceſſariæ,& q̃cunq; eum modo ſint propoſitiones.Illæ veraciter eẽ ſm modum ſicut alię ſm eẽ dicẽtur.ſ quarum ſignificationib. rei de qua ꝓdicãtur ſubſiſtẽdi qualitas inuenit.vt cũ dico,Socr. bene loqtur,modus qdam ẽ bene loquẽdi Socratis.Ergo ſicut in his propoſitionibus,q̃cũque cuiuſlibet illius rei ſubſiſtẽtiam promittunt,ad ipſã ſubſiſtẽtiam negatio ponitur. vt cum dicimus, Socrates eſt,ad eſſe aptatur negatio,cum negamus,Socr.non eſt: Ita quoq; in his quæ modum ſubſiſtẽtię dicunt, ad eum modum ponẽda eſt negatio, qui ad illam ſubſiſtẽtiam videtur adiectus. vt cum dicimus,Socr.bene loquitur, modus ipſius rei eſt id quod prædicamus bene.Ad hunc ergo modum & qualitatẽ ponẽda eſt negatio. Plures autẽ propoſitiones uel contingẽtes eas eſſe dicimus in quibus ipſe modus monſtratur, & non potius eẽ de modo dicitur, ſed modus de eo quod eſt eſſe. Cum enim dicimus, poſſibile eſt,eſſe quidem, quiddam dicimus, quemadmodum autem ſit, additum eſt,ideſt poſſibile, vt non neceſſarium, neq; alio aliquo modo,niſi tantũ ſecundum poteſtatẽ dicatur.ſit ergo eſſe ſubiectum,

prædicatum vero modus, vel contingens, vel poſſibile, vel neceſſarium, vel quilibet alius: Atq; hę quidem propoſitiones ſm modum dicuntur, in quibus de ſubſtãtia nihil ambigitur. de mõ autẽ & ſola qualitate tractatur. Sin uero ſubijciatur modus quidem, prędicetur vero eſſe, tunc de ſubſtãtia rei quęritur non de modo. vt ſiquis dicat poſſibile eſt, ut ipſum poſſibile in rebus eſſe pronunciet, huic propoſitioni nullus modus adiectus eſt. Cum.n.dicimus poſſibile eſt modũ habere, hoc ita per ſe non dicimus, ſed particulã propoſitionis ablatam, ita eam perſpicimus quaſi ſi cũ propoſitione eſſet coniuncta, quam ſi cum propria propoſitione iũximus quali mõ prædicetur apparet. Cum.n.dicimus poſſibile eſt, vt modũ ſignificet, particula propoſitionis eſt: q̃ ſi ſuo corpori aggregemus faciẽtes aliquam propoſitionem, quid modus ille profiteatur, agnoſcimus. Age.n.id quod dicimus poſſibile eſt, contingamus aliis prędicamentis, atq; inde vna enunciatio conficiatur, dicamusq; Socratem ambulare poſſibile eſt. Vides ne modum in propoſitione poſſibile: vt etiam ſiue Socr. ambulet, ſiue non ambulet, poſſe eum tamẽ ambulare ex ipſo ꝓpoſitionis modo quilibet agnoſcat? Ita igitur de toto auferentes partem poſſibilem enunciationẽ quaſi tota ſit propoſitio ſpeculemur, vt in his dictionib. fieri ſolet quæ pluralitatẽ determinant: vt ſi dubitamus cõtra oĩs, an nullus ponatur, an non oĩs, ita eas ſpeculamur, quaſi integras ꝓpoſitiones, quas determinationes propoſitionũ eſſe manifeſtum eſt. Concludenti ergo dicendum eſt in his quę modum prædicant, omnes aliæ res ſubiectę ſunt, vel eſſe, uel ambulare, vel legere, uel dicere, vel quicquid aliud cũ aliquo modo fieri dicentur. In his aũt vbi modus ipſe ſubiicitur, eſſe uero prædicatur, vt ſit integra propoſitio, non eſt cum modo propoſitio, ſed ibi tm̃ de ſubſtãtia modi proponitur, vt ſiquis dicat poſſibile eſt, quiddam ĩ rebus dicit eſſe poſſibile: & rurſus cõtingens eſt, quiddã in rebus dicit eſſe quod contingat: & rurſus neceſſe eſt, eſſe quiddã dicit in rebus qđ ſit neceſſe. hic non de modo, ſed de ſolo eẽ tractatur. Quare quoties eſſe quidẽ ſubiicitur, modus aũt ꝑdicatur, ut cum dicimus Socr ambulare poſſibile eſt, ad modũ iungẽda negatio eſt: quoties vero modus ſubiicitur, eſſe aũt prędicatur, ad eſſe ponẽda negatio eſt: ut cum dicimus poſſibile eſt, quia ita dicimus tanquam ſi diceremus poſſibilitas eſt. & cum dicimus contingens eſt, ita dicimus tanq̃ ſi diceremus contingentia eſt, ad eſſe ponenda negatio eſt, dicẽdumq; eſt poſſibile non eſt, ꝙ idem valet tanq̃ ſi diceretur, poſſibilitas non eſt. Eodem quoq; modo & de contingẽtia. Nõ autẽ perfecte ſpeculantibus idem ſemper uideri debet ſubiectum, quod primo loco reperiri dicitur. Idem prędicatum ſemper, ꝙ ſecundo loco prædicatur. In quibuſdam.n. verum eſt: In aliis uero ex ſignificatione potius propoſitionum colligimus, qui terminus ſubiectus ſit, qui uero prędicatus. Nam cum dico homo animal eſt, prius mihi neceſſe eſt hominem dicere, poſt prædicare animal, atq; ideo ſubiectum dicitur homo, animal vero prędicatur. In his autẽ in quibus modus additur, ſicut eſt cum dicimus, Socrates bene loquitur. idem ualet tãquam ſi dicamus, Socrates bene loquẽs eſt, & hoc quidẽ bene prius dictum eſt, poſtea uero loquẽs eſt, & uidetur eſſe quidem ſubiectum id quod dictum eſt bene: Prædicatum autem id quod dictum eſt loquẽs eſt. Sed hoc falſum eſt, & hinc facillime poteſt inueniri, quod loquẽtem quidem eum eſſe nullus ignorat, quiſquis audit Socratem bene loquentem eſſe. uim autem totius propoſitionis modus continet. in id enim intendendus eſt animus, non ſi loquatur, hoc enim indubitatum eſt. Nam qui eum bene dicit loqui loqui quoq; conſentit. Quare ad modum intendẽdus eſt animus ad id quod dictum eſt bene. Socrates enim bene loquitur. quod dixi loqui quidem non ſufficit dicere, niſi etiam dicat bene. Continet ergo totam propoſitionem modus, ſed rurſus totã ꝓpoſitionẽ cõtinet ꝑdicatio, modus igitur in his propoſitionibus potius prędicatur. Concludẽdũ igitur vniuerſaliter eſt, oẽm modorum cõtradictionem non ſm eſſe verbum fieri, nec ſecundum id rurſus uerbum quod in ſe contineat, ſed potius ſecundum modum. Continere, aũt in ſe verba id quod eſt eſſe dñr, vt cũ dicimus loquitur, tantundem.n.valet tanq̃ ſi dicamus loquens eſt. Quare quęcũq; propoſitiones quemlibet illum in ſe retineant modũ, dubitandum non eſt, quin non ad id quod ponit eſſe, negatio iuſte applicetur, ſed potius ad eum modũ, quo aliq̃d eſſe fieri ve pronunciet. Omnis nanq; cum mõ affirmatio talis eſt, ut non intendere debeat animum auditor ad id qđ eſſe dicit, ſed ad id potius quo illud eſſe dicatur, ut cũ dicimus, Socr. bene loqtur, nõ perſpiciendum eſt an loquatur, ſed potius illuc animi dirigenda intentio eſt quemadmodũ loquatur. hoc.n.videtur cõtinere totam propoſitionem. Ergo cõtra poſſibile eſſe, nõ eſt ea negatio quę dicit, poſſibile non eſſe, ſed non poſſibile eſſe. eodem modo & contra eam q̃ dicit, contingere eſſe, non ea quæ enunciat contingere non eſſe, ſed potius ea negatio eſt, quę dicit nõ contingere eſſe. Idẽ quoq; in neceſſarius impoſſibilibuſq; modis, cęteriſq;, quæ nunc Ariſtotelis pro ſolita breuitate tranſgreſſus eſt, faciendum videtur. Sed qm̃ commentationis virtus eſt non ſolũ vniverſaliter uim ſenſus exprimere, uerum etiam textus ipſius ſermonibus ordiniq; connectere ea, quæ ſuperius confuſe dicta ſunt, nunc per ſermonum ipſorum ab Ariſt. dictorũ ordinẽ diuidamus. His uero determinatis perſpiciẽdũ eſt quẽadmodũ ſe habent negationes & affirmationes adinuicem, hæ.ſ.q̃ ſunt de poſſibili eſſe, & nõ poſſibili eſſe, contingere & nõ contingere, de impoſſibili & neceſſario. habent enim aliquas dubitationes. Perſpiciendum inquit eſt de affirmationibus negationibuſq; qua rõne uideantur opponi. In his propoſitionibus quas quidam modus continet, ut in his q̃ ſunt poſſibiles, uel cõtingentes, vel neceſſarię, vel impoſſibiles, uel veræ, vel falſę, vel bene uel male, vel q̃cquid aliqua qualitate prędicatur. Habent.n.inqt aliquas dubitationes, & quas dubitationes habeãt cõtinuo eas ſubiicit. Nã ſi eorum q̃ cõplectuntur illæ ſibi inuicem oppoſitę ſunt contradictiones, quæcunq; ſm eſſe & non eſſe diſponuntur. Sẽſus totus hmõi eſt, In omnib. cõplexionibus propoſitionũ illa in his oppoſitio valet, q̃cunq; ſm eſſe & non eſſe ſit, ut cum dicimus homo eſt, huius negatio eſt, homo non eſt. ſed non ea quæ dicit nõ homo eſt. Et rurſus eius quæ proponit, eſt albus homo, illa negatio eſt quæ dicit, non eſt albus homo, non ea quę proponit, eſt non albus homo. hoc ipſum aũt qm̃ eius quæ dicit eſt homo albus, negatio eſt quę dicit, nõ eſt albus homo, non ea quæ proponit eſt non albus homo, ſic demonſtrat. Si.n.de omnibus aut dictio eſt aut negatio, lignum erit uerum dicere, eſſe non album hominem. Breuiter dictum eſt, ſed ita poſſe uidetur exponi. propoſitum inqt ſit lignũ, de quo duę enunciationes dicantur, illud tamẽ nobis manifeſtum ſit de omnibus, ſi affirmatio uera eſt, falſam eſſe negationem, eam.ſ. quæ contradictorie opponitur, & ſi uera negatio eſt, falſa affirmatio eſſe pronũcietur Igitur de propoſito ligno, ꝙ lignum hoc eſt albus homo, hoc falſum eſt. Si igitur hæc affirmatio falſa eſt, uera debet eſſe eius negatio. Sit ergo ea eſt negatio affirmationis quę dicit, eſt alb. homo, quę negat dicens, eſt non albus homo, hęc negatio uere prædicatur de ligno dicente quolibet ꝙ lignum hoc eſt non albus hõ. Sed hoc fieri non põt. perſpicue .n. falſum eſt lignum non album hominem eſſe. quod .n. omnino non eſt homo, necnon albus homo eſſe poteſt. falſę ergo ſunt utræque, & affirmatio quæ dicit de ligno, quod lignum eſt albus hõ, & negatio de eo quæ dicit, ꝙ eſt non albus hõ. Quod ſi ſunt falſę utræq;, hęc negatio illius affirmationis non eſt. Quærẽda eſt ergo alia q̃ cum ea diuidat uerũ atq; falſum, Qua in re nulla alia reperitur contra eam quę dicit, eſt albus homo, ꝑter eam quæ dicit, nõ eſt albus homo. nam ſi ea dicitur eſſe affirmationis huius quę dicit. eſt albus homo, negatio, q̃ enũciat eſt nõ albus hõ: erit ut de ligno, de quo affirmatio dicta falſa eſt, uera ſit enunciata negatio. eritq; de ligno uerum dicere, quod lignum hoc eſt non albus homo, ſed hoc impoſſibile eſt. Conſtat ergo eam propoſitionem quæ dicit, eſt non albus homo, illius affirmationis non eſſe negationem quę proponit, eſt albus hõ. Sed eam quę dicit, non eſt albus homo, negationem eſſe eiuſdem affirmatio-

nis

nis quæ dicit, eſt albus homo. Vides ne ergo ut prope in oĩbus affirmationes & negationes ſm eſſe, uel non eſſe fiant? Illa. n. album quidē eſſe dicit, illa negat, album non eſſe dicens. rurſus illa dicit hominem eſſe, illa uero negat, dicens hoĩem non eſſe, & in cęteris eodem modo eſt. Quod ſi hoc modo & in quibuſcūq; eſſe non additur, idem faciet quod pro eſſe dr, ut eius quæ eſt, ambulat homo, non ea quę eſt ambulat non homo, negatio eſt. ſed ea quæ eſt, non ambulat homo. Nihil. n. differt dicere hoĩem ambulare, uel hominem ambulantem eſſe. Nec hoc ſolū inqt in his euenire pt ꝓpoſitionib. q̄ ſm eſſe vel non eſſe diſponunt: ſed ēt in his quęcunq; verbis talib. continentur, vt verba illa vim eius, qđ eſt eſſe concludāt, ut eſt hō ambulat, in ſe continet eſſe. Idem. n. eſt ambulat, qđ ambulans eſt. Ad hęc ergo uerba q̄ in propōnib. eſſe continent, aptāda negatio eſt. Si. n. oĩs cōtradictio ſm eſſe uel ñ eſſe fit, hæc āt verba eſſe ꝓpria ſignificatione concludunt, qm̄q; verba hęc ita ponunt taquā ſic hoc ipſum eſſe poneretur: manifeſtum eſt ad ea verba quæ eſſe continent, negationem poni oportere, ad earum ſimilitudinem propoſitionum, quę ſecundum eſſe uel non eſſe ſupradicta rotione ſibimet opponuntur. His ergo ante prædictis quid inconueniens ex his poſſit eſſe proſequitur.

*Quare ſi hoc modo in oĩbus, & eius quæ eſt, poſſibile eſt eſſe: negatio eſt, poſſibile eſt nō eſſe, ſed nō ea quæ eſt, non poſſibile eſt eſſe. Videtur autē idem poſſe & eſſe, & non eſſe. Omne .n. quod eſt poſſibile diuidi, uel ambulare & non ambulare, & non diuidi, poſſibile eſt.*

67 Superius demonſtratū eſt, quēadmodum in his quę complectuntur enunciationib. ſm eſſe potius, & non eſſe fierēt oppoſitiones: nunc hoc dicit, Si hoc inquit, in omnibus propoſitionib. faciendū eſt, ut earū cōtradictiones ſm eſſe & ñ eſſe ponantur, in his quę aliquid poſſibile eſſe pronunciāt: non ita ponēda negatio eſt, ut dicat non poſſibile eſſe, ſed potius ſm non eſſe conſtituenda eſt, ut dicatur poſſe non eſſe, negationē eius eſſe, quę dicit poſſibile eſſe. Sed ſi hoc inquit dicimus, affirmatio & negatio contradictoriæ vero inter ſe falſumq; non diuidunt. omne. n. qđ poteſt eſſe: idem etiam poteſt non eſſe. Quod .n. poteſt diuidi, idem poteſt non diuidi, & quod poteſt ambulare, idem poteſt non ambulare. Quæ autem ſit huiuſmodi poſſibilitas, per quam cū dicitur aliquid fieri poſſe, illud tamen relinquatur poſſe non fieri, conſequenter explanat dicens.

*Ratio autē eſt, quoniam omne quod ſic poſſibile eſt, nō ſemper in actu eſt. Quare inerit ipſi ēt negatio, p̄: igitur & non ambulare quod eſt ambulabile, & nō uideri quod eſt uiſibile. At uero impoſſibile eſt de eode oppoſitas eſſe ueras dictiones. Non igitur eius quæ eſt, poſſibile eſt eſſe, negatio eſt, poſſibile eſt non eſſe. contingit .n. ex his aut idē ipſum affirmare, & negare ſimul de eodem, aut non ſecundum eſſe & nō eſſe, quæ opponūtur, fieri affirmationes & negationes. Si ergo illud impoſſibile eſt, hoc erit magis eligendū. Eſt igitur negatio eius quæ eſt poſſibile eſſe ea quæ eſt, nō poſſibile eſſe, et nō ea quæ eſt, poſſibile nō eſſe, Eadem quoq. ratio eſt in eo quod eſt, contigens eſſe, etenim negatio eius eſt, non contingens eſſe. Et in aliis quoque ſimili modo, ut in neceſſario, & impoſſibili.*

68 Cauſa eſt igitur inquit, cur id quod poſſe eſſe dicitur, idem poſſit non eſſe. ꝙ omne quod poſſibile dicimus. ita pronunciamus, ut non ſemper in actu ſit .i. non ſit neceſſarium. omne nanq; quod ſemper in actu eſt, neceſſarium eſt. ut Sol ſemper mouetur. itaq; illi ſemper agitur motus. Siquis autem medicat ambulare poſſe, qm̄ mihi ambulationis motus non ſemper agitur, & ineſt mihi aliquoties non ambulare: ineſt quoque illud, ut vere de me dicatur poſſe me nō ambulare, cum uere pronunciatur poſſe ambulare. Ergo quęcunq; non ſemper in actu ſunt, & poſſe eſſe & poſſe non eſſe recipiunt. Pōt ergo qđ eſt ambulabile. i. quod ambulare pt, non ambulare, & qđ eſt viſibile non videri. Quocirca docet non eſſe negationem eius quæ dicit, poſſe eſſe, eā q̄ proponit, poſſe non eſſe. Iccirco qm̄ vtręq; ſunt veræ, vt in ijs q̄ (vt ipſe ait) non ſp actu ſunt. Contingit. n. vnū ex vtriſq;, quę Ariſt. dicit, aut idem ipm dicere, & negare ſimul de eodem: aut non ſm eſſe & non eſſe, quę opponunt, fieri affirmationes, & negationes. i. vt aut idem ſint affirmatio & negatio, ſibiq; conſentiant, ſi ſm eſſe & non eſſe in oĩbus contradictio fit, vt eſt in eo qđ eſt poſſe eſſe & poſſe non eſſe. idem. n. vtræq; ſunt, ſibiq; conſentiūt, & ſiquis dicit eā eſſe contradictionem, dicit conſentire ſibi contradictionē, quod impoſſe eſt: Aut certe non in oĩb. affirmationib. & negationib. ſm eſſe & non eſſe ea quæ opponuntur, fieri affirmationes & negationes. i. non in omnibus affirmationib. & negationibus ſm oppoſitionem eſſe vel non eſſe, uel eorū verborum quę eſſe continent, fieri contradictionem. Si ergo, inquit, illud impoſſibilius eſt, hoc erit magis eligendū. Duo ſupra poſuerat, quę ex ſupradictis rationib. euenirent, aut vnum & idem dicere & negare ſit de eodem. i. vt & dictio & negatio idem eſſent ſit de eodem prædicatę, ſibiq; conſentirent: aut non ſm eſſe vel non eſſe contradictionē fieri. Sed videntur vtraq; quaſi quodammodo inconuenientia eſſe. quippe cum illud vnū ēt impoſſe ſit, vt affirmatio negatioq; conſentiant. illud alterum non ſecundum eſſe vel non eſſe fieri oppoſitiones, inconſentiens ſit alijs propoſitionibus, in quibus hoc modo fieri contradictionem manifeſtum eſt. Nunc ergo hoc dicit, quoniam vtrunque, inquit, inconueniens eſt, vnum ex his erit eligēdum .i. quod minus eſt impoſſe, hoc ſumendum eſt. Minus autem eſt impoſſe, vt ſm eſſe & non eſſe non fiant oppoſitiones. hoc. n. nihil prohibet. Illud autem impoſſibilius eſt, vt affirmatio negatioq; ſibi conſentiant. Hoc igitur erit eligendum potius. i. has quę cum modo ſunt propoſitiones, non eas habere oppoſitiones, quę ſm eſſe vel non eſſe fiunt, ſed potius eas quæ ad modum ponūtur. Non autem dixit ita impoſſibilius eſt, tāq̄ ſic alterū impoſſibile ſit. Sed ad hoc potius retulit, ꝙ vtraq; quaſi inconueniētia vñr. quorum vnum ēt impoſſe eſſe non dubium eſt. Hinc quoq; diſpoſuit ordinem ſm modum aliquem pronunciatarum propoſitionum, quę non ſm eſſe negationes ponunt. dicit enim, Eſt ergo negatio eius quę eſt poſſibile eſſe, ea quæ eſt, non poſſibile eſſe, negationem. ſ. addens non ad eſſe verbum, ſed ad modum, quod eſt poſſibile. eandem quoque rationem dicit eſſe & in contingentibus. Eius. n. quæ eſt contingere eſſe, negatio eſt non contingere eſſe. Docet etiam de neceſſario & impoſſibili idem ſibi videri. Quę aūt natura ſit huius oppoſitionis, licet breuiter, veraciſſime tamen expreſſa eſt. de qua nos ſuperius diutius locuti ſumus. ꝙ ſiquis perſpicacius intendit illius intelligentiam loci, cum hac gradatim proficiſcente expoſitiope communicet.

*Fiunt enim quemadmodū in illis eſſe & nō eſſe appoſitiones, ſubiecta uero res, hoc quidem albū, illud uero homo. Sic hoc loco, eſſe quidem & non eſſe ſubiectum fit, contingere uero & poſſe, appoſitiones, determinantes quemadmodum in illis eſſe et non eſſe, ueritatem & falſitatem, ſic hic in eo quod eſt eſſe poſſibile, & eſſe nō poſſibile. Eius uero quę eſt, poſſibile eſt non eſſe, negatio eſt non ea quæ eſt, non poſſibile eſſe, ſed ea quę eſt, non poſſibile non eſſe. Et eius quæ eſt poſſibile eſt eſſe, nō ea quæ eſt, poſſibile eſt non eſſe, ſed ea quę eſt non poſſibile eſt eſſe. Quare & ſequi ſeſe inuicem uidebuntur hę, poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe. Idem enim poſſibile eſt eſſe, & non eſſe. Non enim contradictiones ſunt ſibi inuicē huiuſmodi, poſſibile eſſe, & poſſibile non eſſe, ſed poſſibile eſt eſſe, & non poſſibile eſt eſſe nunquam ſimul in eodem uera ſunt. opponun-*

tur

*tur.n..At vero nec poſſibile eſt non eſſe, & non poſſibile eſt nõ eſſe, nunquã ſimul uera ſunt. Similiter ãt, & eius quæ eſt neceſſariũ eſſe, negatio nõ eſt ea quæ eſt, neceſſarium non eſſe, ſed ea quæ eſt, nõ neceſſariũ eſſe. Eius uero q̃ eſt neceſſarium eſt non eſſe, ea quæ eſt, non neceſſariũ nõ eſſe. Et eius quæ eſt impoſſibile eſſe, nõ ea quæ ẽ ĩpoſſibile nõ eſſe, ſed non impoſſibile eẽ. eius uero quæ eſt impoſſibile nõ eſſe, ea quæ eſt non impoſſibile eſt non eſſe.*

69 Appoſitiones vocat ꝑdicationes. dicit ergo in his ꝓpoſitionibus quę ꝑter aliquẽ modũ dñr, ꝑdicanſ quidẽ ſp eſſe & non eſſe, vel ea verba q̃ eſſe continent. ſubiiciunſ vero res de quib. illa ꝑdicant, ut albũ, cum dicimus albũ eſt, vel hõ, cũ dicimus hõ eſt. Atq; iõ qm̃ in his ꝑdicatio totã contineſ ꝓpoſitionẽ, veritatẽ & falſitatem ꝑdicatio illa determinat. Prędicaſ ãt eſſe, uel aliquid qđ eſſe cõtinet. Iure ẽm eſſe & non eſſe cõtradictiones ponunſ. In his ãt. i. in quib. modus aliqd ꝑdicaſ, eſſe quidem ſubiectũ eſt, vel ea verba quę eſſe continent: modus aũt ſolus quodãmodo ꝑdicatur. nam qđ dŕ eſſe ſolũ ſine modo aliquo ipſius rei ſubſtantia pronunciatur, & quæritur in eo quodãmodo an ſit, idcirco eſſe ponente affirmatione, dicit negatio, non eſſe In his aũt in quibus modus aliquis eſt, non dŕ aliquid eſſe, ſed cum qualitate quadã eſſe, ut eſſe quidẽ nec affirmatio ambigat nec negatio. De qualitate aũt. i. quomodo ſit, tunc inter aliquos dubitatur, atq; iõ ponẽte aliquo ꝙ Socrates bene loquitur, non ponitur negatio, ꝙ bene non loquitur, ſed quod non bene loquitur. Idcirco qm̃ (ut dictum eſt) non ad eſſe, vel ad ea verba quæ eſſe continent, & ꝓpoſitionem totã conſtituunt, ſed potius ad modum intenditur animus audientis, cum affirmatio aliquid eſſe pronunciat. Si igitur ui continet totius ꝓpoſitionis uim, quod aũt propoſitionis uim cõtinet ꝑdicatur, & ẽm id quod pręadicatur ſemper oppoſitiones ſiunt, recte ſolis modis uim negationis apponitur. His autem rationabiliter conſtitutis, illud rurſus exequitur, qđ non modo cõtradictio non ẽ, poſſe eſſe & poſſe non eſſe; verum ẽt huiuſmodi ꝓpoſitiones, quę cum modo ſunt poſitę, negationem nõ habent ad eſſe iunctam, omnino negationes non ſunt, ſed affirmationes: poſſunt .n. earum negationes alię reperiri. ait. n. Eius vero quæ eſt, poſſibile non eſſe, negatio eſt, non poſſibile non eſſe, in tantum inquit, non eſt vlla contradictio eius quæ eſt poſſe eſſe, & eius q̃ eſt, poſſe non eſſe, ut ea q̃ dicit poſſe non eſſe, non eſſe negatio, ſed potius affirmatio conuincatur. Affirmatio autem affirmationi nũq̃ opponitur contradictorie. Docetur autẽ eſſe affirmatio ea quæ dicit, poſſe non eſſe, quod eius quędam alia negatio reperitur, ea .ſ. quæ dicit, non poſſe non eſſe, ſimulq; illud adiungit. Cum ſint, inquit, huius propoſitionis quę dicit, aliquid poſſe eſſe, duæ quę uideantur eſſe negationes, ea .ſ. quæ dicit, poſſe non eſſe, & ea quę proponit. non poſſe eſſe: hinc agnoſcitur quæ harum ſit contradictoria, contra eã quę dicit, poſſe eſſe, affirmationem. Quæ .n. verum ſalſumq; cum ea diuidit, ipſa potius poteſt negatio eſſe: quam ea quæ illi conſentit. Ei uero quę eſt, poſſe eſſe, conſentit ea q̃ dicit, poſſe non eſſe. ut ſupra iã docui. ea autem quæ dicit, non poſſe eſſe, ſi falſa eſt, uera eſt quę dicit, poſſe eſſe. Sed ſi hæc rurſus falſa eſt, uera illa q̃ enunciat, non poſſe eſſe. diuidunt ergo hæ veritatem falſitatẽq; quod in ſingulis exemplis facile poteſt iueniri. Age enim dicat quis me poſſe ambulare, ille verum dixerit. Si uero quis dicat, non poſſe me ambulare, mentitus eſt. Rurſus ſiquis dicat poſſe Solem conſiſtere, mentitur. Siquis uero dicat, non poſſe Solem conſiſtere; de ipſius nullus ambigit veritate. Diuidunt ergo ueritatem falſitatemque hę .ſ. quæ dicunt, poſſe eſſe & non poſſe eſſe, illę uero ſeſe ſequuntur, quę dicut poſſe eſſe, & poſſe non eſſe. Quæ ergo ſibi conſentiunt, contradictiones non ſunt: quę autem ueritatem falſitatemq; diuidunt, ipſas eſſe contradictiones magis putandum eſt, quod per hoc ait. Quarę & ſeſe ſequi inuicem uidebuntur. Quę autem propoſitiones ſequantur ſeſe, dicit. i. poſſibile eſt eſſe, & poſſibile non eſſe. Cur autem ſeſe ſequatur monſtrat adijciens: non .n. contradictiones ſibi inuicẽ ſunt. ſi enim contradictiones eſſent, nunquam ſeſe ſequerentur. Sed quę ſint contradictiones declarat dicens, Sed poſſibile eſt eſſe, & non poſſibile eſſe, nunquam ſimul ſunt. Cur autem nunquam ſimul ſunt, non tacuit. ait namq;, Opponuntur enim. nam idcirco nunquam ſimul ſunt, quia ueritatem falſitatemque diuidunt, quoniam opponuntur. Docet quoq; eius propoſitionis quæ dicit, poſſe non eſſe, illam eſſe negationem quæ proponit, non poſſe non eſſe, & ex eadem ui ad hanc propoſitionem tranſit. Dicit enim, At uero nec poſſibile non eſſe, & non poſſibile non eſſe, nunquam ſimul uere ſunt. per quod oſtenditur illam eſſe affirmatiuam, illam uero negatiuam. Vniuerſaliter .n. quæcunque idem de eodem hęc ponit, hęc auſert: ſi illa ſit affirmatiua, illa negatiua, & nihil æquiuocationis, aut uniuerſalium determinationis impediat, contradictorie ſibimet opponuntur. Cętera iam ita, ait per ſe expedita ſunt, ut longa expoſitione non egeant. Sed quędam in eorum ordine permiſcenda ſunt, per quę id quod per ſe eſt lucidum, clarius monſtretur. Proſequitur enim ſimiliter cęteros modos dicens quę propoſitiones, quarum affirmationum, non ſint negationes, & quę ſint; & eis quas negationes eſſe dicit, ut affirmationes eſſe demonſtret, alias negationes opponit. Sĩr ãt inquit, & eius propoſitionis, quę eſt neceſſarium eſſe, non eſt ea negatio quę dicit, neceſſarium non eſſe: hæc .n. affirmatio eſt, ſicut mox negatione oppoſita comprobauit. ſed potius ea negatio eſt eius quæ eſt neceſſarium eſſe quæ dicit, non neceſſarium eſſe. Eodem quoque modo puncta proſequitur dicens, eius vero quę eſt, neceſſariũ nõ eſſe, quam ſupra dixerat nõ eſſe oppoſitam ei quę dicit, neceſſarium eſt eſſe, illa negatio eſt q̃ proponit, non neceſſarium non eſſe. Quęcunque enim negationem ad eſſe põſitã hñt, illę ſi cum modo ſunt, affirmationes eſſe putandę ſũt. Eius vero q̃ eſt, impoſſibile eſſe, non eſt ea negatio quę dicit, poſſibile non eſſe. non enim ad modum habet negatiuã particulam iunctam, ſed potius ea q̃ dicit, non impoẽ eſſe. Hę nãq; inter ſe verum falſumq; diuidunt. illius vero q̃ ad eſſe habet particulam negatiuam, quam affirmationem eſſe manifeſtum eſt. i. eius q̃ dicit, impoſſibile non eſſe, ea negatio eſt q̃ dicit, non impoſſibile non eſſe. Concludit etiam breuiter id quod ſupra demonſtrauit dicens.

*Vniuerſaliter vero (quemadmodum dictum eſt) eſſe quidem & non eſſe oportet ponere, tanquam ſubiecta, negationem vero & affirmationem hæc facientem ad eſſe, & non eſſe apponere, & has putare oportet eſſe oppoſitas dictiones, poſſibile, non poſſibile, contingens, non contingens, impoſſibile, non impoſſibile, neceſſarium, non neceſſarium, uerum, non uerum.*

70 Vſr, inquit, dicimus, ſicut iam ſupra dictum eſt, in his ꝓpoſitionibus q̃ modos additos habent, eſſe & non eſſe ſubiecta potius fieri, modos vero ꝑdicari, atq; ideo ad vnum quemlibet modum. i. ẽm vnum fieri debere affirmationem & negationẽ ſp, vt ſicut ꝑdicatus modos affirmationẽ continet, ita negatiua particula ad modũ iuncta totam hoc modo contineat negationẽ: ꝓponit ãt eas quas putat eſſe oppoſitas dictiones hoc modo, poẽ, non poẽ: contingẽs, non contingẽs: impoẽ, non impoẽ; neceſſariũ non neceſſariũ. Qđ ãt addit uerũ, non verũ, ad hoc ꝑtinet, vt oẽs modos includeret, vere .n. modus q̃dẽ eſt, ſicut, & bñ, ſicut velociter, ſicut læte, ſicut grauiter, & quicũq; modi ſunt: hocq; modo facienda eſt, contradictio, verum eſt, non verum eſt, non ãt non eſt uerum, velociter ambulare, non velociter ambulare, ſed non illa q̃ dicit, velociter non ambulare. Concludenti ergo ſp ad modum iungẽda negatio eſt. illę .n. ſp ſibimet opponuntur, vt ſupra iam dictum eſt, q̃ ſcđm pręadicationes habent negatiuas particulas iunctas. Pręadicantur autem in his modi, vt ſupra iam demonſtrauimus. Scđm modos ergo

in

in his negatio poſita integrã uim cõtradictionis efficiet. Ex poditis modorũ oppoſitionibus, de conſequentia ꝓpoſitionũ atq; conſenſu hebitur ſubtilis utiliſq; tractatus. Si ergo poſſibile eẽ ſimpliciter diceref, ſimplex & facilis ꝓpoſitionũ videret eſſe cõſenſus, ne qcq̃ in earũ conſequentia poſſet errari. Nunc aũt, qm̃ dupliciter dr̃ ſm̃ diuerſos modos, nón eędẽ ꝓpoſitionũ ſunt conſequentię. Quod aũt dico tale eſt. Poſſibilis duę ſunt partes, vnũ quod cum non ſit, eſſe põt. Alterũ quod iõ ſit poſſibile, q̃ iã eã. prior qdẽ pars corruptibilibus, & pmutabilibus ꝓpria eſt. mortalis .n. Socrates poterat eſſe cũ nõ fuit, ſicut ipſi mortales q ſunt id qđ ante non fuerant. põt.n. hõ cũ non loqtur, loqui & cum nõ ambulat ambulare. Ergo hęc pars ſm̃ id dr̃ qđ iã qdẽ non eſt, eſſe tñ p̃t. illa vero alia pars potis q̃ ſm̃ id dicit, qđ iã ẽ aliqd actu ñ poteſtate. vtriſq; naturis accõmodaĩ & ſẽpiternis.ſ. & mortalibus. Nã qđ in ſempiternis eſt, eſſe pot̃e eſt. Rurſus qđ eſt in mortalib. nec hoc a ſubſiſtendi poſſ. tate diſcedit, ſed tñ differt, qa id qđ in ęternis eſt, nullo mõ pmutaĩ, & ſp eſſe neceſſe eſt illud vero qđ ĩ reb. mortalib. inuenit, poterit & non eſſe, & ut ſit, non eſt neceſſe. Ego nanq; cum ſcribo, ineſt mihi ſcribere. Quocirca & ſcribere mihi poſſibile eſt, ſed qm̃ ipſe mortalis ſũ, non eſt hęc poteſtas ſcribendi neceſſaria. neq; .n. ex neceſſitate ſcribo. At vero cum dicimus cęlo ineſſe motum, nulla dubitatio eſt, quin neceſſe ſit cęlum moueri: in mortalibus ergo rebus cum eſt aliqd, & eſſe põt, & vt ſit, nõ eſt neceſſe. in ſempiternis ãt, quod eſt, neceſſe eſt eſſe, & qa eſt, eſſe poſſibile eſt. Cũ ergo poſſibilis principaliter duæ ſint partes, vna quæ ſm̃ id dicitur quod cum non ſit, eſſe tñ põt: Altera quę ſm̃ id prędicatur, quod iam eſt aliqd actu, non ſolum poteſtate. huiuſmodi poſſibile quod iã ſit actu, duas ex ſe ſpecies profert, vnam, quæ cum ſit non eſt neceſſaria: alteram quę cũ ſit, illud quoq; habet, vt eam eſſe neceſſe ſit. Nec hoc ſolius Ariſtotelis ſubtilitas deprehendit, verum Diodorus quoq; poſſibile ita definit dicens, quod eſt, aut non eſt. Vnde Ariſtoteles id quod Diodorus ait, non eſt, illud poſſibile putat, qđ cũ non ſit, fieri tñ põt. Quod aũt dixit Diodorus, eſt, id poſſibile Ariſtoteles interpretatur. qđ idcirco dicit eſſe poſſibile: qa iã eſt actu. Cuius poſſibilitatis modi duas partes eſſe docuimus, una.ſ. quã neceſſariã dicimus alteram quã non neceſſariam p̃dicamus. Huius autẽ non neceſſariæ duę ruſus partes ſunt, vna quæ a poteſtate peruenit ad actum; altera, quę ſp actu fuit, aliqdo res illa quę ſuſceptibilis illius eſt, fuit: & illa quidẽ quę a poſſibilitate ad actũ venit, vtriuſq; partis contradictionis ſuſceptibilis eſt, ut nunc ego ſcribo, & ex poteſtate ad actũ ueni, & agẽs poſſũ ſcribere. ante .n. quam ſcriberem, erat mihi ſcribendi potentia. Sed ex poteſtate ſcribendi ueni ad actum ſcribendi. Quare vtreque mihi conueniunt & ſcribere & non ſcribere: poſſum.n. & non ſcribere, poſſum & ſcribere, quę eſt quodamõ cõtradictio. Atqui iõ quæcunq; a poteſtate ad actum veniunt, ea & facere poſſunt & non facere, & eſſe & non eſſe. ut qui loquitur, quia ante potuit loqui quã loqueretur, & nunc ideo poteſt loqui, quia loquitur, & poteſt loqui & poteſt non loqui. Alia vero, quę nũquam antea poteſtate fuit, ſed ſp actu, aliquando res ipſa fuit quæ aliquid poteſtate eſſe diceretur, ad unã rem tm̃ apta eſt. ut ignis nunquã fuit ante poteſtate calidus, ut poſtea calidus actu ſentiretur; nec nix antea frigida poteſtate, poſt actu. Sed aliquando fuit ignis actu calidus, fuit & aliquando nix frigida actu. Quocirca hę potentiæ non ſunt aptę ad vtraq;. Neq; .n. ignis frigus incurrere, nec nix calidum vnquam poteſt efficere. Quare facienda a principio huiuſmodi diuiſio eſt. Poſſibilis alia pars eſt, quæ cum non ſit, tñ eſſe poteſt. Alia vero quę actu eſt, & ideo pot̃e dicitur. Si.n. eſſe non poſſet, nec eſſet omnino. Huius ãt poſſibilitatis quæ ſm̃ illum dicitur modum, quod iam actu ſit, duæ partes ſunt, una ſecundum id quod ex neceſſitate eſſe dicimus: Altera uero ſecundum id quod cum ſit, non tamẽ eſſe ex neceſſitate aliquid arbitramur. Huius autem non neceſſariæ poteſtatis duæ ſunt aliæ partes. una, quę qm̃ ex poteſtate ad actum uenit, & eſſe & non eſſe recipiet facultatẽ: Altera quæ quia nunq̃ actũ habere deſtitit, aliqñ fuit id qđ dr̃ ei eſſe pot̃e, ad vnam tm̃ partem apta eſt atq; potis, ad eam.ſ. q̃ actu ſp exercuit, vt ignis calor, & niui frigus, & adamanti durities, & aquę liquor. Sed nullus arbitretur ex neceſſariæ poſſ. itatis ſpẽ eſſe id qđ dicimus nũq̃ poteſtate fuiſſe actus quoſdam in quibuſdam reb. vt igni calorem. ipſe.n. extingui ignis p̃t. In illis ãt q̃ neceſſariæ ſunt, non mõ qualitas a ſubiecta re diſcedere nunq̃ dẽt, qđ vĩ ẽt in igni, a quo ſua qualitas caloris non recedit. ſed ẽt illud, quod ſubiecta illa ſuba ĩmortalis eſſe videatur, quod igni non accidit. Solem.n. & cętera hmõi corpora q̃ ſuperna ſũt & cœleſtia, ĩmortalia peripatetica diſciplina putat. atq; iõ conſentienter ſibi docet Solẽ neceſſario moueri, quod non mõ a Sole motus ille nunq̃ recedit, ſed ne Sol quidem ipſe eſſe deſinet. His ergo prædictis id, ad qđ hæc præmiſſa ſunt .i. conſequentia propoſitionum diligentius exequenda eſt.

## DE MODALIVM CONSENSV.

*Conſequentiæ vero ſecundum ordinem ſiunt ita ponentibus. Illi.n. quæ eſt poſſibile eſt eſſe, ſequitur illa quæ eſt, contingens eſſe, & hæc illi conuertitur, & non impoſſibile eſſe, & nõ neceſſarium eſſe. Illi vero quæ eſt, poſſibile non eſſe, & contingens non eſſe, ea quæ eſt, non neceſſarium non eſſe, & non impoſſibile non eſſe. Illi vero quæ eſt, non poſſibile eſſe, & non contingens eſſe, ea quæ eſt, neceſſarium non eſſe, & impoſſibile eſſe. Illi nero quæ eſt, non poſſibile non eſſe, & non contingens non eſſe, illa quæ eſt, neceſſe eſt eſſe, & impoſſibile nõ eſſe. cõſideretur autem ex ſubſcriptione quod dicimus.*

| | |
|---|---|
| *Poſſibile eſſe* | *Non poſſibile eſſe* |
| *Contingens eſſe* | *Non contingens eſſe* |
| *Non impoſſibile eſſe* | *Impoſſibile eſſe* |
| *Non neceſſarium eſſe* | *Neceſſarium non eſſe* |

| | |
|---|---|
| *Poſſibile non eſſe* | *Non poſſibile non eſſe* |
| *Contingens non eſſe* | *Non contingens non eſſe* |
| *Non impoſſibile nõ eſſe* | *Impoſſibile non eſſe* |
| *Nõ neceſſarium nõ eſſe* | *Neceſſe eſt eſſe* |

71. Hæc Ariſt. conſentienter his quę nos ſupra præmiſimus addidit de conſequentia propõnum, quæ etſi manifeſta ſũt acute perſpiciẽtib. tñ ne nos nihil huic quoq; loco addidiſſe videamus, breuiſſima expõne ea percurrimus. Primum voluit demonſtrare, qđ quæcunque de poſſibili dicerentur ea ẽt de cõtingẽti ueraciſſime dici poſſunt. atq; ideo ait, Illi quæ eſt, poſſibile eſſe, conſequẽtẽ eſſe illã quę dicit, cõtingere eſſe. Et ne in his aliqd diſcrepãs uideret, adiecit dicens, & hæc illi cõuertitur: ut intelligeremus qđ eſſet poſſibile, hoc contingere. & qđ contingeret, illud eſſe poſſibile. quare quę ſibi conuertuntur, ea æqualia ſunt atq; eadem. Quicqd ergo in poſſibili dici põt, idẽ in contingenti p̃dicatur. hęc ergo.i. cõtingens & poſſibile ſeq. dixit illã ꝓpoſitionẽ quæ diceret. nõ ĩpoſſibile eſſe, & eã quę neceſſariũ negat .i. non neceſſe eſſe. ait .n. Illi.n. quę eſt poſſibile eſſe, illa q̃ eſt cõtingere eſſe, & hæc illi conuertitur, & ea quę eſt, non impoſſibile eſſe, & nõ neceſſariũ eſſe: tanq̃ ſi hoc diceret, & poſſibile eſſe ſequitur contingentia. & hæc utraque ſibi conuertuntur ſed has ſequitur non impoſſibile eſſe, & non neceſſariũ eſſe. Hoc quam recte dictum ſit, neminem latet. Nã qđ eſt poſſibile eſſe, id eſſe contĩgit, ut ſit non ĩpoſſibile eſſe. Na ſi eſſet ĩpoſſibile, non diceret poſſe eẽ, qđ ut nõ eſſet, rõ impoſſ. tatis aſtringeret. Ergo id quod p̃t eſſe, non impoſſibile eſt eſſe. Similiter aũt non eſt neceſſe eſſe, id qđ poſſe eſſe dicitur. Hoc aũt idcirco euenit, quia id qđ poſſibile prædicamus ad utranq; partẽ facile uertitur. Nam & ut

fit

ſit fieri poteſt, & ut non ſit. At uero neceſſitas & impoſſibilitas in alterutra parte coſtingitur. nã quod impoſſibile eſt eſſe, eſſe nunquã poteſt. Porro aũt quod neceſſe eſt eſſe, nõ eſſe nunquam poteſt. ergo id quod negamus impoſſibile eſſe, cõſentire facimus poſſibilitati. Id aũt quod negamus neceſſarium, rurſus eidem naturæ uim poſſibilitatis adiungimus, ut ſit hoc modo dicendum, & ut uerius loquamur, ita dicendum eſt, quod poſſibile eſt & eſſe poteſt, & nõ eſſe. Rurſus quod impoſſib ile eſt eſſe, nõ põt eſſe. quod neceſſe eſt, non põt non eſſe. ergo ſi impoſſibilem enunciationem negationis adiectione frangamus dicẽtes non impoſſibile eſſe, illi partẽ poſſibilitatis adiungimus, in qua eſſe poſſe aliqd dicimus. Sin uero neceſſitate ꝓpoſitionis rigorem negationem minuamus dicẽtes, non neceſſe eſſe: illud euenit, ut, ad eam partem neceſſarium propoſitionẽ applicemus, quæ impoſſibilitate eſt, ut poſſit non eſſe. Quare poſſibilitatem ſequitur nõ eſſe impoſſibile, idcirco quia quod poſſibile eſt, fieri poterit. Eãdem poſſibilitatem rurſus ſequitur ꝓpoſitio, quę dicit, non neceſſe eſt eſſe, idcirco quia quod poſſibile eſt, poterit & non eſſe. Aliter idem dicimus, quod poſſibile eſt, nõ eſt uerũ dicere, qđ impoſſibile eſt qa fieri põt. Rurſus qđ poſſibile eſt, nõ eſt uerũ dicere, quod neceſſe eſt. põt.n. quod poſſibile eſt eſſe, idẽ nõ eſſe, Quare ſi de poſſibilitate impoſſibilitas & neceſſitas recte dici nõ põt, eorum negationes poſſibilitati conſentiet, quę ſunt, non impoſſibile eſſe, & non neceſſariũ eſſe. Sed meminiſſe debemus eãdẽ ſp in oĩbus contingẽti & de poſſibili rõnem eſſe. De eo.ſ. poſſibili, qđ cum adhuc non ſit, poterit tñ eſſe aut nõ eſſe. Aliã rurſus cõſequentiã dicit hoc mõ. Illi uero quę eſt poſſibile non eſſe & contingere non eſſe, illa quæ eſt, non neceſſariũ non eſſe, & non impoſſibile non eſſe ꝑ eãdẽ cãm hanc quoq; conſequẽtiã dicit. Illi.n. quę eſt poſſibile non eſſe, & ei quæ eſt contingere non eſſe, illa cõſentire ait quę dicit, non neceſſe non eſſe, & non impoſſibile non eſſe. Hoc aũt iõ, qa qđ põt nõ eſſe poteſt ẽt eẽ. & rurſus quod contingit non eſſe, contingit eſſe. At uero quod neceſſe eſt non eſſe, illud non põt eſſe: quod aũt poſſibile eſt non eſſe, illud nõ eſſe nõ poterit. quare a poſſibili utrę que diſcrepant. Namq; poſſibilitati quę poſſe aliquid eſſe promittit, cõtrariũ ſentit ea quę dicit, neceſſe eſſe nõ eſſe. Rurſus quia poſſibilitas hẽt in ſe uim ut id quod põt eſſe, poſſit & non eſſe, diſſentit ab ea, multumq; diſcrepat q̃ dicit, impoſſibile eſſe non eſſe. Quod ſi ſit ꝓpoſitio quæ ꝓdicat neceſſe eſſe nõ eſſe, & rurſus quæ dicit impoſſibile eſſe nõ eſſe a poſſibilitatem diſſentiunt. Recte nimirũ harum negationes poſſibilitati cõſentire credunt. Poſſibiles aũt ꝓpoſitiones uoco huiuſmodi, quæ uel in affirmatione uel in negatione poſſibilitatem aliq̃ mõſtrant, altera parte non interclula. ut quę dicit poſſibile eſſe aliqd. ab hac non intercluditur ea, ꝑ quã dici poteſt, poſſibile eſſe non eſſe: uel ſiquis dicat poſſibile aliqd non eſſe, ab hac rurſus interclutum non eſt, ut eſſe poſſit. atq; iõ affirmationem quæ dicit poſſe eſſe, poſſibilem uoco. Nec minus eam quæ dicit aliquid poſſe non eſſe. Et in iſtis propoſitionibus quas Ariſtoteles ponit, in quibus dicit poſſibile non eſſe, non uideatur ita dicere, tanquam ſi hoc modo pronunciet, ut uelit intendere aliquid impoſſibile eſſe, cum dicit poſſibile non eſſe. Ita .n. hanc propoſitionem dicit, non quod poſſibilitatem illã auferat, ſed quod dicat poſſibile eſſe aliquid ut nõ ſit. Subaudiendum .n. eſt adiungendumq; ad poſſibile uerbum quod eſt eſſe, ut cum ille dicit, poſſibile non eſſe, nos intelligamus poſſibile eſſe non eſſe. i. poſſibile eſſe ut non ſit. Tertiã conſequentiam ponit hanc, in qua conſentire dicit illi, quę eſt non poſſibile eſſe, & non contingens eſſe, illam quæ dicit. neceſſarium non eſſe & impoſſibile eſſe. hoc ita planum eſt ut expoſitione non egeat. Quod.n. non poſſibile eſt, hoc fieri non poteſt. ꝙ fieri non poteſt neceſſe eſt ut non ſit. quod aũt neceſſe eſt ut non ſit impoſſibile eſt. Recte ergo dicit eã ꝓpoſitionẽ quę dicit aliquid non poſſe eſſe, & eã quæ dicit non contingere eſſe, conſeq illas, & quæ eſſe cũ neceſſe eſſe negant, & quę impoſſibilitatem affirmãt. Qđ aũt dicit tale eſt. non neceſſe eſſe cõtingens eſt eſſe. neceſſe aũt non eſſe non contingens eſt eſſe. neceſſe aũt non eſſe non contingens eſſe. non eſt contingens. ſ. eſſe, & neceſſariũ non eſſe. Reliquã conſequentiã in qua eas propoſitiones quę dicerent, nõ poſſibile eſſe aliquid non eſſe, & nõ contingere non eſſe, illis quæ ꝓponerent neceſſe eſſe, & impoſſibile non eſſe conſentire dicit. neq; ullam habet hoc obſcuritatem. Nã quod non eſt poſſibile ut non ſit, hoc impoſſibile eſt ut non ſit. id.n. quod dicimus impoſſibile eſſe, idẽ ualet tanq̃ ſi dicamus nõ poſſibile eſſe. Qđ .n. facit negatio in ea interꝑtatione qua dicimus non poſſibile, idẽ facit priuatio ĩ ea qua dicimus impoſſibile. Quod aũt impoſſibile eſt non eſſe, late patet, qa neceſſe eſt eſſe. Ergo & quod non eſt poſſibile ut non ſit, manifeſeſtum eſt ꝙ neceſſę eſt eſſe. idem quoq; & de contingenti dicendum eſt. Deſcribit aũt eas hoc modo, ut non ſolum mente & rõne capiantur, uerum ẽt ſubiectis oculis facilior intellectus ſit. Nos autem ut ſit lucidior explanatio, de his duos facimus ordines, & in primo quidem eas poſuimus quæ præcedunt. in ſecundo uero eas quæ ſequitur, ut ſit multa facilitas ꝑ ſe earum rõnes non intelligentibus, ad deſcriptionem tamen reſpicientibus, quę quam ſequatur agnoſcere.

| Præcedentes | Sequentes |
|---|---|
| Poſſibile eſſe | Non impoſſibile eſſe |
| Contingens eſſe | Non neceſſe eſſe |
| Pręcedentes | Sequentes |
| Poſſibile non eſſe | Non neceſſarium non eſſe |
| Contingens non eſſe | Mon impoſſibile non eſſe |
| Pręcedentes | Sequentes |
| Non poſſibile eſſe | Neceſſarium non eſſe |
| Non contingens eſſe | Impoſſibile eſſe |
| Præcedentes | Sequentes |
| Non poſſibile non eſſe | Neceſſe eſſe |
| Non contingens non eſſe | Impoſſibile non eſſe |

Hac ergo deſcriptione facta quid. Ariſtoteles communiter de propoſitionibus uniuerſaliterq; tractauerit, nulli ſolertius intuenti uidetur ambiguum. Cætera uero quę ſingulatim de eorum conſequentijs diſputauit, quoniam defatigari nolumus lectores, ſextum uolumen expediet.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi Editionis ſecundæ, ſeu maiorum cõmentariorum, in librum Ariſtotelis de interpretatione.

### LIBER SEXTUS.

SExtus hic liber longę commẽtationi terminum ponit, ꝗ quodam magno labore cõſtiterit ac ipſis mora. Nam & plurimorũ ſunt in vnũ coaceruatę ſnĩæ, & duorũ ferme annorũ ſpatiũ continuo cõmẽtandi ſudore cõſumpſimus. Neq; ergo arbitror quibuſdã ſiniſtre interpretãtibus glorioſe factũ uideri, ut qđ dici breuiter poſſet, id nos oſtẽtatione doctrinæ, non ad lectorũ ſciẽtiã potius q̃ prolixita ad faſtidiũ tẽderemus. Quibus reſpõſũ uelim, nõ hoc tam mẽdaciter eſſe ſenſuros, ſi prioris cõmenti perlegerint breuitatẽ nam neq; breuius explicari potuit anguſtiſſimorum obſcuritas impedita ſermonum: & q̃ multa ad plenam huius libri intelligẽtiam deſint, agnoſcent. Quid autem utrunq; opus legentibus utilitatis exhibeat, hinc facilime mihi uidetur poſſe perpendi. Quod cum hanc ſecundum editionem in manus quiſquam primum ſumpſerit, ipſarum rerũ ſpatioſa uarietate confunditur, ut qui in maioribus mentẽ intendere nequit, editionis primę breuitatem ſimplicitatemque deſideret. Quod ſiquis ad prioris editionis duos libros lector acceſſerit, ſumpſiſſe ſibi ad ſcientiam quiddam fortaſſe uidebitur. ſed cum poſtremo hanc ſecũdam cognouerit editionem quam multa in prima ignotaret agnoſcit, nec hoĩes a legendo longi opus labore deterreat, cum nos

non impedierit ad ſcribendum. Sed ne ipſum quoq; procemium tendi longius videatur, ad Ariſt. ſeriem, & ad ea quæ de cõſequẽtia ꝓpoſitionũ diligẽter exequitur, reuertamur. Ea quæ cõiter vniuerſaliterq; de ꝓpoſitionib. & de earum ad ſe inuicẽ cõſequẽtiis ſpeculãda fuerat, in ſuperiori ipſarũ ꝓpoſitionũ deſcriptione diſpoſuit. Nũc uero q̃ ſingulatim ſingulis accidũt, diligẽtiſſimo tractatu ꝓſeq̃t. ait.n. ita.

*Ergo impoſſibile & non impoſſibile, ad illud qđ eſt, cõtingẽs & poſſibile, & nõ cõtingens & nõ poſſibile ſequũtur quidẽ contradictorie, ſed conuerſim. illud.n. quod eſt poſſibile eſſe, negatio ſequitur impoſſibilis, negationẽ vero affirmatio. Ad.n. quod eſt, non poſſibile eſſe, ſequitur illud quod eſt, impoſſibile eſſe. Affirmatio enim eſt, impoſſibile eſſe, non impoſſibile uero negatio.*

72. Conſequentia propoſitionum (ut ſuperior deſcriptio docet) ſm poſſibile & neceſſarium facta eſt. quam rem illa quoq; ſecuta eſt, ut ex contingentibus & impoſſibilibus ꝓpoſitionibus conſequẽtiaſq; diceret. Nã cum contingens recto modo poſſibili conſentiat, impoſſibile conuerſo ordine neceſſariũ eſt, ut paulopoſt docebimus. Speculatur ergo de poſ̃i, & contingenti, & impoſ̃i, quemadmodũ ad ſe inuicem vel quas habeant conſequentias, idq; cõſtituit hoc mõ dicens. Impoſ̃e & non impoſ̃e, ſequũtur quidẽ poſ̃e, & nõ poſ̃e cõtradictorie q̃dẽ, ſed conuerſim. Hoc ãt hmõi eſt. Scimus affirmationẽ priuatoriam eẽ eam q̃ dicit impoſ̃e eſse. huiusvero negationẽ, non impoſ̃e eſse. Rurſus affirmationẽ poſ̃em, eã q̃ dicit poſ̃e eſse. huius negationẽ q̃ ꝓponit, nõ poſ̃e eſse. Sequit̃ ergo affimationẽ poſ̃em negatio impoſ̃is. nam qđ poſſibile eſt, idẽ eſt non impoſſibile. Alioqui ſi ea q̃ dicit, non impoſſibile eſse, non ſequit̃ poſſibilitatem, ſeq̃tur eius affirmatio.i. impoſſibile eſse. Erit ergo quod poſſibile eſt, impoſſibile, quod fieri non poteſt. Quod ſi impoſſibilitas poſſibilitatẽ non ſequitur, nõ impoſſibile eſse ſequitur poſſibilitatẽ. At uero negationem poſſibilitatis ſequit̃ affirmatio impoſſibilitatis. Nam qđ non poſſibile eſt, impoſſibile eſt. Eandẽ.n. vim obtinet negatio in propõnibus q̃ & priuatio. & de contingenti hoc modo. Nã quod contingens eſt eſse, illud eſt non poſſibile. nã ſi contingens & poſſibile ſequunt̃ ſe, poſſibile vero & non impoſſibile conſentiunt, contingens et & non impoſſibile idem deſignãt. Rurſus non contingens, & impoſſibile idẽ videri poterit ꝑſpicienti: qđ non contingens q̃dem & non poſſibile idem ſentiunt. ſed nõ poſſibile impoſſibili conſentit. Quocirca & non contingens quoq; impoſſibile aliquid eſse denunciat. Fit ergo, ut affirmatio impoſſibilitatis, cõtradictionẽ poſſibilitatis ſequatur. Sed non ut affirmatio affirmationem, nec ut negatio negationem, ſed conuerſim i. vt affirmatio negationi, negatio vero affirmationi conſentiat. Affirmationem nanq; quæ eſt, poſſibile eſse, ſeq̃tur negatio impoſſibilitatis, quæ dicit, non impoſſibile eſse. negationem uero poſſibilitatis, quę eſt non poſſibile eſse, ſeq̃tur impoſſibilitatis affirmatio, quæ proponit impoſſibile eſse. Idem quoque & de contingenti dicendũ eſt. Affirmationẽ nanq; contingentis, ſeq̃tur negatio impoſſibilitatis. negationẽ uero contingentis, ſequit̃ affirmatio impoſſibilitatis. omnino.n. quicquid de poſſibilitate proponitur, idem de contingentibus iudicatur. Diſponantur ergo modo, primum affimatio impoſſibilis, contra eam negatio impoſſibilis. Et ſub affirmatione impoſſibili ponatur ex contingentibus & poſſibilibus, quas ipſas ſeq̃tur impoſſibilitas. Sub negatione uero impoſſibilitatis, illæ poſſibilis & cõtingentis ꝓpoſitiones, quibus ipſa impoſſibilitatis negatio conſentit, hoc modo.


| | |
|---|---|
| Impoſſibile eſse | Non impoſſibile eſse |
| Non poſſibile eſse | Poſſibile eſse |
| Non contingens eſse | Contingens eſse. |

Patet ergo ut cõtradictiones q̃dẽ aliis cõtradictionib. cõſentiãt. Qua in re illud quoq; manifeſtũ eſt, ꝙ affirmationes negationib. negationes vero affirmationibus conſentiat. ſẽſus ergo totus talis. Sermonũ vero rõ hæc eſt. Impoſſibile, inquit, & non impoſſibile .ſ. quę eſt contradictio duas contradictiones .ſ. illud quod eſt contingens & poſſibile, & nõ contingens, & non poſſibile, ſequitur quidem contradictorie. Nã vna cõtradictio impoſſibilis, & nõ impoſſibilis, duas ſequitur contradictiones. i. contingens, & non contingens: poſſibile, & non poſ̃e ſed q̃q̃ cõtradictiones ſequatur alia contradictio conuerſim tñ ſibi conſentiunt. Nam quod eſt poſſibile eſſe, ſequitur negatio impoſſibilis, vt ſuperior deſcriptio docet. negationem vero poſſibilis ſequitur affirmatio impoſſibilis. nã quod eſt non poſſibile conſentit ei qđ impoſ̃e. Eſt aũt affirmatio impoſſibilis ea quæ dicit, impoſ̃e eſſe. & q̃q̃ inuoluta ſit ſermonum rõ, tñ ſiquis ſm ſuperiorem expoſitionem ad ipſius Ariſto. ſermones ſuperiores redeat, & quod illis deeſt, ex noſtra expoſitione compenſet, ſenſus planiſſimus a ratione non deuiat.

*Neceſſarium uero quemadmodum ſit, conſiderãdũ eſt. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ non eodẽ mõ, ſed cõtrarię ſequũtur. Contradictorię autem ſunt extra. Nõ.n. eſt negatio eius quod eſt, neceſſe non eſſe, non neceſſe eſt eſſe contingit.nã eſſe ueras utraſque in eodem. Quod enim eſt neceſſariũ nõ eſſe, non eſt neceſſarium eſſe.*

73 Poſſibilis atq; poſſibilis dudũ cõparatione didicimus, qđ affirmationem poſſibilem impoſſibilis negatio ſequeretur. rurſus negationi poſſibilis affirmatio impoſſibilis conſentiret. Quærens ergo nunc, quemadmodum poſſibiliũ, & neceſſariarum propoſitionum fiant conſequentię, dicit nõ eodem modo in his euenire quemadmodum in illis euenit, quę ex poſſibilis & impoſſibilis comparationibus naſcebãtur. in illis.n. contradictiones oppoſitę contradictiones rurſus oppoſitas ſequebantur, vt affirmationem negatio, negationem affirmatio ſequeretur. In his aũt hoc eſt impoſſibilibus & neceſſarijs non eodem modo eſt, ſed contrariæ quidem conſequuntur. contradictorię vero & oppoſitę extra ſunt & non ſequuntur. Et prius quidem quæ ſint contrariæ, quę contradictorię diſponamus. propoſitionis.n. q̃ dicit neceſſe eſſe, ea q̃ proponit non neceſſe eſſe, contradictoria eſt ea vero q̃ dicit neceſſe non eſſe, contraria. vt ſiquis dicat Solem eſſe neceſſe moueri. huic eſt oppoſita contradictorie, Solem non neceſſe eſse moueri. Contrarie vero, Solem neceſse eſse non moueri. Poſſibilem ergo propoſitionem ſeq̃tur contradictio neceſſaria. Contradictionem vero poſſibilis, non ſequitur neceſſitas. Quod eueniret, ſi in his ſeſe oppoſitę ſequerentur. Sed potius ea q̃ eſt contraria neceſſitati. Age.n. oppoſitioni q̃ dicit, poſſibile eſse, videamus q̃ ex neceſſarijs conſentiant. Illa quidem q̃ dicit, neceſse eſse, non ei poterit conſentire. Quod.n. poſſibile eſt eſse, poteſe & non eſſe. quod neceſse eſt eſse, non poterit non eſse. Ergo ſi poſſibilitatem neceſſitas non ſequitur, ſequitur eam neceſſitatis contradictio. non ſequitur ergo propoſitionem poſ̃em, ea q̃ proponit neceſse eſse: ſed contradictio neceſſitatis q̃ proponit non neceſse eſse. Sed cõtradictionis poſ̃is, neceſſitas non conſentit. Neq;.n. dicere poſſumus, ꝙ eã propoſitionẽ q̃ dicit non poſ̃e eſse, ſequitur ea q̃ proponit neceſse eſse. ſed potius contraria neceſſarię, illa q̃ dicit neceſſe eſse non eſse. Nam cum non poſ̃e eſt, neceſse eſt non eſſe. Diſponantur.n. hę .ſ. q̃ ſequuntur, & ſub his neceſſarię, & quę ſit contradictio, quæ contrarietas aſcribatur.

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſse | Non poſſibile eſse |
| Non neceſse eſse | Neceſse eſse non eſse |




Neceſse eſse

Nulli

Nulli ergo dubium eſt, quin affirmationem poſſibilis, ſequať neceſſarii negatio negationē uero poſſibilis ſi ſequať neceſſariū, ſed potius contrarietas neceſſarii. nā cum poſſibile eſſe ſequatur contradictio neceſſitatis, quę eſt non neceſſe eſſe i cōtradictionē poſſibilis ꝙ dicit, nō poſſibile eſſe, nō ſequitur neceſſitas ipſa; ſed potius contraria illa. ſ. quę ꝓponit, neceſſe eſſe non eſſe. Senſus ergo huiuſmodi eſt. talis uero eſt ordo ſermonū. neceſſarium uero, inquit, quemadmodum ſit, id eſt quas habeat conſequentias conſiderandum eſt. Primo quidem definit dicens, Manifeſtum eſt, ꝙ non eodē mō, quo loco ſubaudiendū eſt, quēadmodum in his quę poſſes ſunt & impoſſes, ſed contrariæ ſequuntur, cōtradictoriæ vero extra ſunt, & ñ ſequunť. Nāq; cōtradictionē poſſis, non neceſſarij cōtradictio, ſed (vt ſupra docuimus) cōtrarietas ſequebať. Non. n cōtradictioni in hac neceſſarii cōſequētia cōſentiebat. Sequebatur nanq; poſſibilitatē illud qđ eſt non neceſſarium, non poſſe āt ſequebatur ea ꝓpoſitio ꝙ dicit, neceſſe eſſe non eſſe, non autem neceſſe eſſe. Sed rurſus neceſſe eſſe non eſſe, & non neceſſe eſſe, non ſunt contradictiones. Sed non neceſſe eſſe quidem negatio neceſſarij eſt, illa vero quę dicit, neceſſe eſſe non eſſe, contraria neceſſarii, contra ſe autem non ſunt contradictoriæ. Poſſunt nanque in vno eodēq; ſimul inueniri, quod per hoc ait, quod dixit, Contingit enim veras eſſe in eodem vtraſque. nam quod neceſſarium eſt non eſſe, non eſt neceſſarium eſſe, vt quoniam neceſſe eſt hominem quadrupedem non eſſe; non eſt neceſſarium hominem quadrupedem eſſe. Nam ſi hoc falſum eſt, neceſſe erit hominem eſſe quadrupedem, cum neceſſe ſit non eſſe. Quocirca manifeſtum eſt, ꝙ ſimul aliquando inueniri poſſunt, non neceſſe eſſe, & rurſus neceſſe eſſe non eſſe ꝓpoſitiones. quæ cū cōtra ſe ſunt, cōtradictiones non ſunt. Cam uero reddens, cur cū ſecundū poſſibilis cōparationē ad contradictiones ſit reddita conſequentia, non eodem modo in neceſſariis potuerit euenire, ſic dicit.

*Cauſa aūt cur nō ſequātur ſimiliter cæteris eſt quoniā cōtrarie impoſſibile neceſſario redditur idē ualēs. Nā qđ impoſſibile eſt eſſe, neceſſe eſt hoc, nō qdē eſſe, ſed potius nō eſſe. Qđ uero imopſſibile eſt nō eſſe, hoc neceſſariū eſt eſſe. Quare ſi illa ſimiliter ſequūtur poſſibile, et nō poſſibile, hæc ecōtrario. Quoniā nō ſignificant idē neceſſariū & impoſſibile, ſed (quemadmodum dictum eſt) conuerſim.*

74 Cauſa eſt inqūit, cur conſequētia in neceſsariis ita redditur, ꝙ neceſsarium ſemper impoſſibili contraria ratione conſentit. Nam quod inpoſſibile eſt eſse, neceſsarium eſt non eſse. & rurſus quod neceſse eſt eſse, hoc impoſſibile ē non eſse. ſit igitur contrarietas quędam. nam cum impoſſibilitas eſſe habet, neceſſitas non eſſe: & cū neceſſitas eſſe, impoſſibilitas non eſſe. Ergo idē ualet impoſſibilitas & neceſſitas, non eodem modo reddita, ſed ſi neceſſitas ſecundum eſſe, impoſſibilitas ſecundum non eſſe redditur. & ſi impoſſibilitas ſecundum eſſe, ſecundum non eſſe neceſſitas. quare iccirco euenit iſta contrario modo conuerſio. nam vbi eſt impoſſibile eſſe, ibi eſt neceſſe non eſſe. ſed impoſſibile eſse & non poſſibile eſse conſentiunt. Igitur non poſſibile eſſe, & neceſſe non eſſe conſentiunt. Nulli ergo dubiū eſt iccirco neceſſe non eſſe, ſequi poſſibilis negationē, qm̄ impoſſibilitas quę ſequitur poſſibilis negationem, conſentia ei quę dicit, neceſſe non eſſe. hoc aūt ideo quia impoſſibilitas & neceſſitas idem ualent (ut dixi) ſi contrarie proponantur. Quare quod dicitur hoc modo eſt, Cauſa autem eſt inquit, cur non ſequantur ſimiliter cęteris. i. quę ſecundum poſſibile & nō impoſſibile factæ ſunt, quonia contrarie impoſſibile neceſſario redditur idem ualēs. i. contrario mō reddita, & pronunciata impoſſibilitas neceſſitati idem ualet. Nam ſi impoſſibile eſt eſſe, neceſſe eſt hoc non eſſe, Sed ſi eſt neceſſe non eſſe, hoc non eſt poſſibile eſſe. Nullus ergo dixerit ꝙ neceſſe eſt eſſe, ſed potius, quod neceſſe ē non eſſe, tanquam ſi ita dixiſſet, Nam ſi impoſſibile eſt eſſe, neceſse eſt hoc non eſſe. Sed non putandum eſt, ꝙ impoſſibile eſt eſſe, hoc eſt qđ neceſſe eſt eſſe. Quod ſi rurſus poſſe eſt nō eſſe hoc neceſſe eſt eſſe. Conuerſim igiť & contrarie impoſſibilitas neceſſitati redditur idē valens. i. cōtrario modo reddita & pronūciata impoſſibilitas neceſſitati. Quòd ſi impoſſibilitas ad poſſe ſimili contradictione, & cōtradictionū cōuerſione cōſequentiā reddit, idē āt valet impoſſibilitas & neceſſitas contrarie ꝓdicata: nulli dubium eſt quin recte hic contraria, & ñ oppoſita fuerit conſequentia. An certe ita exponendū eſt, qm̄ in conſequētia impoſſis, & non impoſſibilis ad eas quæ proponebant poſſe & non poſſibile, eam quæ eſt non poſsibile ea quæ dicit, aliquid eſſe impoſsibile, ſequebatur; contrarie vero impoſſibile, idem ualet quod neceſsarium, manifeſtum eſt, quod ſimiliter ſe habet. i. eo modo quo dictum eſt, Impoſſibile ad conſequentiam poſſibilis & non poſſibilis. Impoſſibile vero ei quod eſt non poſsibile conſentaneum ſit id quod econtrario idem valet. i. neceſsarium non eſse id ſequi eā propoſitionē, quā ēt impoſsibilitas ſequebatur. Eſt autē contrarie idem valēs impoſſibilitati ea quæ eſt neceſsarium nō eſse; ſequiturque impoſsibilitas eā propoſitionem, quę eſt non poſſibile eſse, neceſsariū non eſse. igitur ſequitur eam quæ eſt non poſſibile eſse, ut ſit ſenſus hic, quoniam impoſſibile neceſsario idem poteſt econtrario. Similiter vero ſeſe habet. i. eodem modo quo dictum eſt, impoſſibilis conſequētia ad eas quas dixi poſſibile & non poſſibile.

*An certe impoſſibile eſt ſic poni neceſſarii cōtradictiones. Nam quod eſt neceſſariū eſſe, poſſibile eſt eſſe, nam ſi non, negatio ſequetur. Neceſſe enim eſt aut affirmare aut negare. Quare ſi non poſſibile eſt eſſe, impoſſibile eſt eſſe. Igitur impoſſibile eſt eſſe, quod neceſſe eſt eſſe. quod eſt ī conueniens. At uero illud quod eſt poſſibile eſſe, nō impoſſibile eē ſequitur: hoc vero illud quod eſt non neceſſariū eſt eſſe. Quare contingit, quod eſt neceſſarium eſſe, nō neceſſarium eſſe. quod ſane eſt inconueniens. At vero neque neceſſarium eſſe ſequitur ad poſſibile eſſe, neque neceſſarium non eſſe. Illi enim utraque contingit accidere, horū autem utrumlibet verum fuerit, nōdum erunt illa uera. Simul enim poſſibile eſt eſſe, & nō eſſe. Si uero neceſſe eſt eſſe, uel nō eſſe, nō erit poſſibile utrunque. Relinquitur ergo nō neceſſarium nō eſſe ſequi ad poſſibile eſſe. hoc enim uerum eſt, & de neceſſe eſſe. hæc. n. ſit contradictio eius quæ ſequitur ad nō poſſibile eſſe. Illud enim ſequitur hoc quod eſt, impoſſibile eſſe, & neceſſe nō eſſe. Cuius negatio eſt, non neceſſe non eſſe. Sequuntur igitur & hæ contradictiones ſecundum prædictum modum. & nihil impoſſibile contingit ſic poſitis.*

75 Superius q de ꝓpoſitionū facta conuerſio ita eſt, ut poſſibilem ꝓpoſitionē, neceſſarii negatio ſequereť. atque his ita poſitis nō eueniť, ut cōtradictio cōtradictionē ſequeretur, nec ut conuerſo mō ſequeretur: qđ in illis. ſ. eueniebat, in quibus poſſibiliū, & impoſſibiliū cōſequētia cōſiderabatur: qm̄ cōtradictio neceſſarii qđ eſt: ſ. non neceſſarium eſse, ſequebatur poſſibilē ꝓpoſitionem. Poſſibilis uero contradictionē non conſecuta eſt neceſſitas, ſed contrarium neceſſitatis. Hoc permutare volens intendit ita conſtituere conſequentias, ut ſimili modo contradictio quidem contradictioni conſentiat, ſed conuerſim. hoc aūt hac ratione diſponit. Dicit. n. erraui fortaſse ꝙ neceſsarii & poſſibilis conſequentiam ex poſſibili inchoaui & non ex neceſsario, ut hac eius conſenſione mentiretur. poſuit enim præcedens poſſibile eſse, eiq; ſuit conſentiens non neceſsarium eſse. Et hoc quidem ſuperius. Nunc autem conuertit & dicit. An fortaſse, inquit, errore lapſi, ita has conſequentias conſtituimus, ut primo poneremus poſſibile eſse, huic autem adiungeremus uelut conſequens neceſsarij negationem, quę diceret non neceſse eſse? An potius illud uerum eſt, ut poſito prius neceſsario, neceſſitati poſſibilitas conſentiens ſubſequatur?

quatuor, Videtur .n. oēm neceſſariā propoſitionē poſſibilitas conſequi. quod ſiquis negat, illi confitendū eſt, ꝙ negatio poſſibilis ſeqtur neceſſitatē. In oib. .n. aut affirmatio aut negatio eſt ergo ſi neceſſariā ꝓpōnem nō ſeqtur poſſibilitas, poſſibilitatis negatio conſeqtur, vt ita dicat: qđ neceſſe eſt eſſe nō poſſibile eſt eſſe. ſed dudū dictū eſt, ꝙ ei ꝓponi ꝗ proponeret non poſſibile eſſe, impoſſibilitas conſentiret ſed ſi non poſſibile eſſe, conſeqtur neceſſitatem, & impoſſibilitas igit conſequet neceſſitatē. Erit itaq; recta propoſitionē conſequentia, ſi neceſſe eſt eſſe impoſſe eſt eſſe. ſed hoc fieri non pōt. Si igitur impoſſibilitas non ſeqtur neceſſitatem, ſeqtur āt propoſitio ꝗ aliquid non poſſe eſſe denūtiat impoſſibilem propōnem, neceſſariȩ propoſitioni poſſibilitatis negatio, quæ eſt non poſſibile eſſe, non conſentit: ꝙ ſi hæc neceſſariæ enunciationi non conſentit, conſentiet affirmatio. Neceſſitatem igitur poſſibilitas conſeqtur. Erit ergo recta propōnum conſequentia huc modo. Si neceſſe eſt eſſe, poſſe eſt eſſe Sed rurſus alia nobis ex his impedimēta naſcūtur. Nā ſiqs neceſſitati dicat propōnem poſſem cōſentire qm̄ poſſibilitati ea propoſitio ꝗ dicit, nō impoſſe eſſe, & rurſus ea ꝗ enunciat, non neceſſe eſſe, conſentit, quod ſuperior ordo ꝑdocuit: erit, vt neceſſariȩ propoſitioni conſentiat ea ꝗ dicit, non neceſſe eſſe, erit igitur recta conſequentia, ſi neceſſe eſt eſſe, non neceſſe eſt eſſe ſed hoc rurſus eſt impoſſe. Quod ſi ita eſt, aliquid in conſequētiis propoſitionum permutandum eſt, vt poſſit ipſa ſibi rō conſentire. An igitur illud primo inconueniēter dictū eſt, ꝙ neceſſarij negatio affirmationem poſſibilem ſequeretur, ut ea ꝗ eſt non neceſſe eſſe, ſequatur eam ꝗ dicit poſſe eſſe. vel certe illud non recte ſenſimus, poſſibilem propoſitionem ad neceſſariam conſentire, quod quia perabſurdum eſt. nullus .n. dixerit neceſſitati poſſibilitatē eſſe contrariam. euenit .n. quod neceſſe eſt, hoc fieri non poſſe, rectaq; eſt hæc conſequentia, ſi neceſſe eſt eſſe poſſe eſt eſſe, ſic ut potius contradictio neceſſarij propoſitionem poſſem non ſequaī. ſed cum hæc dicuntur illud intelligi placet, quod neceſſitatem poſſibilitas ſequatur, ut id quod eſt neceſſe, hoc poſſe eē dicatur. Illud altius perſpicientibus propoſitum eſt. Nā aliud eſt rem dicere eſſe neceſſe, aliud eſſe poſſe, illud autem qđ per ſe poſſe eſt, non modis omnibus ſit neceſſe. Nam ſi neceſſe eſt, fieri non poteſt vt non ſit. quod vero poſſe eſt, & non eſſe pōt, igitur quod poſſe eſt, non erit neceſſe, dico āt quia neq; ea propoſitio ſequitur poſſibilitatem quæ neceſſitati omnino contraria eſt. Eſt nanq; neceſſariȩ propoſitioni contraria ea quȩ dicit, neceſſe eſt non eſſe. Hanc poſſibilitati conſentire nullus impellet. Nam quod neceſſe eſt nō eſſe, illud non poteſt eſſe, quod autem poſſibile eſt, illud eſſe & non eſſe poteſt. Neceſſitas ergo propoſitionis quæ ſ̄m eſſe prædicatur, icirco non ſequitur poſſibilitatem, ꝙ poſſibilitas quidem & non eſſe poteſt. neceſſitas vero quȩ ſ̄m eſſe eſt, non poteſt non eſſe. Rurſus neceſſitas quȩ ſ̄m non eſſe prȩdicatur, a poſſibilitate differt, eamq; non ſequitur, quod neceſſitas ea quȩ ſecundum non eſſe dicitur, non poteſt eſſe poſſibile vero & eſſe & non eſſe poteſt. Quod igitur vt neque oppoſita negatio neceſſarij poſſibilitatem ſequatur, quȩ non neceſſe eſſe proponit, nec ipſa neceſſitas affirmandi, quȩ dicit neceſſe eſſe, neque huic contraria quæ dicit neceſſe eſſe non eſſe. Sed in his quatuor uidebūtur. eſt.n. neceſſaria affirmatio quȩ dicit, neceſſe eſt eſſe, huic oppoſita eſt ea quȩ prȩdicatur, non neceſſe eſſe. Rurſus cōtraria neceſſitati affirmatio eſt quæ dicit, neceſſe eſt non eſſe. huic opponitur ea quȩ proponit, non neceſſe eſt non eſſe, quod ſubiecta deſcriptio.

| | |
|---|---|
| Neceſſe eſt eſſe | Non neceſſe eſt eſſe |
| Neceſſe eſt non eſſe. | Non neceſſe eſt non eſſe. |

Si igitur neq; ea quȩ dicit neceſſe eſt eſſe, neq; huic oppoſita, ꝗ proponit non neceſſe eſt eſſe nec neceſſitati contraria. cuius ſententia eſt, quod neceſſe eſt non eſſe, poſſibilitati conſentit; reſtat vt ei conſentiat quarta, quæ dicit nō neceſſe eſt non eſſe, quæ .ſ. quarta aliquatenus etiā ipſi neceſſitati cōſentit, neceſſitas vero ipſi poſſibilitati minime. Omne.n. quod neceſſe eſt eſſe, & poſſe eſt eſſe, & ut nō ſit non eſt neceſſe. Icçirco at hȩc propō quȩ dicit, non neceſſe eſt non eſſe, neceſſitati conſentit: quia neceſſitati quidē contraria eſt ea quȩ dicit, neceſſe eſt non eſſe, huic vero oppoſita eſt ea quȩ proponit, non neceſſe eſt non eſſe. Quare conſentiet ei propoſitio, quȩ contradictoria eſt ſibimet oppoſitȩ affirmationi Quod ſiquis attentius inſpicit, & ad ſupraſciptum oīno reuertit, facile cognoſcit. Si igitur poſſe eſſe (ut dictum eſt) ſequit ea propoſitio ꝗ dicit, non neceſſe eſt non eſſe, negationem poſſem ſequitur huic oppoſita ꝗ dicit, neceſſe eſt non eſſe. erit itaq; hmōi conſequentia. ſi poſſe eſt eſſe, non neceſſe eſt non eſſe. Rurſus ſi non poſſe eſt eſſe, neceſſe eſt non eſſe. Reuerſa eſt illa conſequentia, quȩ contradictorie quidem fiebat, ſed conuerſim. ſicut ſupra de impoſſibilibus dictum eſt: hic nanq; affirmationem poſſibilem negatio ſequitur ꝗ neceſſario quidem deſtruit, ſed id quod ad non eſſe ponitur, ea .ſ. quæ dicit, nō neceſſe eſt non eſſe. Rurſus negationem poſſibilem affirmatio ſequitur neceſſaria, quȩ ſ̄m non eſſe ponitur. Eſt igitur hic quoque eadem conuerſio, vt contradictio quidem cōtradictionem ſequatur, ſed conuerſim, ut affirmatio negationi, negatio uero affirmationi conueniat. Melius uero hoc, ſi ſub oculis cadet, liquere credimus. atq; ideo apertiſſime ſententiā rei ſubiectæ diſpoſitionis nos ordo commoneat.

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſt eſſe | Non poſſibile eſt eſſe |
| Non neceſſe eſt non eſſe | Neceſſe eſt eſſe. |

Oīs qdem ſententia talis eſt. Ordo āt ſermonū hmōi eſt Poſtquā dixit de poſſibilium & impoſſium conſequentia, ꝙ contradictiones qdem contradictionibus conuenirēt, ſed conuerſim. i. ꝙ affirmatio negationi, negatio uero conſentiret affirmationi: hȩc eadem inqt, cōſequētia quemadmodū in neceſſariis eueniat, uidendū eſt. Speculatus igit & de neceſſariis idem non reperit. nā cū dixiſſet neceſſarii negationem poſſitati conſentire, affirmatio neceſſaria negationi poſſitatis non cōſentit. Eiuſdem rei reddens cāſ illud arguit, ꝙ impoſſitas neceſſitati idem valeret contrarie reddita. Qua rem emendare volens ita dixit. An certe, inqt impoſſe eſt ſic poni neceſſarii contradictiones, vt negationē, ſ. neceſſarii, poſſitati conſentire diceremus. Addidit āt dubitationem qnandā, ꝗ ita ſeſe habet. Nam qđ eſt inqt, neceſſarium eſſe, illud ſine dubio poſſe eſt eſſe. Nam ſi non, .i. ſi qđ neceſſarium eſt, poſſibile ñ ē, negatio poſſitatis conſeqtur. Neceſſe .n. in omnibus rebus aut dicere, id eſt affirmare, aut certe negare: in omnibus nāq; rebus, aut affirmatio vera eſt, aut negatio. quare ſi non poſſibile ē eē, id eſt ſi hoc eſt non poſſe eſſe, quod impoſſe eſt fiet id quod neceſſariū eſt eſſe. Sequitur autem propoſitionem ꝗ dicit, non poſſibile eſt eſſe, illa ꝗ proponit impoſſe eſt eſſe, & ſit aliquid impoſſibile, ut dicatur, igitur impoſſibile eſt eſſe id quod neceſſe eſt eſſe. ſed hoc inconueniens eſt. ergo id docuit ꝙ neceſſitatem poſſibilitas ſequeretur. Nunc āt aliud addit. quoniam ſupra dixit poſſi ꝓpoſitioni neceſſariæ affirmationis negationem conſentire, nunc de eadem re dubitationē profert dicens. At uero illud quod poſſibile eſt eſſe, nō impoſſibile eſſe ſequitur. Nam quod poſſibile eſt, hoc non eſt impoſſibile, ſed quod non eſt impoſſibile eſſe, non neceſſe eſt eſſe. ergo ſi non impoſſibile eſt eſſe ſequitur poſſibilitatem, non impoſſibilitatem autem ſequitur id quod dicitur, non neceſſarium eſſe, ſequiturq; poſſibilem propoſitionem id quod dicimus non neceſſarium eſſe: nulli dubium qn ſi neceſſitatem poſſibilitas ſequitur, ſequatur affirmationem neceſſariam negatio neceſſarii. Quare contingit quod neceſſarium eſt eſſe. idipſum non neceſſariū eſſe, quod eſt inconueniens. Conſtat ergo quoniā affirmationē poſſem ñ ſequitur oppoſita negatio neceſſariæ affirmationi, icirco ꝙ illud remouendum eſt, ut ſupra diximus, ne ſequatur poſſibilem affirmationem negatio neceſſariȩ, ut neceſſitatem,

poſſibilitas ſequatur, Quod quia fieri nullo modó pt, illud eſt remouendum, ne poſſibilitatem neceſſitati oppoſita negatio ſubſequatur. Igitur ea quæ dicit non neceſſe eſt eē nō ſequitur poſſibilitatem. Et quia hæc omnia in medio tacuerat, ſupra dictis addidit. At vero neq; neceſſarium ſequitur poſſibile eſſe, hoc. ſ. ſententiæ includens poſſibilitati non conſentire neceſſarium. Nec hoc ſolum, ſed neq; illud qđ dicimus neceſſarium non eſſe, hoc vt tractatum ſit, ipſe planius monſtrat, Illi enim, ideſt poſſibili, utraq; contingit accidere & eſſe ſcilicet, & non eſſe, hoc horum autem, ideſt neceſſarii ſm eſſe, & neceſſarii ſm non eſſe, ſi utrumlibet verum fuerit, non erunt illa uera, & hoc ipſe exponit. de poſſibili. n. utroq; ita dicit, Simul. n. eſt poſſe & eſſe & non eſſe. hoc eſt ergo quod ait, Illi. n. vtraq; contingit accidere, Sin vero, inquit, neceſſe eſt eſſe & non eſſe, ideſt ſi non poteſt non eſſe, & non poterit eſſe, non erit poſſibile vtrūque, vt ſi eſſe neceſſe eſt, non poterit non eſſe, vel ſi non eſſe neceſſe ſit, non poterit eſſe. tres igitur propões non neceſſe eſſe, neceſſe eſſe, neceſſe eſſe, non eſſe, poſſibilitatem non ſequuntur, Relinquitur ergo hoc. i. vt quarta propoſitio, q̃ opponitur neceſſariæ ſm non eſſe affirmationi, poſſibilitatem ſequat. i. non neceſſarium non eſſe ſequi poſſe eſſe. ſed q̃a poſſe conſentit neceſſario, hęc quoq; conſentit neceſſario. Namq; hoc eſt qđ dixit, hoc. n. verū eſt & de neceſſe eſſe. Nā quod neceſſe eſt eſſe, non neceſſe eſt ut non ſit. hęc igitur propoſitio quæ dicit, non neceſſe eſt non eſſe, contradictio eius affirmationis eſt, quę ſequitur negationem poſſibilitatis, eam. ſ. q̃ dicit non poſſibile eſſe. Nam cū affirmationem eam quę eſt. ſ. poſſe eſſe, ſequitur neceſſarii ſm nō eſſe negatio ea, q̃ proponit non neceſſe eſt non eſſe. Negationem poſſem, eam. ſ. quę proponit non poſſe eſſe, ſequitur affirmatio neceſſaria ſm non eſſe, quæ dicit neceſſe eſt non eſſe; quā eandem quæ proponi, non poſſe eſt eſſe, quę eſt. ſ. negatio poſſibilitatis. impoſſis affirmatio ſequitur, quę proponit impoſſe eſt eſſe. hoc eſt ergo quod ait, hec. n. ſit contradictio eiuſque ſequitur id quod eſt, non poſſe eſſe. Nam cum poſſibilem affirmationem ſequatur neceſſaria ſm non eſſe negatio, quę dicit, nō neceſſe eſt non eſſe, hęc neceſſaria ſm non eſſe negatio, contradictio eſt eius quę ſequitur negationem poſſibilitatis. Illud d. n. ideſt negationem poſſibilitatis, ſequitur, id quod eſt impoſſe. Nam cum negatio poſſibilitatis ſit quæ dicit, non poſſe eſſe. hanc ſequitur ea, quæ dicit, inpoſſe eſt eſſe: cui conſentit ea quę dicit, neceſſe eſſe non eſſe. Sequitur igitur poſſis propoſicionis negationē ea q̃ dicit neceſſe eſſe non eſſe, cuius eſt contradictio ea q̃ dicit, non neceſſe eſt non eſſe. Fit ergo id quoq; vt contradictio contradictionē ſequatur, ſed conuerſim. Quod ait per hoc cum dixit, Sequuntur igitur & hæ contradictiones ſm predictū modū eū. i. vt affirmatio negatione, negatio uero ſequatur affirmationē. & nihil q̃dem erit, vel inconueniēs, vel impoſſe ita poſitis conſequentiis, vt affirmationē quidē poſſem negatio neceſſarii ſm non eſſe. ſequatur negationi vero poſſibilia affirmatio neceſſaria ſecūdum non eſſe cōſentiat. quibus explicatis alias rurſus aucit dubitationes.

*Dubitabit autem aliquis ſi ad illud quod eſt neceſſarium eſſe poſſibile eſſe ſequatur. Nam ſi non ſequitur, cōtradictio ſequetur, non poſſibile eſſe: & ſiquis dicat non hanc eſſe contradictionem, neceſſe eſt ipſum dicere poſſibile nō eſſe, ſed utręque falſa ſunt de neceſſe eſſe. At vero rurſus idem uidetur eſſe poſſibile incidi, et non incidi: & eſſe, & non eſſe. Quare erit neceſſe eſſe, contingens non eſſe, hoc autem falſum eſt,*

76 Supra conſequentias ita diſpoſuit, ut precedens neceſſarium poſſibilitas ſequeretur, nunc de eodem ipſe ambigit Siue enim diſponat conſentire neceſſario poſſibile, ſiue q̃s neget, vtrūq; videtur incongruum. Nam ſiquis neget poſſibilitatem neceſſitati cōgruere, id dicit quoniā poſſibilitatis negatio neceſſariæ propoſitioni conueniet. Si quis enim abnuat propoſitioni, quę dicit aliquid neceſſe eſſe, conſentire eam quæ proponit poſſibile eſſe: is illud abnuere non pōt quin negatio poſſibilitatis neceſſitati conſentiat, eritque integra conſequentia, quæ dicit ſi neceſſe eſt eſſe, non poſſibile eſt eſſe, q̃uiſquidē illa falſa eſt conſequētia q̃ dicit, ſi neceſſe eſt eſſe, poſſibile eſt eſſe. Quod ſi hoc fieri nō pōt vt poſſibilitatis negatio neceſſario conſentiat aſſumptioni: illud verum eſt, affirmationē poſſibilē neceſſariæ cōuenire. Sed in hoc quoq; maior uerit difficultas. Omne nāq; quod poſſibile eſt eſſe, poſſibile eſt & nō eſſe. Sed ſi poſſibilitas neceſſitatē ſequitur, erit id qđ neceſſe eſt, vt poſſit eſſe & poſſit nō eſſe, ſm naturam. ſ. poſſibilitatis, q̃ ipſi cōuenit neceſſitati, ſed hoc impoſſibile eſt. Nō igit̃ poſſibilitas ſequit̃ neceſſitatē. qđ ſi poſſibilitas neceſſitatē non ſeq̃tur negatio poſſibilitatis ſequitur, ea ſcilicet quę eſt non poſſibile, eſſe, eueniuntq; ea rurſus incōmoda, quæ dudum cum eum locum tractaremus, expreſſimus. Quod ſiquis poſſibilitatis non velis eſſe negationem eam, quę dicit non poſſibile eſſe, ſed potius eam quę dicit poſſibile non eſſe, quāquam ille non recto ordine affirmationi negationem accommodet, cum dictum ſupra ſit; quoties cum modo propōnes dicuntur; ad modos ipſos potius negationem poni oportere q̃ ad verba: dandę tamen manus ſunt, vt cum eo quoque conceſſo, quod ad defenſionem vtile aliquibus videri poſſit, argumentationis falſam ſententiam fregerimus penitus, atq; altius ſit veritas conſtituta. Sit ergo negatio poſſibilitatis quam ipſi volunt, ideſt ea quæ dicit poſſibile eſſe non eſſe, ſed hęc quoque neceſſitati non conuenit. Siquis enim dicat quo poſſibile eſſe neceſſarium non ſequitur, ſequitur mox poſſibilis contradictio neceſſitatem. ꝙ ſi quis contradictionem poſſibilis ponat eam, quæ dicit poſſibile non eſſe, eamque neceſſitati conſentire putat: erit ſecundū eum recta conſequentia, ſi neceſſe eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe, ſed hoc fieri non poteſt. quod enim neceſſe eſt eſſe; nō poteſt nō eſſe: Si igitur poſſibilitas nō ſequitur neceſſitatē (erit enim quod neceſſe eſt contingens, poſſibile nāque & contingens idem valent) negationes, poſſibilitatis, ſiue ea quę dicit, non poſſibile eſſe, ſiue ea cuius ſententia eſt, poſſibile eſt non eſſe, neceſſitati conuenient. ſed vtrumque impoſſibile eſt. ꝙ ſi hęc non ſequuntur, ſequitur ea quæ eſt earum affirmatio, ideſt poſſibilitatis, ſed hoc quoq; fieri non poteſt. ut ſæpius ſupra monſtrauimus. Hæc ergo huiuſmodi quæſtio in ſequenti ordine ab ipſo reſoluitur. Nunc autē quoniam quęſtionis ſupra dictæ talis ſenſus eſt, verba ipſa ſermonumq; ordo uideatur. Ait nāque, Dubitabit autem inquit aliquis ſi illud quod eſt neceſſarium eſſe, poſſibile eſſe ſequitur, ideſt ſi neceſſitati poſſibilitas conſentit. Nam ſi non ſequitur, ideſt ſi negat aliquis vt poſſibilitas neceſſitatem ſequatur, contradictio conſequitur poſſibilitatis. Nā ꝙ poſſibilitas nō ſequitur, contradictio poſſibilitatis ſequitur, ea ſcilicet quæ dicit, non poſſibile eſſe, & pretermiſit quod ex his eſſe impoſſibile. Hoc autem eſt, vt ſi neceſſitatem poſſibilitas non ſequatur, & contradicto poſſibilitatis cōſentiat, ſit recta conſequentia, ſi neceſſarium eſt eſſe, nō poſſibile eſt eſſe, quod eſt inconueniens. Et ſiquis non hāc dicat eſſe contradictionem, ideſt ſiquis neget poſſibilitatis contradictionem, eſſe quæ dicit non poſſibile eſſe illud certe neceſſe ei dicere, quod poſſibilitatis contradictio ea ſit quæ dicit, poſſibile eſſe non eſſe. ſed vtręque falſę ſunt de neceſſe eſſe. Nam quod neceſſe eſt, fieri non poteſt vt non poſſibile ſit, & rurſus quod neceſſe eſt, fieri non poteſt vt poſſibile ſit non eſſe. Rurſus videtūr idem eſſe poſſibile incidi & non incidi. poſſibilitas enim affirmationi negationique communis eſt. nanque & eſſe & non eſſe poteſt quod poſſibile eſſe dicitur. hoc autem falſum eſt de neceſſario prædicari. Neceſſarium nanq; ſi eſt, non eſſe non poterit. ſi non eſt, nulla ratione contingit. Quod ſi quis dicat, quod poſſibilitas neceſſitatem ſequitur; eadem poſſibilitas conſentit contingenti, & erit neceſſe eſſe contingens non eſſe ideſt erit contingens id quod neceſſe eſſe prædicatur Nam ſi qđ poſſibile eſt eſſe, poteſt non eſſe, quod autē poteſt nō eſſe, contingit ut non ſit: non dubium eſt, quin ſi neceſſitatem

tem poſſibilitas ſequitur, eam ſequatur quoq; & contingentia, ſed contingēs poſſumus dicere in negatione: ut dicatur cōtingit nō eſſe. eſt igitur qđ neceſſe eſt eſſe, cōtingens nō eſſe. hoc aũt falſum eſt, atq; hic q̃dem ordo ſermonũ eſt, vt in aliis fere oībus perplexus atq; conſtrictus: alias.n.ſimilitudo enunciationũ, aliàs id qđ deeſt implicitā reddit obſcurāq; ſnīam. Quòd ſiquis Ariſt. verbis ſeriē noſtræ expōnis annectat, & quod illic pp ſimilitudinem confuſum eſt per expōnis noſtræ diſtinctionem ac ſeparationem diſgreget, quod vero in Ariſtotelis ſermonibus minus eſt, hinc cōpenſet, ſententię ratio totius elucebit. Nunc ergo quoniam propoſuit quæſtionem, eam continenter exequitur his uerbis.

*Manifeſtum eſt autem quod non omne poſſibile vel eſſe vel ambulare, & oppoſita valet. Sed eſt in quibus non ſit verum. Ac primum quidem in his quæ nō ſecundũ rōnem poſſũt, vt ignis calefactibilis eſt: & habet vim irrationabilem: ergo ſecũdum rationē poteſtates eadē plurimorum etiam cōtrariorum ſunt. irrationabiles vero nō oēs, ſed quemadmodum dictũ eſt, ignem nō eſt poſſibile calefacere & nō calefacere, neque quæcunque alia ſemper agũt. Alia uero poſſunt & ſecundum irrationabiles poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere. ſed hoc idcirco dictum eſt, quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum eſt, neque quæcunque ſecundum eandem ſpeciem dicuntur.*

77 Cum de poſis, & neceſſarii conſequētia dubitaſſet, cũq; ſi poſitas neceſſitati cōſentiret, quod erat incommodũ, vel ſi poſſibilitas rurſus neceſſitatem ſequeretur: neceſſitas ipſa cui poſſibilitas conſentiret, in ſe & eſſe & non eſſe ſuſciperet. Nunc incongruentē ambiguitatem rōnabili argumētatione diſſoluit dicens. Non vere illud metuit, ne poſſibilitas neceſſitatem conſequens, ipſam naturam neceſſitatis atque rigorē frangeret, vt id quod neceſſe eſſet, in cōtingentiā pmutetur. neq;.n. inq̃t, oē qđ poſſibile eſt eſſe, & poſe ē non eſſe. Sunt.n. plura q̃ vnā tm̃ vim continent, & ad negationē nullo modo ſunt apta, ut in his poſſibilitatibus, quas irrationabilis actus efficit. Nam cum ſit poſe ignem calefacere, non eſt poſe vt non calefaciat. Quare hęc poteſtas nō ꝑt oppoſita. Si qua.n. poteſtas oppoſita ꝑt, illa & non eſſe ꝑt & eſſe, & facere & non facere: q̃ vero non ꝑt oppoſita, vnā rem tm̃ ꝑt, q̃ affirmationem tm̃ dat, negationem vero repudiat. Siquis.n. ponat poſſibilitatem neceſſitati cōſentire, nō idcirco iam neceſſe eſt ipſam neceſſitatem in contingentiā verti, cui contingenti.ſ. poſitas conſentit. Non.n. inq̃t, omne poſe vtrũq; pōt, ideſt & poſſe eſſe & poſſe non eſſe. Atque ideo non omne poſe contingentię conſentit. docet aũt hoc his modis. In his inquit quæ non ſm rationem poſſunt, poſitas quæ eſſe dicitur, non valet oppoſita. vt ignem calefacere irrationabile eſt. nulla.n. ratio ē cur ignis calefaciat. Omnium nanq; quę naturaliter fiunt nulla ratio eſt: ergo hęc quorum poteſtas irrationabilis eſt, non poſſunt oppoſita. vt ignis non pōt calefacere, & non calefacere. Si.n. vtrũque poſſunt, oppoſita poſſunt. Calefacere enim, & non calefacere oppoſita ſunt. Cũ ergo irrationabiles poteſtates oppoſita non habeant agendi facultatem, illa quę ſm rōnem ſunt, ad oppoſitorum actum poterunt retineri, vt quicquid ex uoluntate & ratione conceptum eſt, ad vtrumq; valeat. Medicinam nanque mihi exercere & poſſibile eſt, & poſſibile non eſt: vel rurſus ambulare, & non ambulare. Quod enim quiſquis animi ratione, vel appetentia vult, hoc ex ratione venire dicitur. Et in his omnibus illa poteſtas eſt, quę ad vtrumq; valeat, ideſt ad affirmationem & negationem, vt ſit ſcilicet & non ſit. In his autem quę ſunt irrationabilia, licet in ſolis venire poſſit, vt ea poteſtas quę dicitur, nō etiam poſſit oppoſita: tamen non omnis irrationabilis poteſtas oppoſita nō poteſt, vt aqua & frigida & humida eſt. ergo & frigeſcere poteſt facile & humectari, ſed eadem ꝑmutata in calidam poteſt frigeſcendi uim non habere, cum non poſſit humectandi amittere poteſtatem, dum aqua ſit. Quocirca non omnis poteſtas valet oppoſita, ſed ualet quidem oppoſita poteſtas ea quæ ſm rationabiles motus valuit. Illa uero poteſtas quę oppoſita non valet, in ſolis irrationabilibus inuenitur, licet nō in omnibus. Sunt.n. irrationabiles poteſtates, quæ vtrũq; poſſunt, ut id quod dictũ eſt de aquę frigore. Et tota quidem ſententiæ uis talis eſt. nunc quis ſit ſermonum ordo expliceтur. Manifeſtum eſt inquit; quòd non omne poſſibile vel eſſe vel ambulare, oppoſita valet. Quod ita dictum eſſe manifeſtum eſt, non vt putaremus, quòd omne quod ambulare poteſt, vel quod eſſe pōt, non poſſit oppoſita, ideſt non poſſit non eſſe hoc.n. videtur textus oſtendere, ſed nemo ita intelligat, potiuſq; ſic dictũ videatur. Manifeſtum eſt ꝙ non omne poſſibile, vt poſſibile frequenter ſolemus vſurpare, cũ dicimus poſſibile eſſe ambulare, oppoſita valet. Neq;.n. omnis poteſtas affirmationi negationiq; conuenit. Sed ſunt quædam quæ unum tm̃ poſſunt, vt ſupra iam diximus; atq; hoc apertius intelligitur, ſi ita dicamus, Manifeſtum eſt.n. quòd non omne poſſibile & oppoſita valet, qm̃ ſcilicet poſſibile frequenter & de eſſe & de ambulare ꝑdicamus. hoc ita cogitās facilius quis agnoſcit, quid ipſius textus verba denuncient, cum etiam adminiculari quis debeat obſcuris ſenſibus patientia atq; conſenſu, quod ad ſententiam potius dicentis ſpectet, & ſi ſermonum ratio ita non habeat. Hoc ergo ita conſtituto manifeſtum eſt.ſ. non omnes poteſtates oppoſita valere, ſed eſſe quaſdam in quibus non ſit verum dicere ꝙ oppoſita ualēt. & datur exemplum in his quidem quæ irrationabiliter poſſunt, id eſt non ſm aliquam rationem, quarum ſcilicet poteſtatum reddi ratio non poteſt, quod ipſarum ſit natura. ut ꝙ ignis calefactibilis eſt, idcirco de eo ratio reddi nō poteſt. hoc nanq; illi naturaliter adeſt, vt hęc quidem ignis poteſtas non ualeat oppoſita, licet ſit irrationabilis. Quę vero rationabiles ſunt, & ſm rationabilem poteſtatem eędem plurimorum etiam cōtrariorum ſunt. Nam quibus ratio dominatur, ad vtraq; oppoſita natura ipſorũ apta eſt, ut eædē poteſtates ſint plurimorum quæ ſunt contraria. vt ſi eſt mihi poſſibile ambulare, quoniam hoc ex ratione & uoluntate ſit, ſit poſſibile non ambulare, & eſt hoc poteſtatis non vnius, ſed plurimorum, eorumq; contrariorum. licet.n. affirmatio & negatio ſit quodammodo ambulare & non ambulare. tamen nunc ab Ariſtotele in contrarij vice diſponit, & hoc quidem in omnibus rationabilibus poteſtatibus planum eſt, eas plurimorum eſſe contrariorum, & oppoſita ualere. quę uero ſecundum rationem non ſunt, licet ſint quędam quę oppoſita valeant, non tñ omnia. Nam cum aqua frigefaciendi habeat poteſtatem, quod irrationabile eſt. eſt ei rurſus alia poteſtas calefaciendi, cũ ipſa ſit calefacta, ſed non in omnibus poteſtatibus irrationabilius hoc inueniri poteſt. Ignis enim (vt dictum eſt) vnam calefaciendi tãtum uidetur habere poteſtatem. hoc enim eſt quod ait, Irrationabiles uero non omnes, ideſt oppoſita valent, ſed quemadmodum dictũ eſt, ignem non eſt poſſibile calefacere, & non calefacere: daturque in omnibus regula quę non ſint poſſibilia contrariorum, ea .ſ. quę ſemper unam rem actu continent, vt ignis ſemper calet, Sol ſemper mouetur, & cętera huiuſmodi. quod per hoc ait, quod dixit, Neque quęcunque alia ſemper agunt. Alia uero poſſunt quędam oppoſita etiā ſecundum irrationabiles poteſtates, ut dictum eſt de aqua. Sed hoc idcirco dictũ eſſe teſtatur, ut cognoſceremus nihil euenire contrariorũ, ſiquis diceret poſſibilitatem neceſſario conſentire. Cum enim non omnis poſſibilitas contraria ualeret, ea.ſ. neceſſitati conſentit, quę contraria non ualet, ſed unam rem ſemper agit. hoc eſt enim quod ait, Sed hoc quidem idcirco dictum eſt, quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum eſt, nec quęcunq; ſecundum eandem ſpeciem dicuntur. Quod ait, Neque quæcunq; ſecũdum eandem ſpeciem dicuntur, tale eſt. Non modo omne quod dicitur poſſibile contrariorum eſſe non poteſt, ſed etiam ea quę ſub eadem ſpecie ſunt, quædam contraria non poſſunt, ut ea q̃ ſunt irrationabilium. Nam cum omnium irrationabilium in eo quod irrationabilia ſunt, una ſit ſpecies, tamen ne in

his quidem inueniri poteſt, ut in omnibus eadem ſit contrariorum poteſtas, ut de igne quod ſupra dictum eſt. Nam cũ eius irrationabilis ſit poteſtas, non tamen talis eſt, ut ad cõtraria transferatur. Recte igitur dictum eſt, quoniam neque quæ ſub eadem ſpecie ſunt poterunt omnia contrariorum eſſe potentia. Nam cum ignis poteſtas cum aliis omnibus poteſtatibus irrationabilibus ſub ea ſit ſpecie, quæ irrationabilis eſt poteſtas, tñ non valet oppoſita. Atq; hoc quidẽ quod attentare poſſit totam quæſtionem, non tamen ualidiſſime diſſoluere prædiximus. Quod uero maxime dirigat dubitationem ambiguitatemq; conſtituat, ipſe continuata oratione addidit dicens.

*Quædã vero poteſtates æquiuocæ ſunt. Poſſibile enim non ſimpliciter dicitur, ſed hoc quidem quoniã uerum eſt vt in actu, vt poſſibile eſt ambulare, quoniam ambulat, & omnino poſſibile eſt eſſe, quoniam iã eſt actu quod dicitur poſſibile. Illud vero quoniã forſitan aget, ut poſſibile eſt ambulare quoniã forſan ambulabit, & hæc quidẽ im mobilibus ſolis eſt poteſtas, illa uero, & in immobilibus. In utriſque autẽ uerũ eſt dicere, non impoſſibile eſſe ambulare, uel eſſe, & quod ambulat iam, & agit & ambulabile eſt. Sic ergo poſſibile non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter dicere, alterum autem dicere uerum eſt. Quare, quoniam partem vniuerſale ſequitur, illud quod ex neceſſitate eſt, ſequitur poſſe eſſe, ſed non omnino.*

78 Quid hęc ſententia contineret. quam nunc Ariſtoteles propoſuit, quinto quidem libro diligenter expreſſimus, & nũc eã breuiter exequamur. Expoſitionis.n.cauſa doctrinęque hunc ſm nos expoſitionis ſumimus laborẽ, non augẽdi prolixitate faſtidii. Talis ergo eſt ſententia tota. Poſſibile qđ frequenter in rebus dicimus non ſimpliciter dicit. Atq; iõ, qm̃ poſſe a poteſtatę traductũ eſt, vt ipſa quoq; poteſtas equocũ eſt. Hoc hinc manifeſtũ eſt, ꝙ quędã poſſibilitates ad hoc dicunt nõ qm̃ agũtur, ſed qm̃ ut agũtur nihil ĩpedit. ut ſi de aliquo ſano corpore oĩb. alijs quẽ ĩpedire poterãt remotis, ſedente, dicatur poſſibile eſſe ambulare eũ, nõ qm̃ ambulat, ſed qm̃ ut ambulet nihil omnino prohibet. Quędam uero poſſibilitates ita dicuntur, qm̃ iam actu ſunt atq; aguntur, ut ſiquis de ambulante homine dicat, poſſibile eſſe eum ambulare atq; ideo ea poſſibilitas q̃ non ſecundum actum aliquem dicit, ſed ſecundum id quod poſſet agere, dicit eo quòd agere non prohibetur a poteſtatę poſſibilitas nominatur. Hæc vero q̃ iam agit atq; in actu eſt, actus ipſe poſſibilitas appellatur. Duę uero ſunt ſignificationes poſſibilitatis: una eam, q̃ poſſibilitatem deſignat, q̃ eſt poteſtate, q̃ ſecundum actum non ſit: Altera, q̃ eam poſſibilitatẽ ſignificat q̃ actu ſit. Hęc autem poſſibilitas q̃ iam actu eſt, aut ex poteſtate ad actum tranſit, aut ſemper in actu naturaliter fuit. ut cum homo ex eo quod ſedet, non ambulat, põt ambulare, atq; ideo ex poteſtate in actum uertitur. Sol uero cum mouetur, nunquam ex poteſtate in actum uertitur. Neque.n.aliquando hunc motum non egit. Neq; ignis ut nunc non caleret, aliquando non caluit. Ergo ea rurſus poſſibilitas, q̃ ſecundum actum aliquem dicit duas intra ſe ſpecies continet unam, q̃ talem actum poſſibilitatis deſignet, quem que non eſſe non liceat, & hęc dicit neceſſaria, q̃ nunq̃ ex poteſtate in actum uertitur, ſed in actu naturaliter manſit: Alterã uero quã liceat & nõ eſſe, q̃.ſ.ex poteſtate in actum migrauit, & hoc non neceſſariũ cũ ſit actu, & hæc talis poſſibilitas, quę ex poteſtate in actum uertitur, in ſolis mobilibus eſt, hoc eſt q̃ moueri poſſunt. hęc aũt ſunt corporalia, incorporalia uero nõ moueri, quibus rationibus aſtruatur, pauloposſt dicemus. Illæ uero q̃ ſemper in actu proprię naturę qualitate manſerunt & in mobilibus inueniunt ut igni calor q ſp actu, & nunq̃ fuerit poteſtate, & in his quę ſunt immobilia, hęc ãt ſunt incorporalia & diuina. Quare poſſibilitas ea q̃ ex poteſtate in actũ migrauit, ſolorũ eſt corruptibilium & corporalium. Ea uero quę ſp actu fuit, diuinis corporalibuſq; cõis eſt. ut igitur tota rõ breuiter attingat, ita dicẽdũ eſt, poſſibilitas æquiuoca eſt & multa ſignificãs. Eſt.n.una poſſibilitas, q̃ ipſa quidẽ cum non ſit in actu, eſſe poſſit. atq; iõ de ea poſſibilitas pdicatur. Eſt aũt alia q̃ iam eſt actu, hæc aũt quę iam actu eſt, non ęquiuoca eſt, ſed genus. habet.n.ſub ſe ſpecies, eã poſſibilitatẽ quæ actu quidẽ eſt, ſed ex poteſtate migrauit. aliã uero quæ actu eſt, ſed ex poteſtate non migrauit. Et illa quidem quę ex poteſtate nõ migrauit, ipſa dicitur neceſſaria, quæ nunq̃ relinquit ſubiectum: Illa uero quę ex poteſtate ad actũ tranſit, ſine ulla dubitatione dicitur nõ neceſſaria. idcirco ꝙ poterit relinquere aliquando ſubiectum. Sed de his utriſq;.ſ. quæ uel in poteſtate, vel in actu, poſſibilitates dicunt, cõis eſſę poteriţ pdicatio, ſi dicamus utraſq; eſſe non impoſſes. Nam & qui pt ambulare cum non ambulet, & qui iam ambulat, verum eſt de his dicere, ꝙ non eſt impoſſibile eos id agere quod poſſunt agere, vel agunt. Cum uero ſub ſignificatione poſſibilitatis duo ſint, vna poſſibilitas quæ actu non eſt: Alia uero q̃ actu eſt. Illa poſſibilitas quę ſm poteſtatem dicitur, neceſſariæ non accommodatur, neq; aliquando neceſſitati poterit conſentire. Reſtat igitur ut ſub ea pluralitate neceſſitas ponatur quæ actu eſt. ſed ea quoq; habet unam ſpeciem, p quã ex poteſtate in actum migrat, quę eſt non neceſſaria. quare ne in hac quidẽ poni poteſt neceſſitas. Reſtat igitur, ut qm̃ id quod neceſſe eſt eſſe, nullus negat eſſe poſſibile. Sub poſſibili aũt eſt & ea quæ poteſtate eſſe dicitur. Sed neceſſitas non ponitur neq; ſub ea poteſtate quæ actu eſt, & ſubiectũ poterit relinquere. ſed ponatur ſub eo actu qui ſubiectũ relinquere non poteſt. vt ſit neceſſitas, poſſibilitas, quæ actum & ſubiectum nunquam relinquat, eo quod ad actum ex poteſtate non venerit. Species igitur quędam erit neceſſitas poſſibilitatis, ſiquidem illic ponitur vbi eſt ea poſſibilitas quę actu ſemper eſt, qui ſi ſpeciem ſequitur genus, & ubi eſt ſpecies, genus deeſſe nõ poteſt, ſequitur ſpeciem ſuam.i.neceſſitatem genus proprium.i.poſſibilitas, ſed non omne. Ea vero poſſibilitas neceſſitatem non ſequitur quæ poteſtate tm̃ eſt, nõ ẽt actu: neq; ea quę cum ſit actu, relinquere ſubiectum poteſt, ſed ea tantum quę cum ſit nunquam poterit a ſubiecto diſcedere. Sequitur ergo poſſibilitas neceſſitatem, nihilque euenit impoſſibile, ſed ea ut dictum eſt quę in actu ſit, & nunquam in ſubiecto natura eſſe deſiſtat. Totus quidem ſenſus huiuſmodi eſt, ratio vero verborum ita conſtabit. Quędam uero inquit poteſtates ęquiuocæ ſunt, ſed hoc iccirco dictum eſt, quoniam non omnis poteſtas ęquiuoca eſt. Eſt.n.poteſtas quæ ut genus ſit, ea ſcilicet ſecundũ actum prędicatur. Quemadmodum autem quędam poteſtates æquiuocæ ſint exequitur dicens. Poſſibile enim non ſimpliciter dicitur, & hoc partitur, ſed hoc quidem quoniam verum eſt, vt in actu, ut poſſibile eſt ambulare, quoniam iã ambulat, & omnino poſſibile eſt eſſe, quoniam iam eſt actu quod dicitur poſſibile. Hoc planius nihil potuerit demonſtrari quam ſi illud poſſibile dicatur, quod iã agitur. Quod ſiquis poſſibile eſſe neget, hoc ait & fieri atque eſſe dicit. quod impoſſibile eſt. ſed hoc omnem modum rationabilitatis excedit. Aliam vero partem ſignificationis poſſibilitatis hanc dicit. Illud uero quod forſitan aget, & dat huius exemplum, ut poſſibile eſt ambulare, quoniam ambulabit. Non ergo quod iam agit, ſed quod forſitan aget, id eſt quod ut agat fortaſſe nihil prohibet. Et hoc quidem inquit in mobilibus ſolis eſt poteſtas, hęc, ſcilicet poteſtas, quę poteſtate dicitur non ſecundum actum. Mobilia vero, vt dictum eſt, ſola corpora dicit. Illa vero id eſt quę actu eſt, & in immobilibus, atque ideo addidit hoc cum dicit, & in immobilibus, ut non ſuſpicemur in ſolis eſſe diuinis actus poſſibilitatem, ſed etiam in mortalibus atque corporeis. In vtriſque vero verum eſt dicere, non impoſſibile eſſe ambulare, vel eſſe, quod ambulat iam, & quod agit & ambulabile eſt. In utriſque inquit ſignificationibus una prædicatio poterit conuenire, vt dicamus non eſſe impoſſibile uel ambulare quod iam ambulat, vel ambulare quod poteſt ambulare & non ambulat.

bulat. quod per hoc ait quod diximus ambulabile eſt. Ambulabile.n.eſt quod non quidem ambulat, poſſit tñ ambulare. His addit, ſic igitur poſſibile nõ eſt verum de neceſſario ſimpliciter dicitur, i.ſic poſſibile quemadmodum æquiuoce poſſibilitas prędicatur, non eſt verum de neceſſario ſimpliciter & uniuerſaliter atq; omnino prædicare. hoc eſt nõ oẽ poſſibile neceſſario cõſentit. Alterum autem, i.poſſibile verum eſt, hoc eſt de neceſſario pdicare. Illud, i.quod ſ.n actũ dicitur immutabile. Quare, qm̃ partem ſuam, i.ſpeciem, id quod eſt vniuerſale, i. genus ſequitur, illud quod ex neceſſitate eſt, quod.ſ.ſpecies eſt poſſibilitatis, ſequitur poſſe eſſe, i.poſſibilitas, ſed non inquit omnino. Nam illa poſſibilitas, quæ in actu prędicatur; & relinquere ſubiectum põt, nõ ſequitur neceſſitatem: ſed ea tantum quę cum in actu ſit, neque ex poteſtate in actum vertitur, neq; poterit ſubiectũ relinquere. Atq; hęc quidem quę Ariſtoteles dixit huiuſmodi ſunt. Quæ vero nos diſtulimus, vt doceremus immobilia eſſe diuina: Mobilia vero ſola corpora vocari, breuiſſime demonſtrandum eſt. Sex motus ſpecies eſſe manifeſtum eſt, ſicut in prædicamentorum libro Ariſtoteles digeſſit, q̃q̃ hoc in phyſicis permutauerit, ſed nunc ita ponamus tãquam ſi omnino ſex ſint. Si ẽm nullam motus ſpeciem moueri diuina atq; incorporalia ratio declarauerit, ordine conuincitur non moueri diuina. Ergo quę neq; generantur, neq; corrũpuntur, neque creſcunt, neq; minuuntur, neq; de loco in locum tranſeunt, quippe quę plenitudine naturæ ſuæ vbique tota ſunt, nec de Deo aliquid intelligi fas eſt, nec rurſus aliquibus paſſionibus permutantur. Quod ſi ſecundum nullũ horum motuum diuinarum rerum permutabilis eſt natura: manifeſtum eſt ea omnino non eſſe mobilia, atq; ſex motus hos ſolis corporibus euenire. Atq; hęc quidẽ de plurimis, q̃ de ea rę poſſunt dici rationibus atq; argumentis, libaſſe ſufficiat. Nunc quoniam Ariſtoteles conſentire neceſſario poſſibilitatem non omnem docuit, & q̃ ei conueniret expreſſit, rurſus de ipſorum conſequentia, & quid primo & quid poſterius poni debeat, memoriter ſubijcit dicens.

*Et eſt quidẽ ſortaſſe principium quod neceſſariũ eſt, & quod non neceſſarium eſt, omniũ, vel eſſe, vel non eſſe: Et alia ut horum conſequentia conſiderare oportet. Manifeſtũ eſt autẽ ex his quæ dicta ſunt, quoniam quod ex neceſſitate eſt, ſecũdũ actum eſt. Quare ſi priora ſunt ſempiterna, & quæ actu ſunt, poteſtate priora ſunt, et hæc quæ ſine poteſtate ſunt, actu ſunt, vt primæ ſubſtantiæ. Alia vero ſunt actu cum poſſibilitate, quæ natura quidem priora ſunt, tempore vero poſteriora. Alia uero nunquã ſunt actu, ſed poteſtate ſolum.*

79 Poſtquam de poſſibilis & neceſſarij conſequentia quid videretur expoſuit, hęc ad emendationem, quodammodo ſuperioris ordinis apponit. Et quoniam ſuperius à poſſibili inchoans cęteras omnes propoſitiones, ad poſſibile & contingens, & ad eorum conſenſum reduxit: nunc hoc rationabiliter mutat, vt non potius a poſſibilitate inchoandum ſit, ſed a neceſſitate. Nam ſiquis aduertat diligentius ſuperiorẽ deſcriptionem, primo poſitum eſt poſſibile & contingens. & ad eadem cunctorum ſenſus relatus eſt. Nunc hoc permutandum uidetur. Dicit.n. fortaſſe huc eſſe rectius, vt magis propoſitionum conſequentia a neceſſariis inchoetur. Eſt autem totus ſenſus huiuſmodi. Quoniam inquit, neceſſaria ſempiterna ſunt, quæ autem ſempiterna ſunt, omnium aliorum quæ ſempiterna non ſunt, principium ſunt: neceſſe eſt vt id quod neceſſariũ eſt, cęteris omnibus prius eſſe uideatur. ergo conſequentię quoq; eodem modo faciendę ſunt, vt primum quidem neceſſitas, poſt vero poſſibilitas, & cætera proponantur, ſintque conſequentię hoc modo.

| | |
|---|---|
| Neceſse eſt eſse | Non neceſse eſt eſse |
| Non poſsibile eſt non eſse | Poſsibile eſt non eſse |
| Non contingens eſt non eſse | Contingens eſt non eſse |
| Impoſsibile eſt non eſse. | Non impoſſe eſt non eſse |

| | |
|---|---|
| Neceſse eſt non eſse | Non neceſse eſt non eſse |
| Non poſsibile eſt eſse | Poſsibile eſt eſse |
| Non contingens eſt eſse | Contingens eſt eſse |
| Impoſsibile eſt eſse | Non impoſsibile eſt eſse |

Vides ne igit ut primo quidẽ neceſſe eſſe, & nõ neceſſe eſſe ppoſitum ſit, ſecundo vero loco ad neceſſitatis cætera cõſenſum conſequentiãq; relata ſint? Hoc eſt ergo qđ dixit fortaſſe principiũ quoddã eſſe oĩum vel eẽ vel non eſſe, id qđ eẽt neceſſariũ. vt a neceſſario ſpeculandarũ propoſitionũ principiũ ſumeretur, q eſſe aliarum propoſitionum vel non eſſe ẽm conſequentiam conſenſum conſtitueret: & qm̃ prius poſitum eſt neceſſe eſſe, huic cõſentit ea q̃ dicit, non poſſibile non eſſe. Iſtius ergo propoſitionis q̃ dicit, non eſſe poſſibile vt non ſit, quę .ſ.non eſſe denunciat (tollit.n.poſſibile quod nondum eſt) principium eſt neceſſitas, cui ſine vlla dubitatione conſentit. & rurſus qm̃ ei quæ dicit, non neceſſe eſſe, conſentit ea quę dicit, poſſibile eſſe non eſſe: huius propoſitionis quę aliquid eſſe conſtituit. i. poſſibile, principiũ eſt ea propoſitio quę dicit, non neceſſe eſſe. Ergo ſiue affirmatiue neceſſitas proponatur, ſiue negatiue, videtur quoddã principium eſse cęterorum, & cętera uelut his, i.neceſsariis, conſentientia iudicari oportet. Et hoc eſt q ait, Et alia vt horum conſequentia conſiderare oportet. Cur ãt illud eueniat, cõſequenter oſtendit dicens. Quoniam ea quę neceſſaria ſunt, actu ſunt, ut frequenter ſupra monſtratum eſt. ea uero quę neceſsaria ſunt, ſempiterna ſunt, quę vero ſempiterna ſunt, priora ſunt his quorum ſunt hmõi ptates quæ in actu nondũ ſunt: manifeſtũ eſt, q & quæ actu ſunt, & ex ptãte ad actũ non veniunt, priora ſunt. ſed de eo actu loquimur q ex poteſtate ad actum nõ uenit, ſed ſemper actu proprię naturæ conſtitutione permanſit. vt cũ ignis calet, vel Sol mouetur, hmõi, ita ſunt, vt actũ nũquã reliquerint, neq; ab his actus abſuerit aliquando, neq; ex ptãte ad hunc venerint actum. Quoniam ergo hmõi fuerunt ut ſemper eſſent. quę aũt ſp ſunt, ea omnibus ſunt. priora erunt & ptãte ẽm propriam naturam priora, ſed quę priora ſunt, ſp ſempiterna ſunt. & rurſus, eadẽ neceſsaria ſunt actu, & neceſse eſt vt ea quę actu ſunt, his quę ſunt ptãte priora ſint. Poſt hæc fit rerum diuiſio ab Ariſtotele hoc modo. Rerum aliæ ſunt actu ſp quæ eſt poteſtate nõ venerint, & iſtę ſunt quarum nullæ ſunt ptãtes, ſed ſemper in actu ſunt. Alię vero quę ex poteſtate in actum remigrarunt, quarum quidẽ ſubſtãtia & actus ẽm tempus poſterior eſt poteſtate, natura vero prior. In omnibus.n.illud quod eſt actu, prius eſt & nobilius, quam id quod poteſtate eſt. Illud.n.quod poteſtate eſt, adhuc ad actum feſtinat. & ideo perfectio quædam actus ẽ, poteſtas uero adhuc quiddam eſt imperfectum, quod tunc perficitur, cum ad actum aliquando peruenitur. Quod autẽ perfectũ eſt, eo quod eſt imperfectum, generoſius & prius eſse manifeſtum eſt. Nam ſi res quę ad actum ſuum ex poteſtate uenerunt, prius fuerunt ptãte, poſt uero actu, ergo actus earum rerum poſterior eſt poteſtate ſi ad tempus referamus, prior vero eadem poteſtate, ſi ad naturam. & hoc eſt quod ait, Alias res eſse quę cum poſsibilitate ſunt, & actu ſunt: ſed actum poteſtate tempore quidem poſteriorem habent, natura vero priorem. Quaſdam autem res eſse in quibus ſola poteſtas ſit, nunquam actus, vt numerus infinitus. Creſcere enim numerus poteſt in infinita. Quicunque vero numerus dictus ſit, vel centũ, vel mille, vel decem millia, & cęteri, finitus eſse neceſse eſt, ergo actu numerus nunquam eſt infinitus. Quoniam uero poteſt in infinita concreſcere, icc irco ſolũ poteſtate eſt infinitus. Eodem quoq; modo & tempus. Quantumcunque enim tempus dixeris finitum eſt, ſed quoniam tempus poteſt in infinita con creſcere, iccirco dicimus tẽpus eſse infinitum, qđ poteſtate ſit infinitũ non

actu. Nihil.n.actu poterit eſſe infinitum. Quod autem ſupra diximus, quę ſemper actu eſſent primas eſſe ſubſtantias; nō ita putandum eſt, Primas eum ſubſtantias dicere quemadmodum in categorijs, vbi primas ſubſtantias indiuiduas dixit. hic autem primas ſubſtantias quæ ſemper actu ſunt, idcirco nominat, quia, ut dictum eſt, quæ ſemper actu ſunt, principalia cæterarum rerum ſunt, atq; ideo primas ſubſtātias eas eſſe neceſſe eſt.

## QVID AFFIRMATIONI MAGIS REPVgnet, negatio an prædicatum contrarium.

*VTRVM autem contraria ſit affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, ut quae dicit, quod omnis homo iuſtus eſt, ei quae eſt, nullus homo iuſtus eſt, an omnis homo iuſtus eſt, ei quae eſt, omnis hō iniuſtus eſt, vt Callias iuſtus eſt, Callias iuſtus non eſt. Callias iniuſtus eſt, quae nā harum cōtraria eſt?*

80 Poſt propoſitionū cōſequētias pertractatas, & eas ſubtili inquiſitione diſpoſitas, illud exoritur inquirēdū, quod magnā utilitatē ita pfert, ut quantū in eo utilitatis ſit, prima quoque frōte legētium mētib. ingeratur. Nā cum ſit manifeſtū, quod affirmationē oppoſita negatio ſp oppugnet, maximeque perimat vlem affirmationem vlis negatio; quoniamq; non ignoratur quod affirmatio priuatoria, quæ contrarium affirmat, ipſius quoq; contrarij perimat propoſitionem: quærit quæ magis perimat magiſq; oppugnet affirmatiuam, utrumne ea quæ ulis negatio eſt, an ea quæ cōtrarij, uel priuationis affirmatio. Sit.n. poſitum hanc eſſe affirmationem, quę proponit, omnis homo iuſtus eſt, hanc ergo duę perimunt propoſitiones, & vlis ſ. negatio quę dicit, nullus homo iuſtus eſt, & ea quæ priuationem iuſtitię prędicat affirmando, ea ſ. quę dicit, omnis homo iniuſtus eſt. Affirmatio igitur quæ proponit, omnis homo iuſtus eſt, perimitur & a negatione propria uniuerſali quæ dicit, nullus homo iuſtus eſt, & ab affirmatione priuatoria quæ proponit, omnis hō iniuſtus ē. Cum igitur ab utriſq; perimatur, quæ āt perimitur, ei quæ eā perimit uidetur eſſe contraria, quoniamq; ut dictum eſt, a duabus perimitur, & duę vnius contrarię eſſe non poſſunt, q̄ duarum propoſitionum quas ſupra memorauimus, i. negationis uniuerſalis & priuatorię affirmatiuę, cōtraria ſit vniuerſali affirmationi ſuperius comprehenſę quęrendum eſt. In qua re quam ſit vtilis qō nullus ignorat, qui cogitat, quia niſi hoc ab Ariſtotele quęſitum enodatumq; eſſet, magna foret dubitatio, an illud reciperetur, ut duo unius poſſent eſſe cōtraria, quod manifeſte fieri non poteſt. Nam cū duo unam rem perimant quis eſſet qui dubitaret aut unam rem duabus opponi, aut duabus unam rem perimentibus quæri oportere, quę magis earū uideretur contraria? Contrarias āt dicimus, non ſm eum modum quem Ariſtoteles in pdicamētis explicuit, ſed tantum ad id quod res rem, uel propoſitio perimit propoſitione, ut quaſi hoc modo quæratur. Affirmatio uniuerſalis ſecūdum quā magis perimitur? utrumne ſm eam q̄ vniuerſalis eſt negatio, aut ſecundum eam q̄ uel priuatoriam pdicat, uel quodlibet aliud, quod ex ipſa oppoſitionē uim cōtrarij repræſentet? vnde etiam illud latere nō oportet: uniuerſali eſſe dubium inter vniuerſalem affirmatione priuatoriam, & uniuerſalem negationem, q̄ eſſet oppoſita cōtrarie. Supra enim iam dictum eſt, affirmationi uniuerſali negationem uniuerſalem eſſe contrariam: Sed hic, vt dictum eſt, non hoc dicitur, ſed illud potius, quę magis perimat rem. Nam quæ magis perimit, ea propemodum uidebitur eſſe magis contraria. Atq; ideo non ſolum de uniuerſalibus propoſuit, ſed ne ſuſpicaretur quis, quòd illam contrarietatem diceret, quam uel in pdicamentis locutus eſt, uel rurſus ſupra cum de vniuerſali affirmatione & negatione loqueretur, de particularis adiecit, quibus non erant contrariæ affirmatio & negatio. Nam ſi recte ſuperius comprehēſa meminimus, affirmatio uniuerſalis & negatio uniuerſalis contrariæ eſſe dicebantur. Nec ſolum hoc, ſed, etiam ſecundum iuſtum & iniuſtum conſtituit quæſtionem quod habitus & priuatio potius eſt, quam ulla contrarietas. Quare ut diximus intelligendum eſt, eſſe nunc in quæſtione, quę propoſitio quam propoſitionem proxime efficaciuſq; deſtruat ac perimat. huius inquirendę rei ratio exiſtet hoc modo.

*Nam ſi ea quæ ſunt in uoce, ſequuntur ea quæ ſunt in anima, illic autem contraria eſt opinio contrarii, ut omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus. etiā in his quæ ſunt in uoce affirmationibus, neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere. Qđ ſi neque illic cōtrarii opinatio cōtraria eſt nec affirmatio affirmationi cōtraria erit, ſed ea q̄ eſt dicta negatio. Quare cōſiderandum eſt, quæ opinatio uera, falſæ opinationi contraria ſit, utrum negationis, an certe ea quæ contrarium eſſe opinatur. Dico autem hoc modo. Et quædam opinatio uera boni, quòd bonū eſt, alia uero falſa, quòd bonum non eſt, alia quod malum eſt. quænam ergo harum contraria eſt uera, & ſi eſt una ſecundum quam contraria?*

81. Hæc eſt inueſtigatio, quę magis ſit uniuerſali affirmationi contraria, utrūne priuatoria uniuerſalis affirmatio, an uniuerſalis negatio. Hinc ſumitur, quod omnis ſere proprietas, quam in uocibus neceſſe euenire eſt, ex opinionibus uenit, quas uoces ipſę ſignificant. Quod igiť quærendum in uocibus eſt, hoc prius eſt in opinionibus pſpiciendū. Neq; .n. fieri pōt ut cū uocū ſignificationes ex opinionib. ueniāt quas. ſ. uoces ipſę ſignificant, non prius proprietates uocum in opinionibus reperiantur. Requirendū igitur eſt, queadmodum ſe iſta in opinionibus poſita habeant, ut qđ in his fuerit repertum, ad uoces rōnabiliter transferatur. Quęratur igitur prius in opinionibus hoc mō. Si opinio priuatoria uniuerſalis affirmationis magis eſt contraria opinioni ſimplicis uniuerſalis affirmationis, quam opinio uniuerſalis negationis: manifeſtum eſt, qđ priuatoria uniuerſalis affirmatio magis perimit uniuerſalem ſimplicem affirmationem q̄ uniuerſalis negatio. Qđ ſi illud magis non reperitur, ſed quod opinio uniuerſalis negationis opinionem uniuerſalis affirmationis magis perimat potius, quam opinio priuatorię affirmationis: conſtat quod uniuerſalis negatio magis contraria eſt uniuerſali affirmationi potius, quam priuatoria affirmatio. Hoc autem vt inueniatur, ita faciendum eſt, ponatr opinio quędā vera, contra eam duæ falſæ, quarū vna affirmatio ſit priuatoria, altera vlis negatio. De duabus igiť falſis quam mendaciorē rō inuenit, eam dicimus veræ opinioni magis eſſe cōtrariā. Sint igiť tres opiniones vna vera, duæ falſę, & ſit quidem vera hæc quæ id quod bonum eſt, bonum eſſe arbitratur, ea. ſ. quam dicit Ariſ. opinionem eſſe boni qđ bonum eſt, falſa uero vna quæ qđ bonum eſt, bonū non eſſe dicit, ea eſt quam dicit Ariſt. falſa boni quod non bonum. Reliqua quæ id quod bonū eſt, malum eſſe arbitratur, ea eſt quę ab Ariſt. dicta eſt opinio boni quod malum eſt. Ex his igitur tribus vna vera duabus falſis quęrēdum eſt, quæ magis ſit contraria uerę. ſed quia contingit ſæpe & negationē & priuationē vnū ſignificare in his præſertim contrariis in quibus nulla medietas inuenitur, addidit: & ſi eſt una ſm q̄ contraria. Hoc āt hmōi eſt, in his contrariis in quibus nulla medietas eſt, idem negatio valet quod ēt priuatio In his vero in quibus eſt quęda medietas, affirmatio priuatoria & negatio non eiuſdem ſignificationis ſunt. Age.n. ſint hmōi contraria quæ ſint immediata, genitum eſſe & ingenitum eſſe. In contrariis igitur immediatis idem priuatoria affirmatio quod negatio ualet. In his āt quę medietatem habent, non idem. Neq; .n. ęquum eſt dicere quemlibet illum eſſe malū & rurſus non eſſe bonum. Nam cum bonum negatur, poteſt aliquid medium audientis animus ſuſpicari. cum vero malū ponitur, tota audientis ſuſpicatio in contrarium reiecta eſt. atq; iō non idem ſignificant. Sed quia ſępe (vt dictum eſt) pri-

priuatio uel contrarietas negationi cōſentit, quoties tales quędam propoſitiones reperiuntur, in quibus nihil negatio ne diſcrepet priuatoria affirmatio, quęrendum eſt, ut Ariſtoteli uidetur, ſm quam potius prolationem, uel opinionē uere affirmationi vel opinioni cōtraria ꝓpoſitio uel opinio fiat. Quanquā.n. interdum idem ſignificent, alio tamen modo ipſis ꝓpoſitionibus utimur. Nam qui negationem ponit, id quod eſt dicit non eſſe, qui uero priuationem id quod non eſt dicit eſſe. Cum igitur diuerſum initium, & diuerſa intentio quodammodo ſit propoſitionum ſub eadem ſignificatione, & q̄ earū magis verę ꝓpoſitioni contraria ſit, & ſm quē motū animi magis uera ꝓpoſitio perimatur, quęrēdum eſt. Hoc eſt.n. quod ait. & ſi eſt una, ſm quā contraria. Nō enim dicit quòd omnino negatio & priuatio unū ſunt: ſed in his in quibus idem ſunt, hoc eſt in immediatis contrariis, & q̄ idē ſignificant. qm̄ non ſm vnū motū aī, unā ſignificationē dicūt, q cōtrariū uel priuationē ponūt, & q negationē ſm quā cōtraria magis eſt ꝓpoſitio, utrū ne ſm eā quę priuationem ponit, an ſm eam quæ negationem. Poſt hæc quemadmodum ſit contrarietatis natura deſignat.

*Nam arbitrari contrarias opiniones definiri in eo q̄d contrariorum ſunt, falſum eſt. Boni enim quod bonum eſt, & mali quod malum eſt, eadē eſt fortaſſe opinio & uera, ſiue plures, ſiue una ſit. Sunt autem contraria iſta, ſed non in eo quod contrariorum ſunt contraria, ſed magis in eo quod contrarie.*

82. Senſus quidem breuiter expeditus, ſed ſumma rationis ueritate contextus eſt. Cum enim de contrariis diſputat quemadmodum contrarię opiniones eſſe poſſint, prima frōte diſponit. Arbitrabātur enim quidam contrarias eſſe opiniones, quę de contrariis aliquid arbitrarentur, ſed hoc falſum eſſe conuincitur. Neq; .n. ſi bonum & malum contrarium eſt, & aliquid de bono & malo opinetur, mox neceſſe eſt, ut contrarietas ſubſequatur. Age .n. quilibet de bono opinetur, ꝙ bonum eſt, rurſus de malo opinetur, ꝙ malū ē. Cum igitur idem de bono, & malo opinetur illud ꝙ bonum eſt, hoc ꝙ malum, tū cōtrariæ opiniones non ſunt. Neque.n. contrarium eſt opinari id quod bonum eſt, bonum eſſe, & id quod malum eſt, malum eſſe: utręq; .n. vere ſunt: Opinionum aūt contrarietas ueritate & falſitate agnoſcitur. Hoc āt mō hmōi opiniones cōtrarię eſſe poſſunt, q̄ de eadē quodāmō affectione aī ꝓficiſcunt, id eſt opiniones cognoſcētes quicq̄ q̄d uerū ē. Nō igit ſiqs contrariorū aliquā opinionē habeat, & quicquā de cōtrariis arbitreī, ſtatim neceſſe eſt ſubſequi in opinionibus contrarietatē. Ergo nō eſt contrarietas opinionum in ea arbitratione quæ contrariorū eſt, vel quæ de contrariis habetur: ſed potius contrarietas in opinionibus tunc ſit, quoties de una eademq; re contrarie quis opinatur. ut quęlibet res ſit propoſita bona, de ea ſiquis contrario modo opinetur ꝙ bonum eſt, de eadem rurſus ꝙ malum eſt, opinio quę id quod eſt bonum, bonum eſſe putat, uera eſt. altera vera quæ id quod eſt bonum, malum eſſe arbitratur, falſa eſt. Vera autem & falſa contrariæ ſunt. Recte igitur has opiniones, quas ueritas falſitaſque diſiungit, contrarias eſſe dicimus, etſi nō contrariorum ſunt, ſed de una eademq; re per contrarietatem dictę. Recta igitur dictum eſt non oportere definire contrarias opiniones in eo quod contrariorum ſint, ſed potius in eo, quod de eadem re contrarie ſuſpicentur. Ordo uero ſermonum talis eſt. Nam arbitrari inquit contrarias opiniones definiri in eo q̄d contrariorū ſint: .i. in eo quod quędam de contrariis opinētur, falſum eſt. Q̄uo āt falſum ſit ipſe declarat. Boni .n. ꝙ bonum eſt, & mali ꝙ malum eſt, eadem fortaſſe eſt .i. non ſibi ſunt contrarię opiniones, ſed utręq; idem ſunt. Quemadmodū autem idem ſint, ipſe ſubiungit dicens, & vera. Idcirco.n. idem ſunt, quia veræ ſunt. Contrarietas aūt in ueritate, ut dictum eſt, & falſitate eſt poſita. Quare ſi conſentiunt, idem in ueritate, & falſitate eſſe uidebūtur. Nec hic numeroſitas impediet. ſiue enim plures, ſiue vna ſit, in eo quod verę ſunt, idem ſunt. Sunt autem inquit iſta contraria .i. quę in opinionibus verſantur, ſed non in eo quod uel contrariorum ſunt, vel de contrarijs arbitramur, contrarię opiniones inueniuntur: ſed ipſorum contrarietas inde naſcitur, ꝙ de una re contrario modo opinātur. hoc eſt quod ait, Sed magis in eo quod contrarie. hic autem contrarie aduerbii loco poſitum eſt tanquam ſi diceret, ſed magis ea re contrarie ſunt, ꝙ contrarie opinantur, & ſubintelligimus de una .ſ. re. Si enim de una re non contrarie opinentur, ſed de pluribus, poterunt non eſſe contrariæ. Quod facile cauteque perſpiciens unuſquiſque reperiet.

*Si ergo eſt boni quod eſt bonū opinatio, alia uero quod non eſt bonum. Eſt uero & alia quod aliquid aliud, eſt quod nō, neq; poteſt eſſe. Aliarū quidem nulla ponenda eſt, neq; quæcunq; eſſe, q̄d non eſt, opinatur: neq q̄cunq; non eſſe quod eſt, (Infinitæ enim utræq; ſunt & quæ eſſe opinantur quod non eſt, & q̄ non eſſe q̄d eſt) ſed in quib. eſt fallacia. Hę autē ſunt, ex quibus ſunt generationes: ex oppoſitis uero ſunt generationes, quare etiā fallacia.*

83 Validam quidem ſententiam breuiſſimis ſermonibus clauſit, cuius, ut breuiter dicendum ſit, hæc uis eſt. Qui de contrarietate propoſitionum noſſe quęrebat, debebat primo quę propoſitionum eſſet infinitas conſtituere, atque ad eam uim contrarietatis aptare. In omnibus enim contrariis vnum vni contrarium eſt. Si autem ut quædam in propoſitionib. infinitas, illa tota infinitas propoſitionum vni propoſitioni contraria eſſe non poterit. Hoc ſumendo, totum textum argumentationis ingreditur. Atque non ſolum expectari oportet in propoſitionibus, ꝙ falſa uerę ſit contraria, ſed quod inter omnes falſas illa falſa ſit uerę contrāria, quę una eſt & non infinita. Poſſunt autem eſſe infinitæ propoſitiones & falſę, poteſt una finita, eadem quoque falſa, quę ueræ contraria eſſe rationabiliter ponenda eſt. Volens ergo conſtituere ꝙ negatio potius contraria ſit affirmationi, quā ea affirmatio quę contrarium ponit. hoc dicit. Poteſt inquit eſſe opinatio quędam, quę id quod eſt de una unaquaque re eſſe opinetur. Eſt et alia, quæ id quod non eſt, rem illā eſſe arbitretur. Eſt autem alia, quę id quod ſecum habet res illa propoſita, non eā habere putet. Eſt rurſus alia, quę id quod eſt res ipſa, non eā id eſſe arbitretur. Vt autem hoc peruagatum luceat exemplum, ſumpſit propoſitum, de quo opinaretur aliquis id quod eſt bonum. Siquis igitur hoc bonum bonum eſſe opinetur, uere opinabitur. Rurſus ſiquis hoc eſſe bonum quod non eſt bonū putet, falſe opinabitur. ut ſiquis arbitretur ꝙ lædit, ꝙ inutile eſt, ꝙ iniuſtum eſt: is ea de bono opinabitur quę non ſunt, & hoc falſum eſt. Rurſus qui id quod in ſe habet bonum, non habere arbitratur, is opinabitur hoc modo bonum nō eſt utile, bonum non eſt iuſtum, bonum non eſt expetendum, & is quoque fallitur. Quòd ſiquis ſit qui hoc ipſum quod eſt bonum, non eſſe bonum arbitretur, ut non putet bonum neque malum eſſe id quod non eſt, neque expetendum eſſe id quod in ſe habet, ſed id quod eſt ipſum bonū, ideſt ipſam boni eſſentiam, ita, ita arbitretur bonū nō eſſe bonum, cæterę igitur omnes opiniones infinitę ſunt. Poſſumus.n. permulta colligere falſa, quę cum non ſint, de unaquaque re, ea tamen eſſe dicamus, ut in eo ipſo bonum poſſum dicere, quia malum eſt, poſſum quia turpe, quia iniuſtum, quia uitabile, quia periculoſum eſt, & cætera quæcunque in bono nullus inueniet, & hęc ſunt infinita. Rurſus poſſum dicere ea quę hēt bonum nō eſſe in bono, ut ſi dicā bonum non eſſe utile, bonum non eſſe expetendū, bonū non eſſe quod auget, atq; hæc quidem rurſus infinita ſunt. Sed quando id quod eſt aliqua res auferi opinio, hoc facere niſi ſemel non poteſt. Neque .n. aliqua per id effici poſſunt, ſi quod bonum eſt, non eſſe bonū arbitratur. ergo cęterę quæcunq; aut id quod non eſt, eſſe arbitrantur, aut id quod habet in ſe bonum, nō habere arbitrantur, falſę ſunt, ſed in infinitum. Bonum autem nunc ita uſurpat, anquam ſi

dicat

dicat bonitas. Siquis aũt ipſam bonitatem non eſſe bonum arbitretur, is & falſus eſt, & definitio modo falſus eſt. Sed in falſis q̃ definita ſunt, & una numero ea, magis & ꝓxime ueris uidenť eſſe cõtraria. una. n. res ſꝑ uni rei eſt contraria. Quocirca hęc recte magis cõtraria eſt, quæ negat id qđ eſt potius, quam ea quæ negat, uel id qđ in ſe hẽt, uel affirmat quod in ſe non habet. Hoc aũt ut clauderet non recto ſermone uſus eſt, ſed ad quiddã aliud orõnem detorſit, quę res confuſionẽ non minimã fecit. Nã cum dixiſſet non debere nos illas potius ponere contrarias verę opinioni, q̃ ſi nitæ ſunt, ſubiunxit, illud quod ait, ſed in quibus eſt fallacia, hę autem ſunt ex his ex quibus ſunt & generationes. Hoc aũt talẽ ſniãm claudit, inquit opiniones ueris opinionibus opponendum eſſe contrarias in quibus principiũ eſt fallacię: fallacię autem ex his naſcuntur, ex quibus etiã generationes, generationes aũt in oppoſitis inueniuntur, hoc autem tale eſt. Oĩs generatio ex ꝑmutatione eius quod fuit ſurgit. niſi. n. id quod fuit, prius eſſe deſierit, non põt eſſe generatio. Oẽ. n. quod gignitur, in aliam quodãmodo formam ſubſtantiæ permutatur. Ergo cum non fuerit id quod fuit, tũc gignitť, & eſt quoddã aliud quã fuerit. & qui fallitť, id qđ eſt quęlibet res nõ eſſe arbitratť. Nã q qđ bonũ, eſt malũ eſſe putat, fallitť, ſed fieri aliter nõ põt, vt ſit malũ niſi nõ ſit bonũ, & de cæteris eodẽ mõ. Fallacia igitť eſt principium fallacię, cum qs id qđ eſt aliqua res, nõ eã eſſe arbitrat. Hæc aũt fallacia ex his eſt, ex quib. ſũt generationes. Omnis enim generatio ut dixit, ex detrimento, ſurgit; ut quod fit dulce nõ fit ex albo, ſed non dulci. Et rurſus quod fit album non fit ex duro, ſed ea non albo, & cæterę generationes ex negationibus potius proficiſcuntur, & eſt prima fallacia. Quod ſi ibi prima fallacia ex quib. ſunt gñationes, ubi integerrima falſitas eſt & ꝓxima uerę opinioni: non hęc aũt niſi in oppoſitis reperiuntur. hoc eſt in affirmationibus & negationibus: dubiũ non eſt quin negationis opinatio magis contraria ſit ei opinioni, quę contrarium aliquid in arbitratione confirmat. Et ſenſus quidem hmõi eſt, uerba aũt ſeſe ſic habent. Si ergo, inquit, eſt boni, ꝙ bonum eſt opinatio, quę. ſ. vera eſt. Eſt ãt quod non bonum eſt, quæ falſa, eſt ac definita. Eſt uero ꝙ aliquid aliud eſt, quod non eſt, neq; põt eſſe, .i. ea quæ id eſſe aſcribit quod non eſt. aliarum quidem omnium nulla ponenda eſt, neq; quęcunque eſſe quod non eſt opinatur, .i. quę id quod non eſt res propoſita, eam eſſe putat; neq; quęcunq; non eſſe quod eſt, .i. neq; ea quæ id qđ habet res ꝓpoſita in opinionibus negat. Cur ãt iſta non opinatur contrarie docet hoc modo. Indefinitæ . n. inquit vtræq; ſunt, & quę opinatur, quod non eſt, & quæ non eſſe ꝙ eſt. ſed quæ magis ponenda eſt? In quibus eſt, inquit, fallacia; .i. in quibus principiũ fallaciæ eſt. Principium ãt fallacię vnde ducitur? ex his ducitur, ex quibus ſunt & generationes. vnde ãt ſũt generationes? ex oppoſitis. Omnis. n. ut dictum eſt, generatio, ex eo qđ nõ eſt, in id quod eſt ſurgit, quod. ſ. ad negationem vergit. Quare, inquit, etiam fallacia & principium fallaciæ in oppoſitis inuenitur, vbi etiam generationes, ex quibus eſt ipſa fallacia.

*Si ergo quod bonum eſt, & bonum, & non malum eſt, & hoc quidem ſecũdum ſe, illud uero ſecundũ accidens. Accidit enim ei malum non eſſe, magis autem eſt in uno quoque uera, quæ ſecundum ſe eſt: & falſa, ſiquidem & uera. Ergo ea quæ eſt, quod non eſt bonum, quod bonum eſt, eius quę ſecundum ſe falſa eſt. Illa uero quę eſt, quod malum eſt, eius quę ſecundum accidens. Quare magis erit falſa de bono ea quæ eſt negationis opinio, quam ea quæ eſt contrarii.*

84. Licet hæc omnia primę editionis commentario diligẽtiſſime explicuerimus, ne tamẽ curta expoſitio hujus libri eſſe uideatur. hic quoque eadẽ repetens explicabimus. Eſt tanque ingreſſus huius argumentationis huiuſmodi. Si inquit vera poſita propoſitione, plures ſunt quæ eã perimũt falſę, illa inter eas veræ propoſitioni magis erit contraria, quæcũq; magis eſt falſa. Quærẽdũ igitur eſt, quæ inter plura falſas ꝓpoſitiones magis falſa ſit, ut ea ueræ ꝓpoſitioni magis uideatur eſſe cõtraria. hoc aũt per ueritatẽ dicẽdũ ẽ. Nam cum uere, & per ſe aliquid dici poſſit & per accidẽs: illud tamen maxime ueritatis naturam tenet, quod ſecũdũ rem ipſam dicitur potius, quã quod ſm accidens uenit ut ſi quis de bono opinetur, quod bonum eſt, hic ſecundum rem ipſam ueram opinionem habet. Sin quis uero arbitretur ꝙ bonum utile eſt, uerum quidem opinabitur, ſed iſta ueritas de bono per accidens fit boni. accidit. n. bono, ut utile quoque ſit. Quare illa quæ bonum bonum eſſe arbitratur, per ſe uera eſt .i. ſm ipſam rem uera eſt. illa uero quæ id quod bonum eſt, utile eſſe opinatur, per accidens boni uera eſt. In quam rem propinquior naturę bonitatis eſt, ea quæ id ꝙ bonum eſt, bonũ eſſe arbitratur, quã ea quæ id quod bonũ eſt, utile. Qđ ſi ita eſt, uerior eſt illa quę ſm ipſam rẽ uera eſt, potius q̃ ea quę ſecundũ accidens uera eſſe uidetur. His igitur ita conſtitutis, & de falſitate idẽ dicendũ eſt. Falſa. n. propoſitio, quæ illi verę contraria eſt: ea quę ſecundum ſe eſt, magis falſa eſt quam ea quæ eam ueram perimat, quę ſm accidens eſt. Nam ſi verior eſt ea quę de ipſa natura rei verũ aliquid opinatur, illa erit magis falſa quę perimit veriorem. Quod ſi illa, q̃q̃ ſit uera, minus tñ, quia de rei accidente pronunciat: minus quoq; illa erit falſa, quæ minus veriorem perimit. His igitur ita conſtitutis videamus nunc quemadmodum ſe in his hẽt opinionib. vel propoſitionib. de quibus omne tractatur. Idem igitur ſit exemplum, vt ſupra dictum eſt, id quod bonũ eſt, & bonum eſt, & nõ malũ. ſed quod bonum eſt, ſm ipſam rem eſt. quod vero malũ non eſt, accidit eitñ id quod bonum eſt, ꝑ naturam bonum eſt, quod vero malum non eſt, ſecundo loco, & quaſi accidẽter eſt. Ergo opinio de bono quod bonũ eſt, verior eſt propinquiorq; naturę ea opinione quę eſt de bono quod malũ nõ eſt. Si igitur ita eſt, & ea quę veriorẽ opinionem perimit, magis falſa eſt, quã ea quę ueram, quæ q̃q̃ uera ſit, minus tñ eſt vera: manifeſtum eſt, ꝙ negatio magis falſior eſt quam affirmatio, quę contrarium ponit. Nam negatio dicit, non eſt bonum quod bonum eſt, affirmatio vero malum eſſe quod bonum eſt, negatio quę eſt non eſſe bonum ꝙ bonum eſt: illã ſm ſe opinionem veram perimit quę dicit, bonum eſſe qđ bonum eſt. Illa vero affirmatio contrarij, quæ eſt, malum eſſe quod bonum eſt: illam opinionem perimit veram quę de bono ſm accidens eſt. i. non malum eſſe ꝙ bonum eſt. Conſtat igitur magis falſam eſſe opinionem quæ dicit, non eſſe bonum quod bonum eſt. potius quam ea quę opinatur, malum eſſe quod bonum eſt. Quod ſi eſt falſior magis contraria, magis igitur contraria eſt negationis opinio quam contrariæ affirmationis. Expedito igitť ſenſu, verba ipſa demonſtranda ſunt. Si ergo inquit quod bonum eſt ſit bonũ & nõ ſit malum. & hoc quidem ſm ſe. i. vt quod bonum ſit, bonum eſſe dicatur; Illud vero ſm accidens, hoc eſt quod bonum eſt, vt malum non ſit. Accidit enim ei malum non eſſe, magis autem in vnoquoq; eſt uera, quę ſecundum ſe eſt. Nam quod ſecundum vniuſcuiuſque naturam eſt, propinquius eſt ei rei cui eſt ſecundum naturam. Quocirca, & veritas ſecundum rem, quia rei proxima eſt, verior eſt, quam ea quę ſecundum accidens eſt. hoc eſt enim quod ait, Magis autem in vnoquoque eſt vera quæ ſecundum ſe eſt. Quod ſi hoc ita eſt, etiam falſa, ideſt etiam illa falſitas eſt magis falſior quæ illam perimit opinionem vel propoſitionem, quæ ſecundũ ſe vera eſt. Si quidem illa ſecundum ſe vera, verior eſt quã quę ſecundum accidens rei vera eſt. hoc eſt enim quod dicit, Siquidem & vera. hoc igitur exponens exemplo confirmat. Ergo ea quę eſt, quod non eſt bonum quod bonum eſt, eius quæ ſecundum ſe eſt, falſa eſt, hoc eſt illa quæ opponitur illi opinioni quæ ſecundum ſe uera fuit. hoc enim hęc uerba demonſtrant, cum dixit. Ergo ea quę eſt, quod non eſt bonum, quod bonum eſt, eius quę ſecundum ſe eſt falſa eſt, id eſt, quę ipſum bonum negat bonum eſſe, per ſe verę propoſitionis falſa eſt, id eſt oppoſita. falſitas

enim

.n. veritati opponitur. Illa uero quæ eſt qđ malũ eſt: eius q̃ eſt ſm accidens, hoc eſt illa opinio, q̃ id qđ bonũ eſt, malũ arbitrať eſſe, falſa eſt, & apta ei propoſitioni q̃ eſt ſm accidens vera .i. q̃ opinabatur bonũ nõ eſſe malũ. Quare magis erit falſa de bono, ea q̃ eſt negationis opinio, quã ea quę eſt cõtrarii, ideſt magis contraria eſt negatio quàm affirmatio contrarij. Siquidẽ cũ ſint de bono vtræq; prædicatæ, falſior tñ negatio reperiť. Sed qđ dixit bono accidere, ut malũ nõ ſit, non ita intelligendũ eſt quẽadmodũ ſolemus dicere, ſubiecto aliqd accidere. neq; .n. fieri pt. ſed accidere hic intelligendũ eſt ſecũdo loco dici, principaliter .n. qđ eſt bonum dř bonũ: ſecundo uero loco dicitur, non eſt malum, hoc aũt tractum eſt a ſimilitudine ſubſtantię & accidentis, vnaquæque enim ſubſtantia principaliter quidem ſubiecta eſt, ſecũdo vero loco vel alba, uel bipeda, vel accidens, vel quicquid ſubſtantijs accidere poteſt.

*Falſus autẽ eſt maxime circa ſingula qui habet cõtrariã opinionem. Contraria enim eorum ſunt quæ plurimũ circa idẽ differunt. Quod ſi harum contraria quidem eſt altera, magis uero contraria eſt cõtradictio, manifeſtum eſt, quoniam hæc erit contraria.*

85. Vis omnis argumentationis, ut breuiſſime expediatur, huiuſmodi eſt. Omne verum aut ſecundum ſe verum eſt, aut ſecundum accidens: quia neceſſe eſt etiam falſum, aut ſecundum ſe falſum eſſe, aut per accidens. verum autem illud, eſſe verius conſtat quod ſecũdum ſe eſt, potius quàm illud quod per accidens. qui uero cõtrariam de re alicuius habet opinionem quàm res ipſa eſt, neceſſe eſt ut plurimũ falſus ſit. Etenim cõtrarietas opinionum eſt, quoties de vna eademq; re longiſſime a ſe abſiſtẽtes opiniones ſunt. Quod igitur magis falſum eſt, hoc erit etiam contrarium. Illud enim quod magis a ueritate abeſt, hoc magis falſum eſt. In opinionibus vero quæ ſe plurimum differunt, ea ſunt contraria. illa igitur in opinionibus contraria eſt quę plurimũ falſa eſt. Eſt autem ut dictum eſt plurimum falſa, quæ ſecundum ſe falſa eſt, ideſt quę illam perimit propoſitionem quę ſecundum ſe uera eſt. hæc autem negatio eſt. negatio igitur cõtraria eſt affirmationi potius quàm ea affirmatio quæ cõtrarium ponit. Talis igitur ſenſus his verbis includitur. Falſus eſt autem magis inquit, circa ſingula qui habet contrariam opinionem. Quanquam enim poſſit eſſe quilibet falſus, etiam ſi de eadem re contrariam non habeat opinionem, ille tñ magis falliť q̃ contrariũ aliquid opinať. Hoc aũt cur eueniat dicit. Contraria .n. eorũ ſunt quę plurimũ circa idẽ differunt. Iccirco .n. maxime falſa contraria opponũtur, quia contrarietas non niſi in plurimũ diſcrepantib. inuenit. Qđ ſi harũ cõtraria eſt altera, ideſt qđ ſi harũ ꝓpoſitionũ vel quę per ſe falſa eſt, vel q̃ p accidens, vnam cõtrariã eſſe neceſſe eſt, magis uero contraria contradictionis, hoc eſt, magis autem falſa negatio. Hoc enim quod ait, magis uero contraria hæc, hoc ſenſit tanquam ſi dixiſſet, magis vero falſa contradictionis eſt, ideſt magis vero falſa negatio eſt, concludit, ſi illa ut dictum eſt ſuperius ita ſunt, manifeſtum eſſe quod hęc ideſt contradictionis erit contraria.

*Illa uero quæ eſt, quod malum eſt, quod bonum eſt, implicita eſt. Etenim quoniam non bonũ eſt, neceſſe eſt fortè idem ipſum opinari.*

86. Poſtquam iccirco contrarium potius negationem monſtrauit eſſe: quod hæc magis eſſet falſa, quàm ea q̃ contrarium affirmaret, & diſtinctione falſitatis contrariam eſſe propoſitionem opinionemq; quę rem propoſitam negaret edocuit. Nunc ex ſimplicibus, implicitiſque propoſitionibus opinibuſque idem nititur approbare. Dicit .n. ꝙ ea affirmatio quæ contrarium ponit implicita & nõ ſit ſimplex. Iccirco autem implicita eſt, quod quæ arbitratur id quod bonũ eſt, malum eſſe mox illum quoque opinari neceſſe eſt id qđ bonum eſt, bonum non eſſe. Neque enim aliter malum eſſe poteſt, niſi bonum non ſit. Quare, qui quod bonum eſt, malum eſſe arbitratur, & rem bonam malum putat, & eandem ipſam non eſſe bonum. Non igitur ſimplex eſt hæc opinio de bono, quod malum eſt, continet enim intra ſe illã quod non eſt bonum. Qui uero opinatur non eſſe bonum quod bonum eſt, non illi quoq; neceſſe eſt opinari quod malum eſt. Poteſt enim & non eſſe aliquid bonum & malum non eſſe. Atque hoc quidem in his inuenitur rebus, in quibus aliqua medietas poterit inueniri. hoc quoq; cautiſſime addidit. His igitur ita poſitis, qm̃ cõtrarii opinio nõ eſt ſimplex, ſimplex vero eſt negationis, neceſſe eſt, ut contra ſimplicẽ opinionẽ, ſimplex opinio potius videať eſſe cõtrarium: Eſt aũt ſimplex opinio boni, ꝙ bonum eſt vera. Simplex uero boni, qđ bonum eſt, falſa. Simplici igitur opinioni de bono ꝙ bonũ eſt, ſimplex erit cõtraria negatio, q̃ eſt boni, quod non eſt bonum. Tota vero vis huius argumentationis hinc tracta eſt quoties uera, eſt quędam propoſitio: & duę quæ eam perimere poſſint, ſi una earum nihil indigens alterius veram propoſitionem perimat, reliqua vero pter alteram eandem propoſitionem perimere non poſſit: illa magis dicenda cõtraria eſt, quæ ſibi ſufficiens, nec reliqua indigens, propoſitam propoſitionem perimere valet. ueram autem propoſitionem de bono quod bonum eſt ſola negatio perimere poteſt: & ad illius ueræ interitum eſt ſibi ipſa ſufficiens quæ dicit, quod bonum non eſt. Illa vero quæ opinať malum eſſe, ſibi ſola non ſufficiet, niſi illa quoq; ei auxilietur, quę eſt, id quod bonum eſt bonum non eſſe. Idcirco .n. contraria illã aufert, quia ſecũ negationes trahit. manifeſtũ eſt hanc, quæ ad uerę ꝓpoſitionis interitum ſibi ipſa ſufficit recte magis contrariam uideri quam quę ſibi ipſa non ſufficit, niſi ei uis negatiuæ propoſitionis addatur.

*Amplius ſi ẽt ſimiliter in aliis oportet ſe habere, & hic uidebitur bene eſſe dictum. Aut .n. ubique ea quæ eſt contradictio, aut nuſquam. Quibus uero non eſt contrarium, de his quidem eſt falſa ea, quæ eſt ueræ oppoſita, ut qui hominem non putat hominem, falſus eſt. Si ergo hæ contrariæ ſunt etiam aliæ quæ ſunt contradictiones.*


87 Quod de his inquit, propoſitionibus dicimus, ſi hoc in oĩbus inuenitur, firmum debet eſſe quod dicimus. Neque .n. ueriſimile eſt in alijs quidem propoſitionibus negationes eſſe cõtrarias. In aliis uero affirmationes, q̃ cõtrariũ ponũt. Sed ſi hoc in omnibus propoſitionib. inuenitur, & cõtradictionibus, contradictio potius contraria ſit .i. negatio, quã quę contrarium habet: nihil eſt dubium quin hęc ratio conſiſtat in omnibus. Sin vero in aliis ea quę contrarium ponit magis contraria eſt, quam negatio, hic quoque ita ſeſe manifeſtum eſt non habere: ubi .n. inueniri poteſt contrarietas, in his dubitatio eſt quę nam ſit contraria utrũne ea, quæ contrarium affirmat, an ea quæ id quod propoſitum eſt negat. Ergo in his, in quibus dubium non eſt, quemadmodum ſit hoc, ſpeculandum eſt. Dubium aũt non eſt in his in quibus non eſt contrarietas, ut in ſubſtãtijs. Hic .n. ſolæ ſunt contrarię negationes. Si ergo huic contrariæ opinioni quæ eſt de homine, ꝙ homo eſt, illa opponitur, quæ eſt de homine quod homo non eſt: manifeſtum eſt in alijs quoq; in quibus contrarietas inuenitur, locum cõtrarietatis negationẽ potius obtinere. Nã ſi in his in quib. contrarietas eſt, vt in bono & malo, manifeſtum eſt nõ potius illam eſſe contrariã quæ bonũ negaret, q̃ illã quę malum obtineret, ei quę id quod bonum eſt, bonum eſſe arbitretur, nec in his eam contrariam eſſe oporteret, in quibus contrarietas nulla eſt. Quid .n. attinet cum de homine dicimus quod contrarium non hẽt, ibi eſſe negationem cõtrariam? Cum uero de bono quod contrarium habet, ibi non eſſe? ſed potius eam quę contrarium poneret. Quocunque .n. vertitur negatio, ſuã uim in omnibus ſeruare debet. Quod ergo dicit ab Ariſtotele, ut breuiter explicem, tale eſt, Si in alijs negatio eſt contraria, hic quoq; negationẽ eſſe contrariam manifeſtum eſt. Quod ſi in alijs minime, in his quoq; quę ſupra poſuit, ſed in oĩbus aliis in quib. contrarietas non inuenitur contradictio cõtrarietatis locũ tenet, & in his igitur in quibus eſt contrarietas eundẽ locũ neq; alium tenebit; quod

his

his verbis explicuit, Amplius ſi & in alijs ſimiliter oportet ſe habere, & hic videbit bene eſſe dictũ. Nã ſi in oībus alijs ita ſe habere neceſſe eſt, & in his quæ ſupra dicta ſunt ita ſeſe hẽt, & id quod dictum eſt optime dictũ eſſe videbitur. Aut.n.vbiq; ea quę eſt contradictionis, aut nuſquã alicubi quidẽ contrariam reperiet, alicubi uero minime. quib. vero nõ eſt cõtrarium, vt ĩ ſubſis. in quibus nulla eſt cõtrarietas. Hoc.n.nos ſi bene meminimus, prædicamenta docuerunt, de his eſt quidem falſa ea quę eſt oppoſita verę.i. in his inuenitur quidẽ oppoſita falſa opinio verę opinioni, ſed quę ſit iſta, manifeſtum eſt. Nam ubi nulla cõtrarietas eſt, liquet contradictionis eſſe contrarietatem, ut qui hominem nõ putat hoĩem falſus eſt. Hoc.n.ſola contrarietas verę propoſitionis inuenitur. Si ergo hę contrariæ ſunt, & illę alię q̃ ſũt contradictionis.i.ſi in his quæ contrarietatem non hñt, negationes ſunt contrarię (neceſſe eſt .n. aliquas eſſe contrarias) in alijs omnibus, & in quibus eſt aliqua contrarietas, vt bono & malo, negatio locum obtinet contrarietatis.

*Amplius ſimiliter ſe habent boni quoniam bonũ eſt, & non boni quoniam nõ bonũ eſt. Et ad has boni quoniã non bonũ eſt, & non boni quoniã bonum eſt. Illi ergo quæ non boni quoniã non bonum eſt, veræ opinioni quanam eſt cõtraria? Non enim ea quæ dicit quoniam malũ eſt ſimul .n. aliquando erunt veræ. Nũquam aũt vera veræ cõtraria. Eſt.n. quiddam non bonum, malum quare cõ cõtingit ſimul eſſe veras. At vero nec illa quæ eſt quoniã nõ malũ, veræ enim & hæc, ſimul enim & hæ erunt. Relinquitur ergo ei quæ eſt, nõ bonum quoniã non bonum eſt, cõtraria ea quæ eſt nõ boni quoniam bonum eſt, falſa enim hæc. Quare & ea quæ boni quoniam non bonum eſt, ei quæ eſt boni quoniam bonum eſt.*

88 Quęcunque ſuperius dicta ſunt, ea rurſus validiore per proportionem argumentatione confirmat. Proportio autẽ eſt rerum inter ſe inuicem ſimilitudo. Si igitur poſitæ ſint res quatuor, quarum duę ſint pręcedentes, reliquę ſequentes, & ſic ſe habet prima ad ſecundam, quemadmodum tertia ad quartam, neceſſe eſt ita ſe habere primam ad tertiã, quemadmodum fuerit ſecunda ad quartam. Hoc.n. ipſũ breuiter facillimeq; numeris agnoſcimus. Sit enim primus numerus.ij. ſecundus.vj. rurſus inchoantibus. Tertius iiij. Quartus.xij.




In his igitur præcedentes quidem ſunt duo & quatuor ſequẽtes uero ſex & duodecim. Sunt autem vt duo ad ſex, ita quatuor ad duodecim. Nam ſicut duo, ſenarij tertia pars eſt ita quaternarius duodenarii tertia pars eſt. Quocirca ſicut quaternarius præcedens ad ſequentem, ita alius pręcedens ad alium ſequentem erit, & vt præcedens ad præcedẽtem, ita ſequens ad ſequentem: ſed ad quatuor qui ſunt p̃cedẽtes duo medietas eſt, & ſex igitur ad duodecim medietas eſt. Ergo in oĩ ꝓportione hoc reſpiciẽdum eſt, ꝙ ſi de quatuor ꝓpoſitis rebus, ſicut prima eſt ad ſcd̃am, ita tertia ad quartã erit, ut prima ad tertiam, ita ſecunda ad quartam. Iſta igitur numerorũ ꝓportio ad propõnum vim naturamq; transferatur, ſintq; duæ ꝓpoſitiones primę, quarũ vna p̃cedens, altera ſequens: & alię rurſus duæ, quarum vna p̃cedens, altera ſimiliter ſequens, & in his ſit aliqua ſimilitudo. Sit .n. prima boni qm̃ bonum eſt, hanc ſequať boni, qm̃ bonũ non eſt. Rurſus ſit p̃cedens tertia non boni qm̃ bonum non eſt, hanc autem ſequens quarta, non boni qm̃ bonum eſt.

| Præcedentes. | Sequentes. |
| --- | --- |
| .i. Boni quonia bonũ eſt. | ij. Boni quoniã bonũ non eſt |
| .iij. Nõ boni qm̃ bonũ nõ ẽ. | iiij. Non boni qm̃ bonũ eſt. |

Perſpiciať igiť in his quę ſit ſimilitudo ꝓportionũ. Eſt.n. ut prima boni qm̃ bonum eſt ad ſcd̃am boni, qm̃ bonũ non eſt: ita tertia non boni qm̃ bonum non eſt, ad quartam non boni qm̃ bonum eſt. Nã ſicut boni qm̃ bonum eſt, vera propoſitio eſt, falſa aũt boni qm̃ non eſt bonum. ita quoq; non boni qm̃ bonum non eſt, uera propõ eſt, falſa aũt non boni qm̃ eſt bonum. Quod ſi ita eſt, & eodem modo ſeſe hẽt opinio boni qm̃ bonum eſt, ad opinionem q̃ eſt boni, qm̃ bonũ non eſt: quẽadmodum ẽt opinio nõ boni qm̃ non bonũ eſt, ad opinionẽ non boni qm̃ bonum eſt. & quẽadmodum ſe habet prima ad tertiam, ita ſeſe habebit ſecunda ad quartã. Quẽadmodum ſeſe hẽt igitur boni qm̃ bonum eſt, ad eã q̃ eſt non boni qm̃ non bonum eſt, cum vtræque ſint veræ: ita ſeſe hẽt opinio boni qm̃ bonum eſt ad opinionem non boni qm̃ bonum eſt. quod ipſæ quoq; vtræque ſunt falſę. nã ſicut iſtæ ſimul verę ita illę ſimul falſę, quocirca vt eſt prima ad tertiã, ita ſecunda ad quartã. Oſtenſa igitur hac proportione, immutato ordine, eædem diſponãtur, ſed ſit prior opinio ea, q̃ eſt non boni quoniam bonum non eſt, eaque ſequatur boni quoniam bonum eſt, & ſub his præcedens tertia non boni quoniam bonum eſt, quarta ſequens boni quoniam bonum non eſt.

| Pręcedentes. | Veræ | Sequentes. |
| --- | --- | --- |
| .i. Non boni qm̃ bonũ nõ eſt | | ij. Boni quoniam bonum eſt |
| iij. Non boni qm̃ bonum eſt | | iiij. Boni qm̃ bonum nõ eſt |
| | Falſę. | |

Vt igitur ſuperius demonſtratum eſt, ita ſeſe hẽt opinio nõ boni qm̃ non bon eſt, ad eã opinionẽ q̃ eſt boni qm̃ bonum eſt: quemadmodũ non boni qm̃ bonum eſt, ad eã q̃ eſt boni quoniam non bonum eſt. Vt.n. illæ ſimul verę, ita hę ſimul falſæ eademq; ꝓportio eſt. Quocirca erit ſicut prima q̃ eſt non boni quoniã non bonum eſt ad tertiam, eam quę eſt non boni quoniã bonũ eſt: ita erit ſecũda boni quoniã bonum eſt, ad quartã boni quoniã non eſt bonum. Requirẽdum igitur eſt quemadmodum ſit prima ad tertiã, ut ex eo ſpeculemur, quẽadmodum ſit ſecunda ad quartã. Dico.n.ꝙ huic opinioni quę arbitratur non eſſe bonum quod bonum eſt, contraria illa eſt q̃ arbitratur id quod bonum nõ eſt, bonum eſſe. Age.n. ſi potius eſt contra eã opinionẽ, q̃ id quod bonum non eſt bonum putat, ſit ea q̃ id quod bonum non eſt malum putat, ſed hoc fieri non poteſt. Contrarię.n. opiniones ſiť nunq̃ verę ſunt, pñt ãt ſiť hæ eſſe veræ. Siquis.n. parricidiũ, qđ nõ eſt bonum, putet nõ eſſe bonum, idẽ, quoque parricidium qđ per naturã nõ eſt bonum, malum putet vere vtraq; opinione arbitratur. igiť nõ eſt contraria opio ea q̃ id qđ bonũ nõ eſt non bonum putet, ei quę id qđ bonum non eſt, malum arbitratur. Rurſus ponať eidẽ opinioni de non bono ꝙ non eſt bonum, contraria ea q̃ arbitratur id qđ non eſt bonum nõ eſſe malum. Id quoq; contrarium nõ eſt. Fieri.n. põt, ut id quod bonum nõ eſt, nec malum ſit. Neq;.n. oĩa q̃cunq; bonum nõ ſunt, mala ſunt ſtatim: ſed eſt vt bona quidẽ nõ ſint, tñ nec mala ſint. Siquis enim lapidẽ

nequic-

ne quicquã iacente quod per ſe bonũ non eſt, non bonũ eſſe putat, uere arbitretur, idem ipſum lapidẽ qđ per ſe bonum non eſt, ſi nõ malũ putes, nihil eius opinioni falſitatis incurrit. Quare, qm̃ ea quę eſt non boni qm̃ non bonũ eſt & cum ea quæ eſt non boni qm̃ malum eſt, & cum ea quę nõ boni qm̃ non eſt malum, vera aliquoties inuenitur, neutri cõtraria eſt. Reſtat igit̃ ut ei ſit cõtraria opinio nõ boni qm̃ bonum eſt, quę opinaẽ id quod non ẽ bonũ, bonũ eſſe. hęc aũt ẽ, ñ quoniam bonũ eſt, quoniam opinatur id qđ non eſt bonum bonum eſſe. Contraria igitur eſt non boni quoniam non bonum eſt, ei quę eſt non boni quoniam bonum eſt. Sed hic ita ſeſe habet opinio non boni quoniam bonũ eſt, ad opinionem non boni quoniam non bonum eſt: quemadmodum opinio boni quoniam bonum eſt, ad eandem opinionem quę eſt boni quoniam non bonum eſt. Sed prima tertiaque contrarię. Secunda igitur quartaque ſecundũ ſimilitudinem proportionis ſunt ſine ulla dubitatione contrarię: Poteſt vero & ſimplicius intelligi hoc modo, Si boni quoniam bonum eſt opinio, & non boni quoniam non bonum eſt opinio, ſimiles ſecundum veritatem ſunt: boni autem quoniam non eſt bonum, & rurſus non boni qm̃ bonum eſt, ipſę quoq; ſimiles ſecundum falſitatem ſunt; ſi vna falſarum vni verarum opinionum inuenta fuerit contrariã erit reliqua falſa, reliquæ ueræ contraria. quod ſola efficit ſimilitudo. Oſtenditur autem vna falſa uni verę, quemadmodum ſupra expoſuimus, contraria. hoc eſt ea quæ dicit id quod non eſt bonum eſſe bonum, ei quę arbitraẽ id quod non eſt bonum non eſſe bonum. Relinquitur igitur ea quę arbitratur id quod bonũ eſt non eſſe bonum contraria eſſe ei quę opinatur id quod bonum eſt eſſe bonũ. Quare colligitur negationem potius, quam contrarium ponẽtem affirmationem, veræ affirmationi eſſe contrariam. Perplexa igitur ſententia his modis quib. diximus, expedita ẽ. ſed ſe ſic habet ordo ſermonum. Amplius inquit, ſimiliter ſe habet boni quoniam bonũ eſt, & non boni quoniam nõ bonum eſt, quę utręque verę ſunt. & ſuper has, boni quoniam non bonum eſt, & non boni qm̃ bonum eſt, quę ſunt utræque mendaces. Illi ergo quę eſt non boni quoniam nõ bonum eſt ueræ opinioni, quę nam eſt contraria? hoc quaſi interrogatio modo dictum eſt. Non ea quę dicit quoniam malum, eſt. Quoniam ſimul aliquando eſſe poterunt veræ. hoc autem in contrariis non poteſt inueniri. nunquam enim uerę vera contraria eſt quemadmodum autem fieri poteſt ut ſimul ſint verę, quoniam eſt quiddam non bonum malũ, quare contingit ſimul veras eſſe. At uero nec illa quæ ẽ nõ malum. Simul .n. & hæ erunt, id eſt poſſunt aliquando ſimul eſſe uerę, in his præſertim rebus, quę inter bonum ma lumq; ſunt. Relinquitur ergo ei quę eſt nõ boni quoniam non bonum eſt, quę vere eſt contraria; eaque eſt non boni quoniam bonum eſt, quę falſa eſt, & ſimul vera non põt inueniri. Quare ad ſimilitudinem ſuperius poſitam reuertitur ut dicat, eam quę eſt boni quoniam non bonum eſt, contraria ei quę eſt boni quoniam bonum eſt. & ſiquis ea quæ ſuperius dicta ſunt, diligentius intuetur, nec in totius ſententiæ ſtatu, nec quicquam in ordine fallitur.

*Manifeſtum eſt autẽ quòd nihil intereſt, nec ſi uniuerſaliter ponamus affirmationem, huic enim uniuerſalis negatio erit cõtraria, ut opinioni quę opinatur, quòd omne quod eſt bonum bonum eſt: ea quæ eſt, quòd nihil horum quę bona ſunt, bonum eſt.*

89 Id.ſ. periori argumentatione omnia de infinitis explicuit. Sed quoniam fortaſſe aliquis poterat ſuſpicari non eãdem rationẽ eſſe poſſe in his propoſitionibus quę ſunt definite, atque in his aliquid intereſſe, utrum eadem demonſtratio eis quę definite ſunt eueniret, hoc addit. nihil intereſt, utrum eandem demonſtrationem quam ipſe ſuperius in propoſitionibus indefinitis fecit, quiſquam faciat in vniuerſalibus, quæ iam ſine dubio definitę ſunt. Siquis enim ſecundum infinitarum propoſitionum ſuperiorem diſpoſitionẽ, definitas diſponat, eaſque ſecundum prędictum modum ſpeculetur, non aliam vniuerſalis affirmationis opinioni contrariam reperiet, quã eã quę vniuerſalis negationis opinio. Nihil enim intereſt inter in definitas definitaſq; propoſitiones, niſi quod indefinitæ quidem ſine determinatione. definitæ vero cũ argumento determinationis ſunt, vel vniuerſalitatis vel particularitatis: hoc eſt, n. quod ait, nihil intereſt nec ſi uniuerſaliter ponatur affirmatio vniuerſalis nãq; affirmationi uniuerſalis contraria erit negatio. ut opinioni quæ opinatur, quòd omne quod eſt bonum, bonum eſt quæ ſcilicet eſt, uniuerſalis affirmationis, ea ſit contraria quæ ẽ, quòd nihil eorum quę bona ſunt bonum eſt, hoc eſt opinio vniuerſalis negationis, hoc autem ſic fiat oſtendit.

*Nã eius quæ eſt boni quoniã bonũ, eſt, ſi vniuerſaliter ſit bonũ, eadẽ eſt ei quę opinatur id qđ bonũ eſt, quoniã bonũ eſt. Hoc aũt nihil differt ab eo quod eſt, quoniã oẽ qđ eſt bonum bonum eſt. Similiter autem & in non bono.*

90. Gradatim indefinitam propoſitionem ad ſimilitudinem uniuerſalis adduxit. dicit autem quæcunq; fuerit indefinitã propoſitio, ei ſi quod in ſermone ſolemus dicere quicquid addatur, vniuerſalis ſit, ut nihil omnino diſtet ea quæ ad rẽ in affirmatione omne prędicat. ut ea opinio vel propõ quæ eſt de bono quoniam bonum eſt, hoc. ſ. opinatur, quoniam bonum bonum eſt, huic addatur quicquid, ut ita dicamus, quicquid bonum eſt, bonum eſt, nihil differt ab ea quæ opinatur omne bonum bonum eſt. Quare eadem vis ẽ ſuperioris demoſtrationis in propoſitionibus indefinitis, quæ ẽt in vniuerſalibus, quæ paululum quiddã diſtant, ſed non ad qualitatẽ, nec ad vim propoſitionis, ſed ad q̃titatem referſ. Vniuerſalis. n. q̃titati apponitur. Et ſenſus qdem hm̃oi eſt; verba vero ſic ſunt. Superius propoſuerat nihil intereſſe an indefinita eſſet ꝓpoſitio, an vniuerſalis: cur aũt nihil iter. ſit interſit hoc mõ dicit. Na ea quę eſt boni qm̃ bonũ eſt. i. Idefinita affirmatio, ſi vniuerſaliter ſit ei quę opinatur q̃cquid bonũ eſt, qm̃ bonũ eſt. i. nihil diſcedat ab ea opinione quæ opinatur, quicquid bonum eſt bonum eſſe. hm̃oi autem opinio nihil differt ab ea quę aperte uniuerſaliter proponitur, quæ eſt omne quod eſt bonum bonum eſt. Similiter autem & in non bono, id eſt non bonum eadem ratione dicimus. Ea nanque propoſitio uel opinio, quæ opinatur non bonum eſſe, ſi ei addatur uniuerſaliter, nihil differt ab ea q̃ uñiuer aperte ꝓponiẽ, q̃ eſt, omne qđ bonũ non eſt bonũ.

*Quare ſi in opinione ſic ſe habet. (Sunt autem hæ quæ ſunt in uoce affirmationes et negationes notæ eorum quę ſunt in aĩa:) manifeſtũ eſt quoniã affirmationi contraria quidẽ negatio eſt circa idẽ uniuerſalis, vt ei quæ ẽ quòd omne bonum, bonum eſt, uel quòd omnis homo bonus eſt, ea quæ eſt quoniam nullum, uel nullus. Contradictorię autem quoniam non omne, aut non omnis.*

91 Superius omnes argumentationes ad bonum tollit, redigitq; ad concluſionem omnem quęſtionis vim. Supra. n. negationes & affirmationes earum contrarietates de opinionibus penſare oportere prędixerat. Nunc vero, qm̃ in opinionib. reperit illam contrariam eſſe, quæ eſſet vniuerſalis negatio, idem refert ad propoſitiones, quas manifeſtũ eſt quoniam voces ſunt & ſignificatiuę, animi paſſiones deſignare. In principio. n. libri ſignificatiuas voces, paſſiones animæ monſtrare veraciter docuit: nunc ea velit probaturus, quoniam in opinionibus illa contraria vniuerſali affirmationi reperta eſſet, quæ eſſet vniuerſalis negatio potius quã ea quae contrariam vniuerſali affirmationi affirmaret. idem quoque arbitratur in uocibus prouenire, hoc eſt affirmationi vniuerſali non affirmationem contrariam rem ponentem, ſed vniuerſalem negationem eſſe contrariam, contradictorias vero eas, quæ cum affirmatio vniuerſalis eſſet particularis negatio inueniretur. Atque hoc quidem pleniſſime dictũ eſt, nec aliquis in uerbis error eſt, ſed nos ut cætera nihil ambiguum relinquentes ipſorum quoque verborum

rum ſenſum eorumq; ordinem proſequimur. Ait .n. Quare ſi in opinione ſe ſic habet.i. ꝙ opinio negationis contraria inuenitur opinioni, affirmationis, potius quam cõtrariũ ponens affirmatio. Sunt aũt hæ q́ ſunt in voce affirmationes & negationes notę earũ q́ ſunt in aĩa Nã ſicut in voce affirmatio & negatio eſt, ita quoq; & in opinione, cũ ipſe animus I cogitatione ſua aliqd affirmat, aut aliqd negat, qđ nos alio loco diligẽtius expediemus, ergo qm̃ I affirmationes & negationes quę ſunt in uoce, notę earum affirmationum uel negationum quę ſunt in anima: manifeſtum eſt ꝙ eſt affirmationi contraria quidem negatio circa idem vniuerſalis. circa idem autem addidit, ne diſiunctim affirmationes & negationes contrarias diceremus, ſed aicat affirmatio & negatio eſſe de una eademque re, & illam quidem vniuerſaliter affirmare, illam vero vniuerſaliter negare. Earum aũt hęc ſunt exempla, ut ei quę eſt, omne bonum bonum eſt, vel omnis homo bonus eſt; eã quæ eſt nullum.i. nullum bonum bonum eſt, quæ contraria eſt. vel nullus, hoc eſt, nullus homo bonus eſt. Contradictoria autem aut non omnis .i. non omnis homo bonus eſt, contra eam quæ dicit omnis homo bonus eſt, aut non omne, hoc eſt, non omne bonum bonum eſt, contra eam quę dicit, omne bonum bonum eſt, Cõſtat igitur in his propoſitionibus quas ſupra poſuit, magis eſſe contrariam affirmationi quę dicit omnis homo iuſtus eſt, eam quę dicit nullus homo iuſtus eſt, potius quam eam quæ dicit, omnis homo iuſtus eſt,

***Manifeſtũ eſt autem quòd & veram vera non contingit eſſe contrariam, nec opinionem, nec contradictionem. Cõtrarię enim ſunt quæ circa oppoſita ſunt, circa eadem autem contingit verum dicere eundem. ſimul autem non contingit eidem ineſſe contraria.***

92.: Poſt hęc libri terminum expedit in ea ſpeculatione & demonſtratione, per quam licet verum ſit manifeſtumque omnibus, duas propoſitiones veras non eſſe contrarias tamen idipſum monſtrare conatur. Eſt autem huius argumentationis ingreſſus huiuſmodi. Ea quę ſunt contraria, oppoſita ſunt. oppoſita vero non poſſunt eidẽ ſimul ineſſe. Contraria igitur eidem ſimul ineſſe non poſſunt. quibus autem ſimul aliquid verum dici poteſt, illa ſimul eidem ineſſe poſſunt. quę vero ſimul eidem ineſſe nõ poſſunt, de is ſimul vere propoſitiones, affirmatio & negatio eſſe non poſſunt. Sed contraria ſimul eidem ineſſe non poſſunt. quę igitur ſimul verum dicunt, contraria non ſunt. iccirco quia de quibus affirmatio & negatio ſimul veræ eſſe poſſunt, illa ſimul eidem inſunt, Quocirca quæ ſimul verę ſunt, contrarię nõ ſunt. Senſus quidem hic eſt: uerba autem ſic conſtãt. Manifeſtum eſt autem inquit quod & veram ueræ non contingit eſſe contrariam, ideſt duas veras propoſitiones non poſſe eſſe contrarias, nec opinionem, nec contradictionem, ſi opinio uon eſt uera ueræ contraria, multo magis nec cõtradictio quæ eſt opinionibus euenit. Contradictionem autem hic pro contrarietate poſuit, de ea.n. nunc agebatur. Contrarię enim ſunt, quæ circa oppoſita ſunt, id eſt omne contrarium eſt oppoſitum. Circa autem eadem cõtingit verum eundem dicere, iccirco ꝙ de his ſolis & negatio & affirmatio verę ſimul eſſe poſſunt, quę eidem ſimul eſſe contingit, ſimul autẽ eidem non cõtingit ineſſe contraria, ut concludatur, Quoniam de quibus & affirmatio & negatio ſimul vere ſunt, ea eidem ſimul ineſſe poſſunt, contraria vero ſimul eidem ineſſe non poſſunt. q́ ergo ſimul verę ſunt non poſſunt eſſe contrariæ. Noſter quoque labor iam tranquillo conſtat portu. nihil.n. (vt arbitror.) relictũ eſt, quod ad plenam huius libri notitiam pertineret. Quare ſi rem propoſitam, ſtudio diligentiaq; perfecimus: erit perutile his qui harum rerum ſcientia complectarum cupiditate tenebuntur. Sin uero minus id effecimus, quod nobis ꝓpoſitũ fuit, ut obſcuriſſimas huius libri ſententias enodaremus, labori noſtro nihil ut aliis nocituro, & ſi nõ oportebit, obloquĩ.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI INTRODVCTIO VD CATEGORICOS ſyllogiſmos.

MVLTA Veteres philoſophiæ duces poſteriorum ſtudiis contulerunt, in quibus quiſq́ ad res profunda merſas caligine peruenirent, quadam quaſi intelligentiæ luctatione prę luderent. Hoc inſtitutionum breuior compendii facilitate doctrina. Hinc per ea quæ illi προλεγόμενα vocit, ad intelligẽtiam promptior via munitur. Huic igit æmulus prouidentię ſtatui obſcurarum aditus doctrinarum premiſſæ inſtitutionis luce reſerare, & præſentem operam ſyllogiſmis quorum connexionibus omnibus ratio continetur, addicere: Modumq; eum cuſtodire dicendi, vt facilitati atq; intelligentię ſeruientes, aſtringamus a veteribus dicta latius, enunciata breuius, porrigamus, obſcurata improprij nouitate ſermonis, conſueti vocabuli proprietate pãdamus. Sed quid ad hoc opus lector accedit, ab eo primitus petitũ velimus, ne in his quę nũq́ alias attigerit, ſtatim audeat iudicare; neue ſiquid in ludo puerilium diſciplinarum rudis adhuc, & nondum firmus acceperit, id amplexandum atq; & colendum putet. alia.n. teneris atq; imbuendis adhuc auribus accõmodata; aliæ firmis ac robuſtioribus doctrina mentib. reſeruatur. Quare ſiquid eſt quod diſcrepet, ne ſtatim obſtrepat, ſed ratione conſulta, quid ipſe ſentiat, quid nos afferamus, veriore mentis acumine, & ſubtiliore conſideratione diiudicet. Ita nanq; eueniet, vt q́ in primo ſtatim ſtudendi aditu didicerunt, perſpecta penitus ac potius deprehenſa contemnant. At ſi iam quiſq; ſuæ ſcientię defenſor eſt cupidus malit. (Habet hoc quoq; vitii hoſe quos comprehendit diſcendi vetus ac longa ſegnities, vt ab arreptis ſemel opinionibus non recedant, ne in ſenectute diſcendo, nihil vſq; in ſenectutem didiciſſe videantur.) ſi inquam malunt uindicare q̃ vertere, q́ vulgatis ſemel ſtudiis imbiberunt, nemo expetit vt priora condemnẽt, ſed vt maiora quædam conſtruãt, atq; altiora coniungant. Non .n. una atq; eadẽ diuerſarum ratio diſciplinarum, cum ſit diuerſiſſimis diſciplinis vna atq; eadẽ ſubiecta materies. Aliter.n. de qualibet orationis parte grammatico, aliter dialectico diſſerendum eſt: nec eodem modo lineã vel ſuperficies mathematicus ac phyſicus tractant. Quo fit, vt altera alteram nõ compediat diſciplina, ſed multorum conſideratione coniecta, fiat uera naturę atq; ex omnibus explicata cognitio, ſed de his hactenus, nunc de propoſitis ordiamur.

## DE NOMINE ET VERBO, ET vtrum hæc duo tantum ſint orationis partes. Caput primum.

QVONIAM igitur nobis hoc opus eſt in categoricos ſyllogiſmos, ſyllogiſmorũ vero cõpago propõnib. texitur, propoſitionũ vero partes ſunt nomen & verbũ, partes aũt, ab eo cuius pars ẽ, prior eſt: de nomine & verbo quę prima ſunt, diſputatio prima ponatur, dehinc de propoſitione, ad vltimum de ſyllogiſmorum connexione tractabitur. Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. Quæ definitio paulo enodatius explicanda eſt: nomen.n. vocem eſſe dicimus, quoniã vox nominũ genus eſt, oẽ aũt genus de ſua ſpecie prędicatur, omniſque definitio genere ſumitur. vt ſi definias hoĩem, prius animal dicas, quod eſt genus; poſt vero differentias iungas quę ſunt rõnale & mortale. Ita igitur nos quoq; in nominis definitione

vocem

vocẽ quidẽ vt genus ſumimus, cętera autem voci quaſi differentias aggregamus, veluti quod nomen, deſignatiua vox dicitur. Sunt.n. voces quę nihil deſignant, vt ſyllabę, nomẽ vero deſignatiua vox eſt, qm̃ nomen deſignat id ſemper cuius nomen eſt. Secundum placitum vero adiunctum eſt, qm̃ nullum nomen natura ſignificat, ſed ſm placitum ponẽtis, conſtituentiſq; voluntatem. Illud.n. vnaquæq; res dicitur, quod ei placuit qui primus rei nomen impreſſit. Alię.n. ſunt voces naturaliter ſignificantes, vt canum latratus, iras canũ ſignificat, & alia eius quædam vox, blandimẽta. gemitus ẽt deſignant dolorem, ſed non ſunt nomina, quia nõ deſignãt ſm placitum, ſed ſm naturam. Sine tpe vero, ꝙ & verba voces ſunt ſignificatiuæ, & ſm placitum, ſed diſtant a nominibus, quia nomina quidem ſine tempore ſunt, verba vero cũ tempore. Cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, nomina ab oratione diſiungit. Oratio nanq; vox eſt ſignificatiua ſm placitum, & aliquoties ſine tempore, vt hic verſus. Nerinẽ galatea thymo mihi dulcior hyblę. Sed orationis partes, ſeparatę a tota oratione, deſignant: nominum vero nihil extra deſignat, atque in illis quidem nominibus quæ figuræ ſunt ſimplicis, nihil pars omnino ſignificare manifeſtũ eſt, vt in eo quod eſt Cicero, nulla pars ſeparata deſignat, neq; ci, neq; ce, neq; ro. At ſi nomen compoſitum fiat, ſignificare aliquid ſeparatę partes uidentur, ſed in eodem nomine qđ ex vtriſq; compoſitum eſt, ſeparatæ nihil deſignant. vt ſi dicam magiſter, partes eius nominis ſunt magis atq; ter, quę ſumpta extrinſecus, & a noĩs parte ſeparatæ, ſignificatione non carent: utraq; .n. aduerbialiter ſignificat quantitatem. ſed cum magiſter, quod eſt compoſitum nomen, alicuius artis peritum doctoremq; ſignificet, magis neque partem doctoris, neque totum doctorem poterit deſignare: eodem quoq; modo ter, neque in toto ſignificat, neque in parte doctorem.i. rem illam quæ magiſtri uocabulo ſubiecta eſt, nulla ratione deſignat. Compoſitorum ergo nominum partes nihil eius rei, quã in vnũ conuenientes uocabulum deſignabant, diſiunctæ diſtracteq; ſignificant, alias uero ſignificare poſſunt, ſed tunc nõ partes nominis, ſed ipſa ſunt nomina. quod.n. coniuncta ſignificant, id diuiſa atq; ſepoſita non deſignãt. Iuncta autem magis & ter doctoris ſignificationem tenebant. ſeparata igitur omnem ſignificationem doctoris amittũt. Sed nequis ſuperius poſito calumnietur exemplo, nec magiſter compoſitum nomen eſſe concedat, uir fortis eſſe cõpoſitum nomen ſi uno proferatur accentu, nullus negabit, cuius partes vir atq; fortis quod I eo quod eſt vir fortis ſignificare dicantur, non iam nominis partes, ſed ipſa ſunt nomina, nec vir fortis vnius erit nomen, ſed potius oratio, quę duorum nominum collata ſignificatione conuincitur, quod uir fortis cum vnius accentus intentione prolatum non eſt oratio, ſed nomen, cuius partes nomina eſſe nõ poterunt, ac ſi nomina non ſunt, cum neque naturales affectus neque actus, vt verba ſignificent, omnino nihil deſignant. Quare concludendum eſt, cum quęlibet voces propriã ſignificationẽ tenent, non partes nominis, ſed ipſa eſſe nomina; cũ vero vnius formam nominis copulauerint, eo ꝙ conſiderantur vt partes, vim propriæ ſignificationis amittere. ſed de his in commentario libri περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis, ſatis dictum eſt, & maior eius rei tractatus eſt, quam ut nũc totus valet expediri. ſed quoniam ſunt quædam voces, quę & deſignatiuę ſunt, & ſecundum placitum, & ſine tempore, quarũq; partes nihil extra ſignificant, neque tamen proprietates nominis naturamq; obſeruent, diſcernendę prius ſunt, additiſq; differentijs a nomine ſegregandæ, vt quę ſit vis nominis euidẽter appareat. Adiecta .n. ſemper negatio nomini, vocẽ dubiã facit, quę neque verbo, neque orationi, & ſi interius cõſideratũ ſit, neque nomini poſſit annecti, vt ſiquis dicat, nõ homo, vox eſt ſignificatiua. deſignat.n. quicquid hõ non fuerit, ſm placitũ. eas.n. omnino partes habet, quas ad ſignificationẽ vel negationis vel hominis, placitum vocabula ponentis aſſumpſit. ſine tempore, quę res eam vocẽ quæ dicit, nõ hõ, ſeparat ac ſeiũgit a verbo, cuius partes nihil extra ſignificant, ne oratio eſſe uideatur. non homo.n. vox ſeiuncta, eſt ex negatiua particula, & homine, q̃ in eodem noĩe ſeparata nihil deſignant. ſignificat.n. non hõ, vel equum, vel canem, vel quicquid (vt dictum eſt) non hõ non fuerit. Sed quæ eſt negatiua, neque hominis, neq; equi, neq; vllius ſubſtantię ſignificationem tenet. Item homo, neq; canem, neque quicquid homo non fuerit, ſignificare poteſt. Quocirca in ea voce quę eſt non homo, partes nihil ſeparate ſignificant eius rei, quam tota vocis compoſitio deſignabat. Atq; ideo nec in oratione quidem poni poteſt. Siquis.n. eam vocem quę eſt non homo orationem concedat, nihil aliud eam eſſe fatebitur quam negationem. Negatio aũt oĩs vera vel falſa eſt. Qui autem dicit non homo, neque veritatẽ enunciat, neque mendacium. Pręterea ab omni negatione ſiquis negatiuum ſeiũgat aduerbium. affirmatio relinquetur. ab ea autem voce quę eſt nõ homo ſiquis auferat id qđ eſt negatiuum aduerbium, homo relinquetur, quod nondũ eſt affirmatio. Quocirca ſi non homo hęc vox, negatio eſſe non poteſt, nihil aũt aliud eſſe videretur, ſi eſſet oratio, concludendum eſt negationem iunctam cum nomine orationẽ eſſe non poſſe. Nomen.n. omne certum aliquid definitũq; ſignificat, vt homo, equus, canis, & cætera: non homo autem vox aufert quidem quod ſignificatur a nomine. nec præſcribit quid ipſa ſignificet. Quocirca quoniam ſignificat quidẽ aliquid, ſed non finitum, negatio iuncta cum nomine, infinitum nomen vocetur. Addenda eſt ergo definitioni nominis differentia, ſcilicet vt nomen ſit, quod cum cæteris quę dicta ſunt, ſit definitę ſignificationis. Iam vero caſus nominum non altius intuentibus nomina videntur. Quis enim Catonis, & Catoni, atq; huiuſmodi uoces, quę rectis nominibus inflectuntur, nomina eſſe non exiſtimet? Sed hę quoq; uoces a nomine quadam differentia diſcrepabunt. Omne n. nomẽ iunctum cum eſt verbo, enunciationem reddit ac ſuſcipit mendacij veritatiſq; naturam, vt Cato eſt, vel dies eſt. at ſi eſt verbum caſibus adiungatur, neque enunciatio fit, neque plena ſentẽtia orationis abſoluitur, ut Catonis eſt, nec ſententiam habet abſolutã, nec veri aliquid poteſt notare, nec falſi, atque idcirco non nomina, ſed caſus nominum nuncupantur. Nam cũ id a quo quicque flectit, primũ ſit, illud vero quod inflexione primi naſcitur, ſit ſm: neque idem primum ac ſm eſſe poſſit: manifeſtum eſt caſus nominum non idem eſſe ꝙ nomina, idcirco cæteros quidem genitiuum, datiuum, accuſatiuum, caſus appellant grammatici, primũ vero rectum ac nominatiuum, quòd hic locum principem in ſignificatione poſſederit. Facienda eſt igitur nominis plena neque ullo diminuta definitio ſic. Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, aliquid finitum deſignans, cum eſt verbo coniuncta faciens enunciationem. Separat igitur nomen uox quidem ab ſine articulis atque inanimatis ſonis. Deſignatiua vero a vocibus quę nihil ſignificant. Secũdum placitum a uocibus aliquid natura ſignificantibus. Sine tempore a verbo quod a temporis ſignificatione non recedit. Cuius nulla pars ſeparata ſignificat, ab oratione: cuius quemadmodum partes extra ſignificent, paulo poſterius diſſeram. Aliquid definitum deſignans, ab his vocibus, quę nomen negationemque coniungunt, & nomina faciunt infinita. Cum eſt verbo faciens enunciationem, a caſibus, qui cum eſt copulati non poſſunt plenam perficere atque explicare ſententiam. In verbo quoque eadem fere cuncta conueniunt, niſi quòd in ſignificatione temporis a nomine ſeparatur. Omne enim verbum actionem paſſionemue deſignat, quę fieri ſine temporis notatione non poteſt. Eſt itaque uerbi definitio hęc. Verbum eſt vox ſignificatiua, ſecundum placitum, cum tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, vt currit, vincit. ſed ſi verbis negatiua copulentur aduerbia, fiunt infinita uerba, ſicut fieri nomina diximus infinita, vt cum currit, aut vincit, certum aliquid finitumue deſignet, addita negatione, id quidẽ quod a verbo deſignatur, intercipit. Quod uero aliud fieri dicat tali ſignificatione non terminat. pręterea negatio iuncta cum uerbo ſiue in eo quod eſt, ſiue in eo quod non eſt,

recte dici poteſt, vt homo non currit. nõ eſſe autem orationem, aut enunciationem negatiuam illa prorſus argumenta monſtrabunt, quę infinitum nomẽ ab oratione aut negatione diuidebant. Sed qm̃ principaliter, præſentia quęq; ſentimus, his autem rebus quas pręſenti ſenſu concipimus, indita eſſe a mortalibus vocabula manifeſtũ eſt. recte dicis verbũ ſemper ſignificationem temporis habere pręſentis, vt currit, aut vincit. Curret autem aut vincet, & cucurrit, aut vincit, non ſunt verba, ſed verborum caſus. ſ. quia a præſentis temporis ſignificatione flectuntur. Eſt ergo verbi plena definitio ſic. Verbum eſt vox ſignificatiua ſm placitum cum ſignificatione temporis, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata, aliquid finitũ deſignans, & præſens. Reſtat igitur vt de oratione dicamus: ſed prius videtur eſſe monſtrandum, vtrum ne nomen & verbum ſola in partibus orationis ponantur, an, vt grammatici volunt, & reliquæ orationis partibus debeant aggregari. Grammatici. n. conſiderantes vocũ figuras, octo orationis partes annumerãt. Philoſophi uero, quorum omnis de nomine uerboq; tractatus in ſignificatione eſt conſtitutus, duas tantum orationis partes eſſe docuerunt. Quicquid plenam ſignificationem tenet, ſi quidem ſine tempore ſignificat, nomen vocantes; verbum vero, ſi cũ tempore. atq; ideo aduerbia quidem atq; pronomina nominibus iungunt, ſine tempore. n. quiddam conſtitutum definitũq; ſignificant. nec intereſt q̃ flecti caſibus nequeunt: non eſt hoc nominum proprium vt caſibus. inflectantur. ſunt em̃ nomina quę a grammaticis aptota nominantur. Participiũ vero, quia tẽporis ſignificationem trahit, & ſi caſibus effertur, verbo tamen recte coniungitur. Interiectiones autem, ſi quidem naturaliter ſignificent, nec verbo nec nomini copulandę ſunt verbi. n. ac nominis definitiones non habent naturalia, ſed ad ponentis placitum cõſtituta, atq; ideo nec in orationis partibus numerabuntur. Oratio enim poſitione ſignificat. nam ſi naturaliter ſignificaret oratio, non diuerſa gentes oratione loquerentur. Siquæ vero interiectionum poſitione ſignificant, quoniam finitam ſine tempore affectionem deſignant, recte nominibus annumerantur. Quę uero ipſæ quidem nulla propria ſignificatione nituntur, cũ alijs vero iunctæ deſignãt, vt coniunctiones atq; præpoſitiones. illæ ne partes quidem orationis eſſe dicendę ſunt: oratio. n. ex ſignificatiuis partibus iuncta eſt. Quocirca recte nomen ac verbum ſolæ orationis partes eſſe dicuntur.

### *De oratione & ẽnũciatione deque eorũ partibus & ſpẽbus, & quinã termini ſint appellãdi.* Cap. II.

ORatio eſt uox ſignificatiua ſecundum placitum, cuius partes aliquid extra ſignificant, ut dictio, non ut affirmatio. Oratio igitur habet ſimul cum uerbo & nomine commune, q̃ uox eſt, q̃ ſignificatiua eſt, q̃ ſm placitum eſt. ſeparatim uero cum nomine illi commune eſt, q̃ aliquando ſine tempore eſt, vt Virgilianus quem ſupra diximus verſus. Nerine Galatea thymo mihi dulcior hyblę, & q̃ ſequitur, Candidior cygnis hedera formoſior alba: Cum verbo aũt, quod interdum cum temporis ſignificatione profertur, ut Siqua tui Corydonis habet te cura, venito. Differt autem ab utroque, q̃ partes orationis a tota ſeparatę oratione ſignificant. Sunt enim partes orationis nomen & uerbum quę ſignificatiua eſſe, dum ea definiremus, oſtẽdimus. ſignificant igitur partes orationis ut dictio, non ut affirmatio, quanquam aliquoties quidem ut affirmatio, ſed nõ ſemper tamen, ſemper autem ut dictio. eſt enim dictio, ſimplex uerbi ac nominis nuncupatio nam cum dicimus, ſi dies eſt, lux eſt, hanc totã orationem ſi diuidere in partes uelimus, ſcilicet dies eſt, lux eſt, utraque pars ut affirmatio ſignificabit, dies eſt, lux eſt, affirmationes eſſe manifeſtum eſt. at ſi minutatim tota orationis membra carpamus, uſque. n. nomina ac uerba poſtrema fiet reſolutio. Dicemus enim partes eſſe ſuperius poſitę orationis, dies & lux & eſt, quę per ſe prolata non ſunt affirmationes, ſed tantum dictiones. omnis uero oratio quoniam ex uerbis nominibuſque conſiſtit, in nomina & uerba ſolui poteſt. non. n. omnem orationem in affirmationem cedi poſſibile eſt, ueluti ſiquis dicat lux eſt, cuius partes ſunt, lux atque eſt, quas non eſſe affirmationes, ſed ſimplices dictiones, nullus ignorat. Cum igitur oratio q̃dem non ſemper in affirmationem ſolui queat, ſemper autẽ in ſimplices dictiones, iure dictũ eſt orationis partes extra aliq̃d deſignare non ut affirmationes, ſed potius ut dictiones. Orationis aũt ſpecies, ut arctiſſime diuidamus ſunt quinque Interrogatiua, ut Quo te Mœri pedes? an quo uia ducit, in urbẽ? Imperatiua, ut Suggere tela mihi. Inuocatiua, ut Dij maris & terrę, tẽpeſtatumq; potentes. Deprecatiua. Ferte uiã uenti facilẽ, & ſpirate ſecundi. Enunciatiua: Eſt mihi diſparibus ſeptẽ cõpacta cicutis, Fiſtula. Quarũ q̃dẽ pter enũciationẽ nulla uel eſſe aliq̃d, uel nõ eſſe deſignat. Cęterę nãq; vel interrogant, uel inuocant, uel imperat, uel pcantur. Enunciatio uero ſemp eſſe aliq̃d aut non eſſe ſignificat. Atq; ideo ſola enunciatio eſt, in qua veritas vel falſitas inueniri queãt, vñ ẽt enunciationis naſcitur definitio: eſt. n. enũciatio q̃ uerum falſumue denunciat. Hanc ẽt proloquiũ uel propõnem Tullius nocat. q̃ quidem partim ſimplex, partim compoſita: Simplex eſt q̃ conditione ſepoſita eſſe aliq̃d uel non eſſe proponit, ut Plato philoſophus eſt. Compoſita uero, q̃ ex duabus ſimplicibus copulante conditione conſiſtit, ut Plato ſi doctus eſt philoſophus eſt. Simplicium uero enũciationum alias in qualitate ſitas, alias in quantitate differẽtias inuenimus: in qualitate q̃dem, q̃ alia affirmatiua, alia negatiua eſt, enunciatio. Affirmatiua eſt enunciatio aliquid de aliquo ſignificans, ut Plato Philoſophus eſt, philoſophũ de Platone pdicamus. Negatiua uero eſt enunciatio aliquid ab aliquo pdicatione ſeiũgẽs, ut Plato philoſophus non eſt, philoſophum. n. a Platone tali pdicatione ſeiunximus. Scd̃m quãtitatẽ vero differẽtię enunciationum ſunt, q̃ alię q̃dem vl̃es, alię particulares, alię indefinitę, alię ſingulares. Vl̃es ſunt quę ſiue affirment, ſiue negent, uniuerſaliter tñ enunciant uniuerſale ſubiectum, ut omnis hõ ſapiens eſt, nullus hõ ſapiens eſt, homo. uniuerſale quiddam eſt, multos. n. ſub ſe indiuiduos coercet & continet, qui uniuerſaliter enũciatur, dum ei oẽs uel nullus adiungit. Particulares uero, q̃ vel affirmando, uel negando ambitum ſubiecti vl̃is in partẽ redigunt, ut q̃dam homo ſapiens eſt, quidam homo ſapiẽs nõ eſt: hic. n. vl̃itas hoĩs, adiecta particulari determinatione, minuta eſt, atq; in partẽ redacta. Indefinitæ uero ſunt q̃ abſq; vniuerſalitatis & particularitatis determinatione dñr, ut ẽ hõ ſapiens, non eſt hõ ſapiens. Singulares uero ſunt q̃ de ſingulari aliquid & de indiuiduo affirmando negandoue proponunt, ut Socr. ſapiens eſt, Socr. ſapiens non eſt. Differt aũt particularis propõ a ſingulari, q̃ particularis quidẽ unum aliquem ſubijcit, nec quis ſit iſte deſignat, ut quidam homo ſapiens eſt, quis iſte homo ſit, propoſitio non declarat. Singularis vero vnum aliquem ſumit, & quis iſte ſit ſignificat, ut Socrates ſapiens eſt: unum enim & hunc Socratem, ſapientem eſſe propoſuit. Amplius, particularis omnis uniuerſalem quidem terminum ponit, ſed ei detrahit uniuerſalitatem, dum qualitatem particularitatis adiungit. vt in propoſitione, quidam homo ſapiens eſt, homo uniuerſalis eſt terminus, multos enim propria prędicatione concludit: ſed quia dicitur quidam, ad unum homo redigitur, qui uniuerſale perſiſteret, niſi particularitas fuiſſet adiuncta. In ſingularibus uero propoſitionibus prædicato termino ſemper indiuiduum ſupponitur, ut Socrates ſapiens eſt. Socrates enim ſingularis eſt atque indiuiduus. Idcirco igitur illa particularis propoſitio, quæ partem ex uniuerſalitate detrahit: hęc ſingularis, quę in ſingularis atque indiuidui prædicatione conſiſtit. Simplicium uero enunciationum partes ſunt ſubiectum atque prædicatum. Subiectum eſt quod prædicati ſuſcipit dictionem, ut in ea propoſitione quæ eſt, Plato philoſophus eſt, Plato ſubiectum eſt, de ipſo enim philoſophus prædicatur, & in eo philoſophi ſuſcipit dictionem. Prædicatum uero eſt quod dicitur de ſubiecto, ut in eadem propoſitione, philoſophus dicitur de Platone ſubiecto. ſemper enim quod ſubiectum

eſt uel

eſt vel minus eſt, vel æquale prędicato:minus quidem vt in ea ꝓpōne de qua paulo ante tractauimus . Plato.n.philoſophi nomen ꝑt ęquare , neq;.n. ſolus Plato philoſophus eſt. Aequalis vero eſt ſubiectus terminus ꝑdicato , vt ſiquis dicat,hō riſibilis eſt: hō.n.q ſubiectus eſt terminus,ꝑdicato riſibili coæquať. vñ fit vt poſſit reddi reciproca ꝑdicatio.ſ.vt vices ſubiectum ꝑdicatumq; permutent, ſubiectúq; fiat ,qđ erāt antea ꝑdicatum, verſoq; ordine ꝑdicetur.qđ fuerat ante ſubiectum, vt ſi dicať qđ riſibile eſt,hō eſt.Omnia.n.quæ ſunt æqualia de ſe inuicē ꝑdicanť . vt vero id qđ ſubiectum eſt,maius poſſit eſſe ꝑdicato,nulla prorſus enunciatione cōtingit.ipſa.n. ꝑdicata natura minora eſſe nō patitur. Sed qđ ęquale vel maius eſt id ſemꝑ de æquali, uel minore prędicatur.Has vero enunciationum partes,i. prędicatum atque ſubiectū,terminos appellamus. Termini vero dñr ꝙ in eos poſtrema fit reſolutio. itaq; ī ſingularibus vel indefinitis ꝓpōnibus duos terminos ſemper īuenimus, & verbū qđ propōnis determinet qualitatē, vt in ꝓpōne qua dicimus Socr. ſapiens eſt, Socr. ꝗdem ac ſapiens terminos eſſe manifeſtū eſt, eſt vero verbū non eſt terminus,ſed deſignatio qualitatis, & qualis ꝓpoſitio ſit negatiua an affirmatiua ſignificat, & nunc quidē ſolo eſt verbo propōni accommodato , facta eſt affirmatio.At ſi non,quod eſt aduerbium negatiuū, eſſet adiunctum,ita diceretur,Socrates ſapiens non eſt, atq; hoc mō mutata qualitate fieret de affirmatione negatio. eſt igiť & non eſt,non ſunt termini,ſed vt dictū eſt ſignificatio qualitatis,Eadem omnia etiam in indefinita propoſitione conueniunt.ꝙ ſi ſint tales orationes,Socrates eſt,dies eſt:eſt vi gemina fungitur.ſ.prędicati,eſt.n.verbum de Socrate & die prędicatur, & ſigni qualitatis.idem nanq; eſt ſolum poſitū, affirmationem efficit, cum negatiuo aduerbio,negationem. At ſi ſint propoſitiones quę differentias ſecum habeāt quātitatum,vt ſunt vniuerſales ac particulares,eadem vis permanet terminorum: omnis enim ac nullus,& quidam,terminis non annumerantur, ſed enunciationum ſignificant quātitatem . Atque ideo recte quod ſubijcitur ac prædicať termini nuncupati ſunt,quoniam in eos tantum reſoluitur propoſitio.Cętera enim quę ſimplicibus enunciationibus adiūguntur, aut qualitatem propoſitionum retinent,aut quantitatem ſignificant.

### *Categoricarum propoſitionum diuiſio, in diſperatas & participantes:harūque contrariarum & ſubcontrariarum conditiones. Cap. III.*

PRopoſitionum vero ſimplicium aliæ ſunt, ꝗ in nulla parte conueniunt , vt Plato philoſophus eſt:& virtus bona eſt; vtræque.n. aliud quiddā de alio prędicant, nec habent aliquid in proponendi ratione commune . illa enim Platonem philoſophum dicit, illa virtutem bonam eſſe pronunciat.Alię vero ſunt quę aliqua terminorum participatione iunguntur . id autem duobus fieri modis poteſt , aut enim ordine eodem , aut per ordinis commutationem . Eodē vero ordine duplici modo , ſi vel ſimplices terminos in vtriſque conſtituas , vel ſi per oppoſitionem fiat participatio terminorum , quod tribus neque amplius continget modis. nam vel prædicato,vel ſubiecto,vel vtriſque terminis negatio copulatur . Ordinis etiam commutatione conueniunt duobus modis, aut enim per ſimplicem terminorū prędicationem , aut per eorundem terminorum oppoſitionem. Hęc quoque oppoſitio terminorum triplicem recipit modum,cum negatio vel prędicato, vel ſubiecto,vel vtriſque coniungitur.Illæ vero ꝗ altero termino participāt ſunt tribus modis,vel cum in vna propoſitione quod prędicatur in altera ſubiectum eſt, vel cum idem in utriſq; prædicanť, vel cum idem in vtriſq; ſubiectus eſt . Et quoniam omnium ſibimet conuenientium propoſitionum ordinatiſſimam fecimus diuiſionem , nunc de ſingulis quibuſq; tractemus: ac primum de ea propoſitionum conuenientia ꝗ cum vtriſque participet terminis, participandi tamen ordinem ſeruent : ea eſt huiuſmodi , omnis homo ſapiens eſt,nullus homo ſapiens eſt,vtraq;.n.propoſitio hominem ſubijcit,& prędicat ſapientem,& cū utroq; termino congruāt, ſunt tñ diuerſę, qm̄ hæc affirmatio eſt, illa negatio, & hoc quidem exempli gratia dictū ſit;plenius vero fiet de tali participatione tractatus hoc modo. Cunctarum ſimplicium propoſitionū differentias,vel in qualitate, vel in quantitate ſitas eſſe oſtendimus:in quantitate, cū vniuerſaliter pronunciat vel particulariter:vel indefinite,vel ſingulariter proferuntur:in qualitate vero, cū hæ quidē affirmatiuæ ſunt ,illæ vero negatiuæ.Si igiť quatuor illas, duabus his aggregemus, fiūt mıſtæ cum vtriſq; octo differentiæ , ꝗ ſimul qualitatē quātitatēq; contineant.Sunt autem miſtę hę, affirmatio vniuerſalis,negatio vniuerſalis,affirmatio particularis, negatio particularis, affirmatio indefinita, negatio indefinita,affirmatio ſingularis,negatio ſingularis. Quarum quidem indefinitas ſingulareſq; ſegregemus , & de vniuerſalibus ac particularib. diſſeramus.Deſcribať ergo vřis primū affirmatio,oīs hō iuſtus eſt : cuius aduerſum teneat locum negatiua propoſitio vniuerſalis,nullus hō iuſtus eſt.itē ſub vniuerſali affirmatione ponatur particularis affirmatio,quidam homo iuſtus eſt : hāc aduerſa fronte reſpiciat , ſitq; vniuerſali negatiuę ſuppoſita particularis negatio, quidam homo iuſtus non eſt.

| | |
|---|---|
| Vniuerſalis affirmatio | Vniuerſalis negatio |
| Omnis homo iuſtus eſt | Nullus homo iuſtus eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam homo iuſtus nō eſt |
| Particularis affirmatio. | Particularis negatio . |


Harum igitur , affirmatio atq; negatio vniuerſalis qualitate quidē diſcrepant,ſed quātitate concordāt. nam ꝙ hęc quidē affirmatio eſt,illa vero negatio, ſunt in qualitate diuerſę:qa vero vtraq; vniuerſalis eſt,quātitate cōueniūt.Harū igiť vel vtraſq; falſas,vel vnā verā,altera falſam accipere poſſibile eſt , vtręq; autem ſimul veræ nequeunt inueniri:nam in propoſita deſcriptione, affirmatio quæ eſt,omnis homo iuſtus eſt, & negatio quæ eſt,nullus homo iuſtus eſt , cum vtræque ſint vřes neutra tamen eſt vera . At ſi ſit affirmatio,omnis homo animal eſt,atque uniuerſaliter denegetur ita,nullus hō animal eſt,vel ita, omnis homo lapis eſt , nullus hō lapis eſt, unā ueram , alteram falſam eſſe neceſſe eſt. Atq; ideo quoties ea prædicantur quæ & conuenire ſubiecto,& ab eo valeant ſegregari, & uniuerſaliter illa confirmat,hæc denegat , vtraſque falſas contingit , uelut ſuperius poſitis declaratur exemplis . iuſtitia enim cum eſſe in hominibus poſſit, non tamen ita hominibus inhæſit , ut ab eis ſeparari nullo modo queat: atque ideo quia neque omnis homo iuſtus eſt , neque oīs homo iuſtus non eſt,contingit utraſque mentiri.At ſi tale ſit qđ a ſubiecto abſtrahi ſepararique non poſſit , vel quod nunꝗ poſſit euenire ſubiecto , & quæ vniuerſaliter affirmatiua eſt , vniuerſaliter abnuatur , euenit uni ueritatem, alteri ſemper adeſſe mendacium , ſed ita ; vt ſi a ſubiecto quod prædicatur non poteſt ſegregari, uera ſit ſemper affirmatio , falſa negatio . At ſi quod euenire non poteſt prædicatur, affirmatio quidem falſa ſit , ſed vera ſit negatio : quoniam animal non poteſt ab homine ſegregari, quæ hominem animal eſſe confirmat, vera eſt, falſa vero illa quæ denegat , Item ſi quod non poteſt fieri prędicetur , fiatque affirmatio, omnem hominem eſſe lapidem, idque aduerſa propoſitio neget,nullumque hominem lapidem eſſe concedat, negatio quidem ueritati, affirmatio autem iuncta eſt mendacio Simul autem ueras eſſe affirmationem uniuerſalem , vniuerſalemque negationem nulla poterunt exempla monſtrare . atque ideo uniuerſalis quidem affirmatio uniuerſaliſque negatio contrariæ dicuntur. nam ut in contrarijs aliquid medium continentibus poteſt neutrum ineſſe ſubiecto, ut corpus neque nigrum ſit neque album, quoniam eſt quod pręter ea eſſe poſſit, vt rubrum . itemque in contrarijs medietate carentibus neceſſe eſt alterum ſemper ineſſe ſubiecto, vt omne animal aut dormit aut uigilat,quoniam inter dormire ac uigilare nihil me

dium eſt. ut autem ſimul atq; in eodem utraq; contraria reperiant̃,fieri neqt. ita ēt in vl̃ibus affirmatione ac negatione,vt vtræq; falſę ſint;exēplo contrariorum aliq̄d medium claudunt,vel altera vera,falſa uero altera , ſicut in contrarijs q̃ medio carent,fieri poſſe manifeſtū eſt.ſed impoſſe eſt, vt vtriſq; ſententia in ueritate conueniat, ſicut nulla cōtraria ſimul eſſe patiunt̃.Atq; ideo vl̃is affirmatio uniuerſaliſq; negatio contrarię nominant̃ . Hę igitur non eã uim ipſa ſp: aduerſitate conſeruant, vt eis ſit ꝑpetua atq; incōciliata diſcordia : nec ſe ſemp inuicem perimunt,quæ cum ſententia diffideant , communi tñ falſitate concordant.Si igitur earũ vna ſummota ſit, non neceſſe eſt, vt eſſe altera conſequat̃ , fieri.n.poteſt ut neutra ſit , velut ſit omnem iuſtum eſſe hominem deſtruat, non eſt conſequens vt nullus homo ſit iuſtus.Quę autem ſub his propoſitionibus collocantur,id eſt particularis affirmatiua atq; negatio , ſubcontrarię nomen habent, idcirco ꝙ vniuerſalitati particulare commune ſubiectum eſt . cum igitur uniuerſales intelliguntur eſſe contrariæ,ſubcontrarias eſſe neceſſe eſt,quæ ſub vniuerſalibus contrarijs collocantur. Horum quoq; quantitas eſt eadem ; qm̃ utræq; ſunt particulares : diuerſa qualitas intelligitur , qm̃ affirmatio hęc eſt, illa uero negatio : ſed q̄q̄ contrarijs videantur eſſe ſubiectæ, conuerſo tñ modo particulares in veritate ſibimet,non in falſitate conſentiunt:nam ut hęc verum,falſum illa pronunciet,atq; utræq; ſint verę, facile propoſitis declaratur exemplis: vt vero vtræq; falſę ſint , non poteſt inueniri:Nam ſi quod neq; ſeparari,neq; poſſit adeſſe ſubiecto,alterutra enunciet propoſitio; vna eſt veritati , altera cognata mendacio. Et ſi quidem quod a ſubiecto ſeparari non poteſt prædicetur,affirmatio ſola ueritatis calculum tenet:at ſi quod ſubiecto impoſſibile adeſſe dicatur, ſola obtinet negatio ueritatem. vt ſiquis enunciet,quidam homo animal eſt,& alius neget,quidam homo animal non eſt: uel ita, quidam homo lapis eſt , quidā homo lapis non eſt , vtraq; affirmationũ negationũq; oppoſitio verũ inter ſe falſumq; partitur.Sed in prioribus quidem affirmatio, in poſterioribus autem uera negatio eſt.At ſi quod euenire quidem poſſit,ſed a ſubiecto tñ aliquando ualeat ſegregari, affirmatio particularis, negatioq; pronuncietur, vtraſq; veras eſſe neceſſe eſt,vt quidam homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt:ut uero utręque falſę ſint , nulla poterunt exempla congruere.Quocirca ne iſtę quidem,quas ſubcontrarias appellamus, ſemper ſeſe inuicem perimunt,quandoquidē aliquoties in ueritate concordant.

*Contradictoriarum,& ſubalternarum propoſitionum examē in quacunque materia. Cap. IIII.*

AT ſi omnibus differentiis diſſidentes, ac ſe inuicem deſtruentes inuenire conemur, reſpiciendę ſunt angulares.hę uero ſunt vl̃is affirmatio,& negatio particularis,vel uniuerſalis negatio, & affirmatio particularis.his.n.tāta inter ſe diſcordia manifeſta eſt,ut neq; in falſitate unq̄ , neq; in veritate cōueniant ; ſemperq; neceſſe eſt cum affirmatio ſit uera,negationem eſſe mēdacem, cum negationi adſit veritas,affirmationi eſſe propriam falſitatem.Ac primum cum geminas eſſe propoſitionum differentias dixerimus,in qualitate.ſ. & quātitate, harum & qualitas diuiſa eſſe probatur & quantitas:nam ꝙ hęc affirmatio eſt,illa negatio, in qualitate diſſentiunt , quòd uero hęc uniuerſalis, illa particularis,quantitate diſcordāt. item neq; in falſitate,neque in veritate unquā poterunt conuenire. ſiue.n. de his quæ a ſubiecto abeſſe nō poſſunt, unam ſemper ueram eſſe neceſſe eſt, alteram,falſam. nam ſi talis terminus prędicatur, vt eũ vel adeſſe ſubiecto,uel non adeſſe contingat,uniuerſales ſemp falſę ſunt,particulares ueræ ſunt:ſiquis enim ita proponat, oīs homo iuſtus eſt , atq; alius neget , quidam homo iuſtus non eſt,uniuerſalis affirmatio falſa eſt, particularis eſt uera negatio.Similiter autem ſiquis ita pronunciet,nullus homo iuſtus eſt,uniuerſalis negationis falſa, particularis affirmationis uera ſententia eſt , ita in his quę vel adeſſe ſubiecto uel abeſſe contingant,vl̃es falſitati coniunctę ſunt ,particulares obtinent ueritatem.At ſi tales termini ſint,qui ſeparari atq; a ſubiecto diuidi nequeant, ſiue illa ſit uniuerſalis,ſiue particularis,hærebit ſemper affirmationi ueritas , negationi mendaciũ.ut ſiq̄s uniuerſaliter enunciet,omnē hominē eſſe animal, aliuſq; particulariter neget, quendā hoīem non eſſe animal, affirmatio vniuerſalis uerum loquit̃,particularis negatiuę falſa ſententia eſt . Itē ſiquis uniuerſaliter negando proponat,nullum hoīem eſſe aīal, particularē affirmationem veritas ſequitur, hęret uniuerſalis negatio falſitati.Quod ſi ſint quæ prędicantur , ut nunq̄ poſſint adeſſe ſubiecto, ſeu illę uniuerſaliter ſeu particulariter proponātur, negationes ornat ueritas, affirmationes falſitas decolorat.Siquis.n. confirmat dicens,omnem hominē lapidē eſſe, aliuſq; quendā hominem non eſſe lapidem reſpondeat, uniuerſalem affirmationem falſitas particularē negationē ueritas tenet.ꝙ ſi ita quis uniuerſaliter neget,nullus hō lapis ē, & particulariter affirmet,quidam hō lapis eſt,vniuerſali cōſtat negatione ueritas,particularis affirmatio non caret falſitate.Quoquo igit̃ mō prædicata,uel ſubiecta mutaueris,ſi rñ uniuerſalem affirmatiuam particulari negatiuæ, uel uniuerſalē negatiuā particulari affirmatiuę conſertā a ſingulari conſideratione cōmittas,ſi hęc falſa, illam uerā eſſe contingit;& ſi hęc vera eſt,illā falſam neceſſe eſt inueniri. atq; idcirco has inter ſe oppoſitas & contradictorias nuncupamus.Et hactenus q̄dem affirmationes & negationes aduerſis intētionibus conferētes, q̄d in eis diſcordię ac diuerſitatis eſſet,oñdimus. Nunc vl̃em affirmationē particulari affirmatiuę , & vl̃em negationē particulari negatiuę ad ueritatis falſitatiſq; conuenientiā comparemus : harum nāq; inter ſe nulla diſcordia eſt,atq; iō non de earum diſſenſu,ſed de cōſenſu potius uidet̃ eſſe q̄rendum. Primũ igit̃ uniuerſalis affirmatio, & particularis affirmatio ſubalternę dñr,qm̃ altera ſubiacet alteri .i. particularis affirmatio vl̃i affirmationi ſuppoſita eſt atq; ſubiecta,ueluti pars intra totius ſemp ambitũ latet. idēq; de uniuerſali & particulari negatiua dicendũ eſt:ſubalternę.n.uocantur, ꝙ ſuperior atq; amplior vl̃is negatio intra ſe particularē negationē claudit & continet. Hęc igitur tali rõne conſentiunt. ſi.n.uniuerſales in ueritate ꝓcedant,particulares ueras eſſe neceſſe eſt. ut ſiq̄s vl̃iter affirmando proponat , oēm hoīem aīal eſſe, ea cũ ſit uera , particularis ſibi affirmationis veritatē comitē trahit, ea uero eſt, q̄dam homo aīal eſt: nā ſi uerum eſt oēm hoīem eſſe aīal,uerũ eſt eſſe aliquē. Itē ſiq̄s uniuerſaliter enūciet,nullũ hoīem eſſe lapidē, & verũ dixerit,ſubiecta ei particularis negatio idē retinet , nec mentitur q̄ dixerit, quēdā hominē lapidē non eſſe.ita igitur vl̃ibus affirmatione ac negatione uera dicētibus,particularis affirmatio & negatio nerā vl̃ium ſententiam conſequũtur. At ſi vl̃es falſæ ſint, non neceſſe eſt particulares vl̃ium conſenſu ꝓbere mendaciũ , velut in his uniuerſalibus quę proponunt, oēm hoīem eſſe iuſtum;uel nullũ hoīem eſſe iuſtum.quæ cum una ſit affirmatio,altera negatio, vtræq; ſunt falſæ, ſed eas particularium falſitas non ex neceſſitate conſequitur.nā & quendā hoīem eſſe iuſtũ, quę particularis eſt affirmatio,vere q̄s dixerit:at que ideo falſis vniuerſalibus , particulares ueras eſſe non neceſſe eſt.q̄d.n.vl̃is affirmatio falſa dicatur, oēm hominē eſſe lapidem , errat particularis affirmatio , quę proponit quendā hominem eſſe lapidem. at ſi uniuerſalis negatio falſa proponatur,nullum hoīem eſſe aīal,non idcirco particularis erit vera negatio , ſi pronunciet quendam hoīem non eſſe animal. Atq; ideo vniuerſalibus quidē in ueritate manētibus, particulares neceſſe eſt vniuerſalium conſentire ueritati. at ſi vniuerſalibus falſitas inhęrebit, particulares tũ veras,tum etiā falſas eſſe poſſibile eſt: veras quidem ſiquid tale prędicetur , quod adeſſe ſubiecto poſſit , & a ſubiecto ualeat ſeparari : falſas eſſe vtraſque affirmationem quidem particularem, ſi in eo ſit vniuerſalis falſa affirmatio, quod ſubiecto non poteſt conuenire : negationem particularem , ſi in eo uniuerſalis negatio mentiatur, quod a ſubiecto non poteſt ſegregari,ut poſita ſuperius exempla declarant.

rãt. Qđ ſi ad veritatis & falſitatis conſequẽtiã particulares ꝓpõnes locũ principẽ ſortiani, cõtraria eis vñes propõnes ratione conueniunt: nã ſi ſint falſæ particulares falſas eẽ neceſſe eſt: ſin vero particulares verę ſint, tũ uñes uerę ſunt, tum & falſę. nam ſi particularis affirmatio eſt falſa, quę dicit, aliquem hominem eſſe lapidem, vniuerſalis quoq; affirmatio falſa eſt, quę proponit, omnem hominem eſſe lapidẽ. Item ſi particularis eſt falſa negatio q̃ decernit, quendã hominem non eſſe animal, falſa erit uniuerſalis negatio, quæ nullũ hominẽ animal eſſe contendit. At ſi particularis affirmatio vel negatio veræ ſunt, idq; ꝑdicatur qđ a ſubiecto diuidi ac ſegregari queat affirmationẽ negationẽq; uniuerſales non eſt dubiũ poſſe mentiri, ut qm̃ veræ ſint particulares quę proponunt, quẽdã hoĩem eſſe iuſtũ, & quẽdã hoĩem non eſſe iuſtũ, his ſuperpoſitas uniuerſales falſas eſſe manifeſtũ eſt, vt ea quę dicit, oĩs homo iuſtus eſt, & nullus hõ iuſtus eſt. At ſi qđ tale affirmatio particularis ꝓnunciet, quo ſubiectũ carere non poſſit, vera erit ſuperpoſita affirmatio vñis. ut cũ aliqs enunciat, quẽdã hoĩem eſſe aĩal, huic vñis affirmatio in ueritate conſentit, q̃ eſt, oĩs homo animal eſt. At ſi quid particularis negatio tale proponat, qđ ſubiecto nequeat inhærere, veritatem particularis negationis vniuerſalis negatiuæ veritas neceſſe eſt conſequat, vt cum aliqs dicit, quẽdã hoĩem lapidem non eſſe, conſonat uniuerſalis ueritas propõnis, q̃ nullum hoĩem lapidem eſſe ꝓnũciat. quo fit ut ꝓcedentibus quidem uniuerſalibus veris, particulares veras eſſe neceſſe ſit: ꝓcedẽtibus vero in falſitate particularibus, vniuerſaliũ veritas non ſubſequatur. Manentibus uero vniuerſalibus falſis, particulares mendaciũ dicere nõ ſit neceſſe, ſicut ne vera quidẽ particularis proponẽtib; verã vniuerſaliũ neceſſe eſt eſſe ſententiam, & hoc quidem exempla docuerunt: vt autem firma demonſtratione clareſcat, vtilis ad euidentiam rerum deſcriptio proponatur.




Ex his ergo quę ſuperius dicta ſunt, intelligi poteſt, contrarias qdem vel verum inter ſe falſumq; diuidere, uel ſimul poſſe mentiri, veras ſimul eſſe non poſſe: Subcõtrarias vero, vel vtraſq; veras eſſe, vel alterã uerã, alterã falſam, nũq̃ tñ ſimul proferre mendacium: Angulares autem neq; in veritate vnq̃, neq; in mendacio conſonare, ſed vni ſemper verã, alteri ſemper falſam eſſe ſententiã. Nunc demonſtrandum eſt vniuerſalibus, poſſe particulares non falſa proferre. Dico.n. ſi uniuerſalis affirmatio ſit vera, particularẽ quoque affirmationem ueram futuram. nam ſi falſa eſt, erit vera quę particulari affirmationi opponitur vniuerſalis negatio. ſed poſita eſt vera affirmatio uniuerſalis, hoc igitur modo vtraſq; ſimul ueras eſſe contingit, affirmationem ſcilicet uniuerſalem uniuerſalemque negationem, quod euenire nõ poſſe monſtratum eſt. non igitur fieri poteſt, vt affirmatiua uniuerſali vera ꝓpoſita, particularis affirmõ mẽtiať. Rurſus ſi uera eſt uniuerſalis negatio, particularem quoq; negationẽ ueram eſſe concedo: nã ſi falſam qs dixerit uniuerſalem affirmationẽ, q̃ eſt ei oppoſita, uerã neceſſario eſſe fatebiť. at ſi uñis negatio vera eſſe propoſita eſt, ſimul igť vñes negationem & affirmationem ueras eſſe contingit, quod fieri non poſſe ſuperius poſita exempla docuerunt. At ſi falſa eſt vñis affirmatio, particularis vel falſum poterit enunciare, vel verũ. quo poſito nihil impↄ̃e comitatur, ſiue.n. falſa ſit, erit uera negatio uñis, ſeu vera illa ſit, vñem negationẽ falſitas obtinebit. Quo ſit ut falſa vñi affirmationi, vñis negatio, tũ ei falſitate conſonet, tum ab ea ueritate diſcordet, qđ non eſſe impoſſibile ſuperioribus docetur exẽplis. Eodẽ quoq; modo & ſi vñis negatio falſa ſit, particularem negationem vel veram vel falſam eſſe poſſibile eſt neq; idcirco aliquid ſequitur incõgruum. Particulari nãq; negatione vera, vñis affirmatio mentietur, eadem falſa, verum vñis affirmatio pronunciat. quo ſit ut falſa vñi negationem propoſita, affirmationem vñem tum veram, tum falſam rõnis demõſtret euentus. qđ impↄ̃e non eſt. Rurſus ſi particulares falſæ ſunt, vniuerſalis quoq; falſitas ſequitur: nam ſi particularis affirmatiua pronunciet mendacium, vñi quoq; affirmationi falſitas inhærebit. nam ſi hæc vera eſt, falſa erit ei oppoſita negatio particularis: ſed affirmationem particularẽ conſtituimus eſſe mendacem, ſimul igť particularis affirmatio & negatio falſa ſunt. qđ eſſe inconueniens pręcedẽs tractatus declarauit. Itẽ ſi particularis negatio falſa dicať, vñis quoq; negationis falſitas conſonabit. nam ſi negatio vñis vera eſt, falſa eſt oppoſita, quæ eſt affirmatio particularis, quo mõ utraſq; particulares affirmationem.ſ. ac negationẽ ſimul falſas eſſe contingit. quod fieri nõ poſſe prædiximus. At ſi vera ſit affirmatio particularis, falſa uel vera uñis affirmatio eſſe poteſt: ſed ſi falſa ſit, particularem negationem veram eſſe neceſſe eſt: ſi vera ſit, habebit particularis negatiua mendacium. Sed cum vera ſit affirmatio particularis, negationem particularem uel falſam eſſe uel ueram nihil ẽ impↄ̃e. Rurſus ſi negatio particularis teneat ueritatem, vniuerſalis negatio uel ueritatem tenere poteſt, vel proferre mendacium. Nam ſi vera eſt, oppoſitã affirmationem particularem falſam eſſe manifeſtum eſt: ſi falſa eſt, ueritatem particularis affirmatiua cuſtodiet. quo ſit vt ſi particularis negatio teneat veritatem, affirmatio particularis vera vel falſa ſit, quorũ neutrũ impoſſibile non eſſe præmiſſa docuerunt. atq; hęc quidem de uniuerſalibus dicta ſufficiant.

### *De indefinitis & ſingularibus propoſitionibus, & quæ ſint obſeruanda ſi oppoſitas conficere uolumus. Cap. IIII.*

NVnc de indefinitis ac ſingularibus diſſeramus: quarum quidem indefinitæ ſunt, quibus nulla ſignificatio determinationis adiungitur, ſed pręter uniuerſalis & particularis intelligentiam quantitatis proferuntur, vt homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. quibus tametſi (vt dictum eſt) nulla ſignificatio determinationis adiungitur, uim tamen obtinent particularium propoſitionum. nanque ut illę, quas ſubcontrarias in priore deſcriptione ſignauimus, alias quidem inter ſe uerum falſumque diſtribuunt, alias quidem inuicem ueritate conſpirant, nunquam tamen ſimul uidentur poſſe mentiri: ita etiam indefinitæ, ſiquidem tale eſt quod enunciat, quod ſubiecto ſemper ineſſe neceſſe ſit, affirmatio eſt uera, falſa negatio, ut in his propoſitionibus, homo animal eſt, homo animal non eſt. at ſi id in indefinitis propoſitionibus efferatur quod ſubiecti natura non ſuſcipit, negatio quidem vera eſt, ſed affirmatio iuncta eſt falſitati, ut ſiquis dicat, homo lapis eſt, homo lapis non eſt. ut uero utræque in pronuncianda falſitate conſentiant, non poteſt inueniri. Eædem tamen ab uniuerſalibus affirmatiuis, atque negatiuis, ita diſſentiunt, ut quoquo modo ſubiecta permutes, una ſemper ueritatis, altera ſit ſemper plena mendacij. Exemplum uero huiuſmodi prædicati quod, ſubiecto ſem-

per inhæreat, hoc eſt, omnis homo animal eſt, hõ aïal non eſt, nullus homo animal eſt, homo animal eſt. Hic indefinitę ui eadem funguntur qua & particularis. Huius vero quod nunquam inhęret, hoc eſt, omnis homo lapis eſt, hõ lapis non ē. Nullus homo lapis eſt, homo lapis eſt, in his quoq; indefinitæ vniuerſalibus oppoſitę per vnamquamq; oppoſitionem vnam veram, falſam alteram reddiderunt. Item eius qđ ſuſcipere ſubiecti natura ualeat & poſſit amittere. Oĩs homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Nullus homo iuſtus eſt, homo iuſtus eſt. in his etiam indefinitæ particularibus immutatę ſunt, quę uniuerſalibus obiectę per vnamquamq; propoſitionũ aduerſitatẽ, vni ſemp verũ, alteri diuiſere mẽdaciũ. Præterea quoquo modo terminorũ exẽpla ponantur, ſi affirmationes affirmationibus, negationes negationibus comparemus, vniuerſalibus veris, indefinitarũ veritas prouenit. vt cũ veræ ſunt, oẽm hoĩem eſſe animal, & nullum hominẽ eſſe lapidem, conſtat veritas indefinitis quæ proponunt, & hominẽ animal eſſe, & hominem lapidem nõ eſſe. At ſi vniuerſalium falſitas antecedat indefinitarum vel veritas, vel mendacium uariabit, hoc modo. Falſa enim eſt uniuerſalis enunciatio quæ proponit omnem hominem eſſe iuſtũ, ſed ea quę dicit, hominem eſſe iuſtum, tenet in humanę naturæ parte ueritatem. Nam ſi non habet omnis homo iuſtitiam, cum tñ aliquis habeat, uere dici poteſt, hominem eſſe iuſtũ. Item cũ proponitur uniuerſaliter, Nullus homo iuſtus eſt, falſum eſt. At ſi id indefinitæ denegetur, a ueritate non diſcrepat. Nam cum ſit aliquis homo non iuſtus, non mentietur qui pronũciauerit, hominem non eſſe iuſtum. Item cum ſit falſa quę vniuerſaliter affirmat dicens, omnem hominẽ eſſe lapidem: falſa eſt quę idem indefinita enunciatione cõfirmat dicens, hominem eſſe lapidem. Rurſus cum ſit falſa negatio per quam proponitur, nullum hominem eſſe animal, falſa eſt indefinita negatio quę pronunciat, hominem non eſſe animal. Hic quoque particularium ſimilitudo ſeruata eſt. Nam in ſubalternis vera vniuerſalitas, veritatem particularitatis trahebat. Falſa uero uniuerſalitas nec ueritatis nec mendacij neceſſitatem particularibus afferebat. Eadem omnia vniuerſalium atque indefinitarum collatione proueniunt. Rurſus ſi indefinitas primum falſas conſtet, vniuerſales quoq; neceſſe eſt eſſe mendaces. vt ſi falſum ſit eſſe hominem iuſtum, falſum erit omnem hominem eſſe iuſtum. quandoquidem non capit ueritatem, ſi iuſtus vel vnus homo non fuerit. Item ſi indefinita negatio mentiatur, verum uniuerſalis negatio non habebit: ueluti ſi falſa ſit ea q̃ dicit, hominem non eſſe iuſtum, quandoquidem non poteſt uniuerſaliter ab homine denegari, ſi uel vni hominum probabitur adeſſe iuſtitia. At ſi indefinitę ſententiam veritatis obtineant, vniuerſales, tum veras, tum eueniet eſſe mendaces. velut cum dicimus hominem eſſe iuſtum, verum eſt. eſt enim homo qui iuſtitia non careat, huius uniuerſalis negatio mentietur, cum quis dixerit, nullum hominem eſſe iuſtum. At ſi id affirmabitur indefinite quod a ſubiecto diuelli ſecernique non poſſit, vera nihilominus erit affirmatiua quę proponit, omnem hominem eſſe animal. At ſi id quod ſubiecti naturam non recipit, proponit indefinita negatio, veluti ſi dicat hominem lapidem non eſſe: nihil ab eius ueritate vniuerſalis negatiua diſſentiet, ut ea quę nullum hominem lapidem eſſe proponit. nihil igitur dubium eſt indefinitas particularibus eſſe conſimiles, eandemq; uim ueritatis ac falſitatis ſignificationibus obtinere, de quibus ſufficiẽter dictum eſt. Nunc de ſingularibus explicemus quę, nihil ſuperioribus ſimiles extant. Illę namque quoniam conſtituebant vniuerſale ſubiectum, de quo prædicatum terminum dicerent, idcirco ſuſcipiebant etiam differentias quantitatis. Nam qđ uniuerſale eſt, & uniuerſaliter, & particulariter, & indefinite poterit pronunciari. At hę quæ unum aliquid ponũt, ſingulariter atq; indiuidue, differentias quantitatis habere non poſſunt, atq; ideo ſola in eius relinquitur diſcrepãtia qualitatis, qđ hæc quidẽ affirmatio, illa vero negatio eſt. Semper igitur inter ſe affirmatio, & negatio ſingularis, uerũ falſumque diſtribuent: ſi non cętera impediant q̃ ſenſum in alias atq; in alias ſignificationes ſolẽt deflectere ac detorquere. Cum vero unum atq; idem prædicatũ atque ſubiectũ in affirmatione & negatione conſtiterit, vno eodẽq; ſumptum tpe, vno eodemq; prolatum modo, ad vnũ atq; idẽ relatũ, de vna eadem parte propoſitum, neceſſe eſt ex his unam ſemp eſſe verã, alterã ſemp eſſe falſam. Nam ſiue ęquiuocos terminos ſumant, ſiue non ad idẽ tẽpus procedãt, ſiue alius vtriſq; inſit modus, ſiue ad alias partes, vel ad aliquid aliud referant, veras vtraſq; eſſe contingit. Age .n. æquiuocũ terminũ ſumat affirmatio, dicatq; Cato Vticę ſe peremit; negetq; negatio, Cato ſe Vticę non peremit. Hic igitur utręq; ſunt veræ, qm̃ Cato ęquiuocum eſt. Namq; Cato prætorius Vticæ ſibi manus intulit, Cato vero cenſorius minime. Item proponatur affirmatiua hoc modo, Nocte lucet: negatio reſpondeat, nocte non lucet. Hic igiĩ lucere ęquiuocum eſt. Atq; ideo nihil impedit quo minus vtræq; in veritate permaneant. Affirmatio nãq; cum dicit lucere nocte, Lunæ loquitur lucẽ; Illa uero cum negat, de ſolis luce ſignificat. Hic igitur æquiuocum prędicatum utraſq; uerum conſeruare permiſit. Item ſiquis de Socrate proponat dicens, Socrates ſedet, atq; alius neget, Socrates non ſedet: vtręq; veræ eſſe queũt, ſi ad diuerſa tempora referantur. Poteſt enim nũc quidem Socrates ſedere, alio uero tpe non ſedere. Rurſus ſiquis humani oculi colorem nigrũ eſſe confirmet, aliuſque nigrum non eſſe contendat: utriq; uerum loquentur, ſi ad ſingulas oculi partes affirmatio negatioq; referant. Nam qđ circa orbẽ eſt qui medius pupulam tenet, album eſt, ipſe uero orbis niger uiſitur. Rurſus ſi de Socrate inter duos locatos quis dixerit Socrates dexter eſt, aliuſq; reſpondeat Socrates dexter non eſt, vtriſq; conſtare ueritas poteſt. Ad eũ quĩ cũ ſiniſtra Socratis eſt, dexter eſt. Ad eum uero cuius læuo lateris pars Socratis dextra coniungitur, dexter non eſt. Item ſi quis ouum aïal eſſe conſtituat, aliuſq; ouum aïal eſſe neget, vtræq; a ueritate non diſſonant. Nanq; ouum ptãte aïal eſt, actu aïal non eſt. Ita igitur inter ſe ſingularium ſubiectorũ propoſitiones verum falſumq; diſtribuũt, vt vnã, veritatem neceſſe ſit hẽre, alterã mendaciũ. Si neq; qđ ſubiectũ eſt, neque qđ prędicatũ, aliqua ſit ęquiuocatione cõfuſum, ad idẽ tempus, ad eaſdem partes, ad eundem modum, eandemque rem, ad quam affirmatio retulit, ea quæ proponuntur in negatione afferatur, ut ſiquis de Socrate pronunciet, Socrates caluus eſt, Socrates caluus non eſt. Si igitur de Socrate eodẽ affirmatio negatioq; proponant. Si eandem caluitij ſignificationem affirmatio ſumpſerit & negatio: Si eandem utræque capitis partem loquantur: Si vel actũ utræq;, poteſtatẽve ſignificent: Si nulla diuerſitate temporis erretur: Si non ad aliũ affirmatio, ad alium negatio referatur, una ſemper ueritati coniuncta eſt, retinet ſemper altera falſitatem.

### *De propoſitionibus participãtibus eiſdẽ terminis, & eodem ordine, ſed per oppoſitionem.* Cap. VI.

Quoniam de ea conuenientia propoſitionum, quę utriſque ſimplicibus terminis eodemque ordine captæ ſunt, explicui: nunc de ea participatione dicendum eſt quę per oppoſitionẽ & utroſque terminos, & eundem ordinẽ ſeruat. hoc autem (ut dictum eſt) tribus contingere modis poteſt, aut enim prędicatus tantum, aut ſubiectus terminus, aut uterque cum negatione proponitur. Ac tum enunciatio, uel ab infinito ſubiecto, uel ab infinito prædicato, uel ab infinitis utriſque conſiſtit. Quoties enim nomini negatio ſubiungitur, nomen redditur infinitum: atq; ideo per oppoſitionem participatio fieri dicitur. Nomini enim ſimplici ſemper infinitum nomẽ opponitur, ut homo non hõ, animal non animal, & cætera. Quę cum ita ſint, diſponantur ſimplices, atq; ex earum natura cęteras colligamus. Primo igitur propoſitionum ſeries celebratur, ea, ut licet quæ vtriſque iunguntur finitis, propoſitiſque ſimplicibus, ita ex infinitis omnibus copulatarum propoſitionum ordo iungatur, ut affirmationes affirmationibus, negationes negationibus, aduerſis ſtationibus collocentur.

| Simplices | Ex vtroque infinito |
|---|---|

Habentia prędicatum maius ſemper inhęrens

| | |
|---|---|
| Omnis homo rationalis eſt | Omne non homo rõnalis eſt |
| Nullus homo rationalis eſt | Nullus nõ homo rõnalis eſt |
| Quoddã homo rationalis ẽ | Quoddã nõ homo rõnalis eſt |
| Quidã hõ rationalis non eſt | Quidã non hõ rõnalis nõ eſt |

Habentia prędicatum ſeparabile minus

| | |
|---|---|
| Omnis hõ grãmaticus eſt | Oĩs nõ hõ non grãmaticus eſt |
| Nullus hõ grãmaticus eſt | Nullus ñ hõ ñ gammaticus eſt |
| Quidã homo grãmaticus ẽ | Quidam ñ hõ ñ grãmaticus ẽ |
| Quidã hõ grammaticus ñ ẽ | Quidã ñ hõ ñ gramaticus ñ ẽ |

Habentia prędicatum nunquam cohærens

| | |
|---|---|
| Omnis homo lapis eſt | Omnis nõ homo nõ lapis eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus non homo non lapis ẽ |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam nõ homo nõ lapis ẽ |
| Quidã homo lapis non eſt | Quidã non hõ non lapis nõ ẽ |

Habentia prędicatum ſeparabile maius

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis non hõ non iuſtus eſt |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus nõ homo non iuſtus eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam nõ homo ñ iuſtus eſt |
| Quidã hõ iuſtus non eſt | Quidã non hõ non iuſtus nõ ẽ |

Habentia prędicatum ęquale ſemper cohærens

| | |
|---|---|
| Omnis homo riſibilis eſt | Oĩs non homo nõ riſibilis eſt |
| Nullus homo riſibilis eſt | Nullus non hõ non riſibilis eſt |
| Quidam homo riſibilis eſt | Quidam ñ homo non riſibilis ẽ |
| Quidam hõ riſibilis non eſt | Quidam ñ hõ riſibilis non eſt |

Harum igitur talis eſt conſocianda falſitate vel veritate proprietas, ut affirmationes quidẽ inter ſe vles, particulareſq; negationes, vel in veritate, vel in mendacio conſentire queant, vel verũ inter ſe falſumq; diuidere. Sq̃d.n. de ſubiecto tale p̃dicetur, quod vel a ſubiecto nequeat ſegregari, ut ab hoĩe rationabilitas: vel a ſubiecto q̃dẽ recedere queat, ſed ſubiecti naturam non poſſit ęquare, hoĩs grammaticus, vnam veram, alteram falſam eſſe p̃uenet. Nam q̃ dicit, oĩs homo rationalis eſt, verũ loquit; & qui dixerit, oĩs non homo non rationalis eſt, mẽtietur. Diuinæ nanq; ſubſtantiæ rationis q̃dem compotes ſunt, ſed hoĩes non ſunt. Itẽ ſiquis p̃nunciet, omnis homo grammaticus eſt, falſum dixerit. At q̃ p̃ponit oĩs non homo non grammaticus eſt, verum dixerit. Nam qui homo non eſt, grammaticus eſſe non poteſt. At ſi id de ſubiecto p̃dicetur, quod vel nunq̃ ſubiecto valeat conuenire, ut lapis homini, uel conueniens ab eo poſſit abſcedere, cũ ſit maius atque vniuerſalius ſubiecto, ut iuſtitia homini, ſimul vtraſq; falſitas p̃uenit. Nam ſiquis dicit, oĩs homo lapis eſt, falſam fecerit propoſitione. Eodẽ quoq; modo qui dixerit, oĩs non homo non lapis eſt, cũ ſilex homo non ſit, ſed lapis. Item propoſitio, omnis homo iuſtus eſt, cuius ſequitur falſitatem, omnis non homo non iuſtus eſt. Nam diuinis ſubſtantiis adeſt ſeu per iuſtitia, cum non ad ſit humanitas. At ſiquis tale de ſubiecto prędicetur, quod & ſemper ei copuletur, neq; tamen ſubiectum poſſit excedere, ut riſibile homini, vtrinque ſnĩa in ſignificandi veritate concurrit, omnis homo riſibilis eſt, vera eſt: omnis nõ homo non riſibilis eſt, hęc ẽt retinet veritatem. Nam quia riſibile homini proprium eſt, recte dr̃ non eſſe riſibile quicquid homo non fuerit. Eadem omnia in particulari negatione reddũtur. Nam ſiue quæ ſunt maiora ſubiecto, atque ab eo diſcedere nequeunt, ut rationabilitas ab homine: vel quæ diſcedunt quidem, ſed ſunt minora ſubiecto, ut grammaticus de homine: de ſubiecto prędicentur, vnam veram, alteram falſã faciunt. Nam qui dicit quidam homo rationalis non eſt, falſum p̃poſuit. qui uero reſpõdet, q̃dam non homo non rationalis non eſt, uerum loquitur. Diuina q̃ppe ſubſtantia non eſt quidam homo, ſed carere nõ poteſt humanę ratione naturæ. Itẽ q̃dam homo grammaticus non eſt, vera eſt; falſa eſt, ſi dicam, quidam non homo non grammaticus nõ eſt. Nõ illud ſit verius, quoniam q̃ homo nõ fuerit, nõ poteſt eſſe grammaticus. At ſi quę vel nunq̃ de ſubiecto poſſunt vere p̃dicari, ut lapis de hoĩe, vel p̃dicantur quidem & ſunt maiora ſubiecto, ſed ab eo diſcedere ſepararique patiuntur, ut iuſtitia ab homine, veras, protinus veraſque conſeruant. Nam qui dicit, quidam homo lapis non ẽ, uerum dixerit. At ſiquis rñdeat, quidam non homo non lapis non eſt, is quoq; verum dixerit, ſiquidem de ſilice vel de huiuſmodi cęteris velit intelligi, quę cum non ſint hoĩes, nõ lapides non ſũt. Itẽ q̃dam homo iuſtus non eſt, p̃poſitio ueritatem tenet. Sed ne illa quidẽ falſa eſt quę proponit, quẽdam non hominem non iuſtum non eſſe. Hoc.n. ut dictum eſt, in diuinis ſubſtantiis inuenitur, ut iuſtitiam teneant, quę uis ab homĩs definitione ſeiunctę ſint. Item ſi id quod, ab eſſe non poteſt, & ſit ęquale ſubiecto, de eodem ſubiecto prædicetur, ut riſibile homini, incurrit utriſq; mendacium. Nã quidam homo riſibilis non eſt, falſa eſt. cuius falſitati ſe ſe æmulam pręſtat quæ proponit, Quidam non homo non riſibile non eſt, quaſi qui homo non ſit, poſſit eſſe riſibilis. Ita igitur in affirmationibus quidẽ vniuerſalibus & particularibus negatiuis, ueritas falſitaſq; & ſimul aliquoties inuenitur, & inter utraſq; diuiditur. Negationes vero vniuerſales, & particulares affirmationes non ſimili reſpondent modo. Sed negationes quidem vniuerſales, vnam verum dicere, alteram falſum, & ſimul vtraſq; falſas eſſe, poſſibile ẽ, ſimul autem ueras nunquã eſſe contingit. Nam ſi id quod adeſſe ſubiecto non poteſt, prędicetur, ut lapis homini, vnã verã faciũt, alterã falſã, vt eſt, Nullus hõ lapis eſt, vera falſa eſt q̃ p̃ponit, nullus non hõ non lapis eſt. Oĩa quippe aĩalia p̃ter hoĩem, ita non ſunt lapides, ſicut ab hoĩum natura ſeiuncta ſunt. Quicquid vero aliud de ſubiecto prędicet, neutri conſtare veritas ſit ut ſiquis proponat. Nullus hõ rõnalis eſt falſum dixerit. Aliuſq; reſpondeat, nullus non homo non rationalis eſt, hanc quoq; conuincit ratio mẽtiri, equus quippe non homo eſt, nec cum quis dixerit rationis eſſe participem, ut aũt ſimul veræ ſint, nullus poterit terminus approbare. Particulares aũt affirmatiua in differentiam veritatis falſitatiſq; diſcedũt, quoties aliquid tale de ſubiecto dicitur q̃d nunquã poſſit ad eſſe ſubiecto, ut lapis. nam ſiqs enunciet, quidam homo lapis eſt, falſa propoſitio eſt. At ſi quis reſpondeat, quidam non homo non lapis eſt, tenet contraria veritatem, equus quippe non homo eſt, nec lapis eſſe dicitur: Quicquid vero aliud de ſubiecto prędicabitur, eſt eas in veritatis ſignificationem conuenire, ut, Quidam homo rationalis eſt, vera eſt; Quidam non homo non rationalis eſt, huic quoque veritas conſtat. equus quippe non homo eſt, nec ratione ſubſiſtit, ut vero ſimul falſę ſint, nullis reperietur exemplis. Ad hunc igitur modum & de cęteris quę vel ſubiectum vel prędicatum, retinent infinitum, ad veritatis falſitatiſq; conſenſum, enunciationum proprietas conſiderãda eſt. de quibus modo breuiter quid eueniat, tetigiſſe ſufficiat, ſingula vero lectoris expolianda diligentiæ, & per conuenientes terminos rimanda permittimus, diſponantur igitur propoſitiones quæ ex utriſque ſimplicibus terminis conſtant, eaſq; quarum ſubiectum tantum abnuatur, ex aduerſa parte reſpiciant.

| Simplices. | Ex ſubiecto infinito. |
|---|---|

Habentia prędicatum ſemper hærens maius.

| | |
|---|---|
| Omnis homo rationalis eſt | Omnis non homo rõnalis eſt |
| Nullus homo rationalis eſt | Nullus non homo rationalis ẽ |
| Quidã homo rationalis eſt | Quidã non homo rõnalis eſt |
| Quidã hõ rationalis non ẽ | Quidã nõ hõ rationalis non ẽ |

Habentia

Habentia prædicatum ſemper hærens,ęquale

| | |
|---|---|
| Omnis homo riſibilis eſt | Omnis non homo riſibilis eſt |
| Nullus homo riſibilis eſt | Nullus non homo riſibilis eſt |
| Quidam homo riſibilis eſt | Quidam non hō riſibilis eſt |
| Quidam hō riſibilis non eſt | Quidā non hō riſibilis nō eſt |

Habentia pręticatum ſeparabile,maius.

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis non homo iuſtus eſt |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus non homo iuſtus eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam non homo iuſtus eſt |
| Quidam homo iuſtus nō eſt | Quidam non hō iuſtus nō eſt |

Habentia prędicatum ſepara bile,minus

| | |
|---|---|
| Omnis hō grammaticus eſt | Oīs non hō grammaticus eſt |
| Nullus hō grammaticus eſt | Nullus non hō grāmaticus ē |
| Quidam hō grammaticus eſt | Quidā non hō grāmaticus eſt |
| Quidā hō grāmaticus non ē | Quidā ñ hō grammaticus ñ ē |

Habentia prędicatum nunquam hęrens

| | |
|---|---|
| Omnis homo lapis eſt | Omnis non homo lapis eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus non homo lapis eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam non homo lapis eſt |
| Quidam homo lapis non eſt | Quidam non hō lapis non eſt |

In harum igitur affirmationibus q dē vniuerſalibus, veritas & falſitas diſtribuit, q d tale de ſubiecto ꝓdicetur qd̄ abeſſe non poſſit, ſiue illud maius ſit, ut aīal homine, ſiue æquale ut riſibile hoī.In his.n.vnam veram, alteram falſam eē neceſſe ē,qcqd vero ꝑter ea fuerit ꝓdicatū, vnam ſemꝑ veritas,alteram ſemper falſitas conſequetur,vt aūt ſit verę ſint,nequit oſtendi. Particularium vero, in affirmationibus quidem,ſiquidem ea prędicentur quæ valeant tranſire ſubiectū,ſiue ab eo ſeparari nequeunt,vt aīal ab hoīe,ſeu poſſint,vt iuſtitia ab hoīe:loquit vtraq; vera ſnīa. Quicqd vero ꝑter ea fuerit ꝓdicatū, vnam veritas, alteram tenet falſitas tenet.falſę vero ſit nequeunt ſueniri. Negationes vero particulares,ſi qdem ꝓdicent qd̄ a ſubiecto ñ poſſit abſcedere,ſiue illud maius ſit vt rōnale hoīe,ſeu ęquale, vt riſibile homini, vni conſtabit veritas altera mentietur. Siquid vero pręter ea fuerit prędicatum, veras ſp utraſq; conſtat, ut in eas cōis falſitas nunq̄ poſſit incidere. Item diſponant in ordinem primum quidem ſimplices,has e regione reſpiciant quę ſubiecto ſimplici,infinito deneganiur prędicato.

Simplices. Ex infinito prædicato.

Habentia prædicatum nunquam cohęrens

| | |
|---|---|
| Omnis homo lapis eſt | Omnis homo non lapis eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus homo non lapis eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam homo non lapis eſt |
| Quidam homo lapis non eſt | Quidam hō non lapis nō eſt |

Habentia prædicatum ſemper hęrens,maius

| | |
|---|---|
| Omnis homo animal eſt | Omnis homo non animal eſt |
| Nullus homo animal eſt | Nullus homo non animal eſt |
| Quidam homo animal eſt | Quidam homo non aīal eſt |
| Quidam hō animal non eſt | Quidam hō non aīal non eſt |

Habentia prædicatum ſemper cohęrens,æquale

| | |
|---|---|
| Omnis homo riſibilis eſt | Omne homo non riſibilis eſt |
| Nullus hō riſibilis eſt | Nullus homo non riſibilis eſt |
| Quidam homo riſibilis eſt | Quidam hō non riſibilis eſt |
| Quidam hō riſibilis non eſt | Quidam hō non riſibilis ñ eſt |

Habentia prædicatum ſeparabile,maius

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis homo non iuſtus eſt |
| Nullus homo iuſtus eſt | Nullus homo non iuſtus eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam homo non iuſtus eſt |
| Quidam hō nō iuſtus eſt | Quidā homo non iuſtus nō eſt |

Habentia prædicatum ſeparabile,minus

| | |
|---|---|
| Omnis hō grāmaticus eſt | Omnis hō non grammaticus ē |
| Nullus hō grāmaticus eſt | Nullus hō non grāmaticus eſt |
| Quidā hō grāmaticus eſt | Quidā hō non grammaticus eſt |
| Quidā hō grāmaticus ñ eſt | Quidā hō ñ grammaticus ñ eſt |

Harum igitur affirmationes vniuerſales,ſiquidem ꝓdicēt qd̄ ſubiecto nequeat conuenire,ut lapis hoī: vel a ſubiecto cū ſit æquale vel maius,non poſſit abſcedere, ut aīal vel riſibile ab hoīe,unā ſp neceſſe ē veritatem,alterā ꝓferre mēdaciū. Quicquid vero ꝑter ea fuerit ꝓdicatum, utriſq; falſitas inuenitur, ut ad ueritatē conuenire non poſſint. Negationes vero uniuerſales ſi quidem id de ſubiecto ꝓdicent, quod ſubiecto adeſſe poſſit & abeſſe,ita ut excedat, ut iuſtus hoīem,vel id quod adeſſe quidem queat, ſed non poſſit adęquare ſubiectū, ut grāmaticus hoīem, utræq; in falſitatē communicant. Quicquid vero aliud fuerit ꝓdicatū, unā veritas, alterā falſitas conſequetur, ut aūt ſimul veræ ſint, nequit oſtendi.Particularium uero, affirmationes quidem ſimul veræ ſunt, ſi id quod uel adeſſe poſſit uel abeſſe ꝓdicetur,ſiue illud maius ſit, ut iuſtitia hoīe, ſeu minus, ut grammaticus ab homine. Siquid vero aliud fuerit prædicatum, ueritas in eas ac falſitas diſtribuitur ita, ut nunq̄ commune conſonent falſitatem. Particulares quoq; negatiuæ in ſimilibus terminis veritate concordant. Nam ſi quod adeſſe vel abeſſe poteſt,ſiue illud maius ſit, ut iuſtus ab hoīe, ſiue minus,ut grammaticus ab homine, de ſubiecto prædicetur,veritas utriſq; conſtabit. In alijs vero cunctis prædicationibus vni veritas, alteri falſitas cedit. Nunquā tñ utręq; in ꝓdenda falſitate conſentient.Præter haec aūt inter ſe conuenientiam propoſitionum, habent aliquid hę proprium, quæ prędicatum adiecta negatione pronunciant, quod cæteris ineſſe non poſſit.Affirmationes nanque negationibus, negationeſq; affirmationibus quarum vniuerſalis eſt propoſitio:Itemq; particulares affirmationis negationibus,negationes affirmationibus ita conueniunt, ut nunquam neq; in falſitate neque in veritate diſcordent, Conuenientium autem ordinem ſeriemq; deſcribimus, quas ſiquis in ſuperius poſita reſpexerit,videbit angulariter conuerſas.

| | | |
|---|---|---|
| Omnis homo rōnalis eſt | Cōueniūt | Nullus homo rōnalis ē |
| Omnis hō non rōnalis ē | Cōueniūt | Nullus hō rōnalis eſt |
| Quidā hō nō rōnalis eſt | Cōueniūt | Quidam hō rōnalis ñ ē |
| Quidā homo rōnalis eſt | Cōueniūt | Quidā hō nō rōnal.ñ ē |

Quod idcirco in his tantum uidetur euenire,quod de eodem ſubiecto utrq; intelligitur ordo oppoſitionis.Nam q̄ dixit, oīs hō rōnalis eſt,de homine rōnale ꝓdicauit.Itē q̄ ꝓpoſuit,omnis hō non rōnalis eſt,de eodē homine rōnale ſeiunxit,vt merito ſimplices affirmationes negationi cōſentiāt. At non in alijs intelligitur idē eſſe ſubiectū. Nā & illa q̄ ꝓponit,omnē non hominem eſſe rationalē,& illa quæ enunciat omnem non hominem eſſe non riſibilem, de homine non loquuntur,ſed de quolibet alio quod hominis negatione relinquitur. Atq; iō velut extraneę,atq; a ſemel alienę, nec in veritate poſſident aliquam nec in ſalſitate concordiam.Indefinitas autem propoſitione, q̄m particularibus ſimiles eſſe monſtrauimus,adiungendas ſuperioribus non putaui.Idem enim indefinitis neceſſe eſt euenire, quod particularibus ſolet incurrere.

### *De propoſitionum conuerſione ſimplici & per accidens. Cap. VII.*

Expeditis igit his ꝓpoſitionibus quæ ex utriſque communicant terminis atq; eodē ordine collocatis,nunc eam propoſitionum conuenientiam vel participationem

nem loquamur, quæ in utriſq; quidem terminis conuenientia, ſed ordinis commutatione conſiſtunt, cuius diſceptionis hic finis eſt, de ꝓpoſitionũ conuerſione docuiſſe. Quid .n. eſt aliud ꝓpoſitiones mutato ordine conuenire utriſque terminis, niſi ꝓpoſitiones conuerti? Conuerti aũt vel ſibi, vel alijs ꝓpoſitiones dñr, quoties mutato ordine terminorum. i. qđ ſubiectum fuerat ꝑdicato, & quod prędicabatur ante ſubiecto, veritatem ſimul obtinet vel falſitatem. De q̃bus pleniſſime hic diſputandi ſumemus exordium. Quatuor ꝓpoſitiones eſſe ꝑdiximus, quę habeant differentias q̃tita tum & utriſq; terminis abſq; ordinis ꝑmutatione participant. Hę vero ſunt affirmatio vniuerſalis, negatio vniuerſalis, affirmatio particularis negatio particularis. Harũ igitur particularis affirmatio, particulariter q dẽ ſibi ipſa conuertitur vl̃i ãt affirmationi p accidẽs Et rurſus, vl̃is negatio, loco principe ſui recipit cõuerſionem, ad particularẽ vero negationẽ p accidens conuerti põt. Affirmationis vero vl̃is ad ſeipſam ꝑpetua non põt eſſe conuerſio, ad particularem uero affirmationem per accidens põt. Nec negationis particularis ad ſeipsã principaliter ſtabilis ac firma cõuerſio ẽ: ſed negationi vniuerſali ſecundo loco, atq; accidentaliter. Quæ omnia facilius declarantur exẽplis. Affirmatio .n. particularis, ea quę proponit. Quidã homo albus eſt, facile ſibi ipſa conuertitur, ſi dicamus, Quoddam album homo eſt, atq; in utriſque ſimul veritas conſtat. At ſiquis proponat, Quendã hominem eſſe lapidem, eamque conuertat dicens, Quendã lapidem eſſe hominem, manſit in utriſq; mẽdaciũ. Hoc igitur modo affirmatio particularis ſui recipit conuerſionem. Item negatio vniuerſalis conuerti poteſt, ut ſiquis enunciet, nullum hominem eſſe lapidem, eandemque conuerſis terminis dicat, nullum lapidem eſſe hominem, ſimul veritatem tuẽtur. At ſiquis dicat, nullum hominem eſſe animal. atq; eandem ſub terminorũ conceſſione proponat dicens, nullum animal eſſe hominem, neutra ſuam perdidit falſitatem. Hoc igitur modo vniuerſalis quoque negatio ſibi ipſa conuertitur. Vniuerſalis vero affirmatio non tenet perpetuam conuerſionem quamuis .n. quoties de ſpeciebus propria prædicant, conuerti vniuerſales affirmationes queant ut ſiquis dicat, Omnis homo riſibilis eſt, poterit terminorum ordinem permutare, Omne riſibile eſſe hominem, tamen non eſt hęc æqualis atq; in omnibus terminis fida conuerſio. quid .n. cum quis ita proponit? Omnis homo animal eſt, nunquid conuertere vere poteſt, ut omne animal hominem eſſe pronunciet? Quare cum aliquoties vl̃is affirmatio conuerſa propriam non teneat ueritatem, dicitur conuerſionis naturam non poſſe ſuſcipere. Negatio quoq; particularis interdum videtur poſſe conuerti. veluti ſiquis enunciet, Quendam hominẽ lapidem non eſſe, verum loquatur, cũ dixerit, Quendam lapidem hominem non eſſe, ſed eſt inſtabilis & incerta conuerſio. nam cum quidam homo grammaticus non ſit, falſum eſt, dicere, quendam grammaticum hominem non eſſe. Ita igitur hęc quoque conuerſio protinus a ſua veritate deficit. Superius igitur propoſitarum quatuor enunciationũ, duæ quidem oppoſitæ .i. particularis affirmatio & vniuerſalis negatio, conuerſionem ſui firmam perpetuamque ſuſcipiunt. Duæ vero oppoſitæ .i. affirmatio vniuerſalis, & negatio particularis, conuerſionis non tenent firmitatem. ſed quia vniuerſalis affirmatio, quę in ſui cõuerſione videtur inſtabilis, ſi vera eſt, particularem quoq; affirmationem veram eſſe neceſſe eſt, Si autem particularis affirmatio conuerſa non amittit propriam veritatem, vniuerſalis quoq; affirmatio conuerſa particulari affirmationi eandem veritatem ſonabit, velut his exemplis probabitur. Siquis .n. proponat, oẽm hoĩem eſſe animal, verum dixerit. huius ſubalterna particularis affirmatio quendã hoĩem eſſe aĩal, ea quoque vera eſt, q̃m vniuerſalis affirmationis ueritas anteceſſit. Sed eadem conuerti ſibi veriſſime poteſt, dicitur enĩ quoddam animal eſſe hominem. Quocirca affirmatio vniuerſalis quę proponit, oẽm hominem eſſe animal, & conuerſa particularis affirmatio quæ pronunciat, quoddam animal eſſe hominem, utręque ſimul a veritatis ſignificatione non deficiunt. Ita igitur vniuerſalis affirmatio, quæ ſui conuerſionẽ perpetuam ferre nõ poterat, per accidens particulari affirmationi conuerſa eſt. Per accidẽs aũt ideo, q̃m particularis affirmatio principe ſibi ipſa loco conuertitur, conuerſæ aũt particulari affirmationi vl̃is affirmatio eandẽ retinet in veritate ſñiam. Eadem ideo eſt ẽt vl̃is negationis, quę q̃m ipſa principaliter conuerti ꝑt, conuerſęq; negationi vniuerſali illa quę ſubalterna eſt, eandem veritatis refert ſñiam. Particularis negatio conuerſa ad veritatis ſignificationem poterit conuenire, vt ſiquis nullum hominem eſſe lapidem confirmet, & huius conuerſio eſt, nullum lapidem eſſe hominem, q̃ cum vera pręcedat, ſubalternę particularis negatinę perficit. veritatem, ea vero eſt quiddam lapis homo non eſt, quę comparata vl̃i negationi quę dicit, nullum hominẽ eſſe lapidẽ, quamuis terminis diſcrepans, tñ ſimilis veritate proponitur. Igitur particularis negatio quę ſibi ipſi conuerti non poterit, vl̃i negationi per accñs conuerti poteſt. Per accidens aũt idcirco, q̃m vl̃is negatio in ſeipſam priore loco conuerti poteſt Per conuerſionem autem ſui cum particulari negatione. ſīrem veritatis videt obtinere ſñiam. Itaq; concludendum eſt particularem quoq; affirmationem vl̃emq; negationem conuerſionem ſui firmam ac ſtabilem cuſtodire. Affirmationẽ autem vl̃em particularemq; negationem in conuertendo firmas eſſe nõ poſſe, ſed hanc affirmationi particulari, illam vniuerſali negationi per accidens poſſe conuerti.

## *De propoſitionum conuerſione per contrapoſitionem. Cap. VIII.*

RESTAT nunc de ea propoſitionum conuenientia uel participatione diſſerere, in qua vtrinque terminum ordine permutato vni vel vtriq; eorum negatiuum copulatur aduerbium. Atq; in his enunciationibus conuerti termini per oppoſitionem dicuntur. vnuſquiſq; .n. terminorum negatione prępoſita terminis ſimpliciter pronunciatis videtur oppoſitus. Huius vero participationis eſt triplex modus, aut .n. prædicato tm̃ termino, negatio iungitur, aut ſubiecto aut vtriq; termini denegãtur. Primum igitur ſuppoſita deſcriptione pandantur exempla: poſt autem quemadmodũ ſe habent ad veritatis falſitatisve conſenſum conſequentis ordine diſputetur. Ac primum quidem de hac diſſeremus, cuius ſubiectum prędicatumq; negatur: poſt vero cuius ſubiectum ſolum: poſtremo cuius qui prædicatur terminus cum negatione profertur. Atq; earum quidem naturam atq; ordinem ex ſimplicibus informabimus. Simplices autẽ in quantitatum differentijs conſtitutas quatuor eſſe mõſtrauimus. Sit igitur prima quidem affirmatio vniuerſalis quæ proponat, oẽm hoĩem eſſe animal: aduerſum hanc collocetur affirmatio vl̃is, quę non ſolum conuerſis terminis enũcietur, verum in vnoquoq; termino negatiuum aduerbium habeat adiunctum hoc mõ. Omne non animal non homo eſt. Rurſus proponatur vniuerſalis negatio, ea quę eſt, nullus homo animal eſt: huic aduerſum teneat locum vniuerſalis negatio terminis cum negatione conuerſis .i. nullum nõ animal non homo eſt. Item ſit particularis affirmatio ſimplex, Quidam homo animal eſt: huic terminus atque ea aduerſo referatur particularis affirmatio, quę commutatis in ordinem terminis negationes vtriſq; gerit: oppoſitas, vt eſt, Quoddam non animal non homo eſt. Item ſit particularis ſimplex negatio quæ proponat, Quendam hominem animal non eſſe: hanc ex aduerſo reſpiciat particularis negã, quę permutatis ad ordinem terminis aduerbium negationis adiecerit, vt eſt. Quoddam non animal non hõ non eſt.

| Simplices. | Conuerſæ vtriſq; infinitis. |
|---|---|
| Omnis hõ animal eſt | Omne non animal non homo eſt |
| Nullus hõ animal eſt | Nullum non aĩal non homo eſt |
| Quidam homo aĩal eſt | Quoddam non aĩal non homo eſt |
| Quidã hõ aĩal non eſt | Quoddam aĩal non homo non eſt. |

Sed

Sed quanq̃ hmõi participationis plures eſſe dñas noueri mus, ad inſtructionẽ tñ cathegoricorũ ſyllogiſmorũ de has tm̃ propoſuiſſe ſufficiat: quarũ quidẽ propõnũ pars ex ſimplicib. nominib. conſtat, pars uero ex infinitis. Nam propoſitio vl̃is, quę eſt, omnis homo animal eſt, ex utriſq; nominibus finitis conſtat. nanq; & hõ & animal finita nomina eſſe manifeſtũ eſt, Ea vero affirmatio q̃ proponit, oẽ nõ aĩal nõ hominem eſſe infinitorum terminorum poſitione coniuncta eſt. non animal enim & nõ homo nomina eſſe infinita, in nominis definitione prædiximus. Quæ quidem ſeſe ad veritatis falſitatiſque rationem ſic habent, ut. n. negationibus adiunctis infinita nomina ſimplicibus opponuntur: ita ẽt cõuerſio propoſitionum e contrario contingit quam pauloante in ſimplicibus habebatur. in illis. n. affirmatio vniuerſalis particularisq; negatio conuerſionem ſtabilem non tenebãt. Affirmatio autem particularis atq; vniuerſalis negatio conuerſæ certiſſime tuebantur vel in veritate, vel in falſitate conſenſum. Hic omne diuerſum eſt. Vniuerſalis nanq; affirmatio, & particularis negatio per oppoſitionem ſibiipſa cõuertitur, vniuerſalis aũt negationis & particularis affirmationis non eſt ad ueritatis falſitatisve cõſenſum fida cõuerſio. Ac primum de vl̃i affirmatione tractemus, quæ cum in ſimplicibus vera ſit, veritate quoq; per oppõnem conuerſa cuſtodit, ut ea quæ dicit, omnem hoĩem eſſe animal, vera ẽ, atq; illi per oppoſitionem conuertitur. i. omne non animal non homo eſt, eam quoq; veram eſſe neceſſe eſt. Propõnis aũt huius iſta ſnĩa eſt, qm̃ non eſt homo, quicquid aĩal non eſt, quod verũ eſſe nullus ignorat. Item ſi ſit falſa vl̃is affirmatio in ſimplicibus terminis conſtituta, falſa quoq; eius per oppoſitionẽ probatur eſſe conuerſio. nã cũ dicimus, Oĩs lapis aĩal eſt, falſa eſt, atq; illi per oppoſitionem cõuertitur. i. omne non animal non lapis eſt, eã quoq; falſam eſſe neceſſe eſt. Id. n. ex tali enunciatione ſentitur, qm̃ quicquid animal non fuerit, id lapis non eſt, quod apertiſſime falſum eſt, cum lapis ipſe animal non ſit. Quod ſi vniuerſalis affirmatio terminorum oppoſitionem conuerſa ſibimet in veritate conuenit & in falſitate, non eſt dubium quin vniuerſalis ſimplex affirmatio ſtabili per oppoſitionem conuerſiõne monſtretur. Idem de ſimplici etiam particulari negatione dicemus. nã cũ hæc falſa eſt, vt ea q̃ dicit, Quidam homo animal non eſt, illa quoq; falſitatem tenebit, quæ hoc terminorũ oppoſitione conuertitur, vt ea q̃ proponit, Quoddã non animal non homo non eſt. Id. n. ex hac enunciatione colligitur, quod res quæ non ſit animal, ſit hõ. etenim hoc eſt eſſe hominem, quod non eſſe non hominem. At ſi vera ſit negatio particularis ex ſimplicibus terminis iuncta, ut eſt q̃dam lapis animal non eſt, non deerit veritas cum terminorum oppoſitione conuerſę quę proponit, Quoddam non animal non lapidem non eſſe. Id. n. conuerſio iſta ſignificat, quod res quædã quæ animal non ſit lapis ſit. hoc eſt. n. eſſe lapidem quod non eſſe non lapidem. Quod ſi particularis ſimplex negatio per oppoſitiones proprię conuerſionẽ & in ueritatis & in falſitatis ſignificatione concordat, nõ eſt dubiũ particularẽ ſimplicem negationem certo ſibi ac ſtabili modo per oppoſitionem terminorum poſſe conuerti. In negatione vero vniuerſali non eſt perpetua neq; fida conuerſio. Quod quidem fallere poterit ſi quis ad ſolam reſpiciat conuenientiam falſitatis. Nam cum ſit falſa ſimplex vniuerſalis negatio quæ proponit, nullum hominem eſſe animal, falſa eſt quæ ei per oppoſitionem conuertitur, vt eſt, nullum non animal non homo eſt. Id enim ex hac propoſitione monſtratur, quoniam omne quod animal non eſt, id homo eſt, hominem eſſe ſignificat, quicquid animal non ſit quę proponit, nullum eſſe non hominib, qui animal non ſit. Sed hic in falſitate conſenſus ad veritatem vſq; non peruenit. Age enim vera ſimplex vniuerſalis negatio, nullus homo lapis eſt, non vera poteſt eſſe, nullus non lapis non homo eſt. Id namque deſignat iſta conuerſio, quoniam quicquid lapis non fuerit, id homo eſt, hominem nanque eſſe deſignat quod lapis non ſit, qui pronunciat nullum eſſe non hominem, quod lapis non eſt. quod apertiſſime falſum eſt, quamuis enim multa proferam quæ cum lapides non ſint, tamen ab hominum natura ſeiũcta ſunt, vt equus, arbor, atq; alia plurima. Si igitur negatio vniuerſalis per oppoſitione proprię conuerſioni in falſitate quidem conuenit, nec tñ in veritate conſentit: recte pronunciatur conuerſionem perpetuã, atq; ęquabilẽ nõ habere. Eadem quoq; ratio eſt in affirmatione ſimplici particulari. Nam in hoc quoq; ſępe error deprehenditur, ut certę propoſitionum conuerſiones putẽtur, ſi quis non ad falſitatis quoq;, ſed ad ſolam conuenientiã veritatis aſpiciat: Nam cum affirmatio ſimplex particularis vera ſit, vt eſt Quidam homo animal eſt, ſi huius termini cum oppoſitione cõuertantur, nanq; propõ. Quoddã non animal non homo eſt, a veritate non diſcrepat. Quid. n. aliud enunciatio, iſta deſignat, quam eſſe rem aliq̃, q̃ cum animal non ſit, ne homo quidẽ ſit, vt lapis ſimul & animalis & hominis natura deficiat? Sed hic in veritate conſenſus ad falſitatẽ vſq; non tendit. Quid enim ſi ſit falſa ſimplex affirmatio particularis? vt eſt, quidam homo lapis eſt, nõ erit eius per oppoſitionẽ falſa conuerſio? quiddam non lapis nõ homo eſt? Atqui hęc firma veritate conſiſtit: id. n. ex hac propoſitione datur intelligi, quod ſit quiddam quod cum lapis nõ ſit, ne homo quidẽ ſit, vt equus atq; arbor quę neque hominis, neq lapidis definitione clauduntur. Quod ſi particularis affirmatio dũ per oppoſitionem cõuertitur, in veritate quidem tenet ſecum ipſam concordiam: in falſitate autem ſibi met ipſa diſſenſit; rectũ eſt pronũciare quod termini negatione coniuncta conuerſionem firmam, ſtabilemq; nõ teneant. Quare cum in ſimplicibus, ac pręter oppoſitionem conuerſionibus, vniuerſalis quidem negatio particulariſq; affirmatio perpetua, fidaq, terminorum permutatione vertantur; Affirmatio vero vniuerſalis particulariſque negatio minime, dũ per terminorũ oppoſitionem, ſimplex propoſitio ſibi ipſa conuertitur: oĩa (vt dictum eſt) aduerſa ratione cõtingunt. Vniuerſalis nanq; affirmatio & particularis negatio firmã negatarum partium retinent conuerſionem. vniuerſalis autem negatio in falſitate quidem recte ſibi ipſa conuertitur; in veritate aũt ſibi ipſa diſcordat. Particularis autem affirmatio in veritate quidem ſibi conuenit, ſed in falſitate diſſentit. Similis autem contemplatio eſt in his quę conuerſo ordine terminorum p̃dicato tm̃ vel ſubiecto, ſibi copulãt negationẽ. in q̃b. ũt in ſuperioribus quoq; fecimus, ꝓpoſitionũ tm̃ ordinem deſcribemus, & quid eueniat, ſub breuitate monſtrabimus, perquirenda, atque examinanda ſingula, lectoris diligentię derelinquentes. Deſcriptis ergo ſimplicibus, ex aduerſa parte, quę conuerſo ordine, prædicatum cum negatione pronunciant, conferantur.

| Simplices, | Conuerſę de prædicato infinito. |
|---|---|
| Omnis homo animal eſt. | Omne aĩal non homo eſt |
| Nullus homo animal eſt | Nullum aĩal non homo eſt |
| Quodã homo animal eſt | Quoddã aĩal nõ homo eſt |
| Quidã hõ animal non eſt. | Quoddã aĩal non hõ non eſt |
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis iuſtus non homo eſt |
| Nullus homo iuſtus eſt. | Nullus iuſtus non homo eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam iuſtus non homo eſt |
| Quidam hõ iuſtus nõ eſt | Quidã iuſtus non homo nõ eſt |
| Omnis hõ grãmaticus eſt | Omnis grammaticus non hõ e. |
| Nullus hõ grãmaticus eſt. | Nullus grãmaticus non hõ eſt. |
| Quidã hõ grãmaticus eſt | Quidã gramaticus non hõ eſt |
| Quidã hõ grãmaticus ñ eſt | Quidã grammaticus ñ hõ ñ eſt |
| Omnis homo lapis eſt | Omnis lapis non homo eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus lapis non homo eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam lapis non homo eſt |
| Quidam hõ lapis non eſt | Quidam lapis nõ homo nõ eſt. |
| Omnis homo riſibilis eſt | Omne riſibile non homo eſt |
| Nullus hõ riſibilis eſt | Nullum riſibile non homo eſt |

Quidam

| | |
|---|---|
| Quidam homo riſibilis eſt | Quoddā riſibile non homo ē |
| Quidā hō riſibilis non eſt | Quoddā riſibile non hō nō ē |

Harum igitur in affirmationibus q dem vniuerſalibus ſi ea de ſubiecto pdicentur, ꝙ & adeſſe & abeſſe contingāt, ſiue illud ſubiecto maius ſit, ut iuſtitia homine, ſiue minus ut grammaticus homine; uel ſi ea quę omnino adeſſe non poſſunt, ut lapis homini. ſimul ſp falſas eſſe neceſſe eſt. Siquid uero præter hęc fuerit prędicatū, unam uerā, falſam alterā eſſe proueniet, nunq̄ uero utriq; ueritas conſonabit. In negationibus uero uniuerſalibus ſiquidem ea de ſubiecto prędicentur, quæ a ſubiecto ualeant ſegregari, ſiue illa maiora ſint, ut iuſtitia homine, ſiue minora, ut eodem homine grammaticus, utriſque aderit falſa ſnīa. Quicquid uero reliquorum fuerit prædicatum uniuerſum, alteri faciet adeſſe mendacium. nunquam vero in his concors ueritas inuenitur. In particularibus uero affirmationibus ſi quidem ea prædicentur, quę cum ſeparari poſſint tum uel maiora ſunt, ut iuſtus homine, uel minor, ut grammaticus homine, communis affirmationes ueritas obtinebit. Alia uero quælibet prædicatio unā ueram, alteram ſemper faciet eſſe mendacem, ſed nunquam communiter mentientur. In negationibus vero particularibus hic modus eſt, ut ſiue ea quæ adeſſe non poſſunt ut lapis hominis, ſiue quæ poſſunt ac poterunt ſegregari, cum tamen eorum alud maius ſit, ut iuſtitia homine, aliud minus, ut grammaticus homine, prædicentur, ueritas utriſque conſtabit. Quicquid uero abſque his prędicabitur, ueritatem uni, alteri diuidet falſitatem, ſimul tñ falſas eſſe nō euenit. Item deſcriptio ſupponatur ꝙ priore parte ſimplicibus collocatis, eas quæ conuerſo ordine ſubiectū negatiōe proponūt, contraria frōte conſtituat.

| Simplices | Cōuerſę de ſubiecto infinito. |
|---|---|
| Omnis homo animal eſt | Omne non animal homo eſt |
| Nullus homo animal eſt | Nullum non animal homo eſt |
| Qnidā homo animal eſt | Quoddā non animal homo eſt |
| Quidā hō animal non eſt | Quoddā non animal hō ñ eſt |
| Omnis homo riſibilis eſt | Omne non riſibile homo eſt |
| Nullus homo riſibilis eſt | Nullum non riſibile homo eſt |
| Quidā homo riſibilis eſt | Quodda non riſibile homo eſt |
| Quidam hō riſibilis nō eſt | Quodam ñ riſibile hō non eſt |
| Omnis homo lapis eſt | Omnis non lapis homo eſt |
| Nullus homo lapis eſt | Nullus non lapis homo eſt |
| Quidam homo lapis eſt | Quidam non lapis homo eſt |
| Quidam homo lapis nō eſt | Quidā non lapis hō non eſt |
| Omnis homo iuſtus eſt | Omnis non iuſtus homo eſt |
| Nullus homo inſtus eſt | Nullus non inſtus homo eſt |
| Quidam homo iuſtus eſt | Quidam non iuſtus homo eſt |
| Quidam hō iuſtus non eſt | Quidam non iuſtus homo ñ ē |
| Omnis hō grāmaticus eſt | Omnis non grāmaticus hō eſt |
| Nullus hō grāmaticus eſt | Nullus non grāmaticus hō eſt |
| Quidā hō grāmaticus eſt | Qmdam nō grāmaticus hō eſt |
| Quidā hō grāmaticus nō ē | Quidā nō gramaticus hō ñ eſt |

Superius igitur deſcriptarum enunciationū affirmatione qdē uniuerſales, ſi ea de ſubiecto pdicētur, ꝙ ab eo nunq̄ ualeāt amoueri, ſiue illud maius ſit, ut aīal hoīe, ſeu æquale, ut riſibile hoī, ſeu tale qđ ſubiecto nullo mō poſſit obtīgere, ut lapis hoī, uni ueritatē diſpertiēt, alteri falſitatē. At ſi qđ abſq; his pdicabitur utraſq; falſitas obtinebit. Cōmuni autem propoſitionum veritati locus eſſe non poterit. At ī negationibus ſi quidē uniuerſalia & maiora prędicentur, ſeu ea quæ relinquere ſubiectum nequeant, ut animal hominē, ſeu quæ poſſint, ut iuſtitia hominem, utriſque falſitas inhærebit. Alia quælibet pręedicamenta unam ueram faciūt, alteram falſam, ita ut communis utręque ueritatis non poſſint eſſe participes. At in particularibus affirmationib. quidem, ſi quidem maiora de ſubiecto prædicentur, quæ vel nunq̄ ſubiecti coniunctione diſcedant, vt animal homine, vel ēt ſegregentur, vt iuſtitia ab hoie reſpondebit vtraque veritatē, cęteræ vero prædicationes veritatem propoſitionibus falſitatemve diſtribuunt, in cōe participantibus falſitatem. Particulares vero negationes, ſi quidem ea prędicēt ꝙ poſſint a ſubiecto ſeparari, ſiue illud maius ſit, ut iuſtitia homine, ſeu minus, vt grāmaticus hoie, veras vtraſq; eſſe neceſſe eſt. Si quid vero extra prædicabitur, uni oportet verū alteri adeſſe mendacium, vt ſimul falſę nequeant inueniri. Atq; hæc quidem de his propoſitionibus, quę cum determinatione proferunt dicta ſunt. quæ vero indefinitæ ſunt, qm̄ particularium proprietatibus adęquantur, eadem omnia cōparatæ vſibus obtinebunt, quæ in ſuperiore deſcriptione particularium propoſitionum ordo ſeruauit. Reſtarent ſubiectorum ſingularum propoſitiones. de quibus, qm̄ & longum eſt dicere & nihil ad operis propoſiti affert vtilitatem & ſibi ipſe exemplo earum quas ſuperius propoſuimus, eaſdem lector inueniet, prętereundem videtur.

# ANITII MANLII SEVERINI POETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,

## *DE SYLLOGISMO CATEGORICO* LIBER PRIMVS.

MVLTA græci veteres poſteris, ſuis inconſultiſſimis reliquere tractatibus, in quibus prius quā ad res denſa caligantes obſcuritate venirent, quaſi quadam intelligentię luctatione pręludūt. hinc per introductionem eſt facilior diſcibiliorq; doctrina: hinc per ea quæ illi προλεγομενα vocant, nos pręedicenda poſſumus dicere, ad intelligentiam promptior uia munitur. Hanc igitur prouidentiā non exotus, ſtatui ego quoq; in res obſcuriſſimas, aliquem quodammodo pontem ponere, mediocriter quicq; delibās, ita, vt ſiquid breuius dictum ſit, id nos dilatione ad intelligentiam porrigamus: ſiquid ſuo more Ariſt. nominum, verborumq; mutatione turbauit, nos intelligentiæ ſeruientes, ad conſuetum vocabulum reducamus: ſiquid vero, vt ad doctos ſcribens, ſumma tm̄ tangens deſignatione monſtrauit, nos id introductionis modo, aliqua in eas res tractatione diſpoſita, perquiramus. Sed ſiqui ad hoc opus legendum acceſſerint, ab his petitum ſit, nę in his quę nunq̄ attigerint, ſtatim audeant iudicare; neve ſiquid in puerilibus diſciplinis acceperint, id ſacroſanctum iudicent. Qñquidem, res teneris auribus accommodatas, ſępe philoſophię ſeuerior tractatus eliminat, ſiquid vero in his non videbitur, ne ſtatim obſtrepant, ſed ratione conſulta, quid ipſi opinentur, quidve nos ponimus, veriore mentis acumine, & ſubtiliore pertractata ratione, dijudicent. vt his quidem, ſi nos (vt arbitror) non ſuffecimus, eos commentarios, de quibus hęc nos protulimus, deguſtent, blando fortaſſe ſapore ſubtilitatis eliciti q̄uis infrenes & indomiti certatores ſint, veterum virorum inexpugnabilibus auctoritatibus acquieſcent, ſiquis vero græcæ orationis expers eſt, in his, vel ſi qua horū ſūt ſimilia, deſudabit. Itaq; hæc huius procemij lex erit, vt ſoſorum noſtrum nemo, non intellecturus, & ob id culparurus, inſpiciat. ſed ne procemijs nihil afferentibus tempus teram, inchoandum nobis eſt, illo prius depulſo periculo, ne æquo quam ſtilo culpetur oratio. Non. n. eloquentię compoſitiones, ſed planitiem conſectamur. qua in re, ſi hoc efficimus, quamlibet incompte loquentes, intentio quoque noſtra nobis perfecta eſt.

De

## DE NOMINE ET VERBO, ET AN HAEC ſola ſint partes orationis. Cap. I.

SEd qm̃ ſyllogiſmorũ ſtructura nobis eſt hoc opere explicanda, ſyllogiſmis ãt prior eſt propõ, de ꝓpoſitionibus hoc libello tractactus habebitur. Et qm̃ ꝓpoſitionis partes ſunt nomen & verbũ, pars ãt ab eo cuius pars ẽ, prior eſt: de noĩe & verbo, q̃ prima ſunt, diſputatio prima ponatur. Nomen eſt vox deſignatiua ad placitum ſine tpe, cuius nulla pars extra deſignatiua eſt. vox aũt dictũ eſt, qa vox noĩum genus eſt. Oĩs ãt definitio a genere trahitur, vt ſi definias hoĩem, aĩal dicis. i. genus. poſt vero rationale. i. differentiam. Deſignatiua vero dicta eſt, quia ſunt voces q̃dã, q̃ nihil ſignificant, vt ſunt ſyllabæ. Nomẽ verò deſignat id cuius eſt nomen. Ad placitum vero, qa nullum nomen aliquid per ſe ſignificat, ſed ad ponentis placitum. Illud. n. vnaquæq; res dicitur, quod ei placuit, qui primus rei nomen illud impreſſit. Sunt. n. voces naturaliter ſignificantes, vt canũ latratus, iras canum ſignificat, & alia eius quędam vox, blãdimenta, ſed non ſunt nomina, quia non ſunt ad placitum ſignificantes, ſed natura. Sine tpe vero, quod verba quidẽ voces ſunt & deſignatiuæ, & ſm placitum; ſed diſtant, qđ nomina ſine tpe ſunt, verba cum tpe. Cuius nulla pars extra deſignatiua eſt, nomen ab oratione diſiungit, quod oratio & ipſa vox eſt, & deſignatiua, & ſm placitum, & aliquoties ſine tpe eſt, ſed orationis partes ſignificant, noĩum vero minime. In Cic. n. noĩe nulla pars extra deſignatiua eſt, neque ci, neq; ce, neq; ro. Neq; ſi ex duob. integris noĩa ſint. Qđ. n. in vno conſignificat, id extra non ſignificat. In noĩe. n. magiſter, magis & ter conſignificant, quia eſt magiſter: ſublatum ver ter. & magis, non erit alicuius ſignificatio, niſi tibi hoc alii nomen dare placuerit. Oĩa. n. nomina non naturaliter ſunt, ſed ad placitum ponuntur. Sed de hoc in cõmentario libri περὶ ἑρμηνείας Ariſtotelis dictum eſt, & maior eius rei tractatus eſt, quam vt nunc queat expediri. Reuertamur igitur ad nomen. ſed qm̃ ſunt quædam voces, quæ ex deſignatiuę ſunt, & ſm placitum & ſine tpe, quarum dubia ſit natura. i. nõ homo. hoc. n. ſignificat quiddam & ſm placitum impoſitum eſt. n. ſed dubium eſt, cui ſubdi poſſit. nomini. n. non p̃t. Oẽ. n. nomen ſignificat aliquid definitum. non hõ ãt, quod definitum eſt, perimit. oratio vero dici non p̃t. Omnis. n. oratio ex nominibus & verbis conſtat. non homo autem, neque ex nominibus conſtat neque ex verbis, ſed multo magis eſſe non poteſt uerbum. Omne enim uerbum cum tempore eſt, nõ homo uero ſine tempore eſt. quid ſit ergo i. a uidendũ eſt. Quoniam nõ homo uox, ſignificat quidda, quid aũt ſignificet in homine ipſo non continetur, Poteſt. n. non homo & equus eſſe, & lapis, & domus, & quicquid homo non fuerit; qm̃ ea quæ ſignificare poteſt, infinita ſunt, infinitum nomen uocatur. Et qm̃ ſunt quædam uoces & deſignatiuæ, & ad placitum, & definitæ, & quarum partes extra nihil ſignificant, vt ſunt caſus nominum, vt Ciceronis & Cicerone, & cętera, hęc nomina non erunt. Omne. n. nomen iunctum cum eſt verbo, aut verum, aut falſum demonſtrat, vt ſi dicas, dies eſt, hoc vero, aut verum, aut falſum eſt. ſi vero caſum iungas, neque verum, neque falſum efficis. Si enim dicas, diei eſt, nihil quod ſit, aut non ſit, demonſtraſti. Itaque nihil ex hoc neque verum neque falſum eſt dies. Et merito nomen id dictum. Videtur. Quod. n. primo vocabulum, nomina rebus imponentes dixerunt, id cũ nomen vocabitur merito. Qui enim primus circo circum nomen impoſuit, ita dixiſſe videtur, dicatur hoc circus. Atque ideo primus hic caſus nominatiuus vocatur, quod nomen ſit. Alijs vero nominibus, non nominis, cæteros caſus appellauere. Ergo a capite reuoluendum eſt. Nomen eſſe vocem dictum, quod uox noĩum genus ſit. Deſignatiuam ꝙ ſunt quędam voces, quæ nihil deſignant. Ad placitum, vt ab his vocibus ſeparetur, quę naturaliter ſignificant, vt ſunt pecudum. Sine tempore. ad diuiſionem verbi, quod cum tempore eſt. Cuius nulla pars extra ſignificat, vt diuideretur ab oratione, cuius partes nomina ſunt, & verba, quę ſignificant. Finitam uero, ut ab infinitis ſeparetur. Rectã, ut a caſibus diſtingueretur. Et in uerbo eadem omnia fere cõueniunt. Eſt. n. uerbum uox ſignificatiua ad placitum cum tẽpore, cuius nulla pars extra ſignificatiua eſt. Et quia eſt quædã uox ſignificatiua & ad placitũ cum tẽpore, cuius pars nihil ſignificat, ut non albet. Albet. n. quod cũ non iunctum conſignificat, ſolum non ſignificat: & quia nihil definitum monſtrat. quod. n. non albet, poteſt & rubere, poteſt & nigreſcere, poteſt & pallere, & quicquid aliud eſſe quod non albet, iõ infinitum uerbum uocatum eſt. Faciebat autẽ & faciet, ut ſuperius in nomine non verba, ſed caſus uerborum ſunt. Repetendum eſt igitur ab initio, Verbum eſſe uocem dictum a genere. Significatiuam, ut a non ſignificatiuis uocibus diuidatur. Ad placitum, ut ab illis quę natura ſunt ſignificatiuę uocibus ſeparetur. Cum tpe, ut a nomine diuideretur. Pręſens aliquid ſignificans, ut a uerbi caſibus diſtingueretur, Finitam, ut ab infinitis diſterminaretur. Reſtat ergo nunc quid ſit oratio dicere. Hęc. n. ex nomine & uerbo componi uidetur. ſed prius vtrum nomen & uerbum ſolę partes orationis ſint, conſideremus, an ẽt alię ſex, ut grammaticorum opinio fert, an aliquę ex his in uerbi & nominis iura uertantur. quod niſi prius conſtitutum ſit, tota propoſitionum ac deinceps ex ipſa quæ ex propoſitionibus componitur ſyllogiſmorum ratio titubabit. Nam ſi ex quo ſint genere termini neſciatur, totum ignorabitur, Nomen & uerbum duę ſolę partes ſunt putandæ cæterę. n. non partes, ſed orationis ſupplementa ſunt non ẽt partes, ut. n. quadrigarum frena, uel lora, nõ partes, ſed q̃dam quodammõ ligaturę ſunt, & ut dictum eſt ſupplementa ñ ẽt partes, ſic coniunctiones, & ꝑpoſitiones, & alia hmõi, q̃ nulla ꝓpria ſignificatione nituntur, ſed ſolũ aliis iunctę deſignãt, non partes orationis ſunt, ſed quædam colligamenta. nã interiectiones, ſi quidem naturaliter ſignificant, nec uero ſunt nec nomini copulandæ, ſin poſitione deſignant, nominibus adiungendę: quoniam finitam ſine tempore affectionem declarant. pronomina quoq; cum non definitum quiddam & conſtitutum ſine tempore demonſtrent, recte nominibus annumerant. Participium uero quod uocatur, uerbi loco ponatur. qm̃ tpis demonſtratiuum eſt. Aduerbiũ uero nomen eſt, cuiuſdam enim definitę ſignificationis eſt, ſine tempore, qđ ſi p caſu non flectitur nihil impedit. non. n. eſt proprium nominis flecti per caſus, ſunt. n. quædam nomina quę flecti non poſſunt, quę a grammaticis monoptota nominantur, ſed hoc gramaticę magis, quã huius cõſiderationis eſt.


## *De oratione & enunciatione, deque earum diuiſionibus. Cap. II.*

ORatio eſt vox deſignatiua ad placitum, cuius partes aliquid extra ſignificant, ut dictio, nõ ut affirmatio, Et ẽ orationi cõe cũ noĩe & uerbo, ꝙ uox eſt, & deſignatiua. & ad placitum. Cuius. n. partes ad placitũ ſunt, ea quoq; ipſa ad placitũ eſt. Orationis autẽ partes ſunt nomen & uerbum. ſed hoc ad placitũ, oratio igit̃ ad placitum eſt. Termini vero orationis a dialecticis nominantur nomina & verba. Termini vero dicti ſunt, qđ uſq; ad verbum & nomen reſolutio partium orationis fiat, ne quis orationem vſq; ad ſyllabas nominum vel verborum, tentet reſoluere, q̃ iam deſignatiuæ non ſunt. Diſtat autem a noĩe uel uerbo orationis, quod illius partes extra ſignificant, uerbi & noĩs partes nihil extra deſignãt. Eſt autem dictio, unius ſimplex uocabuli nuncupatio, uel ſimplex affirmatio Atq; ideo dictum eſt orationis partes ſignificare, ut dictionem. i. ut ſimplicẽ uocabuli nuncupationem. In oratione. n. Socrates ambulat, utraq; extra ſignificat, tantum, quantum, ſimplex vocabuli nuncupatio declarare queat. Quo modo autem, vt affirmatio ſimplex, nõ ſignificet, in cõmentario perihermenias explicui. Quid autẽ ſit affirmatio & negatio, paulopoſt explicabimus. Sunt uero ſpecies orationis in anguſtiſſima diuiſione, quinque. Interogatiua, ut putaſne aĩa immortalis eſt. Imperatiua, ut accipe codicem. Optatiua, uel deprecatiua

ua,ut faciat deus. Vocatiua, ut adeſto deus. Enunciatiua, ut Socr. ambulat, ſed ſ illis quatuor nulla neq; veritas eſt, neq; falſitas. Enunciatiua vero ſola, aut verũ aut falſum cõtinet. Atq; hinc propõnes oriunt. Ennunciatio ãt in duas partes ſecabit, in affirmationẽ, & negationẽ. Affirmatio, ẽ enũciatio alicuius de aliquo. Negatio, eſt enunciatio alicuius ab aliquo. Et eſt affirmatio, ut puta, Plato philoſophus eſt. Negatio, Plato philoſohpus non eſt. Affirmatio .n. de Platone philoſophiã enunciat aliq̃, ideſt Plat. eſſe philoſophũ. Negatio uero, a Plat. aliquã philoſophiã enunciando tollit, id eſt enunciat Platonem non eſſe philoſophum. Ennunciatiuarum igitur orationũ, aliæ ſunt ſimplices, aliæ nõ ſimplices. Simplices ſunt, ut ſi dicas, dies eſt, lux eſt; non ſimplices, ut dies eſt, lux eſt. Affirmationes uero ſimplices & negationes, aliç ſunt uniuerſales, aliç ſunt particulares, aliç indefinitæ: uniuerſales ſunt quç, aut omne affirmant, ut omnis homo animal eſt: aut oẽ negant, ut nullus homo animal eſt: particulares uero, quç aliquem affirmant, vel aliquem negant, ut aliquis homo animal eſt, aliquis homo animal non eſt; indefinitç uero, quæ neq; uniuerſaliter affirmant, aut negant, neque particulariter, ut homo animal eſt, homo animal non eſt. Diuiditur autem ſimplex ꝓpoſitio in duas partes, in ſubiectum & prçdicatum, ut homo animal eſt, homo ſubiectum eſt, animal uero de homine prçdicatur. hæ autem partes termini nominantur: quos definimus ſic. Termini ſunt partes ſimplicis propoſitionis, in quibus diuiditur principaliter propoſitio. Eſt enim ſimplicis propoſitionis, uniuerſalis ſecunda diuiſio, ut ſit in propoſitione, omnis homo, animal eſt, omnis homo unus terminus, alius uero, animal eſt. Sed hoc ſecundo loco; illud uero principaliter. Nam primi termini ſunt ſubiectum & prçdicatum. Eſt enim & non eſt, non magis, termini ſunt, quam affirmationis vel negationis deſignatiua ſunt; & omnis uel nullus, uel aliquis, non magis ſunt termini, quam definitionum; vtrum particulariter, an uniuerſaliter dictum ſit, deſignatiua ſunt. Diuiditur ergo, ut dictum eſt, propoſitio in id qđ ſubiectum, & in id quod prædicatur. Dico autem ſubiectum, ut in, omnis homo animal eſt, propoſitione, hominem: id vero quod prædicatur, dico animal. & ſemper quod prçdicatur, aut abundat & ſupereſt ſubiecto, aut æquatur. Minus autem prçdicatum a ſubiecto nũquam reperietur. Sed id quod dicimus, demonſtremus exemplis. ſubiecto prçdicatum abundat, quoties genus aliquod de aliquo prçdicatur, ut ſi dicas, omnis homo animal. Non enim potes conuertere, ut dicas, omne animal homo eſt, quia animal ab omne plus eſt & abundat. Aequatur autem prçdicatum ſubiecto, quoties propriam quoddam cuipiam prçdicatur, ut omnis homo riſibile eſt, potes conuertere, omne riſibile homo eſt, ut autem minus ſit id quod prædicatur, fieri nequit. Dicitur etiã præcedere prædicatum ſequi quod ſubiectum eſt, prçdicatum enim magis idoneum eſt conſtituere propoſitionem, quam id quod ſubiectum eſt.

## *De propoſitionum categoricarum uaria inter ſe participatione. Cap. III.*

SImplicium autem propoſitionum, aliç ſunt in nullo ſibi participantes, ut ſunt, omnis homo animal eſt, & uirtus bona eſt, & aliç huiuſmodi ꝓpoſitiones: aliç uero quç participant. Participantium, aliç ſunt quæ in utroque termino participant, aliç quç in altero. & quç in altero termino participant, tribus modis, vtroq; uero duobus. oſtendamus ergo exemplis, quomodo altero tribus modis participant. communis enim terminus eſt cum in una ſubiectus ſit, in altera prædicatus, ut eſt omnis homo animal eſt, & omne animal animatum. in priore enim propoſitione animal prçdicatur ad hominem, in poſteriore prçdicatur ad animal animatum, & ſit animal ſubiectum. Et eſt hic primus modus de eis quç altero termino participant. Secundus uero modus eſt, in quo utriſque communis terminus prædicatur, ut ſiquis dicat, omnis nix eſt candida, & omnis margarita cãdida. Etenim in prima & ſecunda propoſitione candida prædicatur, in prima ad niuẽ, in ſecũda ad margaritã. Et eſt hic ſecũdus modus altero termino participãtium. Tertius uero modus eſt, quoties in utriſq; ꝓpoſitionibus communis terminus ſubiectus eſt, ut ſi dicas. Virtus bonum eſt, virtus iuſtum eſt. in vtriſq; .n. ad iuſtum & ad bonum virtus ſubiectũ eſt. Sunt igitur participantes alterum terminũ his tribus modis, aut cum in una cõis terminus ꝑdicatur in alia ſubiectus eſt, aut cum in vtriſq; ꝑdicatur, aut cum in vtriſq; ſubiectus eſt. Earũ uero q̃ ad vtroſq; participant terminos duo ſunt modi. Aliç .n. ad eundem ordinem, aliç ad ordinis commutationẽ. Ad eundẽ ſunt, q̃ de eodem idẽ demonſtrant, vel affirmatiue vel negatiue, vel vr̃, uel particulariter. & vr̃ quidem vt oĩs uoluptas bonũ eſt, nulla uoluptas bonum eſt. & rurſus particulariter, q̃dam voluptas bonum eſt, q̃dam voluptas bonum nõ eſt. Ad ordinis uero cõmutationem ſunt, quoties qui in altera ſubiectus eſt terminus, in alia prædicatur, vt oẽ bonum iuſtum eſt, & oẽ iuſtũ bonum. Nam in priore, bonum ſubiectũ eſt, iuſtum, ꝑdicatum: in ſecunda, iuſtum, ſubiectum eſt bonũ, ꝑdicatum. Nunc ergo, qm̃ aliç ad eũdem ordinem, aliæ ad ordinis cõmutationem ſunt: prius dicemus de his, q̃ ad eundẽ ordinẽ; vtroq; termino participant. Et qm̃ ſunt propõnes, aliæ affirmatiuæ, aliæ negatiuæ, aliæ vniuerſales, aliç particulares, aliæ indefinitç: duæ ſunt, ex his, q̃ qualitate differũt, tres q̃ q̃titate. Et ſunt q̃ qualitate differunt, affirmatiua, & negatiua: q̃titate vero q̃ differunt, ſunt vniuerſalis, particularis, & indefinita. In affirmatiuis .n. & negatiuis quale quid ſit aut non ſit, oſtẽditur. In vl̃is particulari, & indefinita, de oĩum vel nullorum vel nonnullorum q̃titate mõſtratur. Ex his ergo quinq; differentiis, i. vniuerſali, particulari, indefinita, affirmatiua, negatiua, ſex coniunctiones fiunt, ita vt tribus q̃ ad q̃titatem dicuntur, duç, q̃ ad qualitatẽ dñr, apteni: & ſit vl̃is affirmatiua, & vl̃is negatiua, vt omnis hõ iuſtus eſt, nullus hõ iuſtus eſt: ꝗ particularis affirmatiua. & particularis negatiua, vt quidam hõ iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt: & indefinita affirmatiua, & indefinita negatiua, vt homo iuſtus eſt, homo iuſtus nõ ẽ. fiunt ergo ex duab. ſunt ad qualitatem, tribus q̃ ſunt ad quãtitate iunctis, ſex cõiunctiones, a quibus indefinitas affirmatiuas & negatiuas ſeparemus, & de ſolis vniuerſalibus & particularib. tractatus habeatur. Subſcribantur ẽt earum participãtiũ, q̃ ad eundem ordinem vtroq; termino participant duæ vl̃es propoſitiones, vna affirmatiua, & altera negatiua, & ſit affirmatiua vniuerſalis, omnis homo iuſtus eſt, & cõtra ipſam, vl̃is negatiua, nullus homo iuſtus eſt. Item ſub his ponantur particularis affirmatio, & particularis negatio, ita ut ſub vl̃i affirmatiua ponatur particularis affirmatio, & ſub uniuerſali negatiua ponaẽ particularis negatio, & ſit particularis affirmatiua, quidam homo iuſtus eſt. & contra ipſam particularis negatiua, quidam hõ iuſtus non eſt, quod demõſtrat ſubiecta deſcriptio.



In ſuperiori igitur deſcriptione, uniuerſalis affirmatiua, & uniuerſalis negatiua, contrarię ſunt: ſubcontrarię vero, particularis affirmatiua & particularis negatiua: ſubalternæ vero dñr, vl̃is affirmatiua & particularis affirmatiua. & item, uniuerſalis negatiua, & particularis negatiua: contraiacentes ſunt angulares, ideſt uniuerſalis affirmatiua & particularis negatiua. & itē, vniuerſalis negatiua, & particularis affirmatiua, ut Oĩs hō iuſtus eſt, Quidā homo iuſtus non eſt. Nullus hō iuſtus eſt, Quidam hō iuſtus eſt. & ſunt vt hoc modo definiri poſſint. Contrariæ ſunt, q̃ uniuerſaliter eidē idem hæc affirmat, hæc negat, Subcontrarię ſunt, q̃ particulariter eidē idē, hæc affirmat, hęc negat. Subalternę ſunt, q̃ eidē idem affirmant, vel negant, hæc particulariter, illa vniuerſaliter. Contraiacentes ſunt, q̃ñ eidē eandē rem, hęc affirmat, hęc negat; vel hæc negat, hęc affirmat; illa generaliter, hæc particulariter. Et uocantur contrarię, quia quod affirmatio uniuerſaliter ponit, negatio uniuerſaliter tollit. Subalternæ vero, qm̃ qđ illa uniuerſaliter ponit, ēt hæc particulariter ponit. Subcontrarię uero dictę ſunt, uel ꝙ naturaliter ſub ipſis cõtrarijs poſitę ſunt, vt deſcriptio docet; vel qđ a contrarijs diuerſę ſunt, & ipſis cõtrarijs quodāmodo cõtrarię. nā contrarię, vt utræq; ſimul ſint, fieri non pōt: ut vtręq; oĩno non ſint, fieri pt. Contrariam uim obtinebunt ſubcontrariæ. nam ut utręq; oĩno non ſint, fieri non pōt, ut vtręq; ſimul ſint, fieri pt, qđ in ſequentibus melius explicabitur. Contraiacentes dicuntur, qm̃ vniuerſalis affirmatio vel negatio, particularem affirmationem uel negationē angulariter reſpiciunt. Cū aūt ſingulæ propoſitiones habeant duas dr̃ias, vnā ad qualitatē, alteram ad quantitatem: ut q̃ vniuerſalis affirmatiua eſt, habeat differentiam ad quantitatem; ꝙ vniuerſalis eſt; & aliam ad qualitatem, ꝙ affirmatiua eſt. Eodem modo cetetę ꝑpoſitiones binas habeant differētias, vnam ſm qualitatem, alteram ſm quantitatē. Subalternae q̃ ſunt, una tm̃ differentia diſtant quātitatis, ꝙ haec particularis, illa vniuerſalis eſt. nam qualitatis differentiā, nullam retinent. vtraeq;. n. affirmatiuae vel negatiuae ſunt. Illae uero aliae, ideſt cõtrariae & ſubcõtrariae ad qualitatē, ꝙ illa affirmatiua, illa negatiua eſt. nam ad quantitatem nihil differunt. utraeq;. n. contrariae uniuerſales, utraeque ſubcontrariae particulares ſunt illae autem quae contraiacentes dicuntur. utriſque differentijs differunt. nam & illa vniuerſalis affirmatio eſt, haec particularis negatio; & illa uniuerſalis negatio eſt, haec particularis affirmatio.

### *De propoſitionum categoricarum ueritate & falſitate. Cap. IIII.*

NVnc quoniam q̃ ſecundum qualitatem, uel ſm quantitatem, & quomodo differant dictum eſt, earum ꝓprietates, q̃ ſm verum, falſumq; ſunt, explicemus. Igitur earum q̃ ſubalternę ſunt, ſi fuerit vera vniuerſalis affirmatio, uera erit particularis affirmatio. Si. n. omnis homo iuſtus eſt, vera eſt; vera erit etiam q̃ dicit, aliquis homo iuſtus eſt. nā ſi omnis homo iuſtus eſt, & quidam. Eodem modo negatiuę ſubalternę: nam ſi vniuerſalis negatiua uera fuerit, erit etiam vera negatiua particularis. vt ſi nullus homo iuſtus eſt, vera fuerit; etiam erit vera, quidam homo iuſtus non eſt. nam ſi nullus homo iuſtus eſt, nec quidam. Conuerti autem nō poteſt: nam ſi particularis vera fuerit: non neceſſe erit veram eſſe etiam uniuerſalem, vt ſi, quidam homo iuſtus eſt, uera fuerit, non neceſſe erit veram eſſe, omnis homo iuſtus eſt. poſſunt. n. eſſe non omnes, Et eodem modo de negatiua. nā ſi particularis negatiua vera fuerit, vt eſt, quidam homo nō eſt iuſtus, non neceſſe erit vniuerſalem, nullus homo iuſtus eſt, veram eſſe. Poteſt. n. fieri vt quidam iuſti ſint. Ergo dicamus, ĩ ſubalternis propoſitionibus ſi vniuerſales verę ſint, veras eſſe neceſſe eſt particulares, ſed nō conuertitur. nam ſi particulares veræ fuerint, non neceſſe eſt ueras etiā vniuerſales eſſe. Particulares uero ad uniuerſales contrariam conuerſionē habent. nā (vt ſuperius) ſi uniuerſales verę eſſent, etiā particulares ueræ eſſent, & ſi particulares verę eſſent, non omnino verę eſſent etiam uniuerſales: In particularibus, ſi particulares falſæ fuerint, falſae erunt etiā uniuerſales. nam ſi particularis, quidā homo iuſtus eſt, falſa fuerit: vniuerſalis etiam, omnis homo iuſtus eſt, falſa erit. nam ſi, quidam homo iuſtus eſt, falſa eſt; vera eſt, nullus hō iuſtus eſt. ſi uera eſt, nullus homo iuſtus eſt; falſa eſt, omnis homo iuſtus eſt. Falſa igitur particulari, falſa erit uniuerſalis. Item ſi negatiua particularis falſa fuerit, q̃ eſt, quidam hō iuſtus nō eſt: falſa erit etiam, nullus homo iuſtus eſt. nam ſi falſum eſt, quidam homo iuſtus non eſt, uera eſt, oĩs homo iuſtus ē. ſi vera eſt haec, falſa eſt, nullus homo iuſtus eſt, falſa igitur particulari, falſa erit etiam uniuerſalis. Sed non conuertit, vt ſi vniuerſales falſae ſint, falſas neceſſe ſit eſſe particulares. nā ſi vniuerſalis, omnis homo iuſtus eſt, falſa fuerit: non neceſſe eſt particularem, quidam homo iuſtus eſt, falſam eſſe. Pōt. n. fieri, vt ſi omnis hō iuſtus non fuerit, ſi quidam iuſtus; & itē ſi vl̃is negatiua, nullus homo iuſtus eſt, falſa fuerit: non neceſſe erit, quidam homo non eſt iuſtus, falſam eſſe. nā ſi falſa, nullus homo iuſtus eſt: verum eſt, eſſe aliquos iuſtos, vera eſt etiam q̃ dicit, quidam homo iuſtus non eſt, ꝙ ſint quidam etiam non iuſti. Repetens igitur a capite dicat, ꝙ in ſubalternis, ſi vniuerſales verae fuerint, verae erunt etiam particulares. ſed nō conuertitur. Item ſi particulares falſae fuerint, falſae erunt etiam vniuerſales. ſed non cõuertitur. Contrariae uero ſimul eſſe verae nunquam poſſunt. Pōt. autem fieri, vt alias vtraeq; falſae ſint, alias vna vera, altera falſa: vtraeq; falſae ſunt. vt ſi quis dicat, omnis homo grammaticus eſt, falſa eſt; nam non omnis. & nullus homo grammaticus eſt, falſa eſt: nam non nullus. Eſt autem vna vera, altera falſa, vt ſiquis dicat, omnis homo bipes eſt, haec affirmatiua vera eſt. nullus homo bipes eſt, haec negatiua falſa eſt. Et item omnis homo quadrupes eſt, haec affirmatiua falſa eſt. Nullus homo quadrupes eſt, haec negatiua vera eſt. Sunt ergo contrariae aliquoties vtraeq; falſae, aliquoties inter ſe verum falſumq; diuidentes. vt vtraeq; autē verae ſint, fieri nunquam poteſt. Subcontrariae vero contraria patiuntur. nam falſae nunquam reperiri queūt. ſed alias verae vtraeq; ſunt, vt eſt quidam homo grāmaticus eſt, vera eſt: & quidam homo grāmaticus non eſt, etiā haec uera eſt. Pōt. n. alius eſſe grāmaticus & alius non eſſe. Alias vna vera eſt, altera falſa vera eſt. n. affirmatio, quidam homo bipes eſt: falſa eſt autem negatio, quidam homo bipes non ē. item falſa eſt affirmatio. quidam homo quadrupes eſt: uera eſt negatio, quidam homo quadrupes non eſt. vt vero vtraeque falſae ſint, fieri nunq̃ pōt. Reſtat igitur, vt de contraiacentibus dicamus, q̃ neque falſae ſimul aliquando eſſe poſſunt, neq; verae, ſed ſemper vna vera eſt, altera falſa. quod facilius liquet, ſiquis ſibi q̃cunque fingat exempla. Res admonet, ut q̃dam de indefinitis propoſitionibus conſideremus. Indefinitae etenim propoſitiones aequam uim retinēt particularibus propoſitionibus. Dictum eſt enim quod ſi vniuerſales, vel affirmatiuae vel negatiuae in ſubalternis ꝓpoſitionibus eſſent verae, eſſent quoq; verae particulares. Nunc vero dicimus. quod ſi vniuerſales propoſitiones verae fuerint, verae erunt etiam indefinitae. nam ſi uera eſt, Omnis homo bipes eſt, vera eſt etiam, quidam homo bipes eſt; vera erit etiam ĩndefinita, q̃ dicit, homo bipes eſt. Item dictum eſt, quod ſi particulares falſae eſſent, falſae eſſent etiā vniuerſales: nunc vero dicendum eſt, quod ſi indefinita falſa fuerit, falſa erit etiam vniuerſalis. nam ſi falſa eſt q̃ dicit, Homo quadrupes eſt, falſa erit etiam q̃ dicit, quidam homo quadrupes eſt, & omnis homo quadrupes. Atq; idem hoc etiam in negatiuis conuenire uidetur. Vnde conſtat, ꝙ omnes indefinitae particularibus propoſitionibus aequam vim continent. Rurſus dictū eſt, ꝙ ſubcõtrariae, quae particulares affirmatiuae & negatiuae ſunt, ſimul uerae eſſe poſſunt, diuidere etiam verum falſumq; valent, ſimul vero falſas eſſe non poſſe. hoc idem in indefinitis propoſitionibus expectandum eſt. nam diuidunt inter ſe uerum falſumque, vt ſiquis dicat homo bipes eſt, uera eſt homo bipes non eſt, falſa eſt: & item hō quadrupes eſt, falſa eſt. homo quadrupes non eſt, uera eſt. uerae aūt ſimul inueniri poſſunt,

ut ſiquis

vt ſiquis dicat, homo grammaticus eſt, ſiquis hoc dicat de Donato, verum eſt. Item hō grammaticus non eſt, ſiqs hoc dicat de Catone, verum eſt. vt ſimul falſę ſint, nunq̃ reperiemus. Hinc quoq; oſtenditur indefinitas cum particularibus ęquali eſſe potentia. Amplius quod dictum eſt, contraiacentes, ideſt vniuerſalem affirmatiuam & particularem negatiuam, & item, vniuerſalem negatiuam & particularē affirmatiuam, neq; ueras ſimul eſſe neq; falſas, ſed inter ſe diuidere verum falſumq;, hoc idem euenit in indefinitis. Nam uniuerſalis affirmatiua, & indefinita negatiua, vel vniuerſalis negatiua & idefinita affirmatiua, neq; verę ſimul eſſe poſſunt, neq; ſimul falſę. Diuidunt autem inter ſe verum falſumque. nam ſi dixeris, omnis hō bipes eſt, vera eſt, & ſi dicas, hō bipes non eſt, falſa eſt. Item ſi dixeris, hō quadrupes eſt, falſa eſt. ſi dixeris, nullus hō quadrupes eſt, vera ē. vnde hinc quoque colligere licet, omnes indefinitas poteſtate & ui æquales eſſe particularibus. Sunt etiam quędam propoſitiones, q̃ diuidūt quidem & ipſæ uerum & falſum, vt Deus fulminat, Deus non fulminat. Sed iſtę tunc diuidunt inter ſe verum & falſum, cum idem tempus, idem ſubiectum, idem prædicatū ſit. quod autem dico tale eſt, ſi æquiuocum ſubiectū fuerit, non diuidunt verum & falſum. Siquis. n. dicat, Cato ſe Vticę occidit, & reſpondeatur, Cato ſe Vticæ non occidit, utręque verę ſunt. Nam & Cato minor ſe Vtice peremit, & Cato cenſorius ſe Vticæ non occidit. Sed hoc idcirco euenit, ꝙ Catonis nomen æquiuoce dicitur. Dicitur. n. & maior Cato cenſorius, & minor Vticenſis. Item ſi æquiuoca fuerit in propoſitione prędicatio, verum inter ſe affirmatio negatioque non diuidunt. Siqs. n. ſic dicat, in nocte lucet, & reſpondeatur, in nocte non lucet: fieri p̄t vt vtræq; veræ ſint. Nam in nocte lucerna lucere poteſt, & Sol lucere nō poteſt. hoc idem euenit quia lucere ęquiuoce & ad lucernæ lumen, & ad Solis dicitur. Amplius ſi aliud & aliud in ſubiectis & prędicatis tempus fuerit, uerum falſumq; inter ſe affirmatio negatioq; non diuidunt. nam ſiquis dicat Socrates ambulat, & reſpondeatur Socr. non ambulat, poſſunt vtræq; verę eſſe, pōt. n. fieri vt Socr. alio tēpore ambulet, alio tēpore nō ambulet, ſed aut ſtet, aut ſedeat, aut quodlibet aliud. in talibus ergo ꝓpoſitionibus quales ſunt, Soc. ambulat Soc. nō ambulat, illę inter ſe verum falſumq; diuidunt, q̃ ad idē ſubiectū, ad idem prædicatum, ad idem tempus, dicuntur. Sunt etiam alię: quę contradictorię vocantur, quę ſunt huiuſmodi, quoties affirmationem vniuerſalem tollit negatio particularis, vt eſt omnis homo iuſtus eſt, non omnis hō iuſtus eſt: & rurſus, nullus homo iuſtus eſt, non nullus homo iuſtus eſt. in his. n. vniuerſalis determinatio tollitur. ſed de his alias.

*De propoſitionum categoricarum commutatione ſimplici.* *Cap. V.*

ET qm̃ dictum eſt de his quæ eodē ordine participāt: dicamus nunc de his quę ordinis commutatione participant. Harum quoq; propoſitionum, q̃ ad commutationem ordinis participant, duplex modus eſt. eſt. n. per contrapoſitionem conuerſio, vt ſi dicas, omnis homo animal ē, omne non animal non homo eſt. Simplex conuerſio eſt, vt ſi dicas, omnis hō riſibile, & omne riſibile hō, ſed in illis terminorum tm̃ commutatio conuerſionem facit, in quibus neque p̄dicatum ſubiecto, neq; ſubiectum p̄dicato abundat. In hac. n. ꝓpoſitione q̃ dicit, omnis hō riſibile. hō ſubiectū, riſibile p̄dicatum æquā uim habēt, & iō cōuerti pōt, vt ſit riſibile ſubiectū, & hō p̄dicatum, & dicat omne riſibile hō. In quibus vero vnus terminus alio abūdauerit, conuerti ꝓpoſitio non p̄t. Nā ſi dicas oīs hō aīal eſt, vera eſt, non tn̄ pōt fieri, vt conuerſa hæc ꝓpoſitio terminis commutatis uera ſit, falſum eſt. n. dicere oē animal hō eſt. Sed hoc cur euenit, q̃a hoīe animal abundat. Illa vero cōuerſio, quę per contrapoſitionē ſit, hoc mō ſit. quoties qđ i affirmatiua ſubiectū fuerit, idem mutatum & factū p̄dicatū ad negatiuam particulā ponitur, vt eſt, omnis hō animal eſt. Hic hō ſubiectum eſt, & ad hoc animal prędicatur. Si vero quis per contrapoſitionem conuertat, & faciat animal ſubiectum, hominem p̄dicatum, & ad hominem particulam negatiuam ponat, hoc mō faciet, Oē non animal non homo eſt, & erit iſta conuerſio; omnis homo animal eſt, oē non animal nō homo eſt. ſed de his poſterius tractabimus, nunc ad ſimplices reuertamur. Cum ſint igitur quatuor propoſitiones, quarum duę uniuerſales ſunt, i. affirmatiua & negatiua: duę uero particulares, ideſt affirmatiua & negatiua, particularis affirmatiua, & vniuerſalis negatiua commutatis terminis ſibi ipſa conuertitur. Conuertunt autem illæ (ut dictum eſt) quoties cōmutatis terminis, vel ſimul veræ ſunt, vel ſimul falſæ. Nam ſiqs dicat, quidā homo animal eſt, uera eſt. Conuerſio uero eius, q̃ eſt quoddam animal homo eſt, uera eſt. Itē, quidam hō lapis eſt, falſa eſt, quemadmodum & eius conuerſio, quidam lapis homo eſt, nam & iſta falſa eſt. Et igitur particularis affirmatiua q̃ commutatis terminis ſibi ipſa conuertit. Idē vero patitur vniuerſalis negatio. Siquis. n. dicat, nullus homo lapis eſt, vera eſt, & poteſt conuerti nullus lapis homo eſt, nam & iſta uera eſt. Item, nullus homo rhetor eſt, falſa eſt; & eius conuerſio, nullus rhetor homo eſt, falſa eſt. In quatuor igitur his propoſitionibus, duę tm̃ contraiacentes ſibi ipſę conuertitur, ideſt particularis affirmatio, & vl̃is negatio. Aliæ uero duæ ſibi ipſę non conuertuntur. Nā neq; vl̃is affirmatio, neq; particularis negatio ſibi ipſa conuertit. Siquis. n. dicat, Omnis homo animal eſt, vera eſt. Siquis uero conuertat, omne animal homo eſt, falſum eſt. Non igitur ſibi ipſi conuerti poteſt, quoniam conuerſa prioris ueritatē non recipit. Neq; vero particularis negatio ſibi ipſa cōuertitur. Nam ſiquis dicat, quidam homo grammaticus non eſt, vera eſt; ſi vero conuertat, quidam grammaticus homo non eſt, falſa eſt, Omnis. n. grammaticus homo eſt. Repetendum eſt igitur a capite, quod cum quatuor propoſitiones ſint, affirmatio uniuerſalis, negatio uniuerſalis, affirmatio particularis, negatio particularis, particularis affirmatio, & uniuerſalis negatio, quæ contraiacentes ſunt, ſibi ipſis conuerti poſſūt. Vniuerſalis uero affirmatio, & particularis negatio, q̃ ipſæ contraiacentes ſunt, nunq̃ poſſunt ſibi ipſis conuerti. Nec hoc nos turbet, ꝙ quędā affirmationes uniuerſales, & q̃dam particulares negationes conuerti poſſunt. Pōt. n. dici, omnis homo riſibilis eſt, omne riſibile hō eſt, & vtræque verę ſunt. Et iterum, omnis homo hinnibilis eſt, falſa eſt, & omne hinnibile homo eſt, & hæc quoq; falſa eſt. Item in particulari negatione, quidam homo non eſt lapis, uera eſt, & quidam lapis non eſt hō, vera eſt. Item quidam homo non eſt riſibile, falſa eſt; quoddam riſibile hō non eſt, & hęc quoq; falſa eſt. ergo uidentur poſſe uniuerſales affirmationes, & particulares negationes conuerti, & conuertuntur quidem, ſed non uniuerſaliter. Generaliter autem dico propoſitiones poſſe conuerti, quoties vl̃iter, ideſt in omnibus cōuertuntur. Iſtæ autem in duabus ſolis materiebus conuerti poſſunt. Siquis. n. proprium, cuiuſlibet ſpeciei ad ipſam ſpeciem, cuius eſt proprium velut ad ſubiectum prædicet, pōt conuertere. Nam quia riſibile propriū eſt homini, ſi prędices riſibile, & ſubijcias hominē, vt eſt omnis homo riſibile eſt, potes iterū ſubijcere riſibile, & hominem p̄dicare. vt ſi dicas, oē riſibile eſt homo. In illis vero ſimul falſæ ſunt generaliū affirmatiuarū conuerſiones, in q̃bus id qđ p̄dicatur ad ſubiectū nullo tp̄e vere dici p̄t, ut ſiqs dicat, omnis hō lapis eſt, falſa eſt. Et iterū. oīs lapis hō eſt, falſa eſt. hæc, qm̃ nullo tp̄e neq; hō lapis eſt, neq; lapis hō, vere p̄dicabit. In particularibus negatiuis contrarium eſt, nam tū falſę ſunt, cum proprium ſubiectum eſt, aut p̄dicatum. vt ſiquis dicat, Quidam homo riſibile non eſt, falſum eſt. Itē quoddā riſibile hō non eſt, & hæc quoq; falſa eſt. In illis verę ſunt, qn̄ id quod affirmando nullo tempore vere prędicari poteſt; ad ſubiectum p̄dicant. vt ſi dicas, quidā hō lapis nō eſt, vera ē. Iterū quidam lapis homo non eſt, vera eſt. Ergo vniuerſales affirmationes tum ſibi conuertuntur, vt verę ſint, cum proprium prædicant; tum ſibi conuertuntur, vt falſę ſint, cū id quod nullo tp̄e ad ſubiectum vere dici poterit, prędicatur. Itē in particularibus negatiuis, tum falſę ſunt, cum propriū

prædicant, tum verę, eum id quod nullo tempore uere dici poterit, prędicant. In his ergo ſolæ côuerti poſſunt iſtæ. In alijs vero conuerti non poſſunt. Atq; ideo vniuerſaliter non côuertuntur. remanet ergo ut in alijs rebus omnibus, ut ſuperius dictum eſt, non conuertantur.

*De propoſitionum categoricarum commutatione per accidens. Cap. VI.*

HOc vero perſpiciendum eſt, quod particularis affirmatio quę ſibi ipſa conuertitur, vniuerſali affirmationi quæ ſibi non conuertitur per accñs conuerti pt. Et item contraiacẽs vli affirmationi particularis negatio, quę ſibi ipſi non conuertitur, conuerti poteſt per accidens negationi vniuerſali, quę ſibi ipſi conuertitur. Sed quomodo particularis affirmatio, & vniuerſalis negatio ſibi ipſis conuertantur, oſtendimus. Nunc vero q̃uo particularis affirmatio vniuerſali affirmationi per accidens, uel q̃uo particularis negatio vniuerſali negationi per accidens conuertãtur, demonſtrandum eſt. Dictũ eſt ſuperius, quod ſi vera eſt vniuerſalis affirmatio, vera ẽt particularis, & ſequeretur particularis vniuerſalem Nã ſi vera eſt, omnis homo animal eſt, vera eſt ẽt, quidam homo aïal eſt. Si.n. omnis, & quidam, ſed particulari affirmatio ſibi ipſa conuertitur, conuertitur ẽt vniuerſali affirmationi. Nam ſi omnis homo animal eſt, quidam homo animal eſt. Sed iſta ſibi conuertitur, hoc modo ſi dicas, quoddam animal homo eſt. Poteſt igitur côuerti ad, omnis homo animal eſt, vniuerſalem affirmationem, particularis affirmatio, quæ eſt quidam homo animal eſt, & conuertitur, ut ſi dicas quoddã animal homo eſt, utræque enim verę ſunt, & quæ dicit, omnis homo animal eſt, & quę dicit quoddam animal homo eſt. Per accidens aũt conuerti dicitur particularis affirmatio vniuerſali affirmationi, quia particularis affirmatio ſibi ipſa principaliter conuertit, ſecundo vero loco, vniuerſali affirmationi conuertitur. Reſtat igitur, vt hoc monſtremus. Q̃uo particularis negatio, quę ſibi non conuertitur, vniuerſali negationi quæ ſibi conuertitur, per accidens conuertatur, & hic eadem ratio eſt. Nam quoniam vniuerſalis negatio, ſi vera eſt, vera eſt etiam particularis, vniuerſalis vero negatio ſibi ipſa conuertitur, poteſt vniuerſali negationi conuerſę particularis côuerti negatio. Age.n. vlem negõnẽ. i. nullus homo hinnibilis eſt, côuertamus, ut ſit nullum hinnibile hõ eſt. Sed iſtam propoſitionẽ. i. vlem negatiuã, quę eſt, nullus hõ hinnibilis eſt, ſequitur particularis negatio, quę eſt. quidam hõ non eſt hinnibilis. Conuertere igitur vlem q̃ eſt, nullus hõ hinnibilis eſt, & fac, nullum hinnibile hõ eſt. conuerte huic particularẽ negationẽ q̃ eſt, quidã hõ non eſt hinnibilis, & fac quoddã hinnibile non eſt homo, vtręq; ergo verę ſunt. Nam & nullũ hinnibile homo eſt, quę eſt vniuerſalis conuerſio negationis, vera eſt, & quoddã hinnibile non eſt hõ, quæ conuerſio particularis negationis eſt. Cur autem per accidens conuerti dicat, ſuperius dictum eſt. Liquet ergo talis côuerſio per accidens. Quod igitur habet vniuerſalis affirmatio, hoc habet contraiacens particularis negatio: vtræq; .n. ſibi conuerti non pñt. Quod ãt habet vniuerſalis negatio, hoc habet, & ei contraiacens affirmatio particularis. vtręq; .n. ſibi conuerti pñt. Iunctę ergo quę ſibi conuerti pñt, & quę ſibi conuerti non poſſunt, vt quę ſibi conuerti pt, iungatur ei, quę ſibi conuerti non põt: & quæ ſibi conuerti non põt, iungatur ei quę ſibi conuerti poteſt, faciunt per accidens conuerſiones, quę ſuperius demonſtratæ ſunt.

*De propoſitionum categoricarum commutatione per contrapoſitionem. Cap. VII.*

REſtat vt de his conuerſionibus dicamus, quæ per contrapoſitionẽ fiunt, & primum earum ſit diſpoſitio in deſcriptione ſubiecta. generalis.n. affirmationis, quæ dicit, omnis homo animal eſt, conuerſio per contrapoſitionem eſt quæ dicit, omne non animal non homo eſt. Item generalis negationis quę dicit, nullus homo aïal eſt, conuerſio per contrapoſitionem eſt, nullum non animal non homo eſt. Item particularis affirmationis quę dicit, quidam homo animal eſt, conuerſio per côtrapoſitionem eſt, quę dicit, quoddam non animal non homo eſt. Item particularis negationis quę dicit, quidã homo animal non eſt, conuerſi per contrapoſitionem eſt, quæ dicit, quoddam non animal non homo non eſt, quod demonſtrat ſubiecta deſcriptio.

| | |
|---|---|
| Omnis homo animal eſt. | Omne non aïal non homo eſt |
| Nullus homo animal eſt | Nullum non aïal non homo eſt |
| Quodã homo animal eſt | Quoddã non aïal nõ homo eſt |
| Quidã hõ animal non eſt | Quoddã non aïal non hõ ñ eſt |

His ergo ita poſitis, quo modo dictum eſt ſuperius in ſimplici, terminorum conuerſione, ꝙ particularis affirmatio, & generalis negatio ſibi ipſis conuerterentur. Generalis vero affirmatio, & particularis negatio ſibi ipſis nõ conuerterẽtur, hic in per contrapoſitionem conuerſionibus contra eſt. Nam generalis affirmatio per côtrapoſitionẽ, ſibi ipſa conuertitur, & particularis negatio ſibi ipſa conuertitur. Generalis vero negatio & particularis affirmatio per contrapoſitionem ſibi non conuertũtur. Quod ita eſſe his exemplis probabimus. Si enim vera ſit affirmatio generalis quę dicit, Omnis homo animal eſt, vera erit eius per contrapoſitionẽ conuerſio q̃ dicit, Omne non animal non homo eſt. Quod .n. animal non fuerit, id homo non erit. Et ſi falſa fuerit generalis affirmatio quæ dicit, omne animal homo eſt, falſa erit etiam eius per contrapoſitionem conuerſio quę dicit, omnis non homo non aïal eſt. poteſt.n. fieri vt quod homo non eſt, animal ſit. Illa enim negat eſſe animal quod homo non fuerit. Quod ſi, cum vera eſt generalis affirmatio; vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio; & ſi, cum falſa eſt generalis affirmatio, falſa eſt eius per contrapoſitionem conuerſio, non eſt dubium quin generalis affirmatio poſſit ſibi ipſa conuerti. Item nunc oſtendendum eſt, quomodo particularis negatio ſibi ipſis per contrapoſitionem conuertitur. Nam ſi falſa eſt quę dicit, quidam homo aïal non eſt, falſa erit etiam eius per contrapoſitionem conuerſio quæ dicit, quoddam non animal non homo non eſt. hoc enim videt hęc propoſitio dicere, ac ſi diceret q̃dam res q̃ animal non eſt, homo eſt. Qui enim dicit, non homo non eſt, hominem eſſe ſignificat quod animal non ſit. Hoc vero aperte falſum eſt. Omnis enim homo animal eſt. Et ſi vera fuerit particularis negatio quę dicit, quoddam animal hõ non eſt: vera erit & eius per contrapoſitionem conuerſio quæ dicit, quidam non homo non animal non eſt. Aequales eſt enim ac ſi diceret, res quæ homo non eſt, non eſt non animal, ſed animal, vt equus & nos homo non eſt, & non eſt non animal Ergo ſi, cum particularis negatio falſa eſt, falſa eſt etiam eius per contrapoſitionem conuerſio; & ſi cum particularis negatio vera eſt, vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio, non eſt dubium, quin particularis negatio poſſit per contrapoſitionem ſibi ipſa côuerti Nunc quoniam oſtenſum eſt generalem affirmatiuam, & particularem negatiuam per contrapoſitionem ſibi poſſe conuerti, oſtendamus generalem negatiuam, & particularem affirmatiuam ꝑ contrapoſitionem ſibi non poſſe conuerti. Et Prius de generali negatione dicendum eſt. Nam ſi generalis negatio vera eſt, non neceſſe erit ꝑ contrapoſitionem ſibi conuerſam veram eſſe. Sed ſi falſa fuerit, & per contrapoſitionem ſibi conuerſam falſam eſſe neceſſe eſt. Nam ſi falſa eſt quę dicit, Nullus homo animal eſt, falſa erit fortaſſe eius ꝑ contrapoſitionem conuerſio, quæ dicit, nullum non animal non homo eſt. ęquale eſt enim ac ſi dicat, nulla res eſt quę non ſit animal, & ſit non homo, quod eſt omnis res q̃ animam non habet, homo eſt. quod aperte falſum eſt. Item ſi vera fuerit generalis negatio, falſa erit eius per contrapoſitionẽ conuerſio. Nam ſi uera q̃ dicit, nullus homo eſt lapis, falſa erit eius per contrapoſitionẽ conuerſio quæ dicit, nullus non lapis nõ homo eſt. ęquale eſt.n. ac ſi dicat, nulla res eſt, q̃ cum non ſit lapis, non hõ ſit, quod eſt; omnis res quęcunq; lapis nõ fuerit, homo eſt, quod falſum eſt. Innumera-

bilia

bilia .n. inuenies, quę non ſunt lapides, & non hoies non ſunt. Ergo, qm̃ ſi generalis negatio falſa fuerit, falſa eſt eius per contrapoſitionẽ conuerſio; & ſi eadẽ vera fuerit, falſa erit eius per contrapoſitionẽ conuerſio, non eſt dubium generalẽ negationẽ ſibi nõ poſſe conuerti. Quod .n. in aliquo fallit, generaliter colligi non poteſt. Reſtat igitur, ut id qđ reliquum eſt monſtremus, particularẽ affirmationẽ per contrapoſitionem ſibi non poſſe cõuerti. Cum .n. fuerit particularis affirmatio uera, vera erit eius etiã per contrapoſitionem conuerſio. Nam ſi vera eſt quæ dicit, quidam homo animal eſt, vera eſt eius per contrapoſitionem conuerſio, quod dam non animal non hõ eſt. ęquale eſt .n. ac ſi dicat, quædã res quę animã non habet, hõ non eſt, quod verum eſt. Lapis .n. alam nõ habent, & tñ homo non eſt. Item ſi particularis affirmatio quæ dicit, quidam lapis homo eſt, falſa eſt; vera erit eius per contrapoſitionem conuerſio quæ dicit, quidã non hõ non lapis eſt. æquale eſt .n. ac ſi diceret, quędã res q̃ hõ non fuerit, lapis non eſt, quod uerum eſt. Equus .n. hõ nõ eſt, & tñ lapis non eſt. Ergo ſi, cum in quibuſdam particularis affirmatio vera fuerit, vera erit eius per contrapoſitionẽ conuerſio: & ſi, cum in quibuſdam falſa fuerit particularis affirmatio, vera erit eius per cõtrapoſitionẽ conuerſio, non eſt dubium particulares affirmationes per contrapoſitionẽ ſibi non poſſe cõuerti. Generalis vero negatio & particularis affirmatio, quæ contraiacentes ſunt, in per contrapoſitionem conuerſionibus contraria patiuntur. Nam in generalibus negatiuis, ſiue generales negatiuę veræ fuerint, ſiue falſæ, per contrapoſitionem conuerſiones ſemper falſę ſunt: in particularibus aũt affirmatiuis, ſiue particularis affirmatio vera fuerit, ſiue falſa, eius per contrapoſitionẽ cõuerſio vera eſt. Repetendũ eſt igitur a ſuperioribus, & confirmando φ in ſimplicibus terminorum conuerſionibus particularis affirmatio, & generalis negatio ſibi conuerti poſſunt. Generales vero affirmatio & particularis negatio ſibi conuerti non poſſunt. In his vero conuerſionibus quæ per contrapoſitionem ſunt, contra eſt. Nam generalis affirmatio & particularis negatio per contrapoſitionem ſibi ipſis conuerti poſſunt. Generalis vero negatio, & particularis affirmatio per contrapoſitionem ſibi ipſis conuerti non poſſunt. Et generalis negatio & particularis affirmatio q̃ ſunt contraiacentes in veri falſiq; diſtantia (vt demonſtratum eſt) ſibi ipſis inuicẽ contraria patiuntur. Hæc de categoricorum ſyllogiſmorum categoricis propoſitionibus dicta ſufficiãt. Si qua vero in his prætermiſſa ſunt, in perihermenias Ariſtotelis cõmentario diligẽtius ſubtiliuſq; tractata ſunt.

# ANITII MANLII SEVERINI
## POETHI PATRICII
## ORDINARII ET CONSVLARIS VIRI
### DE SYLLOGISMO CATEGORICO
### LIBER SECVNDVS.

*Quid ſit dici de omni & nullo, quidque eſſe in toto & nullo, & cur literis pro terminis utamur.* *Cap. I.*


SVperioris ſeries voluminis, qđ ad categoricorum ſyllogiſmorũ ppões attinebat, explicuit. Nũc ãt quãtũ introductionis patitur tẽperamẽtũ, de ipſa categoricorum ſyllogiſmorum ratione tractabitur. Et qm̃ omnium compoſitorum firmitudo vel vitium, aut in his maxime reperitur, ex quibus eſt compoſitum, aut penes bonam malamue compoſitionem eius laus uituperatioque tenetur. Nanque domus ſi ſit fortibus lapidibus debilibusve conſtructa, ipſa quoque eſt fortis aut debilis. Porro autem ſi artificis compoſitionẽ ęquabilem ſolertemq; fuerit nacta, ipſa quoq; cõſtructio merito ſtabilitatis erit laudabile fundamẽtũ. Si vero inſolertior cõpoſitio fiat, tota quoq; quis ex bonis ordinata lapidibus, nulla ſeſe gerẽs fabrica ſtabilitate nutabit. Nos quoq; hãc eandẽ imaginem ſecuti, prius de his, q̃bus ipſe ſyllogiſmus cõſtat, id eſt ppõnibus, explicuimus. Nunc vero de ipſa inter ſe ſyllogiſmorũ coniunctione, compoſitioneq; tractabimus. Illud vero meminiſſe debebis, intro ducendis hic me pſtitiſſe docendis, non introductis. Et prius qđ ſit eſſe in oĩ, vel non eſſe, paucis, oſtendã. Siqua .n. res alterius genus fuerit, oẽm intra ſe, ſpẽm cõtinebit, & in toto ſpẽs gñe illa eſſe dicet. Sit .n. genus aĩal, hõ vero ſpecies. hõ ergo, qm̃ minus eſt q̃ aĩal, in toto aĩali eſſe dicetur. Oĩs .n. hõ aĩal eſt. Siqs ergo ſic dicat aliquã rem, de oĩ alia re pdicari conuerſa vice nihil intereſt. Nam ſicut in toto aĩali hõ eſt, ſic ẽt aĩal de oĩ hoĩe pdicatur. In toto uero non eſſe, eſt quoties alia res ab alia re oĩ diſiuncta eſt, vt ſi dicas aĩal in nulla lapide eſt, nullũ .n. aĩal lapis eſt, & ſi dicas, aĩal de nullo lapide pdicatur, de nullo .n. lapide aĩal dr̃. Definimus ergo in toto eſſe, vel in toto non eſſe ſic, in toto eſſe, vel de oĩ prædicari, dr̃ quoties non pt inueniri aliqd ſubiecti, ad qđ illud qđ pdicatur, dici non poſſit. Nanq; nihil hoĩs inuenitur, ad qđ aĩal dici non poſſit. In toto vero non eſſe, vel de nullo pdicari dr̃, quoties nihil ſubiecti poterit inueniri, ad qđ illud qđ pdicatur dici poſſit. Nihil .n. lapidis inueniri pt, de quo poſſit aĩal pdicari. Illud ſanẽ notandum eſt, φ eſſe in toto verſa vice oĩ. Nã ſi aliud de oĩ aliquo pdicatur, illud de quo illud pdicatur, in toto illo eſſe dr̃ qđ pdicatur, vt aĩal de oĩ hoĩe dr̃. Hõ vero in toto eſt animali, deeſt velut q̃dam pars intra totum animal latet. Et ſiqd in alio oĩ fuerit, in eo toto res illa de qua ſuperius dicebatur eſſe dr̃, vt idẽ aĩal cum in omni ſit hoĩe, & de eo omni pdicetur, hõ in toto eſt animali. His igitur ita poſitis, quotieſcunq; ita dicimus, vt literas p terminis diſponamus, p breuitate hoc & cõpendio facimus, id qđ per literas demonſtrare uolumus, vniuerſaliter demonſtramus. Nã fortaſſe in terminis aliquibus falſum ingerendum neceſſe ſit. In literis vero nunq̃ fallimur, qm̃ ad hoc vtimur literis, quaſi terminos poneremus. In literis vero ipſis, niſi terminorum coniunctio p ſe firma valenſq; fuerit, vlla neq; veritas, neq; falſitas reperiet. Quoties igr̃ aliud de alio omni pdicari uolumus oſtẽdere, ſic ponimus. Sit primus terminus .a. ſecundus .b. & pdicetur .a. de omni .b. Hoc ãt ita accipito, tanq̃ ſi poſuerimus .a. aĩal .b. hominẽ. Eodẽ mõ & de negatiuis. Nã ſi dicamus .a. de nullo .b. pdicatur, tale eſt ac ſi dicamus .a. qđ eſt aĩal, de nullo lapide pdicatur qđ eſt .b. & alia quæcunq; eis fuerint cõſimilia.

*De ſyllogiſmorum figuris & eorum differentiis.*
*Caput II.*

OMnis ãt ſyllogiſmus ſimplex, tribus terminis demonſtratur atq; cõcluditur. Sed prius ipſorũ ſyllogiſmorũ figuras aſpiciamus: Poſt vero de modis ordinibuſq; eorum tractabimus. Trib. igitur terminis ita poſitis, vt ppe ſe & ſibi cõnexi ſint, tres, non vltra, fieri cõplexiones neceſſe eſt, hoc mõ. Sit .n. a. ſit .b. ſit .c. aut .n. a. de .b. pdicabitur, & .b. de .c. aut certe .a. & de .b. pdicabitur, & de .c. uel iiſdem ipſis .a. & b. c. terminus uidebitur eſſe ſubiectus. Sit enim .a. bonum, ſit .b. iuſtum, ſit .c. virtus: aut .n. a. id eſt bonum erit in omni .b. i. iuſto, & dicetur, oẽ iuſtum bonum eſt, & item .b. iuſtum in omni .c. ideſt virtute. & dicetur, omnis virtus iuſta ẽ. Et erũt hmõi ppoſitiones. Oẽ iuſtum bonũ eſt, oĩs virtus iuſta eſt. Aut .a. ideſt bonum, de .b. quod iuſtum eſt, & de .c. quod virtus eſt prędicabitur, vt ſit, omne iuſtũ bonũ eſt. Omnis virtus bona eſt. Aut certe .a. bonum, .b. iuſto & .c. virtuti ſubiacebit. Vt dicatur, oẽ bonũ iuſtũ eſt, omne bonum virtus eſt. In hac enim complexione .b. & .c. de ſolo .a. termino prędicantur. Vbi vero .a. de omni .b. termino, & .b. item prędicatur de omni .c. Hanc figuram voco primam: quæ diffinitur ſic. Prima figura eſt, in qua is qui ſubiectus eſt, de alio prædicatur. Nanque .b. quod .a. termino ſubiectum eſt, ad .c. item


terminum prędicatur. Extremitates uero dico huius figurę quod prædicatur & quod ſubiectum eſt, id eſt.a.c. Nanq;.a. prędicatur de.b.termino, c. uero terminus.b.termino ſubiacet. Medium autem illud uoco quod alij ſubiacet, & de alio prędicatur, id eſt.b. Nam.b.terminus .a. termino ſubiacet de c. uero termino prædicatur. Maior uero extremitas eſt, quę prima prædicatur, id eſt.a. Nanq; idem.a. de.b. termino prædicatur. Minor uero, quę medio termino ſubijcitur, id eſt.c. Nanque.c.terminus medio termino, ideſt.b.ſubiectus eſt, de eo enim.b. medius terminus dicitur. Maior uero terminus.a.uocatus eſt, ideſt qui prædicatur, quoniam omne prædicatum, ab eo de quo prædicatum maius eſt. Et in concluſione, ſicut in prima propoſitione, ſemper.a.terminus prædicatur.a.enim bonum prædicatur de.b.iuſto. Et dicitur omne iuſtum bonum eſt, b. uero medius terminus prædicatur de.c. & dicitur, omnis virtus iuſta eſt. Ex his igitur concluditur in ſyllogiſmo, omnis uirtus bonum eſt, & a.bonum nominabitur de.c.uirtute, atque ideo maior a nobis extremitas appellatur.

Maior extremitas: Medius terminus: Minor extremitas
A B C
Bonum Iuſtum Virtus




Id uero meminiſſe debemus, quòd ea quæ paria ſunt, retorqueri poſſunt, & ad ſe inuicem prædicari: & ſicut id qđ prędicatur in eo quod ſubiectum eſt, omni eſt, ita ſurſus cõuerſim quod fuerit ſubiectum, in eo quod antea prędicabatur, omni erit. Nã ſi.f.&.g.duo termini, ita ſibi ſint ęquales, vt neuter neutro maior ſit, cum prędicaueris.f.de omni.g. erit.f.terminus in omni.g.termino. Si vero conuertas & prędices.g.terminum de.f.termino, erit iterum.g.terminus in omni.f.termino. Sit enim.f.riſibile.g.homo.ergo ſi prędices .f.riſibile, &.g.hominem ſubijcias.f.riſibile in omni.g.inuenitur. Omnis enim homo riſibilis eſt. Si vero prędices.g.hominé ad.f.riſibile.g.homo in omni.f.riſibili reperitur. Omne.n.riſibile homo eſt. Quid autem termini ſint, vel quid prędicatio, aut ſubiectio, priori de propoſitionibus libro ſatis dictum eſt. Sed ne forte erremus, quòd videtur vniuerſalis affirmatio conuerſa. Nam de hoc quoque ſuperius dictum eſt. Modo vero hoc ſolum monſtrare volumus, quòd quę ſunt in toto paria, ſola conuertantur. Hoc tamẽ prodeſt ad oſtenſionem ſyllogiſmorum, quæ fit in circulo, quam in analyticis diximus, Ac de prima ſyllogiſmorum categoricorũ figura expeditum eſt.

Secunda uero figura eſt quoties .a. terminus de utriſq;.b. &.c.terminus prędicatur, hoc modo. Si enim dicas .a. bonũ de omni.b.iuſto, vt ſit hoc modo propoſitio Omne iuſtum bonum eſt. Et inde.a.bonũ de omni.c.virtute, vt dicas. Omnis virtus bonum eſt, ſolum .a. de vtriſque.b. &.c.terminis prædicaſti, & erit hęc ſecunda figura. Medius autem terminus in hac figura erit qui de utriſque prędicatur, id eſt.a. Extremitates vero ea quę ſubiecta ſunt, id eſt.b.&.c. Maior vero extremitas eſt de qua primo .a. terminus appellatur, id eſt.b.iuſtum, vel ſi ad.c.primo prędicabatur.c.terminus maior extremitas inuenitur, idcirco quòd ea extremitas, de qua medius terminus primo prędicatur, in concluſione ipſa quoque prædicabitur, vt poſterius demonſtrandum eſt. Minor vero extremitas erit ad quod medius terminus poſterius prædicabitur.




Tertia uero figura eſt quoties.a.&.b. termini de uno.c.prędicantur. Siquis.n.prędicet.a.ideſt bonum, de.c.id eſt virtute, vt ſit huiuſmodi propoſitio. Omnis uirtus bonum eſt. Itẽ .b.prędicetur de.c.ut ſit omnis uirtus iuſtum eſt, tertiã figuram facit. In hac vero figura medius terminus erit, qui utriſque ſubiectus eſt, ideſt.c. Nanq; de.c.termino.a.&.b. termini prædicantur. Maior vero extremitas eſt quæ primo prędicatur, ideſt. .a. Minor vero, quæ poſtea, ideſt.b. vel ſi quęlibuerit.b.prius.a.poſterius prædicare, ſm priorem poſterioremq; prædicationem, maior minorue extremitas inuenietur. & hic quoq; maior extremitas in concluſionibus, ſicut in ſuperioribus alijs figuris, de minore prędicatur.




*De ſyllogiſmo perfecto & imperfecto, & quòd ſecunda figura & tertia de prima naſcãtur.*

*Caput III.*

Expeditis igit tribus ſyllogiſmorũ figuris, dicẽdũ eſt, qa pfectus ſyllogiſmus eſt, cui ad itegrã pbatãq; cõcluſionẽ, ex ſuperius ſumptis & ppoſitis nihil deeſt. Sed mõ atq; ordine facta concluſio nihil dehabens p ea, q̃ antea ppoſuit, terminatur. Imperfectus uero ſyllogiſmus ẽ, cui nihil ęque ad pfectionẽ deeſt, uerumtñ in his, q̃ in ppõnibus ſumpta ſunt, aliqua deſunt, cur ita eſſe uidet. ſed & hę definitiones oẽs poſterius liquebunt. Nunc aũt uñ hę figuræ naſcantur, breuiter explicãdũ eſt. Qm̃ vñ naſcunt, in eadẽ iterum reſoluuntur. Sed ſecunda & tertia figura, de prima figura naſci. & procreari vñr. Si.n. a terminus in omni .b.termino. & de omni eo prędicetur.b. vero terminus de omni.c.termino pdicat. hęc ut dictũ eſt prima ſyllogiſmorum figura eſt. Siqs igitur maiorẽ extremitatem ppõnemq; cõuertat, & qđ fuerat antea pdicatum, faciat eſſe ſubiectũ, ſecunda faciet figuram. Nã quemadmodum.a.terminus prædicatur de.b.termino, ita.b.de.c. Si ergo conuertatur, & fiat

.b.ut

ut .b.terminus de .a. termino prędicet, inuenitur.b. terminus, qui antea medius fuerat, &.e.termino ſubiectus, de. c. uero termino prædicatur, ad utroſq; terminus prędicamus. Age.n.qm̃, a.bonum de.b. iuſto prędicabatur ,b. uero iuſtū de c.uirtute prædicabatur, erat propoſitio, omne iuſtum bonum eſt, omnis uirtus iuſta eſt: manente propoſitione quę eſt, omnis uirtus iuſta eſt, prima propoſitio, id eſt omne iuſtum bonū eſt, conuertatur, & fiat omne bonum iuſtum eſt. Inueniuntur igitur propoſitiones ſic: omne bonum iuſtum eſt, omnis uirtus iuſta eſt, & ſuſtum ideſt.b.de.a.&.c.terminis prædicabitur, Cōuerſa igitur maiore prioris figuræ extreminate, ſecunda ſyllogiſmorum figura ꝓcreatur. Tertia uero figura naſcitur minori propoſitione cōuerſa. Nā ſi a. bonum prędicatur de.b.iuſto, ut dicatur, omne iuſtum bonum eſt.b.vero iuſtum prædicatur de.c. uirtute, ut dicatur, omnis uirtus iuſta eſt, ſi priore propoſitione manente, id eſt, omne iuſtum bonum eſt, ſecūda quæ eſt, omnis uirtus iuſta eſt, cōuertatur, & fiat, omne iuſtū uirtus eſt: inuenient omnes ꝓpoſitiones ſic. Omne iuſtum bonum eſt. Omne iuſtum uirtus eſt, & de.b.iuſto.a.&.c.termini prædicantur, & fit tertiæ figurę connexio. Cōuerſis igitur primis poſteriſq; extremitatib. primæ figurę, tertia uel ſecūda figura naſcitur. At uero unaquæq; harū triū figurarum habet ſub ſe plures ſyllogiſmorū modos, ut modi ſub figuris ita ſint, ut ſunt ſpecies ſub ſuis generibus. Habet.n.prima figura ſub ſe, Ariſtotele auctore, modos quatuor: ſed Theophraſtus, & Eudemus ſup hos quatuor, quinq; alios modos addūt Ariſtotele dante principium in ſcd'o priorum analyticorum volumine qd' melius poſt modū explicabit. Scd'a vero figura habet ſub ſe quatuor modos. Tertia vero auctore Ariſt.ſex. addunt ēt alij unū, ſicut, ipſe Porphyrius, ſuperiores.ſ.ſequēs.

### *De nouem ſyllogiſmorum modis figuræ. Cap. IIII.*

ET qm̃ (vt ſuperiore lib. dictum eſt) aliæ propoſitiones, affirmatiuę ſunt, alię negatiuę, & earum alię uniuerſales, alię uero particulares, ſm̃ eas ipſas propoſitiones ſyllogiſmorum concluſioneſque iunguntur. Nanq; primę figuræ primus modus eſt, q fit ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis, vl'em colligens affirmatiuam. Si.n.a.terminus fuerit ĩ omni.b.termino, & ſi.b terminus de oĩ, c.termino fuerit ꝑdicatus.a.terminus de oĩ.c.termino prędicabitur. Nanq; .a. bonum ſi ꝑdiceť de oĩ.b.iuſto, ut ſit, oē iuſtum bonum eſt.b. vero iuſtum, ſi prędicetur de.c.virtute, ut ſit, omnis virtus iuſtum eſt, neceſſario cōcluditur, extremitatib. ad ſe inuicē ꝑdicatis, i.a.& c. vt ſit, omnis uirtus bonū eſt. Sunt igiť hm̃oi propoſitiones, atq; conclo. Si.a.in omni.b.fuerit, & b. in oĩ c.fuerit.a.terminus de omni.c.prædicabitur, id eſt.

Omne iuſtum bonum eſt.
Omnis uirtus iuſta eſt, & concluſio.
Omnis igitur uirtus bonum eſt. barbara

Et hic primę figuræ. Primus modus eſt. Secundus vero modus primę figurę eſt quoties ex prima vl'i negatiua, & ſecūda vl'i affirmatiua, conclo. vl'i negatione colligitur. Si n.ſit. a.malnm b. bonum.c.iuſtum.a.terminus de nullo.b. termino ꝑdicabitur. Nullum.n.bonū malum eſt, b. vero terminus de oĩ.c.termino ꝑdicabiť, Oē.n.iuſtum bonum ē. Quare colligiť, nullum iuſtum malum eſt, vt eſt hoc mō. Si.a.terminus de nullo.b.termino ꝑdicať, b.vero terminus de oĩ.c. termino fuerit ꝑdicatus, a.terminus de nullo.c.ꝑdicabitur. vt eſt.

Nullum bonum malum eſt.
Omne iuſtum bonum eſt.
Nullum igitur iuſtum malum eſt. celarēt

Tertius vero modus primę figurę eſt, quoties ex vl'i affirmatiua, & particulari affirmatiua, particularis affirmatiua colligitur. Nā ſi.a.virtus de oĩ.b.ideſt bono ꝑdicetur, &.b.bonū de quodā.c.ideſt iuſto fuerit ꝑdicatum particulariter, erit, quoq; concluſio particularis, hoc modo, vt.a.uirtus de quocā c.iuſto particulariter prædicetur. Si igitur fuerit.a.terminus in omni.b.&.b.terminus in aliquo.c.particulariter, erit a.terminus in aliquo.c. particulariter, vt ſit.

Omne bonum virtus eſt.
Quodā iuſtum bonum eſt.
Quoddam igitur iuſtum virtus eſt. darij

Quartus modus primæ figurę eſt talis, quoties ex vl'i negatione, & particulari affirmatione, particularis negatiua colligitur. Nam ſi.a.terminus, de nullo b.termino ꝑdicetur, b. uero termins de quodam.c.termino prędicetur, a.terminus de quodam.c.termino nō ꝑdicabitur, quod monſtrat ſubiecta deſcriptio. Nam ſunt huiuſmodi propoſitiones.

Nullum bonum malum eſt.
Quoddam iuſtum bonum eſt.
Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. ferio

Hos ergo quatuor in prima figura modos in analyticis ſuis Ariſt. poſuit. Cęteros vero quinq; modos Theophraſtus & Eudemus addiderunt, qb. Porphyrius grauiſſimæ uir auctoritatis viſus eſt conſenſiſſe, qui ſunt hm̃oi. Nam qm̃ particularis affirmatiua ſibiipſi cōuertitur, quiſquis oñderit in cōcluſione.a.terminum de quodam.c. termino particulariter ꝑdicari: in eadem ipſa conclone monſtrauit, quod.c. terminus de.a.termino rurſus particulariter ꝑdicetur. Nam ſi ſibi particularis propō in concluſione cōuertitur, ſi.a. terminus in quodam. c. termino fuerit.c.terminus de quodam.a. termino ꝑdicabitur. Itē quiſquis vl'em negatiuam in concluſione probauerit, neceſſe eſt eum ipſius quoq; conuerſionē in eadem concluſione probaſſe. Vl'is.n.negatio ſemper ſibi conuertitur. Nam ſiquis probabit, quod.a.terminus de nullo.c.termino ꝑdicetur, non eſt dubium quin in hac conclone illud quoq; probatum ſit, quod.c.terminus de nullo.a.termino ꝑdicetur. Sp.n. (vt dictum eſt) vl'is negatiua ſibiipſi conuertitur. vl'is quoq; affirmatiua duplici concluſione cōtinetur. Nam quiſquis oſtendit.a.terminum de omni. c. termino prædicari: Illud quoq; oſtendit quod.c.termininus de quodam.a.termino particulariter prædicetur. Siquis.n. probauerit animal de omni homine ꝑdicari, ita dicens, Oĩs hō animal eſt: illud quoq; neceſſario mōſtrauit particulariter, qm̃ quoddam animal homo eſt. Ita ſemper vniuerſalis negatio & vl'is affirmatio, & particularis affirmatiua dupliciter concluduntur. Alię.n.ſibiipſis conuertuntur, quæ particularis eſt, particulariter; q̃ vniuerſalis, vniuerſaliter. Alia vero cum ipſa vniuerſalis affirmatiua ſit, particulariter ſibi ipſi conuertitur. Particularis autem negatio nunquam ſibiipſi conuertitur. Atq; ideo ſimplicem in ſe retinet concluſionem. Hoc autem quod nuper diximus in ſecundo priorū analyticorum lib. ab Ariſt. monſtratur, quod.ſ. Theophraſtus & Eudemus principium capientes, ad alios in prima figura ſyllogiſmos adiiciendos animum adiecere, qui ſunt huiuſmodi, qui κατ' ἀνάκλασιν vocantur, id eſt per refractionem quandam conuerſionemq; propoſitionis. Et eſt Quintus modus ex duob. vniuerſalibus affirmationib. particularem colligens affirmatiuam hoc modo. Si. a. fuerit in omni.b.&.b. fuerit in omni.c. poſſet equidem concludi quod.a.terminus eſſet in omni.c.termino. Sed qm̃ iſta vniuerſalis propoſitio (vt dictum eſt) particulariter conuertitur prętermiſſo eo q.a.terminus de omni. c. termino prædicatur, concluſio eſſe dicitur, quod.c.terminus, de quodam a.termino prædicatur, quod hoc exemplo monſtrandum eſt. Si enim ſint propoſitiones ſic, omne iuſtum bonum eſt, omne virtus iuſta eſt, poſſet concludi equidem qm̃ omnis virtus bonus eſt. Sed qm̃ ita propoſitio ſibi conuertitur, ut ſit quoddam bonum virtus eſt, particulariter particularis ſyllogiſmus concluſioque colligitur ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis. Eius vero forma talis eſt.a.terminus in omni. bb. terminus in omni.c.igitur.c.terminus in quodam.a.ut eſt.

Omne iuſtum bonum eſt.
Omnis virtus iuſta eſt.
Quoddam bonum virtus eſt. baralip

Per conuerſionem refractionemq; dicitur, quoniam quod vniuerſaliter colligebatur, conuerſum particulariter collectum eſt. Sextus modus eſt primæ figuræ qui fit ex vniuer-

tali

Omne iuſtum bonum eſt.
Quoddam malum bonum non eſt, concludit
Quoddam igitur malum iuſtum non eſt. baroco

Hęc vero complexio atque ordo propoſitionum per conuerſionem non pőt opprobari. Generalis .n. affirmatiua ſibi ipſa conuerti non poteſt. Monſtratur igitur iſte ſyllogiſmus ex prima figura, non per conuerſionem, ſed per impoſſibilitatem qm̃ ſi particularis concluſio negatiua in hoc ſyllogiſmo non concluditur, aliquod inconueniens impoſſeq; contingit. Sed hęc impoſſitas per primam figuram demonſtrabitur. Dico.n. qm̃ ſi.a. terminus de oĩ.n. termino prędicetur, & in aliquo.c. termino non ſit, talem colligi concluſionem.ut. b. terminus de aliquo.c. termino nõ prędicetur. Nam ſi hoc falſum eſt, huic contraiacens propoſitio vera erit. Particularibus autem negatiuis vſes affirmatiuę contraiacentes ſũt, vt in ſuperiore libro docuimus. ſi igitur hic particularis negatio non eſt concluſio, erit generalis affirmatio. Sit.n. affirmatio gñalis, &, b. terminus de omni, b. termino prędiceť, b. vero terminus de omni, c. termino prędicari dicitur. A igitur terminus de oĩ. c. termino prędicatur, quod fieri nõ pt. Ita.n.a.c. propoſitionẽ poſuimus prius, vt diceremus.a. terminũ de quodam, c. termino nõ prædicari. Hòc igitur oſtenſum eſt per primam modum primæ figuræ. Quare in ſecunda figura oĩs ſyllogiſmus imperfectus eſt, & eius probatio, aut per conuerſionem in primam figuram reducitur, aut ex hypothetica diſpõne p impoſſitatem: & primam figuram, aliter fieri non poſſe monſtratur: & alii quidem omnes per impoſſibile probantur, quod paulopoſt demonſtrabitur.

### *De ſex ſeptemue modis ſyllogiſmorum tertiæ figuræ. Cap. VI.*

RESTAT ut tertiæ figuræ modos atque ordines explicemus. Sed anteá quam id faciamus, illud prius vidẽdum eſt, q̃ in tertię figuræ modis nunq̃ concluſio colligitur uniuerſalis. Sed ſi vel negatiuę vel affirmatiuę fuerint, collectiones particulares ſemper erunt, nunquam ẽt generales. Eſt autem tertię figuræ. Primus modus hic, qui eſt duab vniuerſalibus affirmationibus particularem colligit affirmationem. Nam ſi, a. & b. termini de omni, c. termino prædicentur a. terminus de quodá, b. termino prædicabitur, per conuerſionem. Nam ſi, b. terminus de omni. c. termino prędicatur, & vniuerſalis affirmatio particulariter ſibi cõuertitur. c. terminus de quodam, b. termino prędicatur. Quod ſi ita eſt, ſit Tertius primæ figurę modus, qui eſt ex vĩi & particulari affirmatiua, & colligit.a. terminum de quodá, b. termino prędicari. Sit.n.a. iuſtum, b. virtus, c. bonum. Siquis .n. ſic dicat.

Omne bonum iuſtum eſt.
Omne bonum virtus eſt. ſit concluſio.
Quædam virtus iuſta eſt. darapti

Mutant alii terminos, & volunt facere ſecundum modum, vt ſit, a. virtus, b. iuſtum, c. bonum, vt ſit talis ſyllogiſmus.

Omne bonum virtus eſt.
Omne bonum iuſtum eſt, & concludatur
Quoddam iuſtum virtus eſt. dapamis

Sed hunc Ariſt. a ſuperiore non diuidit, & hos duos, vnum modum putat, & idcirco nos ſeptem tertiæ figurę eſſe diximus modo dubitantes, ſed magis Ariſt. ſequendus eſt, atque ideo alium modũ dicamus eſſe qui poſſit integre videri ſecundus. Secundus vero modus tertiæ figurę eſt, quoties ex vniuerſali negatione, & vniuerſali affirmatione, negatio colligitur particularis. Si enim, a. terminus de nullo. c. termino. b. terminus vero de omni, c. termino prædicetur a. terminus de quodam, b. termino nõ prędicabitur. Nam ſi, a. terminus de nullo. c. termino prędicatur, b. vero de omni c. &, a. terminus de quodam, b. termino non prædicabitur. Particulariter. n. ſibi vniuerſalis affirmatiua conuertitur. Concluditur igitur in quarto primę figurę modo. a. terminum de quodam, b. termino non prædicari. Sit. n. a. malum, b. iuſtum, c. bonum. Siquis ſic dicat.

Nullum bonum malum eſt.
Omne bonum iuſtum eſt, concludat neceſſe eſt.
Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. felapptõ

Ex quo conſiderandum eſt maiorem extremitatem in concluſione prędicari. Tertius modus tertiæ figurę eſt, quoties ex particulari & vniuerſali affirmatiua, particularis affirmatio concluditur. Si.n.a. terminus de quodam, c. &, b. terminus de oĩ, c. termino ꝓdicetur, cõcludiť, a. terminũ de quodam, b. termino ꝓdicari p duplicem conuerſionẽ. Qm̃.n.b. terminus de oĩ, c. termino ꝓdicatur: &, a. terminus de quodam, c. termino ꝓdicatur: & particularis affirmatiua ſp ſibiipſi conuertitur, c. terminus de quodam, a. termino prædicabiť. Sũt igitur propoſitiones ſic. b. terminus de oĩ, c. termino, c. veró terminus de quodam, a. termino ꝓdicatur. qđ ſi ita eſt colligitur in primę figurę modo tertio. b. terminum de quodá, a. termino prędicari. Atq; ita particularis affirmatiua cõuertitur, &, a. terminus de quodam, b. termino ꝓdicabiť, erũtq; duplices conuerſiones, vna ꝓpoſitionis, alia concluſionis. Sit.n.a. iuſtum, b. uirtus, c. bonum. Siquis igitur ſic dicat.

Quoddam bonum iuſtum eſt.
Omne bonum virtus eſt, concludat neceſſe eſt.
Quædam uirtus iuſta eſt. diſamis

Quartus modus tertiæ figuræ eſt, quoties ex vniuerſali affirmatione, & particulari affirmatione, affirmatio particularis colligitur. Nam ſi, a. terminus de omni, c. termino prædicetur. b. vero terminus in quodam, c. termino ſit, concluditur, a. terminum de quodam, b. termino ꝓdicari per conuerſionem. Si.n. terminus de quodam, c. termino ꝓdicetur, &, c. terminus de quodá, b. termino ꝓdicatur, qm̃ particularis affirmatiua ſibi ipſa conuertitur, & ſyllogiſmus in primę figurę tertio modo, qui ſit ex vniuerſali affirmatiua & particulari affirmatiua particularẽ colligẽs affirmatiuam, vt ſit ſyllogiſmus hoc modo. a. terminus in omni, c. &. c. terminus in quodam, b. Igitur, b. terminus in quodam, b. ſit, a. uirtus, b. iuſtum, c. bonum. Siquis igitur ſic dicat.

Omne bonum virtus eſt.
Quoddam bonum iuſtum eſt. concludet qm̃
Quoddam iuſtum virtus eſt. datiſi

Qointus modus tertię figuræ eſt, quoties ex particulari negatione, & uniuerſali affirmatione, particularis colligitur negatiua. Sed hic modus per conuerſionem probari non poteſt, ſed per impoſſibilitatẽ, ſicut quartus ſecundę figurę ꝓbatus eſt modus. Si.n.a. terminus de quodam, c. termino non prędicetur. b. vero terminus de omni. c. termino prędicetur a. terminus de quodam, b. termino non prędicabitur nam ſi non ita eſt, erit illud verum, a. terminum de oĩ, b. termino prędicari. ſed, b. terminus de omni, c. termino prædicatur, a. igitur terminus de oĩ, c. termino ꝑcabitur, quod fieri nõ ꝑt. Prius.n ita poſitus eſt, a. terminus, ut de. quodam, c. termino non ꝓdicaretur. Quod ſi generalis affirmatio in concluſione ſyllogiſmi non eſt. vt ſit, a. terminus in omni, b. termino, erit huic contraiacens particularis negatio, vt, a. terminus de quodam, b. termino non prędicetur. Sit enim, a. malum, b. iuſtum. c. bonum. Siquis igitur ſic dicat.

Quoddam bonum malum non eſt.
Omne bonum iuſtum eſt, Concludat neceſſe eſt,
Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. brocardo

Sextus modus tertiæ figuræ eſt, quoties ex vniuerſali negatiua & particulari affirmatiua, particularis negatio colligitur per conuerſionem. Nam ſi.a. terminus in nullo, c. termino ſit, b. uero terminus de quodam, c. termino prædiceť, ſit concluſio, a. terminum de quodam, b. termino non prędicari. Nam ſi, a. terminus de nullo, c. termino prædicatur b. uero terminus de quodam. c. termino prędicatur, &, c. terminus de quodam, b. termino prędicabitur: quoniá particularis affirmatiua poteſt conuerti. Fit igitur talis ſyllogiſmus, vt, a. terminus de nulo, c. termino prędicetur. c. terminus de quodam, b. termino prædicetur: &, a. terminus de quodam, b. termino non prædicetur. Sit, a. malum, b. iuſtum. c. bonum. Siquis igitur dicat.

Nullum

directi,id eſt ſine aliqua conuerſione monſtrati; indemonſtrabiles aũt, qm̃ non per alios demonſtrantur,& ꝑfecti dicuntur,qm̃ per ſeipſos comprobantur: Et primi qm̃ poſitione,& natura primi ſunt,& in eos oẽs ceteri reſoluunť. Illi quoq; qnq; primę figurę modi, imꝑfecti & per conuerſionem ſunt.ſecundę vero figurę,& tertię, omnes imperfecti ſunt,quoniam per primos primæ figurę modos quatuor cõprobantur. Nanque in ipſos reſoluuntur, ut eos per conuerſionem reſoluamus & per impoſſibilitatem, ut duo illi ſuperius demonſtrati ſunt.conſideremus igitur eorum principia,quoniam vnde naſcuntur,in idipſum reſoluuntur.

## *De reſolutione ſyllogiſmorum primæ & ſecundæ figuræ. Cap. VIII.*

QVintus igitur primę figurę modus de primæ primo figurę modo procreatur. Binis .n. propoſitionibus prioribus manentibus,concluſio primi modi particulariter conuerſa,quintum efficit ſyllogiſmum:quod in ſubiecta declaratur deſcriptione.

| Primus primæ | | Quintus primę |
|---|---|---|
| Omne iuſtum bonũ eſt | eadem | Omne iuſtum bonum eſt |
| Omnis virtus iuſta eſt | eadem | Omnis virtus iuſta eſt |
| Omnis virtus bona eſt | uerſa | Quoddã bonũ virtus eſt |

Sextus vero primę figuræ modus, de ſecundo primæ figuræ modo capit principium. Manentibus.n.duabus prioribus propoſitionibus ſecundi modi, vniuerſali concluſione vniuerſaliter conuerſa, ſextus naſcitur ſyllogiſmus, vt ſubiecta docet deſcriptio.

| Secundus primæ | | Sextus primę |
|---|---|---|
| Nullum bonũ malũ eſt | eadem | Nullum bonũ malum eſt |
| Omne iuſtum bonũ eſt | eadem | Omne iuſtum bonum eſt |
| Nullũ iuſtum malum eſt | uerſa | Nullum malum iuſtum eſt |

Septimus modus primę figuræ, de tertio primæ figurae naſcitur modo. Manentibus enim binis propoſitionib. prioribus, particulari affirmatiua in concluſione conuerſa, ſeptimi modi collocatio procreatur hoc modo.

| Tertius primę | | Septimus primę |
|---|---|---|
| Omne bonũ virtus eſt | eadem | Omne bonum uirtus eſt |
| Quoddã iuſtũ bonũ eſt | eadem | Quoddã iuſtum bonũ eſt |
| Quoddã iuſtum uirtus ẽ | uertitur | Quędam uirtus iuſta ẽ. |

Octauus vero,& nonus primae figurae modus, in quartũ primae figurae modum reſoluuntur, non ẽt initiũ ſumunt. Octauus reſoluitur in quartum hoc modo:in primã.n.quarti ſecunda octaui vniuerſaliter conuerſa, & prima propoſitione octaui modi particulariter in ſecundam quarti modi conuerſa,eadem cõcluſio colligitur. i.negatio particularis.

| Quartus primae | | Octauus primae |
|---|---|---|
| Nullũ bonum malũ eſt vł̃r | X cõuerſa | Oẽ bonum iuſtum eſt |
| Quodda iuſtũ bonũ ẽ pł̃r | conuerſa | Nullum ma. bo.eſt |
| Quoddã iuſtum ma.nõ ẽ | eadẽ conclo | Quoddam iu.m.nõ ẽ. |

Nonus vero modus in quartum modum reſoluitur ſic.prima quarti in ſecundam noni propoſitionem vł̃r conuertatur,& ſecunda quarti particulariter in primam noni, & eadẽ concluſio maneat,negatio particularis hoc modo.

| Quartus primae | | Nonus primae |
|---|---|---|
| Nullũ bonũ malũ eſt. vł̃r | X conuerſa | Quoddam bo.iu.eſt |
| Qđdã iuſtum bo. eſt. pł̃r | cõuerſa | Nullũ malum bo. eſt |
| Qđdã iuſtum ma.nõ ẽ, | eadẽ cõclo, | Qđdam iu.malum nõ ẽ. |

Reſolutis igitur quinq; primae figurae modis in quatuor ſuperiores,ſecundae figurae quatuor modos in prioris figurae modos quatuor reſoluamus.quorum tres per conuerſionem ꝓbantur;Quartus vero per ſolam impoſſibilitatem. At uero primus,& ſecundae figurae ſecundus modus, in ſecundum prioris figurae modum reſoluunt,& reſoluitur Primus ſic.Conuerſa enim prima uniuerſali negatione uniuerſaliter,& manent ſecunda uniuerſali affirmatione, eadem concluſio utrorumq; naſcitur.

| Secundus primę | | Primus ſecundę |
|---|---|---|
| Nullum bonũ malũ eſt. | conuerſa | Nullum malũ bonũ eſt. |
| Omne iuſtum bonũ eſt. | manet | Omne iuſtum bonum eſt |
| Nullum iuſtum malũ eſt. | eadem | Nullum iuſtum malũ eſt. |

Secundę figuræ ſecundus modus in primę figuræ ſm modum reſoluitur ſic.Conuerſa ſecunda ꝓpoſitione,& prima ſecunda manente, uniuerſaliter fit cõuerſa concluſio.

| Secundus primę | | Secundus ſecundę |
|---|---|---|
| Nullũ bonum malũ eſt. | cõ- X net. | Oẽ iuſtum bonum eſt |
| Omne iuſtũ bonum eſt. | ma uerſa. | Nullum malũ bonũ ẽ |
| Nullum iuſtũ malũ eſt | conuerſa. | Nullum malũ iuſtum ẽ |

Tertius uero ſecundę figurę modus, ad quartum primæ figuræ modũ reuocatur. Vt.n.uniuerſalis negatio in primã propõnem uniuerſaliter cõuertat & ſecũdę propões maneant,idẽ ſyllogiſmi terminus propõque colligit,hoc mõ.

| Quartus primæ | | Tertius ſecundæ. |
|---|---|---|
| Nullum bonũ malum eſt | cõuerſa | Nullũ malum bonum eſt |
| Quoddã iuſtũ bonum eſt | ſimilis | Quoddã iuſtũ bonum eſt |
| Qđdã iuſtũ malũ non eſt | eadẽ | Quoddã iuſtũ malũ nõ ẽ |

Quartus modus ſecundæ figuræ,quoniam iam primo cũ factus eſt,per conuerſionem in ſuperioris primæ figurę modum, retorqueri non poterat, ſed per impoſſibile demonſtratum eſt,hic quoq; per impoſſibile ad ſuperiores redditur modos. Et qm̃ omnes ſecundę figurę modi per impoſſibile monſtrantur, idcirco nos quoq; inchoantes a quarto,omnes per impoſſibile reſoluamus. Nam quartus ſecundę figuræ modus in primũ primę figurę reſoluitur per impoſſibilitatẽ. Tertius in ſecundũ,ſecundus in tertiũ,primus in quartũ,qđ hoc modo liquebit. ſiqs ergo duas iſtas conceſſerit,ꝓpões .i.oẽ bonũ uirtus ẽ,& quoddam iuſtum uirtus non eſt,neceſſe eſt quoq; concluſionẽ concedat,quę ẽ. Quoddã igiť iuſtũ bonũ non eſt. Nam ſi hęc falſa eſt, erit ei contraiacẽs vera,q̃ eſt.Omne iuſtum bonum eſt.ſed & illam conceſſit,quæ eſt,prima quarti modi.i. oẽ bonũ virtus eſt.Ex his igitur concludat, oẽ igitur iuſtum uirtus eſt. Sed prius conceſſit quarti modi ſecundã propoſitionẽ quę eſt, Quoddã iuſtũ virtus non eſt:Nunc vero concedit, Omne iuſtum virtus eſt, duas ſibi contraiacentes ſimul concluſurus eſt, quod fieri non poteſt. Hoc autem idcirco euenit,quia concluſio quarti modi,in primi modi ſecundam propoſitionem conuerſa eſt.ꝙ ſi ſecũda ꝓpoſitio primi modi in quarti concluſione non colligitur,quarti concluſio,i. particularis negatio permanebit. Sed ne forte nos cõturbet ꝙ alios terminos in reſoluendo modus poſuimus,quam ſuperius in diſponendo. nõ enim modo in terminis laboramus, ſed in figuris & modis, & complexionibus conſtruendis atq; reſoluendis operam conſumimus.Eodem modo & caeteri ſecundae figurae in primos quatuor reſoluuntur.

| Quartus ſecundę | | Primus primæ |
|---|---|---|
| Oẽ bonum virtus eſt | conceſſae in vtriſq; | Oẽ bo.virtus ẽ. |
| Quoddã iuſtũ uirtus nõ ẽ, | contraiacentes | Oẽ iuſtũ bo.eſt. |
| Qđdã igiť iu.bo.nõ ẽ, | ꝑmutatim iacẽt. | Oẽ igiť iu. vir.eſt. |

Tertius ſcđae figurae modus,ſecũdo primae figurae modo ſic reſoluit.Siquis duas primas tertij modi conceſſerit, particularem quoq; negationem concludet,quae eſt, quoddam igitur iuſtum bonum nõ eſt.Nam ſi haec falſa eſt,vera erit cõtraiacens,quae eſt oẽ iuſtum bonum eſt. Sed etiã illa conceſſa eſt,quae eſt,Nullum bonum malum eſt.Ex his ergo colligitur,Nullum igitur iuſtum malum eſt. Sed prius conceſſa erat, Quodda iuſtum malum eſt. Nunc uero nullum iuſtum malum eſt, duas ſibi contraiacentes, uno tempore concedit, quod fieri non poteſt. Sublata igitur uniuerſali concluſione quae eſt. Omne iuſtum bonum eſt, remanebit particularis negatio, quae eſt.Quoddã iuſtũ bonum, non ẽ.

Tertius

Tertius ſecundæ — Secundus primæ

Nullũ bonũ malum ẽ.cõceſſę in vtriſq;. Nullum bo.malũ ẽ.
Quoddã iuſtũ malũ eſt.contra X iacens.Oẽ iuſtum bo.eſt.
Quoddã igitͥ iu.bo.nõ ẽ. cõtra iacen.Nullũ ergo.i.m.eſt.

Secundus ſecũdæ figurę in tertio primæ figuræ modo ſic reſoluitur.ſiquis duas ſecundę figurę propoſitiones conceſſerit:concluſionem quoq; concedit,ꝗ eſt, Nullum igitur iuſtum bonum eſt.nam ſi hęc falſa eſt, erit uera contraiacens ei particularis affirmatio,Quoddam iuſtum bonum eſt. Sed idem conceſſit illam,quę eſt,Omne bonum virtus eſt, concludat neceſſe eſt,Quoddam iuſtum virtus eſt. Qui iam ante conceſſerat ſecundam ſecundi modi,quæ eſt, Nullum iuſtum virtus eſt,duas contraiacentes uno tempore cõcedit, quod fieri non poteſt.

Secundus ſecundę — Tertius primæ

Oẽ bonũ virtus eſt.conceſſe in vtriſq;. Oẽ bonũ virtus eſt.
Nullũ iu.virtus eſt,contra X iacen. Quoddam iu.bonum ẽ.
Nullũ iu.bonum eſt.cõtra iacen. Quoddã iu. uirtus eſt.

Primus item ſecundę figuræ modus in quartum primæ figuræ ſic reſoluitur.Qui concedit duas primi modi propoſitiones,concedat neceſſe eſt & cõcluſionem.nam ſi illa falſa eſt,erit vera contraiacens ei particularis affirmatiua,quę eſt,Quiddam iuſtum bonum eſt.Sed idem conceſſit illam, ꝗ eſt,Nullum bonum malum eſt,concludit neceſſe eſt, Quoddam igitur iuſtum malum non eſt. Qui ante conceſſerat illam,quæ eſt,Omne iuſtum malum eſt,uno tempore duas cõtraiacentes concedit,quod fieri non poteſt. Sublata igitur particulari affirmatione,quæ eſt, Quoddam iuſtum bonum eſt,remanet illa,quę eſt. Nullum iuſtum bonum eſt.

Primus ſecundæ — Quartus primę

Nullum bo.malũ eſt.conceſſæ in vtriſq;. Nullum bo.ma.eſt.
Oẽ iu.malum eſt, contra X iacen. Quoddam i. bonum eſt.
Nullũ iu.bonũ eſt, cõtra iacen.Quoddã igitͥ iu.ma .ñ eſt

## *De reſolutione ſyllogiſmorum tertiæ figuræ. C. IX.*

SEquitur vt tertię figuræ modos ad primos quatuor reducamus.quorum quinq; ꝑ conuerſionem & per impoſſibilitatem ad primos quatuor reſoluuntur, vnus uero ſolus.i.quintus per ſolam impoſſibilitatem in priora reſoluitur. Primus tertię modus figuræ,in tertium primę figurę modum hoc modo reſoluitur:ſi.n.prima ꝓpoſitio tertij modi primæ figurę maneat, & ſecunda propoſitio particularis tertij modi primę figuræ vſr conuertatur,& fit ſecunda propoſitio primi modi tertię figuræ,eadem concluſio colligitur.i.affirmatio particularis.

Tertius primæ — Primus tertię

Omne bonum iuſtum eſt. Manet. Oẽ bonum iuſtum eſt.
Quędam uirtus bona eſt. Conuerſa. Oẽ bonum virtus ẽ.
Quædam virtus iuſta eſt, Manet, Quędam virtus iuſta eſt,

Vel certe ſic, quia ſuperius talem ſyllogiſmum diximus terminis cõmutatis,quem Ariſtot. diſſimilem non putat.

Tertius primę — Primus alter tertiæ

Omne bonum virtus eſt, Manet. Omne bonum virtus eſt,
Quoddam iu.bonum eſt. Conuerſa. Omne bonum iu. eſt.
Quoddam iu.virtus eſt. Manet, Quoddam iu. virtus eſt.

Secundus modus tertiæ figurę, in quartum modum primę figuræ,hoc modo reſoluitur. Si.n.primæ propoſitiones ſecundi tertiæ figurę modi, & quarti modi primæ figurę maneat,quarti vero modi primę figuræ, ſecunda propoſitio vſr conuertatur,& ſecunda fit propoſitio ſecundi modi tertię figurę, eadem concluſio procreatur.

Quartus primę — Secundus tertię

Nullum bo.malum eſt, Manet, Nullum bonum malum eſt.
Quoddam iu.bonum eſt, Conuerſa. Oẽ bonum iuſtum eſt,
Quoddam iu.malum nõ eſt, Manet.Quoddã iu.ma.non eſt,

Tertius modus tertiæ figurę in tertium modum primæ figurę reſoluitur.Si .n. propoſitio prima tertij primę figurę modi,& ſecunda propoſitio tertij modi tertię figuræ maneat,& ſecunda propoſitio tertij modi primæ figurę particularis particulariter conuertatur,& fit prima tertij modi tertię figurę conuerſa,particulariter concluſio naſcitur.

Tertius primę — Tertius tertiæ

Omne bonum virtus eſt, X Quoddam bonum iuſtum eſt
Quoddam iu. bonum eſt, Omne bonum uirtus eſt,
Quoddam iu.uirtus ẽ. Conuerſa parti. Quędam uir. iu.eſt,

Quartus modus tertiæ figuræ,in tertium modum primæ figurę reſoluitur:ſi.n. vtrorumq; primę maneant propoſitiones,& ſecundæ particulares particulariter conuertantur, eędem concluſiones naſcuntur.

Tertius primæ — Quartus tertię

Omne bonum uirtus eſt. Manet. Omne bonum uirtus eſt.
Quoddam iu.bonum eſt. Conuertit. Quoddã bo.iuſtũ eſt.
Quoddam iu.uirtus eſt. Manet. Quoddam iu.uirtus eſt.

Reliquus ſextus ſyllogiſmus tertię figurę de primę figuræ quarto modo procreatur:manentibus .n. primis eorum propoſitionibus, atque ſecundis particulariter immutatis, particularis in vtroq; manebit concluſio.

Quartus primæ — Sextus tertię

Nullum bonum malũ eſt, Manet. Nullum bon. malum eſt.
Quoddam iu.bonum eſt, Mutata. Quoddam bonum iu.eſt.
Quoddam iu.malum non eſt. Manet. Quoddam.iu.mã. ñ ẽ.

Quintus autem qui reſtat,ſicut ante per impoſſibile probatur:ita etiam nunc per impoſſibilitatem reſoluitur. Sed quemadmodum unus fuerit reſolutus, eodem ordine omnes reſoluendi ſunt.Reſoluitur autem ſextus tertię figurę modus in tertium primę figurę modum. Quintus autem tertiæ figuræ modus reſoluitur in primum primæ figuræ.Quartus tertię figurę modus reſoluitur in quartum primę figurę modum.Tertius tertię figurę modus,reſoluitur in ẜm primę figurę modum.Primi tertiæ figurę modi reſoluuntur in ſecundos primę figuræ modos.figurę modus in primę figurę modum tertium,hoc modo. Si quis igitur duas propoſitiones ſexti modi tertiæ figurę conceſſerit: concedat ẽt neceſſe eſt concluſionem,quę eſt,Quoddam iuſtum malũ non eſt.nam ſi hæc falſa eſt,erit vera contraiacens ei, primæ figurę tertij modi prima propoſitio ꝗ eſt, Omne iuſtum malum eſt.Sed iam conceſſit propoſitionem ſecũdam, quę eſt, Quoddam bonum malum eſt: quia ante conceſſerat primã propoſitionem ſexti modi tertiæ figuræ,ꝗ eſt, Nullum bonum malum eſt,vno tempore duas ſibi contraiacentes concedit,quod fieri non poſſe deſcriptio declarat.

Sextus tertiæ — Tertius primæ

Nullũ bonũ malũ eſt.contra iacen.Oẽ iuſtum malum eſt.
Quoddam bo. iu. eſt. con- X ceſſę.Quoddam bo.iuſt. eſt.
Quoddam iu.ma.nõ ẽ cõtra iacen.Quoddam bo.ma. eſt.

Hoc modo omnes cæteri modi tertię figurę, in primos modos primæ figuræ referuntur, quod ſubiecta deſcriptio declarat,in qua prior quintus,qui per conuerſionem reſolui non potuit,per impoſſibilitatem reſolutus eſt.

Quintus tertiæ — Primus primę

Quoddam bo.ma.non eſt,contra iacen. Oẽ iuſtũ mal.eſt.
Oẽ bonum iuſtũ eſt.conceſſę X in vtriſq;.Oẽ bonũ iuſtũ eſt
Quoddã iu.ma.nõ eſt.contra iacen. Oẽ bonũ malum eſt.

Quartus

Quartus tertię    Quartus primæ

Oē bonum vir.eſt.contra X iacen.Nullum.iuſtum vir. eſt
Quoddā bo.iu.ē.conceſſę in vtriſq;,Quoddā bo.iu.eſt.
Quoddā iu.vir.eſt.contra- iacen.Quoddam bo.vir.ñ eſt.

Tertius Tertiæ    Secundæ primę

Quoddam bo.iu.eſt.contra. X iacen.Nulla vir.iuſta eſt.
Oē bo.uir.eſt.conceſſę. in utriſq;.Oē bo.virtus eſt.
Quędam virtus iu.ē.contra iacen.Nullum bo.iuſtum eſt.

In reſolutione modi ſecundi tertiæ figurę in primum modum primę figurę, hęc impoſſibilitas euenit, ꝙ duas contrarias vno tempore concedit,quod fieri nequit. Nunquam enim duę contrariæ, vno tempore ſimul veræ inueniuntur.

Secundus tertiæ    Primus primę

Nullū bonum ma.eſt,contra. X iacen. Omne iu.malum eſt
Omne bonum iu.eſt. cōceſſę in vtriſq;.Omne bonū. in.ē
Q̄ddam iu.ma. eſt .cōtra. rię. Omne bo. malum eſt.

Et in ſequenti quoq; ſyllogiſmo duas contrarias concedit,quod impoſſibile eſt.

Primus tertiæ    Secundus primę

Oē bonum iu.eſt, contra. X iacen. Nulla virtus iuſtum ē.
Oē bonum vir.eſt, cōceſſæ in vtriſq. Oē bonū virtus ē.
Quędam vir.iuſta ē, cōtra. riæ. Nullū bonū iuſtum eſt.

Nec nos illud turbet,quod in quibuſdam contraria propoſitio & concluſio inuenitur,ī quibuſdam vero contraiacens. Nanq; æqualiter peccauit tam qui vtraſque contrarias conceſſerit,quam qui vtraſq; contraiacentes. Nam quomodo contraiacentes vno tempore verę eſſe non poſſunt vnquam,ſic etiam contrarię.

Primus alter tertię    Secundus primę

Omne bo.virtus eſt. contra X iacen. Nullum iu. vir. eſt.
Oē bonū iuſtum ē. conceſſæ in vtriſq;.Oē bonum.in.eſt.
Quoddam iu. virtus ē,contra. rię. Nullum bo.virtus eſt.

Hęc de categoricorum ſyllogiſmorum introductiōe Ariſtotelem plurimum ſequens, & aliqua de Theophraſto & Porphyrio mutatus, quantum parcitas introducendi permiſit, expreſſi. Siqua vero deſinit in analyticis noſtris calcatius exprimemus. Nunc vero quantum ad ſolam categoricorum ſyllogiſmorum formam ſpectabat, perfectum hic nobis eſt, & ad cumulum introductionis elaboratum. Nec hoc nos perturbet, ſi quæ hic propoſitiones & cōcluſiones falſæ ſunt, quandoquidem non veritatis rerum, ſed connexiones ſyllogiſmorum, figuras, & modos ſuſcepimus differendos. Nam his cognitis, ſi quos ad perfectum ſtudium logicæ diſciplinæ diſputationis ſubtilitas traxerit,prius de ambiguis diſputationis diſcāt, poſt ab his veritatis ī rebus mendaciumque meditabitur.

# ANITII MANLII SEVERINI POETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,

## *DE SYLLOGISMO HYPOTTTICO Ad Symmachum.*

CVM in omnibus philoſophię diſciplinis ediſcendis,atq; tractandis, ſummum vitę poſitum ſolamen exiſtimen,tum iucundius & veluti cum quodam fructu etiam laboris arripio,quę tecum communicanda compono. Nam & ſi ipſa ſpeculatio veritatis ſua quadam ſpecie ſpectanda eſt, ſit tamen amabilior cum in commune deducitur. Nullum enim bonum eſt, quod non pulchrius eluceſcat, ſi plurimorum notitia comprobetur. Nam quod alias taciturnitate cōpreſſum, iam iam eſt ſilētio periturū,latius efloreſcit, & ab obliuionis interitu ſcientium participatione defenditur,ſit quoq; iucundior diſciplina, cū inter eiuſdē ſapiētiæ conſcios iubet eſſe ſapientem. Quod ſi accedat (vt tecum mihi nunc res eſt) ea quę ſponte iucunda ſunt, in amicitię participationem deduci,neceſſe eſt ſtudij ſuauitatem, quodā veluti dulciſſimo charitatis ſapore cōdiri. Nā cū id in ſe obtineat amicitia proprium munus, vt nolit habere ſolitarias cogitationes, tunc quod honeſte quiſque cogitat, nulli propitius, niſi quē diligit, confitetur. Quo factum eſt, vt etiam ſi immēſus labor cœpto operi viam negabat, animus tamen ad efficiendum quod aggreſſus fuerat, tui contemplatione ſufficeret, Quid enim magnus ſtudioſus tui amor efficeret, ſi intra facilitatis terminos cōſtitiſſet? Quod igitur apud ſcriptores quidem græcos per quam rariſſimos ſtrictim atque confuſe, apud Latinos uero nullus reperit, id tuæ ſcientiæ dedicatum, noſter, et ſi diuturnus, cœpti tamen efficax labor excoluit. Nam cum categoricorum ſyllogiſmorum ampliſſime notitiam percepiſſes, de hypotheticis ſyllogiſmis ſæpe quærebas,in quibus ab Ariſtotele nihil eſt conſcriptū Theophraſtus vero vir omnis doctrinę capax rerum tantū ſummas exequitur. Eudemus latiorem docendi graditur viam, ſed ita, vt veluti quędam ſeminaria ſparſiſſe, nullū tamen frugis videatur extuliſſe prouentum. Nos igitur quātum ingenij viribus, & amicitiæ tuæ ſtudio ſuffecimus, quę ab illis vel dicta breuiter, vel funditus omiſſa ſunt, elucidanda diligenter, & ſubtiliter perſequenda ſuſcepimus. in qua re ſuparę difficultatis p̄miū fero,ſi tibi munus impleſſe videar amicitię,et ſi non vidar ſatisfeciſſe doctrinæ.

## *DE PROPOSITIONIS CATEGORICAE & hypotetica diſtinctione, illarumque ſyllogiſmis. Cap. I.*

OMnis ſyllogiſmus certis & conuenienter poſitis propoſitionibus continetur. propoſitio vero omnis aut categorica eſt quæ prędicatiua dicitur,aut hypothetica, quę conditionalis vocatur. Prædicatiua eſt in qua aliud prædicatur de alio,hoc modo, homo animal eſt. Hic enim animal de homine prędicatum eſt, Hypotetica eſt quę cum quadam conditione, denunciat eſſe aliquid ſi fuerit aliud, veluti cum ita dicimus, Si dies eſt, lux eſt, Hypotheticæ autem propoſitiones ex categoricis conſtant, ut paulo poſterius apparebit. quo fit, vt ſyllogiſmus, qui ex categoricis propoſitionibus iunctus eſt, categoricus quidem appelletur, id eſt prædicatiuus: qui vero ex hipotheticis propoſitionibus conſtat, dicatur hypotheticus.i.conditionalis. Vt ergo horum ſyllogiſmorum differentia peruideatur: ſpectanda prius eſt eorum in propoſitionum natura diſcretio videtur.n.in aliquibus ꝓpoſitionum nihil differre prædicatiua propoſitio a conditionali, niſi tantum quodam orationis modo. Velut ſiquis ita proponat, Homo animal eſt, Id ita ſi rurſus enunciet, ſi homo eſt, animal eſt: Hę propoſitiones orationis quodam modo diuerſę ſunt: Rē vero non videntur ſignificaſſe diuerſam. Primum igitur dicendū eſt, ꝙ prędicatiua propoſitio vim ſuam non in conditione, ſed in ſola prędicatione conſtituit: In conditionali vero conſequentię ratio ex conditione ſuſcipitur. Rurſus prędicatiua ſimplex eſt propoſitio: Conditionalis vero eſſe non poterit, niſi ex prędicatiuis propoſitionibus coniungatur, vt cum dicimus, ſi dies eſt, lux eſt: dies eſt, atq; lux eſt, duę ſūt propoſitiones predicatiue, id eſt ſimplices. Adhuc illud ē, quo maxime declaratur vtrorumq; ꝓprietas, ꝙ predicatiua quidem propoſitio habet vnum ſubiectum terminum alterum predicatum, & id quod in predicatiua propoſitione ſubijcitur, illius ſuſcipere videtur nomē, quod in eadem propoſitione predicatur hoc modo, vt cum dicimus, homo animal eſt, homo ſubiectum eſt, animal predicatum, et ho

mo animalis ſuſcipit nomen, cũ ipſe homo animal eſſe proponitur. At in his propoſitionibus quę conditionales dicentur, non idem prædicationis eſt modus. Neq; n. omnino alterum de altero prædicatur, ſed id tm̃ dicitur, eſſe alterum, ſi alterum fuerit, veluti cum dicimus, ſi peperit, cum uiro concubit, non. n. tunc dicitur, ipſum peperiſſe id eſſe, quod eſt cum viro concumbere, ſed id tantum proponitur. ꝙ partus nunquam eſſe potuiſſet, niſi fuiſſet cum uiro concubitus. ꝙ ſi quando in vna eademq; propoſitionum proprietas incurrerit, tunc ſm̃ modum enunciatæ propoſitionis intelligendi ratio variabitur hoc modo. Nam cum dicimus homo animal eſt, propoſitionem facimus prædicatiuam, at ſi ita proponamus, ſi homo eſt, animal eſt. In conditionalem uertitur enunciationem. In prædicatiua igitur id ſpectabimus, quod ipſe homo animal ſit, ideſt nomen animalis in ſe ſuſcipiat. In cõditionali uero illud intelligimus, quod ſi fuerit aliqua res, quę homo eſſe dicatur, neceſſe ſit aliquam rem eſſe quę animal nuncupetur. Itaq; propoſitio prędicatiua rem quam ſubijcit, prędicatæ rei ſuſcipere nomen declarat. Conditionalis uero propoſitionis hæc ſententia eſt, vt ita demum ſit aliquid, ſi fuerit alterum, etiam ſi neutrum alterius nomen ſuſcipiat. Ita igitur propoſitionibus diſgregatis ex enunciationum proprietate ſyllogiſmi quoq; uocabulum ſuſceperunt, ut alij dicantur prædicatiui alij conditionales. Nam à quibus propoſitiones prædicatiuæ ſunt, eos prędicatiuos ſyllogiſmos uocamus. In quibus vero hypothetica propoſitio prima eſt, (Poteſt nanq; & aſſumptio & concluſio eſſe prędicatiua) hi tantum per unius hypotheticæ propoſitionis naturam, hypothetici & conditionales dicuntur. Ac de ſimplicibus quidem, id eſt de prędicatiuis ſyllogiſmis duobus libellis explicuimus, quos de eorum conſtitutione confecimus. Poſt uero ſimplicium ſyllogiſmorum diſputationẽ ordo eſt, ut de non ſimplicibus diſſeramus. Non ſimplices vero ſyllogiſmi ſunt, qui hypothetici dicuntur, quos latino nomine conditionales uocamus. Non ſimplices autem dicũtur, q̃m ex ſimplicibus conſtant, atq; in eoſdem ultimos reſoluuntur. Cum pręſertim primę eorum propoſitiones vim propriæ conſequentię ex cathegoricis, ideſt ex ſimplicibus capiant ſyllogiſmis. nanq; prima propoſitio hypothetici ſyllogiſmi ſi dubitetur an vera ſit, prędicatiua cõcluſione demonſtrabitur. Aſſumptio vero in pluribus modis talium ſyllogiſmorum prædicatiua eſſe perſpicitur. Itemq; concluſio, veluti cum dicimus, ſi dies eſt, lucet. Atqui dies eſt, hęc aſſumptio prædicatiua eſt, ſi quæratur, prædicatiuo probabiſ ſyllogiſmo, lucet igitur conſecuta eſt rurſus prędicatiua cõcluſio, ſuper hęc omnis conditionalis propoſitio ex pdicatiuis (vt dictũ eſt) iungitur. Quod ſi ex his & fidem capiunt, & ordinem partium ſortiuntur, neceſſe eſt categoricos ſyllogiſmos hypotheticis uim concluſionis miniſtrare.

### *De duplici hypotheſi, deque varia hypotheticarum enunciatione, conſecutione, atque diuiſione.* Cap. II.

SEd quoniam de hypotheſi loquimur, quid ſignificet hypotheſis prędicendum eſt: Hypotheſis nanque, vnde hypothetici ſyllogiſmi accepere uocabulum, duobus (vt Eudemo placet) modis dicitur, aut enim tale aliquid acquiritur per quandam inter ſe conſentientium conditionem, quod fieri nullo modo poſſit, ut ad ſuum terminum ratio perducatur: aut in conditione poſita conſequentia, ui coniunctionis uel diſiunctionis oſtenditur. Ac prioris quidem propoſitionis exemplum eſt, veluti cum res omnes corporales materię formaque concurſu ſubſiſtere demonſtraremus. Tunc enim quod per rerum naturam fieri non poteſt, ponimus, id eſt omnem formę naturam a ſubiecta materia, ſi non re, ſaltem cogitatione ſeparamus, & quoniam nihil ex rebus corporeis reliquum fit, demonſtratum atque oſtenſum putamus eiſdem conuenientibus, corporalium rerum ſubſtantiam confici, quibus a ſe diſiunctis ac deſcendentib, interimatur. In hoc igitur exemplo poſita conſentiendi cõditione, vt id paulìſper fieri intelligatur quod fieri non poteſt, vt formæ a materia ſeparentur, quid conſequatur intẽdimus, perire ſcilicet corpora, vt eadem ex iiſdem conſiſtere comprobemus. Nam quoniam interitus corporalium rerum ſequitur, iure dicimus res omnes corporeas forma materiaque conſiſtere. Sed huiuſmodi propoſitiones, quæ ex conſentientiũ conditione proueniunt, nihil his differunt, quas ſimplices, categoricæ inſtitutionis primi libri tractatus oſtendit. Quæ uero a ſimplicibus differunt, illæ ſunt, q̃n aliquid dicitur eſſe, vel non eſſe, ſi quid fuerit vel nõ fuerit. Hæ ſemper cum coniunctionibus proponuntur, ut cum dicimus, ſi homo eſt, animal eſt. Si ternarius eſt, impar eſt, & cætera huiuſmodi hac. n. ita proponũtur, vt ſi aliquid illud fuerit, aliud cõſequatur, vel cum dicimus ſi homo eſt, equus non eſt. Rurſus hic eodem modo proponitur in negatione, quo ſuperius in affirmatione proponebatur. hic. n. dicitur, Si homo eſt, illud non eſt. Et ad hunc modum cęteræ. poſſunt autem aliquando etiam hoc enunciari modo, cum hoc ſit, illud eſt, ueluti cum dicimus, cum homo eſt, animal eſt, uel cum homo eſt, equus non eſt. quę enunciatio propoſitionis eiuſdem poteſtatis eſt, cuius ea quę hoc modo proponitur, Si homo eſt, animal eſt. Si homo eſt, equus non eſt. Fiunt uero propoſitiones hypotheticę etiam per diſiunctionem ita, aut hoc eſt, aut illud eſt. Nec eadem uideri debet hęc ꝓpoſitio, quę ſuperius ſic enunciatur. Si hoc eſt, illud nõ eſt. Hæc .n. non eſt ꝑ diſiunctionẽ, ſed per negationem. Negatio vero omnis indefinita eſt, atq; ideo & in contrarijs, & in contrariorum medietatibus, & in diſparatis fieri poteſt. Diſparata autem ea uoco, quæ tantum a ſe diuerſa ſunt, nulla contrarietate pugnantia, ueluti terra, veſtis, ignis, & cętera. Nã ſi album eſt, nigrum non eſt, Si album eſt, rubrum non eſt. Si diſciplina eſt, hõ non eſt. At in ea quæ per diſiunctionẽ fit, altera ſemper poni neceſſe eſt, hoc modo, aut dies eſt, aut nox. ꝙ ſi ea cuncta quę per negationẽ dici conuenit, ad diſiunctionẽ transferantur, ratio non procedit. Quid. n. ſi quis dicat, aut album eſt, aut nigrum, aut album eſt, aut rubrum: aut diſciplina eſt, aut homo? fieri. n. poteſt vt nihil ſit horũ. Igitur q̃m per diſiunctionem propoſitio in certis tm̃ rebus, in quibus alterum eorum euenire neceſſe eſt, ponitur, hęc autem per negationem ſeparatio, in omnibus etiam his quę ſuam inuicem naturam nõ perimant poni poteſt, aperta rõne diſcreta eſt. Omnis igitur hypothetica propoſitio uel ꝑ connexionem fit (per connexionem uero illam quoq; modum qui per negationem fit eſſe pronuncio) vel per diſiunctionem: vterq; enim modus ex ſimplicibus propoſitionib, comparatur. Simplices autem propoſitiones ſunt quas prædicatiuas primo inſtitutionis categoricę libro diximus. Hæ uero ſunt, cum aliquid de aliquo prędicatur, uel affirmãdo, uel negando, ut dies eſt, lux eſt. At ſi his media conditio interueniat fiet, Si dies eſt, lux eſt, fitque una hypothetica prõpoſitio ex duabus categoricis iũcta. Sed q̃m omnis ſimplex propoſitio uel affirmatiua uel negatiua eſt, quatuor modis per connexionem fieri hypotheticæ propoſitiones poſſunt: aut .n. ex duabus affirmatiuis, aut ex duabus negatiuis, aut ex affirmatiua & negatiua, aut ex negatiua & affirmatiua. Harum omnium exempla ſubdenda ſunt, quo id quod dicimus clarius innoteſcat. Ex duabus affirmatiuis, ſi dies ẽ, lux eſt. Ex duabus negatiuis, ſi non eſt animal, non eſt homo. Ex affirmatiua & negatiua, ſi dies eſt, nox non eſt. Ex negatiua & affirmatiua, ſi dies non eſt, nox eſt. Sed quoniam dictum eſt idem ſignificari, ſi coniunctione & cum, quando in hypotheticis propoſitionibus ponitur duobus modis conditionales fieri poſſunt. Vno ſm̃ accidẽs, altero ut habeãt aliquã naturæ conſequentiam. Secundum accidens hoc modo, ut cum dicimus, cũ ignis calidus ſit, coelum rotundum eſt. Nõ .n. quia ignis calidus eſt, cęlum rotundum eſt: ſed id hæc ꝑpoſitio deſignat, quia quo tempore ignis calidus eſt, eodem tempore cęlum quoque rotundum eſt. Sunt autem aliæ quę habent ad ſe conſequentiam naturę, harum quoque duplex modus eſt: unus, cũ neceſſe eſt conſequi, ea tamen ipſa cõſequentia

quentia non per terminorum poſitionem fit, alius vero cũ fit conſequentia p terminorũ poſitionẽ. Ac prioris quidem modi exemplũ eſt, ut ita dicamus, cum hõ ſit, animal ẽ. hæc .n. conſequentia inconcuſſa ueritate eſt ſubnixa. Sed nõ idcirco animal eſt, qa hõ eſt, non .n. idcirco genus eſt, qa ſpẽs eſt, ſed fortaſſe a genere principiũ ducitur, magisq; eſſentię ci ex vniuerſalibus trahi pt, vt idcirco ſit hõ, quia animal ẽ. Cauſa .n. ſpeciei genus eſt, vt qui dicit, cum hõ ſit, animal ẽ, rectam ac neceſſariam conſequentiã facit, per terminorum poſitionẽ talis conſequentia non procedit. Sũt ãt alię hypotheticæ propoſitiones, in quibus & conſequentia neceſſaria reperietur, & ipſius conſequentię cauſam terminorum poſitio facit hoc modo. Si terrę fuerit obiectus, defectio Lunæ conſequitur. hæc .n. cõſequentia rata eſt, & idcirco defectio Lunę conſequitur, quia terræ interuenit obiectus. Iſtę igiť ſunt propõnes certæ atq; utiles ad demonſtrationem. Partimur autem propõnes hypotheticas in ſuas ac ſimplices propõnes, & primam quidem, cui coniunctio pponitur, pcedentem diximus, ſecundam vero cõſequentem, ut in hac, ſi dies eſt, lux eſt. pcedentem dicimus eam q̃ dicit, ſi dies eſt, conſequentem uero partem, lux eſt. In diſiunctiuis vero propõnibus ordo enunciandi præcedentem & conſequentem facit, ut aut dies eſt, aut nox eſt. Nam quę prima proponitur pcedens, quæ poſterior, conſequens appellatur. Ac de partibus quidem hypotheticarum propoſitionum iſta ſufficiunt.

*De duplici illatione ab antecedenti ad conſequens affirmatiue: a conſequenti ad antecedens negatiue. Cap. III.*

Illud nũc expediendũ vť, qđ ẽt ab Ariſtotele diciť. Idem cũ ſit & non ſit, non neceſſe eſt idẽ eſſe, veluti cũ ſit .a. ſi idcirco neceſſe eſt eſſe .b. idẽ ſi non ſit, non neceſſe eſt eſſe .b. Idcirco qm̃ non eſt .a. Ad hmõi vero demonſtrationẽ impoſſibilitatis definitio præmittenda eſt, q̃ hmõi. Impoſſe eſt quo poſito aliquid falſum atq; impoſſe comitatur, eo nomine, q impoſſe primitus propoſitum fuit. Sit igitur poſitũ, cũ ſit .a. eſſe .b. id eſt hanc inter .a. & .b. eſſe conſequentiam, ut ſi conceſſum fuerit eſſe .a. neceſſe ſit cõcedere eſſe .b. Itaq; proponatur, ſi .a. eſt .b. eſt, dico quia ſi .a. non fuerit, non neceſſe eſt eſſe .b. Ac primum quæ ſit propõnum conſequentia conſideremus. Si .n. fuerit tale coniunctum, ut ſi ſit .a. etiam .b. eſſe neceſſe ſit. Si .b. non fuerit, etiam .a. non eſſe neceſſe eſt, qđ ex tali demonſtratione cognoſciť, ſi ſit .a. neceſſe ſit eſſe .b. dico quia ſi .b. non ſit .a. non erit. Ponatur .n. nõ eſſe .b. & ſit, ſi fieri põt .a. Sed dictum eſt, ſi ſit .a. neceſſario concedi eſſe .b. Cum ſit igitur .b. non erit .b. Nam quia ponimus non eſſe .b. non erit .b quia vero ponimus eſſe .a. erit .b. erit igitur .b. ac non erit, quod fieri non poteſt. Impoſſe eſt igitur non eſſe .b. & eſſe .a. Et demonſtratione quidem firma ſic utimur. Exẽplo uero id clarius innoteſcet. Nam ſi eſt homo, eſt animal. Si non eſt animal, non eſt homo. Non uero ſi homo nõ fuerit, animal non eſt. Multa enim ſunt animalia quæ homines non ſunt. Itaque in conſequentia propoſitiones coniũctę, ſi eſt primum ſecundum eſſe neceſſe eſt. Si ſecundum non fuerit, non erit primum. At vero ſi primum non fuerit, non neceſſe eſt vt non ſit ſecundum, nec uero neceſſe ṽt. eſt ſit Id enim demonſtrandum eſſe dudum nobis propoſitũ fuit. Sit enim .a. idque cum ſit, neceſſe ſit eſſe .b. dico quia ſi non fuerit .a. non neceſſe eſt eſſe .b. nec id dico, quoniam ſi non fuerit .a. neceſſe eſt non eſſe .b. ſed tantum non neceſſe eſt eſſe .b. Nam quia paulo ante demonſtratum eſt, ſi .b. non fuerit, neceſſario non eſſe .a. ſi eiſdem .b. terminum non eſſe cõtigerit, non erit .a. Sed ſi cum non ſit .a. neceſſe eſt, eſſe .b. idẽ .b. ex neceſſitate erit, ac non erit. Nam quia .b. terminum nõ eſſe contingit, non erit. Quia uero ſi .a. non fuerit .b. eſſe neceſſe erit. idem igitur .b. terminus erit ac non erit. quod eſt impoſſibile. Ex his igitur demonſtratum eſſe arbitror in cõiuncta hypothetica propoſitione, ſi ſit primum, conſequi, ut ſit ſecundum. ſi non ſit ſecundum, conſequi, ut nõ ſit primum. Si uero non ſit primũ, non cõnſequi, ut ſit, vel nõ ſit ſm. Nam & illud apparet, ſi ſit ſm, non conſequi, ut ſit uel non ſit primum, ut in ea propoſitione quę eſt, ſi hõ eſt, animal eſt. ſi animal ſit, non conſequitur, ut ſit homo uel non ſit. quod ſi primũ non ſit, non cõſequitur, ut neceſſario ſit uel non ſit ſm, velut in eadem propõne, ſi homo non fuerit, nõ neceſſe eſt, vt aut ſit aĩal, aut non ſit. Ex omnib. igiť ſolę duæ conſequentiæ ſtabiles ſunt, & immutabiliter conſtant, Si ſit primum, vt conſequatur, vt ſit ſm. Si ſecundum non fuerit, neceſſario conſequi, ut non ſit primum.

*De ſimplicibus hypotheticis & compoſitis, earumque inter ſe comparatione: deque hypothetica media & diſiuncta. Cap. IIII.*

His itaq; determinatis illud adiũgam, qm̃ cum omnis hypothetica propõ ſimplex non ſit atq; ex alijs propõnibus coniungatur, ſunt tamen hypotheticæ quædam, quæ ſi reliquis conditionalibus comparentur, ſimplices exiſtimentur. Omnis .n. conditionalis propõ aut connexa eſt, aut diſiuncta. hę vero qm̃ ex prædicatiuis copulanť, in connexis propõnibus quatuor fieri neceſſe eſt huius copulationis modos. Nãq; hypothetica propõ, aut ex duabus ſimplicibus coniuncta eſt, & uocatur ſimplex hypothetica, ut hęc. Si .a. eſt .b. eſt, veluti cum dicimus, ſi homo eſt, aĩal ẽ. homo .n. eſt, & animal eſt, duę ſunt ſimplices propõnes. Autẽ ex duabus hypotheticis copulatur, & dicitur compoſita, ueluti cum dicimus. Si cum .a. eſt .b. eſt, cum ſit .c. eſt .d. ueluti cũ tali propõne enunciamus, ſi cum homo eſt, animal eſt, cum ſit corpus, erit ſubſtantia. Etenim ſi cum homo eſt: animal eſt: una eſt hypothetica. Alia uero, cum ſit corpus ſubſtãtia eſt, ex quibus coniungitur vna propoſitio, quæ compoſita nuncupatur: Aut ex vna ſimplici, ex una hypothetica copulatur, velut hęc. Si .a. eſt: cum ſit .b. eſt .c. veluti cum dicimus, ſi homo eſt: cum ſit animal, eſt ſubſtantia. Nanq; homo eſt, ſimplex eſt propõ, cum ſit animal eſſe ſubſtantiam, hypothetica ex ipſa conſequentia conditionis oſtenditur: Aut ex priore hypothetica & ſimplici poſteriore committitur, ve cum dicimus, ſi cum ſit .a. eſt .b. erit & .c. veluti hoc modo: ſi cum ſit hõ, animal eſt, erit & corpus: hypothetica nanq; eſt ea quę proponit, ſi cũ ſit hõ animal eſt. Simplex poſterior quæ hãc hypotheticã propõnem ſequitur, i. corpus eſſe: hæ quoq; qm̃ nõ ex ſimplicibus copulatę ſunt, cõpoſitę dñr. Sed priores quidem, q̃ ex ſimplicibus propõnibus conſtãt, & ſimplices hypotheticæ nuncupantur, in duobus terminis conſtitutę ſunt. Terminos autem nunc partes propõnis ſimplices, quibus iunguntur appello. Quę uero compoſitæ hypotheticę ſunt, illæ quidem quę ex duabus hypotheticis cõſtant, quatuor terminis copulatæ ſunt. Illę uero quę ex hypothetica & ſimplici, uel ex ſimplici atq; hypothetica coniunctę ſunt, tribus terminis coniunctę ſunt. Harum igitur q̃ ſunt hypotheticę ſimplices uel compoſitę, differentiæ ſimilitudineſque dicendę ſunt. Nam quę ex ſimplicibus copulantur, ſi ad eas quę ex hypotheticis duabus iunctę ſunt cõparentur, conſequentia quidem eadem eſt, & proportio manet, tantum termini duplicantur. Nam quem locum in his propoſitionibus hypotheticis, quæ ex ſimplicibus conſtãt, ipſę ſimplices propoſitiones tenẽt, eandem in his propoſitionibus quę ſunt hypotheticæ ex hypotheticis conſtantẽs, illæ conditiones tenent, quibus illæ propoſitiones inter ſe iunctæ & copulatę eſſe dicuntur. Nam in hac propoſitione quę dicit, ſi eſt .a. eſt .b. & in ea quæ dicit, ſi cum ſit .a eſt .b. cum ſit .c. eſt .d. quem locum in ea propoſitione quę ex duabus ſimplicibus continetur, tenet ea quę prior eſt, ſi eſt .a. eundem locum tenet in ea propoſitione quę ex duabus hypotheticis propoſitionibus copulatur ea quę prior eſt, ſi cum eſt .a. eſt .b. hic nanque duarum inter ſe propoſitionum coniunctionis conditione facta eſt conſequentia. Itemque quam uim obtinet ex utriſque ſimplicibus copulatę hypotheticę ſequens portio quę infertur, id eſt eſſe .b. eandem uim obtinet in propoſitione ex hypotheticis iun-

ĉta ea quæ ſequitur, id eſt cum ſit.c.eſſe.d.Atq; id tantũ differt, quia cum in prima propoſitione ex ſimplicibus iũcta, propoſitio propoſitionem ſequatur: in ſecunda propoſitione ex hypotheticis iuncta, conditio conſequentiæ, conditionis conſequentiam comitatur. Nihil.n. eſt aliud dicere ſi.a. eſt.b.eſt, quam ei propoſitioni, per quam dicimus eſſe.a.illã eſſe comitem per quam.b. eſſe ꝓdicamus at in ea propoſitione quę ex hypotheticis iuncta eſt, cum dicimus.Si cum ſit.a. eſt.b.cum ſit.c.eſſe.d.illud dicitur, ei conſequentiæ, quę inter.a.&.b.eſt, eam eſſe conſequentiam comitem, q̃ eſt inter.c.&.d.ita, ut ſi ſequetur poſito.a.eſſe.b.conſequatur ſine dubio.c.poſito, eſſe.d. At in his propoſitionibus q̃ ex ſimplici & hypothetica conſiſtunt, illa ratio eſt, vt vel propoſitioné conditio conſequẽtię ſequatur vel conditionem conſequẽtiæ propoſitio comitetur. Nam cum dicimus, ſi eſt.a.cum ſit.b.eſſe.c.id intelligi uolumus, ei propoſitioni, per quam dicimus, ſi eſt.a.conſequi eam conditionem per quam dicimus, cum ſit.b.eſſe.c.id eſt, vt ſi eſt.a.neceſſe ſit.b.termino comitem eſse.c.terminum.cum vero dicimus, ſi cum eſt.a.b.eſt.c. eſſe, nihil aliud intelligi uolumus, niſi duarum inter ſe conſequentiam propoſitionum, alterius propoſitionis conſequi veritatem, ut ſi habeant inter ſe conſequentiam.a.atq;.b.neceſſe ſit hanc conditionem cõſequentiæ propoſitionis eius ꝑ quam dicimus eſſe.c.conſequi veritatem, i.ſi neceſſe eſt.a. poſito eſſe.b.neceſſe ſit etiam.c.eſſe.Similes igitur ſyllogiſmi fient earum propoſitionum q̃ ex ſimplicibus, & earum, quæ non ex ſimplicibus utriſq; iunguntur.Eorum uero quæ, ex una ſimplici & ex altera hypothetica copulantur, diverſi quidẽ a ſuperioribus ipſi tamen inter ſe ſimiles fiunt. nec intereſt vtrũ prima hypothetica, ſecunda ſit ſimplex, an ecõuerſa prima ſimplex, ſecunda hypothetica, ad ſyllogiſmorũ modos: niſi forſitan ad ipſius tantum ordinis commutationem. Cum igitur demonſtrata fuerit earum propoſitionum, quę ex ſimplicibus conſtant, ratio ſyllogiſmorum, demonſtrata uidetur eſſe, earum quoq; propoſitionum, quæ hypotheticis committuntur. Et cum quarumlibet earum propoſitionum quæ ex ſimplici & hypothetica cõſtant ſyllogiſmorum natura perſpecta fuerit: etiam conuerſi ordinis propoſitionum natura quales faciat ſyllogiſmos oſtendetur Eſt etiã ſpecies alia propoſitionum in connexione poſitarum, quæ media quodammodo ſit earum propoſitionum, quæ ex hypotheticis ſimplicibuſq; iunguntur, & earum quę ex duabus hypotheticis copulantur. Nam ſi ad numerum reſpicias terminorum, quaſi ex tribus terminis conſtant, ſin ad conditionales animum referas, quaſi ex duabus conditionalibus uidentur eſſe compoſitæ: quæ medietas euenit idcirco, qm̃ vnus in his terminus communis utriſq; conditionalibus inuenitur. Proponuntur uero hę uel per primam figuram, uel ꝑ ſecundam, uel ꝑ tertiam. Per primã hoc modo.Si eſt.a. eſt.b, & ſi eſt.b.eſt.c. igit.b. in utriſq; numeratur, & ſunt q̃dẽ tres termini, hi.a.eſt.b.eſt.c.eſt, duę uero conditionales hoc mõ, ſi eſt.a.eſt.b.ſi eſt.b.eſt.c.Nanq;.b.vtriſq; communis eſt, atq; ideo inter eas propoſitionea, quæ ex tribus terminis, & eas quæ ex quatuor componuntur, medię ſunt huiuſmodi propoſitiones. Per ſecundam uero figuram proponitur hoc modo. Si eſt.a.eſt.b.ſi non eſt.a. eſt.c.Per tertiam uero figuram ſic.Si eſt.b.eſt.a.eſt.c.non eſt .a. At de connexis quidem iſta ſufficiant. Diſiunctiuę vero propoſitiones ſemper ex contrarijs conſtant, vt hoc, aut eſt.a.aut.b.eſt, altero enim poſito alterum tollitur, & intertemptio altero ponitur alterum. Nam ſi eſt.a.non eſt.b.Si non eſt.a.eſt.b.Eodem modo etiã, ſi ſit b.non erit.a.ſi non eſt.b.erit.a.

*De categoricarum propoſitionum numero. Cap. V.*

HIs igitur expeditis ad cõnexas reuertamur, in illis.n. vel propoſitio propoſitionem, uel cõditio conditionem, vel propoſitio conditionem, vel conditio propoſitionem ſequitur. Dicendum eſt igitur quæ propoſitiones quarum propõnum conſequentes eſſe uideantur, Quæ contrarietatis mõ q̃ longiſſime a ſe differant, Quę vero oppoſitionis cõtradictione diſſentiant.Simpliciũ nanq;, i. ꝑdicatiuarum propõnum, aliæ ꝑter modum proponuntur, aliæ cũ modo: ꝑter modũ ſunt q̃cunq; purũ eſſe ſignificant hoc modo, dies eſt.Socrates philoſophus eſt, & q̃ ſimiliter ꝑponuntur. Quę vero cum modo ſunt, ita proponuntur.Socrates vere philoſophus eſt.Hic enim, vere, modus eſt propoſitionis, ſed maximas ſyllogiſmorum faciunt differentias, hę propoſitiones cum modo enunciatę, quibus enunciatis aut poſſibilitatis nomen adiungitur.neceſſitatis hoc modo, cum dicimus, ignem neceſſe eſt calere. poſſibilitatis, vt cum ita proponimus, poſſibile a Grecis ſuperari Troianos. Quo fit vt omnis propoſitio aut ineſſe ſignificet, aut ineſſe neceſſario, aut cum non ſit aliquid, tñ enunciet poſſe contingere. quarum quidẽ, ea q̃ ineſſe ſignificat, ſimplex eſt, neq; in vllas partes alias deduci poteſt. Ea uero quæ ex neceſſitate aliquid ineſſe deſignat, tribus dicitur modis.vno quidẽ quo ei ſimilis eſt propoſitioni q̃ ineſſe ſignificat, vt cũ dicimus, neceſſe eſt Socratem ſedere, dum ſedet. Hæc.n.eãdem uim obtinet ei q̃ dicit, Socr. ſedet. Alia uero neceſſitatis ſignificatio eſt, cum hoc mõ proponimus, hominẽ neceſſe eſt cor habere, dũ eſt atq; uiuit.hoc.n.ſignificare videt hęc dictio, non qm̃ tandiu neceſſe ſit habere, quãdiu habet, ſed qm̃ eũ neceſſe eſt tãdiu habere, quandiu fuerit ille qui habet. Alia vero neceſſitatis ſignificatio eſt vl̃is & propria q̃ abſolute ꝑdicat neceſſitatẽ, ut cũ dicimus, neceſſe eſt Deum eſſe immortalẽ, nulla condõne determinationis appoſita.Poſſibile aũt itẽ tribus dicit modis.Aut.n.qđ eſt, poſſibile eſſe dr̃, vt poſſibile eſt Socratẽ ſedere dum ſedet.Aut qđ omni tẽmpore contingere ꝑt, dũ ea res ꝑmanet, cui aliqđ contingere poſſe proponit, ut poſſibile eſt Socratẽ legere.quãdiu.n. Socr. eſt, ꝑt legere.Item poſſibile eſt, qđ abſolute oĩ tp̃e cõtingere ꝑt, vt auẽ volare. Ex his igit apparet alias ꝓpoſitiones eſſe ineſſe ſignificantes, alias neceſſarias, alias contingẽtes atque poſſibiles.quarum neceſſariarum contingentiumque cum ſit trina partitio, ſingulę ex iiſdem partitionibus ad eas q̃ ineſſe ſignificant, referuntur. Reſtant igitur duę neceſſarię, & duę contingentes, quę cum ea quæ ineſſe ſignificat, enumeratæ, quinq; omnes propoſitionum faciunt differentias.Omnium uero harum propõnum aliæ ſunt affirmatiuę, alię negatiuę. Affirmatiua ineſſe ſignificans eſt quę dicit, Socrates eſt. Negatiua quę proponit, Socrates non eſt. Neceſſariarum uero propoſitionum affirmatiuarum duę videntur eſſe negationes, vna cõtraria, altera uero oppoſita. Eius nãq; quæ dicit, neceſſe eſt eſſe .a. quolibet modo ex vtriſq; qui dicti ſunt, aut ea eſt negatio quę dicit: neceſſe eſt non eſſe.a.aut ea quę dicit, non neceſſe eſt eſſe .a. Quarum quidem ea quę dicit, neceſſe eſt non eſſe.a. contraria eſt ei quæ dicit, neceſſe eſt eſſe .a. Vtræq; enim falſę poterunt inueniri, veluti cum dicimus neceſſe eſt Socratem legere, neceſſe eſt Socratem non legere, utraque mentitur. Nam & cum legit, non ex neceſſitate legit: & cum non legit, nulla ne legat neceſſitate conſtringitur. ſed eſt vtrunque poſſibile. At uero ea quę dicit, non neceſſe eſſe .a. oppoſita eſt ei quæ proponit, neceſſe eſt eſſe.a.Vna enim ſemper vera eſt, ſemper falſa altera reperitur. In contingentibus vero atque poſſibilibus eadem ratio eſt. huic enim quę dicit, contingit eſſe .a. tum ea uidetur obiecta quæ dicit, contingit non eſſe .a. tum ea quę proponit, non contingit eſſe.a. Atque ea quidem quæ dicit, contingit non eſſe .a. contingens negatio nuncupatur, ueraque eſſe poteſt cum ea affirmatione quæ dicit, contingit eſſe .a. ueluti cum dicimus contingit ſedere Socratem, contingit non ſedere Socratem. Et hę quidem non dicuntur eſſe contrariæ quoniam ſimul verę eſſe poſſunt. At vero oppoſitę ſunt, quoties ipſum contingens negatur, ut ſi aduerſus eam quę dicit, contingit eſſe.a.ea opponatur quę dicit, non contingit eſſe .a. Id enim iſta ſignificat omnino non poſſe contingere. Quę cum ita ſint, cumque ineſſe ſignificantes propoſitiones pręter ullum dicuntur modum, his ad eſſe iuncto aduerbio negatiuo, negatio plena perficitur, Quæ vero cum modo proponuntur, ſi neceſſariæ ſint & ad eſſe

negatio iungatur, vt ea quæ dicit, neceſſe eſt non eſſe, ſit neceſſaria negatio. Si vero ipſi neceſſario negatio ꝓponatur, ſit neceſſarij negatio, affirmationi vehementer oppoſita, ut ea quę dicit non neceſſe eſt eſſe. Itē in contingētibus ſi ad eſſe negatio ꝓponatur: ſit contingens negatio, ut ea quæ dicit, contingit non eſſe.a. Si uero ipſi contingenti negatio iūgatur, ſit contingentis negatio, contingenti affirmationi vehementer oppoſita, ut ea quę dicit, non contingit eſſe. Sed quoniam omnis propoſitio, aut uniuerſalis eſt, aut particularis, aut indefinita, aut ſingularis: proponitur vniuerſalis hoc modo, Omnis homo legit: Particularis ſic, Quidam hō legit: Singularis ſic, Socrates legit: Indefinita ſic, Homo legit, neceſſe eſt, vt ſicut in categoricorum ſyllogiſmorum inſtitutione monſtratum eſt, illę ſibi maxime uideantur oppoſitę quęcunq; vel vniuerſale affirmant, ſi particulariter denegatur, vel uniuerſale denegant ſi particulariter affirmet: & quæ ſingulares ſunt, ſi illa quidem in affirmatione poſita, illa uero in negatione. Quę cum ita ſint, ſi hęc eadē rō ad contingentes & neceſſarias referat, idē in neceſſarijs & contingentibus inuenitur, vt ſi qs dicat, oēm.a.terminū eſſe neceſſe eſt, aliusq; neget dicens, non neceſſe eſt oēm.a.terminū eſſe, fecit oppoſitā negationē. Et ſi dicat aliquis, contingit omnem.a.terminū eſſe, idq; aliquis neget, non contingit oēm.a.terminū eſse, fecit oppoſitam negationem. In vtriſque.n.negatio & modū remouet, & ſignificationem uniuerſalitatis extinguit. Atq; hoc quidem in ſimplicibus & categoricis ꝓpoſitionibus euenire neceſſe eſt, de quarum natura diligētius perſecuti ſumus in his uoluminibus, quę in ſecundæ editionis expoſitione περὶ ἑρμηνείας inſcripſimus.

*De numero propoſitionū hypotheticarū: deque neceſſaria cōſecutione inter partes ipſarū: & quæ ſint affirmatiuæ quæue negatiuæ appellandæ. Cap. VI.*

Siquis igitur propoſitionum omnium conditionalium numerum quęrat, ex categoricis poterit inuenire. Ac primū in connexis ex duabus ſimplicibus inquirendus eſt hoc modo. Nam quoniam propoſitio ſimplex hypothetica ex categoricis duabus iūgitur, vna earum vel ineſſe ſignificabit, uel contingere eſſe dupliciter, vel neceſse eſse dupliciter, ꝙ ſi ſunt affirmatiuæ quinquies affirmatiua enunciatione ꝓponetur. Sed qm̄ omnis affirmatio habet oppoſitā negationē, rurſus quinquies negatiua enunciatio poterit pronunciari. Erunt igitur in prima propōne quæ una pars eſt hypotheticæ propōnis in negatione & affirmatione conſtitutæ modorum propōnes decem. Secunda etiam propō quę pars eſt hypotheticę, totidem affirmationibus & negationibus proponi poteſt. Erunt igitur eius quoque enunciationes decē. Sed cum prima propō ſecundæ propoſitioni quadam conſequentia copuletur, ut una hypothetica fiat, omnes decem affirmatiuæ, ac negatiuæ propoſitiones omnibus decem affirmatiuis negatiuisq; propoſitionibus applicabuntur. Itaq; complexę centum omnes efficiunt propoſitiones hę, quæ connexæ ex ſimplicibus coniunguntur. Secundum hunc vero modum poteſt propoſitionum numeros inueniri etiā in his propoſitionibus, quæ ex categorica & hypothetica copulantur, vel quę ex duabus conditionalibus fiunt. Nā quæ ex conditionali & categorica conſtant, vel quæ e diuerſo: ex tribus categoricis iunctę ſunt. Quod ſi duarum inter ſe prędicatiuarum affirmatione vel negatione complexio, vel eſſe, vel neceſſario, vel contingenter eſſe, quinq; modis, centum efficit complexiones, quoniam tertia propoſitio vel affirmatiua erit vel negatiua, & ſi affirmatiua quinq; modis, uel ineſſe ſignificans, vel neceſſario ineſſe dupliciter, vel contingenter ineſſe dupliciter. Itemq; totidem negabiē modis, ſimul non amplius quam decies proponetur. Quo fit vt tertia propoſitio cum duabus ſuperioribus centum inter ſe modis copulatis atq; complexis iuncta atq; commiſſa, mille omnes faciat complexiones. Centum namque duarum propoſitionum modi cum decem modis tertię propōnis complicati mille perficiunt. Decies.n.centum mille ſunt. Rurſus qm̄ ex duabus hypotheticis iuncta conditionalis, quatuor categoricis copulatur, & duæ inter ſe primę categoricæ cētum complexionibus iungebātur, neceſſe eſt ut poſteriores quoq; duæ centum complexionibus connectantur. ꝙ ſi centum ſuperiorum propoſitionum categoricarum modi, cētū poſteriorum categoricarum modis complicentur fient decem millia complexiones. In illis autem propōnibus, quæ tribus variātur figuris, ſiquidem medius terminus ſimiliter & in prima & in ſecunda hypothetica proponat mille erūt cōplexiones ad earum ſimilitudinem, quę ex tribus categoricis cōnectuntur. Tunc.n.vnus atq; idem terminus in utriſque tres neq; amplius faciet enunciationes: Similiter vero in vtriq; proponitur hoc modo, Si eſt.a.eſt.b. ſi eſt.b.eſt.c. hic.n.b.terminus & ad.a terminum & ad.c.poſitus eſt, ineſſe ſignificans. Idem in neceſſariis & contingentibus intelligendum. At ſi ita proponatur, Si eſt.a.eſt.b.& ſi neceſſe eſt eſſe.b.eſt, vel non eſt.c.duę propoſitiones conditionales.i. quatuor prędicatiuę ſiunt. Quo fit, ut ſecundum eas quę ex ꝓdicatiuis quatuor connectuntur decem millia faciant complexiones: atq; hi numeri tam in prima, q̄ in ſecūda, vel tertia figura ſunt inſpiciendi. Et nos qdem quantus eſſe ꝓpoſitionum numerus poſſet aſcripſimus nunquam tn̄ diſſimiliter terminus medius enunciatur. Namq; ut fiat extremorum concluſio, medius terminus intercedit, cuius communitas extrema coniungit. Quod ſi medius diuerſis modis in utraque propoſitione dicatur, non connectuntur extrema, atq; ideo ne ſyllogiſmus quidem fieri ullus poteſt. cum præſertim ne una quidem propō dici poſſit, in qua medius terminus diſſimiliter enunciatur. Longe autem multiplex propōnum exiſteret, ſi ineſſe ſignificantes & neceſſarias & contingentes affirmatiuas negatiuaſque propōnes pro uniuerſales & particulares, vel oppoſitas vel ſubalternas variaremus: ſed id non conuenit, quia conditionalium termini propoſitionum indefinito maxime enunciantur modo. Atq; iō ſuperuacuum iudicaui determinatarum ſecundum quantitatem propoſitionum quærere multitudinem, cum determinatæ conditionales proponi non ſoleant. fere autem hypotheticę propoſitiones ne per neceſſitatē quidem uel per contingens enūciantur, ſed illę maxime in uſum co locutionis ducuntur, quę ineſſe ſignificant. Omnes vero neceſſariam conſequentiam tenere volunt, & quæ ineſſe ſignificant, & quibus neceſſitas additur, & quibus prędicatio poſſibilitatis aptatur, Etenim terminus applicatur. Neceſſitas uero hypotheticæ propōnis & ratio earum propōnum, ex quibus iunguntur inter ſe connexiones, conſequentiā quærit, ut cū dico, Si Socrates ſedet, uiuit: neq; ſedere eum, neq; viuere neceſſe eſt. Sed ſi ſedet, neceſſe eſt uiuere. Item cū dicimus ſi Sol mouetur, neceſſario uenit ad occaſum, tantundem ſignificat quantum, ſi Sol mouetur, uenit ad occaſum. Neceſſitas.n. propōnis in conſequentiæ immutabilitate conſiſtit. Itē cum dicimus, ſi poſſibile eſt legi librum, poſſibile eſt ad tertium uerſum peruenire. Rurſus neceſſitas conſequentię ſeruata eſt. Nam ſi poſſibile eſt legi librum, neceſſe eſt id poſſibile eſſe, vt ad tertiū verſum perueniatur. Opponuntur autem hypotheticis propōnibus illę ſolę, quæ earū ſubſtantiā perimunt. Subſtantia vero propōnum hypotheticarū in eo eſt, vt earū conſequentiæ neceſſitas ualeat permanere. Siquis ergo recte conditionali propōni repugnabit, id efficiet ut earum deſtruat conſequentiam, veluti cum ita dicimus, Si eſt.a.eſt.b.non in ea repugnabit, ſi monſtret, aut, nō eſſe.a.aut non eſſe.b. ſed ſi poſito quidem.a.oſtendit nō ſtatim conſequi eſſe.b.ſed poſſe eſſe.a.etiā ſi.b.terminus non ſit. ſed: ſi negatio ſit, conditionalis eodē deſtruetur modo, vt cū dicimus ſi eſt.a.b.nō eſt. Non oſtēdēdū eſt, aut nō eē.a.aut.b.eſſe, ſed cum ſit.a.poſſe eſſe.b.terminum. Sunt autem hypotheticę propoſitiones, alię quidem affirmatiuę, alię negatiuę, ſed de his nunc loquor, quæ in conſequentia poſitę in connexione eſſe dicuntur. Affirmatiua quidem ut cum dicimus, Si eſt.a.eſt.b.ſi.a. non eſt.b. Negatiua, Si eſt.a. non eſt.b. Si non eſt.a. non eſt.b. Ad conſequen-

tem.n.propoſitionem reſpiciēdum eſt, vt an affirmatiua an negatiua ſit propō iudicetur. Idē de compoſitis propoſitionibus cōditionalibus intelligi oportebit. De his āt propoſitionibus quę in diſiūctione ſunt poſitę, cùm de earum ſyllogiſmis tractauero commodius atque vberius dicam.

*De partibus ſyllogiſmi hypothetici. Cap. VII.*

HYpotheticos ſyllogiſmos, quos latine conditionales vocamus, alij quinque, alii quatuor, alii tribus conſtare partibus arbitrantur, quorum mox controuerſiā diiudicabo, ſi prius quibus nominibus talium partes ſyllogiſmorum appellentur oſtendero. Quoniam enim omnis ſyllogiſmus ex propoſitionibus texitur, Prima vel propoſitio vel ſumptum vocatur. Secunda vero dicit aſſumptio, ex his quæ infertur, concluſio nuncupatur. Cum.n.ita dicimus, Si hō eſt, animal eſt, Homo autem eſt, animal igit eſt; ea qdē enunciatio p quam dicimus, ſi homo eſt, animal eſt, propoſitio vel ſumptum vocatur; ea vero quam huic adiunximus, eſt autem homo, aſſumptio dicitur, tertia concluſio nominatur, per quam oſtendimus eſſe animal qui fuerit, homo. Sed qm ſæpe euenit, vt propoſitionis enūciatę conſequentia non ſit veriſimilis, propoſitioni ſæpe adiungitur approbatio, p quam id qd' eſt propoſitum, verum eſſe monſtretur. Aſſumptio quoq; ſæpe ad fidem p ſe nō ut idonea, huic quoque iuuamen probationis adiungitur, vt vera eſſe videatur. Quo ſit vt ſępe quinque partes, ſæpe quatuor, interdū tres hypotheticos ſyllogiſmos habere contingat. Nam quinq; cōſtabit partibus, ſi & propoſitio & aſſumptio probationibus indigebunt, q ſiue propoſitio, ſiue aſſumptio probatione indigebit quadripartitus eſt ſyllogiſmus. qd' ſi neutra eſt approbanda, tripartitus eſſe relinquitur. In hac vero ſententia etiam M. Tullius eſſe deprehenditur. In rhetoricis.n. ſyllogiſmos quoſdam quinquepartitos eſſe, quadripartitos alios confirmat. Quibus vero talium ſyllogiſmorum non placet partes vltra ternarium numerum propagari, hi propoſitionum probationes, atq; aſſumptionum non putant in ſyllogiſmi partibus eſſe ponendas. Neque enim propoſitionem eſſe, de qua ſyllogiſmus poteſt exiſtere, cui non conſentit auditor. Quo ſi per ſe dubia eſt ea probatio, quę propoſitioni dubiæ adiungitur faciens fidem eidem cui adiungitur propoſitioni, facit ut ſit idonea ſyllogiſmo: ac p hoc tunc incipit eſſe ſyllogiſmi propoſitio, cum talis per probationem redditur, vt ex ea aliquid colligi poſſit; tunc vero aliquid ex ea colligi poteſt, cum probationis auxilio poterit ab auditore concedi. Quocirca membrum quoddam, & quaſi fulcimentum dubiæ propoſitionis, vel aſſumptionis probatio eſſe videtur, non pars etiam ſyllogiſmi. Sed noſtra ſnīa his potius accedit, qui tribus partibus eum conſtare pronunciat. Etenim quęlibet probatio, quæ vel propoſitioni vel aſſumptioni copulatur, propoſitionis eſſe, vel aſſumptionis probatio dicitur. Cum igitur non ad ſyllogiſmum, ſed ad propōnem vel aſſumptionē referatur, cuius eſt probatio, non oportet eam ſyllogiſmi propriæ partem videri. Nam illud quod obiici poteſt, nullus ignorat quin partiū partes etiam totius eſſe partes dicantur. Sed plurimum refert vtrum ipſę ſint primitus partes totius: an in ſecundarū partiū poſtremitate ponant. Amplius ſi ſit p ſe nota probabilis propoſitio, totus ſyllogiſmus probatione non indiget. Quod ſi per ſe propoſitionis nulla fides eſt, neceſse ē, vt ea propoſitio quodam velut teſtimonio probationis indigeat. Non igitur ſyllogiſmus probatione, in eo quod ſyllogiſmus ē indigebit, ſed propoſitio, ſi fide propria fuerit deſtituta. Idem etiam de aſſumptione dici pōt. Quare manifeſtū eſt eorum eſſe ſententiā ꝓponendam, quę aſſerit ſyllogiſmum tribus partib. tm̄ iungi. Præterea ſiqua propoſitio probatiōis indigeat, vt eam vera fides ſequatur, aliquo demonſtrabitur ſyllogiſmo. Quocirca qui fieri poteſt, vt recte ſyllogiſmus pars ſyllogiſmi ſimplicis eſſe dicatur? Ipſam enim probationem propoſitionis ſyllogiſmum, vel ex ſyllogiſmo eſſe neceſse eſt.

*De hypotheticis connexis atquē ſimplicibus, deque illarum ſyllogiſmis tam perfectis, quam imperfectis. Cap. VIII.*

HIs ita determinatis de his protinus ſyllogiſmis, quorum propoſitiones in connexione poſitæ, duobus terminis conſtant, explicandum videtur. Horum aūt duplex forma eſt, quatuor.n.ſunt per pręcedentis propoſitionis affirmationem, qui ſunt primi hypothetici atq; perfecti, quatuor vero per ſequentis negationem, qui cum demōſtratione indigeant, non videntur eſſe perfecti. Prioris vero negatione, & ſequentis poſitione nullus omnino ſyllogiſmus efficitur. Omnium igitur talium propoſitionum primum numerus explicetur, vt qui fiant ex his ſyllogiſmi, facilis acquiratur agnitio. Sunt autem quatuor.

Si eſt, a. eſt, b.
Si eſt, a. non eſt, b.
Si non eſt, a. eſt, b.
Si non eſt, a. non eſt, b.

Ac de priorib. quidem ſyllogiſmis atq; perfectis primo loco dicendum eſt. Horum.n. primus modus eſt hic a prima veniens propoſitione, Si eſt. a. eſt, b. Atqui eſt igitur, b. cum .n. prima propoſitio tm̄ conditionem proponat, ut ſi ſit, a. neceſse ſit conſequi eſſentiam, a. termini, id aſſumptio quod pręcedit aſſumit ac ponit, diciq;: Atqui eſt, a. conſequitur igitur vt ſit, b. Id.n. ex conſequentia primę propoſitionis effectum eſt. At ſi id quod ſequitur, aſſumendo ponamus, nullus efficitur ſyllogiſmus. Age.n. ſit hmōi conſequentia vt, ſi ſit, a. ſit, b. aſſumaturq; quod ſequitur hoc modo. At eſt, b. non conſequit vt ſit vel non ſit, a. Id vero clarius fiet exemplo. ſit.n. propō, ſi hō eſt, aīal eſt, aſſumaturq; eſſe aīal. ſ. qd' ſequit, non neceſſe erit hoīem vel eſſe, vel non eſſe. pt.n. cum ſit, alias hoc vel eſſe vel non eſſe. Secundus vero modus eſt eorum in quibus prior propōnis pars in aſſumptione reperitur, qui venit ex ſecūda propōne ſuperius digeſta, hoc modo eſt, Si eſt, a. non eſt, b. atqui eſt, a. nō eſt igitur, b. id.n. propoſitum fuerat, ſi eſſet, a. non eſſe, a. Sumpto igitur præcedente, conſequentis eſt facta concluſio, quod ſi conſequens ſumas, nullus videt fieri ſyllogiſmus, quia nec conſequit vlla neceſſitas hoc mō, ſi eſt, a, nō eſt, b. ſi eſt b. atq ſi ē, b. ſi neceſſe eſt eſſe, a. vel ſi eſſe. Age.n. ita ſit propō, ſi eſt nigrum, non eſt album, & id quod ſequitur aſſumatur, atqui non eſt album, non neceſſe erit eſſe medium vel non eſſe, quia cum non ſit album, poterit aliquod eſſe medium. Tertius vero modus talium ſyllogiſmorum eſt qui venit ex tertia propoſitione quorum in aſſumptione ponitur id quod pręcedit hoc modo. Si non eſt, a, eſt, b. atqui non eſt, a. eſt igitur, b. Hęc concluſio rurſus ex conditione propoſitionis euenit, id enim fuerat propoſitum, ut ſi non eſſet, a. eſſet, b. Quod ſi conuertas, & ſumas eſſe, b. id eſt quod conſequitur, non neceſſe erit eſſe, vel non eſſe id quod præcedit. Sed huius exemplum non poteſt inueniri eo, q ſi ita proponatur, vt cum non ſit, a. ſit, b. nihil eſſe medium videatur inter, a. atque, b. Sed in his ſi alterum non fuerit, ſtatim neceſſe eſt eſſe alterum, & ſi alterum fuerit, ſtatim neceſſe eſt alterum non eſſe, videtur ergo quodammodo ex conſequenti poſito in his fieri ſyllogiſmus. Sed quantum ad rei naturam ita eſt, quantum vero ad propoſitionis ipſius pertinet conditionem, minime conſequitur; Quod quidem ex his patet, quæ ſuperius dicta ſunt. In vtriſque enim ſuperiorib. modis, conſequenti poſitu, nihil ex neceſſitate collectum eſt; hic vero tertius modus, quantum ad complexionem propoſitionum pertinet, in quo ſi id ponendo quod ſequebatur aſſumitur, nullum efficit ſyllogiſmum; quantum vero ad rerum naturam, in quibus ſolis hę propoſitiones enunciari poſſunt, videtur eſſe neceſſaria conſequentia, hoc modo, vt ſi dies non eſt, nox ſit, ſi nox ſit, dies nō ſit, ex neceſſitate conſequitur. ſimileſq; ſunt ij ſyllogiſmi his qui in diſiunctione ſunt conſtituti, de quib. paulo poſterius commemorabo, quorunq; ad illos & differentias & ſimilitudines dabo. Quartus modus eſt ex quarta propoſitione, cum ita proponitur,

ponitur, Si. a. nõ eſt.b.non eſt: atqui non eſt.a.non eſt igitur.b.Rurſus.n. id quoque cõſequi ex propoſitione mõſtrat̃ quæ propoſuit nõ fore.b.ſi.a.prior terminus non fuiſſet. At ſi id qd' ſequitur aſſumamus, nulla vł fieri poſſe neceſſitas. veluti ſi ita dicamus, non eſt autem.b.non neceſſe erit eſſe vel non eſſe.a.Age enim proponatur, ſi animal non eſt, nõ eſſe hominem:aſſumaturq;,at non eſt homo,nõ neceſſe eſt vt vel ſit,vel non ſit aĩal. Demonſtratũ igit̃ eſt in hmõi ſyllogiſmis, ſi id quod p̃cedit ponẽdo aſſumitur,pfectos,atq; ex ipſis ꝓpoſitionib. probabiles, & neceſſarios fieri ſyllogiſmos.Si vero id ꝙ ſeq̃tur ponendo aſſumat̃,nullã fieri neceſſitatẽ p̃ter in tertio mõ q̃ cum ſit ſimilis his ſyllogiſmis, q̃ per diſiũctionẽ propoſitis enũciationib. fiunt, videtur in reb. de q̃bus ꝓponi poteſt,ſeruare neceſſitatem,cum ĩ complexione non ſeruet, ꝙ ex cæteris tribus modis arguit̃ primo,ſecundo,atque quarto, in quibus ſumpta ſequente, ponendæ propoſitionis parte, nihil ex neceſſitate conficitur. Ac de his quidẽ ſyllogiſmis, qui duobus terminis iunguntur,quorum prima pars propoſitionis ponendo aſſumitur, quantũ ad inſtitutionis ꝑtinet modum, ſufficiẽter expreſſimus. Nunc vero dicendum eſt de his quorũ cõſequens propoſitionis ita ſumit̃ vt perimat̃. Ex his quoq; quatuor ſunt modi,cũ prior propoſitionis pars in aſſumptione nõ poſſit interimi, vt vlla ſyllogiſmi neceſſitas conſequatur.Eſt igit̃ primus modus taliũ ſyllogiſmorum a prima propoſitione veniens hic, Si eſt .a. eſt .b. at non eſt .b. eſt igitur . a . hic igitur.b.terminus,q̃ in prima propoſitione conſequens fuerat,in aſſumptione eſt interemptus,vt.a.terminus,qui propoſitionis prima pars fuerat, interimet̃, eaq; neceſſitas tali ratione probabitur, propoſitum nanq; eſt, ſi.a.ſit.b.eſſe. Et aſſumptio facta eſt, vt conſequens pars propoſitionis interimeretur,id eſt non eſſe.b.Dico quia conſequitur non eſſe.a. Nam ſi põt eſſe.a.cum non ſit.b.fruſtra erit prima propoſitio,quę ait,ſi.a.ſit.b.eſſe, atqui.ea propoſitio valet ; cũ igitur ſit.a.eſt.b. Quod ſi cũ non ſit.b.ſit.a.quod.ſ. ex aſſumptione proponitur,idem.b.erit,& non erit ; Non erit, quia b.non eſſe proponit aſſumptio; erit autẽ,quia ſi eſt.a.erit. b.quod fieri non poteſt, Non igitur ſi.b.non fuerit, erit.a. Hic eſt ergo primus modus talium ſyllogiſmorum, qui ex interempta parte conſequenti propoſitionis fiunt, qui non ſunt perfecti,neq; ex ſe cogniti, ſed indiget vel eius quam ſuperius propoſui, vel alterius cuiuslibet probationis, vt veri eſſe monſtrantur.Quod ſi primã pars propoſitionis interrimatur,non erit ſyllogiſmus, age.n.ita dicamus,Si eſt.a eſt.b.atqui non eſt.a.non ſequit̃, vt ſit vel non ſit.b.vt etiã demonſtret̃ exemplo, Sit.n.propoſitio, ſi homo eſt, animal eſt.Sed homo nõ eſt,nõ neceſſe erit vel eſſe animal vel nõ eſſe.Secũdus modus p̃ cõtradictionẽ aſſumptiõis, quia ſecunda propoſitione deſcẽdit, ille eſt cum ita proponimus, Si eſt.a.non eſt.b. Atqui,b.eſt, igitur.a.non eſt. Huic.n.rurſus ſecunda pars propoſitionis interempta. nam cum ſecunda pars propoſitionis,b.non eſſe diceret,ſi.a.fuiſſet,aſſumptio.b .eſſe pronunciat.Affirmatio aũt perimit negationem quam aſſumptionem conſequitur, vt.a.non ſit hoc modo. Sit enim propoſitio,ſi.a.eſt.b.non eſt,& ſit. Dico quia non erit.a.nam ſi erit.a.cum ſit.b.idem.b.erit, & non erit. Non erit quidem ex prima propoſitione quę dicit, ſi eſt. a.non eſt.b.erit autem per aſſumptionem, qua dicimus eſſe.b.At ſi pręcedens pars propoſitionis auferatur, non fiet vlla neceſſitas.Age enim in huiuſmodi propoſitione. Si.a.eſt.b.nõ eſt, ita dicamus.Atqui nõ eſt.a.nõ cõſequitur,vt ſit vel non ſit.b. Id vero tali arguitur exemplo. Dicemus enim, ſi nigrum eſt, album non eſt .aſſumamusque non eſſe nigrum, non ſtatim conſequitur,vt vel album ſit vel non ſit. Poteſt enim eſſe aliquod mediorum. Tertius modus ille eſt ex tertia propoſitione deductus, cum ita proponimus. Si.a. non eſt.b.eſt,b.autem non eſt,a.igitur eſt. Hic quoq; conſequens pars propoſitionis aſſumpta eſt,& cum in propoſitione affirmaretur, in aſſumptione negata eſt, & eſt rata conſequẽtiã, & perficiens ſyllogiſmum hoc modo,Nam ſi verum eſt, cum non ſit.a. eſſe .b.dico quia .b .non ſit, eſt.a.nam ſi poterit cum.b.non ſit, non eſſe.a.fruſtra eſt prima propoſitio quę dicit,cum non ſit.a.eſſe.b.eritq; ac non erit. Non erit quidem ex ea aſſumptione quæ proponit, non eſſe .b. erit autem,quia ſi.a.terminus eſſe negabitur, poſito nõ eſſe.b. termino, cum non ſit.a.erit.b.quod eſt impoſſibile. Nõ igitur põt fieri, vt cũ non ſit.b.non ſit.a. Conſequitur igitur, vt cũ non ſit.b.ſit.a.Quod ſi prior pars propoſitionis,quę præcedẽs eſt, auferatur, nullus eſt ſyllogiſmus hoc modo; cum enim dicemus, ſi.a.non eſt,eſſe.b.ſi aſſumamus, atqui eſt.a.nihil euenit neceſſarium, vt vel ſit.b.vel non ſit. ſecũdum ipſius complexionis naturam.nam hic quoq; vt in his in quibus in aſſumptione ſecundus terminus ponebatur,dicendum eſt, ſecundum ipſius quidem complexionis naturã nullum fieri ſyllogiſmum. Secundum terminos vero in quibus ſolis dici poteſt,neceſſe eſt, ſi.a.fuerit.b.non eſſe,in cõtrarijs enim tantum & in his immediatis.i. medium non habentibus hęc ſola propoſitio vere poterit prędicari, velut cum dicimus,ſi dies non eſt,nox eſt,ſiue nõ fuerit dies,nox erit: ſiue ſi fuerit nox,dies erit:ſiue dies fuerit,nox nõ erit ſiue nox fuerit, dies non erit. Quartus modus eſt horũ ſyllogiſmorum ex quarta propoſitione deſcendẽs, cuius hæc prima propoſitio eſt, Si non eſt .a. non eſt.b. eſt autem .b. erit igitur .a. hic quoq; ſecunda pars propoſitionis aſſũpta eſt, & cũ eadẽ negatione fuerat poſita,affirmatione eſt interempta. Affirmatio.n. vim negationis interimit, hic quoque eodem modo ſyllogiſmi neceſſitas cõtinetur.nã ſi, poſito cum nõ ſit.a.non eſſe.b. ſumatur eſſe.b.dico quia cõſequens eſt etiam.a.eſſe ; nam ſi poteſt cum ſit.b.non eſſe.a. fruſtra eſt prima propoſitio,quę cum .a.non ſit.b. non eſſe pronunciat.fiet igitur rurſus vt idem,b.ſit. ac non ſit. Ex aſſumptione nanque erit.b. ita.n.dr̃, atqui.b.eſt. Si vero hoc poſito poſſit non eſſe.a.rurſus.b. non erit, quia prima propoſitio ait,ſi non ſit.a.non eſt.b. quod eſt impoſſibile. Qđ ſi ea portio propoſitionis,quæ præcedens eſt auferatur, nihil euenit neceſſarium.Age enim ita dicamus, ſi non eſt.a. non eſt.b.aſſumamuſque, atqui eſt.a.non conſequit̃, vt .b. vel eſſe,vel non eſſe neceſſario concludatur,vt in hoc ſyllogiſmo,ſi non eſt animal,non eſt homo, atqui eſt animal, non neceſſe eſt vel eſſe hominẽ, vel nõ eſſe.Hi igitur quatuor ſyllogiſmi imperfecti dicuntur idcirco, qm̃ per ſe nõ habẽt apertã atq; perſpicuam cõſequentiæ neceſſitate,eaq; illis ex ꝓbatione cõficitur. Vt igitur breuiter cõcludendũ ſit in hypoteticis ſimplicibus ſyllogiſmis connexas habẽtibus propoſitiones, quoquo mõ factis,ſiq̃dẽ prima pars propoſitionis aſſumitur, ſi ea natura,fient quatuor ſyllogiſmi per ſe noti, atq; perfecti. ſi vero id ꝙ cõſequitur aſſumat̃ nulla eſt ſyllogiſmi neceſſitas, niſi tertio tm̃ mõ, q̃ non propter cõplexionis naturã, ſed ꝓpter terminorum contrarietatem, in quibus ſolis dici poteſt, videtur concluſionis neceſſitatem tenere.Itaque ſi quid in aſſumptione ex his q̃ in propoſitione ſunt pronunciata ponantur, quatuor vel quinque fieri neceſſe eſt, ſyllogiſmos perfectos: quatuor, vbi prima pars propoſitionis, quinque vero vbi ſecunda pars propoſitionis ponendo aſſumitur, ſi non ad complexionis naturam, ſed ad terminos aſpiciamus. Si quid vero ex his in aſſumptione quæ prima propoſitio enũciat, auferatur, ſi quæ eſt conſequens pars propoſitionis auferatur, fient imperfecti & probatione indigẽtes quatuor ſyllogiſmi. Si vero prior propoſitionis pars auferatur, nulla erit neceſſitas ſyllogiſmi, niſi in tertio tantum modo, vbi non facit neceſſitatem complexio, ſed terminorũ natura. Quocirca hic quoq; quatuor, vel quinque ſunt ſyllogiſmi: quatuor q̃dẽ,ſi ſecũda pars ꝓpoſitionis fuerit interẽpta.Quintus vero ſi eum nõ cõplexionis natura, ſed terminorũ proprietas mẽtiatur. Quocirca ſi ex duobus terminis propoſitio prima cõſtat: octo ſũt vel decẽ, nec ãplius ſyllogiſmi.

*De hypotheticis,compoſitis ex ꝑdicatiua & cõditional & earum ſyllogiſmis. Cap. IX.*

AC de his quidem conditionalibus ſyllogiſmis, quorũ propoſitiones connexę ſunt, & ex duabus ꝑdicatiuis ſimplicibus

ſimplicibus conſtant, ſufficienter expeditum eſt. Nunc de his ſyllogiſmis dicendum eſt, qui ex prædicatiua & hypothetica, vel ex hypotetica prædicatiuaque connectuntur. Horum autem facile complexiones omnium ſyllogiſmorum apparebunt, prius earum numerus exponatur. Sunt, igitur priores quidem, quæ ex prædicatiua, atque hypothetica connectuntur hæ.

Si ſit,a.cum ſit.b.eſt.c.
Si ſit,a.cum ſit.b.non eſt.c.
Si ſit.a.cum non ſit.b.eſt.c.
Si ſit.a.cum non ſit.b.non eſt.c.
Si non ſit.a.cum ſit.b.eſt.c.
Si non ſit.a.cum ſit.b.non eſt.c.
Si non ſit.a.cum non ſit.b.eſt.c.
Si non ſit.a.cum non ſit.b.non eſt.c.

Ac primum quæ ſit earum natura, videtur eſse tractandum. Neque.n. quoquo modo conditio ponatur, conditionalis propoſitio fiet, ſed ſi illa conſequentia propter poſitā euenit conditionē. nam ſi quis ita dicat, ſi hō eſt, cum ſit animal, animatum eſt: non vr̄ facere oppoſita cōditio conſequētiæ neceſſitatē. Nā & ſi non ſit homo, nihilominus tñ cū ſit animal, animatū eſt at ſi ita ponatur, Si ſit homo, cū ſit aīatū, eſt animal: videtur conſequentiæ ratio in conditione conſiſtere. Neq;.n. neceſſe eſt cum animatum ſit, animal eſſe: niſi homo vel aliquid tale fuerit, quod animatum eſſe ꝓponitur. Tunc enim quod animatum eſt, animal eſſe neceſſe eſt, homo nanque vel quodlibet aliud tale animatum eſt. Per ſingulas igitur propoſitiones eundum eſt, & ſpectāda eſt earū ſingulariū natura hoc modo. Prima ꝓpoſitio p̄ q̄ enunciatur, Si eſt.a.cum ſit b.eſt.c. talis eſſe debet: vt.b. quidem poſſit eſse etiam pręter .a. ſi tamen.a. fuerit.b. non eſſe non poſſit. Rurſus idem .b. terminus poſſit eſse etiam cū non eſt.c. nec ſit neceſse, vt.b. poſito ſit etiam, c. ſed tūc tā tum neceſse ſit eſse.c. quando.b. terminus.a. terminum ſequtur, vt ſi ſit.a. homo.b. animatum .c. animal. animatum .n. & p̄ter hominem, & pręter animal eſse poteſt. Si vero ſit homo, animatum eſse neceſse eſt, & cum animatū hominis eſsentiam cōſequatur, cōſequitur vt ipſum animatū ſit animal. Itē Secunda propoſitionē, quę ait. Si eſt.a. cū ſit.b. non eſt .c. huiuſmodi eſse oportebit, vt.b. quidem præter.a. eſse poſſit, ſed cum fuerit.a. neceſse ſit eſse etiam.b. at vero .c. tale ſit, vt ſimul quidem cum.a. eſse non poſſit, cum .b. vero eſse poſſit, & non eſse: ſed tunc tantum cum.b. eſse non poſſit, quando.b. terminus .a. terminum ſequitur, vt ſit .a. homo .b. animatum. c. inſensibile. Namque animatum pręter hominem eſſe poteſt, at ſi homo, ſit vt ſit animatum neceſse eſt. inſensibile vero poteſt eſſe animatum & non eſſe. Sed tunc inſensibile, & animatum non conueniunt, cum idcirco eſt animatum, quia homo eſſe pręedictus eſt. Tertiam vero propoſitio.a. quidem terminum debet habere, qui nō q̄ ſimul eſse poſſit cū.b. termino .c. vero terminū talē eſse oportebit, vt poſſit eſse q̄dē & non eſse, ſi nō fuerit.b. ſed tūc tātum neceſse ſit eſse, c. terminum, ſi.b. terminus nō ſit ſi idcirco nō ē.b. qm̄.a. terminus eſse p̄dictus eſt, vt ſi ſit.a. hō.b. inanimatum.c. ſēſibile. Nā ſi eſt hō, nō eſt inanimatū ſenſibile vero eſse pōt ſimul & non eſse cum inanimatum nō ſit. Poſſunt.n. eſse q̄dā, quæ nec inanimata ſunt, nec ſēſibilia vt arbores. Idē tñ ſenſibile neceſse eſt, eſse cum ñ ſit inanimatum, ſi idcirco inanimatum non eſt, quia homo eſſe pręedictus eſt. Rurſus Quarta propoſitio huius eſse debet proprietatis: vt, b. quidem terminus nullo modo eſse poſſit, ſi fuerit.a. at vero.c. poſſit eſse & non eſse, ſi nō fuerit.b. Sed tunc tm̄.c. cum non fuerit, b. non eſse neceſse ſit, ſi.b. terminus non ſit: qa.a. terminus prius eſse propoſitus eſt: vt ſi ſit.a. homo.b. inanimatum.c. inſenſibile: inanimatū enim nō erit ſi fuerit homo: inſenſibile vero poteſt eſse & non eſse: ſi non ſit inanimatum. Tūc tm̄ inſenſibile nō eſſe neceſse eſt, cum inanimatū non ſit: cum idcirco inanimatū non ſit: quia homo eſſe prædictus eſt. Quinta quoq; propoſitio tales habere terminos debet, vt.a. quidem ſi non ſit neceſſe ſit eſſe.b. ſi.b. terminus ſit, poſſit & eſſe & non eſſe c. Tunc tantum.c. eſſe neceſſe ſit, cum fuerit.b. cum idcirco eſt.b. quia.a. terminus eſſe negatus eſt: vt ſi ſit .a. quidē animatum.b. vero inſenſibile .c. inuitale, igitur ſi non ſit animatum, ſtatim conſequitur, vt inſenſibile, inuitale autem poteſt eſſe, ſi ſit inſenſibile, vt lapis: poteſt vero non eſſe inuitale, ſi ſit inſenſibile, vt ſunt arbores. Sed tunc tantum poſito inſenſibili conſequitur, vt inuitale eſſe neceſſe ſit, cum idcirco ſit inſenſibile, quia non eſt animatum. Sexta vero ꝓpoſitio tales habere terminos deſiderat, vt .b. quidem eſſe neceſſe ſit, ſi non fuerit.a. at vero.c. terminus ſi ſit.b. vel eſſe vel non eſſe poſſit. Tunc tñ.c. non eſſe neceſſe ſit, cum ſit b. qñ idcirco eſt.b. qa.a. terminus nō eē ꝓpoſitus eſt, veluti ſi ſit.a. aīatū.b. inſenſibile.c. vitale. Nā neceſſe eſt eſſe inſenſibile, ſi nō fuerit aīatum; cū vero ſit inſenſibile, fieri quidē pōt vt nō viuat, veluti lapis, fieri aūt pōt vt viuat, veluti arbor. Tūc tñ neceſſe eſt nō viuere, cū ſit inſēſibile qñ idcirco eſt inſenſibile, quia animatum non eſſe ꝓpoſitum eſt. Septimus modus talibus terminis debet eſſe contextus, vt b. quidem ſine.a. eſſe non poſſit .c. autem ſi non ſit.b. eſſe & non eſſe poſſit. Tunc tñ neceſſe ſit.c. terminum eſſe, ſi non ſit.b. cum idcirco.b. non eſſe poſitum ſit, qm̄.a. fuerit ante denegatum. Sit.n.a. quidem animatum.b. vero ſenſibile.c. inuitale. Sēſibile igitur eſse non poteſt niſi fuerit animatum; Si igitur non ſit animatum, non erit inſenſibile, ſi vero non ſit ſenſibile. poteſt eſſe inuitale, velut in lapidibus: idem poteſt non eſſe, velut in arboribus. Tunc tamē ſenſibili denegato, inuitale neceſſe eſt eſſe, cum idcirco non ſit ſenſibile, quia animatum non eſſe poſitum eſt. Octaua propoſitio his terminis connectenda eſt, vt b. terminus eſſe non poſſit, ſi non fuerit.a. cum vero non ſit.b. terminus .c. & non eſſe & eſſe poſſit. Sed tunc neceſſe ſit .c. terminum non eſſe, cum non fuerit.b. Cum idcirco non ſit.b. quia.a. terminus prius eſſe negatus eſt, vt ſi ſit.a. quidem animatum.b. vero ſenſibile.c. vitale. ſenſibile igitur eſſe non poteſt, niſi fuerit animatum. Idem tamen ſenſibile ſi non ſit, & eſſe & non eſſe vitale poteſt. non eſſe, vt lapides; eſſe vitale arbores. Tunc tamē neceſſe eſt vitale non eſſe, ſi non ſit ſenſibile, cum idcirco ſenſibile non ſit, quia prius animatum eſſe negatum eſt. Ex his igitur conſtat .c. terminum quoquo modo fuerit b. in conditionalibus propoſitionibus, quæ in tota enunciatione poſt prędicatiuas locantur, poſſe tam loco affirmationis quam negationis aſſumi. Ex quibus aſſumptionibus fiunt complexiones variæ ſyllogiſmorum. His igitur ita expeditis de omnibus in commune præcipiendum videtur: nam cum ſint octo propoſitiones, quæ ex prædicatiua hypotheticaque nectuntur, quę ſuperius aſcriptæ ſunt, earum quatuor ita faciunt conſequentiam, ſi.a. terminus ſit. Quatuor vero ita conditionem proponunt, vt.a. terminus non ſit. Fiunt vero ex his ſyllogiſmi hoc modo. Ex prima propoſitione, Si eſt.a. cum ſit .b. eſt.c. Atqui eſt a. cum igitur ſit b. eſt.c. vel ſic, Atqui cum ſit.b. non eſt.c. non eſt igitur .a. Poſſe autem huiuſmodi eſſe aſſumptionem ex ſuperius deſcripta propoſitionum natura cognoſcitur. Ex ſecunda propoſitione, Si eſt.a. cum ſit.b. non eſt.c. Atqui eſt.a. cum igitur ſit.b. non eſt.c. vel ita. Atqui cum ſit .b. eſt.c. non eſt igitur a. Ex tertia, Si eſt.a. cum non ſit.b. eſt.c. Atqui eſt.a. cum igitur non ſit.b. eſt .c. vel ita, atqui cum non ſit .b. non eſt.c. non eſt igitur.a. Ex quarta Si eſt.a. cum non ſit.b. non eſt.c. Atqui eſt .a. cum igitur non ſit .b. non eſt .c. vel ita. Atqui cum non ſit . b . eſt . c . non eſt igitur . a . In his igitur quatuor propoſitionibus, in quibus .a. terminus eſſe proponitur, ſi aſſumptum fuerit eundem . a . terminum eſſe .c. terminus, vel eſſe vel non eſſe monſtratur, idem vero ſi.c. terminus aſſumatur. ſiquidem cum eſt non eſſe, vel cum non eſt eſſe aſſumatur .a. terminus non eſſe monſtrabitur. Ex quinta etiam propoſitione ita ſyllogiſmi fiunt, Si non eſt.a. cum ſit .b. eſt .c. Atqui non eſt .a. cum igitur ſit .b. eſt.c. vel ita. Atqui eſt .a. cum igitur ſit .b. non eſt .c. vel ita, Atqui cum ſit .b. non eſt .c. eſt igitur .a. vel ſic, Atqui cum ſit .b. eſt.c. non eſt igitur .a. Quod idcirco euenit, vt huiuſmodi propoſitio quatuor colligat ſyllogiſmos, quia in his tantū

ſi

ſi non ſit aliquid, eſſe aliud proponi poteſt, in quibus contraria medietatibus carent. in his enim vel interempto altero alterum ponitur, vel poſito altero alterum neceſſe eſt perimantur. Ex ſexta, Si non ſit, a. cum ſit, b. non eſt, c. atqui non eſt, a. cum igitur ſit, b. non eſt, c. vel ita. Atqui cum ſit b. eſt. c. igitur eſt. a. Ex ſeptima. Si non eſt. a. cum non ſit b. eſt. c. Atqui non eſt. a. cum igitur non ſit. b eſt. c. vel ita, Atqui eſt. a. cum igitur non ſit. b. non eſt. c. vel ita. Atqui cum non ſit. b. non eſt. c. eſt igitur. a. vel ita. Atqui cum non ſit. b. eſt. c non eſt igitur. a. In hac quoque complexione propter eandem cauſam quatuor collexiones fiunt. Ex octaua. Si non eſt: a. cum non ſit. b. non eſt. c. Atqui non eſt. a. cum igitur non ſit. b. non eſt. c. vel ita. Atqui cum non ſit. b. eſt. c. eſt igitur. a. In his quatuor quoque propoſitionibus, ſiquidem. a. nõ eſſe aſſumatur. c. terminus vel eſſe vel non eſſe cõcluditur: ſi vero. c. cum eſt nõ eſſe, vel cũ non eſt eſſe aſſumatur. a. terminus ſemp eſſe cõcludit, niſi in quinto & ſeptimo tantum modis, vbi cũ. c. eſſe aſſumitur. a. non monſtratur. Oĩum vero cõmunis eſt ratio pręter quintum ac ſeptimum modũ, vt ſi. a. terminus ita aſſumatur quomõ in prima enũciatione ꝓpoſitus eſt, conditio, quę ſeqtur, in concluſione firmat. Si vero conditio quę ſeqtur contrario mõ atq; ĩ enũciatione propoſita eſt aſſumatur, categorica propoſitio quę prima eſt interimatur. In ſeptimo vero, vel quinto modo quaque ratione ſit aſſumptum alterum, in vtriſq; partibus faciet concluſionem. Itaque fiunt ſexdecim vel viginti potius ſyllogiſmi. Octo quidem ſi. a. terminus vt eſt propoſitus, aſſumatur. octo vero, ſi. c. terminus conuerſo modo, atque in propoſitione eſt poſitus, aſſumat. Quatuor vero ex ſeptimo & quinto modis vtrobique facientibus concluſionem. Reliquis vero complexionibus nulla eſt conſequẽtia neceſſitatis. Vt autem planior intellectus fieret, ipſas ꝓpoſitiones cum ſuis terminis poſitas annotaui, at ſecũdum prædictos aſſumptionem modos, non ratione ſolum demõſtratio fieret, verumetiam per exemplum currentibus doctrina clarior eluceſceret.

Si eſt. a. homo, cum ſit. b. animatum, eſt, c. animal.
Si eſt. a. homo, cum ſit, a. animatum: non eſt, c. inſenſibile.
Si eſt. a. homo, cum non ſit, b. inanimatum, eſt, c. ſenſibile.
Si eſt, a. homo, cũ non ſit, b. inanimatũ, non eſt, c. inſenſibile.
Si non eſt, a. animatum, cum ſit, b. inſenſibile, eſt, c. inuitale.
Si non eſt, a. animatum, cũ ſit, b. inſenſibile, non eſt. c. viuẽs.
Si non eſt, a. animatum, cũ non ſit. b. ſenſibile, eſt, c. inuitale.
Si non eſt. a. aĩatum, cũ non ſit, b. ſenſibile, non eſt, c. vitale.

*De hypotheticis compoſitis ex conditionali & prædicatiua, & earum ſyllogiſmis. Cap. X.*

EXpeditis igitur his ſyllogiſmis, qui ex talibus propoſitionibus fiunt, quæ ex prima prædicatiua ſecunda hypothetica copulantur, nunc ad eos tranſitum faciamus, qui ex prima conditionali, ſecunda vero pręedicatiua nectuntur quarum omnium numerus ponẽdus eſt, vt de quibus loquamur, lector agnoſcat.

Si cum ſit. a. eſt. b. eſt. c.
Si cum ſit, a. eſt, b. non eſt, c.
Si cum ſit, a. non eſt, b. eſt. c.
Si cum ſit, a. non eſt, b. non eſt. c.
Si cum non ſit, a. eſt, b. eſt, c.
Si cum non ſit, a. eſt, b. non eſt, c.
Si cum non ſit, a non eſt, b eſt, c.
Si cum non ſit, a. non eſt, b. non eſt, c.

Prima igitur ꝓpoſitio tales habere terminos debet, vt, a. quidem poſſit eſſe pręter, b. &, c. Sed tunc ſi, a. fuerit. c. eſſe neceſſe ſit, cum, a. terminum, b. terminus ſubſequatur. vt ſi ſit, a. quidem animatum, b. homo, c. animal: animatum nanque & præter hominem & præter animal eſſe poteſt. Tunc vero id quod animatum eſt, eſſe animal neceſſe eſt, ſi id qđ eſt animatum, homo eſt. Secunda propoſitio talibus terminis contexenda eſt, vt, a. quidem pręter, b. atq; c. & cum eiſdem eſſe poſſit. Tunc tñ neceſſe ſit non eſſe. c. cum eſt, a. ſi. a. poſitio, b. ſubſequatur: vt ſi, a. ſit animatũ. b. homo, c. equus. Animatum quippe, vt & homo, vel equus ſit fieri poteſt. Tunc vero neceſſe eſt id quod animatum eſt, non eſſe equũ. c. idipſum quod animatum eſt, homo fuerit. Tertia propoſitio his terminis copulatur vt, a. quidem cum, b. &, c. vel eſſe, vel non eſſe poſſit: tunc tamen neceſſe ſit ſimul eſſe, cum, c. ſi poſito, a. termino, b. terminus abnuatur, vt ſi ſit, a. animatum, b. animal, c. inſenſibile. Nam quod animatum eſt, vel animal, vel non animal, vel inſenſibile, vel nõ inſenſibile eſſe poteſt, ſed tunc neceſſe eſt id quod animatum eſt eſſe inſenſibile, ſi animato poſito animal abnuatur. Quartę propoſitionis hi termini ſunt, vt, a. quidem cum, b. & cum, c. eſſe, & non eſſe poſſit. Tunc vero ab eo, c. modis omnibus ſeparetur ſi poſito, a. termino, b. terminus abnuatur, vt ſi ſit, a. quidem animatum, b. animal, c homo. Nam quod animatũ eſt, & animal eſſe, & non eſſe, itemq; homo eſſe & non eſſe poteſt: tunc tamen neceſſe eſt, vt cum ſit animatum, nõ ſit homo. cum poſito animato eſſe animal denegetur. Quinta vero propoſitio his terminis connectitur, vt ſi non ſit, a. poſſit & eſſe non eſſe, b. atque, c. Tunc tamen cum non ſit, a. terminum, c. eſſe neceſſe ſit, ſi poſito non eſſe, a. eſſe, b. terminum conſequatur vt ſi ſit, a. quidem inuitale, b. homo, c. animal. Nam ſi non ſit inuitale, tunc poſſunt homo atq; animal eſſe vel non eſſe, at tunc neceſſe eſt animal negato inuitali ſi cum inuitale negabitur, eſſe hominem ſubſequatur. Sextam vero propoſitionem talia debent membra contĩgere, vt ſi non ſit, a. terminus, b. atq;, c. vel eſſe vel non eſſe poſſint. Tunc vero denegato, a. termino, c. non eſſe neceſſe ſit, cum negationem, a. termini, b. termini affirmatio comitabitur, vt ſi ſit, a. inuitale, b. homo, c. equus. Nam quod non eſt inuitale, poteſt vel homo vel equus eſſe, vel non eſſe, ſed neceſſe eſt non eſſe equum, inuitali denegato, ſi negationem inuitalis hominis poſitio ſubſequatur. Septimę propoſionis hos eſſe terminos oportebit, vt ſi non ſit, a. termini, b. atque, c. & eſſe & non eſſe poſſint. Sed tunc neceſſe ſit eſſe, c. terminum, ſi negationem, a. termini, b. termini negatio ſubſequatur. vt ſi ſit, a. animal, b. animatum, c. inuitale, animal quidem ſi non ſit, animatum, & inuitale eſſe & non eſſe poſſit. Tunc vero neceſſe eſt, ſi animal non ſit, inuitale eſſe, quando ſi animal non ſit, non erit animatum. Octaua propoſitio eſt, cum negatio, a. termino poſſũt & eſſe & nõ eſſe, b. atque, c. termini. Sed tunc neceſſe eſt ſi, a. terminus abnuatur, non eſſe, c. terminum, cum negationem, a. termini, negatio, b. termini ſubſequetur, vt ſi ſit, a. inuitale. b. animal, c. homo. Si igitur non ſit inuitale, poteſt & eſſe, & non eſſe animal & homo. His igitur ita expeditis illud in commune dicendum eſt, quod ſuperiores quatuor propoſitiones ita faciunt conditionem, ſi fuerit, a. Poſteriores vero, ſi non fuerit. ex quibus omnibus ſyllogiſmi tali ratione naſcuntur. Ex prima propoſitione, Si cum ſit. a. eſt, b. eſt. c. Atqui cum ſit, a. eſt, b. eſt igitur. c. vel ita, atqui non eſt, c. cum igitur ſit, a. non eſt, b. Poſſe vero fieri tales concluſiones, ex ſuperius deſcriptarum propoſitionum natura cognoſcimus, poterat. n. a. terminus eſſe, & non eſſe cum, b. Item ex Secũda, ſi cum ſit. a. eſt, b. non eſt, c. Atqui cum ſit, a. eſt, b. non eſt igitur, c. vel ita, atq; eſt, c. cum igitur ſit, a. non eſt. b. Ex Tertia vero vtrobiq; aſſumptis terminis collectiones fiunt, vt ſi cum eſt, a. non eſt, b, eſt, c. Atqui cum ſit. a. non eſt. b. eſt igitur. c. Vel ita, atqui cum ſit, a. eſt, b. non eſt igitur, c Vel ita, Atqui non eſt, c. cum igitur ſit, a. eſt, b. vel ſic, atqui eſt, c. cum igitur ſit, a. non eſt, b. Quæ idcirco facta eſt vtrobique collectio, qm̃ in his terminis hę propoſitiones poterant poni, in quibus immediata contraria reperiebantur. In illis. n. alterius poſitio alterutrum perimebat, & alterius interemptio ponebat alterum. Ex Quarta, ſi cũ ſit, a. non eſt, b. non eſt, c. Atqui cum ſit, a. non eſt, b. non eſt igitur, c. Vel ita: atqui eſt, c. cum igitur ſit, a. eſt, b. Ex Quinta, ſi cum non ſit, a. eſt, b. eſt, c. Atqui cum non ſit, a. eſt, b. igitur, c. vel ſic, atqui non eſt, c. cum igitur non ſit, a. non eſt, b. Ex

Sexta

Sexta ſi cum non ſit.a.eſt.b.non eſt. c. Atqui cum non ſit.a. eſt.b.non eſt igitur.c.vel ſic. Atqui eſt.c. cum igitur non ſit a.non eſt.b. Ex Septima vtrobiq; colligitur hoc modo: ſi cū ñ ſit.a.nō eſt,b.ē.c. Atqui cū non ſit.a.nō eſt b.eſt igi.c. vel ita.Atqui cum nō ſit.a.eſt.b.non eſt igitur.c.Vel ita, atq; nō eſt.c.cum igiť non ſit a.eſt b.Vel ſic,atq; c.eſt, cum igitur nō ſit.a.non eſt.b.Hic quoq; pp eadem cum in alterutra aſſumptione ſyllogiſmus fiet.Nam eſse aliquid cum aliud nō ſit in immediatis tm̃ contrarijs dicebatur.Ex octaua,Si cū non ſit.a.non eſt.b.non eſt.c.atq;,cū non ſit.a.non eſt,b. non eſt igitur.c.Vel ita, atqui eſt.c.cum igitur non ſit.a.eſt,b. In omnib.igitur ſuperius deſcriptis ſyllogiſmis hęc ratio eſt,vt ſi.b.terminus aſſumatur ita,vt in ppoſitione eſt poſitus,ita c.terminum concludat,vt in eadem propoſitione fuerat collocatus.At ſi.c.terminus contrario modo aſsumatur, quam in propoſitione fuerit poſitus,contrario modo.b.terminus in concluſione monſtrabitur, pręter tertium, & ſeptimum modum,in quibus etiamſi. b. terminus contrario modo atque poſitus eſt,colligit:uel si,c.terminus ita ut in propoſitione eſt poſitus, aſsumat.c.terminum contrario modo atq; in propoſitione eſt,colligit: vel ſi.c.terminus, ita vt in propoſitione eſt poſitus aſsumatur,ſimili modo,b.terminū concludit, vt in eadē propoſitione fuerit collocatus. Quare ſexdecim q dem vel viginti fiunt ſyllogiſmi. Aſſumptis nanque primus hypoteticis propoſitionib. fiunt octo, octo vero ſi ſecundæ prędicatiuę aſſumantur,quatuor autem his adiungitur ex tertio atq; ſeptimo modo vtrobiq; colligentib.vt oēs et in his propoſitionum complexionib.fiant ſexdecim vel viginti ſyllogiſmi. Quocunq; aūt alio modo aſsumptiones teneris, nihil eueniet neceſsarium ut autem omnis propoñum & ſyllogiſmorum rō colluceſcat, exēpla ſubiecimus,quib. facilius id qd ſuperius docuimus colliqueſcat.

Si cum ſit,a.animatum,eſt.b.homo,eſt.c.animal.
Si cum eſt.c.a.animatum,eſt.b.homo,non eſt.c.equus.
Si cum ſit.a.animatum,nō eſt,b.animal,eſt,c. inſenſibile,
Si cum ſit,a.animatum,non eſt,b.animal,nō eſt,c.homo.
Si cum non ſit.a.inuitale,eſt.b.homo,eſt.c.animal.
Si cum non ſit,a.inuitale,eſt,b.homo,eſt,c.equus.
Si cū non ſit,a.animal,non eſt.b.animatum,eſt. c. inuitale.
Si cum non ſit,a.inuitale,non eſt,b.animal,non eſt,c.hō:

Ac de his quidem ſyllogiſmis,qui talibus propoſitionib. connectuntur quæ ex hypothetica prædicatiuaq; conſiſtūt, ſufficienter dictum eſt.

### *De hypotheticis mediis & earum ſyllogiſmis in prima figura. Cap. XI.*

NVnc de his dicēdū eſt ſyllogiſmis quorum ppoſitiones ita tribus terminis continentur vt medię ſint earū,quę ex hypothetica prędicatiuaq; texuntur, & earum quæ ex duabus hypotheticis connectuntur. quas idcirco hoc loco ppónimus,quia vt ſuperiores,ita hę quoque tribus terminis continentur, & a ſimilibus ad ſimilia facilior tractatus fiet.harum vero ſunt multiplices ſyllogiſmi, quorum nullus poterit eſſe perfectus,cum nec per ſe perſpicui ſint,& vt his fides debeat acōmodari,adiumēto extrinſecus poſitæ probōnis indigeant.eſt āt probō taliū ſyllogiſmorū alio conſtitutus ordine ſyllogiſmus fiunt ſit, vt dictū eſt,tum p primam,tum per ſecundam, tum vero p tertiam figurā.Sunt aūt primæ figurę propoſitiones hę.

Si eſt,a eſt,b.& ſi eſt,b.eſt,c.
Si eſt,a.eſt,b.ſi eſt,b.non eſt,c.
Si eſt,a.non eſt,b.& ſi non eſt,b eſt,c.
Si eſt,a.non eſt,b.& ſi non eſt b,non eſt,c.
Si non eſt,a.eſt,b.& ſi eſt,b.eſt, c.
Si non eſt,a. eſt,b & ſi eſt,b.non eſt,c.
Si non eſt,a.non eſt,b. & ſi non eſt.b.eſt,c.
Si non eſt,a.non eſt,b.& ſi non eſt,b.non eſt,c.

Ergo ſi ratio colligentię talis ſit,vt conſtituat & confirmet aſſumptio, quod enunciatio prima pronunciat ſexdecim neceſſe eſt fieri complexiones. ex quibus octo tantum ſeruant conſequentię neceſſitatem reliquę vero octo nihil idoneum vñr habere ad fidem. Rurſus id qd prima propō conſtituit,euertat aſſūptio,ſic quoq; ſexdecim neceſſe eſt fieri complexiones.quarū octo firma neceſſitas tenet; octo vero reliquas inſida ſępius varietas repet.Fiunt vero ſyllogiſmi,tū in prima figura,tum in ſecūda,tum vero in tertia. Oēs igitū triū figurarū modos a prima ordiētes,ut nihil ſubterfugiat explicemus. Eſt.n.primę figurę primus modus a prima veniens propōnes, cum ita pponimus.Si eſt,a.eſt, b. & ſi eſt,b.neceſſe eſt eſſe,c.Tunc.n.ſi eſt,a.ēt,c. eſſe neceſſe eſt, cuius hęc demonſtratio eſt. nam ſi eſt.a. cōſequi vt ſit,b.id eſt enim quod proponit prima propoſitio, ut ſit,a. eſſe,b.at ſi b.fuerit, eſt.c. id eſt enim quod ſecunda pars propoſitionis pronunciat, ſi ſit.b.cōſequi neceſſario vt ſit c. Quibus ita cōceſſis euenit,vt cū ſit.a. etiā c.eſſe neceſſe ſit, imperfectū vero hunc dicimus ſyllogiſmum, quia teſtimoniū probationis indiguit. Probatio vero ea ſuit,per ſyllogiſmum demonſtratio. ita nanque firmamus talis conſequentiæ neceſſitatem. Cum enim ita proponeretur.Si eſt.a. eſt.b. & ſi eſt.b.neceſſe eſt vt ſit.c.poneretq; aſſumptio id, quod affirmatio cōſtituerat,eſſe,a.eādemq; ſequi aſſumptionem talis concluſio diceretur, quod neceſſario eſſet,c. neque id eſſet ex ipſius ſyllogiſmi natura & ꝓprietate perſpicuum, addita eſt probatio p ſyllogiſmum hoc modo, ſi eſt a.eſt,b.At ſi eſt.b.eſt.c.Si igitur eſt.a.neceſſe eſt,vt ſit,c.Et in reliquis quidem eandē rationem expectari oportere manifeſtum eſt.Et hęc quidem complexio ea eſt,quę id qd primo in propoſitione poſitū fuerat,aſſumit atque conſtituit: quod ſi id ponendo quis qd ſequebatur aſſumat, nulla eſt neceſſitas ſyllogiſmi, veluti cum dicimus, Si eſt,a.eſt.b.& ſi eſt,b.neceſſe eſt eſſe,c.Atqui eſt.c. non neceſſe eſt eſſe.b. vel non eſſe.Sed cū nō ſit neceſſe.b.eſſe vel nō eſſe,nō erit neceſſe, a.eſſe uel non eſſe. idem quoque tale firmabit exēplum.Si eſt.homo,animal eſt, & ſi eſt animal, erit corpus animatum,atqui eſt corpus animatū.nō neceſſe erit animal eſſe, quocirca ne hoiem quidem. Secundus quoque modus eſt hic primę figurę,cum ita proponimus,Si eſt,a.eſt,b.&ſi eſt,b.neceſſe eſt non eſſe,c.at vero eſt.a.Nō eſt igitur. c.Huius demonſtratio talis eſt. nam ſi eſt,a.eſt.b, id enim prima conditio monſtrabat,quę eſt,ſi ſit,a.eſſe,b.Cū vero ſit b.neceſſe eſt non eſſe,c.Id enim cōſequētia preferebat, in qua pronunciabatur, ſi eſſet, b.conſequi ex neceſſitate,vt nō eſſet,c.ſi igitur ſit,a.non erit.c.q; ſi id quod propoſitio vltimum cōſtituit,ponat aſſumptio, ideſt non eſſe.c.nullus eſt ſyllogiſmus. Nam ſi de aliqua re ita proponatur, ſi homo ſit.eſt animal,& ſi eſt animal,non eſt lapis,at nō eſt lapis.non neceſſe erit aut eſſe,aut nō eſſe animal.eodem modo nec hominem: poteſt enim ſi lapis non ſit, eſſe lignum vel cętera, quæ nec animalia ſunt, nec inter homines numerantur.Tertius vero modus eſt primæ figuræ,cum id aſſumptio conſtituit,quod propoſitio prima ponebat, cuius ex tertia propoſitione principium eſt cum ita proponimus ſi eſt,a.non eſt,b.& ſi nō eſt,b.neceſſe eſt eſſe,c.Hic enim rurſus ſi,a.terminus aſſumatur ita,vt in prima eſt enunciatione poſitus,ita dicetur,atqui eſt,a.eſt igitur, c. Probatio vero ſimilis eſt ſuperioribus.Nam quia eſt, a.non eſt, b. & quia non eſt, b.eſt,c.quia igitur eſt a.eſt,c.Quod ſi,c.terminus aſſumatur,nihil neceſſarium fiet.Vt ſi ita pponamus,ſi homo eſt,non eſt inſenſibile,ſi non eſt inſenſibile, animal eſt,eſt autem animal,non eſt neceſſe eſſe hominem.Quartus modus eſt,qui ex quarta propoſitione principium capit,qui ex tali propoſitione formatur.Si eſt,a.non eſt, b.& ſi non eſt,b.non eſt etiam,c.Hic.n.ſi,a.eſt.neceſſe eſt nō eſſe, c.Demonſtratio vero eadem eſt, quę in prioribus modis.Quod ſi non eſſe,c aſſumatur,nulla erit neceſſitas cōplexionis hoc modo: Age enim proponatur, ſi eſt homo, non eſt irrationale,& ſi irrationale non eſt,non eſt inanimatū.Atqui nō eſt inanimatum,non neceſſe eſt eſſe hoīem Quintus modus eſt ex quinta enunciatione deſcendēs.Cuius prima talis eſt propoſitio. Si non eſt, a. eſt.b. ſi eſt,b. etiam,c.neceſſe eſt eſſe:atqui non eſt,a.c.igitur neceſſe eſt eſſe. Hic quoque prius dicta conditio facit conſequentiam neceſſitatis,

neceſſitatis, at ſi id quod eſt .c. aſſumatur, nulla neceſſitas eueniet. Si.n. propoſitio, ſi non eſt irrationale, rationale eſt, & ſi rationale eſt, animal eſt, & aſſumamus, eſt animal non neceſse erit vel eſse, vel non eſse irrationale. Sextus modus eſt ita propoſitus, quem ſexta propoſitio facit, Si non eſt.a.eſt.b.& ſi eſt.b.non eſt.c.atqui non eſt .a. non eſt igitur.c.Similis vero ſuperioribus eſt demonſtratio, at ſi .c.aſsumatur, eodem modo nullus eſt ſyllogiſmus. Nam ſi ſit ꝓpoſitio, ſi animatum non eſt, inanimatum eſt, & ſi inanimatum eſt, ſenſibile non eſt: ſi aſsumamus, atqui non eſt ſenſibile, non neceſse erit vel eſse, vel non eſse animatũ. Septimus modus eſt, qui ex ſeptima ꝓpoſitione ꝓcedit, Si.a. non eſt.b.non eſt, & ſi.b.non eſt, neceſse eſt .c. atqui non eſt.a.neceſse eſt igitur eſse.c. quod ſi.c.aſsumatur, nihil ſit neceſsariũ nam ſi proponamus, ſi non eſt animatũ, non eſt animal, & ſi animal non eſt, inſenſibile eſt, aſsumemuſque atq; eſt inſẽſibile, nõ neceſse eſt vel eſse, vel non eſse animatũ. Octauus modus eſt, qui ita proponitur, Si non eſt.a. non eſt.b. & ſi non eſt.b.neceſse eſt non eſse.c.atqui non ẽ .a.non eſt igitur .c. quod ſi .c. aſsumatur, nulla erit neceſſitas. Age.n.ita proponamus, ſi non eſt animatum, non eſt animal, & ſi non eſt animal, neceſse eſt non eſse ſenſibile at non eſt ſenſibile, non neceſse erit non eſse animatũ, vt arbores, herbas, & quicquid vitali tm̃ anima, non ẽt ſenſibili vegetatur. In prima igitur figura ex tribus terminis fiunt hypotheticę ſexdecim complexiones ita, vt id quod poſitum eſt in propoſitione, id in aſſumptione quoq; ponatur. Octo quidem, ſi.a.terminus in aſsumptione ponatur: Octo vero, ſi.c.Quod ſi.a.terminus ponendo aſſumatur, erunt octo neceſsarij ſyllogiſmi, ſi vero.c.terminus ponendo aſsumatur, nullus efficitur ſyllogiſmus. Eodem quoq; mõ ſyllogiſmorum complexionumq; ordo conſtabit, ſi id in aſsumptione, qđ in propoſitione poſitum fuerat, auferatur. Fiẽt quippe ſexdecim cõplexiones. quarum octo quidem vbi id quod ſequitur aufertur, integra neceſſitate perdurant octo vero in quib. id qđ pręcedit aufertur. neceſſitatem non eadem ratione conſeruant, horum vero omnium ſubdantur exempla. Primus igitur modus hic eſt. Si eſt.a. eſt, b.& ſi eſt. b.etiam.c.eſſe neceſſe eſt: at non eſt.c.igitur .a. non eſt. qđ ſi aſſumamus, at non eſt .a. nihil eueniet neceſſarium. Sit enim propoſitio hęc, ſi homo eſt, animal eſt, & ſi animal eſt, animatũ eſſe neceſſe eſt: atqui nõ eſt hõ, non igitur neceſſe erit, vt ſit, vel non ſit aĩatũ. Scđs modus eſt, Si eſt.a.eſt b.& ſi eſt .b. non eſſe.c.neceſſe eſt: atqui eſt.c.igitur.a.non erit. quod ſi aſſumamus ita, atqui non eſt.a.non neceſſe erit. c.eſſe, vel non eſſe. nam ſi ſit propoſitio talis, ſi homo eſt, animal eſt, & ſi animal eſt, lapis non eſt: ſi aſſumamus, atqui non eſt hõ, non neceſse erit lapidem eſse, vel non eſse. Tertius modus eſt, Si eſt.a.non eſt.b.ſi non eſt.b. neceſse eſt eẽ. c. atqui nõ eſt.c.neceſſe eſt igiẽ non eſse a.qđ ſi. a. terminũ tollat aſsumptio, nihil euenit neceſsarium. Age.n.ſit propó, ſi hõ eſt, non eſt inanimatus, & ſi inanimatus non eſt, animatum eſſe neceſſe eſt: atq; non eſt hõ, non neceſſe eſt eſſe, vel non eſse, animatum. Quartus modus, Si eſt.a.non eſt.b. & ſi non eſt.b.neceſse eſt non eſse.c.At eſt.c.igitur.a.nõ erit. qđ ſi aſsumamus non eſse .a. nulla complexionis neceſſitas inuenitur. nam ſi ſit propoſitio, ſi homo eſt, non eſt irrationale, ſi irrationale non eſt, inanimatum eum non eſse neceſse eſt. Atqui non eſt homo, non neceſse eſt eum eſse vel non eſse inanimatum. Quintus, Si.a.non eſt.b.eſt, & ſi.b.eſt, & ſi.c. eſse neceſse eſt, atqui nõ eſt.c.igitur.a. non eſse neceſse eſt, quod ſi.a.terminus aſsumatur, nullus fiet ſyllogiſmus. ſit.n. propó, ſi irrationale non ẽ, rationale eſt, & ſi rationale eſt, animal eſt, atqui irrationale non eſt, non neceſse erit eſse, vel non eſse animal. Sextus, Si non eſt.a.eſt.b.& ſi eſt. b. neceſse eſt, c.non eſse. Atqui eſt.c. igitur.a. eſse neceſse eſt. ꝙ ſi.a.terminum ſumam, nulla neceſſitas inuenitur ſit.n.propoſitio talis, ſi animatum non ſit, inanimatum eſt, & ſi inanimatum eſt, ſenſibile non eſt: atqui animatum eſt, nõ erit neceſſe, vel eſse vel non eſse ſenſibile. Septimus, Si non eſt.a. nõ eſt.b.& ſi non eſt. b.neceſse eſt eſse.c.atqui .c.non eſt, igitur. a.eſse neceſse eſt. quod ſi.a.terminum ſumpſerimus, complexio nullam faciet neceſſitatem. Sit.n. ꝓpoſitio talis, ſi animal non ſit, non eſt rationale, ſi rationale non eſt, irrationale eſt & aſsumamus, atqui animal eſt, nõ neceſse eſt vel eſſe irrationale, vel non eſse. Octauus modus eſt qui hac propoſitione formatur, Si non eſt.a. non eſt.b.& ſi.b.non eſt.c. non eſse neceſse eſt: atqui eſt .c. igitur .a. eſse neceſse eſt. Quod ſi.a.terminum ſumpſeris, non fiet vlla neceſſitas: ſit enim propoſitio, ſi non eſt animal non eſt homo, & ſi non eſt homo, neceſse eſt non eſse riſibile. Atqui eſt animal, non neceſse erit eſse, vel non eſse riſibile, ac de prima quidem figura ſatis dictum eſt, ſequenti vero vol. de ſecunda tractabitur.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,

## DE SYLLOGISMO HYPOTETICO

## LIBER SECVNDVS.

### *De ſyllogiſmis hypotheticis mediis in ſecunda figura. Cap. I.*

COnditionalium propoſitionũ, quæ trib. terminis conſtãt, ſecũda figura eſt, quoties cum aliquid dicitur, vel eſse vel nõ eſse, conſequitur, vt duo quędã vel eſſe vel non eſſe dicantur. variantur autẽ in ipſis propoſitionib. vel etiam in concluſionib. ſcm̃ aſsumptionis ordinẽ multis modis. quod vt facilius innoteſcat, primum cũctæ propõnes in ordine digerantur, in quib. illud eſt ꝓdicendum, ꝙ ſæpe æquimodę propoſitiones ponũtur, ſępe vero non, ac de ęquimodis quidẽ nullus eſt ſyllogiſmus Aequimoda.n.propó eſt ſi ita dicamus, Si.a.eſt.b.eſt, & ſi eſt.a. non eſt. c. ac ſi ſint inęquimodæ faciunt ſyllogiſmum. Inęquimoda vero ſecundæ figuræ ꝓpó eſt in his ſyllogiſmis hypotheticis quorum enunciationes trib. terminis componuntur, veluti cum ita ꝓponimus, Si eſt a.eſt.b.ſi autem non eſt.a eſt.c.huius ꝓpoſitionis tale intelligatur exemplũ, ſi aĩal eſt animatũ eſt, ſi animal non eſt, inſenſibile eſt. hic igitur animal, quod eſt. a.nõ eſt vno modo propoſitum in vtriſq; ſed ad .b. quidem affirmatiuæ, ad.c.vero negatiue coniungitur, & id vocatur non ęquimode prædicari. Quod ſi in vtriſq; a.eſse vel non eſse poneretur, ęquimoda prædicatio diceretur. Diſponanſ igitur (vt dictũ eſt) omnes non æquimodæ ꝓpoſitiones hoc modo. Si eſt.a.eſt.b.ſi non eſt.a.eſt .c. Si eſt. a. eſt. b. ſi non eſt.a.non eſt.c.Si eſt.a.non eſt.b.ſi non eſt.a.eſt.c.Si eſt.a.nõ eſt.b.ſi.nõ eſt.a.ẽ.c.Nunc igiẽ.a.q̃dem eſse poſitum eſt cum b.non eſſe vero cum.c.Rurſus. a. non eſse ponamus cum.b. eſſe vero cum.c.Si non eſt.a.eſt.b.ſi eſt.a.ñ eſt.c.Si non eſt.a. eſt.b.ſi eſt.a.non eſt.c.Si non eſt.a.non eſt.b.ſi eſt.a.eſt. c. Si non eſt.a.non eſt.b.ſi eſt.a.non eſt. c. Si igitur non ſit æquimoda propó, aſsumptio q̃dem.b.fiunt ſexdecim complexiones, quarum tantum octo ſunt ſyllogiſmi. Rurſus ſi aſſumat. ſic quoq; ſexdecim complexiones fiunt, ſed in octo tm̃ ſyllogiſmorum deprehẽditur firma neceſſitas. Sit igitur primus modus ſecundę figuræ hic ex prima veniens propoſitione Si eſt.a.eſt.b.ſi aũt non eſt.a.eſt c. Dico quoniam ſi non eſt b.eſt. c. quoniam enim ſi eſt .a. eſt .b. ſecundum ordinem conſequentiæ, ſi non .b. non erit .a. atqui ſi non eſset.a. eſſet.c.ſi igitur non ſit.b. erit.c. quod ſi idem.b. eſse ponatur, nihil euenit neceſsarium. Age enim ſit.b.non neceſse eſt eſſe vel non eſse .a. Nihil igitur ſequitur neceſsarium, vt ſit vel non ſit .c. vt ſi ſit. a. animal .b. animatum. c. inſenſibile. nam ſi eſt animal, eſt animatum. ſi vero non eſt animal

animal,inſenſibile eſt. At ꝙ ſi ſit animatũ, non neceſſe ẽ eſſe animal,vel nõ eſſe.non eſt igitur neceſſe eſſe inſenſibile, vel non eſſe.ꝙ ſi.c.terminus aſſumat̃ , ſiquidẽ nõ eſſe ponat̃ erit neceſſario .b. Si vero eſſe, nullus erit ſyllogiſmus.nam ſi non eſt c.eſt.a.at ſi eſt.a.eſt .b. ſi igitur non .c. eſt .b. Qđ ſi eſt.c. non neceſſe eſt eſſe.a. aut fortaſſe neceſſe ſit non eſſe.Hæc enim propoſitio,id eſt ſi non eſt.a. eſt .d. in talibus tantum euenit , in quibus alterum eorum eſſe neceſſe ſit. Qđ ſi eſt.c.non erit.a.ſi non eſt.a. nihil ad b. veluti ſi eſt inſenſibile, non erit animal.at ſi non ſit animal ,nihil animatũ,vel eſſe vel non eſſe neceſſe erit.Ex ſecũda rurſus ꝓpoſitione ſit ſyllogiſmus cũ ita ꝓponimus , Si eſt.a.eſt.b. ſi non eſt.a.non eſt.c.Dico qa ſi non eſt.b.non eſt.c.ꝓpoſitũ qppe eſt,ſi ẽ.a.eſt.b. Ordo vero conſequẽtiũ eſt, ſi non eſt.b.non eſt.a ꝙ ſi non eſt.a.non eſt .c. ſi igitur non ẽ.b.non eſt.qđ ſi fuerit.b.non neceſſe ẽ eſſe.c.Sit.n.a. animal.b. animatum .c. rationale,& ꝓponatur,ſi animal eſt,aĩatum eſt,ſi aĩal non eſt rationale non eſt.Atqui eſt aĩatũ , non neceſſe eſt eſſe animal,quo fit,vt ne rationale quidẽ. ꝙ ſi.c. terminum eſſe dicat aſſumptio , ſiquidẽ.c.terminus affirmatus fuerit , erit b.Quod ſi idẽ.c.terminus abnuatur,nullus eſt ſyllogiſmus. nã qm̃ ſi eſt a.erit.b. ſi non eſt .a.ſi erit.c.ſi eſt.c.erit .a. At cum eſt. a.eſt.b.ſi eſt igitur.c.erit.b ꝙ ſi nõ ſit.n.nihil ſit neceſſariũ nam in hac ꝓpoſitione , quæ dicit,ſi animal eſt animatum eſt,ſi aĩal non eſt,rationale non eſt,aſſumamus.Atq non eſt rationale,non neceſſe erit vel eſſe,vel nõ eſſe aĩal, quocirca ne aĩatum quidem.Item ex Tertia propõne talis eſt ſyllogiſmus, Si eſt.a.non eſt.b.& ſi non eſt.a.eſt. c. Dico quia ſi.b.eſt,eſt,c. nam qm̃ ita ꝓpoſitum eſt,ſi eſt.a.non eſſe b.neceſſe eſt conſeq,vt ſi ſit.b.non ſit.a.At ſi non ſit.a.erit, c.ſi igitur.b.ſit,erit.c.Qđ ſi non ſit b.nihil eſt neceſſariũ ſit .n.a.animal.b.inanimatum.c.inſenſibile,in hac ꝓpoſitione q̃ dicit.ſi eſt animal,non eſt inanimatum.ſi nõ eſt animal. eſt inſenſibile,ſi aſſumamus , non eſt inanimatum non neceſſe erit animal eſſe,vel non eſſe, quare ne inſenſibile q̃dem.Si vero.a.c.termino fiat aſſumptio,ſiquidem nõ ſit.c. non erit. b.Si vero.c.ſit nulla neceſſitas erit concl̃onis.Nam qm̃ ita ꝓpoſitum eſt,vt ſi ſit.a.non ſit.b.ſi vero non ſit,a.ſit. c.ea rerũ eſt conſequentia,vt ſi non ſit.c.ſi.ſit.a.in his.n. trñ terminis dici pt̃ q medietate priuati ſunt. At ſi.ſit a.non eſt.b.Si igitur nõ ſit.c.non erit.b.Qđ ſi ſit.c.nullus eſt ſyllogiſmus. Nam in hac ꝓpõne q̃ dicit , ſi eſt animal, non eſt inanimatum,ſi vero non eſt aĩal, inſenſibile eſt . Aſſumat aliquis eſſe inſenſibile,ſequit̃ quidem vt non ſit animal,ſed non ſequit̃ vt vel ſit,vel non ſit aĩatum. Ex Quarta ꝓpoſitione eſt ſyllogiſmus ita.Si eſt.a.non eſt.b.ſi non eſt.a.non eſt.c.Dico qm̃ ſi eſt.b.non eſt.c.nam qm̃ ita ꝓpoſitũ eſt,ſi eſt.a. non ẽ. b.ea rerum conſequẽtia eſt,vt ſi.ſit.b.nõ ſit.a.Atq cũ nõ ſit a.poſitum fuerat non eſſe.c.Si igitur ſit.b.non eſt.c.Quod.ſi b.non eſſe aſſumatur,nullus erit ſyllogiſmus.Age.n.ſit.a.q̃dẽ animal.b.inanimatum.c.rationale,& ſit hæc propõ.ſi eſt animal,non eſt inanimatum,ſi non eſt animal,non eſt rationale aſſumamus igitur non eſſe inanimatũ,non neceſſe erit eſſe animal,quocirca nec rationale.Rurſus ſi.c. terminus aſſumatur,ſi quidem eſſe ponatur,neceſſe erit non eſſe.b. At ſi non eſt.c.nullus eſt ſyllogiſmus.nam qm̃ propoſitum eſt, ſi,a.ſit,non eſſe.b.ſi non ſit,non eſſe.c. neceſſe eſt. vt cũ ſit. c.ſit etiam.a.at ſi ſit.a.non ſit.b.ſi igitur ſit.c.non erit. b. qđ ſi.c.non eſſe ponatur,nullus eſt ſyllogiſmus . veluti in hac propoſitione,ſi eſt animal,non eſt inanimatum : ſi non eſt animal non eſt rationale.Siquis igitur aſſumat non eſſe rationale,non neceſſe erit eſſe vel non eſſe animal quocirca ne inanimatum quidẽ eſſe vel non eſſe . Atq; in his quidem quatuor propoſitionibus.ita.a.terminus poſitus eſt,vt ad.b. quidem eſſe diceretur,ad.c vero non eſſe, ꝙ ſi ordo mutetur,rurſus quatuor erunt alij ſyllogiſmi;ſi.b.terminus aſſumatur . Quatuor etiam alij .ſi.c.ex vtraq; autem parte quaternæ,complexiones erunt,q̃ nullos faciunt ſyllogiſmos.Sit .n. Quinta propoſitio,Si non eſt.a.eſt.b.ſi, eſt.a. eſt.c. Dico quia ſi non eſt.b.erit. c.Aſſumatur.n.atqui non eſt.b.erit igitur.a.hic.n.conſequentię ratus ordo conſtabat. Sed cum eſt. a.eſt.c.ſi igitur non eſt.b.erit.c. Quod ſi.b.eſſe ponatur, nihil ſit neceſſariũ.ſi.n.eſt.b.non erit .a. ꝙ ſit.a.non eſt. nihil ad.c.quocirca nullus eſt ſyllogiſmus.Non eſſe aũt.a.ſi.b.ſit, ea propoſitio demonſtrat,per quam dicimus,ſi nõ eſt.a.eſt. b.Hoc.n.in immediatis trñ contrarijs euenit.Age.n.ſit.a.quidem animal.b.vero inſenſibile.c. vero animatũ & ꝓponat. Si animal non eſt,inſenſibile eſt.Si animal eſt aĩatum eſt, & ponatur eſſe inſenſibile , neceſſe eſt non eſſe animal . Sed non animatum quidem , vel eſſe vel non eſſe neceſſe eſt . Quod ſi.c.terminus aſſumat̃,ſi q̃dẽ negatiue,faciet ſyllogiſmũ,affirmatiue vero,nullo modo.nam ſi non eſt.c. non eſt. a.Quod ſi non eſt.a.eſt.b. ſi igitur.c.non eſt.b.eſt . Quod ſi ſit.c.non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe.a.quo ſit vt ne.b.quidẽ eſſe vel non eſſe neceſſe ſit:nam ſi eſt animatũ, non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe animal,cum vero animal non ſit,nõ neceſſe eſt inſenſibile vel eſſe ,vel non eſſe. Propoſitio vero eadẽ eſt q̃ in ſuperioribus.Rurſus ex Sexta propoſitione ſit ſyllogiſmus hoc modo,Si non eſt.a.eſt.b. & ſi eſt .a. non eſt.c.Dico quia ſi non eſt.b.non erit.c.ſi.n.non eſt b .a. at ſi eſt.a.non eſt.c.ſi igitur non eſt.b.non erit.c . Qđ ſi.b.terminũ ponat aſſumptio:nulla eſt neceſſitas concl̃onis. ſi. n.eſt. b.non eſt.a.id.n.ex ſuperiorib.manifeſtum eſt . at ſi non eſt. a.nihil ad.c.Tunc.n.c.non erat,ſi eſſet.a. Exẽplum vero hoc eſt,vt ſi ſit,a.animal.b.inſenſibile.c.inanimatum.Si igitur ſit propoſitio talis,ſi non eſt animal,eſt inſenſibile , ſi eſt animal non eſt inanimatum.Atqui eſt inſenſibile , non eſt igitur aĩal , ſed non conſequitur vt ſit, vel non ſit inanimatũ. Qđ ſi.c.terminum ſumpſerimus , ſiquidem affirmes , facies ſyllogiſmũ.nam ſi eſt. c.non erit.a.ꝙ ſi.a.non ſit,erit.b.Si igitur.c.fuerit,erit.b.At ſi negaueris.c.nihil eſt neceſſarium.Si .n.aſſumamus,atqui non eſt.c.non neceſſe erit eſſe,vel non eſſe.a. Quocirca ne.b.quidem. Nam ſi inanimatum negaueris,non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe aĩal. quocirca ne inſẽſibile q̃dẽ eſſe vel non eſſe.Ex ſeptima ꝓpoſitione concl̃o eſt cum ita proponimus,Si non eſt.a.non eſt. b.ſi eſt.a.eſt.c. Dico quia ſi eſt.b.erit.c.nam qm̃ ita propoſitum eſt , ſi non eſſet.b.erit.a.ſi ſit.b.Atqui si sit. a.erit.c.Sic igitur ſit.b.erit c.Quod ſi.b.terminũ neget aſſumptio, nulla erit in concluſione neceſsitas.nam si non sit.b.nihil erit neceſſarium eſſe vel non eſſe a. Quocirca ne .c. velut in his terminis,ſi.n. ſit.a.animatum.b.animal.c. viuere, si sic enũciemus, si non eſt animatum,non eſt animal.ſi eſt animatum,viuit:ſi igitur aſſumamus.Atqui non eſt animal, non neceſſe eſt eſſe, vel non eſſe animatum.Quocirca nec viuere . Quod si aſſumamus.c.terminum,si quidem negemus,erit ſyllogiſmi perfecta neceſſitas:si vero affirmemus,nulla eſt concluſio . nam si non eſt.c.erit.a si non eſt,a.non erit .b. si igitur non sit. c.non erit.b. Quod si affirmet̃.c.nihil eſt neceſſariũ,siue.n. neceſſe eſt eſſe,siue non neceſſe eſt eſſe.a.nihil ad.b. vt in ſuperiorib.terminis poterit oſtendi.si.n.viuit : etsi neceſſe eſſe animatũ,non neceſſe eſt trñ eſſe animal , vel non eſſe. Quod si non eſt neceſſe eſſe animatum,non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe animal.vt vero neceſſe sit non eſſe animatum,fieri non pt̃ . Ex octaua ꝓpoſitione concluſio talis eſt, cum ita proponitur . Si non eſt.a.non eſt.b. & si eſt.a.non eſt.c.Dico qm̃ si eſt.b.non eſt.c.nam si eſt.b.eſt. a. ꝙ si eſt. a.non eſt.c.si igitur eſt.b.non erit.c. Quod si.b. terminũ neget aſſumptio,nihil eſt neceſſarium.si enim non sit. b. non neceſſe erit.a.eſſe vel non eſſe.quo ſit vt ne.c.quidem, velut in his terminis.si sit.a.animatum.b.animal.c.inanimatũ. Si igitur proponamus,si non eſt animatum,non eſt animal: si eſt animatũ,non eſt inanimatum:& aſſumamus, ſed non eſt animal,non neceſſe eſt eſſe,vel non eſſe animatum:quocirca ne inanimatum quidem:at si .c. terminus aſſumatur, si quidem cum affirmatione ponatur : erit neceſsitas ſyllogiſmi.nam si eſt.c.non eſt.a.qđ si non eſt.a.non eſt. b. si igitur eſt.c.non eſt . b.At ſi.c.terminum neget aſſumptio: nihil eſt neceſſarium.nam si non eſt. c. non neceſſe erit eſſe vel non eſſe.a.quo ſit vt ne.b.quidem.nam si non eſt inanimatum:fortaſſe quidem neceſſe sit eſſe animatum:ſed non neceſſe eſt animal eſſe . Inuenientur autem termini,in quib.

non

nō neceſſe ſit eſſe.a.veluti ſi ponamus.c.nigrum.a.albū: negato nigro, non conſequitur vt affirmetur album. Et Secundę quidē figurę in æquimodas complexiones oēs (vt arbitror) explicuimus: ſi vero æquimodę ſint: nullus omnino ſit ſyllogiſmus: ęquimodæ vero fiunt hoc mō: quotieſcunq; .n. a.terminus ad.b.& ad.c.ſimul eſſe uel non eſſe ponitur, quo quo mō.b.atq;.c.termini varientur. Harum igitur quæ ęquimodę eſſe dicuntur complexiones: nulla eſt complectibilis. Sunt autem omnes ęquimodę complexiones hæ.

Si eſt.a.eſt.b.ſi eſt.a.eſt.c.
Si eſt.a.eſt b.ſi eſt.a non eſt.c.
Si eſt.a.non eſt.b.ſi eſt.a.eſt.c.
Si eſt a.non eſt.b.ſi eſt.a.non eſt.c.
Si non eſt.a.eſt.b.ſi.non eſt.a eſt.c.
Si non eſt.a.eſt.b.ſi non eſt.a.non eſt.c.
Si non eſt.a.non eſt.b.ſi non eſt.a.eſt.c.
Si non eſt.a.non eſt.b.ſi non eſt.a.non eſt.c.

Quarum imbecillam concluſionem, atq; omni carentem neceſſitate, ex aſſumptionibus quoquo modo factis inueniamus: necnō ſm ſuperius deſcriptos modos etiam terminos facillime reperire poterimus, per quos demonſtretur nullam in talibus complexionibus inueniri poſſe conſtantiam. Ac de Secunda quidem figura: quanti ſint, & quot modis fiant ſyllogiſmi diligenter oſtendimus. Fiūt autem ſi inæquimodæ quidem complexiones fuerint, b.termino aſſumpto, ſyllogiſmi Octo, totidemq; ſi.c.terminus aſſumatur: ſūt igitur Secundę figurę.xvj.ſyllogiſmi: totidem vero.b.atque c.termino, nō ita, vt oportet, aſſumptis complexiones fiūt: quibus nihil admodum colligatur.

## *De ſyllogiſmis ex hypotheticis mediis in tertia figura. Cap. II.*

NVnc igitur de Tertia figura dicendum eſt. In qua quidē totidem complexiones fiunt, & totidem ſyllogiſmi: ſed ita vt non ęquimodę propoſitiones ponantur. Quod ſi æquimodę fuerint, nullus omnino (vt in Secunda figura dictum eſt) fiet ſyllogiſmus. Exponamus igitur omnes figurę Tertię inęquimodas propoſitiones. Si eſt.b.eſt.a.ſi eſt.c.nō eſt.a. Si eſt.b.eſt.a.ſi non eſt.c.non eſt.a. Si non eſt.b.eſt.a. ſi eſt.c.non eſt.a. Si non eſt.b.eſt.a. ſi nō eſt.c.non eſt.a. Et nūc quidem.a.cum.b.eſſe, cum.c.vero non eſſe propoſitum eſt. Rurſus vero.a.quidem cum.b.non eſſe: cum.c.vero eſſe proponatur. Si eſt.b. non eſt.a.ſi eſt.c.eſt.a. Si eſt.b.non eſt.a.ſi non eſt.c.eſt.a. Si non eſt.b.non eſt.a.ſi eſt.c.eſt.a. Si non eſt.b.non eſt.a.ſi non eſt.c. non eſt.a. Tertiæ igitur figuræ primus modus eſt huiuſmodi. Si eſt.b.eſt.a.ſi eſt.c.non eſt.a. qui quidem diuerſus eſt a Secundæ figurę primo modo. Illic.n. ſi.a.eſſet vel non eſſet.b.&.c.eſſe dicebantur. Nunc uero ſi.b.vel.c.fuerit.a.vel eſſe vel non eſſe proponitur. Aequimodæ autem propoſitiones non ſunt, quę in alia parte.a.eſſe, in alia non eſſe conſtituunt, velut in ſuperius comprehenſa propoſitione. Nam ſi eſt.b.eſt.a.ſi eſt.c.non eſt.a. Quibus ita poſitis dico, quoniam. Si eſt.b. non eſſe.c.neceſſe eſt. Si enim eſt.b.eſt.a.quòd ſi eſt.a non eſt.c.ſi igitur eſt.b.non eſt c. Quod ſi.b.terminus abnuatur, nullus eſt ſyllogiſmus. etenim ſi.b.non ſit, non neceſſe erit eſſe uel non eſſe.a. nec.c. igitur neceſſe erit eſse uel non eſse. uelut in hoc exemplo, Si ſit.b. animal.a. animatum.c.mortuum, & proponatur: ſi animal eſt, animatum eſt, ſi mortuum eſt, animatum non eſt, Atqui non eſt animal, non neceſse eſt eſse, vel non eſse animatum. Quæ enim non ſunt animalia, poſsunt eſse animata, vt arbores: poſsunt eſse non animata, vt lapides. Quocirca ſi animal non fuerit: ne mortuum quidem eſse, vel non eſse neceſse eſt. Plura enim non ſunt animalia, quę mortua non ſunt, vt lapides, illa enim mortua dicuntur, quę aliquando vixerunt. Ab aſſumptione vero.c.termini affirmatio faciet ſyllogiſmum. Nam ſi.c. eſt.b. non erit. ſi enim.c. eſt, non eſt.a. At ſi non ſit.a.non erit.b. ſi igitur.c.eſt.b. non erit. Negatio vero.c.nihil explicat neceſſitatis. Nam ſi non eſt.c. non neceſse eſt eſse uel non eſse.a. Quo fit vt ne.b. quidem: nam ſi non ſit mortuum, non eſt neceſse eſt animatum uel non eſse. Quędam enim quę non ſunt mortua, animata ſunt, vt arbores. Quædam vero cum mortua non ſint: non ſunt animata, vt lapides. quo fit vt ne animal quidem eſse uel non eſse neceſse ſit, ſi mortuum deſtruatur. Ex Secunda propoſitione hic modus eſt colligendi. Si eſt.b.eſt.a.ſi non eſt.c.non eſt.a. Dico quidem ſi eſt.b.erit.c. Nam ſi eſt.b.eſt.a. quòd ſi eſt.a. eſt.c Ita enim conuertitur talis propoſitio, quę ait, ſi non eſt.c.non eſt.a.ſi igitur eſt b.eſt.c. Quod ſi.b.terminus negetur: nulla ſit neceſſitas ſyllogiſmi. Nam ſi non eſt.b.non neceſse eſt eſse vel non eſſe.a. Quocirca ne ad.c. quidem vlla neceſſitas perueniet, vt in his terminis patet. Nam ſi ſit.b.animal.a.animatum.c. corporeum. & proponatur, ſi eſt animal, eſt animatum; ſi non eſt corporeum, non eſt animatum: & aſſumatur, Atqui non eſt animal, non neceſse eſt eſse, uel non eſse corporeum. C.vero terminus ſi negetur: erit neceſſitas ſyllogiſmi. Nam ſi non eſt.c.non, eſt.a. Quod ſi non eſt.a, non eſt.b. Ita enim conuerti poteſt. Si igitur non eſt.c. non erit.b. Si affirmetur.c. nulla eſt neceſſitas: nam ſi eſt corporeum, non neceſſe eſt animatum eſſe vel non eſſe, Quocirca nec animal quidem eſſe vel non eſſe neceſſe eſt. Tertia propoſitio talem recipit concluſionem. Si non eſt.b. eſt.a.ſi eſt.c. non eſt.a: dico quia ſi non eſt.b. non erit.c.ſi enim non ſit.b.eſt.a. Quod ſi ſit.a.non erit.c. ita enim poterat conuerti ea pars propoſitionis: quę ſi eſſet.c. terminus.a.terminum non eſſe dicebat. Fit igitur, vt ſi non ſit.b. non ſit.c. Quod ſi affirment eſſe b. terminum: nulla eſt neceſſitas concluſionis. Nam ſi ſit.b. neceſſe eſt quidem non eſſe.a.ſed non neceſſe eſt, eſſe.c. vt in his terminis, ſi ſit.b. animatum a.inanimatum.c.animal. Siquis igitur ſic proponat. ſi non eſt animatum, inanimatum eſt: ſi eſt animal, non eſt inanimatum. Si igitur ponamus eſſe animatum, ſequitur quidem, ut non ſit inanimatum: ſed non neceſſe eſt vt ſit animal. Si. C. vero terminus affirmetur, fiet neceſſaria concluſio, hoc modo. Nam ſi eſt.c. non eſt.a. ſi non eſt.a. eſt.b. Id enim ſequebatur eam propoſitionem, quę ſi non eſſet.b. terminus.a. terminum eſſe dicebat, Si igitur ſit.c. eſt.b. quod ſi idem.c. terminus abnuatur, nullus eſt ſyllogiſmus. Nam ſi non ſit.c. non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe.a. Quo fit ut ne.b. quidem. Nam ſi non eſt animal, non neceſſe eſt eſſe, uel non eſſe inanimatum. Quocirca ne animatum quidem. Ex Quarta propoſitionis talis eſt ſyllogiſmus. Si non eſt.b. eſt.a. ſi non eſt.c. non eſt.a. Dico quia ſi non eſt.b.eſt.c. Nam ſi non eſt.b.eſt.a. ſi uero.a.fuerit: neceſſe eſt eſſe.c. Id enim conſequitur eam propoſitionis partem quæ ait: Si non eſt.c.non eſt.a. Si igitur non ſit.b. eſt.c. At ſi.b. terminus affirmetur; nullus eſt ſyllogiſmus. Sequitur enim ut non ſit.a.ſed non ſequitur, vt ſit vel non ſit.c. velut in his terminis. Nam ſi ſit.b. quidem inſenſibile.a. animal. c. animatum, & proponatur ſi non eſt inſenſibile, eſt animal: ſi non eſt animatum, non eſt animal; ſi ſit inſenſibile, non eſt animal. ſed non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe animatum. C. vero terminus ſi negetur, fiet protinus ſyllogiſmus. Nam ſi non eſt.c. non eſt.a. ſi non eſt.a. erit.b. Id enim conſequitur eam propoſitionis partem, quę dicit. Si non eſt.b.eſt.a. Si igitur non ſit.c.erit.b. Quod ſi ſit.c.non neceſſe eſt eſſe uel non eſſe.a. Quo fit, vt ne.b.quidem. Nam ſi eſt animatum, non neceſſe eſt eſſe animal uel non eſse. Quo fit ut ne inſenſibile quidem eſse uel non eſse neceſſe ſit. Et hactenus quidem quatuor modos ita diſpoſuimus; ut ad.b. terminum quoquo ſe modo habet.a. terminus eſse poneretur, ad.c. vero non eſse. Nunc ita ſtatuamus, vt.a. terminus ad.b. terminum non eſſe dicatur, ad.c. uero eſse, ordine ſcilicet commutato. Omnes uero eſse non ęquimodas propoſitiones illud oſtendit, quòd.a. quidem affirmatiua ad.b.eſt, ad.c.negatiue proponitur; aut ſi negatiue ad.b. affirmatiuam ad.c.retinet enunciationem. Quinta igitur propoſitio talem fa-

cit ſyllogiſmum : cum talis eſt propoſitio.Si eſt.b.non eſt a. ſi eſt.c.eſt.a. Dico quia ſi eſt.b.non eſt.c.nam ſi eſt.b.non eſt.a. Si uero non ſit.a.non eſt.c.Id enim talem propoſitionem conſequebatur;quę ſi eſſet.c.terminus.a.quoq; eſſe dicebat: ſi eſt igitur.b.non eſt.c. At ſi negetur .b. nullus eſt ſyllogiſmus : ſi enim non ſit.b.non neceſſe eſt eſſe.a.Quo fit vt nec ad.c.quidem neceſſitas vlla perueniat : & in terminis idem patet,nam ſi ſit.b.quidem mortuum.a.animatum.c. animal : & ſit ita propoſitio:Si eſt mortuum nō eſt animatum:ſi animal eſt,animatum eſt: & aſſumamus non eſſe mortuum:non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe animatum : nam & quę adhuc animata ſunt,& quæ nunq̃ fuerunt,non ſunt mortua.quocirca non ſequitur, vt ſit vel non ſit animal. Quod enim mortuum non eſt,poteſt eſſe animal,vt canis viuens : & non eſſe,vt lapis.At ſi.c.terminis affirmetur,erit perfecta concluſio non eſſe.b.nam ſi ſit.c.eſt.a.ſi vero ſit.a.non erit.b.Id.n. conſequitur ſuperius poſitum propoſitionis modum: ſi igitur ſit.c.non erit.b.at ſi negetur.c. neque ad .a. neque ad.b. neceſſitas vlla perducitur:velut in his terminis. nam ſi non eſt animal:neq; animatum,neque mortuum,vel eſſe, vel nō eſſe neceſſe eſt. Sextę propoſitionis hæc cōcluſio eſt , Si eſt .b.non eſt.a.ſi non eſt.c.eſt.a.Dico quia ſi eſt.b erit.c.nam ſi eſt.b.non eſt.a.ſi non ſit a.erit.c. Talis enim in hac parte propoſitionis eſt conſequentia. Si igitur ſit.b.erit.c. ꝙ ſi.b.terminus abnuatur,nihil neceſſarium fiet:nam ſi non ſit.b.nec.a. nec .c. terminos vel ad eſſe vel ad non eſſe ſequitur ulla neceſſitas:vt in terminis patet:nam ſi ſit.b. mortuum.a.animatum.c.inanimatum: & proponatur,ſi mortuum eſt,nō eſt animatum : ſi inanimatum non eſt , eſt animatum: ſi non ſit mortuum,non neceſſe eſt eſſe,vel non eſſe animatum.Quocirca ne inanimatum quidem. at ſi.c.terminus aſſumatur : ſi quidem in negatione ſit poſitus , fiet rata concluſio non eſſe.b.terminum:nam quoniam non eſt.c.eſt.a. at ſi ſit .a. non eſt.b.ſi igitur non ſit.c.non erit.b. Quod ſi affirmetur.c.terminus:nihil eſt neceſſarium.neque enim ſi ſit.c. quāuis.a.nō eſſe neceſſe ſit:ad.b.terminum neceſſitas nulla perueniet:ut etiam in terminis patet. nam ſi ſit inanimatum ; neceſſe eſt non eſſe animatum:ſed non neceſſe eſt eſſe mortuum.Septimæ propoſitionis talis eſt ſyllogiſmus. Enuncietur enim, ſi non eſt b.non eſt.a.ſi eſt.c. eſt .a. dico quia ſi non eſt.b. non eſt.c.ſi enim non ſit.b.non erit.a.quod ſi.a. non fuerit , non erit.c.Idem enim ſequebatur eam propoſitionem qua dicebatur,ſi eſſet.c.terminus.a.quoque conſequi vt eſſet : ſi igitur non ſit.b.non erit .c. Quod ſi affirmetur.b. nihil eſt neceſſarium.neque enim ſi ſit.b.vel.a.uel.c. eſſe aut nō eſſe neceſſe eſt . vt in terminis patet: nam ſi ſit.b animatum.a.animal.c.ſenſibile,& ſit propoſitio,Si animatum non eſt,nō eſt animal:ſi ſenſibile eſt,animal eſt. ſi aſſumatur eſſe animatū, neq; animal neceſſe eſt eſſe, neque ſenſibile. At ſi per.c.terminum fiat aſſumptio,ſi quidem affirmabitur,erit firma cōcluſio.ſi negetur,nullus eſt ſyllogiſmus.nam ſi eſt.c.eſt .a. ſi ſit.a.erit.b.Id enim conſequebatur eam propoſitionem quę ait,ſi non ſit.b.non eſſe.a. ſi igitur ſit.c.erit b. At ſi idem.c. terminus abnuatur , nihil eſt neceſſarium . nam ſi non ſit.c. neque ad.a.neque ad .b. terminum neceſſitas ulla conſtringit.uelut.ſi non ſit ſenſibile:non ſit forſitan animal , ſed nō neceſſe eſt eſſe animatum.Repetientur uero termini in quibus ne.a.quidem non eſſe neceſſe eſt. Octauus modus eſt in quo ita proponitur,Si non eſt.b.non eſt.a.& ſi non eſt.c.eſt.a.Dico quia ſi non eſt.b.non eſt .c. ſi enim non ſit.b.nō erit.a.Quod ſi non ſit.a.erit.c. id enim conſequebatur eam partem propoſitionis , quę dicebat,ſi non eſt.c.eſt.a. Si igitur non ſit.b.erit.c.Quod ſi.b.terminus affirmetur, nihil eſt neceſſarium.nam ſi ſit.b.neque eſſe,neque non eſſe neceſſe eſt a.terminum.quo fit ut ne.c.quidem. Id uero tali liquet exēplo,ſi ſit.b.animatum a.animal .c. inſenſibile , & proponatur.ſi non ſit animatum, non eſt animal. ſi non ſit inſenſibile,eſt animal. Si igitur affirmemus in aſſumptione,b.terminum, & dicamus:atqui eſt animatum , non neceſſe eſt eſſe , uel non eſſe animal, uel inſenſibile.Quocirca nullus eſt ſyllogiſmus. At ſi.c.terminus abnuatur, fiet protinus ſyllogiſmus. nam ſi non eſt.c.eſt.a.ſi uero eſt.a.erit.b.ſi igitur nō ſit c.erit.b.Quod,ſi.c.terminus affirmetur,nihil eſt neceſſariū: nam & ſi .a. terminum non eſſe neceſſe eſt , quantum ad.b. terminum nihil neceſſarium cadit : id uero tali demonſtratur exemplo.ſi ſit inſenſibile,non eſt animal, ꝙ ſi non eſt aīal , non neceſſe eſt eſſe vel non eſſe animatum.In non ęquimodis igitur propoſitionibus ſiue .b. ſiue.c.terminus aſſumatur. viij.neceſſe eſt ex utraque parte fieri ſyllogiſmos. Reliquæ uero ex utraque parte octenę cōplexiones neceſſitatę priuatę ſunt.At ſi ſint ęquimodę , nullus omnino eſt ſyllogiſmus.Aequimodæ vero dicūtur quoties.a. terminus ad utroſque uel eſſe uel non eſſe proponitur. Omnes autem ęquimodæ propoſitiones ſunt huiuſmodi.

Si eſt.b.eſt.a.ſi eſt.c.eſt a.
Si eſt. b.eſt.a.ſi non eſt.c.eſt.a.
Si non eſt.b.eſt.a.ſi eſt.c.eſt.a.
Si non eſt.b.eſt.a.ſi non eſt.c.eſt.a.
Si eſt.b.non eſt.a.ſi eſt.c.non eſt.a.
Si eſt.b.non eſt.a.ſi non eſt.c.non eſt.a.
Si non eſt.b.non eſt.a.ſi eſt.c.non eſt.a.
Si non eſt.b.non eſt.a.ſi non eſt.c.non eſt.a.

In quibus & per conſequentiam propoſitionum ſuperius deſignatam , & per exempla currentes poſſumus lucide & conſtanter agnoſcere, nulla omnino in ſyllogiſmis fieri neceſſitate.Quocirca cum tribus terminis texitur propoſitio, & ex Prima quidē figura fiunt ſyllogiſmi xvj . & ex Secūda ſyllogiſmi xvj.ex Tertia etiam totidem colliguntur:omnes ex tribus terminis ſyllogiſmi quadraginta octo ſunt .

## *De hypotheticis duplicibus.* *Cap. III.*

Reſtat uero,ut de his ſyllogiſmis nunc dicamus, q̃ duabus hypotheticis connectuntur,quorum quidem cōſequentię ſimilis modus eſt,ut in his propoſitionibus,quę ex duabus categoricis,ac ſimplicibus efficiebantur. In omnibus enim,ſi quidem velimus aſtruere,primam totius propoſitionis aſſumemus partem , ſi vero in concluſione aliquid eſt deſtruendum,ſecunda negabitur. Siue autem prima denegetur,ſiue poſterior affirmetur,nulla fit omnino neceſſitas,niſi in Quinta , Septima, Tertiadecima,& Quintadecima propoſitione. In quibus non complexionis natura, ſed terminorū proprietas conſequentiam facit, ſicut in ſyllogiſmis fieri docuimus,qui in his propoſitionibus conſtāt, quæ duabus ſimplicibus continentur. Horum autem omniū, qui ex duabus hypotheticis conſtant , propoſitiones appono , quarum differentias cum lector agnouerit, ad earum exempla neceſſe eſt reuertatur , quę ex ſimplicibus & categoricis iunctę ſunt.Sunt autem omnes propoſitionum differentię,quæ ex duabus hypotheticis copulantur, huiuſmodi.

Si cum eſt.a.eſt.b.cum ſit.c.eſt.d.
Si cum eſt.a.eſt.b.cum ſit.c.non eſt.d.
Si cum eſt.a.eſt.b.cum non ſit.c.eſt.d.
Si cum eſt.a.eſt.b.cum non ſit.c.non eſt.d.
Si cum ſit.a.non eſt.b.cum ſit.c.eſt.d.
Si cum ſit.a.non eſt.b cum ſit.c.non eſt.d.
Si cum ſit.a. non eſt.b.cum non ſit.c.eſt.d.
Si cum ſit.a.non eſt.b.cum non ſit.c.non eſt.d.
Si cum non ſit.a.eſt.b.cum ſit.c.eſt.d.
Si cum non ſit.a.eſt.b.cum ſit.c.non eſt.d.
Si cum non ſit.a.eſt.b.cum non ſit.c.eſt.d.
Si cum non ſit.a.eſt.b.cum non ſit.c.non eſt.d.
Si cum non ſit.a.non eſt.b.cum ſit.c.eſt.d.
Si cum non ſit.a.non eſt.b.cum ſit.c.non eſt.d.
Si cum non ſit.a.non eſt.b.cum non ſit.c.eſt.d.
Si cum non ſit.a.non eſt,b.cum non ſit.c. non eſt.d.

In his quoque propoſitionibus illud inſpiciendum eſt , quòd cum Sexdecim ſint : Octo quidem ita uariantur , ut tamen in omnibus .a. terminus eſſe ponatur : Octo uero ita , ut idem .a. terminus non eſſe dicatur : Non uero quoquo modo poſitæ fuerint , habebunt uim condi

tionalitu

tinnalium propoſitionum ex duabus hypotheticis conſtantiũ. Nam ſiquis ſic dicat, ſi cum hõ eſt animal eſt, cũ ſit animatũ, corpus eſt: non fecit eam propõnem quæ ex duabus conditionalibus conſtat. Neq;.n.idcirco quod animatũ eſt, animal eſt: quia qui homo eſt, animal eſt, nec cõditio ſequitur conditionem, ſed ſiens ſepares, per ſeque pronuncies, vtraq; habet in terminorum conſequentia neceſſitatẽ. Nam & qui homo eſt, animal eſt, & quod animatum eſt, corpus eſt, & per ſe iſtæ propõnes veræ ſunt, nec conditione iũgũtur. vt igitur ſingularũ natura clareſcat de vnaquaq; eſt diſferendum. Prima igitur propõ talis eſſe debet, vt ſit, a. poſitum.b.terminus non continuo ſubſequatur. Itemq; ſi.c.ponatur, non neceſſe ſit.d.terminum cõſequi, ſed poſitio quidem.a.termino terminum.c.poſito vero.b.terminum.d.eſſe neceſſe ſit. Tunc n.eueniet, vt ſi poſito.a.fuerit.b.neceſſe ſit c. poſito ſubſequi, d. vt ſi ſint termini.a.homo.b.medicus.c. animatum.d.artifex. Poſito.n.homine non neceſſe eſt vt medicus ſit, & cum ſit animatum, non neceſſe eſt vt artiſex ſit. At ſi homo ſit, neceſſe eſt, vt ſit animatum: & ſi medicus eſt, neceſſe eſt vt artifex ſit. Hoc itaq; poſito eueniet, vt ſi cum hõ ſit, medicus eſt, cum ſit animatum, ſit artifex. Secunda ꝓpoſitio ita eſſe debet, vt.a.atq;.b.itẽ.c.atq;.d. pręter ſe eſſe poſſint, ſed.a.præter.c.eſſe non poſſit.b.aũt atq;.d.ſimul eſſe non poſſint. Tunc.n.eueniet, vt ſi poſito.a.termino.b.fuerit cõſecutum, poſito.c.non eſſe.d.neceſſe ſit, vt ſi ſit.a.hõ.b.niger.c.animatum.d.album, homo nanq; præter nigrũ, & animatum pręter album & eſſe & non eſſe poteſt: homo vero præter animatum nigrum aut cum albo non poſſit, euenitq; vt ſi cum ſit hõ niger eſt: cum ſit animatũ, non ſit albus. Itẽ tertię propõnis tales terminos eſſe oportebit, vt.a.præter b.eſſe poſſit.c.vero vel cum.a.vel cum.d. eſſe nõ poſſit. quocirca euenit, vt ſi poſito.a.termino fuerit.b.negato.c.termino.d.eſſe neceſſe ſit, vt ſi ſit.a.quidem animatum.b.medicus c.inanimatum .d. artifex: animatum.n.præter medicum eſſe poteſt, inanimatum vero neq; cum animato, neq; cum artifice iungi poteſt: itaq; ſi cum animatum eſt medicus eſt, cum inanimatum non ſit, artifex eſt. Quarta propoſitio his terminis contexenda eſt, vt.a.quidem cum.d.termino.c.autem cum.d.vel eſſe vel non eſſe poſſit. Neq; vero.a. cum.c.neq; b.cum.d.vllo modo eſſe poſſibile ſit. Tunc.n.euenit, vt ſi.a. poſito.b.ſubſequatur.c. negato, negetur etiam.d. vt ſi ſit.a. homo.b.niger.c.inanimatum.d.album, homo quidẽ præter nigrum: inanimatum vero pręter album & eſſe & non eſſe poteſt. neq; tamen homo cum inanimato, neq; nigrum cum albo eſſe poſſibile eſt. ſi tamen cum homo ſit: niger eſt, ſequitur vt cum non ſit inanimatum: non ſit album. Quintæ propoſitionis hęc membra ſunt: vt.a.pręter.b.&.c.præter.d.eſſe & non poſſint, ſed.a.pręter.c.eſſe non poſſit.b.atq;.d.nũq̃ ſimul eſſe poſſint, ita vt ſi alterum non ſit: alterum eſſe neceſſe ſit: tunc.n.eueniet, vt ſi.a.poſito.b.negetur.c.poſito.d. ſubſequatur: vt ſi ſit.a.quidem homo.b.ęger.c.animatum.d. ſanus. homo quidem præter ęgritudinem: animatum vero pręter ſanitatem & eſſe & non eſſe poteſt: ſed ſi homo ſit: animatum eſſe neceſſe eſt. & ſi non ſit ęger: ſanum eſſe neceſſe eſt. itaq; fiet, vt ſi cum homo eſt, non ſit ęger: cum ſit animatum, ſit ſanus. Sexta propõ hos terminos habere deſiderat, vt.a.p̃ter.b.&.c.p̃ter.d.& eſſe, & non eſſe poſſit. Idem vero.a.p̃ter.c.&.d.p̃ter.b.eſſe non poſſit. tunc .n. eueniet ut si.a.poſito non eſt b.poſito.c.non ſit .d. vt ſi ſit.a. homo.b. artifex.c.animatum.d.medicus. homo quidem pręter artificium, & animatum vero præter medicinam eſſe & non eſſe poteſt. neq; vero homo pręter animatum, neq; medicus pręter artificium eſſe poteſt. Quo fit, vt ſi cũ homo eſt, artifex non eſt, cum ſit animatum, non ſit medicus. Septimę propõnis hi termini ſunt, vt.a. quidem præter.b.eſſe poſſit.c.vero neque cum.d.neque cum.a. eſſe poſſit.b.etiam cum .c. ſimul eſſe non poſſit: ita nanque euenit, vt ſi poſito.a.eſſe.b.denegetur, negato.c.termino.d.ſequatur vt ſi .a. quidem ſit animatum.b. ſanum.c.inanimatum.d.ægrum. Animatum quidẽ præter ſanitatem & eſſe & non eſſe poteſt. Inanimatum vero nanque cum animato: neque cum ægro conuenire põt. Quo fit, vt si cum animatum eſt: ſanum non eſt: cum nõ sit inanimatum: ægrum sit. Item octaua propõ his terminis copulanda eſt, vt.a. quidem præter.b.terminum & eſse & non eſse poſſit.c. vero neq; cum.a.neq; cum.d.eſse poſſit, ſed.d. pręter.b.eſse non poſſit. Hoc.n.pacto eueniet, vt si.a.poſito.b.denegetur, denegato.c.termino.d.terminus non sit vt si sit.a.animatum.b.artifex.c.inanimatũ.d.medicus. Animatum.n.pręter artificium & eſse & non eſse poteſt. Inanimatum vero neque cum animato, neque cum medico conuenit: Medicus vero pręter artificium eſse non poteſt. vnde euenit, vt si cum animatum eſt, non sit artifex, cum non sit inanimatum, non sit medicus. Nona propõ fiet, si.a.quidem atq;.b.simul eſse non poſſint.c.vero poſſit eſse pręter.d.cũ.a.vero eſse non poſſit. Tunc enim eueniet, vt.a.denegato.b.eſse conſequitur.c.poſito.d.ſequatur, vt si sit.a.quidẽ inanimatum.b.medicus.a.animatum.d.artifex. Inanimatũ quippe medicus eſse non poteſt. animatum vero poteſt non eſse artifex: inanimatum vero atque animatum simul eſse non poteſt. Quo fit, vt si cum non eſt inanimatum, medicus sit, cum sit animatum sit artifex. Decimam propnsitionem tales termini copulabunt, vt .a. quidem præter.b.at vero.c. pręter.d.eſse poſſit, ſed.a.cũ.c.&.b.cũ.d.eſse non poſſit. ita eñ proueniet, vt si negato.a.eſse.b.conſequatur, poſito c. termino.d.non eſse neceſse sit, vt si sit.a.inanimatum.b.nigrum.c.animatum.d.albũ. Inanimatũ quippe præter nigrũ, & animatum pręter album & eſse & non eſse poſsunt. Sed inanimatum cum animato, & nigrum cum albo simul eſse non poſsunt. Sed si negatum fuerit inanimatum, & conſecutum sit nigrum, poſito animato album eſse negabitur. Itẽ Vndecima propoſitio ea sit, vt neque.a.cũ.b. neque .c. cũ. d.simul eſse poſſit.a.vero, sine.c.&.b.sine.d.eſse nõ poſsit. Ita eñ si cum.a.sit negatum .b. ſequatur, cum.a.negabitur.d eſse neceſse eſt: vt si sit.a.inanimatum.b medicus.c.inuitale.d.artifex, inanimatum quidem medicus eſse non poteſt. quocirca ne inuitale quidem artifex: ſed quod inanimatum eſt, non poteſt non eſse inuitale, itemque qui medicus eſt, non poteſt non eſse artifex. Si igitur inanimatum negetur, & medicum eſse conſequatur, cum negabitur eſse inuitale: artifex eſse conſequitur. Duodecima propositio eſt quam talibus terminis conſtare oportebit, vt.a.quidem pręter.b.at vero.c.pręter.d.vel eſse vel non eſse poſſit. A.vero sine.c.&.b.cum.d.eſse non poſſint: ita.n.cadet, vt si.a.negato.b.ſequatur.c.negato.d.etiam negetur, vt si fuerit.a.inanimatum.b.album.c.inuitale.d.nigrum; inanimatum quidem pręter album, inuitale autem præter nigrum vel eſse vel non eſse poteſt. Si tamen inanimatum homo sit, & sit albũ; cum inuitale non sit, non erit nigrum. Tertiadecima propositio his terminis connectenda eſt, vt.a.quidem præter.b.at vero.c.pręter.d.eſse poſſit.a.vero atque.c.&.b. atque.d. ita simul eſse non poſſint, vt si alterum eorum non fuerit, alterum eſse neceſse sit. ita nanque fiet, vt si cum.a.negatum sit.b. negetur, cum.c.affirmatum fuerit.d. affirmaretur, vt si sit .a. irrationabile.b.ęgrum.c. rationabile.d.ſanum. Irrationabile nanque præter ægrum, & rationabile pręter ſanitatem eſse poteſt; irrationabile vero atque rationabile, & ęgrum atque ſanum simul eſse non poſsunt, si tamen alterum eorum non fuerit, alterum eſse neceſse eſt; itaque fit vt si irrationabili denegato, ægrum denegetur, rationali poſito, ſanum ponatur. Quartadecima propositio his texenda membris eſt, vt.a.quidem præter.b.&.c.pręter,d.eſse poſſint. Sed.a.atque.c. simul eſse non poſſint, ita ut cum alterum non fuerit, alterum eſse neceſse sit .d. vero pręter. b.eſse non poſſit. Fit igitur, vt si cum sit.a.denegatum b.denegetur, cum sit.c. non sit.d. vt si sit .a. inanimatum.b. artiſex .c. inanimatum .d. medicus. Inanimatum quidem pręter artificem, animatum vero præter medicum eſse poteſt, inanimatum uero cum animato non conuenit, & medicus ab artifice nullo modo ſeparatur. Fit igitur, vt si cum non eſt inanimatum, non sit artifex, cum sit animatum, non sit medicus. Quintadecima propositio hos terminos habere debet; vt.a.quidem si non sit.c.non eſse ne-

ceſſe ſit.B.vero atq;.d.talia ſint,ut altero eorum negato:alterum eorum eſſe neceſſe ſit. Ita nanq; fiet,vt ſi cum ſit.a.denegatum.b.negetur,cum negabitur.c.affirmetur. d. vt ſi ſit.a.quidem irrationale.b.ſanum.c.inanimatum. d. ægrum; irrationale quidem ſi non ſit:non eſt inanimatum,ſanum et atq; ęgrum ſimul eſſe non pñt,& qui ſanũ negauerit ęgrũ neceſſe eſt affirmet.Itemque e diuerſo:eſt igitur vt ſi negato irrationabili,negetur ſanum:negato inanimato ægrum, ponatur.Sextadecima propoſitio eſt,quę bis terminis. conſtat.ut.a.quidem præter.c.At vero.d.pręter.b.eſſe non poſſit.a.vero cum.b.&.c.cum.d.eſſe nullo modo queant. Euenit igitur,vt ſi.a.quidem negato negabitur, b. denegato. c. terminus.b.abnuatur,vt ſi ſit.a.inanimatum.b.artifex.c.inuitale.d.medicus:inanimatum igitur pręter inuitale,& medicus pręter artificem eſſe non poteſt, inanimatum vero cũ artifice,& inuitale cum medico eſſe non poterit. Si igitur negato inanimato,negetur artifex,negato inuitali,negetur medicus.Atq; hęc quidem ratio propoſitionum,quarum ſuperius exempla deſcripſimus,idcirco intelligatur aſſumpta vt earum natura clareſceret;non quo aliter inter ſe termini eſſe non poſſint.Nam vt ſuperius dictum eſt, non ſufficit quolibet modo iungere terminos,vt fiant hypotheticę propoſitiones ex duabus conditionalibus coniugatę.Non.n.ſiquis dicat:ſi cum homo eſt,animal eſt,cum dies eſt.lucet,talem fecerit propoſitionem,quę duabus conditionibus conſtet:idcirco quia prior conditio non eſt ſecundæ cauſa conditionis. hoc igitur ſuperius poſitarum propoſitionum ratio demonſtrat:quemadmodum ſit, vt conditionem cõditio conſequatur.Quę cum ita ſint,de earum dicendum eſt ſyllogiſmis.

## *De ſyllogiſmis ex hypotheticis duplicibus. Cap. IIII.*

FIt Igitur ex Prima propoſitione ſyllogiſmus hoc modo.Si cum eſt.a.eſt.b.cum ſit.c.eſt.d.Atqui cum ſit.a. eſt. b.cum igitur ſit.c.erit.d.Vel ita,Atqui cum ſit c.non eſt. d. cum igitur ſit.a.non eſt.b.Poſſe vero hanc eſſe aſſumptionẽ ſuperius deſcripta propoſitionum natura demonſtrat.Item ex Secunda propoſitione,Si cum eſt.a.eſt.b.cum ſit.c.nõ eſt. d.Atqui cum ſit.a.eſt.b Cum igitur ſit.c. non eſt. d. Vel ita. Atqui cum ſit.c.eſt.d.cum igitur ſit.a.non eſt.b.Ex Tertia. Si cum ſit.a.eſt.b.cum nõ ſit.c.eſt.d.Atqui cum ſit.a.eſt. b. cum igitur non ſit.c.eſt.d.vel ita.Atqui cum non ſit.c. non eſt.d. Cum igitur ſit.a.non eſt.b.Item ex Quarta,Si cum ſit.a.eſt, b.cum non ſit.c.non eſt.d.Sed cum ſit.a. eſt. b. Cum igitur non ſit.c.non eſt.d.Vel ita Atqui cum non ſit.c.eſt.d.cũ igitur ſit.a.non eſt. b. Ex Quinta propoſitione fiunt quatuor collectiones:ita nanque termini proponuntur, vt vtroque fiat rata concluſio hoc modo.Si cum eſt.a.non eſt.b.cum ſit c.eſt.d.Atqui cum ſit.a.non eſt.b.cum igitur ſit.c. eſt. d. uel ita.Atqui cum ſit.a.eſt.b.cum igitur ſit .c. non eſt. d. vel ita. Atqui cum ſit c.non eſt.d.cum igitur ſit.a.eſt.b.vel ita.Atqui cum ſit.c.eſt.d.cum igitur ſit.a.non eſt.b.Ex Sexta, Si cũ eſt. a.non eſt.b.cum ſit.c.non eſt.d.Atqui cum ſit. a. non eſt . b. Cum igitur ſit.c. non eſt.d.vel ita.Atqui cum ſit.c.non eſt.d. Cum igitur.ſit.a. eſt.b.Ex Septima item fiunt quatuor ſyllogiſmi hoc modo;Si cum eſt.a.non eſt.b. cum non ſit c. eſt.d. Atqui cum eſt a.non eſt.b.Cum igitur non ſit.c.eſt.d.uel ita. Atqui cum ſit.a. eſt.b.cum igitur non ſit.c.eſt.d.vel ita. Atq cum non ſit.c.non eſt.d.cum igitur ſi.a.eſt.b.vel ita. Atq cũ non ſit.c.eſt .d.Cum igitur.a.ſit,non eſt.b.Ex Octaua propoſitione,Si cum eſt.a.non eſt.b cum non ſit.c.non eſt. d. Atq cum ſit a.non eſt b.cum igitur non ſit.c.non eſt.d.vel ita.Atqui cum non ſit.c.eſt.d.cum igitur ſit.a.eſt.b. Hactenus quidem ex huiuſmodi propõnibus,quę.a.eſſe proponebãt, aq; ita cæteros terimnos affirmando negandoq; variabant,oſtẽdimus qui fierent ſyllogiſmi. Nunc ex his propoſitionibus quinam ſyllogiſmi fiant dicendum eſt,quæ ita cæteros terminos variant,vt.a.quidem non eſſe proponant. Ex Nona .n.propoſitione fit ſyllogiſmis ita,Si cum non eſt:a.eſt. b. cũ non ſit.c.eſt.d.Atqui cum non ſit,a.eſt.b.cum igitur ſit.c. eſt d.vel ita.Atqui cum ſit,c.non eſt.d.cum igitur non ſit. a. nõ eſt,b.Item ex Decima:Si cum non eſt,a.eſt,b.cum ſit,c. non eſt,d.Atqui cum non eſt,a.eſt,b. cum igitur ſit,c. non eſt, d, vel ita.Atqui cum ſit,c.eſt,d.cum igitur non ſit,a.non eſt,b. Ex Vndecima,Si cum non eſt,a.eſt,b.cum non ſit,c.eſt,d.Atqui cum non ſit,a.eſt,b. cum igitur non ſit.c. eſt.d. vel ita. Atqui cũ non ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a. non eſt.b. Ex Duodecima,Si cum nõ ſit.a.eſt.b. cũ non ſit.c.non eſt.d. Atqui cum non ſit.a.eſt.b.cum igitur non ſit.c. nõ eſt.d,vel ita.Atqui cum non ſit.c.eſt.d. cum igitur nõ ſit.a. non eſt.b. Ex Tertiadecima,quę quatuor colligit ſyllogiſmos hoc modo.Si cum non eſt,a.non eſt,b.cum ſit,c.eſt.d.Atqui cũ non ſit.a.non eſt.b.cum ſit.c.eſt.d.vel ita. Atqui cum non ſit.a. eſt.b.cum igitur ſit.c.nõ eſt.d.vel ita. Atqui cum ſit.c.eſt.d. cum igitur non ſit,a. non eſt b.uel ita. Atqui cum ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a.eſt.b. Item ex Quartadecima: Si cum non eſt.a.non eſt.b.cum ſit.c non eſt.d.Atqui cum non eſt.a.non eſt.b. Cum igitur ſit.c.non eſt.d.vel ita. Atqui cũ ſit.c.eſt.d. cum igitur non ſit.a.eſt.b. Quintadecima rurſus quatuor colligit ſyllogiſmos,hoc modo. Si cum non eſt.a. non eſt.b. cum non ſit.c.eſt.d. Atqui cum non ſit.a.non eſt b.cum igitur non ſit.c.eſt.d.vel ita. Atqui cum non ſit.a.eſt. b.cum igitur non ſit.c.eſt.d.vel ita. Atqui cum non ſit.c.non eſt.d.cum igitur non ſit.a.eſt.b.vel ita. Atqui cum non ſit.c. eſt.d.cum igitur non ſit.a. non eſt.b.Ex Sextadecima propoſitione.Si cum non ſit.a.non eſt.b.cum non ſit .c. non eſt.d. Atqui cum non ſit.a.non eſt.b. cum igitur non ſit.c.non eſt. d.Vel ita.Atqui cum non ſit.c.eſt.d.Cum igitur non ſit.a.eſt b. Ex quibus omnibus quadraginta concluſiones fiunt: Sexdecim quidem aſſumpta prima conditione, ita vt in prima propoſitione eſt poſita. Sexdecim vero, aſſumpta ſecunda conditione contrario modo atq; in propoſitione collocata.Octo vero,ex quinta ſeptima, tertiadecima & quintadecima propoſitionibus fiunt aſſumptis primis quidem conditionibus contrario modo atq; in propoſitione proferebantur, ſecundis vero conditionibus eodem modo aſſumptis ut in propõne fuerant collocatæ. Vt igitur omnium ꝓpoſitionum,concluſionumq; ratio clareſcat, omnes huiuſmodi enunciationes cum proprijs propoſuimus exemplis.

Si cum ſit.a.homo,eſt.b.medicus: cum ſit.c.animatum.eſt.d. artifex.

Si cum ſit,a.homo,eſt,b.niger:cum ſit,c.animatus,non eſt, d.albus.

Si cum ſit,a.animatum,eſt,b. medicus:cum non ſit,c.inanimatum eſt,d.artifex.

Si cum ſit,a.homo, eſt.b.niger: cum non ſit,c.inanimatus, non eſt, d.album.

Si cum ſit,a.homo, non eſt.b.æger: cum ſit,c.animatus.eſt, d.ſanus.

Si cum ſit,a.homo,non eſt,b artifex: cum ſit,c.animatus,nõ eſt,d. medicus.

Si cum ſit,a.animal,non eſt,b.ſanus: cum non ſit,c.inanimatum, eſt.d.ægrum.

Si cum ſit,a.animatum,non eſt,b.artifex:cum non ſit,c.inanimatum,non eſt,d. medicus.

Si cum non ſit,a. inanimatum,eſt.b. medicus: cum ſit.c.animatum,eſt.d.artifex.

Si cum non ſit,a. inanimatum eſt,b. niger, cum ſit,c.inanimatum, non eſt,d.album.

Si cum non ſit,a.inanimatus, eſt.b.medicus: cum non ſit,c.inuitale,eſt.d.artifex.

Si cum non ſit,a.inanimatum, eſt.b.album:cum non ſit,c.inuitale,non eſt,d.nigrum.

Si cum non ſit,a.irrationale,non eſt,b.ægrum:cum ſit,c.rationale,eſt.d.ſanum.

Si cum non ſit,a.inanimatum, non eſt, b. artifex: cum ſit,c.animatum,non eſt,d.medicus.

Si cum non ſit,a.irrationale,non eſt,b.ſanum,cum nõ ſit,c.inanimatum, eſt.d.ægrum.

Si cum non ſit,a.inanimatum,non eſt.b. artifex,cum non ſit c.inuitale, non eſt.d.medicus.

### *De hypotheticis diſiunctis & earum ſyllogiſmis. Cap. V.*

AC de his quidem qui per connexionem fiunt, hęc dicta ſint. Hi vero qui in diſiunctione ſunt poſiti, illis uidentur adiuncti, eorumq; modos formaſq; ſuſcipiunt, quos ſuperius in connexione poſitos ex his propoſitionibus fieri diximus, quæ duabus ſimplicibus iungerētur. Si igitur in diſiunctione propoſitarum propoſitionum ad cauſarum ſimilitudinem monſtrauero, quæ in connexione poſitæ ex ſimplicibus copulatę ſunt, quot modi, qualeſque concluſiones ſunt in vnaqueq; illarum, quæ per connexionem fiunt propoſitionum, tot etiam in his eſſe neceſſe eſt, quæ per diſiunctionem pronunciatę eandē vim connexionis habere monſtrantur. Quatuor igitur ſuperius differentias per cōnexionem enunciatarum propoſitionum eſſe diximus, ſi ex ſimplicibus propoſitionibus copularentur hoc modo.

Si eſt.a.eſt.b.
Si non eſt.a.non eſt.b.
Si eſt.a.non eſt.b.
Si non eſt .a. eſt .b. Per diſiunctionem quoque propoſitiones quatuor tenent differentias hoc modo.

Aut eſt.a.aut eſt.b.
Aut non eſt.a.aut non eſt.b.
Aut eſt.a.aut non eſt.b.
Aut non eſt.a.aut eſt.b.

Quarum quidem ea quę prima eſt & proponit, Aut eſt.a. aut eſt .b. in his tantum dici poteſt, in quibus alterum eorum eſſe neceſſe eſt, velut in contrarijs medietate carentibus, ſimiliſque eſt ei propoſitioni, quæ dicit. Si non eſt.a.eſt b. Quę enim proponit, Aut eſt.a.aut eſt.b.id intelligit, neque ſimul utraque eſſe poſſe: & ſi unum non fuerit, conſequi ut ſit alterum. Itaque ſi non ſit.a. erit.b.ſed hæc una eſt earum propoſitionum, quas in his quæ per connexionem fiunt, ſuperius numerauimus. Quicunque igitur ſyllogiſmi in ea propoſitione fiunt, quę eſt, Si non eſt.a.eſt.b. Hi etiam in ea faciendi ſunt, quæ per diſiunctionem proponetur, vt cum dicimus, aut eſt .a. aut eſt.b. Fiunt igitur in ſuperiore quatuor modis. Quamlibet enim partem propoſitionis aſſumpſeris, ſiue præcedentem, ſiue etiam conſequentem, ſiue negatiuo modo, ſiue affirmatiuo, faciet ſyllogiſmum. Nā ſi hęc propoſitio ſit, Si non eſt.a.eſt.b.ſiue non ſit.a.erit.b.ſiue ſit.a.non erit.b. ſiue non ſit.b.erit.a.ſiue ſit.b.non erit.a. In propoſitione quoq; diſiunctiua idem eſt. Nam cum dicitur. Aut eſt.a.aut eſt.b.ſiquidem.a.fuerit.b. non erit. Quod ſi.a.non fuerit erit.b.& ſi.b.non ſit, erit.a.ſi.b.fuerit, nō erit a. Id quoq; tali declaratur exemplo. Nam ſi ſit propoſitio: aut æger eſt, aut ſanus, quicquid horum in aſſumptione aſſumptum fuerit, vel negatum, altera pars vel affirmabiţ, vel negabitur hoc modo. Nam ſi ſanus eſt, non eſt æger. ſi non eſt ſanus, eſt æger. ſi ęger eſt, non eſt ſanus. ſi non eſt æger, eſt ſanus. Item ea propoſitio diſiunctiua, quę proponit, Aut a.non eſt, aut.b.non eſt, ſit quidem de his, quę quolibet modo ſimul eſſe non poſſunt, etiam ſi non alterum eorum eſſe neceſſe ſit, ſimiliſque eſt ei propoſitioni connexæ, per quam ita proponitur, ſi eſt, a.non eſt, b. Quæ enim ſic enunciat, aut non eſt, a.aut non eſt.b.id nimirum ſentit, Quod.ſi a.ſit, b.eſſe non poſſit, id ita probabitur. Cum enim proponitur hoc modo, Aut non eſt, a.aut non eſt b.cum ſi aſſumatur eſſe, a.non erit, b. Quocirca ei propoſitioni connexę ſimilis eſt, quæ ita enunciat, ſi ſit, a non eſſe. In hac vero propoſitionæ, duæ tantum complexiones ſyllogiſmos procreabat. Nam ſi eſſet, a.non erat, b.& ſi eſſet.non erat, a. Sicum non eſſet, a.non neceſſe erat eſſe, vel non eſſe, b. Siue autē non eſſet.b.non neceſſe erat, ideo vel non eſſe.a. Quocirca & in diſiunctiua propoſitione totidem ſyllogiſmos eſſe neceſſe eſt. totidem vero incollectibiles complexionem. nā cum ita proponitur, Aut non eſt, a.aut non eſt, b.ita dicitur, ſi ſit, a.non erit, b.& ſi ſit, b.non erit, a. Siue autem non ſit, a. non neceſſe erit eſſe, vel non eſſe, b.ſiue non ſit, b.non neceſſe erit eſſe, vel non eſſe, a. velut in his apparet exēplis. Si.n.quis dicat, aut non eſt album, aut non eſt nigrum, ſed aſſumat, Atqui eſt album, non erit nigrum. Vel rurſus, Atqui eſt nigrum, non erit album. Siue album non eſſe aſſumpſerit, non neceſſe erit eſſe, vel non eſſe nigrum: ſiue nigrum non eſſe aſſumpſerit, vt ſit vel non ſit album, nullam faciet neceſſitatem. Item ea propoſitio per quam ita proponitur, Aut eſt.a.aut non eſt, b.dicitur quidem de ſibimet adhęrentibus, proponiturque in his propoſitionibus, quæ de maioribus ad minora tendunt, ſimiliſq; eſt ei propoſitioni connexę, quę enunciat. Si non eſt, a.non eſt, b. Nam ſiquis dicit, aut eſt, a.aut non eſt, b.ſi aſſumat, Atqui non eſt, a.modis omnibus non erit, b. Si igitur non ſit, a.non erit, b. Id enim hęc diſiunctio præmittebat: in hac vero ſi quidem.ā.negaretur, vel affirmaretur, b.fiebat aliquis ſyllogiſmus. Siue autem, a. affirmaretur, ſiue.b.negaretur, nulla erat in concluſione neceſſitas. Idem prouenit in diſiunctiua. Nam cum proponitur, Aut eſt, a.aut non eſt, b.ſi quidem non ſit, a. non erit, b. Si vero ſit, b.erit, a. Quod ſi ſit, a.vel non ſit, b. nihil eſt neceſſarium. Id vero iu his terminis approbabitur., ſiquis ita proponat, aut animal eſt, aut non homo: ſi igitur animal nō ſit, nō erit homo. ſi homo ſit, animal eſt. ſiue autem animal ſit, non neceſſe eſt eſſe hominem. ſiue homo non ſit, non neceſſe eſt animal interire. Ea vero propoſitio quę dicit, Aut nō eſt, a.aut eſt, b. in his quę ſibi adhęrent proponi poteſt, & a minoribus ad maiora contendi; & eſt ſimilis ei propoſitioni connexæ quæ dicit, Si eſt, a.eſt, b. Nam cum ita qs enunciet, ſi quidem aſſumatur eſſe.a.ſtatim conſequatur ut ſit, b. Sed in hac propoſitione ſi quidem affirmaretur eſſe, a.ſequebatur, vt eſſet, b. Quod ſi negaretur, b.ſequebatur, vt non eſſet, a. Siue autem negaretur, a.ſiue affirmaretur, b. nihil neceſſarium uidebitur accidere. Et in ea igitur propoſitione diſiuncta, quæ dicit, Aut non eſt, a. aut eſt, b. ſiquidem fuerit, a.erit, b.ſi non fuerit, b. non erit, a. Siue autem non ſit, a.ſiue ſit, b. nulla eſt neceſſitas ſyllogiſmi. vt in hoc declaratur exemplo, aut non eſt homo, aut animal eſt. Si igitur aſſumamus, Atqui eſt homo, erit animal. Si negemus eſſe animal, non erit homo. ſi autem hominem negemus uel animal affirmemus, nihil neceſſarium cadet. Quocirca ex his quę ſuperius dicta ſunt declaratur, quot diſiunctarum propoſitionum ſyllogiſmi ſint, vel quibus ab his quę connexæ ſunt, differentijs ſegregentur. Quæ enim connexæ ſunt, quandam in eo quod eſt eſſe uel non eſſe conſequentiam monſtrant: quę vero per diſiunctionem proponuntur, ita ſunt vt ſibimet conſentire non poſſint. Inuenias quoque per connexionem propoſitiones, quę id intelligi volunt, vt a ſe nequeant ſeparari, vt cum ita proponimus. ſi eſt, a. eſt, b. Id nimirum hęc propoſitio intelligit, quòd ſi eſſe potuerit, a. ſtatim conſequitur, vt ſit etiam, b. Nulla uero earum quæ in diſiunctione ſunt, ita proponitur, vt ſimul eſſe videantur. Cum enim dicimus, aut eſt, a.aut, b.eſt, aut eaſdem propoſitiones quolibet alio modo variamus, id aut coniunctio quæ diſiunctiua ponitur, ſentit ſimul eas eſſe non poſſe. Et cum late earum pateat differentia, idcirco nunc de eiſdem pauca ſubiunximus. quoniā totidem ſyllogiſmos fieri dicebamus in his propoſitionibus, quę per diſiunctionem fierent: quot etiam fuerunt in connexis. Et quoniam de omnibus, qui quoquo modo poſſint fieri, hypotheticis ſyllogiſmis ſufficienter dictum eſt; hic operis longitudinem terminemus.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,

## DE DIVISIONE.

QVAM magnos ſtudioſis afferat fructus ſcientia diuidendi, quamq; apud peripateticam diſciplinam, ſemper hæc fuerit in honore notitia, docet & Andronici, diligentiſſimi ſenis, de diuiſione liber editus,& hic idem a Plotino grauiſſimo philoſopho comprobatus,& in libri Platonis, qui Sophiſtes inſcribitur, commentarijs,a Porphyrio repetitus, & ab eodem per hanc, introductionis laudata in categorias utilitas. Dicit enim fore neceſſariã generis, ſpeciei,differentię,proprij, accidentiſq; peritiam:cum pp alia multa,pp vtilitatem,quæ eſt maxima partiendi. Quare,quoniam maximus vſus eſt,facillimaq; doctrina: ego quoq; id, ſicut pleraq; omnia,romanis auribus tradẽs,introductionis modo,habitaq; in eandem rem, & competenti,ſubtiliq; tractatione, & moderata breuitate,perſcripſi: vt nec anxietas conciſę orationis, & non perfectæ ſententię,legentiũ mentibus ingeratur,nec ſuperuacuã loquacitatẽ,harũ rerũ inexpertes,rudes,inſolentesq; noui,audientiũ mentes haberẽt. Nec vero vllus liuor,id quod & arduum eſt natura,& ignotum noſtris,nobis autem & magno labore,& legentium utilitate digeſtum, obliquis morſibus obtrectationis effuſcet. Deniq; potius viã ſtudijs, nunc ignoſcendo,nunc & cõprobando,quã frena bonis artibus ſtringant,dũ quicquid nouũ eſt impedimẽti obſtinatione repudiant. Quis.n. non uideat plurimum ad bonarũ artium valere defectum, ſi apud mentes hoſum nunq̃ ſit deſperõ diſplicẽdi? Sed hæc hactenus.

### DE DIVISIONIS DISTRIBVTIONE. Caput I.

NVNC diuiſionis ipſius nomen diuidendum eſt, & ſecundum vnumquodq; vocabulum vniuſcuiuſque propoſiti proprietates parteſq; tradendę ſunt. Diuiſio nãque multis modis dicitur. Eſt.n. diuiſio generis in ſpecies. Eſt rurſus diuiſio,cum totum in proprias diuiditur partes. Eſt alia,cum uox multa ſignificans, in ſignificationes ꝓprias recipit ſectionem. Præter has tres eſt alia diuiſio,quæ ſecũdum accidens fieri dicitur. Huius autem,eſt triplex modus: Vnus,cum ſubiectum in accidentia ſeparamus. Alius, cum accidens in ſubiecta diuidimus; Tertius, cum accidens in accidentia ſecamus: hoc ita fit,ſi utraque eidem ſubiecto ineſſe uideantur. Sed harum omnium exempla ſubdenda ſunt, quatenus totius huius diuiſionis ratio eluceſcat. Genus diuidimus in ſpecies,cum dicimus: animalium, alia rationalia,alia irrationalia. Rationalium, alia mortalia,alia immortalia. Vel cum dicimus colorũ, alia alba, alia nigra, alia media. Oportet autem omnem diuiſionem generis in ſpecies, aut in duas fieri partes, aut in plures. Sed neq; infinitæ ſpecies eſſe generis poſſunt, nec minus duabus. Hoc autem cur eueniat, poſterius demonſtrandum eſt. Totum in partes diuiditur, quoties in ea, ex quibus eſt compoſitum, vnumquodque reſoluimus,vt cum dico,domus aliud eſſe tectum,aliud partes,aliud fundamentum:& hominem coniungi anima & corpore. Cumque hominis dicimus partes eſſe, Catonem,Virgilium,Ciceronem,& ſingulos, qui cum particulares ſint,vim tamen totius hominis iungunt, atque componunt. Neque enim genus, nec ſinguli homines ſpecies, ſed partes,quibus totus homo coniungitur. Vocis autem in ſignificationes proprias diuiſio fit, quoties vna vox multa ſignificans aperitur, & eius pluralitas ſignificationis oſtenditur. vt cum dico,canis, quod eſt nomen, & hunc quadrupedem latrabilemque deſignat & cœleſtem, qui ad Orionis pedem morbidum micat; Eſt quoque alius marinus canis,qui in immoderatam corporis magnitudinem creſcens, ceruleus appellatur. Sed huius diuiſionis duplex modus eſt. aut enim unum nomen multa ſignificat, aut oratio iam nominibus, verbiſque compoſita: & nomen quidem multa ſignificat,vt id quod ſupra propoſui. oratio vero multa deſignat,vt, Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe.& nominis quidem per ſignificationes proprias diuiſio,ęquiuocationis partitio nuncupatur; orationis vero in ſignificationes proprias diſtributio, ambiguitatis diſcretio eſt, quam græci ἀμφιβολίαν vocant; ita vt nomen multa ſignificans,æquiuocum, oratio vero multa deſignans, amphibola atque ambigua prędicetur. Eorum autem quæ ſecundum accidens diuiduntur,ſubiecti in accidentia diuiſio eſt,vt cum dicimus, omnium hominum, alij ſunt nigri, alij candidi, alij medij coloris. Hęc enim accidentia ſunt hominibus, non hominẽ ſpecies:& homo his ſubiectum, non horum genus eſt. Accidentis vero in ſubiecta ſectio euenit, vt eſt, omnium, quę expetuntur,aliã in anima, alia in corporibus ſita ſunt. Animæ nanque atque corpori id quod expetitur,accidens,non genus eſt: & boni,quod in anima, & in corpore eſt ſitum, non ſunt hęc ſpecies,ſed ſubiecta. Accidentis vero in accidentia diuiſio eſt, vt omnium candidorum, alia ſunt dura, vt margarita: alia liquentia,vt lac. Liquor nanque,& albedo,atque durities hic ſunt accidentia. Sed album in dura atque liquida ſeparatum eſt. Cum ergo ſic dicimus,accidens, in alia accidẽtia ſeparamus. Sed huiuſmodi diuiſio viciſſim ſemper in alterutra permutatur. Poſſumus enim dicere,eorum quę dura ſunt,alia ſunt nigra,alia alba:& rurſus eorum quę liquida,alia ſunt alba,alia nigra. Sed hęc rurſus conuerſa diuidimus: eorum quæ ſunt nigra,alia ſunt liquentia, alia dura,& eorum quæ ſunt alba,alia liquentia,alia vero dura. Differt autem huiuſmodi diuiſio ab omnibus quę ſupradictę ſunt. Nam neque ſignificationem partiri poſſumus in voces, cum vox in proprias ſignificationes diſcernatur. Nec partes in totum diuiduntur,quãuis totum ſeparetur in partes. Nec ſpecies ſecantur in genera,licet genus in ſpecies diuidatur. Quod vero ſuperius dictum eſt, hanc diuiſionem ita fieri,ſi vtraque contingerent eidem ineſſe ſubiecto, ſi attentius perſpicitur liquet. Nam cum dicimus,eorum quę dura ſunt,alia eſſe alba, alia nigra,vt lapis atque ebenus: manifeſtum eſt ebeno vtraque ineſſe & duritiem & nigredinem. In cæteris quoq; id diligens lector inueniet.

### De differentiis diuiſionum ſecundum ſe. Cap. II.

QVibus autem ſumma ope veritatis rõ inquiritur, his prius intelligendum eſt, q̃ ſit horum omnium ſimul proprietas, quibuſq; inter ſe ſingulatim differentijs ſegregẽtur. Omnis.n. vocis & generis & totius diuiſio, ſecundum ſe diuiſio, nuncupatur. Reliquę vero tres, in accidentis diſtributione ponuntur. Secundum ſe autẽ diuiſionis hm̃oi differentia eſt. Differt.n. diuiſio gñis a vocis diuiſione, q: Vox quidẽ in proprias ſignificationes ſeparatur; Genus vero nõ in ſignificationes,ſed in quaſdã a ſe quodãmodo ꝓcreationes diſiungitur; & genus ſp ſpẽi proprię totum eſt, vt vniuerſalius in natura. Aequiuocatio vero vniuerſalior ſignata re, dicitur totum in voce, non etiam totũ in natura. Illo quoque modo a uocis diſtributione diuiditur, quod nihil habent commune præter ſolum nomen, quę ſub ea uoce ſunt. Quæ uero ſub genere collocantur, & nomen generis, & definitionem ſuſcipiunt. Amplius quoque non eadem apud omnes uocis eſt diſtributio. Quod enim apud nos dicitur canis, cum eius multę ſignificationes in lingua Romana ſint, ſimpliciter fortaſſe prędicatur in barbara, cum ea quę apud nos uno nomine nũcupantur, illi pluribus fortaſſe ſignificent nominibus. Generis apud omnes eadem di

uiſio diſtributioq; permanet. Vnde fit, vt vocis quidem diuiſio, ad poſitionem conſuetudinemq; pertineat: generis vero, ad naturam. Nam quod apud oēs idem eſt, naturæ eſt. Cōſuetudinis vero eſt, quod apud aliquos permutatur. Et hę quidem ſunt differentię generis diſtributionis & vocis. Generis quoq; ſectio a totius diſtributione ſeiungitur, ꝙ totius diuiſio ſm̄ quantitatem fit. Partes.n. totam ſubſtantiam coniungentes, actu, aut ratione animi & cogitatione ſeparantur: Generis vero diſtributio qualitate perficitur. Nam cum hominem ſub animali locauero, tūc qualitate diuiſio facta eſt. Quale nanq; aīal eſt homo, idcirco qm̄ qualitate formatur. Vnde quale ſit aīal hō reſpondens, aut rōnale reſpondebit, aut certe mortale. Amplius genus oē naturaliter prius eſt ꝓprijs ſpeciebus, totum aūt proprijs partibus poſterius eſt. Partes quæ totū iungūt, compoſiti ſui perfectionem, alias natura tantū, alias rōne quoq; temporis antecedunt. Vnde fit vt genus in poſteriora, totum vero in priora ſoluamus. Hinc quoq; illud vere dicitur, ſi genus interrimatur, ſtatim ſpecies deperire. Si ſpecies interempta ſit: non peremptum genus in natura cōſiſtere. Cōtra euenit in toto. Nam ſi pars totius perit, totū nō erit; cuius pars vna ſit interempta. Sed ſi totum pereat, partes remanēt diſtributę, vt ſi de integra domo quis abſtulerit tectum, totum quod ante fuit, interrupit. Sed perēpto toto, parietes, & fundamenta conſtabunt. Amplius quoq; genus ſpeciebus materia eſt. Nam ſicut ęs accepta forma tranſit in ſtatuā: ita genus accepta dr̄a tranſit in ſpeciē. Totius vero partium multitudo materia eſt; forma vero earundem partium compoſitio. Nam ſicut ſpecies ex genere cōſtat & differerentia; ita totum conſtat ex partibus. vnde fit, vt totum ab vnaqueque parte ſua, partium ipſa cōpoſitione differat; ſpecies vero a genere, differentiæ coniunctione. Amplius quoq; ſpecies idem ſp̄ quod genus eſt, vt homo idem eſt quod aīal, & virtus idem eſt quod habitus. Pars vero non ſp̄ idem eſt quod totum. Neq; .n. idem eſt manus quod hō, nec idem paries quod domus. Et in his quidē q̄ diſſimiles partes habent, hoc clarum eſt. Sed non eodem modo in his quæ ſil̄es, vt in æris virgula, cuius partes quia ſunt cōtinuę, & eiuſdē ſunt æris, videntur idem eſſe partes quod totum eſt, ſed falſo: fortaſſe enim idem ſunt partes hmōi, ſubſtantia, non ēt q̄titate. Reſtat autem vocis & totius diſtributionis differentias dare. Differunt autem, ꝙ totum quidem conſtat partibus: vox vero non conſtat ex his quæ ſignificat. Et fit totius diuiſio quidem in partes: vocis autem non fit in partes, ſed in eas res, quas ipſa vox ſignificat. vnde fit vt ſublata parte vna, totum pereat: ſublata vna re q̄ vox ſignificat multa deſignans, vox illa permaneat.

## *De diuiſione generis & quibus differentiis fieri debeat. Cap. III.*

NVnc ergo, qm̄ ſecundum ſe diuiſionis differentiæ dictę ſūt generis diſtributio pertractetur. Primum quid genus ſit definiendum eſt. Genus eſt quod prędicatur de pluribus ſpecie differentibus in eo, quod quid eſt: ſpecies vero eſt, quam ſub genere collocamus. Differentia, qua aliud ab alio diſtare proponimus. Et eſt quidem genus ꝙ interrogāti, quid quęque res ſit, conuenit reſponderi. Differentia, quæ ad qualis percunctationem, rectiſſime reſpondetur. Nam cum quis interrogat, quid eſt homo? recte animal. Qualis eſt homo? conuenienter rationalis reſpondetur. Diuiditur autem genus, alias in ſpecies, alias in differentias, ſi ſpecies quibus oportet genus diuidi nomiibus carent, vt cum dico; animalium, alia rōnalia ſunt, alia irrationalia. Rōnale & irrationale differentiæ ſunt. Sed qm̄ ſpeciei huius, quę eſt aīal rationale, nomen vnum non eſt; idcirco ꝓ ſpecie differentiam ponimus, eamq; ſuperiori generi copulamus. oīs.n. differentia in proprium genus veniens, ſpeciem facit. Vnde fit vt quędam materia, genus ſit; forma, differentia. Cum autem proprijs nominibus ſpecies appellatur, non in differentia, ſed in ſpecies fit recta generis diuiſio: vnde eſt vt ex pluribus terminis definitio colligatur. Si enim omnes ſpecies ſuis nominibus appellarentur, ex duobus ſolis terminis omnis fieret definitio vt cum dico, q̄d eſt hō? quid mihi neceſſe eſſet dicere, animal rationale mortale, ſi animal rationale eſſet proprio nomine nuncupatū? cū reliqua quoque differentia .i. mortali iunctum, definitionem hominis veriſſima ratione & integra concluſione perficeret. Nunc autem ad definitiones integras, ſpecierum diuiſio neceſſaria eſt; & forte in eodē diuiſionis definitioniſq; ratio verſatur. Nam diuiſionibus iunctis vna cōponitur definitio. Sed quoniam alia ſunt ęquiuoca, & quæ ſunt vniuoca, ipſa in generum ſuſcipimus ſectiones; quæ vero ſunt ęquiuoca, in his diuiſio ſola ſignificationis eſt: videndum prius eſt quid ſit ęquiuocum, quid vniuocum, ne cū iſta fefellerint, ęquiuocū nomen quaſi in ſpecies, ita in ſignificatiuas voces reſoluamus. vnde fit vt rurſus ad diuiſionem neceſſaria ſit definitio. Quid.n. ſit ęquiuocum, quid vniuocum definitione colligimus. ſunt autē differentię, alię, per ſe: alię, per accidens: & harum, aliæ ſunt conſequentes ſtatim. alię relinquentes ſtatim. Relinquentes hmōi ſunt, vt dormire, ſedere, ſtare, vigilare; conſequentes vero, vt capilli criſpi, ſi non admiſſis ſūt calamiſtro; & glauci oculi, ſi nō ſint quadam extrinſecus debilitate turbati. Sed hęc ad generis diuiſionē ſumenda non ſunt. Neq;.n. ad definitiones ſunt cōmoda, omne enī ꝙ ad diuiſionem generis aptum eſt, idem ad definitiones rectiſſime congregamus. Illa vero quæ per ſe ſunt, ſola ad diuiſionem generis apta ſunt. Hęc.n. informat & perficiunt vniuſcuiuſq; ſubſtantiam: vt hominis, rōnabilitas & mortalitas. Sed has quemadmodum probare poſſimus: vtrum ex eo ſint genere ſtatim reliquentium, an conſequentium, an in ſubſtantia permanentium, hoc modo eſt videndum. Neq; enim ſufficit ſcire quas in diuiſione ſumamus, niſi illud quoq; cognitum ſit, quemadmodum eaſdem ipſas quæ ſumēdę ſunt, & quæ reijciēdę, rectiſſime cognoſcamus. Videndum ergo primum eſt, vtrum propoſita differentia, omni poſſit, & ſp̄ ineſſe ſubiecto, ꝙ ſi ipſa vel actu vel rationale ſe iungit, hęc a diuiſione gn̄is ſeparanda eſt. Si .n. ſępe & actu & ratione ſeiungūtur, ex eo ſunt genere, quę ſtatim relinquunt, vt ſedere, ꝙ frequentius quidem ſeparat, & actu ipſo a ſubiecto diuidit. Quę vero rōne ſola a ſubiecto diuiduntur, ea ſunt conſequentium differentiarum, vt glaucis oculis eſſe, a ſubiecto ratione ſeiungimus, vt cum dico, eſt animal luminibus glaucis, vt quilibet homo; ꝙ ſi hic non eſſet hmōi, non eum res aliqua eſſe hominem prohiberet. Aliud rurſus eſt ꝙ ratione ſeparari non poſſit, quod ſi ſeparatum ſit, ſpecies interimatur. vt cum dicimus ineſſe homini, vt ſolus numerare poſſit, vel geometriam diſcere: ꝙ ſi hæc poſſibilitas ab homine ſeiungitur, homo ipſæ non permanet. Sed hę nō ſtatim earum differentiarum ſunt, quę in ſubſtantia inſunt. Nā non idcirco hō eſt, quoniam hęc facere pt̄, ſed qm̄ rationalis eſt, atq; mortalis. Hæc igitur differentię, per qua ſpecies conſiſtit, ipſæ & in definitione ſpeciei, vt hominis, & in generis eius diuiſione, quod continet ſpeciem, vt ipſum hominem, collocantur. & vniuerſaliter dicendum eſt, quæcunq; differentiæ huiuſmodi ſunt, vt nō modo pręter has, ſpecies eſſe non poſſit, ſed per eas ſolas ſit, hæ vel in diuiſione generis, vel in ſpecie definitione ſumendæ ſunt.

## *Quòd diuiſio generis per oppoſita fieri & bimembris eſſe debeat. Cap. IIII.*

QVoniam vero quędam ſunt, quæ differunt, quę contra ſe in diuiſionibus poni non debēt, vt in animali, rationale & bipes Nullus.n. dicit. animalium, alia ſūt rationalia, alia duos pedes habentia, idcirco ꝙ rationale & bipes licet differant, nulla tamen a ſe oppoſitione ſeiunguntur. Cōſtat q̄cunq; a ſe aliqua oppōne differūt, eas ſolas dr̄as ſub genere poſitas, genus ipſum poſſe diſiūgere. Sūt āt oppoſitiones quatuor, aut vt contraria, vt bonum malo: aut vt habitus &

priuatio

priuatio, vt viſus & cæcitas. Quanquam ſint & quędã res, in qbus diſcernere difficultas ſit, vtrum in contrarijs, an in priuatione & habitu eas oporteat collocari, vt ſunt motus quies, ſanitas ægritudo, vigilatio ſomnus, lux tenebræ. Sed hæc alias, nunc de reliquis oppoſitiouibus dicẽdũ eſt. Tertia oppoſitio eſt, quę eſt ſecundum affirmationẽ & negationem, vt Socrates viuit, Socrates noo viuit. Quarta, ſecundum relationem, vt pater filius, dominus ſeruus. Secũdũ quas igitur harum oppoſitionum quatuor, diuiſio generis ſit rectiſſima ratione monſtrandum eſt. Manifeſtũ eſt enim & oppoſitiones eſſe quatuor, & genera & ſpecies per oppoſita ſeparari. Nunc ergo dicendum eſt, ſecundũ q̃ oppoſitionem harum quatuor. vel quemadmodũ ſpecies a genere diſiungi conueniat. & prima quidem ſit contradictionis oppoſitio. Voco autem contradictionis oppoſitionem, quę affirmatione & negatione proponitur. In hac igitur negatio per ſe nullã ſpeciẽ facit. Nam cũ dico, homo, vel equus, vel aliquid hmôi ſpẽs ſunt. Quicquid autem quis negatione protulerit ſpeciem non declarat. Non .n. eſſe non hominem ſpẽs eſt. oĩs .n. ſpecies cõſtituit eſſe. Negatio vero, quicquid proponit, ab eo quod eſt, eſſe diſiungit, vt cũ dico hõ quaſi ſit quiddam locutus ſum Cum vero, non homo; ſubſtãtiam hominis negatione deſtruxi, Sic igitur per ſe caret diuiſio generis in ſpecies negatione. Neceſſe eſt aũt ſæpe ſpeciem negatione componere, cum ea, quam ſimplici nomine ſpeciem volumus aſſignare, nullo vocabulo nuncupatur, vt cum dico imparium numerorum, alij primi, vt tres, quinq;, ſeptem; alii nõ primi, vt nouem & rurſus, & figurarum, aliæ ſunt rectilineę, alię non rectilineæ & colorum, alij ſunt albi, alij nigri, alij nec albi, nec nigri. Ergo qñ nomen vnũ ſpeciebus poſitum non eſt, eas negatione proferre neceſſe eſt. Hoc igitur cogit interdum neceſſitatis, non natura. Ideoq; quoties negatione facimus ſectione, prius aut affirmatio, aut ſimplex dicendum eſt nomen, vt eſt numerorum, alij ſunt primi, alij non primi. Nam ſi prius negatio dicta ſit, tardior ſit eius rei q̃ proponimus, intellectus. Nam cum primũ dicis eſſe aliquos primos numeros, cum quales ſint primi, exemplo vel definitione docueris, quales ſint non primi, mox auditor intelligit. Sin vero e contrario feceris, aut neutrum ſubito, aut tardius vtrunque cognoſcet. Diuiſio vero quę propter apertiſſimam generis naturam reperta eſt debet potius ad ĩtelligibiliora deducere. Amplius quoq; prior eſt affirmatio. poſterior vero negatio. Quod ãt primũ eſt, in diuiſione quoq; primitus oportet ordinari. Neceſſe eſt quoq; ſemper finita infinitis eſſe priora, vt ęquale inæquali, virtutem vitijs, certum incerto, ſtabile & fixum inſtabili & mutabili. Sed omnia quę aut definit a parte orationis, aut affirmatione proferuntur, plus finita ſunt, q̃ aut nomen cũ particula negatiua, aut tota negatio. Quare finito potius, quam infinito eſt facienda diuiſio. Sed ſi cui per hæc quędam pateat anxietas, aut obſcuriora ſint fortaſſe, q̃ ipſe deſiderat, nihil ad me cognitionem facilem pollicentem. Neq; enim rudibus hęc totius artis, ſed imbutis, & vlteriore pene loco progreſſis, legenda & diſcenda proponimus. Qui vero huius operis, ideſt dialectici ordo ſit, cum de ordine peripatericę diſciplinæ mihi dicendum eſſet, diligẽter expoſui. Hæc quidem dicta ſunt de oppoſitione, q̃ affirmatio & negatio conſtituit. Illa vero quę ſm habitum priuationemque ſit, ipſa quoq; ſuperiori videtur eſſe conſimilis. Negat enim quodammodo priuatio habitum. ſed differt, q ſemper quidem poteſt eſſe negatio: priuatio vero non ſemper ſed tunc quãdo habere habitum poſſibile eſt: hoc vero nos iam prædicamenta docuere. Quare forma quædam intelligitur eſſe priuatio. Non enim tm̃ priuat: ſed etiam circa ſeipſam priuatũ quenq; diſponit. Neq; enim cęcitas oculum ſolum priuat lumine, ſed ipſa quoq; ſecundum ſe priuatum luce diſponit. cęcus .n. dicitur a priuatione quodãmodo quaſi diſpoſitus & affectus hoc quoque Ariſtot. teſtatur in phyſicis. Vnde fit, vt priuationis differentia, ad generis diuiſionem frequenter, vtamur. Sed hic quoque eodem modo, ſicut in contradictione faciendum eſt. Primus .n. ponendus eſt habitus, qui eſt affirmationi conſimilis, poſt uero priuatio, quæ negationi, Aliquoties tñ priuationes quędam habitus vocabulo proferuntur, vt orbus, cæcus, vidius. Aliquoties in particula priuationis, vt cum dicimus finita infinitum, ęquale inęquale. Sed in his ęquale, & finitum in diuiſione ponẽda ſunt prima, priuationes vero ſecundæ. Ac de oppoſitione quidem priuationis & habitus, & hæc dicta ſufficiant. Cõtrariorum vero oppoſitio dubitatur fortaſſe an ſm priuationem & habitum eſſe videatur, vt album & nigrum: an album quidem priuatio nigri ſit, nigrum vero albi. Sed hæc alias. Nunc aũt ita tractãdum eſt, tanq̃ ſi ſit aliud oppoſitionis genus, ſicut eſt in prędicamentis ab ipſo quoq; Ariſt. diſpoſitum. In contrarijs ãt generum multa diuiſio eſt. Fere .n. cunctas differentias in cõtraria deducimus. Sed qm̃ contrariorum alia ſunt medio carentia, alia mediata: ita quoq; diuiſio facienda eſt vt colorum, alia ſunt nigra, alia ſunt alba, alia neutra. Fieret aũt oĩs definitio, omniſq; diuiſio duobus terminis, niſi (vt ſupra dictum eſt) indigentia, quæ ſępæ exiſtit in nomine, prohiberet. Quo ãt modo vtręque duobus terminis fieret, erit manifeſtum hoc modo. Cum enim dicimus animalium, alia rationalia ſunt, alia irrationalia: animal rationale ad hominis definitionem tendit. Sed quoniam animalis rationalis vnum nomen non eſt, ponamus ei nomen .a. literam. Rurſus .a. literę, quod eſt animal rationale, alia mortalia ſunt, alia ĩmortalia. Volentes igitur definitionem hominis reddere dicemus, homo eſt .a. litera mortalis. Nam ſi hominis definitio eſt, animal rationale mortale. animal vero rationale per .a. literam ſignificatur. idem ſentit, a. mortale, tanq̃ ſi diceret, animal rationale mortale. a. enim (vt dictum eſt) animal rationale ſignificat. Sic ergo .a. litera & mortali, duobus terminis, facta eſt hominis definitio. Quòd ſi reperirentur in omnibus quoque nomina, duobus terminis ſp tota fieret definitio. Diuiſio quoq; nominibus poſitis, qm̃ ſemper in duos terminos ſecatur; manifeſtum eſt, ſiquis generi & differentiæ, cũ deeſt nomen, imponat, vt cum dicimus. Figurarum q̃ ſunt trilateræ, aliæ ſunt æquales, alię ſunt æquilaterę aliæ, duo latera habentes ęqualia alię totę inęquales ſunt. Trina igitur diuiſio iſta, ſi ſic proferretur, fieret duplex. Figurarũ q̃ ſunt trilatere, alię ſunt ęquales, alię inęquales. Inęqualiũ, aliæ ſunt duo latera tm̃ æqua hñtes, aliæ tria inæqualia, id eſt omnia. & cum dicimus rerum omnium, alia ſunt bona, alia ſunt mala, alia indifferẽtia, quę ſcilicet neq; bona, neq; mala ſunt. ſi ita diceretur, gemina diuiſio proueniret. Rerũ omnium, alię ſunt differentia, alia indifferentia. Differẽtiũ, alia ſunt bona, alia mala. Ita ergo diuiſio omnis in gemina ſecaretur, ſi ſpeciebus & differentijs vocabula nõ deeſſent. Quartam vero oppoſitionem diximus, quæ eſt ſecundum ad aliquid, vt pater, filius: dominus, ſeruus: duplex, medium: ſenſibile, ſenſus. Hęc igitur nullam habent ſubſtãtialem differentiam, qua a ſe diſcrepent; immo potius habent huiuſmodi cognationem, qua ad ſe inuicem referuntur, ac ſine ſe eſſe non poſſint. Non eſt ergo generis in relatiuas partes facienda diuiſio, ſed tota huiuſmodi ſectio a genere ſeparanda eſt. Neq; enim hominis eſt ſpecies ſeruus aut dominus, nec numeri medium aut duplum. Cum igitur quatuor ſint differentiæ oppoſitionum, affirmationis & negationis, ſi nõ neceſſe eſt, ſemper tamen relationis reijcienda eſt diuiſio; priuationis & habitus, & contrariorum ſumendę. Maxime autem contrarietas in differentijs ponenda eſt, necnon etiã priuatio: idcirco quoniam quiddam contra habitum contrarium videtur opponi, vt eſt finitum & infinitum. Quanq̃ .n. priuatio ſit infinitum, tamen contrarij imaginatione formatur. eſt quædam nanq; (vt dictum eſt) forma.

*Diuiſionis præcepta, & quod idem genus multis diuiſionibus poſsit diuidi. Cap. V.*

Dignum vero inquiſitu eſt, vtrum in ſpecies, an in differentias recte genera diuidantur. Definitio nanq; diuiſionis

ſionis in generis eſt in ſpecies ꝓximas diſtributio. Oportet igitur ſecundũ naturã diuiſionis, id eſt ſecũdũ definitionẽ, in proprias ſpecies ſemꝑ fieri generis diſgregationem. Sed hoc interdum fieri nequit ꝓꝑ eam, quam ſupra reddidimus cãm. Multis.n.ſpeciebus poſita nõ ſunt nomina. Atque ideo, qm̃ quędam ſunt prima genera, q̃dã vltima, quędã media: primum quidẽ vt ſubſtãtia, vltimũ, vt animal, mediũ vt corpus: corpus nanq; animalis genus eſt, ſubſtantia corporis, quẽadmodum neq; ſuper ſubſtantiã quicq̃ inueniri põt qđ generis loco valeat collocari, ſic neq; ſub animali: homo nanq; ſpecies, non genus eſt. Quare antiquior videbitur in ſpecies diuiſio, ſi indigentia nominum non ſit. ꝙ ſi his nominibus non abũdamus, prima genera vſq; ad vltima cõuenit in dr̃as ſeparare. Hoc aũt fit hoc mõ, vt primum genus in ſuas dr̃as diſgregemus non in poſterioris: & rurſus poſterius in ſuas, ſed nõ in poſterioris. Neq; enim eædem sũt dr̃ę corporis, quę animalis. Siquis enim dicat: ſubſtantię aliud eſt corporale, aliud incorporale, recte diuiſionem fecerit. hæ nanque dr̃ę proprię ſubſtantiæ ſunt. Siquis vero ſic dicat, ſubſtãtiarum alia ſunt animata, alia inanimata, hic non recte ſubſtantiã differentijs ſegregauit. Corporis nanq; differentię hę ſunt, non ſubſtantiæ, id eſt ſecundi generis, non primi, Quare manifeſtum eſt ſecundum proprias differentias, non ſecundum poſterioris generis, priorum generum diuiſionem eſſe faciendam. Quoties autem genus aut in differentias, aut in ſpecies ſoluitur, poſt diuiſionem factam mox definitiones, aut exempla ſubdenda ſunt, Sed ſiquis definitionibus non abundat, ſatis eſt exempla ſubijcere, vt cũ dicimus, corporum, alia ſunt animata, ſubijciamus, vt homines vel ferę: alia inanimata, vt lapides. Oportet ãt diuiſionẽ quoq; ſicut terminũ, neq; diminutã eſſe, neque ſuperfluã, Nã neq; plures ſpecies q̃ quę ſub genere sũt oportet apponi, neq; pauciores, vt in ſeipſam diuiſio, ſicut terminus conuertatur. conuertit.n.terminus ſic: virtus, eſt mentis habitus optimus. Rurſus, mẽtis habitus optimus, virtus eſt: ſic ẽt diuiſio. oẽ.n. propriũ genus, eſt aliquid eorũ q̃ ſunt ſpecies. Rurſus, quęlibet ſpecies, proprium genus eſt. Fit autem generis eiuſdem diuiſio multipliciter, vt omnium corporum, & quæcunque ſunt alicuius magnitudinis: Sicut enim circulum in ſemicirculos, & in eos quos græci vocãt τομὴν, nos diuiſiones poſſumus dicere, diſtribuimus: & tetragonum, alias ducta per angulum diametro, I triangula: alias in parallelogrammata, alias in tetragona ſeparamus. Ita quoque genus, vt cum dicimus, numerorum alii sũt pares, alii impares: & rurſus, alii primi, alii non primi: & triangulorum, alia ſunt ęquilatera, alia duo ſola latera ęqualia habentia, alias totis inæqualia lateribus: & rurſus triangulorum alia ſunt rectiangula, alia acutos habentia tres angulos, alia obtuſi vnius. Sic igitur generis vnius fit diuiſio multiplex. Illud autem ſcire perutile eſt, qm̃ genus vna quoddammodo multarum ſpecierum ſimilitudo eſt, quæ earum omnium conuenientiam ſubſtantialem monſtret, atque ideo collectiuum plurimarum ſpecierum genus eſt. Diſiunctiuę vero vnius generis ſpecies ſunt, quæ qm̃ differentiis informantur (vt dictum eſt) idcirco ſub vno genere minus duabus ſpeciebus eſſe non poſſunt. omnis enim differentia in differentiam. pluralitate conſiſtit. Sed de diuiſione generis & ſpeciei per plura dicta ſunt.

## *De arte definiendi ſpeciem ſumpta ex diuiſione generis. Cap. VI.*

HAnc igitur inſiſtentibus viam promptior per diuiſionem generis ad ſpeciei definitionẽ facultas aperitur. Oportet aũt non ſolum quas ad definitionem ſumamus differentias addiſcere, ſed ipſius definitionis artẽ diligentiſſima cognitione complecti. Et illud quidem, an vlla poſſit definito: demonſtrari, & quemadmodum per demonſtrationem valeat inueniri, & quęcunq; de ea ſubtilius in poſtremis analyticis ab Ariſt. tractata ſunt, prętermittã. Solam tm̃ exequar definiendi regulã. Rerũ n. alię ſunt ſuperiores, alię inferiores, alię medię. Superiores qdẽ definitio nulla cõplectit̃, idcirco qđ earũ ſuperiora genera inueniri nõ poſſũt. Porro ãt inferiores vt ſunt indiuidua, ipſa quoq; ſpecificis dr̃is carent. Quocirca ipſa quoq; a definitione ſecluſa ſunt. Medię igit̃, q̃ & habẽt genera, & de aliis vel generib. vel ſpecieb. vel indiuiduis prędicantur, ſub definitionẽ cadere poſſunt. Data igitur huiuſmodi ſpecie q̃ & genus habeat, & de poſterioribus prędicetur, primo eius ſumo genus, & illius generis differentijs diuido, & adiungo dr̃am generi, & video num illa differentia iũcta cũ genere æqualis poſſit eſſe cũ ea ſpecie, quam circũſcribendam definitione ſuſcepi. ꝙ ſi minor fuerit ſpecies, illã rurſus differẽtiam, quam dudũ cum genere poſueramus, quaſi genus ponimus, eamq; in alias ſuas differẽtias ſeparamus. & rurſus has duas differentias ſuperiori generi cõiungimus: & ſi ęquauit ſpeciem, definitio ſpeciei eſſe dicet̃: ſin minus fuerit, ſecundam differẽtiã rurſus in alia ſeparamus. Quas oẽs cõiũgimus cũ genere, & rurſus ſpeculamur, ſi oẽs differẽtiæ cũ genere illi æquales ſint ſpeciei, quę definit̃, & poſtremo toties differẽtias differentijs diſtribuimus, vſq; dũ oẽs iunctæ generi ſpeciem ęquali definitione deſcribant. Huius autem rei clariorem facient exempla notitiam, hoc modo. Sit enim nobis propoſitum definire nomen, vocabulum nominis de pluribus nominibus prædicatur, & quodam modo ſpecies eſt continens ſub ſe indiuidua. Definitio ergo nomen ſic ſumo eius genus, quod eſt vox, & illud ita diuido, vocum aliæ ſunt ſignificatiuę, alię vero minime. vox non ſignificatiua nihil ad nomen: etenim nomen ſignificat. Sumo ergo differentiam, quæ eſt ſignificatiua, & iungo cum genere, ideſt cum voce, & dico, vox ſignificatiua, & tunc reſpicio vtrum genus hoc & differentia nomini ſint, æqualia. Sed nondum ſunt æqualia, poteſt enim vox ſignificatiua eſſe, & non eſſe nomen. Sunt enim quædam voces, quæ dolorẽ aliaſq; animi paſſiones deſignant naturaliter, quæ nomina non ſunt, vt interiectiones. Rurſus ipſam vocem ſignificatiuam in alias differentias diuido: vocum ſignificatiuarum, alię ſunt ſecundũ poſitionem hominum, alię naturaliter. & vox quidem ſignificans naturaliter nihil ad nomen, vox vero ſignificans ſecundum poſitionem hominum, nomini congruit. Quocirca has duas differentias, ſignificatiuam, & ſecundũ poſitionem, iungo cũ voce, ideſt cum genere, & dico. Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum. Sed rurſus mihi non ęquatur ad nomen. Sunt nanque & verba voces ſignificatiuę & ſecundum poſitionem. Non igitur ſolius nominis diſinitio eſt. Diſtribuo iterum dr̃am, quæ eſt ſecundum poſitionem, dico. Secundum poſitionem vocum ſignificatiuarum, alię cum tempore, alię ſine tempore: & differentia quidem cum tempore nomini non coniungitur, idcirco ꝙ verborum eſt conſignificare tempora, nominum vero minime. Reſtat ergo, vt congruat illa differentia quę eſt. ſine tempore. Iunge igitur has tres differentias generi, & dico, Nomen eſt vox ſignificatiua ad placitũ ſine tempore. Sed rurſus mihi non plena concluſio definitionis occurrit: poteſt enim vox & ſignificatiua, & ſecundum poſitionem, & ſine tempore eſſe, & nomen non eſſe vnum. ſed nomina iuncta, quę eſt oratio. vt, Socrates cum Platone & diſcipulis, & quanquam imperfecta quidem ſit hęc oratio, tamen eſt oratio. Quocirca vltima differentia quę eſt ſine tempore, aliis item differentijs diuidenda ẽ, & dicemus, vocum ſignificatiuarum ſecundum poſitionem ſine tempore, aliæ ſunt quarum pars extra aliquid ſignificat, hoc pertinet ad orationem t aliæ quarum pars extra nihil ſignificat, hoc pertinet ad nomen. Nominis enim pars nihil extra deſignat. Fit ergo definitio ſic, Nomen eſt vox ſignificatiua, ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars extra ſignificat ſeparata. Vides ne igitur quam recta definitio conſtituta ſit? Nam quod diximus vocem, a cæteris ſonis nomen diſiunxi: quod ſignificatiuam appoſui, nomen ab non ſignificatiuis vocibus ſeparaui: ꝙ ſecundum placitum, & ſine tempore, ab naturaliter ſignificatiuis vocibus, & a verbis proprietas nominis diſiuncta eſt: quod eius par-

tes extra nihil ſignificare propoſui, ab oratione diſiunxi, cuius partes aliquid ſeparatæ extra ſignificant: vnde fit, vt qđ'cunq; nomen fuerit, illa definitione claudat; & vbicunq; hęc oratio definitionis aptabiť, illud eſſe nomē nō dubites. Illud quoq; dicendū eſt, qđ' genus in diuiſione totū ē, in definitione pars: & ſic ē definitio, quaſi partes totū quoddam coniungat: ſic eſt diuiſio, quaſi totum ſoluat ī partes: & eſt ſitis diuiſio generis, totius diuiſionis definitio, totius cōpoſitioni. Nāq; diuiſione generis, aīal totum ē hoīs. intra ſe. n. complectitur hominem. In definitione vero pars eſt: ſpecies nanque genus differentiis iunctum componit, vt cum dico, animalium, alia ſunt rationalia, alia irrationalia: & rurſus rationalium, alia ſunt mortalia, alia immortalia: animal rationalis totum eſt, & rurſus rationale, mortalis, & hæc tria ſunt hominis. Si vero in definitione dicam, homo eſt animal rationale mortale, tria hæc vnum hominem coniungunt. Quocirca pars ipſius hominis & genus, & differentia reperitur. Sic ergo in diuiſione genus eſt totum, ſpecies pars. Eodem quoque modo, differentiæ totum ſunt, ſpecies in quas ille diuidūtur, partes ſunt. In definitione vero & genus & differentiæ, partes ſunt: Definita vero ſpecies totum. ſed hæc hactenus.

*De diuiſione totius in partes. Cap. VII.*

NVnc de ea diuiſione dicamus quæ eſt totius in partes. Hæc enim erat ſecunda diuiſio poſt generis diuiſionem. Quod enim dicimus totum, multipliciter ſignificamus. Totum nanque eſt quod continuum eſt, vt corpus, vel linea, uel aliquid huiuſmodi. Dicimus quoq; totū quod continuum non eſt, vt totum gregem, vel totum populum, vel totum exercitum, Dicimus quoq: totum quod vniuerſale eſt, vt hominem, vel equum. Hi enim ſunt toti ſuarum partium, ideſt hominum, vel equorum, vnde & particularem vnumquemq; hominem dicimus. Dicitur quoq; totum, quod ex quibuſdam virtutibus conſtat: vt animæ alia eſt potentia ſapiendi, alia ſentiendi, alia vegetandi, & hę partes ſunt, non ſpēs. Tot igitur modis cum totum dicatur, facienda eſt totius diuiſio, primo quidem ſi cōtinuum fuerit, in eas partes, ex quibus ipm totum conſtare perſpicitur. Aliter enim diuiſio non fit. Hoīs enim corpus ita in partes ſuas diuides, in caput, manus, thoracem, & pedes, & ſi quo alio modo ſecundum ꝓprias partes fit recta diuiſio. Quorum autem multiplex eſt compoſitio, multiplex etiam eſt diuiſio, vt aīal ſeparatur quidem in partes eas, quę ſibi ſimiles hn̄t partes, in carnes & oſſa, rurſus in eas quæ ſimiles ſibi non hn̄t partes, in manus & pedes. Eodem quoq; modo & nauis & domus. Librum quoq; in verſus, atque hos in ſermones, hos autem in ſyllabas, ſyllabas in literas ſoluimus. Ita fit vt ſyllabę, & litera, & nomina, & verſus, partes quędam totius libri eſſe videantur, alio tn̄ modo accepię: non enim oēs partes totius, ſed partes partium ſunt. Oportet autem nō oia ſpeculari quaſi actu diuidantur, ſed quaſi animo & ratione: vt vinum aquę miſtum diuidimus in vina aquę miſta, hęc actu: diuidimus etiam in vinum & aquam, ex quibus miſtum eſt, hęc ratione. Hæc. n. iam miſta actu ſeparari non pn̄t. Fit etiam totius diuiſio in materiam atq; formam. aliter. n. conſtat ſtatua ex partib. ſuis, aliter ex materia & forma, ideſt ex ære & ſpecie. Similiter autem etiam illa tota diuidenda ſunt, quæ continua nō ſunt. Eodē quoq; modo & ea quæ ſunt vniuerſalia, vt hominem, alij ſunt in Europa, alij in Aſrica, alij in Aſia Eius quoq; totius, quod ea virtutibus conſtat, hoc modo facienda eſt diuiſio. Animę alia pars eſt in virgultis, alia in animalibus: Et rurſus, eius quę eſt in animalibus, alia rationalis, alia ſenſibilis eſt. Et rurſus hęc alijs ſubdiuiſionibus diſſipant. Sed nō eſt animal horum genus, ſed totū: partes. n. hæ aīæ ſunt, ſed non vt in q̄titate, ſed vt in aliqua ptāte & virtute. Ex his. n. potēt ijs ſub a aīę iūgitur: vnde fit, vt qddā ſimile hn̄t hmōi diuiſio, & gn̄is, & totius diuiſioni. Nā q̄, ſi q̄libet pars eius fuerit, aīæ p̄dicatio eā ſequit, ad gn̄is diuiſionē referi, cuius vbicunque ſpecies fuerit, ipſum mox conſequitur genus, q̄ autem non omnis anima omnib. partibus iungitur, ſed alius alia, hoc ad totius naturam referri neceſſe eſt.

*De diuiſione vocis in ſignificationes. Cap. VIII.*

REſtat igitur vt de vocis in ſignificatione diuiſione tractemus. Fit autem vocis diuiſio tribus modis. Diuiditur. n. ſignificationis, plures, vt ęquiuoca vel ambigua. Plures. n. res vnum nomen ſignificat: vt canis. Plures rurſus vna oratio, vt cum dico, Græcos viciſſe Troianos. Alio autem modo ſecundum modum, hęc enim plura non ſignificat, ſed multis modis. vt cum dicimus infinitum, vnam rem quidem ſignificat, cuius terminus inueniri non poſſit. Sed hoc dicimus, aut ſecundum menſuram, aut ſecundum multitudinem, aut ſecundum ſpeciem: ſecundum menſuram, vt eſt infinitum eſſe mundum magnitudine. n. eum dicimus infinitum: ſecundum multitudinem, vt eſt infinitam eſſe corporum diuiſionem, infinitam nanque diuiſionum multitudinem ſignificamus: Rurſus ſecundum ſpeciem, vt infinitas dicimus figuras. Infinitę. n. ſunt ſpecies figurarum. Dicimus etiam infinitum aliquid ſecundum tempus, vt infinitū dicimus mundum, cuius terminus ſecundum tp̄s, inueniri non poſſit. Eodem quoq; modo infinitum dicimus deum, cuius ſempiternę vitę terminus inueniri ſecundum tp̄s nō poſſit. Sic igitur hęc vox non plura ſignificat ſm ſe, ſed multimode de ſingulis prædicatur, vnum tamen ipſa ſignificās. Alius vero modus ſecundum determinationem. quoties. n. ſine determinatione dicitur vox vlla, facit in intellectu dubitationem, vt eſt homo. hæc. n. vox multa ſignificat. Nulla definitione concluſa audientis intelligentia multis rapiatur fluctibus, erroribuſq;, traducitur. Qđ'. n. quiſq; auditor intelligat, vbi id quod dicens loquitur, nulla determinatione concludit. Niſi. n. quis ita definiat dicēs. omnis homo ambulat, aut certe, quidam homo ambulat, & hunc nomine, ſi ita contingit, deſignet, intellectus audientis quod rationabiliter intelligat, non habet. Sunt etiam alię determinationes, vt ſiquis dicat, det mihi quod dare debet, nullus intelligit niſi itellectus & certa ratio determinationis addatur, vel ſiquis dicat, ad me veni, quo veniat, vel quando veniat, niſi determinatione non cognoſcitur. Eſt autem omne quidem ambiguum dubitabile, non omne tamē dubitabile eſt ambiguum. Hęc. n. quę dicta ſunt, dubitabilia quidem ſunt, non tamen ambigua. In ambiguis. n. vtraq; auditor rationabiliter ſeipſum intellexiſſe arbitratur. vt cum quis dicit, audio Gręcos viciſſe Troianos, vt putat q̄ Græci Troianos vicerint: alius q̄ Troiani Græcos, & hæc vterque dicentis ipſius ſermonibus rationabiliter intelligit. Cum autem dico, mihi, quod dare debes, nullus ex ipſis ſermonibus rationabiliter auditor intelligit. Quod. n. ego non dixi, ille potius ſuſpicabitur, q̄ aliqua ratione id quod a me prolatum non eſt, pſpicaciter videat. Tot igitur modis cum vocis diuiſio fiat, aut per ſignificantias, aut per modum ſignificationum, aut per determinationes: in his quę ſecundum ſignificantiā diuiduntur, non ſolum diuidendę ſunt ſignificationes, ſed etiam diuerſas res eſſe quæ ſignificātur, definitione demonſtrandum eſt. Ariſtoteles enim hoc in topicis diligenter pręcepit, vt in his quæ dicuntur bona, alias ſunt bona, vt ea quę boni retinent qualitatem, alia quę ipſa quidem nulla qualitate dicuntur, ſed quòd bonam rem faciunt, idcirco bona dicuntur. Oportet autem maxime exercere hanc artem, vt ipſe Ariſtoteles ait, contra ſophiſticas importunitates. Si enim nulla ſubiecta ſit res quam ſignificat vox, deſignatiua eſſe non dicitur: ſin vero vna res ſit quam ſignificat, vox dicitur ſimplex; quòd ſi plures multiplex, ideſt multa ſignificans. Diuidenda igitur hęc recte ſunt, ne in aliquo ſyllogiſmo capiamur. Sin vero amphibola oratio eſt, id eſt ambigua, euenit vt aliquoties vtroq; modo poſſibilia ſint quæ ſignificantur, vt id quod ſuperius dixi, potuit enim feri vt Gręci vincerent Troianos & Troiani Gręcos ſuperarent. Sunt vero alia quę impoſſibilia

ſunt

ſunt, vt cum dico, hominem comedere panem ſignificat quidem quod homo comedat panem, rurſus ꝙ panis hominem, ſed hoc impoſſibile eſt: ergo quoties ad contentionem venitur, diuidenda poſſibilia & impoſſibilia ſunt: quoties ad veritatem, ſola poſſibilia dicenda, impoſſibilia relinquenda ſunt. Q͠m vero plures ſunt ſpecies plura ſignificantium vocum: dicendum eſt, ꝙ aliæ in particula, multiplicitatis ſignificationē habent, alię in tota oratione. Et earū quæ particula habēt, pars ipſa æquiuoca dr. tota vero ipſa oratio, ſm ęquocationē multiplex. Illa vero q̄ in oratiōe tota ſignificatiōis multiplicitatē retinet (vt ſupra dictū ē), ambigua nūcupatur. Diuidūtur aūt ſignificationes ęquiuocorū & ſecundum æquiuocationem vnius particulę orationum, definitione, vt cum dico, homo viuit, intelligitur & verus, & pictus. Diuiditur autem hoc modo, animal rationale mortale viuit, quod verum eſt: animalis rationalis mortalis aſſimulatio viuit, quod falſum eſt. Diuiditur etiam qualibet adiectione quæ determinet, vel generis, vel numeri, vel alicuius articuli, vt cum dico, Canna Romanorum ſanguine ſorduit, & calamum demonſtrat, & fluuium: ſed diuidimus ſic, articulo quidem vt dicamus, hic Canna Romanorum ſanguine ſorduit: genere vero, vt Canna Romanorum plenus ſanguine fuit: numero autem, vt Canna Romanorū ſanguine creuit, non cānę. In illo enim ſingularis tantum eſt, in illo pluralis etiam. Et de alijs quidem eodem modo. Sunt autem alia ſecundum accentum, alia ſecundum orthographiam. Secundum accentum quidem, vt pone, ponē. Secundum orthographiam; vt quæror, & quęror, ab inquiſitione, & querela. Et ruſus hæc ſecundum orthographiam ipſam diuiduntur, & ſecundum actionē & paſſionē: quod quæror ab inquiſitione paſſiuum eſt, quęror autem a querela, agentis eſt. Ambiguarum vero orationum facienda eſt diuiſio: aut per adiectionem, vt audio Troianos vinci, græcos viciſſe, aut per diminutionem, aut audio gręcos viciſſe: aut per diuiſionem vt græci vicerunt, Troiani victi ſunt: aut per aliq̄ traſmutationē vt cū dicitur, audio Troianos viciſſe græcos, ita dicamus: Audio quod græci vicerint Troianos. Hæc enim ambiguitas quodlibet eorum modo ſoluitur. Non tamen ita diuidenda eſt omnis vocum ſignificatio tanquam generis. In genere enim omnes ſpecies enumerantur, in ambiguitate vero tantę ſufficiunt, quantę ad eum ſermonem poſſunt eſſe vtiles, quē alterutra vecti oratio. Ac de vocis quidem diuiſione ſufficienter dictum eſt. Eſt autem & de generis, totiuſque diuiſione propoſitum, atque expeditum. Quare de omnibus ſecundum ſe partitionibus diligentiſſime pertractatum eſt.

*De diuiſionibus per accidens.* *Cap. IX.*

NVnc de his diuiſionibus dicemus, quæ per accidens ſunt. Harum autem commune præceptum eſt, quicquid ipſorum diuidit, in oppoſita diſgregari, vt cum ſubiectum in accidentia diuidimus, non dicimus corporum alia ſunt alba, alia dulcia, quæ oppoſita non ſunt, ſed corporum alia ſunt alba, alia nigra, alia neutra. Eodem quoque modo in alijs ſecundum accidens diuiſionibus diuidendum eſt; atque illud maxime perſpiciendum eſt, ne quid vltra dicatur, aut minus, ſicut fit in generis diuiſione. Non enim oportet relinqui aliquod accidens ex eadem oppoſitione, quod ſubiecto illi ineſt, quod non in diuiſione dicatur: neque vero addi aliquid quod ſubiecto ineſſe non poſſit. Poſterior quidem peripateticę ſecta prudentię differentias diuiſionum diligentiſſima ratione perſpexit; & per ſe diuiſionem, ab ea quę eſt ſecundum accidens, ipſaſque inter ſe, diſiunxit ac diſtribuit. Antiquiores autem indifferenter; & accidente pro genere, & accidentibus pro ſpeciebus, aut differētijs vtebantur. Vnde nobis peroportuna vtilitas viſa eſt, & communiones harum diuiſionum prodere, & eas proprijs differentijs diſgregare. Ac de diuiſione quidem omni quantum introductionis breuitas patiebatur, diligenter expreſſimus.

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,

## DE DEFINITIONE.

*Definitionis neceſſitas, definitio, & vſus.* *Cap. I.*

DIcendi ac diſputandi prima ſemper oratio eſt, et dialecticis auctoribus, & ipſo M. Tullio ſępius admonente, quę dicitur definitio. Quippe cum in certamen contentionemq; nihil poſſit (quod tñ in dictione conſiſtat) aliquando deduci, niſi de quo futura pugna eſt, prius fuerit definitione ita defixum, ut poſſit inter vtrunque, qui inituri ſunt eam litem, eſſe manifeſtū quid ſit illud, de quo in futura q̄ōne tractabitur: unde non ſolum commoditatis genere perſpicienda eſt virtus definiendi, quia per hãc orationem res ſemper reuoluitur, & quod illa ſit, quæ illud de quo quęritur, explicat: verum ẽt ꝙ principalis ſemper adhibita, maximū lumen & manifeſtum parit rei, quæ in contrarium deducta, habet q̄ōnem. Etenim ſi verba, aut nota omnibus extiſſent, aut vnam ſignificantiam ſui ſemper tenerent, & non ambiguo vel obſcuro dicto audientes fallent, & loquentes ſub diuerſa interpretatione deciperent; omnino definitio neceſſaria minime crederetur. At cum nomina rebus impoſita, vocesq; ſingulę per æſtimationem eius, qui ita res appellandas eſſe cenſuit, ita ſint inſtitutæ, & ita arte compoſitæ, vt nota quadã, in rerum ſignificationem, non aperta declaratione, ducerent audientes: neceſſarium admodū arbitror, noſſe quid ſit definitio, quibuſq; ſpeciebus, ac partibus cōpleatur: vt facillime & eã rem quã declarat poſſit oſtēdere, & tollat cognitis modis, in dicēdo, ſua varietate faſtidium. Ac prius eiuſdem ipſius, vt ordinem per præcepta ſeruare videamur, definitionis adhibenda eſt definitio. Definitio eſt (vt M. Tullius in topicis ait.) oratio quę id quod definit, explicat quid ſit. Hoc ita patet, & ita intelligi neceſſe eſt, vt & in quo genere ſit definitio, declarandū eſſe videatur, & quid comprehendat, & quemadmodum perfecte eadem definitio definita eſt. Nomina vel voces interdum res ſignificant, interdum facta, interdum ſingula dicta, interdum orationes. & quanquã his omnibus factis, ac dictis, orationibus genus videatur eſſe quod dicimus res, tamen proprio nomine & certa ſignificatione aliud eſſe videtur quam factum, aliud quam dictum ſingulare atque vnicum, aliud quam oratio. Ergo definitio non facti vox eſt, nō rei alicuius, aut corporalis, aut incorporalis, ſed eſt oratio. Etenim talis dictio, quę exprimit q̄d ſit id de quo quęritur ſine dubio appellatur oratio. vt oratio eſt exordium, & narratio, & cętera quæ partes orationis eſſe dicimus, ita ergo & definitio oratio eſt. Sed quoniam hoc generale nomen eſt, quod vti dicimus, conuenit etiam expoſitioni, narrationi, inuocationi, precationi, cæteriſque ſingulis quę vtique orationes eſſe dicuntur, vt id quod generaliter appoſitum eſt, poſſit ad id deduci de quo quęritur, adiecta eſt ſpecies. Quęrebamus enim quid eſſet definitio, ad quam rem declarandam M. Tullius adiecit, quę id q͛d definit, explicat quid ſit talis oratio non niſi definitio eſt. Nam narratio oratio quidem eſt, quę non explicat quod definit, ſed quod geſtum eſt. & item alię ſingulę orationes in ſuis officijs actionibusq; conſtitutæ, aliud ſunt, quam iſta oratio, quę id quod definit, explicat quid ſit: ita adiecta eſt ſpecies, vt cum genus ſupra ſit oratio, ſpecies ſit, quę id quod definit, poſtremo tamen adiunctum ſit, quo certius id & magis proprię declaratur quod dictum eſt, explicat quid ſit. Sunt enim alię orationes, quę explicant magis quale quid ſit, aut quantum ſit. At vero hæc nihil horum, ſed tantum

quid ſit explicat: diuerſa eſt .n. iſta participatione definitio quippe cum aliud ſit, ſcire quale ſit, & quid ſit explicare? Hoc enim in percipienda rei ſubſtantia continetur, illud in qualitate noſcenda. & hæc quidem Ciceronis ſit adhibita definitio. Nos tamē apertius, idipſum quid ſit definitio, noſtra explanatione faciamus. Omne quod demonſtratur oratione, aut an ſit, aut quid ſit, aut quale ſit oſtenditur. ſed cum adhibetur oratio ad declarationem rei alicuius an ſit, non eſt definitio. Item cum quale ſit aliquid oratione monſtratur, pari mō definitio non erit. Cum vero quid ſit oſtenditur, quod medium eſt inter an ſit quale ſit. Ita ſcilicet medium, vt an ſit nulla iam ſit dubitatio. Item quale ſit, nō eius qui requirit, ſed qui definit, ſit in ſcientia collocatum. Medium inquam hoc genus, quod oſtendit idipſum de quo quæritur, quid ſit; definitio nuncupatur. Omnis definitio in quæſtione rem habet incertam. Omnis res, ſi certa eſt definitione non eget: ſi incerta eſt. neq; res eſt quæ ſit definitioni moſtrari. Oīs .n. res, ſi mō iam res eſt, quēadmodū diximus, certa eſt. Cū vero iā certa eſt, & qualitates ſuas habeat, quibus cū facile cōprehēditur, facile q̄d ſit agnoſcitur. Nūquā .n. quid ſit intelligi pōt, niſi quale ſit fuerit cōprehenſum. Oīs definitio aut ꝓbādę rei cā, aut ſi res in quæſtione verſāt, augendę, aut, ſi vel apud aduerſarium, vel apud auditorē quoq; iam nota res eſt; confirmandæ aſſumitur. Nihilominus tamen definitio, vt res eadem quæ nota eſt; & certa, & fixa teneatur, adhibetur.

*Definitionis diuiſio in dialecticam, & rethoricam: & huius in captioſam & collatitiam.* *Cap. II.*

Omnis definitio, aut rhetorica eſt oratio, aut dialectica. ſi eſt rhetorica, originem ex contentione ſuſcipiens, ꝑ rei de qua quęritur partes, in ſuas ſe diuider, nec in vnius tractu a ſuis rebus tota conſiſtet, vt, cum vniuſcuiuſque rei plena & certa perfectio nota ſit, cunctas per partes ſibi eandem diſtribuant dicta certamini. Sepulturæ violationem, rem etiam certam plenamq; & perfectā retinemus, cum in eruto ſepulchro eſt etiam animus & factum violantis, vt ſtudio eruendi & profanandi manes hoc quiſpiam videatur aggreſſus. Ergo vt diximus, violatio ſepulturę conſtat & animo & facto: plenaque ipſa res eſt violari ſepulchri ex his duobus. Aperuit ſepulchrum quidā vt auferret ornamenta. idem ſepulchri violati reus in iudiciū deuocatur. ſine dubio definitiuam orationem & contentionem exprimentem quid ſit violatio ſepulturæ, neceſſario cauſa deſiderat. ſed ſingulis partibus totius facti ac pleni, vtuntur oratores, vt ſepulturæ violationem ponat vnus, q̄ apertum ſit ſepulchrum; contra alius ſepulturę violatione dicat in animo cōtineri: ita exiſtit definitiuę orationis iſtę tractatus, vt cum totum quod agnoſcitur in ſepulturæ violatione, per partes ſuas fuerit diſtributum, eaſq; partes oratores ſinguli tenuerint contendendi, genere, definitione vti videantur. Sed non recte dicitur hmōi definitio, cum nō ſit certa, non plena, non integra, niſi cum totum quicquid ipſius rei eſt de qua quæritur, exprimens quid ſit, oratio declarat; verum hæc captioſa & falſa eſt, non certa theorum definitio. Eſt alia etiam, quę rethoribus accomodata cognoſcitur, quę longe a virtute definiēdi pleniſſime ſeparatur, quæ per collocationem non quid ſit oſtendit, ſed hoc eſſe a ſimili, cum aliud ſit, oratione cōcludit. vt cum quæritur quid ſit accipere, vtique re propria, vera, certa, nihil aliud eſt niſi ꝓpria manu aliquid ab aliquo oblatum ſumere. Per collationem M. Tullius definit pecunias accepiſſe Verrem, cum comites, ſocij, miniſtriq; pecunias acceperint. Comites illi inquit tui, manus erant tuę. Item in alio exemplo, cum quærimus quid ſit inimicus, dicimus inimicum eſſe eum, qui aliquid mali molitus ſit: hac Cicero collatione vtēs dicit. Inimicus eſt qui facit contra omnium rem, voluntatem, honorē dignitatem. Ex quibus colligimus huiuſmodi definitiones contentioni oratorum maxime conuenire, longe tamē virtute definitionis eſſe diſcretas.

*Rhetoricæ definitionis tractatio.* *Cap. III.*

Sed hæ definitiones, quę oratoribus aptæ ſunt & poetis, ſui explicatione in oratione certum ordinem continent. De qua re pręcepta ſunt in rethoricis a M. Tullio conſtituta, ita vt omnis definitio, hoc eſt oratio quę explicat, de quo quæritur q̄d ſit, his mēbris partibuſq; teneatur. primum vti breuiter id de quo quęritur quid ſit, oratio noſtra contineat, & hæc appellatur definitio: deinde eius definitionis ſupponatur approbatio, quę illud oſtendimus: vt idipſum q̄ breuiter in definitione poſuimus, ita eſſe argumentorum rationibus approbemus: deinde tertio loco inducimus deductionē eiuſdem definitionis in eam ſpeciem de qua quęſtio eſt, & de qua iudicium eſt conſtitutum, vt cum generaliter rem definierimus, & ita eſſe de quo quæritur dixerimus & poſtea per approbationē conſtituerimus verū eſſe quod definimus. tertio loco oſtendamus hoc eſſe quod geſtum eſt, vel id eſſe de quo quæritur, quæ orationis pars appellatur deductio generis ad ſpeciem. Quarto loco in orationę noſtra ponemus deſtructionem definitionis aduerſę partis, hoc eſt vti quemadmodum aduerſarij definierint, idipſū de quo ſupra definitionē conſtituimus, proponamus: eamq; aduerſariorū definitionē, vitioſam eſſe doceamus, quæ quemadmodum vitioſa ſit, poſtea declarabimus. Habet .n. partes ſuas certas, integras, de quibus nunc dicere ſuperſedemus. Eſt definō inimicitiarū apud M. Tul. breuis, ita collocatā. An tu maiores inimicitias putas eſſe, q̄ contrarias hominem volūtates, & diſſimilia ſtudia? Hęc vti diximus definitio rhethorica eſt, & breuiter orō concluſa quid ſint inimicitiæ. Poſt q̄ definitionem adhibetur approbatio. Fidem ac religionē ſanctiſſimā tu vita qui putas, ſe ne ei non inimicus eſſe qui fana ſpoliauerit omnia? deinceps reliqua quę ſequuntur. In quo quidem illud animaduertere licet poſſe cōiungi & approbationem definitionis, & deductionem definitionis in ſpēm. Nanq; hic M. Tul. inimicitias eſſe contraria ſtudia & diſſimiles voluntates approbat ita, vt ſpēm ipſam, de qua q̄rebat, factam verbis includat potuit enim approbatio fieri, illas eſſe inimicitias q̄ contrarias continent voluntates, & in rationibus ſupponendis talis dictio componi, cum fidem alius ſeruet, infidelis ſit alius, nulla dubitatio eſt, quin tali animo proui inter ſe affecti, inimici eſſe credantur. Item religioſo viro irreligioſus inimicus eſt. Alia ergo, ſi ex diuerſis ſtudijs & volūtatibus ſuppoſita dicerentur, ſola eſſet approbatio, non ēt deductio gñis in ſpēm: at cum nunc ita nectitur dictio, fidem ſanctiſſimam in vita qui putat, religionem colēdam eſſe exiſtimat, is ſine dubio inimicus eſt ei qui fana ſpoliauit, delubra polluit. Hic ēt Verris idem factum, de quo quęritur, ita ſpecialiter coniungitur, & includitur, vt ſit cum approbatione & deductione gñis in ſpeciē, clauſum teneatur: poſt adiungitur, vt diximus, deſtructio definitionis aduerſę partis, ſed per cōceſſionem diſſimilium. an ſi cōtra rem meā feciſſet iniuriam aliquis, iure ei me inimicum eſſe profiterer? Ponamus igitur aduerſæ partis definitionem talem. Inimicitiæ ſunt, cum contra rem meam, aut fecit aliquis, aut dixit iniuriam. Hanc definitionem ſic deſtruit M. Tul. vt conceſſo eo, quod ita eſt definitum, nihilominus & alio modo ſint inimicitię, cum aliquis faciat contra omnium rem honorem, & dignitatem. Talis igitur ſemper circa rhetoricam definitionē, ꝑ membra quatuor teſteſ oratio, vt ſit definitio, approbatio definitionis, deductio definitionis ad ſpeciem, deinde poſtrema deſtructio definitionis partis aduerſę, ſed hęc apta rhetoricis, non ēt philoſophis eſſe videtur.

*De dialectica definitione quæ ſola ſubſtantialis nominatur ex genere & differentiis compoſita.* *Cap. IIII.*

Illa autem quę philoſophorum propria eſt, etiam oratoribus conuenit, eamque ſibi, & ad materiam ſuam, & ad propriæ ornamentorum dictionis, adiungit orator. Omnia .n. recte orator exprimit quę ſunt in dicendo philoſophorum.

rum. Nam & vero vtitur argumento, quod eſt philoſophorum proprium; vtitur etiam neceſſario. At contra philoſophus in diſputationibus proprijs, rhetorum cuncta condénat: neq; n. adiungit aliquando ſignum, neq; quod credibile dicitur, & omne probabile penitus a virtute ſui ſermonis excludit. Ergo definitio, quę eſt philoſophorum propria in rebus exprimendis quæ explicat quid ſit, non quale ſit; quémadmodum membris ſuis conſtare debeat, exponemus. Definitiones eſſe principia diſputandi, & ſupra diximus, & M. Tullius probat cum in dialogis omnibus, tum etiam in eo libro, qui Topica inſcribitur: in quo docet primum argumentorum locum eſſe definitionem, hoc eſt a toto, cui loco qui appellatur a toto, neceſſario adhibenda eſt definitio, ita ut arguméti locus a toto, ſit definitio. Porro, vt ſupra diximus, explicandi argumenti quod a toto eſt, dicitur definitio. Ergo pręceptis & dialecticorum, & philoſophorum omnium, illud tenere debemus, non eſſe definitionem, niſi ſolá, quæ in ea re quam definire volumus, prius quam eius rei eſſe intelligimus, declaret atque oſtendat ſubſtantiá. hoc aut apertius fiat, docebimus nullam eſſe definitionem certam, integram, approbandam, niſi eam, quam dicunt philoſophi ſubſtantialem, Grece οὐσιώδη appellatur. Quid autem ſubſtantiale ſit, alibi explicandum. Ad cognitionem interim illud accedat. Quoties de aliquo quæritur quid ſit, tunc poſſe eſſe certam ac ſubſtantialem definitionem: quoties eius rei de qua queritur (vti diximus) genus ponimus, & in de cætera per differentias in oratione ſubiungimus. Non alienum autem videtur exemplum ponere, & ſic ad reliqua quæ ſunt obſcura tranſire. Quæritur homo quid ſit. huic vtique genus eſt animal. Cum igitur in definitione, qua explicabo quid ſit homo, animal dixero, ac deinde reliqua connectam; erit ſubſtantialis definitio. Subſtantiam enim hominis declaraui, cum dixi animal. Item cum quæro quid ſit album aut nigrum, ſi dixero album eſt color; quia color genus eſt ad hoc, de quo quæro, album uel nigrum: iam ſubſtátialis erit definitio, quæ incipit a genere, & ſic cætera connecti. Hæc ſubſtantialis eſſe dicetur, Hæc propria, Hęc integra, Hæc a philoſophis probata, ita vt alio modo facta, definitio nunquam eſſe dicatur. verum a quibuſdam hoc nomé etiam ad alia, quæ alio modo definiuntur, ſępe transfertur. Ergo hęc ſubſtantialis definitio a M. Tullio ſic explicatur. Oportere nos poſito genere, eius rei de qua quęritur, ſubiungere ſpecies: vt alia quę vicina eſſe poſſint, diſcretis communionibus ſeparemus: & tamdiu interponamus differentias quamdiu ad proprium eius de quo quęritur, ſignata eius expreſſione veniamus. Ipſe in topicis exempla ſubiecit. Nos vero ne fiat in exemplis lectori ex iure confuſio, hoc proponamus exéplum. homo eſt animal rationale mortale terrenum bipes riſus capax. Animal cum dictum eſt, ſubſtátia hominis declarata eſt. Eſt enim, vt ſupra diximus, ad hominem genus animal. Omne autem genus ſpeciei ſuæ ſubſtantialis eſt declaratio. ſed hic animal quia late patebat, adiecta ſpecies eſt, terrenum, iam excluſum eſt quod aut aereum eſt, aut humidum. Bipes uero, propter alia animalia poſitum eſt. quę plurimis pedibus innituntur. Item rationale, propter illa quæ ratione egent. Mortale autem, propter id quod Deus eſt. Quibus, omnibus animalibus, quæ conuenire poterant ad ſuperiora in oratione poſita, diſcretis atque ſecluſis, adiectum eſt proprium in parte poſtrema. Eſt enim ſolum hominis quòd ridet. Sic perfecta omni ex parte definitio eſt ad hominem declarandum, cum poſito genere, excluſis omnibus per differentias quæ poterant conuenire, ad proprietatem eius de quo quęrebatur, peruenit oratio. Atque hoc præceptum Tullianum eſt. Eouſque eum qui definiat ſpecies in oratione interponere, & adijcere differentias oportere, quouſque ad proprietatem, quę iam communis eſſe non poſſit: ſermo perueniat. verum Ariſtoteles definitionem perfectam & plenam ait conſiſtere ex genere & differentia: ex genere etiam & differentijs. Hoc idem nos ſupra docuimus, cum interpoſita ſpecies differentia ſua, alia quę poſſent eſſe conſimilia, ſepararet. Quidam tamen cautiores plenioreſque in docendo, definitionis ipſius quaſi quędam membra conſtituunt; dicuntque eam perfectam definitionem, illam quem appello ſubſtantialem, ex quinque partibus, id eſt genere, ſpecie, differentia, accidenti, proprio, debere conſiſtere. Sed accidens in definitione, minimum: proprium, plurimum ualet. Et recte quidem ac vere iſta commemorát, nec aliena aut a principe harum artium, Ariſtotele, aut a M. Tullio, qui de iſtis præcepta tradiderunt, iudicanda ſunt. Conſtat enim his quinque partibus veluti membris ſuis integra definitio, verum & Ariſtoteles in libris quos Topica appellauit, docuit quid genus ſit, quid ſpecies, quid differentia, quid propriú, & quid accidens. Et plurimi præterea philoſophi libris ſui complexi harum uim rerum & potentiam declararunt. Nos quia iam vno libro de his quinque rebus pleniſſime diſputauimus, ne res rei interpoſita obſcuritatem pariat, aut dicta repetamus, lectorem ad librum qui iam ſcriptus eſt, ſi ad eſt ei indigentia, ire uolumus: nunc ſibi non eſſe impedimento quod hic pretermiſſum eſt, animaduertat. Id enim etiam illis omnibus cognitis ex præceptorum neceſſitate retinebit. In oratione iſta ſubſtantiali tandiu interponere debemus ſpecies & differentias, quandiu ſecluſis omnibus, quæ hoc idem eſſe poſſunt, eo perueniatur, ut proprietas iam certa teneatur. M. Tullius in Topicis ius ciuile uoluit definire: & vt oportuit, cœpit a genere. dixit enim in principio, ius ciuile eſt æquitas: hoc iuris genus eſt. Sed quoniam eadem æquitas, nunc conſtituta eſt, nunc naturalis; ius autem ciuile æquitas eſt ab hominibus inſtituta: ideò adiecit, ius ciuile eſt æquitas conſtituta. Poſito genere, adiecta ſpecie, ſpeciem aliam ſeparauit, ſcilicet naturalem. Sed quoniam etiam ius gentium ęquitas conſtituta eſt, & non eſt tamen ciuile, adiectum id quod ſeparare potuiſſet ius gentium: his, inquit. M. Tullius, qui eiuſdem ciuitatis ſunt. Qua ſpecie interpoſita, ius ciuile deſcripſit. Eſt etiam num quod cum altero poſſit eſſe commune hoc ipſum, quod ſupra dictum eſt, vniuerſum. Etenim religionum iuri & ſacrorum omnium conuenit. Nanque ius religionum æquitas eſt, & conſtituta ęquitas, & his omnibus qui eiuſdem ſunt ciuitatis. Sed illud ius non appellamus eſſe ciuile, quod eſt pontificum. hoc igitur, vt poſſet excludere, & ius ciuile víque ad proprium definire, adiecit, ad res ſuas obtinendas. Demus aliud exemplum in orationibus poſitum, quo facilius res & manifeſtius expliceiur. Definit. M. Tullius quid ſit gloria, his vt opinor verbis. Gloria inquit, eſt illuſtris & peruagata recte factorum, & prægnorum, vel in ſuos ciues, vel in rempub. vel in omne genus hominum, fama meritorum. Gloria igitur ſubſtantialiter definita eſt, cum dictum eſt fama. Eſt enim glorię genus fama. quę quia nunc rerum malarum eſt, nunc bonarum: idcirco genus eſt. cui ſpecies addita eſt; illuſtris, quod laus eſt, fama enim quæ bonarum rerum eſt, laus eſt, & illuſtris: hac igitur re excluſa eſt fama deterior. Et quoniam hęc fama laudatrix, poteſt nunc pro merito, nunc vltra meritum eſſe: (frequenter enim aliter quam res geſta eſt, opinio de aliquo emanauit) idcirco inquit, fama meritorum: ea ſunt enim merita, quę cum pręſtamus, mereri nos gloriam faciunt. Ergo Cicero, qui volebat tunc gloriam. Cæſari dare cum reipublicæ præfuiſſet, idcirco illa facta vel merita generaliter poſita diuiſit in ſpecies, & adiunxit. cum in ſuos ciues, tum in rem publicam, vel in omne genus hominum, quę ſcilicet factorum recte ſpecies, ſubiectæ, víque ad proprietatem glorię conueniret. Habet enim nunc certam & veram proprietatem in partibus gloria. Nam omne quod pręſtamus, aut quaſi debitum damus, aut quaſi non debitum. cum recte facimus, ſi ſola facta ſunt quę qua ſi debita ſunt, dicitur illuſtris fama factorum: cum autem vltra quod debitum eſt, facimus, pręſtandi beneuolentia, & benignitate tribuendi, hęc merita nuncupantur. Conclusit igitur utrunque genus pręſtandi cum dixit, illuſtris & peruagata fama recte factorum, & pręmagnorum

rum, com lo rempub. tum in omnes cives fama meritorum. Ex his omnibus arbitror apertam eſſe eam definitionẽ, quę ſubſtantialis eſſe debet, ſic eſſe dicendam, vt poſito eius rei de qua quęritur genere, & adiunctis ſpeciebus cum differentia, uſque ad eius proprium, dicluſa omnino communione, veniamus.

*De ea definitione, quæ partes integrales vel ſubiectiuas, enumerat.*

*Cap. V.*

AC ſi velimus iudicium veri philoſophis auctoribus ſequi, nulla dicetur alia definitio. Etenim reliquę intellectum potius rei tribuunt, nõ pleniſſime quid ſit ea res adhibita oratione declarant. verumtamen quoniam tranſlato nomine, etiam cęterę orationes hoc idem imaginaria dictione retinentes, pari nomine nuncupantur, ut definitiones dicantur: ponendas arbitror reliquas ſpecies; quo facilius & quid cęteri dicant, noſſe poſſimus, & definitionis cognito multiplici modo, facile, vti ſupra dictum eſt, definiendi veritas referetur. M. Tullius I Topicis de tribus locis primis tractans, a toto, a partibus, a nota: cum a toto argumentum eſt, vt ſupra docuimus, definitionem eſſe adhibendam dicit, illic enim ponitur genus, quo quid res ipſa ſit de qua quęritur, explicetur. At a partibus cum argumentum eſt, etiam ipſa quidem dicitur definitio, verum tranſlato nomine, cum enumeratis omnibus totius partibus, ſic quod totum eſt, recognoſcitur; Hac pene re nihil intereſt, vtrum in definitione, quæ eſt a toto, cunctas partes totius ex definitione noſcamus: an collectis omnibus partibus, quòd totum eſt, ex partiũ enumeratione capiamus. Cicero talem definitionem, partium enumerationem appellat. ſed eam definitioni tribuens, quoniam & enumeratio partium idipſum de quo quęritur quid ſit, oſtendit. & hoc idem agit ſupra poſita definitio, cum oratio quę quid ſit oſtendit, dicitur definitio. vnde nulli dubium eſt, quin etiam iſta definitio eſſe dicatur. poſuit igitur M. Tullius explicans quid ſit liber, ſed factus vel in contrario, quid ſit non liber, quoniam libertas cenſu datur, datur vindicta, datur teſtamento, & hę partes dandę libertatis ſunt. ſi inquit neque cenſu, neque uindicta, neque teſtamento liber eſt, non eſt igitur liber. ſic poſitis partibus, quibus liber efficitur, ſequitur negatio libertatis, ſi nulla harum partium in danda libertate præceſſit. Nec nos moueat, quòd quid non ſit liber in definitione eſt conſtitutum, non quid ſit. Par enim ratio eſt, & eadem definiendi vis, & cum quid non ſit oſtenditur, & cum quid ſit adhibita definitione nudatur. Quanquam M. Tullius aliter in eodem libro Topicorum ait eſſe duo genera definitionum. Primum enim, cum id quod eſt, definitur. Secundum, cum id, quod ſui ſubſtantiam non habet, definitur, hoc eſt quod non eſt. & hoc partitionis genus in his quæ ſupra dixi, clauſit & extenuauit. Sed alia eſse voluit, quę eſse dicebat, alia quę non eſse. Eſſe enim dicit ea, quorum ſubiacet corpus, vt cum definimus quid ſit aqua, quid ignis. Non autem eſse illa intelligi voluit, quibus nulla corporalis videtur eſse ſubſtantia, vt ſunt pietas, virtus, libertas. Sed nos omnia iſta, vel quę ſunt cum corpore, vel quę ſunt ſine corpore, ſi in eo accipiuntur, vt aut per ſe eſse, aut in aliquo eſſe videantur, in vno genere numeranda ducimus: vt iſta oĩa eſſe intelligantur, quibus omnibus ſua poteſt eſſe ſubſtantia ſiue illæ corporales, ſiue vt certiſſimũ eſt, & recto nomine appellari poſſunt, qualitates. Verũ præter hæc definitio eſt, cũ aliquid, quid non ſit, oſtenditur. Definitione.n. opus eſt, vt poſſimus docere quid non ſit. Ergo ſi partitione enumeratis partib. quid libertas ſit, dicimus, quid nõ ſit libertas, eadẽ partitione monſtrabimus. Fiet igitur etiam a partibus definitio, vt ſi dicã, ſi nec maſculus eſt, nec fœmina, homo non eſt. Item ſi nec ſeruus eſt, nec liber, homo non eſt. Sane hic ad monendũ puto, partes ſępe ab ipſo de quo quęritur toto, accipi ad eius definitionem, ſępe non ab eodem ipſo, ſed ab eo quod ei accidit, ut accidentis enumeratio partiũ, poſſit definire quod totum eſt. Nanque cum totum ſit homo de quo quęritur, quid ſit, non eius partes ſunt ſeruus ac liber, ſed accidentia homini. Quorum enumeratio cum fuerit conſtituta, homo quid ſit, oſtenditur. Sane etiam illud admonendum hic arbitror, cum a partibus ſit definitio, poſſe contingere, vt modo totum ab omnibus partibus colligatur, vt ſupra oſtendimus: modo ita partes enumerentur in definitione, vt in ſingulis totum ſit, ſicut illud in cõtrouerſis eſt. auxiliũ ferre, eſt decernere, mittere odo: proficiſci, venire, etiam ſi non pugnaueris; hoſtes ne dimicent, terrere. Sic M. Tullius multis in locis, & ipſe pro Corn. vbi quæritur, quid ſit maieſtatem minuere, tractat: quod malã legem tulit, ꝙ legendo codicem, intercesſionẽ ſuſtulit, ꝙ ſeditionem fecit. In qbus oĩbus definitur læſa maieſtas. Sed ita ſingula ſunt, vt in ipſis ſingulis totũ, ideſt læſa maieſtas poſſit oſtendi. Hoc etiã pro M. Cælio repet, vbi ꝑ enumerationem malorum per quos ſit dolus malus, definitio ita ſit, vt ſingulis ſpeciebus dolus malus poſſit agnoſci. Hoc cum aperte poſitum intelligamus, tum illud quoque manifeſtum eſt, notionẽ quandã in iſta definitione, non rem pleniſſimã contineri, & longe illam ꝓſtare definitionẽ quã ſupra poſui cũ genere collocato ad declarationem rei, q̃ definitur, ſubſtantiã eius indicans affertur oratio. Sane adiiciẽdum arbitror, non eſſe quandam neceſſitatem in iſta partium enumeratione, vbi eſt quodãmodo definitio; ſi infinitę partes fuerint, vel plurime ſpecies, quarum partitione facienda enumeratio eſt non inquam arbitror in iſta enumeratione vniuerſalia quę infinita ſunt, nos debere concludere. Sufficit.n. vel plurimorum effici enumerationem, cum in infinitis nõ ſit aliquid prętermittere vitioſum, Hoc Cicero in Topicis collocauit, poſſe nos ius ciuile enumeratione definire. Quod in legibus, more, ęquitate, conſiſtit. non autem totum ius enumeratum eſt, Quippe cum ſit, & in Senatuſcõſultis, & plebiſcitis, ſit in edictis, & principium iuſſis, ſit fortaſſe adhuc & in alij. Sed cum enumeratis, ex infinitis, aliquibus partibus notio data fuerit iuris, quid ius ciuile ſit in ſimilibus exiſtimabimus. Ergo diuiſione vel partitione, efficitur iſta de qua loquimur definitio: ſic enim ipſa diuiſione eademque partitione, enumeratis vel omnib ; ſi paucę ſunt, vel multis, ſi infinitę, aut ſpeciebus aut partibus, ad cognitionem rei de qua quęritur notionemque deducimur, Sciamus autem diuiſionem a genere eſſe, cum ſpecies enumerantur, partitionem, cum partes. Quapropter animal definiamus. huic cum ſit ſpecies numero infinitæ, vt Homo, Bos, Equus, Leo, Piſcis: item cætera, paucis enumeratis ſpeciebus, poſſumus quid ſit animal, declarare. At ſi illas ſpecies tetigero, quę differentię magis ſunt: quę ipſæ tres eſſe poſſunt humidum, terrenum, cœleſte. enumeratione harum rerum omnium, animal definitum ſit: hoc idem & in partium enumeratione ſeruabis, vt ſi dicamus, mundus eſt, mare, terra, coelum, enumeratione partium, ſed non tamen omnium, quid mundus ſit, explicatum eſt. At ſi hoc idem per partes alias infinitas voluerimus adhibita enumeratione quid mundus ſit definire, quoniam vt Marcus Tullius ait; enumeratio partium ſępe eſt infinitior; præceptum nobis illud eſt, ne aliquod vitium in enumeratione credamus, cum aliquid prætermus, ea duntaxat in re, vbi partes ſunt infinitę. Ergo poterimus dicere, Mundus eſt Sol, Luna, Aſtra, Aer, & cuncta quę in eo ſunt, id eſt terra, & cętera: quæ etſi non enumeratis partibus omnibus ẽnunciata proferimus, ex dictis, partium ſimilitudine comprahenſa: quid ſit mundus oſtendimus. Hoc igitur modo, definitio etiam partium enumeratione tractabitur. Partes pro ſpeciebus poni rationalis licentia eſt, vt totum pro generę; nunquam tamen genus pro toto, aut pro parte ſpecies nominatur. Omne cuiuſque genus ſuas ad ſpecies, eſt quaſi totum vnde totum pro genere iure dicimus. Eodemque modo, partes pro ſpecie nominabimus. Nam ſi ad id, genus & vocabulũ quod dicitur totum, iure ſociatur;

par

par ratio eſt pro ſpeciebus partes quaſi ſub totius appellatione enumerare. Illud tñ probe admonitum volo: cũ duo gña rerum ſint, corporalia & incorporalia, in vtroq; & genus & totum accipi.ac pari modo partes & ſpecies nominari,ſed ſeparata rationis propriç ſectione, vt cum genus qualitatis modo fuerit nominatum,eı ſpẽs ſuppoſitas intelligere debeamus.cum vero totũ, non quo qualitas eius animaduertatur, quæ ſignificatur ſemper in genere,ſed quaſi quoddam ſubſtantiale corpus,vt id ſectum in partes ſuas atq; diſtributum, quaſi cuiuſdam quantitatis receperit ſectionẽ.Siue illud corpux ſit, ſiue vt diximus incorporale,animaduerſione vtriuſq; cognationis,quç aut in qualitate,aut in quantitate eſt Si qualitate rem appellatam velimus:genus eſſe dicamus, & huic ſpeciex eſſe ſuppoſitas.ſi quantitatẽ quandam in eo quod totum eſt comprehendimus: merito ac iure partes in ſectione eſſe dicimus.Conceſſo illo ad vtum & licenter accepto,vt ſpẽs partiũ nomine nuncupemus? Genus que ipſum, qđ circa qualitatẽ diximus,totius appellatione ſine vitio proferamus: nunquam tamen quod qualitatis eſt, vbi totum dicendum eſt,genus proferamus,nec ſub toto aliquando ſpecies, ſed ſemper partes nominabimus.

*De definitione quæ a rei vocabulo ſumitur. Cap. VI.*

TErtia definitio eſt quæ a nota ducitur, cũ vis verbi vel nominis,quç in cõpoſitione ſita eſt,rẽ ſuam,facta quadam ſeparatione,deſignat. Fides eſt,inquit M. Tullius,cũ ſit quod dicitur.hic itaq; perſpici licet, veluti ſimplex nomen ſit ſictum,atq; compoſitum:vt in res ſuas,obſcura licet compoſitione,reſonet:pene.n.ex iiſdem ſyllabis,rem ſuam dicẽtibus,verbum compoſitum ad id quod ſignificat, ex diſcretione cognoſcimus.Sed ſçpe verbum ſimplex & purũ,nulla compoſitione connexum,in definitionem a nota ducẽ,vbi eſt vis eius,quam Grçci appellat ἐτυμολογίαν,at Cicero veriloquium,ſi non poteſt ex diſcretione, quç nulla eſt,compoſitionis oſtendi,ſed adhibita declaratione, ac denominatione, quodammodo quid ſit id de quo quçritur,explicari: vt a bonitate bonus,& a malitia malus,& a ſapientia ſapiẽs. Etenim cum in alio nomine res cognita eſt,facile,hoc quod ab eo eſt deriuatum, & quodammodo denominatum,ad cognitionem deducit,vt quid ſit oſtendat.vt in Piſonem Cicero,conſulem a conſulendo ait dictum, maximeq; inquit, ꝙ vis eius nominis ipſa præſcribit reipublicç conſulendo. Et hoc definitionis genus eſſe dicendum eſt. Ac q̃q̃ M. Tullius in topicis argumenti locum fecerit, quem nominauit coniugatum,qui eſt finitimus loco qui a nota eſt:nos tñ nõ aliter, neq; cõtra, ſed cum pari præceptione definitionem iure dicemus, ſeruantes pręceptum, vti cum compoſitum nomen diuiſione in res ſuas quas ſonat,accepta,id qđ ſignificat intelligamus, ſit definitio a nota. cum ãt ſimplex verbũ vnde ſit denominatum accipere cœpimus,argm̃ a cõiugato licet accipiamus,vt M. Tullius poſuit,definitionem tñ eſſe dicamus:quia quid ſit oſtendit,quod proprium eſt definitionis. Hæ ſunt tres nunc a me poſitæ principales definitiones,ſubſtantialis,quç a toto eſt,a partium enumeratione: & nota: ita vt illa quç prior eſt, ſola vere definitio nuncupetur.Iſta autem duç,nominis honore,& honeſtate.quia id de quo q̃ritur,quid ſit,oſtendit:non verç, ſed tamen definitiones eſſe dicentur. Nunc ad illam quç a toto eſt definitionem reuertamur,quia ipſa in ſe recipere formas poteſt plurimas.

*Definitionis in quindecim ſpecies partitio & earum cuiuſque explicatio, Cap. VII.*

SEd ex his primum eas quas colligere potuimus, partiemur:(Sunt.n.& aliæ fortaſſe)deinde rationes, ac differẽtias,& exẽpla dicemus. Eſt igit̃ prima quç Grçce οὐσιώδης Latine ſubſtantialis appellari poteſt. Secunda eſt ἐννοηματική, quç ſolam notionem ſubiicit.Tertia ποιώδης, quæ a qualitate nomen accipit.Quarta ὑπογραφική quç a M.Tullio deſcriptio nominat̃.Quinta κατ' ἀντίλεξιν Latine ad verbum poſſumus dicere.Sexta κατὰ διαφοράν,Latini de eodẽ & de altero nominant,quæ differentia dici poteſt. Septima eſt κατὰ μεταφοράν,id eſt p tranſlationem. Octaua eſt κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, id eſt p priuantiam contrarij eius. Nona κατὰ ὑποτύπωσιν, id eſt quandã imaginationem.Decimam eſt ὡς τύπος Latine veluti. Vndecima ẽ κατ' ἔνδειαν πλήρους ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους id eſt per indigentiam pleni ex eodem genere. Duodecima eſt κατ' ἔπαινον, id eſt per laudẽ. Tertiadecima eſt κατ' ἀναλογίαν,id eſt iuxta rationem,quæ proportio dr. Quartadecima eſt κατὰ τὸ πρός τι hoc eſt per id quod ad aliquid eſt.Quintadecima eſt αἰτιώδης cauſam tribuens.De prima definitione plenus in ſuperioribus ſermo confectus eſt, cum ſubſtantialis, quç ſit definitio,quibusq; partibus completur oſtendimus.Secunda dicitur ἐννοηματική,quam notionem non proprio nomine, ſed communi poſſumus dicere. In omnibus enim reliquis definitionibus notio rei profertur,non ſubſtãtialis explicatio declaratur. Verum hæc quæ ſecunda eſt, hoc modo ſemper efficitur,cum propoſitio eo quod definiendum eſt, neque dictio eius genere,verbis in rei ſenſum ducentibus audientem,quod illud ſi de quo quçritur,explicatur.Eſtque huic pene familiare, res propoſitas per ſuperiecta nomina definire,vt ſi dicam homo eſt,qđ rationali conceptione, & exercitio, præeſt animalibus cunctis. hic non quidem ipſum quid ſit dixi, ſed dicendo quid agat, quaſi quodam ſigno in notitiam deuocaui. Alia ſunt apud M.Tullium in rhetoricis multa, vt honeſtum cauſæ genus eſt, cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet auditoris animus.Item admirabile, a quo alienatus eſt animus eorũ qui audituri ſunt. Sic reliquas in ſecundo libro adhibet definitiones in virtutibus declarandis.primum cum dicit quid ſit ipſa Virtus, ponitque eius definitionem, habitus naturæ modo, atque rationi contentaneus. hic quoniam genus poſuit vt habitum diceret,ſubſtantialis definitio eſt. At cum dicit, Memoria eſt per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Et item Intelligentia eſt per quam illa reſpicit quç ſunt:ac pari modo Prouidentia, eſt, per quam futurum aliquid videtur antequam factum ſit. ſatis clarum eſt non ſubſtãtialem iſtam definitionem, ſed quemadmodum diximus, eam quç ἐννοηματική Græce dicitur, cum rei notio non ſubſtantiali ratione percepta, ſed actu res cognita proferatur. Tertia definitionis ſpecies eſt, quæ ποιώδης dicitur. hæc dicendo quid ſit,quale ſit, oſtendit: & vt ſupra,noſtrum proponemus exemplum,vt facile appareat de eodem vno plures definitiones confici poſſe, hominem primum ſubſtantialiter definiuimus:deinde ſecundç definitionis modo,notionem eius expreſſimus: Nunc per Tertiam definitionem, quid homo ſit explicabimus. Homo eſt,vbi pietas,vbi iuſtitia,vbi çquitas,vbi continentia, vbi rurſus malitia, verſutia,cçteraque vitia verſantur.qui ingenio valet,artibus pollet,& cognitionem rerum, aut quod agere debeat, diligit: aut animaduerſione quod inutile ſit, contemnit,repudiat, reijcit. His qualitatibus expreſſus eſt homo: non enim vllum aliud animal his motibus mentis,qualitatem deſignantibus,exigit vitam, ſed ſolum hoc animal, quod eſt homo, qualitatibus in mente poſitis & conſtitutis, quaſi quidam vel naturalis artifex, vel vitæ gubernator impletur. Hçc quidem Tertia & Secunda illa, poſſunt videri quibuſdam eſſe communes. nam ſçpe ſufficit in qualibet harum ad definitionem eius rei de qua quçritur, ſolum eius proprium nominari: vt ſi dicam homo eſt quod ridet: hoc enim propriũ hominis,neque vllius animalis eſt, quo dicto tacitisq; alijs omnibus, quibus homo poſſit oſtendi, ſolo tamen ſui proprio declaratus eſt. Et hoc Cicero de proprietate dixit genus definitionis quod notioni applicari poteſt, vt quibuſdam videtur, poteſt etiam huic definitioni quç qualitatis ſortita eſt nomen. Vnde quidam has duas inter ſe nullo fine diſcretas, vnam eſſe potius cenſent,cum ſatis appareat, illam nullis poſitis qualitatibus, notionem ut ſupra docuimus,poſſe compleri. hanc poſitis qualitatibus, quç res ſit, tacito etiam eius proprio,poſſe oſtendere. Quartam nos

definitionem ὑπογραφικὴν diximus non numerum quaſi proprium collocantes, ſed inſtituto ordine ad faciliorem cognitionem, vocabulum exhibitæ nunc rationi ſociantes. nō enim quarta, quę eſt ὑπογραφή, quę a nobis deſcriptio dicta eſt, quarta dicenda eſt. Sed quia ordo propoſitionis exegerat, ideo nomen numeri collocauimus hoc loco. Nanque qui quartus eſt, Cicero de eodem & altero definitionem poſuit, & ſic ὑπογραφικὴν quintam conſtituit, ſed nos omiſſa, numeroſitate, quid ὑπογραφική, quæ a M. Tullio deſcriptio nominatur, propoſita ratione docebimus; & per exemplum: quę oratio non quid ſit, dicit, ſed potius adhibita circuitione dictorum, factorumque, quid quæq; res ſit, deſcriptione declarat. Deſcriptiua iſta dicitur eſſe definitio, vt cum quęritur, quid auarus ſit? quid crudelis? quid luxurioſus? & vniuerſa auari, luxurioſi, crudelis natura deſcribitur. Quæ definitionis ſpecies dicitur ex hortationis genere deſcriptio, vt luxurioſus eſt, victus non neceſſarij, ſed ſumptuoſi & onerofi appetens, in delitias affluens, in libidinem pronus. Hæc, & aliæ definiunt luxurioſum, & deſcriptione definiunt. Hęc definitio apta ſemper eſt oratori. huic enim laus dicendi per circuitum tribuitur propter honeſtatem, non ille aptior, & determinatus ſermo, qui uelut familiaris eſt definitionis, quam ſupra ſubſtantialem eſſe pręcepimus. Idcirco multis in locis M. Tullius cum definiendum aliquid dicit, non ſubſtantialiter præcepit eſſe definiendum, ſed potius deſcribendum, & hoc nomine utitur, ut, cum quęritur inquit, quid ſit fur, & quid ſit ſacrilegus, ſua deſcriptione monſtrandum eſt. Quinta ſpecies definitionis eſt, quam κατ' ἀντίλεξιν diximus. Latine ad verbum poſſumus dicere. hæc uocem illam, de cuius re quæritur, alio ſermone deſignat uno ac ſingulari, & quodammodo quid illud ſit vno verbo poſitum, vno verbo alio declarat, ut conticeſcere, tacere eſt: item latus haurit apertum, ideſt percutit: item cum terminum dicimus finem. aut populatas interpretamur eſſe vaſtatas: & omnino cum vnius verbi rem verbo manifeſtiore alio declaramus. hæc erit quinta, de qua loquimur, definitio. M. Tullius hac uſus eſt in topicis, cum locum argumenti definiens dixi eſſe ſedem, ita locum nomine uno, cuius rem quærebat, alia appellatione ad uerbum poſita per definitionem quid eſſet, oſtendit. ſedem dicendo. hanc gręci κατ' ἀντίλεξιν appellant, ut ἀντὶ ... ὁ ἄνθρωπος Sexta ſpecies definitionis eſt, κατὰ διαφοράν hanc nos per differentiam dicimus. Scriptores uero artium de eodem & altero nominant. vt cum quæritur, quid inter regem ſit, & tyrannum, adiecta differentia, quid vterque ſit definitur: & omnis quidem definitio ſicuti, docuimus ſupra, non niſi appoſitis differentijs, comprehenſoq; ſuo proprio, quid ſit de quo quęritur, exprimit, non tamen hoc idē videbitur eſſe modus iſte de quo nunc loquimur, ſiquidem ſola differentia cum poſita fuerit inter duos, de quibus quęritur quid ſit, vtrumque cognoſcitur: etenim in ſuperioribus ſola quæque definiuntur, hic duo, quaſi cognita, ſed quadam inter ſe communione confuſa, adiecta differentia ſecernuntur, per quam quid ſit vtrunque cognoſcitur. vt Rex eſt modeſtus & temperatus. Tyrannus vero crudelis. Ex hoc illud eſt Terentij, Pudore ac liberalitate liberos retinere ſatius eſſe puto, quam metu. hoc pater ac dominus intereſt. Item M. Tullius pro Sexto Roſcio. Atque inter hāc uitam perpolitam humanitate & illam immanem, nihil intereſt, quam ius atque uis. Septima eſt κατὰ μεταφοράν, id eſt per tranſlationem, vt Cicero in Topicis, litus eſt quo fluctus eludit. Item, adoleſcentia eſt flos ætatis. ſenectus occaſus ætatis. Hęc varie tractari poteſt. modo enim ut moneat, modo vt deſignet, modo ut vituperet, aut laudet, vt moneat, Notabilis eſt virtus maiorum apud poſteros ſarcina. Vt deſignet, ... eſt arx corporis. vt vituperet. Diuitiæ ſunt breuis vitæ ... viaticum, vt laudet, Adoleſcentia eſt flos ætatis. His itaque & alijs modis proferri poteſt iſta definitio, in quo genere tamen illud cauendum eſt, ne aut longe ſit petita tranſlatio, aut turpis: longe petita tranſlatio eſt, vt, turba reipublicę, chaos eſt legum. Quod Tullius pro Sexto Roſcio temperauit, quaſi ſempiterna nox eſſet inquit, in quo etiam ſi ſit quaſi, vt per ſimilitudinem ſit, definitio accipi poteſt, temperamentum accipiens ex particula ſimilitudinis. Turpis tranſlatio ſit duobus modis, cum honeſta turpibus definimus, aut turpia honeſtis, vt ſiquis patrationem definiens, lacrymas dicat Veneris fatigatę, quem ſudorem melius nominaret: aut contra aliquis dicat, lacrymæ ſunt doloris patratio. hunc uitio nec ſuperior particula temperamentum tribuit. ergo magnopere iſtud uitare debemus. Octaua ſpecies definitionis eſt κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ ἐναντίου, id eſt per priuantiam contrarij eius quod definitur. ut bonum eſt, quod malum non eſt. hoc genere definitionis uti debemus cum contrarium notum eſt. Nam hæc duo cum ita intelligentur, ut alterum ſine altero eſſe non poſſit. alterius cognitio quomodo fiet, niſi fuerit vtrumque comprehenſum? Cum igitur alterum quæritur quid ſit, vtique hac definitione comprehendi non poteſt, cum vtrunq; neſcitur, quod ſe ita naturaliter ligat, ut neceſſariam cognitionem ſibi vnius comprehenſione connectat. Periclitatur ergo talis definitio. vnde an contrarium eius notum ſit, ſcire debemus, ut hoc ſublato, fiat eius cognitio quod definitur. Quare melius ſæpe ſit, ſi quęrentes aliquid quod definiendum ſit, contrarium eius definiamus, quo ſublato, illud quod quęritur declarabimus. ut ſi bonum eſt quod prodeſt cū honeſtate, id quod tale non eſt, malū. Cicero in rhetoricis, Neceſſaria demonſtrantur ea, quę aliter ac dicuntur, nec fieri, nec probari poſſunt. Ponamus. n. neceſſarium & nō neceſſariū contraria, ut omnia contraria hic nos ponere intelligas, quorum ſublatione, id quod quęritur, definiatur. Ergo quod non eſt neceſſarium, ita definiri poteſt, quod aliter ac dicitur & fieri & probari, poteſt. hoc cum tollo neceſſarii definitionem conſtituo. Ergo recte fieri poteſt huiuſmodi definitio, ſed hoc modo quemadmodum docui. Et hoc eſt quod M. Tul. in partitionibus præcepit, ſæpe ex contrariis eſſe definiendum. Sub hanc definitionem cadunt etiam notiones, cum accidentia tolluntur, & alia omnia quæ diuerſa ſunt, & cum contrarium accidentis vel conſequentis accidentis tollitur. vt ſiquis eſſe ſubſtantiam dicat, quod neque qualitas, neque quantitas, neque reliqua accidentia ſit, cum alia quę diuerſa ſunt, tolluntur: talis eſt definitio, ut ſiquis hominem definiens tollat omnia animalia, uel generaliter; uel ſpecialiter. Quo genere definitionis Deus definiri poteſt. Etenim, cum quid ſit Deus nullo modo ſcire poſſimus, ſublatione omnium exiſtentium, quę Gręci ὄντα appellant, cognitionem Dei, nobis circunſcripta, & ablata notarum rerum cognitione, ſupponit. Deus eſt, neq; corpus, neq; vllum elementum, neque anima, neque mens, neque ſenſus, neque intellectus, neque aliquid quod ea his capi poteſt. His talibus ſublatis, quid ſit Deus poterit definiri, magis ſi addas, quod etiam definiri non poteſt, id Deum eſſe Contrarium accidentis, uel conſequentis cum tollitur, talis eſt definitio. Vigilare eſt vti ſenſibus, dormire eſt non vti ſenſibus, naturaliter poſſunt uideri huiuſmodi definitiones conuenire illi definitioni, quam ſupra ἐννοηματικὴν diximus. Verum illa ex accidentibus. hæc ex contrarijs. Itaque illa quę ἐννοηματική eſt, ex accidentibus ſit, vt docet. Mar. Tullius Pi[s]onem non fuiſſe conſulem, ita: An vero reliquo tempore conſulem te quiſquam duxit? quiſquam tibi venienti in curiam aſſurrexit? quiſquam conſulenti reſpondendum putauit? Atque huius loci ſuperior oratio, & conſequens in hac definitione conſiſtit. Qua variis modis explicata eum non fuiſſe conſulem, docens etiam per ea quę repugnant conſul adictis, factis, cogitatis. A conſequentibus ſic definit, Conſulem animo eſſe oportet conſilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto, denique munere conſulatus, hucuſque a conſequentibus. Omnia enim conſequentia ſunt ex hoc quod dixi munere, conſulatus, vnde ἐννοηματικὴ hęc erit definitio. Hoc apertius vt fiat, dabo aliud exemplum. M. Tullius in eadē, Quid eſt aliud ſurgere quā non cognoſcere homines? nō cognoſcere leges, non ſenatum, non ciuitatem? cruentare corpus

pus ſuum? Ergo conſequentiá accidentia colligere definitionis eſt ἐννοηματικῆς; eius vero quod definies, contrariú tollere, huius eſt, quam octauam ſupra diximus definitionem. Nota ſpecies definitionis eſt κατὰ ὑποτύπωσιν, id eſt p quandam imaginationẽ, vt, Aeneas eſt filius Veneris & Anchiſę. hęc ſemper in indiuiduis verſatur, quę gręci ἄτομα, vocant. Deſiderat autem iſta definitio circa nomina quę homonyma ſunt, indiuidua duntaxat, ut Aiax; & Oileus, & Telamonius. Item ſubuenit in eo genere dictionis, vbi aliquem pudor, aut metus eſt nominare. Me videlicet, inquit M. Tullius, ſicarij illi deſcribebant, de domo ſua ſic. At pro Fundanio ita, deſcripliſti ne eius neceſſarium, noſtrum competitorem, iſtum ipſum: eius nunc ſtudio, & gratia, tota accuſatio iſta munita eſt. In metu fuerat nominare: ideo ergo deſcriptus eſt. Item pro Cornelio, maieſtatis ipſa ſunt, legite ut legebaris, hinc intelligetis nulla tenuiſſima ſuſpitione deſcribi aut ſignificari Cornelium. Hæ tantum de proprijs nominibus. Alia illa ſit, quam ὑπογραφικὴν diximus, ſuperior definitio. Ergo a genere, patria, corpore, factis, dictis, ſine caſibus, atq; ab animo, vnum illum quem volumus, definitionis genere declaramus. Decima ſpecies eſt ὡς τύπος. hanc Veluti dicimus, vt ſi quęratur, quid ſit animal; reſpondeatur, ut homo: ſic Ariſtoteles dicit οὐσία ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος. rẽ enim quæ ſitam, ſubiunctum declarat exemplum. & hoc eſt proprium definitionis, quid ſit illud quod quærit, declarare. Vndecima ſpecies definitiõis eſt κατ' ἔνδειαν τοῦ πλήρους ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, id eſt, per indigentiam pleni ex eodem genere. vt ſi quæratur, quid ſit quadrans: reſpondeatur, cui dodrans deeſt, vt ſit aſſis. Duodecima ſpecies definitionis, eſt κατ' ἔπαινον, id eſt per laudem, vt M. Tullius pro Cluentio. Lex eſt mens, & animus, & conſilium, & ſcientia ciuitatis. Et nos quidem vt definitionem oſtenderemus, ita poſuimus exemplum. Nam hoc idem M. Tullius dicens non adhibita oratione definitionis, ſimpliciter collocauit: Mens inquit & animus ciuitatis, & conſilium, & ſcientia poſita eſt in legibus. Sed vt nos ſupra docuimus, definitionem nihil aliud voluit quam orationem eſſe. Ergo diuerſo modo M. Tullius protulit, quod a nobis conuerſum, oratione ſuà, formam definitionis accepit. Hęc longe ab illo modo diſtat, qui ſit per metaphoram: non enim tranſlatio eſt, cum lex, mens dicitur ciuitatis, nec tamẽ genus, eſt vt οὐσιώδης, id eſt ſubſtantialis, habeatur. Conſequens eſt, vt & per uituperationem, ſed ſine translatione, ponatur, ſic uideri poteſt a M. Tullio definitum. Seruitus, eſt poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam repellendum. Quã quam enim ita ſit exorſus, Pax eſt tranquilla libertas. Sed inter pacem & ſeruitutem plurimum intereſt, vt per differentiam definitio eſſe videatur: tamen quia non articulum illum breuiter quo diſtaret, oſtendit: ſed vnamquanque rem ſuo genere definiuit, collatione magis quo diſtarent oſtendit, non genere definitionis per differẽtiam. Erit igiť prior pacis definitio, ἐννοηματικὴ a conſequentibus eius rei quam definiebat: Pax eſt tranquilla libertas, hæc ſecunda magis per vituperationem. non enim aut conſequens eius eſt, aut aliquid horum quæ ἐννοηματικῇ definitioni dedimus, ſed ſola vituperatio, quæ ſeruitutem malorum omnium dicit eſſe poſtremum. Nec accipitur rurſus malum quaſi genus ad ſeruitutem: nam malum qualitas eſt, ſeruitus ad aliquid. vnde cum diuerſę ſint res, malum genus eſſe non poteſt ad ſeruitutem. Iure igitur per uituperationem facta, dicitur ſeruitutis ſuprapoſita definitio. Tertiadecima ſpecies definitionis eſt κατ' ἀναλογίαν, id eſt iuxta rationem, quæ proportio dicitur. Cum aliquid quod comparari licet cum altero, id eſſe dicitur, quod illud eſt alterum, propter rationum ſimilitudinem. ſed hoc contingit cum maioris rei nomine definitur res inferior, & quòd hoc additur, quod ſit inferior. Græci ſic definiunt ἄνθρωπος ἐστὶ μικρόκοσμος. id eſt, homo eſt minor mundus. Cicero hac vſus eſt ſic, qui plurimum tribuunt Edicto, Prętoris Edictum, legem annuam dicunt eſſe. Quartadecima ſpecies definitionis eſt κατὰ τὸ πρός τι, id eſt ad aliquid, vt pater eſt, cui eſt filius. Cicero in rhetoricis ſic, genus eſt quod plures partes amplectiť. Item, pars ẽ quæ ſubeeſt generi. Quintadecima ſpẽs eſt αἰτιώδης, Latini ſecundum rei rationem vocant, vt dies eſt, Sol ſuper terras. Nox, Sol ſub terris: vt. n. aut dies, aut nox ſit, cauſa eſt aut ſupra terras Sol, aut ſub terris. Sunt & aliæ fortaſſe ſpecies definitionis, verũ ſiquis inuenerit, adijciat ad numerum: modo illud diligẽter attendat, ne forte harũ alicui ſpecierum illud quod inueneris poſſit adiungi. Nec nos rurſus fruſtra aliquis exiſtimet tot ſpecies ſeparaſſe, quòd poſſunt ſibi aliquę conuenire. Conſideratione enim plenius accommodata, omnes inter ſe magno cernet diſcrimine ſeparatas. teneat modo quod ſupra ſæpe pręcepi, ſolam illã appellari definitionem, quę a genere exordium ſumens, ad proprium rei quæ definitur, ſeparando per differentias quę communia poterant eſſe, deſcendit.

## *De vitiis definitionum.* *Cap. IX.*

NVnc iam de uitijs definitionis, vt promiſſum eſt, explicemus. Definitio ſubſtantialis, quam primã docuimus, quam ſolam diximus definitionem, duo vitia recipit principalia. Si ea oratio quę definit, aut amplius complexa fuerit, aut minus quam res plena ſit, declarauit. Oportet enim, ut oratio definitiua ita componať ad nomen, cuius rem definit, vt parem potentiam exprimendo, atq; ipſũ vocabulũ pręſtet; conuerſimq; nomen & definitio ſe inuicẽ collocata declarent. Vt ſi quęras, quid homo eſt? rectè reſpõdeať, animal terrenũ, rõnale, mortale, bipes, rurſus capax: hoc rurſus conuertas, hominis ſit optima declaratio. Quærẽti. n. quid eſt animal terrenum, rationale, mortale, bipes, riſus capax: ſiat recta reſpõſio, homo eſt. At ſi ita definias, homo eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, eſt quidem declaratio hominis. Nam hæc omnia homo eſt, verum ſi conuertas, nõ valebit. Non. n. ſubſtantia animata ſenſibilis, homo tm̃ eſt: peccat igitur definitio per abundantiam, quia amplius continet, quã quęrebať. Et omnino peccat definitio, quę genus ponit, quod vltra ſe eſt: vicinus. n. quod ſupra eſt, genus, magis, declarat. Item peccat minus cõtinens quam neceſſe eſt, vt, cupiditas eſt aliena appetendi deſiderium: quod ſimiliter conuerſum non manet: quia minus comprehẽſum eſt definitione, quam res nominis poſtulabat. Late enim cupiditas patet, nec ſola auaritia eſt: ergo vitioſa eſt definitio minus complexa, quam quęrebatur. Ac ſi diceret, cupiditas eſt auaritia, quale exemplum daret, & auditorem tranſmitteret in totum, quod cupiditas eſt, ſimilitudinis propoſitione, vt auaritiæ, eſſet illa definiendi ſpecies, quam decimam collocauimus ὡς τύπος. Nunc ad totum tranſmiſit per exẽplum, ſed quaſi totum continens, multa a toto pretereundo peccauit: vnde non poterat fieri ad nomen ex definitione conuerſo. hæc duo vitia ſi vitentur, integra definitio eſt, neque hęc ſola, quæ ſubſtantialis eſt, ſed etiam reliquæ ſpecies. Nunc hæc de vitijs. Cicero cum in rhetoricis tria eſſe vitia docuit, mala inquit definitio ſit, cum aut communia deſcribit hoc modo, ſeditioſus eſt is, qui malus eſt, atque inutilis ciuis. Nam hoc non magis ſeditioſi, quam ambitioſi, quam calumniatoris, quam alicuius hominis improbi vim deſcribit. hanc definitionem diximus abundantia eſſe vitioſam. Aliud vitium adiungit ita: aut falſum quiddam dicit, hoc pacto, ſapientia eſt pecunię acquirendę intelligentia. Hoc vitium Cicero adiecit, præter illa duo quæ dixi. Tertium enim ipſe poſuit quod a nobis ſecundum eſt conſtitutum. Ita enim ait: aut aliquid non graue, nec magnum continens, ſic. Stultitia eſt immẽſa cupiditas gloriæ. hęc ideo peccat, quia minus comprehendit, quod ſic exprimit M. Tullius. Eſt hęc quidem ſtultitia, ſed ex parte quadam, non ex omni genere definita. Pręter hęc idem M. Tullius in ſecundo rhetoricorum adiecit duo vitia. Si aut turpis ſit, aut inutilis definitio: id autem (vt ipſe ait) ex honeſtatis & vtilitatis partibus approbatur. Ac de turpi definitione nos in ſuperioribus diximus, cum definitio-

nem per trāſlationem tractaremus. ſed illud vitium in verbo eſt.fieri autem poteſt,vt omnis oratio vel inhoneſta contineat,vel inutilia comprehendat.In Philippicis M. Tull. in oratione j.docebat ab Anton.Cęſaris acta ſubuerti,& id denegabat Antonius.Attulit vterq; definitionem, vt oſtenderet quid ſit actum eius qui togatus cum poteſtate in ciuitate verſetur. Docui in ſuperioribus aſſerendæ definitionis partes eſſe quatuor.Primam eſſe definitionem : Secundam, approbationem definitionis:Tertiam,deductionem definitionis ad ſpeciem; Quartam,deſtructionem definitionis aduerſę partis.Cic.actum eius qui ſit in Repub.cum poteſtate, definit Leges eſſe,Antonius,chirographa, Ergo ſua oratione Cic.& definit,& approbat,& deducit ad ſpeciem, & deſtruit definitionem aduerſæ partis . Definitio Ciceronis eſt hæc:Ecquid eſt,quod tam proptie dici poſſit actum eius qui togatus in Repub.cū poteſtate & imperio verſatus ſit, quā lex ? deinde ſubiungitur eius definitionis approbatio hoc modo,Quare acta Gracchi, leges Semproniæ proferentur. Quare Syllę,Cornelię. Quid Cn. Pompeij tertius conſulatus in quib.actis conſiſtit?nempe in legibus : Hęc approbatio eſt. Deinde adiungitur deductio definitionis ad ſpeciē. a Cæſare ipſo ſi quæres quidnam egiſſet in vrbe & in toga, leges multas reſpondet ſe,& præclaras tuliſſe . Sequitur reprehenſio definitionis aduerſę partis,eaq; fit bipartito: aut .n.ex illis omnibus vitiis aliquid in ea reprehenſione cōcluditur,aut conceſſo eo quod aduerſarii dicunt, per comparationem magis hoc eſſe quod nos dicimus,approbamus . Hic vtrunq; M.Tullius facit.Nā & de vitijs illa ponit, vt falſam definitionem doceat,& turpem,& inutilem:ac deinde concedens,magis ſuam confirmet definitionem, dicatq potiorem.Falſam definitionem ſic Cic. probat, excutiendo quid conſequens ſit.His.n.probatur falſa definitio , ſi ſuum proprium non habeat,ſi magis contrariū habeat,ſi conſequens ſuum non teneat,ſi aliter dicta ſit,atq; in vulgi eſt opinione.Hic ergo,qm̄ quæritur quid ſit actum togati ciuis in Republica cum poteſtate degentis; dictumq; eſt nihil aliud eſſe quam leges: aduertendum quod Antonius dixerat chirographa eſſe,conſequentia diligenter aduertens falſam docēt definitionem ſic,Is qui cum poteſtate eſt in Republica, cum egerit aliquid,actum mutare non poteſt,hoc competit legi:vt cum lata ſit,nunquam a latore mutetur.At vero Chirographa, quia domeſticus actus eſt , hanc conſequentiam habent , vt & mutentur,& ſępe non proferantur . Ergo M. Tull.ita reprehendit chirographa actum non eſſe,quia conſequentia non habent actus,dicens , Chitographa vero aut mutaret,aut non daret,aut,ſi dediſſet, non iſtas res in actis ſuis deduceret.& quia per conceſſionem reprehendit , ait, ſed ea ipſa concedo,ac quibuſdam etiam in rebus cōniueo; in maximis vero rebus,ideſt in legibus,acta Cæſaris diſſolui ferendum non puto.Adiungit poſt hæc reprehenſionem ſimiliter duplicem,vnam ex vitijs,vt & turpem definitionē dicat & inutilem:deinde concedat, concluſurus ex comparatione, ſuam potiorem , dicens eſſe turpem & inutilem in huiuſmodi dicto,quod eſt.niſi forte,ſiquid memoriæ cauſa retulit in libellum,id numerabitur in actis , & quanuis iniquum & inutile ſit,defenditur.Aequitas uirtus eſt.Virtus ãt ipſa honeſtum,ergo iniquitas turpis eſt.quia turpitudo contraria eſt honeſtati. Sic igitur turpem & inutilem ipſis verbis reprehendit definitionem. Deinde adiecit poſtremum illud per conceſſionem hoc modo.Quod ad populum centuriatis comitijs tulit, id in actis Cæſaris non habebitur ? hęc minus acuto quoque ſatis eſſe duxi .

# ANITII MANLII SEVERINI BOETHI PATRICII ORDINARII, ET CONSVLARIS VIRI,

## *COMMENTARIORVM IN Topica Ciceronis.*

## LIBER PRIMVS.

EXhortatione tua, Patrici Rhetorum peritiſſime,quæ honeſtati pręſentis propoſitis , & futurę ętatis vtilitati coniuncta eſt,nihil antiquius exiſtimaui.Cui muneri libentius acquieui,non ꝙ ad inſtruendum te commentarios,in M. Tullij Topica laborare me credidi : ( Ridiculus quippe forem ſi Mineruam,vt aiūt, literas docere vellem,) ſed vt ex diſciplinarum liberalium ſumptum penu , noſtrę apud te ſp pignus amicitiæ permaneret. Quod.n.munus ex animo diligentibus,iucundius inueniri p̄t, q̄ quod ipſius aſſ partes format & inſtruit.Nā cætera ſere caduca, imbecilla; labantia,& ſi ad ſortunę vicem ſpectes , pene ſemper aliena ſunt.At vero opulentiam literarum , nec pręſens imminuit ętas , earumq; auctoritatem ipſa ēt cuncta conficiens, auget potius & confirmat vetuſtas. Accipe igitur opus, non efficientię ſecuritate , ſed amicitię pręſumptione ſuſceptū: apud q̄ neſcio quonam pacto garrire non dedecet:ſimul ga prelato a nobis , munere cum tuorum aliquid operum poſtulaueto,iniurius fueris,ſi negabis.Sed cum in M.Tullij Topica M. Victorinus rhetor plurimæ in differendi arte notitię commenta conſcripſerit:non me oportuiſſet melioribus forſitan attentata contingere,niſi eſſet aliquid , quo ſe noſter quoq; labor exercere,atq; parere potuiſſet.Quatuor.n. voluminibus Victorinus in Topica conſcriptis , eorum primo declarandis tm̄ libri principijs occupatur.Addit ēt & ſi qua in eodem vol.pręedicenda fuiſſet,perpendit,vt ab exordio voluminis topicorum,quod eſt.Maiores nos res ſcribere ingreſſos C.Trebati,vſq; ad eum locum qui eſt, Sed iam tp̄s eſt,ad id quod inſtituimus,accedere:primi voluminis Victorini expoſitio terminetur.Secundo volumine de iudicandi,atq; inueniendi dialecticæ partibus,& de loco,atq; argumenti definitione pertractat:vt ab eo loco Topicorum , q eſt,Cum omnis ratio diligens differēdi duas habeat partes, Vnam inueniendi,alteram indicandi:vſq; ad eum locū, qui eſt,Itaq; licet definire locum eſſe argumenti ſedem. Argumentum ãt rationem,q̃ rei dubiæ faciat fidem ſecundi libri explanatio ſubſiſtat.Tertius uero atq; quartus diſcretionem locorum inter ſe , eorumq; exempla multiformiter perſequuntur ita;ut tertius quidem Tulliana ſibi de iure proponat exempla,Quartus vero eoſdem locos per alias rurſus ſimilitudines monſtret ex Virg.& Terentio poetis: oratorib. Cic.& Catone,ut quod pręceptis oſtenditur, exemplis multipliciter collucefcat.neq; ab eo loco,q eſt in Topicis , ſed ex his locis,in quib.argumenta incluſa ſunt, expoſitio progreſſa cum traſcendit locum qui eſt, Valeat ęquitas,quæ paribus in cauſis paria iura deſiderat.Quanta uero pars reliqua ſit Topicorum,ipſius voluminis magnitudo demōſtrat, quā Victorinus neq; attigit,neque attingere potuiſſet, ita ē rebus minimis immoraus , niſi opus multa librorum pluralitare diſtenderet.Nos uero & hanc ipſam particulā, quā Victorinus attigit diligenter (ut poſſumus ) aggrediamur , & longius expoſitione progreſſi,cum Topicorum debemus fine conſiſtere.Quare hinc de tota operis propoſitione cōueniens ſumamus exordium.Sed antequam de Topicę facultatis ratione pertractem.Procemium,quo ad Trebatium M. Tullius vtitur, paucis abſoluam . Ait enim.

*Maiores nos res ſcribere ingreſſos. C. Trebati, & iis libris, quos breui tẽpore ſatis multos edidimus, digniores, e curſu ipſo reuocauit uoluntas tua. Cum enim mecum in Tuſculano eſſes, & in bibliotheca ſeparatim uterque noſtrum ad ſuum ſtudiũ libellos, quos uellet, euolueret: incidiſti in Ariſtotelis Topica quędã, quæ ſũt ab illo pluribus libris explicata. Qua ĩſcriptione cõmotus continuo, a me eorũ librorum ſententiam requiſiſti. Quam tibi cum expoſuiſſem diſciplinam ĩueniendorum argumentorũ, ut ſine vllo errore ad eam rationẽ uia perueniremus ab Ariſtotele inuenta, illis libris cõtineri verecũde tu quidem, vt omnia, ſed tamen vt facile cernerem te ardere ſtudio, mecum vt tibi illa traderem, egeſti. Cum autẽ ego te, non tam vitandi laboris mei cauſa, quàm quòd tua id ĩtereſſe arbitrarer, vel vt eos per te ipſe legere, vel ut totã rationem a doctiſſimo quodã rhetore acciperes, hortatus eſſe: vtrumque (ut ex te audiebã) es expertus. ſed a libris te obſcuritas reiecit. Rhetor autem ille magnus hæc (ut opinor) Ariſtotelica ſe ignorare reſpondit. quod quidem minime ſum admiratus eum philoſophum Retori nõ eſſe cognitum, qui ab ipſis philoſophis, præter admodũ paucos, ignoretur. Quibus eo minus ignoſcendum eſt, quod non modo rebus his, quæ ab illo dictæ, & inuentæ ſunt, allici debuerunt: ſed dicendi quoque incredibili quadã cum copia, tum etiam ſuauitate. Non potui igitur tibi ſæpius hoc roganti, & tamẽ verenti ne mihi grauis eſſes (facile enim id cernebam) debere diutius: ne ipſi iuris interpreti fieri uideretur iniuria. Etenim cum tu mihi meiſque multa ſæpe cauiſſes, veritus ſum, ne ſi ego grauarer, aut ingratum id, aut ſuperbum videretur. Sed dum fuimus una, tu optimus es teſtis, quam fuerim occupatus. Vt autem a te diſceſſi in Græciam proficiſcens, cũ opera mea nec res publica, nec amici uterentur, nec honeſte inter arma uerſari poſſem, ne ſi tuto id quidem mihi liceret: ut ueni Veliam tuaque & tuos uidis admonitus huius æris alieni, notui deeſſe, ne tacitæ quidẽ, flagitationi tuæ. Itaque hæc, cum mecum libros non haberem, memoria repetita in ipſa nauigatione conſcripſi, tibique ex itinere miſi, ut mea diligentia mandatorum tuorum, te quoque, & ſi admonitore non eges, ad memoriam noſtrarum rerum excitarem. Sed iam tempus eſt ad id, quod inſtituimus, accidere.*

1. O procœmium, quod componendum intendit auditorẽ, ut in rhetoricis diſcitur, aut beneuolentiã capiat, ut attentionẽ pparat, aut efficit docilitatẽ. his trib. partib. ſibi Cic. Trebatium format. Nam ꝙ ſe a magnarũ rerũ inchoatione reuocatum ad amici cõtulit volũtatẽ, fauorem Trebatii vel ut iudicis, beneuolentiæ partib. meret. Maiores ãt res ſunt, a quarũ ſcriptione ad amici ſtudium verſus eſt, moralis phyloſophiæ tractatus. Maior eſt.n. morũ ratio, quã peritia diſſerendi. Id ãt tempus fuiſſe coniicimus, quo propter turbulenta reipu. tempora in otium ſe contulit; atque ad philoſophię diſciplinas. Sed quia nobis audientium mentes veritatis quoq; opinio pręſumpta conciliat: in eo etiam præparandę beneuolentiæ partibus vtitur. Quod in commemorandis veraciter iis. quę Trebatius nouerat, facit illis fidem quę poſtęrius euenire, & Trebatio potuerunt eſſe ignota. Hæc autem ſunt, ꝙ in Tuſculano ad ſuum ſtudium vterque libros euoluerit: quodque Trebatius caſu in Ariſtotelis topica inciderit: & quòd titulum operis admiratus a M. Tullio inſcriptionis ſententiam perquiſierit. Illud etiam quod et Cicero ſe expoſuiſſe commemorat, inueniendorum argumentorum illis libris ſcientiam contineri, vt ſine vllo errore ad argumentorum inuentionem via quadam, & recto filio atq; artificio veniret. Quæ res breuiter enũciata, velut intẽtionẽ operis monſtrat, & docilẽ perficit auditorẽ. In hoc nãq; videt eſſe cõprehenſum quę ſit intentio Topicorũ: qm̃ Cicero ait diſciplinam eſſe inueniẽdorũ argumentorũ, non ut inueniantur, (id.n. natura ſuppeditat) ſed vt ſine ullo labore, ac ſine vlla confuſione, nõ caſu, ad ea mens, ſed quędam via & rõne perueniat. Poſt hãc beneuolentiæ captationẽ, Trebatij laudem ſubiungit, cũ eius verecundiã in his cõmemorat expetendis quæ ſi poſtulanti amico Cicero præſtitiſſet, & gloriæ pmiũ ferret & gratiæ. Sed ꝙ petenti Trebatio vt ei Topica traderet, minime conceſſit, Id non proprij laboris fuga, ſed Trebatij potius cã; factum eſſe contendit, vt in eo quoq; Trebatij veluti tunc repulſi, ſubiratus forſitan animus nunc non ſit alienus: Intererat uero Trebatij, vt vel per ſe ipſe illa legens exercitatior fieret, vel ei perfectius ſi qua dubitaret rhetor doctior expediret. Vtrũq; vero a Trebatio ſe narrat audiſſe. Nam & expertũ eum, vt per ſe ipſe legeret, ſed obſcuritate reiectum: & illum rhetorem a quo Topicorum explanationem petijſſet, illa ſeſe Ariſtotelica ignorata cõfeſſum. quæ res pp operis difficultatem neceſſe eſt auditorem reddat attentum. Ea quippe non negligentes inſpicimus, quę non facilis eſſe intelligentię ſuſpicar. in quo & Cicero minime ſe miratũ eſſe commemorat, ꝙ is philoſophus a rhetore neſciretur: q multis etiã philoſophis videret incognitus. quorum & iure culpat ignauiam, ꝙ ad Ariſtotelicę philoſophię diſciplinã nõ inuentorũ vtilitas, nõ orationis nitor illexerit. In quo etiã maioris perſpicaciæ creſcit attentio: quia facile ad ſtudiũ mentes, aliorũ ſegnities culpata conuertit, in quocunq; vero attentio fuerit, non poterit abeſſe docilitas. In his etiam laus quædam Trebatij latẽter inducitur. Magnum eſt enim philoſophis in ſuo quaſi munere ceſſantibus, hunc proprio quidem ſtudio prepeditum, alienæ ſcientiæ ſecreta rimari. Iam uero ſequentia multo etiam clarius beneuolentiam petunt, velut hoc, quod elegãtiſſime dictum eſt, veritum ſe eſſe, ne ſi modeſte poſtulantis verecundię per negaſſet, ipſi quodammodo iuris interpreti fieri uideretur iniuria, & quòd pręcedens Trebatij meritum percepti beneficij memor exequitur: id vero eſt, quòd vel ipſi, vel iis quos ipſe defenderit, plura cauiſſet. Fuit igitur, ut ait, uerendum, ne ſi reſtituere gratiam noluiſſet, aut ingratum id, aut ſuperbũ eſſe uideretur. Ingratum quidem, ſi magna Trebatij merita, quibus ipſe vſus fuerat, paruo ęſtimare uideretur, cum nullam ei gratiam reſtituendam putaret: ſuperbũ uero, ſi ſperneret. Ad idem cętera reuertuntur, id eſt ab beneuolentiã. Quod eiuſdem teſtimonio nititur, dum fuerit in urbe, ſe ne debitam redderet gratiam occupationum neceſſitate conſtrictum. Quod vt venerit Veliam, amicorum Trebatij conuentione commonitus, ne tacitæ quidem eius flagitationis deeſſe uoluiſſet: & quod licet librorum copia nulla ſuppeteret, de memorię tamen repetita promptuarijs in ipſa nauigatione conſcripſerit, eiq; ex itinere miſerit, vt beneficij cumulo parendi etiam celeritas adderetur. Quæ cũ omnia benignuum captare Trebatij uideantur aſſenſum, quędam tamen breuitas topicorum memoria repetita, attentionis neceſſe eſt animaduerſione fungatur. ipſa nanque memoriæ repetitio breue monſtrat eſſe quod colligit. quodque diligentiæ ſibi fuerint mandata Trebatij: & quòd ad excitãdam ſui memoriam quaſi pignus amico aliquod atq; monimentum uoluiſſet extare. Cui adijcit illud, & ſi admonitore non eges, ne offendat animum amici, ſedulitate, ſi quem cõmonendum credit, obliuionis uideatur arguere. Hęc omnia (ut dixi) beneuolentiæ partib. plena ſunt. Sed de procœmio ſatis dictum eſt: nunc ad ſequentia tranſeamus. Nec ſiquis hęc apud Victorinum latius tractata repererit, nos neglectę integritatis ſtringat inuidia. Nam nec in ſingulis (ut ille facit) uerbis hęrere uolumus, & ad ampliora huius operis feſtinamus.

*Cum oĩs ratio diligens diſſerendi duas habeat partes, unam inueniendi, alteram iudicandi: utriuſque princeps,*

vt

*ut mihi quidem uidetur, Ariſtoteles fuit. Stoici autē in altera elaborauerunt. Iudicandi .n. uiam diligenter perſecuti ſunt, ea ſcientia, quam Dialecticem appellant. Inueniendi uero artem, quæ Topice dicitur, quæque ad vſum potior erat, & ordine naturæ certe prior, totam reliquerunt. Nos autem, quoniā in vtraque ſumma utilitas eſt, & utranque, ſi erit otium, perſequi cogitamus ? ab ea quæ prior eſt ordiemur.*

2. Cum philoſophia maximis in rebus operā ſuam ſtudiūq; conſumat; cunque & in naturalibus inſpectionem, ſpeculationemq; adhibeat & in moralibus actionem, & ſic formare geſtiat mores, vt vera vitæ ratio perſuaſerit: euenire neceſſe eſt, vt ſecundum id quod ratio tenendum, omittendūve, faciendumq; aut non faciendum eſſe decreuerit vel iudicium conſtituatur aſſenſus, vel exercendæ vitę dirigatur intentio. Erit igitur neceſſarium, vel in naturali ſpeculatione, vel in moralium actionum cogitatione, vt certa rō, vel qđ in rebus ſpeculandum eſt, inueniat, vel qđ in actum viuendi duci oporteat, ante perpēdat. Hæc āt rō, niſi via quadā proceſſerit, ſępe in multos neceſſe eſt labatur errores. Quod ne paſſim fieret, atq; vt certis regulis tractatus inſiſteret, viſum eſt antiquę philoſophię deducis, vt ipſarum ratiocinationum, quibus aliquid inquirendum eſſet, naturam penitus ante diſcuterent: vt his purgatis atq; cōpoſitis vel in ſpeculatione veritatis, vel in exercendis virtutibus vteremur. Hęc eſt igitur diſciplina, quaſi differēdi quędam magiſtra, quā Logicem Peripatetici veteres appellauerūt. Hāc Cicero definiens, differendi diligentem rationem vocauit. Hæc vario modo a pleriſq; tractata eſt, varioq; ēt vocabulo nuncupata. Vt.n. dictum eſt, a Peripateticis hęc ratio diligens differendi. Logice vocatur, continens in ſe inueniēdi, iudicandiq; peritiam. Stoici vero hanc eādem rōnē differendi paulo anguſtius tractauere. nihil.n. de inuentione laborātes, in ſola tantum iudicatione conſiſtunt, deq; ea pręcepta multipliciter dantes, Dialecticam nuncupauerunt. Plato ēt Dialecticam vocat facultatem, quæ, id quod vnum eſt, poſſit in plura partiri, veluti ſolet genus per proprias differētias, vſq; ad vltimas ſpecies ſeparari, atque ea quæ multa ſunt, in vnum generum ratione colligere. hanc igitur Plato Dialecticā dicit: Ariſt. vero, Logicā vocat: quā (vt dictum eſt) Cic. definiuit, diligentem differendi rōnem. Et huius vno quidē modo, trina partito eſt. omnis nanq; vis Logicę diſciplinę, aut definit aliquid, aut partitur, aut colligit. Colligendi aūt facultas, triplici diuerſitate tractatur: aut.n. veris ac neceſſarijs argumentationibus diſputationib. diſputatio decurrit, & diſciplina, vel demonſtratio nuncupatur: aut tantum probabilib. & Dialectica dicitur: aut apertiſſime falſis, & Sophiſtica, ideſt cauillatoria perhibetur. Logica igitur, quę eſt peritia differendi, vel de definitione, vel de partitione, vel de collectione, ideſt vel de veris ac neceſſarijs, vel de probabilibus, ideſt veriſimilibus, vel de ſophiſticis, ideſt, cauillatorijs argumentationib. tractat. has.n. collectionis partes eſſe prędiximus. Atq; hęc eſt vna Logicæ partitio, in qua Dialecticam Ariſtoteles vocat facultatem per probabilia colligendi. Rurſus eiuſdem Logicę altera diuiſio eſt, p quam diducitur tota diligens ratio differendi in duas partes, vnā inueniēdi, alteram iudicandi. hoc autem videtur ēt ipſa Logices definitio mōſtrare, nam quia Logica, ratio differēdi eſt, non pōt ab inuentione eſſe ſeparata, Cum .n. nemo pręter inuentionem differere poſſit, differendi ratio, inuentionis eſt ratio. Rurſus qm̄ Logica, diligens eſt ratio differendi ab ea iuditiū non pōt abeſſe: ipſa.n. diligentia rationis in differendo poſita, iudicium eſt. Neq;.n. pōt quiſquam diligenter differere, niſi quale ſit iudicauerit id, quod in diſputationē ſumitur. Quod ſi ad differendi ordinem diligentia rationis adhibetur· non eſt dubium, quin hoc iuditium ad inuentionum varietatem ſit accomodatum. His igitur ita expeditis, videndum eſt, hę diuiſiones, quanam ſe cognatione contingant. Inuentio quippe cæteris omnibus, veluti materiæ loco, ſupponitur, hoc modo. Niſi.n. inuentio fuerit, non pōt eſſe vel definitio, vel partitio, qm̄ unumquodq; generum vel differentiarum inuentione, vel ſpecierum collectione, aut diuidimus, aut ēt definimus. Iam vero ſi abſit inuentio, nequit eſſe collectio. Non erit igitur neceſſaria, nec veriſimilis, nec ſophiſtica argumentatio; hæc n. tria inuentioni ſuperueniunt, vt vel neceſſarium, vel probabile, vel cauillatorium ſit argm̄. Neceſſitas enimuero, & probabilitas, & cauillatio, formæ quędam ſunt; quæ dum inuentionib. aſſiſtūt, neceſſaria, vel ꝓbabilia, vel cauillatoria faciunt argumenta, Eadem quoq; ratio partitiones, definitioneſque complectitur. Indiſcreta nanq; inuentionis poteſtas, cum definitiua, tum diuiſibilis appellari poteſt, cum definiendis partiendisve rebus adhibetur. Quę hoc modo ex inuentionis materia, & differentiarum ſupra poſitarum forma compoſita, rurſus iudicationi materiæ fiunt, nam prior illa partitio Logicæ tribus partibus ſegregata, ita partes explicat, vt habeat inuentionem materiam ſingularum, ipſa vero iudicationi materiam præſtat. Etenim cum definit aliquis, vel rei propoſitę diuiſionem facit, inuenit quidem diuiſioni definitioniq; differentias acommodatas; ſed an recte vel definiat, vel diuidat, iudicatione perpendit. Ita priores logicę partes, ſecundę diuiſionis membra coniungunt: vt materiā quidē ſui habeant inuentionem, iudicationi vero fiant ipſę materia. Quod in reliqua etiam colligendi parte contingit: nam & ea quæ de probabilibus tractat, habet inueniendi ſuppoſitam materiam, quæ veriſimilia reperit argumenta; & de huiuſmodi argumento iudicatio perpendit. eſt.n. iudicium hoc ipſum internoſcendi, quod non neceſſaria inuentio eſt, ſed veriſimilitudinem tenet. Illa quoq; pars, quæ de neceſſarijs argumentationibus aptatur, habet ſubiectam materiam neceſſariæ inuentionis; eiuſq; eſt iudicium, vt cum neceſſaria ſunt quæ inuenit, neceſſaria quoq; eſſe perpēdat. Necnon cauillādi pars, vtraq; in ſe continet; quandoquidē & inueniri falſa poſſunt; & falſa eſſe, indicatione diſcernit. Quo fit, vt prior logices diuiſio ſecundam, ēt continere videatur. nam definitio, partitio, atq; collectio, inuentionem continent, & iudicium; quia neq; exiſtere præter inuentionem, neq; agnoſci præter iudicium poſſunt. Sed cum omnis inuentio iudicationi ſubiecta ſit; cumque prioris diuiſionis partes ſine vtroq; eſſe non poſſint: euenit, vt prima partitio inuentionem, iudiciumq; coniungat. Secunda vero hęc diuiſio, qua Cicero etiam partitur logicam, ſegregat hmōi facultates, & inueniendi materiam a iudicationis parte ſecernit. Iudicium vero, in colligendi ratione proprietas partes habet. nam omnis argumentatio, omniſq; ſyllogiſmus propoſitionibus ſtruitur; omneq; compoſitum duo in ſe quędam retinet, quę ſpeculanda eſſe videantur. vnum quidem, quæ ſint illa, ex quibus id, quod compoſitum eſt, intelligatur eſſe connexum: aliud vero quanam ſit ſuarum partium cōiunctione compoſitum. vt in pariete, ſiquidē lapides ipſos, quibus paries ſtructus eſt, inſpicias, quaſi materiā ſpectes: ſi vero ordinem compoſitionemq; iuncturę conſideres, tāquam de formę ratione perpendas: Ita in argumētationibus, quas propoſitionibus compaginari, atque coniungi ſupra retulimus, gemina erit ſpeculationis, & iudicanda via. Vna quæ propoſitionum ipſarum naturam diſcernit, ac iudicat, vtrū verę ac neceſſariæ ſīt, an veriſimiles an ſophiſticis applicētur: & hęc quaſi materię ſpeculatio eſt. altera vero iudicij pars eſt, quæ inter ſe propoſitionum iuncturas compoſitioneſque perpendit: hæc quaſi formam iudicat argumentorum. Quę cum ita ſint, hoc modo ſit in continuum ducta partitio: vt ratio diligens differendi, unam habeat inueniendi partem, alteram iudicandi; tum de ipſa inuentione, tum de inuentionis collocatione, quæ forma eſt argumentationis. Atque ea quidem pars, quę de inuentione docet, quędam inuentionibus inſtrumenta ſuppeditat, & vocatur Topice; cur autem hoc nomine nuncupata ſit, poſterius dicam. Illa vero pars, quę in iudicando poſita eſt quaſdam diſcernendi regulas ſubminiſtrat, & uocatur Analyticę: & ſi de propoſitionum iunctura conſideret, analy-

ticę

tice prior: ſin vero de ipſis inuentionibus tractet, ea quidē pars, vbi de diſcernendis neceſſariis argumētis dr̄, analytice poſterior nuncupat: ad vero, q̄ de falſis atq; cauillatoriis, ideſt de ſophiſticis, Elēchi. De veriſimilium uero argumētationum iudicio, nihil videt eſſe tractatum, idcirco, qm̄ plana eſt atq; expedita ratio iudicādi de medietate, cū quis extrema cognouerit: ſi.n. qs dijudicare neceſſaria ſciat, idē que falſorū argumētorū poſſit habere iudiciū, veriſimilia, q̄ in medio collocata ſunt, diſcernere nō laborat. Expeditū igit eſt, vt arbitror, qd ſit qd ait Cicero: rationē diligentē diſſerendi, duas habere partes, inueniēdi vnā alterā iudicādi. Illud ēt diligentius expoſitū eſt, q̄ ſit ratio, q̄ Stoici Dialecticen vocant. ea eſt.n. quę iudicandi peritiam tenet, & q̄ eodem nomine Plato partiendi per differentias, atq; ad genus reuocandi facultatem vocat: quāq; eodem nomine Ariſtoteles, non totā diſſerendi artem, vt Stoici: ſed eā tm̄ nuncupet, quæ de propoſita q̄ōne veriſimilibus colligat argumentis, atq; ideo perfectius Ariſtoteles de Logica tractauit, quoniam de duobus, vltra quę nihil eſt tertium, diſſeruit, de inueniendo ſcilicet, & iudicando: cum Stoici, inuentione neglectat, iudicationis tantum inſtrumenta tradiderunt atque ideo iure eos increpat Tullius, quoniam id maximæ relinquere, quod & natura prius, & vſu potius erat. Natura quidem, quia fieri non poteſt, vt de inuentione iudicetur, niſi ipſa inuentio prius extiterit. Ad vſum vero, quia longe vtilius eſt nuda, & præter artem prolata naturali inuentione, ſuſceptum ſępe negotium tueri: quam nihil inueniēte alio mutum ipſum inermeque & tacitum verſare iudicium. Dat vero Tullius de vtroque ſententiam; & ait ſummam pariter vtilitatem in vtroque conſiſtere; & ſe de vtraque, ſi otium fuerit, velle diſſerere. Ab ea autem quæ prior eſt, id eſt inuentionē, quam Topicen appellari diximus, ordiendum putat.

*Vt igitur earum rerum quæ abſcōditæ ſunt, demōſtrato & notato loco facilis inuentio eſt: ſic cū perueſtigare argumentū aliquod volumus, locos noſſe debemus. Sic.n. appellatæ ſunt ab Ariſtotele hæ quaſi ſedes, e quib. argumenta promuntur. Itaque licet definire Locum eſſe argumenti ſedem: Argumentum autem rationem quæ rei dubiæ faciat fidem.*

3. Poſt diuiſionem Logicę diſciplinę, quam diligentem diſſerendi rationem eſſe definiuit: de Topicę, quæ inueniendi ars eſſe prędicta eſt, expedire contendit. Ac primum quid ſint loci, termino definitionis includit; eiuſque artis, quæ Topice dicitur, ſub exempli quadam claritate deſignat intentionem. Eſt enim Topices intentio, argumentorum facilis inuentio. Non igitur inuenire docet Topice, quod eſt naturalis ingenij: ſed facilius inuenire. Omnis quippe ars imitatur naturā, atq; ab hac materia ſuſcepta, orationes ipſas viamq; conformat, vt cum facilius id quod ars quęq; promittit, tum elegantius fiat: velut parietem ſtruere, naturalis ingenij eſt, ſed arte fit melius. Argumentum autem ratio eſt, quæ rei dubię faciat fidem. Multa enim ſunt, quæ faciunt fidem, ſed quia rationes non ſunt, ne argumenta qdē eſſe poſſunt: vt viſus facit fidem his quæ videntur, ſed quia ratio non eſt viſus, ne argumentum quidem eſſe poteſt. Differentiam vero vnam ſumpſit, eam quæ faciat fidem: omne enim argumentū facit fidem. Si igitur iunxerimus genus ac differētiam & id eſſe argumentum dicamus quod rationem quę faciat fidem, vnū tota argumēti natura moſtrata ſit? Minime. Quid ſi eius rei, de qua nemo dubitat, aliqua ratione facere quis fidem velit, num idcirco illa, quòd fidem faciat, vocabitur argumentum, Nullo modo argumentum nanque eſt quod rem arguit, id eſt, pbat: nihil vero probari, niſi dubium, poteſt. Niſi ergo ſit res ambigua, & ad eam ratio fidē faciens afferatur, argumentorū eſſe non poterit. Addita igitur alia differētia, quę eſt: rei dubię, facta eſt integra definitio argumenti, ex genere & duabus differentijs conſtans genere quidem, ratione, vna vero dr̄ia, quod faciat fidē: altera vero, qd̄ rei dubię: ut ſit tota definitio, id eſſe argū, qd̄ ſit ratio, rei dubię faciēs fidē. Quæ cū ita ſint, neceſſe eſt, vt vbi dubitatur aliquid, ſibi ſit q̄ō. Quod argumento pter rem dubiam eſſe non poterit: nullo modo eſſe præter q̄ōnem pōt. Q̄ō vero eſt dubitabilis propoſitio. Propoſitio vero eſt oratio verum falſumve deſignans. Omnis igitur propoſitio ſiue conſtanter atque pronunciatiue proferatur, vt ſiquis dicat, Omnis homo animal eſt. ſiue ad interrogationem dirigatur, vt ſiquis interroget, Putas ne omnis homo anima eſt? retinet proprium nomen, & propoſitio nūcupatur. At ſi eadem, velut dubitabilis proferatur, ſit q̄ō, ut ſiquis quærat, an omnis homo animal ſit. Quot autem modis q̄ō diuidatur, nunc explicandi locus nō vr̄ accōmodus: ſed in iis libris dicemus, quos de Topicis dr̄iis formare molimur. Ad q̄ōnem igitur, ideſt ad dubitabilem propoſitionem, oīs inuentio dirigitur argumenti, non vero vt totam cōprobet q̄ōnem, ſed vt partem eius rōne confirmet. neque em̄ tota quæſtio defenditur, ſed vna eius quęlibet pars argumētatione firmatur. nemo enim defendit cælum rotūdū eſſe, & non eſſe: ſi em̄ ita quis defenderet, totam q̄ōnem, videretur probare. Sed cum ita cōſiderat, Verū rotūdum ſit cælum, an non ſit, in vna tm̄ conſiſtit q̄ōnis parte defenſio ſiue quæ affirmat, ſiue quæ negat. Oīs.n. q̄ō contradictionibus conſtat. Nā ſiqua res ab altero aſſirmetur, negetur ab altero: totum hoc cōtradictio nuncupat, ut ſiquis dicat, Cęlum rotūdū eſt: alter neget dicens, Cælum rotundū non eſt, Cęlum rotūdū eſſe, & nō eſſe, contradictio perhibetur. Dubitabilis vero propoſitio, quam q̄ōnem eſſe prędiximus & affirmationem in ſe continet & negationē. hoc em̄ ipſo qd dubitabilis eſt, contradictionem vr̄ includere. cum enim dubitat quis vtrum ne cælum rotundum ſit, ſiue adiungat an non ſit, ſiue reticeat, ipſa dubitatio partem ſecū alteram trahit. ſi.n. vnam partem, propoſitio teneatur, dubitabilis non eſt atq; idcirco nec q̄ō. Cū igitur oīs quęſtio duas habeat partes, affirmationis vnā, alteram negationis: neceſſe eſt, ut ſit ſemper ex alterutra parte defenſio: vt vnus quidē affirmationis partem, negationis alter defendat: & hic quidē, ad aſtruendā affirmationem; ille vero ad deſtruendam, quę potuerit argumenta perquirat. Nihil vero intereſt vtrum quis affirmationem ponat, an deſtruat negationem aut negationem defendat, an oppugnet affirmationem. Age enim, ſit quæſtio, Verum cęlum rotundum ſit. Si quis eam ſibi quæſtionis partem aſſumpſerit, quæ eſſe defendit: ad eam conſtituendam cuncta neceſſe eſt ſibi comparet argumenta, atque in hanc affirmationem quidem ponit, ſed deſtruit negationem. ſiquis vero neget id, ac dicat non eſſe cęlū rotundum, ſuſcipit ſibi partem alteram quęſtionis quæ fuerat reliqua, id eſt negationem; in eaq; conſiſtit, & ad hanc approbandam perquiſitis nititur argumentis. itaq; qui negationem ponit, labefactat affirmationem. Quę cum ita ſint, demonſtratum arbitror, non totam quęſtionem, ſed eius aliquam partem ad defenſionem venire. Sed quod quiſque defendet, eſt hoc quoque argumenta perquirit. Ad partem igitur quæſtionis aſtruendam, deſtruendamve argumenta ſumuntur. atque hęc quidem ſiquis minus intelligit, ne a nobis obſcure dicta eſſe cauſetur. ſi.n. quæ in dialectica, vel a nobis dicta Latina oratione, vel a Græci ſcripta ſunt, ignorabit, mirum eſt, ſi quę partem eorum quę dicimus, aduertere valeat, nedum ſtupeamus, q̄ non omnia comprehendat. Sed quoniam dubitabilem propoſitionem, quęſtionem eſſe prædiximus, euenit, vt quas partes habeat propoſitio, eaſdem etiam quæſtio retinere uideatur. Omnis autem ſīplex propoſitio duas habet partes in terminis conſtitutas. Simplex vero propoſitio eſt huiuſmodi, Omnis homo animal eſt, Terminos uero voco ſimplices orationis partes, quę continent ꝓpoſitionem, ut animal & homo: hi uero ſūt prędicatus atque ſubiectus: prędicatus eſt in propoſitione maior terminus collocatus: ſubiectus uero minor. Maior vero terminus, de ſubiecto dicitur: minor autem de maiore nullo modo prędicatur: animal quoniam maius eſt, quam

homn

genus eſt, quod a partibus: & cęterę differentię earum propoſitionum quę cum ſint maximæ, tamen eiſdem videntur includi, velut quedam genera ſint, quæ vero ſint hæ differentię paulo poſterius diſſeram. De his igitur nunc locis tractare Tullius inſtituit, qui maximas propoſitiones, quas ſuperius diximus, ideſt per ſe notas atq; vľes cõtinent, atq; includũt. Hę vero ſunt maximarum differẽtię ꝓpoſitionũ. De vľiũ igitur enunciationũ, per ſeque notarum differẽtijs diſſerit, vt ſit integer locus, argumenti ſedes. Nam ſi argm̃. omne per propoſitiones ad concluſionem uſq; perducitur: Omnes vero reliquæ propoſitiones in prima maximaque propoſitione continentur, ipſaque prima ac maxima ꝓpoſitio, tum pars eſt argumentationis, ideſt ſyllogiſmi, tum extra poſita, argumẽtationi vires miniſtrat, vt vtroque modo qm̃ perficit argm̃, pars argumẽtationis quædam eſſe videatur: non eſt dubium quin hę differentiæ, quę propoſitiones maximas continent, eędem omnes etiam contineant argumentationes; vt maximarum propoſitionum differentię iure, loci argumentorum, & quaſi quędam vltimę ſedes eſſe videantur. Nam ex his quatuor ſignificationibus appellationum duarum, argumentationis. ſ. atq; argumenti, vnã quamlibet eſſe neceſſe eſt. Aut. n. elocutio & contextio ipſa propoſitionum cum maximis propoſitionibus, vel extra ſyllogiſmum poſitis, vel in eodem incluſis, argumentatio vocat, argumentum vero mens & ſententia ſyllogiſmi. Aut elocutio ratiocinationis cum maximis propoſitionibus, & ſentẽtia ſyllogiſmi argm̃ eſſe dicetur, ut idem ſit argumentum, ꝙ argumentatio. Aut argumentatio quidem vocabitur tota cõtexio ſyllogiſmi cum ſententia, ſed argm̃ maxima propoſitio. Aut integer ratiocinationis ordo ꝑter maximas propoſitiones argumentatio dicetur: ſententia vero argumẽtationis argumentum, reliqua vero maxima propoſitio, locus. Sed cum hæc ita ſint, ſiue quis ipſarũ propoſitionum contextionem, & vſq; ad cõcluſionem cõtinuum ductum cum maxima propoſitione, vel extra poſita, vel propoſitionibus ratiocinationis incluſa, argumentationem vocare velit: argumentum vero ſententiam, mentemque ratiocinationis, nihilominus locos intelligimus maximarum propoſitionũ differentias. Siue quis ratiocinationis totius vim, atque ſententiam totam cum maxima propoſitione, vel intra, vel extra poſita argumentationem ſimul, & argumentum vocet, non eſt dubiũ quin totius ratiocinationis locus ille ſit, q eſt maximę propoſitionis differentia. continet enim maximam propoſitionem, in qua propoſitiones cetæræ continentur. Siue argumentationem quidem totam ratiocinationis contexionem vocari placeat, argumentum vero maximam propoſitionem: recte rurſus locus putabitur maximę propoſitionis differentia, quę argumentum claudit & continet: Quod ſi argumentum quidem ſenſus ipſæ totius ratiocinationis intelligatur, argumentatio vero integra ratiocinationis ꝑlatio, extra vero & ab vtriſq; diuerſum ualẽs velut locus quidam maxima propoſitio cõſideretur: ſic quoque maximarũ differẽtię propoſitionũ loci eſſe videbũtur. nã cũ differentia ipſa maximam propoſitionem cõtineat, eiuſq; ſit locus maxima vero propoſitio argumẽtationi vel argumẽto vires miniſtret: nõ eſt dubiũ quin ea toti argumẽto locus eſſe videantur, ꝙ totũ intra maximę propoſitionis ambitũ claudit. Demonſtratum igitur eſt q̃ ſint argumẽtorũ ſedes. i. vbi argumenta clauduntur. hæ ſunt autem maximarum propoſitionum differentię, quæ vocantur loci. quid etiã argm̃, qm̃ eſt ratio rei dubię faciẽs fidẽ q̃ ſit vero res dubia. i. pars altera quæſtionis q d ſit qõ, id eſt dubitablis propoſitio. quid ſit ſimplex propoſitio, ideſt enunciatio quę prędicato ac ſubiecto termino contineatur, verum falſũue deſignãs. q̃ oĩa meminiſſe oportet. Maximarum. n. propoſitionum differentiæ, quis locos eſſe prædiximus, ab his dicũtur terminis, qui prius in ꝓpoſitione ſunt, poſterius in quæſtione conſiderantur, prędicato, ſ. atq; ſubiecto. Ex his etiã quæ ſuperius dicta ſunt, quid diſtent topica Ciceronis atque Ariſtotelis apparuit! Ariſtoteles nanque de maximis propoſitionib. diſſerit; has. n. locos argumẽtorum eſſe poſuit, ut nos quoq; ſupra retulimus. Tullius vero locos ſi maximas ꝓpoſitiones, ſed earum continentes differentias uocat, ac de his docere contendit.

*Sed ex his locis, in quib. argumenta incluſa ſunt, alii in eo ipſo de quo agitur hærent, alii ſumuntur extrinſecus. In ipſo, tum ex toto, tum ex partib. eius, tum ex nota, tum ex his reb. quæ quodammodo affecta ſunt ad id, de quo quæritur. Extrinſecus autem ea dicuntur, quæ abſunt longeque diſiuncta ſunt.*

4. Poſt definitionem loci, atq; argumenti facit pleniſſimam diuiſionem locorum. Ac primum, qm̃ oĩs diuiſio cuncta debet amplecti, neq; ſuperfluum quicq̃ interponere, nec omittere, quod ſit neceſſarium: id M. Tullius propoſita diuiſione patefacit dicẽs. Ex his locis, in quib. argumẽta incluſa ſunt, alios in eo ipſo de quo agitur, hærere, alios extrinſecus aſſumi. nihil enim huic diuiſioni poſſe videt addi vel minui quandoquidem breuiter cuncta cõplectitur. Argmentorum. n. loci quicunque ſumunt, aut in ipſo de quo agitur, hęrẽt, aut minime. Id autẽ minime extrĩſecus poſitos eſſe deſignat Quod ſi inter id ꝙ dicimus in ipſo de quo agitur hęrere argumentorum locos, & non hęrere nihil eſt medium. (Inter affirmationẽ. n. atq; negationem nulla eſt medietas) cumq; in ipſo de quo agitur non inhęrere locum argumẽti, id ſit extrinſecus aſſumi; dubium non eſt quin nihil interſit medium inter ea argumenta, quorum in hoc ipſo hęrent loci de quo agitur, & ea quorum extrinſecus aſſumuntur; extrĩſecus autem ea dũr, quæ abſunt longeq; diſiuncta ſunt. ſed quid ipſm ſit de quo agitur, facilior explanatio eſt, ſi eorum quę prius dicta ſunt, meminerimus. Nam cũ de qõne loqueremur, eandem diximus eſſe qõnem: quæ eſſet dubitabilis propoſitio. Sed qm̃ propoſitio ſubiecto prædicatoque conſtaret: qõnem quoq; diximus ſubiecto prędicatoque coniungi. Prædicatum igitur vel ſubiectum eſt hoc ipſum de quo agitur. Nam cum de alterutra qõnis parte dubitetur: id in hac ambiguitate quęritur, vtrum prędicatus terminus ineſſe ſubiecto videatur, an minime. Nam cum omnis qõ in affirmationem negationẽq; diuidatur: ſi prædicatus ſubiecto ineſt, ſit ex eo vera affirmatio, ſi non ineſt, ſit vera negatio. Sed in qõnibus diſceptandis, alter affirmationem, alter negationem tuetur, ideſt alter prędicatum ineſſe ſubiecto, alter non ineſſe defendit. Quod vero ex alterutra parte defenditur, hoc eſt ipſum de quo agitur. Ipſum igitur eſt prędicatus terminus vel ſubiectus, de quibus agitur. atque vt id exemplo clarius fiat, Sit quæſtio, an Verres furtum fecerit. hic Verres ſubiectum eſt; furtum facere prędicatum. ꝙ ſi furtum Verri coniungitur, idque argumentationibus comprobatur; quęſtionis affirmatio demonſtrata eſt. Si furtum a Verre ſeiungitur; quæſtionis rurſus negatio comprobatur. Ipſũ itaq; de quo agitur, nihil eſt, niſi vterlibet eorum terminus, qui in queſtioni proponuntur, ſiue prędicatus, ſiue etiam ſubiectus, qui quidem termini per ſe argumenta eſſe non poſſunt, neque vero per ſe argumenta prestare. ſi. n. ipſi ſimplices ut ſunt, argumenta eſſe poſſent, vel argumentorum prętare materiam: nullam in quęſtione relinquerent dubitationem. Sed quoniam de ipſis adhuc in quęſtione dubitatur, an eorum poſſit eſſe rata coniunctio; ipſi quidem neque per ſe argumenta eſſe, neque per ſe argumenta prętare poterũt. ea vero quę ipſis inſunt, vel extrinſecus poſita ſunt, argumentorum copiam ſubminiſtrant. Nam quod Victorinus quęrit, & explicat latius, ne cõmemoratione quidem mihi dignum videtur. Quęrit enim, quæſtio ipſa de quo agitur. an habeat locum, quod minime oportuit. quoniam, vt dictũ eſt, locus de quo nunc agimus, non cuiuſlibet rei locus eſt, ſed argumenti, argm̃ vero rei dubiæ faciens fidem, res vero dubia pars qõnis. Quod ſi argm̃ qõ, uel pars qõnis eſſe non poteſt, locus vero de quo agimus, argumenti eſt locus: non eſt dubium quin locus qõnis eſſe non poſſit. Amplius Omnis qõ dubitabilis eſt, argumentum vero omne quę

ſtionis

ſtionis purgat ambiguum. non eſt igitur idem argm̃ quod qõ. ſed loci, argumentorum ſunt loci, non ſunt igitur qõnis. Hoc igitur premiſſo, intelligamus ipm̃ de quo agitur, quem libet terminum in qõne propoſitum, ſiue prædicatum, ſiue ſubiectum, qui cum per ſe res ſint, ipſi quidem argm̃ eſſe nõ pñt. habere at in ſe quædam pñt, in quibus argumenta ſint collocata, & quę ſedes argumentorum eſſe intelligantur.

Quæ quidem cum terminis his de quibus agitur, inhęrere videantur: nondum tñ ſunt argumenta, ſed quaſi iam argumenta complectentes loci, & velut naturali ſede condẽtes. Idem de his locis qui extrinſecus aſſumuntur, dicendũ eſt. ipſi nanq; poſiti ſunt exterius, & quodamodo a propoſitionum terminis ablegati, & res quędam ſunt, ſed intra ſe argumentorum copiam claudunt: atq; , vt breui ſententia colligam, ipm̃ de quo agitur, nihil eſt aliud, niſi quilibet in qõne terminus collocatus. Hi argumenta eſſe non pñt, neq; ab his trahi aliquod argm̃. Quo fit vt termini ipſi qui in qõne ſunt poſiti, nec argumenta, nec loci ſint, ſed tm̃ res. Rurſus ea quæ in his hęrent, de quibus agitur, ipſa quidem res eſſe manifeſtum eſt, ſed claudunt in ſe argumentorum copiam: vt cum ex his ſumi aliquod oporteat argm̃, locorum vice fungantur. Itaq; ſiquis per ſe ea ſpeculetur, res ſunt: ſiquis ab his aliquod argm̃ quęrat educere, loci fiunt. Et hęc cõiter quidem de principalib. ac maximis locis dicta ſint. Hi vero ſunt qui in ipſis de quibus agitur hærent, vel qui aſſumuntur oxtrinſecus. Vt igitur faciat plenam locorum diuiſionem, quos ſimplr̃ ac maximos poſuit locos, eoſdem velut in quaſdam ſpecies reſecat dicens, In ipſo tum ex toto, tum ex partibus eius, tum ex nota, tũ ex his rebus quę quodammodo affectę ſunt ad id, de quo quærimus. Et locorum, qui in ipſo ſunt de quo agitur conſtituti, quatuor partium facta diuiſio eſt. Hi quippe qui in ipſo de quo agitur, hęrẽt, vel ex toto eo de quo agitur termino, vel ex partium eius enumeratione, vel ex nota, vel ex affectis intelliguntur exiſtere. Id ita eſſe breui ratione firmabitur. Neceſſe eſt. n. quẽlibet eorum terminorum qui in quæſtione ſunt collocati, & definitiones habere proprias, & partes, & nomina, & ad res alias quadam relatione coniungi ac referri. Ergo locus qui dicitur ex toto, is eſt, quoties argm̃ ex alicuius definitione termini qui eſt in qõne tractatur, ſiue ſubiecti, ſiue prædicati. Ex partium enumeratione, quoties ab eius termini partibus, qui in qõne, poſitus eſt, ducitur argm̃. A nota, quoties ab eiuſdem termini vocabulo naſcitur argm̃. Ab affectis vero, quoties ab his quæ ad propoſitum terminum relatione aliqua reducuntur, argumentatio proficiſcitur. Quorum ſimilitudines omnium poſterius explicabo, quando ea quæ ſuper his rebus declarandis Cicero poſuit, exempla tractauero. Nunc illud eſt conſiderandum, ait. n. Tullius, Ex his locis, in quibus argumenta incluſa ſunt: alios in eo ipſo de quo agitur, hærere: alios extrinſecus aſſumi. quod ita dictũ videtur, tanquam diuerſi ſint loci, qui in his de quibus agitur, hęrent, & ipſum illud de quo agitur. Nihil enim in ſeipſo hærere poteſt, ac per hoc ꝙ in aliquo hęret, ab eo in quo hęret diuerſum eſt. ꝙ ſi loci ſunt aliqui, qui in his hęreant, de quibus agitur: non eſt dubium quin hi loci ab his de quibus agitur, ſint diuerſi. Rurſus cum dicit, In ipſo, tum ex toto, tum ex partibus eius, tanquam nõ de diuerſis loquatur, ita ait, In ipſo locos eſſe, tum ex toto, tum ex partibus, tum ex nota. Quaſi vero aliud ſit ipſum quam totum, aut aliud ipſum quam omnes vndique eius partes. Vnaquæque enim res idem eſt quod totum. Idem nanque eſt Roma, quod tota ciuitas. Rurſus idem eſt vnaquæque res, quod eius ſingulæ partes in vnum reductę, velut idem eſt homo, quod caput, thorax, venter, ac pedes, cæteraque in vnum partes cõiunctę, atque copulatæ. Quomodo igitur tanquam de diuerſis primum locutus eſt, cum locos hærere in his terminis de quibus agitur, dixit? Poſt autem velut de eiſdem loquitur, cum in ipſo locos, tum ex toto, tum ex partibus eſſe proponat? Nihil enim differt dicere in ipſo, tum ex toto, tum ex partibus, quam ſi ita dixiſſet, in ipſo, tum ex ipſo. Nam ſi idem eſt ipm̃, quod totum ac partes: idem eſt dicere in ipſo hærere locum, ex toto, aut ex partibus, quod in ipſo hęrere locũ, qui eſt ex ipſo: quod ne intelligi quidam põt, quemadmodum in ipſo hęrere poſſit, quod ipſum eſt, cum nihil ſibi hæreat, vt ſuperius expediui. Sed quemadmodum paulo ante expoſui, vnaquæq; res cum & definitionem habeat & partes, ſi pernoſcamus quæ ſit definitionis vis, & q̃ partiũ: cunctus ambiguitatis nodus abſoluitur. Eſt. n. definitio, coactæ in ſe atq; cõplicatæ rei explicatio, velut cum dicimus hoĩem eſſe aĩal rationale mortale. Nam id qđ breuiter nomen, atq; anguſte deſignabat, id explicauit ac protulit, & per ſubſtantiales quodamodo partes definitio patefecit. Alium igitur neceſſe eſt eſſe intellectum rei, quæ complicata eſt, in eo quod ſibimet coacta atque in vnum redacta eſt: alium eiuſdem rei explicatæ atq; diſſertæ, in eo quo expedita atq; diffuſa eſt. Nam etſi idem rei definitio quoq; nomen ſignificat: illud tñ ipſum quod nomen anguſte, confuſeq; deſignat, apertius definitio differit, ac patefacit. Recte igitur aliud quiddam eſt ipm̃, aliud eius definitio, etiãſi vnum idemq; eſt vtriſq; ſubiectum. Vt. n. dictum eſt, ipſum ſingulum eſt: definitio, ipſius ſinguli per partes diſtributio, atq; enumeratio. Partes ãt nunc ſubſtantiales dico, nõ quę magnitudinem iungunt, ſed quę proprietatem rationemq; ſubſtantię. Sed quod in definitione dictum eſt ſm̃ eas partes, quæ ſubſtantiam iungunt, id in partib. intelligendũ eſt, quæ magnitudinem copulant, velut domus quæ fundamento, parietib. tectoq; coniũgitur. Nam cum ea nihil ſit, aliud, niſi ꝙ partib. copulatur: ipſa tum vna quædam eſt, atq; coniuncta: partitio vero eius per quędam membra diſtributio eſt. atq; ideo licet vnum ſit, quod ipſum eſt totum, & quod ſunt partes vndiq; conſtantes: non tñ eundem neceſſe eſt habere intellectum, cum ipm̃ integrum conſideratur, & cũ in partes ipſas quib. iũctum eſt, diſtribuitur. Ex nota vero locus apertiſſime ab eo termino diuerſus eſt, qui in quęſtione conſtitutus eſt. Quis. n. dicat, id eſſe cuiuſlibet rei vocabulũ quod ipſa res eſt, quam deſignat? Ea vero quę ad id de quo agitur affecta ſunt, & ſi extra poſita videntur: terminum tñ in qõne propoſitum velut e regione reſpiciunt, quæ in multas ſecari neceſſe eſt partes. Omnis. n. res, id quod eſt, vnũ eſt: multa vero ſibimet retinet adiuncta, quæ hoc ab his q̃ omnino extrinſecus ſunt, differre intelliguntur, ꝙ ea quę affecta ſunt, in relatione ſunt poſita: vt poſt & ipſarum propoſitio, & exemplorum ratio monſtrabit. Ea vero quę ſunt extrinſecus in nulla relatione ſunt conſtituta, atque iõ hęc extrinſecus ſolum, illa vero affecta ſunt nuncupata: habet enim aliquam quodam modo cognationem ad id ad quod reducitur, id quod refer atur ad aliquid. Sed omnes fere hos locos, quos nunc ſimplices, atque indiuiſos ponit, poſteriore tractatu diuidit: ut nunc quoque eos locos qui in ipſo ſũt diſtribuit, cum alios ex toto fieri proponit, alios ex partib. alios ex nota, alios ex affectis, affectaq; ipſa ſuis partib. ſecat. Extrinſecus vero locum in teſtimonio poſitum eſſe confirmat. teſtimonij vero vim in auctoritate conſtituit, auctoritatem vero deducit in proprias partes, ſed hoc poſteriore tractatu liquebit. Nunc vero eos ſimplices, atque indiuiſos locos proponit: & veluti ſimplicib. ſubdit exempla. Reſtat autem nunc vnum, quod videtur eſſe quęrendum, an hi loci qui in locos alios diuiduntur, eorum quos intra ſe continent, locorum loci eſſe poſſint, ut eorum qui ſunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis, is unus quidam quaſi locus ſit, qui eſt in ipſo. Nihil quidem prorſus officeret locorum locos putare: fieri. n. põt, vt locus amplior intra ſemet anguſtiores contineat locos, veluti prouincia ciuitates. ſed nunc hæc ſimilitudo non conuenit. Locus. n. eſt ex quo ducitur id, in quo argumentum eſt poſitum. ꝙ ſi loci locus eſſe poſſet, & is qui eſt in ipſo de quo agitur, eos qui ſunt ex toto, uel ex partibus, uel ex nota, uel ex affectis, uelut quidam locus includeret: non eſſent, ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis loci, ſed argumenta: quoniam in eo hęrerent loco, qui in eo ipſo de quo agitur, termino, eſſe prędictus eſt. Non igitur locus eſſe poterit loci, ſed velut genera in ſpecies, ita nunc fit diuiſio locorum. nec hoc ſuperius

rius dictis videatur eſſe contrariũ, cum & maximas propoſitiones, & earum differentias continentes communi nomine appellauimus locos: nã maximę propoſitiones licet eo ipſo qđ maximæ ſint, includãt cæteras, & uocentur loci: tñ q̃a ſunt notiſſimæ, poſſunt reb. dubijs eſſe argumenta. Iure igit earum differentiæ loci nominani ꝙ in locorum ſpeciebus, aliter ſeſe habet, q̃ prorſus argumẽta eſſe non poſſunt. Nã in ipſo locus, velut in ſpẽs quaſdam, diuiditur in eos q̃ ſunt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis: vnuſquiſq; em horum locorũ primi loci integrũ uidet ferre vocabulũ. nã vt hominem animal dicimus, itemq; equum atque bouem, animalia nuncupamus: ſic is locus qui ex toto eſt, in ipſo eſſe dicitur: itemq; qui ex partibus, ac nota, atq; ex affectis, in ipſo ſunt, ſed ex his locis argumenta quidem duci poſſibile eſt: ipſa vero argumenta vt ſint, fieri nequit.

*Sed ad id totũ, de quo diſſeritur, cũ definitio adhibetur, quaſi inuolutũ euoluit id de quo q̃ritur. Eius argumenti talis eſt formula: Ius ciuile eſt æqtas cõſtituta his, q eiuſdẽ ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinẽdas. Eius ãt æquitatis utilis cognitio eſt: Vtilis ergo eſt iuris ciuilis ſcientia.*

5 Poſt locorum bifariam diuiſionem, in ipſo. ſ. de quo agit, & extrinſecus poſitorum, partitus eſt eum locum qui eſt in ipſo, in quatuor membra, id eſt a toto, à partium enumeratione, a nota, ab affectis. Nunc igitur antea q̃ diuidat, eum locum, quem ab effectis eſſe propoſuit, ſuperiorum trium quos in primo interim tractu minime diuiſurus eſt, ſed in diuiduos relicturus, exempla ſupponit. Hi uero ſunt a toto a partibus à nota. Ac de eo quidem loco qui eſt a toto ita diſſeruit, ac diſputauit. Tum inquit dicimus a toto locum argumenti, qñ totũ illud quod in q̃ōne poſitũ eſt, definitione complectimur: quæ definitio rei dubiæ de qua agitur, facit fidem. Sed definitio omnis, vt ſuperius quoq; dictum eſt, id ꝙ nomine inuolute deſignatur, euoluit, & explicat: atq; id non terminus qui in definitione pottir, ſed quæ in ipſo ſunt, poſſunt argumentis pręſtare materiam. Sunt autem in vnoquoq; proprię definitiones. Definitio enim eſt oratio ſubſtantiam vniuſcuiuſq; ſignificans. ꝙ ſi ab unaquaque re, propria ſubſtantia non recedit, ne definitio quidem recedit. eſt ergo definitio in ipſo termino, de quo agitur: quę definitio totum terminum neceſſe eſt comprehendat, neq; .n. partem ſubſtantię, ſed totius termini ſubſtantiam mõſtrat. Sed quoniam ex ea definitione fides fit rei dubiæ: trahitur ex definitione argm̃, quę definitio in ipſo termino eſt de quo agitur, & eius termini totum eſt. Itaque argumentum quod a definitione ducitur, ab eo ducitur loco, qui in ipſo termino eſt, qui in quęſtione eſt collocatus. Sed quoniã multa loci ſunt in ipſo, hic locus a toto eſt. Definitio enim totum terminum comprehendit, atque id quod inuolute nomine ſignificabatur, euoluit atque aperit. Eius argumenti talis eſt formula; Ius ciuile eſt ęquitas conſtituta his, qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas: eius autẽ æquitatis utilis eſt cognitio, utilis eſt ergo iuris ciuilis ſcientia. Eſt enim quæſtio, an iuris ciuilis ſcientia ſit utilis. hic igitur ius ciuile ſupponitur, utilis ſcientia prædicatur. Quęritur ergo, an id quod prædicatur, uere poſſit adhęrere ſubiecto. Ipſum igitur ius ciuile non potero ad argumentum uocare: de eo enim quæſtio conſtituta eſt. reſpicio igitur quid ei ſit inſitum. uideo quoniam omnis definitio ab eo non ſeiungitur, cuius eſt definitio: ne a iure ciuili quidem propriam definitionem poſſe abiungi. Definio igitur ius ciuile, ac dico, Ius ciuile eſt ęquitas conſtituta his, qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas. poſt hoc conſidero non hęc definitio reliquo termino, utili ſcientiæ, poſſit eſſe coniuncta, ideſt an æquitas conſtituta his qui eiuſdem ciuitatis ſunt, ad res ſuas obtinendas, utilis ſcientia ſit: uideo eſſe utilem ſcientiam dictæ ſuperius ęquitatis. Concludo itaque, Iuris igitur ciuilis ſcientia utilis eſt. hoc igitur argumentum eſt ex eo loco, qui eſt in ipſo, hoc eſt in iure ciuili, qui terminus in quęſtione eſt conſtitutus: hic locus vocatur a definitione, quæ definito quoniã totum eſt, argumentum eſt a toto. Omnis autem locus a toto, in ipſo. Nec nos vlla dubitatio perturbet, quod jus ciuile, & rurſus, ſcientia vtilis, quædam ſunt orationes, quas inter terminos collocamus. Non enim omnis terminus ſimplici orationis parte profertur, ſed aliquoties orationes integre in terminis conſtituuntur. In hac igitur argumentatione, maxima ac per ſe nota propō eſt ea, per quam intelligimus. Omnia quæ definitōni alcuius coniunguntur, ipſa quoque illis quorũ definō eſt, ex neceſſitate copulari. Sequitur enim cum definitio iuris ciuilis vtili ſcientię poſſit adiungi: iuri quoque ciuili vtilem ſcientiam poſſe copulari. eſt igitur hoc argm̃ tractum ab eo loco, qui eſt in ipſo. Omnis .n. definitio in eo termino eſt quem definit eorũ, autem locorum qm̃ in ipſo ſunt, eſt locus a toto. Omnis. n. definitio totum monſtrat atq; aperit. Maxima propō hęc, Quibus aliquorum definitio iungitur, eiſdem neceſſario ea quę definiuntur, aptantur.

*Tum partium enumeratio, quæ tractatur hoc modo: Si neq. cẽſu, neq. vindicta, neq. teſtamẽto, liber factus ẽ, non eſt liber: nec ulla eſt earum rerum, non eſt igitur liber.*

6. Sit qō vtrum aliquis, quem ſeruum eſſe conſtiterit, ſit liber. Qm̃ faciendi liberi tres ſunt partes: vna quidem, vt cenſu liber fiat: cenſebantur. n. antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis ergo conſentiente vel iubente dño, nomen detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis vinculo ſoluebatur: atq; hoc erat cenſu fieri liberum, per cõſenſum domini nomen in cenſum deferre, & effici ciuem Romanum. Erat & pars altera adipiſcendę libertatis, quę vindicta vocabatur. Vindicta vero eſt virgula quædam, q̃ lictor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruum in libertatem vindicabat, dicens quędam verba ſolennia, atque ideo illa virgula vindicta vocabatur. Illa etiam pars faciendi liberi eſt: ſiquis ſuprema voluntatem teſtamenti ſerie, ſeruũ ſuum liberum ſcripſerit. Quæ qm̃ partes ſunt liberi faciendi, ſiquis aliquem, quem ſeruum fuiſſe conſtiterit, monſtrare uelit, non eſſe liberum factum: dicet, Si neq; cenſu, neq; vindicta, neq; teſtamento, liber factus eſt, non eſt liber. At nulla earum parte liber factus eſt. Non eſt igitur liber. Si. n. omnes partes a qualibet illa re abiunxeris, totum neceſſario ſeparaſti. Nam cum totum in ſuis partibus conſtet, ſiqd nulla cuiuſlibet parte cõiungatur, a toto & ſegregatur: partes autem duobus dicimus modis, vel ſpecies, vel membra. Species eſt, quæ nomen totius integrum capit, velut homo atque equus animalis: vtraque. n. per ſe integro nomine animalia nuncupantur. Eſt. n. homo animal, & rurſus equus animal. Item membra ſunt, quæ cum totum efficiant, coniuncta totius capiunt nomen: ſingula uero nullo modo. vt cum fundamentum, parietes, & tecta, domus membra ſint: ſimul omnia domus dicuntur: fundamenta vero ſola, domus vocabulo minime nuncupantur, neque parietes, neque tecta. In his igitur quæ ſpecies ſunt, quoniam nomen totius integrum capiunt, niſi ſigillatim omnes partes ab eo, de quo dubitatur abiunxeris, non poſſit totũ abeſſe monſtrare. Dictum eſt enim vnamquamque partem totius vocabulum integrum capere. Vt quoniam faciendi liberi tres ſunt ſpecies, cenſus, vindicta, teſtamentum: ſi quoſlibet duas remoueris, vna tamen permanſerit, liberum neceſſario confitebere. Siue enim cẽſu tantũ, ſiue vindicta, ſiue teſtamento ſit liber factus: liberum eſſe conſtat. ergo in his niſi omnes ſpecies ſemoueris, non potes deſtruere quod in quæſtione propoſitum eſt. At ſi affirmare velis, atque aſtruere: ſufficit tantum unam quamlibet ſpeciem demonſtrare, vt ſi uelis oſtendere liberum, at eſt, vt monſtres, aut uindicta, aut cenſu, teſtamentove liberum factum. Quod ſi deſtruere velis, non ſufficit oſtendere, aut cenſu, aut vindicta, aut teſtamẽto liberum non eſſe factum, ſed nullum eorum modo ad liber

tatem veniſſe. Itaq; his partibus quę ſpecies ſunt, ſi deſtruę re velis, cunctis vtendum eſt: ſi aſtruere, vna ſufficit. At vero hæ partes, quę ſunt membra, contrario modo ſunt, ſi deſtruere velis, ſat erit vnam ſe vngas; ſi aſtruere, cuncta adeſſe neceſſario comprobabis. Nam ſi velis oſtendere non eſſe domum: ſufficit, vt aut fundamenta non eſſe dicas, aut parietes, aut tecta. nam ſiquid horum defuerit, domus non poteſt appellari. At ſi velis oſtendere domum eſſe: niſi cuncta in unum coniunxeris, id quod proponis, aſtruere non ualebis. Omnes vero hi loci a partium enumeratione ducuntur. quia in his partibus quę ſpecies ſunt, cunctę partes enumerantur vt deſtruas: in his vero quæ membra ſunt, cunctę partes enumerantur, ut aſtruas. Quæſtio eſt igitur in propoſito Ciceronis exemplo argumenti a partium enumeratione deducti, An is quem ſeruum fuiſſe conſtitit, liber ſit. Is quem ſeruum fuiſſe conſtat, ſubiectus eſt terminus: liber vero prædicatus. neutrum igitur eorum terminum ad argumentum ducere poterimus: de quibus enim dubitatur, ipſi fidem dubitationi facere non poſſunt. Video igitur quid in altero eorum ſit. quoniam vero partes omnes in eo ſunt cuius partes ſunt; quoniamque libertas data, habet proprias partes; ſumo eas atque dinumero, & requiro, an vlla earum partium videatur ineſſe ſubiecto. ſed nulla ineſt: Concludam igitur non eſſe liberum. Vnde manifeſtius demonſtratur, non ſolum ab eo termino qui ſubiectus eſt, argumenta ſumi poſſe, verum etiam ab eo qui eſt prędicatus. Nam prius exemplū quo demonſtrabat, iuris ciuilis ſcientiam eſſe vtilem, Ius ciuile quod ſubiectum erat definiuit, ductumque inde argumentum rei dubiæ fecit fidem. Hic vero libertatis partes enumerantur, qui eſt terminus prædicatus. Eſt igitur ut dictum eſt quęſtio, An quem ſeruum eſſe conſtiterit, liber ſit. Terminus is quidem quem ſeruum eſſe cōſtiterit, ſubiectus eſt: prædicatus vero, liber. In ipſo, id eſt in prędicato partes ſunt, quę enumerantur: a qua enumeratione dum trahitur argumentum, ſit argumentum in ipſo, ex partium enumeratione. Maxima propoſitio, Cuius partium nihil rei propoſitę copulatum eſt, ei ne totum quidem eſſe poteſt coniunctum. Hic uidetur eſſe dubitandum, num locus a toto, atque a partibus idem ſit, cum omnes partes totum faciant, ſi coniungantur. Sed reſpondebitur, cum ſit argumentum ab enumeratione partium, totum diuiditur, non coniungitur: diuidendo enim argumentatio procedit. Nam quiſquis partem cuiuſlibet ſumpſerit, eo ipſo, quo partem ſumpſerit, rem videtur eſſe partitus. Qui vero rem diuidit, diſſipat potius quā conficit totum. Sed reſtare adhuc ambiguitas poteſt: nam definitio quoque inuolutam nominis ſignificationem explicat, per quandam ſubſtantialium partium enumerationem. Enumeratio vero partium quædam ipſarum a ſe partium diſſipatio eſt. Sed aliud eſt eiuſdem rei partes enumerare, aliud definitionis. Nam rei partes, ea re, cuius partes ſunt, ſemper minores ſunt, vt caput, vel thorax, vel cętera membra, toto homine: partes vero definitionis tota re quæ definitur, ſi ſubſtantiales ſunt, probantur eſſe maiores, vt animal homine maius eſt. Itemque rationale & mortale, eundem hominem, velut maiora continent: & ſunt ſingulę partes definitionis eiuſdem quę eſt, animal rationale mortale. Partitio igitur ſumit partes rei, quam partitur minores ſemper. Quę vero ſumit definitio, vniuerſalia ſunt per ſe, totaque & continentia deſcripti, quamuis poſita in definitione partes fiant; ut in his quæ ſuperius exempla propoſui, facile intelligi poteſt. Vnde manifeſtum eſt locum a toto, qui definitionis eſt, & locum a partium enumeratione eſſe, diuerſos.

*Tum notatio, cum ex vi verbi argumentū aliquod elicitur hoc modo: Cum lex Aelia ſanctia aſſiduo vindicē aſſiduum eſſe iubeat. Locupletem iubet locupleti, is eſt aſſiduus, vt ait Aelius, appellatus ab ære dando.*

¶ Tertius eorum, qui in ipſo ſunt, locus a notatione eſt conſtitutus. Notatio vero eſt quędam nominis interpretatio. Nomen vero ſemper in ipſo eſt. Vt enim definitio id quod in nomine inuolutum eſt, declarat, expedit, atq; diffundit: ita etiam nomen id quod a definitione dicitur euolute, inuolute confuſeq; deſignat. quod ſi definitio in ipſo eſt: nomē quoq; in ipſo eſſe de quo agitur, non poteſt dubitari. Ex notatione autem locus vocatus eſt, quia nomen oēm rem notat, atq; ſignificat. Vindex eſt igitur, qui alterius cām ſuſcipit vindicandam, veluti quos nunc procuratores uocamus. Lex igitur Aelia Sanctia, aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubet. Quęritur vtrū cū lex æliaſanctia vindicem velit eſſe aſſiduo aſſiduum, locupletem velit locupleti. Hic igitur ſubiectus quidem terminus eſt, lex ęliaſanctia vindicem volens aſſiduo aſſiduum: prędicatus vero locupletem iubet locupleti. ipſos igitur terminos non potero ad fidem qōnis adducere. dę ipſis.n. de quibus ambiguitur, nulla effici fides poteſt. Quęro igitur quid in ipſorum altero ſit: ac video vnū eorum terminum eſſe, legem ęliam ſanctiam, quæ aſſiduum aſſiduo uindicem eſſe decernat, id eſt ſubiectum: huius orationis interpretor partem, quæ eſt aſſiduus. Quid .n. eſt aſſiduus aliud, niſi aſſem dās? aſſem vero dare niſi locuples nō poteſt, aſſiduus igitur locuples eſt. Cum igitur lex ęlia ſanctia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe conſtituat, locupletem iubet locupleti. aſſiduus quippe eſt locuples, a dando ære nominatus. Argm̄ igitur hoc tractum eſt ex eo loco, qui eſt in ipſo, id eſt a nominis interpretatione: nomen.n. in ipſo illo eſt, cuius nomen eſt: cuius interpretatio notatio nuncupatur. Sed ab huius interpretatione factum eſt argm̄. Igitur hoc argm̄ ex eo loco eſt, qui eſt in ipſo, id eſt a nomine, & eorum qui in ipſo ſunt, a notatione, id eſt a nominis interpretatione. Maxima propoſitio eſt, Interpretationem noīs idem valere quod nomen. Sed paulo confuſius a Cicerone dicta argumentatio maximum pręſtat errorem. Ita .n. dici oportuit, Aſſiduus eſt, qui aſſem dat: qui vero aſſem dat, locuples eſt, aſſiduus igitur locuples eſt. Lex autem ęlia ſanctia aſſiduum aſſiduo eſſe vindicem iubet, locupletem igitur locupleti vindicem eſſe præſcripſit. Quod ſi ita dictum eſſet, apertior argumentatio fuiſſet. Nunc vero ita dixit. Cū lex ælia ſanctia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe iubeat: locupletem iubet locupleti, & cętera ſubiunxit, vt oſtenderetur locuples eſſe aſſiduus: hoc autem tantūdem valet, quod ait, legem æliam ſanctiam aſſiduo aſſiduum vindicem cum iuberet eſſe, locupletem locupleti eſſe pręcepiſſe, tanq̄ ſi diceret qui aſſiduus eſt, locuples eſt. Niſi.n. is qui aſſiduus eſt, locuples ſit, non conſequitur, vt cum lex ęlia ſanctia, aſſiduū aſſiduo vindicem eſſe iuſſerit, locupletem iuſſerit locupleti. & argumenti concluſionem priorem poſuit, ſubiecit vero probationem. Concluſio nanque eſt, cum lex Aelia Sanctia, aſſiduum aſſiduo vindicem velit eſſe, locupletem iubet locupleti; atque hanc pręmiſit. probatio vero eſt rationis, aſſiduum eſſe locupletem ab ære dando nominatum, & hāc intulit cōcluſionem. Reſtat is locus eorum qui in ipſo ſunt, qui ducitur ab affectis, Cuius expoſitionem, quoniam varia eſt multiplexq; diuiſio, differamus: ac primi voluminis terminum huculq; ſiſtamus.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi commentariorum in Topica Ciceronis.

### LIBER SECVNDVS.

IN TAM difficillimi operis curſu non ſum neſcius mi Patrici, quin labor hic noſter, quem te adhortāte ſuſcepimus, dum iudicio multitudinis imperitę aut eleuatur, aut premitur, facile variis reprehenſionibus mordeatur. Nam & illi, quibus hoc totum differēdi diſplicet genus, velut ſuperuacaneum ſtudium familiari prauis mentibus cauillatione, deſpiciunt: & qui maximum huius ſcientiæ fructum putant, ſua cæteros ſegnitie metientes, tanto nos

to nos operi pares eſſe non exiſtimant. Quorum quidem priores, ſi nō inuidia laboris alieni æſtimationē ꝑmūt, ſed reprehenſioni iudicioq; cōtemnunt: nullo modo ferendos eſſe puto. Multo quoq; in me libentius detorſerim prauæ opinionis inuidiam, ac noſtris eos diffidere viribus faciliime patiar, potius quā tantę diſciplinæ calcare rationē. Sed proh diuinā atq; humanam fidem, quę eſt hęc hominū prauitas? quæ tantæ eſt imprudentia cęcitatis, vt pene ſua ſeſe ipſi confeſſione cōdemnent? Nullus eſt.n. qui ſe videri nolit peritiſſimum diſſerendi, quin & obiectare ipſi aliquid, & reſoluere obiecta conamur, & ſi facile id factu eſſet, cūcti ad ſcientiam logicę diſciplinæ velut ad cōmunia quędam ſapientię lucra concurrerent. Iam vero quid abſurdius fingi pōt, quàm ꝙ probabilibus (vt ipſi exiſtimant) argumentis, inutile ſtudium dialecticæ nituntur aſtruere? Quid.n. conuenit diſſerendi artem diſſerendo peruertere, vt cuius opinionē affectes, eiuſdem deſpicias veritatē? Sed vt cantor ille, diſcipulum ſibi ac muſis canere iubebat: ita & ego quoque mihi ac tibi, non muſæ, ſed tanquam muſarum pręſidi cecinerim, atq; id quod multo labore ſtudioq; collegi, non rhetorica tantum facultate, verum etiam dialectica ſubtilitate depromam, Quæ vero ſequuntur huiuſmodi ſunt.

*Ducuntur etiam argumenta ex his rebus, quæ quodāmodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur, Sed hoc genus in plures partes diſtributum eſt. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex formæ, alia ex ſimilitudine, alia ex differētia, alia ex cōtrario, alia ex cōiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex conſequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex cauſis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum.*

8 Poſtquā locos eos, ex quibus argumenta ducuntur, geminā partitione diſtribuit, alios in ipſo de quo agitur hęrere dicendo, alios extrinſecus aſſumi: eumq; locum qui in ipſo de quo agiť hæret, in quatuor ſpecies ſecuit, i. a toto, a partibus, a nota, ab affectis. ſuperioribus quidem tribus exempla ſubiecit, quę nos primo uolumine quantum diligenter fieri potuit, explicauimus. Reſtat is locus quem poſuit quartum, ideſt ab affectis. huius cum multæ ſint ſpecies, integri atque indiuiſi proponere non potuit exemplum. Nam quorum facienda partitio eſt, melius per ſingula membra diſpoſitis, aperiuntur exemplis. Hunc igitur locum diuidit hoc modo, Locus qui ex affectis eſt, partim ex coniugatis, partim ex genere, partim ex forma deſcendit: ex ſimilitudine etiam & ex differentia, & ex contrario: necnon etiam ex coniunctis, ex antecedentibus ex cōſequentibus ex repugnantibus ex cauſis etiam atq; ex effectis cauſarum, & ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorū quę omnia Tullius paulopoſt conuenientibus rerum ſimilitudinibus illuſtrat, Nūc illud nobis dicendum eſt; quę ſit affectorum natura & quid habeant proprietatis. Sunt .n. affecta, quæ quodammodo ad aliquid referri poſſunt; & cognata ſunt ad id, ad ꝙ referuntur. Omnia vero quæ ſe aliqua relatione reſpiciunt, aut amica inter ſe, aut diſſidentia conferuntur. Si amica: vel ſubſtantialiter, vt genus, forma, antecedentia, conſequentia, cauſa. effectus: vel in qualitate, vt coniugatum, ſimile, coniunctum: uel in quantitate, vt paria. Quę vero ſibi diſſidentia conferuntur, partim a ſe differentia ſunt tantum, partim aduerſa: ſed aduerſa, partim in qualitate vt contraria, & repugnantia: partim in quantitate, vt maius ac minus. Quę cum ita ſint, manifeſtum eſt, & amica ſibi cognationis relatione coniungi, & diſſidentia hoc ipſo quo ſibi aduerſa ſunt, ad ſe inuicem comparari. Nam quæ amica ſunt, amicis amica ſunt: & diſſidentia, a diſſidentibus diſſident. Ita igitur & genus formæ genus eſt: & forma generis forma: & antecedentia conſequentium antecedentia: & conſequentia antecedentium conſequentia. & cauſa effectuum cauſa, & effectus cauſarum effectus; & coniugata coniugatis coniugāta ſunt, & ſimile ſimili ſimile: & coniunctum coniuncto coniunctum: & paria paribus paria, & differentia differentibus differentia: & maiora minoribus maiora: & minora maioribus minora ſunt; & contraria contrarijs contraria: & repugnantia repugnantibus repugnantia ſunt. Affecta igitur ſunt quæ cum a ſe inuicem diuerſa ſint, ad ſe inuicem tñ referuntur. Sed quo ordine Tullius ſuperius deſcripſit locos: nos definitiones omnibus apponemus Eorum igitur quę ad ſe inuicem affecta dñr in M. Tullij diſputatione prima ſunt coniugata. ſed Coniugata voco, quęcunq; ab vno nomine varia prolatione flectuntur, vt a iuſtitia, iuſtus, iuſtum, iuſte. Hæc inter ſe cum ipſa iuſtitia, vnde eorum vocabulum fluxit, coniugata dñr. Genus vero ꝙ de multis ſpecie differentibus in eo quod quid eſt, prędicatur, velut animal dicif de homine atq; equo, quæ ſpecie differunt, & in eo quod quid ſit prædicatur. Interrogantibus enim nobis quid ſit hō vel equus: Rñdetur animal. Quod genus, licet neceſſe ſit ab eo eſſe diuerſum cuius genus eſt: cognatum tñ eſt ei, quia ad id ſubſtantiæ relatione coniungif. Species etiam eſt, de qua genus ſuperius prædicatur, q̄ Cicero formam vocauit, velut homo animalis. Similitudo eſt unitas qualitatis. Nā duo quæ ſibi ſimilia ſunt, eandem neceſſe eſt habere qualitatē. Et quoniam ipſum ſibi ſimile eſſe non poteſt aliud neceſſe eſt ſimile conſideretur. ſed aliud eſſe non poterit, niſi fuerit in aliqua parte diuerſum. Ergo ſimilia, a ſe in alia quidē re diuerſa ſunt, in alia vero congruunt. In ea vero re, qua ſimi qualitatē congruunt. eſſe ſimilia intelliguntur, in eaq; ad ſe ſimilitudinis illius copulatione referuntur. Differentia eſt, qua vnūquodq; differt ab alio: vt hō ab equo rōnabilitatis differentia diſcrepat. Hæc igitur, prædicatione quidē proprię naturę ad ea refertur, quorum eſt differētia. vt rōnabilitas ad hoīem: diſſimilitudinis vero rōne, ad ea a quibus diſcrepat id cuius eſt differentia, vt rationabilitas ad bouem. Contraria vero ſunt, quæ in eodē poſita genere, longiſſime a ſe diſcrepant, vt album atq; nigrum. quæ licet in vno qualitatis genere ponantur: a ſe tñ quam longiſſime recedunt, ea quoq; ad ſe referri nullus ignorat. Aliud eſt.n. quod ſūt, aliud quod contraria ſunt. Quod.n. nigrum eſt, quale eſt. qđ vero contrarium eſt, ab albo plurimum diſcrepans eſt. Coniūcta vero ſunt, quæ vnicuiq; rei finitimam naturam tenēt, velut timori pallor adiunctus eſt. Hęc talia ſunt, vt ſæpius quidem adiunctis ſibi cohęreſcant, neque tamen ex neceſſitate his, quibus vicina ſunt, adeſſe cogantur. Nam ſæpe timori pallor aſſiſtit: non tamen ſemper, veluti cum diſſimulatione premitur metus. atque ideo veriſimilia ex adiunctis argumenta naſcuntur. Nam quęcunque coniuncta ſunt, ea his quibus adhærent, indicio eſſe ſolent. Sed de his in poſteriore diſputatione diligentius diſſeram. Antecedentia vero ſunt, quibus poſitis aliud neceſſe eſt conſequatur. vt quia bellum eſt, eſſe inimicitias neceſſe eſt. Hęc ordinis neceſſitatem tenent. conſequentia enim ab antecedentibus ſeparari nequeunt. Conſequens vero eſt quicquid, id quod antecedit inſequitur. vt inimicitię bellum conſequuntur. Nam ſi bellum eſt, inimicitias eſſe neceſſe eſt. habetque locus hic illud notabile & ſpectandum, quòd ſępe quę naturaliter priora ſunt: tamen ipſa ſunt conſequentia. Sępe quę naturaliter antecedunt, & in propoſitione priora ſunt. Nanque inimicitię prius exiſtere, quam bella ſolēt. Sed non poſſumus proponere inimicitias vt bellum ſequatur. Non enim poſſumus vere dicere, ſi inimicitię ſunt, bellum eſt: ſed pręponimus bellum, & inimicitię quę natura priores ſunt, ſubſequuntur: ita, ſi bellum eſt, inimicitię ſunt Nunc igitur inimicitię, quæ naturaliter bellum pręcedunt eadem bella in propoſitione comitantur. At ſi dicam ſi ſuperbus eſt, odioſus eſt. Superbia & naturaliter & in propoſitione odium præcedit. prius enim ſuperbia conſueuit exiſtere: poſt vero atque ex eadem ſuperbia ueniens odium ſequi. Nec intereſt vtrum naturaliter quęlibet antecedat res aliquam, an vero conſequatur, dum id in propoſitione annotemus, eam eſſe rem antecedentem, quæ ſiue naturaliter prior ſit, ſiue poſterior, alteram tamē rem ſecum neceſſario trahāt. Repugnantia uero intelliguntur quoties id ꝙ alicui contrariorum naturaliter iunctum eſt, reliquo cōtra-

rio comparatur, vt quoniam amicitię atq; inimicitię contraria ſunt. inimicitias vero conſequitur nocēdi voluntas. amicitia & nocendi voluntas, repugnantia ſunt. Hęc quoque ad ſe contrariętatis ſimilitudine referuntur. Cauſa eſt qua pcedente aliquid efficitur, vt cauſa diei eſt Solis ortus. Effectum qđ præcedens cauſa perficit, vt dies quem Solis ortus emittit. Maiorum vero cōparatio eſt, quoties ei ꝙ minus eſt, id quod maius eſt comparatur. vt ſi nemo innocens pelli in exillium debet: multo magis ne Tullius quidem, qui non innocens ſolum, verum etiam patriæ fuit liberator: plus eſt enim patrię eſſe liberatorem, quā innocētem. Parium vero, quoties inter ſe paria comparantur. vt ſi hic ciuis innocēs pelli in exilium non debet, qa īnocēs eſt: nec ille quidē qui eſt īnncens carere patria iuſte poteſt. Minorum vero, quoties minora maioribus conferunt: vt ſi Ciceronem liberatorē patriæ pmio nemo dignū putauerit: nemo eū putet præmio dignum, qui cum tm̄ innocens fuerit, nulla in rempublicam contulit merita, Hęc itaq; omnia cognata ſibi eſſe, & ad ſe referri inuicem, & ſe velut e regione conſpicere nullus ignorat. Nam, vt de coniugatis primum loquamur, & iuſtitia ad id quod iuſtum eſt, vel id qđ iuſte fieri pōt, ſpectat, & eum qui iuſtus eſt, perficit. Cætera quoq; habent ad ſe nō modo vocabuli cognationem, verū etiā cuiuſdam naturæ congruētiam, ita tñ vt a ſe diuerſa ſint. Neq; idem eſt iuſtitia, qđ iuſtus. Omne.n. quicquid ab aliquo inflectitur, ab eo a quo inflectitur eſt diuerſum, eidemque cognatum, a quo ēt pbatur inflexum. Genus ēt cognatum eſſe ei cuius genus eſt, id eſt ſpeciei, q̄ Cicero formam vocauit, dubium non eſt. Genus em̄ ſpeciei genus eſt & ſpecies generis ſpecies. itaq; ad ſe inuicem referūtur, licet idem genus ac ſpecies nō ſint. Illud ſane vitendum eſt, qm̄ quas nos ſpecies nuncupamus, eas Cicero formas vocat. Cui qdem, dū quod dicit intelligā, cōcedā libenter quibus voluerit, vti nominibus mihi vero non idem cōcedi poteſt. Nam qui explanationis lumē profeſſus eſt, in his verbis debet, quę ſunt in vſu poſita, verſari. Id autem quod ſupponitur generi, vt ſpecies, quā forma potius nuncupetur, vſus obtinuit. Iam vero ſimile niſi ſimile eſſe non poteſt; & quod differt, niſi a diſſimili differre non poteſt. Contraria etiam contrarijs intelliguntur eſſe contraria, coniunctaq; coniunctis adhęreſcunt. Et quę ſunt antecedentia, aliquid quod poteſt conſequi, antecedunt: Id ēt quod eſt conſequens illud quod anteceſſit, inſequitur. Omne quinetiam repugnans, repugnāti ſibimet intelligitur inimicum, Cauſa inſuper effectus ſui cauſa eſt. Quod em̄ quęuis cauſa efficit, eius rei quam efficit cauſa eſt. Effectus quoque cauſę alicuius effectus eſt. Comparatio vero maiorum minora reſpicit, minorum vero maiora, parium paria: atque in omnibus ea natura eſſe deprehēnditur, vt cū per ſe res quædā ſint diuerſę ab his ad quæ referuntur: affecta tamē eſſe, dū comparantur, appareant; diuerſa vero eſſe ab his ad quę referantur, illa res approbat, quoniam nihil ad ſeipſum referri poteſt. Quæ cum ita ſint, iure affecta ſunt nuncupata. Quæ omnia eius loci qui ex affectis ducitur, ſpecies uel formæ ſunt, ipſo etiam teſtante Cicerone, qui ait, Sed hoc genus in plures partes diſtributum eſt. Cum.n. genus dixit, quas ſcindit a genere ſpecies eſſe ſignificauit. Præterea omnia hęc, & nomē generis ſuſpiciūt & definitionem. Affecta enim ſunt ad aliquid, quę ad id, ad qđ affecta ſunt referri queunt. Coniugata vero, & genus, & forma, & cętera, ad ea ſemper ad quę ſunt affecta, referuntur. Sed ut in ſuperioribus locis dictum eſt, qui in ipſo de quo agitur hærebant, id eſt ex toto, ex partibus, ex nota: vt ex toto eo intelligatur termino, qui fuiſſet in quęſtione propoſitus. Itemque ex eius partibus, atque ex eius nota. Eodem modo etiam in his quæ affecta ſunt dicemus, ad eum terminū affecta conſiderari, qui ſubiecti vel prædicati loco poſitus continet quęſtionem. Supereſt nunc illud dicere, cur quę affecta ſunt, in ipſo de quo agitur eſſe dicantur. Etenim in ipſo de quo agitur termino, quatuor locos eſſe ſignificauit Cicero, id eſt ex toto, ex partibus, ex nota, ex affectis. Quorum tria quidem ſuperiora manifeſtum eſt in eo hærere, de quo agitur termino. Definitio.n. cuiuſlibet rei, quod totum eſt, in illo ipſo eſt, qđ definit. Partes ēt in ipſo illo ſunt, quod collectione coniungunt. Nota ēt in illo eſt, quod appellatione ſignificat. Affecta vero extrinſecus poſita vñr, quippe q referuntur ad id, ad ꝙ affecta ſunt, i. ad id de quo agitur, q̄ non referentur, niſi extrinſecus poſita intelligerentur. Cur igitur ea ēt q̄ affecta ſunt, ad id, de quo agitur, inter eos numerauit locos, qui ipſi de quo q̄ritur, termino cohęrent? dicendū eſt, Qm̄ id ꝙ adhęrere dicit̃, nō idē eſt, ei cui adhęrere, prædicat̃, q̄ cum diuerſa ſint, cogitatione tñ quadā intelligunt̃ eſſe coniuncta: veluti non idē definō, ꝙ ipſa res, q̄ definitione deſcribitur. Si.n. definitiō clarius efficit id ꝙ definit: nihil vero ipm̄ ſeſe clarius efficit id ꝙ definit: nihil vero ipm̄ ſeſe clarius q̄ eſt efficere pt: manifeſtum eſt id ꝙ definitur, a definōne eſſe diuerſum. Sed idcirco hęrere definōnem in eo ꝙ definitur dicimus, quia eſt ei cognata atque coniuncta. quippe q̄ dum eius proprietatē ſignificat, ab eius ſuba non recedit. Partes ēt ac notę diuerſa ſunt ab eo, ꝙ vel copulatur, vel deſignant. Sed quia illę ppoſitum terminū iungunt, illę ſignificāt, hñtes aliq̄ cum propō termino cognatinnē in ipſo de quo agitur, hęrere perhibent̃. Ita ēt in affectis, licet extrinſecus ſint: neq; .n. idē ſunt, quod ea ſunt ad q̄ intelliguntur affecta. neceſſario tñ, quia aliq̄ cognationem cum his habere cōſiderantur, in ipſis hęrere dicuntur, ad quæ affecta ſunt. Qui uero eorum naturalis ordo ſit, vel quæ differentia, vel q̄ ſit alia locorum partitio, licet in Topicis differentiis opportunius expediendum ſit: tñ cū exempla Cicer. q̄ in his explicandis attulit, expoſuero, ſubiungam.

*Cōiugata dicūtur, quæ ſūt ex uerbis generis eiuſdem. Eiuſdem autem generis verba ſunt quæ orta ab uno variæ commutātur, ut ſapiens, ſapienter, ſapientia. hæc uerborum coniugatio συζυγία dicitur, ex qua huiuſmodi eſt argumentum: Si compaſcuus ager eſt, Ius eſt compaſcere.*

9. Definitio coniugatorum a Cicerone prolata talis eſt. Coniugata dicuntur, quæ ſunt ex verbis generis eiuſdem, id eſt quę ab vno verbo variis inflectuntur modis. Ex eodem quippe genere verba ſunt: Iuſtitia, iuſtus, iuſte, iuſtum & quęcunque alia in diuerſas poſſunt vocabulorum ſpecies inflecti. Quæcunque enim ab vno quolibet orta varie commutantur, hæc a Gręcis quidem συζυγα dicuntur, apud Latinos vero coniugata. Nam quod .. συζυγίαν dīt, nos cōiugationem appellamus. Hæc autem ſunt, vt ſapiens, ſapiēter, ſapientia, & quęcunque in varias partes orationis, variaſq; inflexiones, ab vno quodam ducta cernuntur. Ex coniugatis igitur argumenti naſcētis hoc exēplū eſt, Sit.n. dubitabile, an in aliquo agro mihi atque vicino ſimul paſcere liceat pecus: id eſt, an ius ſit compaſcere. Subiectū igitur eſt ager: cōpaſcere vero prędicatum. Faciemus itaq; argm̄ hoc modo. Hic de quo quęritur ager compaſcuus eſt, in compaſcuo aūt licet compaſcere, in hoc igitur agro licet compaſcere. Hic igitur compaſcendi iuris argm̄ ex compaſcuo ſūptum eſt, ex coniugato videlicet. Compaſcere em̄ & compaſcuum coniugata ſunt. Sumptum uero eſt argm̄, ius eſſe compaſcere, quoniam ſit ager compaſcuus. ſed coniugatum eſt compaſcuum ei quod compaſcere. A coniugatis igitur ſumptum eſt argumentum: quod coniugatum in ipſo eſt de quo agitur, i. in compaſcendo. omnia enim ex eodem fluunt, & ſui ſunt continētia, atq; ſe reſpicientia. Factū igitur argumētum ex eo quod eſt in ipſo, ab affectis, id eſt a cōiugatis. Maxima vero propoſitio eſt, Coniugatorū in eo quod coniugata ſunt, vnam atque eandem eſſe naturā. vel ſic, Cui conuenit aliquid, huic etiam coniugatum eius poſſe inciari.

*A genere ſic ducitur, Quoniam argentum omne mulieri legatum eſt, non poteſt ea pecunia, quæ numerata domi relicta eſt, non eſſe legata. Forma enim a genere quo ad ſuum nomen retinet, nunquā ſeiungitur: nume*

rata

*rata autem pecunia nomen argenti retinet: Legata igitur videtur.*

10 Genus eſt quod de qualibet ſpecie in eo quod quid eſt prędicatur. In eo aũt quod quid eſt prędicari dicitur qđ de qualibet ſpecie interrogãtibus, quid ſit rñderi conuenit: & eius de qua rñdetur ſpeciei ſubſtantiã monſtrat. Sẽper vero genus propria ſpecie maius eſt: eamq; intra ambitũ ſuæ prędicationis includit. Quo fit, vt q̃uis in alia quoq; diſpartiri genus poſſit, ſpeciẽ tñ ſuam nullo modo derelinquat, velut animal quidẽ prædicatur de homine, & hominis ſubſtantiã monſtrat: interrogantibus.n.nobis quid eſt hõ, aĩal rñdet. Idem tñ deduci in alia põt, velut in equum, atq; bouẽ, quæ animalia nuncupantur. Sed ita deducitur in diuerſa, vt vnã quamq; earum ſpecierum quas continet, non relinquat. Vbicunq;.n. fuerit homo, neceſſe eſt vt ibi ſit animal, homo.n. animal eſt. Idemq; de boue, ac de cæteris. Ergo liquido demonſtratũ, nomen gñis a ſpecie nullo modo ſeparari. Qđ ſi aliqñ gñis vocabulum vniuerſaliter, neceſſe eſt omnes ſpẽs deſignari, vt ſi quis dicat, omne animal, & hominẽ deſignabit & bouem, & cęteras oẽs ſpẽs ſub animalis nomine collocatas. Quę cum ita ſint, Quidam teſtã mulieri argentum omne legauerat: Quæritur an ei ẽt numerata pecunia ſit legata: numerata igitur pecunia in hac q̃ône ſubiectum eſt, legata vero prędicatum. Conſidero igitur in alterutro eorũ quidnã inſit, vt ex eo qđ in ipſo eſt, aliquod argm̃ requirã: video ſubiectum terminum, qui eſt numerata pecunia, habere argentum genus, quod affectum eſt.ſ. ad ſpeciem ſuã, ad quam refertur. Quæ.n. ad ſe inuicem referuntur, affecta ſunt. Ergo qm̃ argentum omne legatum eſt, & genus ſpeciẽ propriam non relinquit, neceſſe eſt numerata quoq; pecunia ſit legata. Nam cum omne gñis legatum ſit, nihil de ſpeciebus videtur exceptum: velut ſiquis dicat omne animal uiuere, non, vt arbitror, tm̃ hominem, vel bouem, vel equum, vel ſigillatim cętera, vel vnũ, vel plura viuere dicit, vt tñ aliqua cum ſint animalia, vitę munere carere contendat, ſed omne prorſus quicquid fuerit animal, viuere proponit. Cũ igitur omne genus, id eſt omne argentum legatum ſit, nulla ſpẽs excipitur. At numerata pecunia argentum eſt: fit igitur vt numerata quoq; pecunia legati vocabulo poſſit includi, Eſt igitur q̃o quidem, vt dictum eſt, An numerata pecunia legata ſit. Argumentum ab eo quod in ipſo eſt, id eſt a genere, quod ineſt propriæ ſpeciei, quod ita ineſt, vt ad id referatur, hoc autem eſt argentum. ab affectis vero, ideſt a gñe, prędicatur enim, vt genus argentum de numerata pecunia. Interrogantibus.n. nos quid ſit numerata pecunia, iure rñdemus, argentum. Maxima propoſitio eſt: Cui conuenit omne genus, eidem vnãquamq; ſpem conuenire. Quam M. quoque Tullius diuerſis quidẽ verbis, ſed eadem ſignificatione propoſuit dicens. Forma enim a genere quoad ſuum nomen retinet, nunquã ſeiungitur, numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur videtur.

*A forma generis, quam interdum, quo planius accipiatur, partem licet nominare, hoc modo: Si ita Fabiæ pecunia legata eſt à viro, ſi ei uiro materſamilias eßet, Si ea in manũ nõ cõuenerat, nihil debetur. Genus.n. eſt uxor, eius duæ formæ, una matrũfamilias, hæ sũt quæ in manũ conuenere: Altera earum quæ tantummodo uxores habẽtur, qua in parte fuerit Fabia, legatum ei non uidetur.*

11 Species eſt, quę proprijs differentijs informata ſub prædicatione generis collocatur. Differentiæ vero proprię a cęteris eam ſpeciebus ſeparant atque ſeiungunt. velut homo cum ſit animalis ſpecies, differentijs informatur rationabilitas atque mortalitatis, & ſeiungitur ab his animalibus, quæ ęterna ſunt, velut Sol a Platonicis creditur, & ab his animalibus, quę ſunt rationis expertia. Cum igitur omnes ſpecies inter ſe proprijs differentijs diſtent, neceſſe eſt, quòd de altera ſpecie dicitur, id in aliam non poſſe tranſferri, velut qđ de homine dicitur ſpãliter, idem de equo, atq; boue non poſſit intelligi. Ducitur ãt a ſpecie, quoties genus ipm̃ veluti in quandã contrahitur portionem. Velut ſiquis dicat, Illud animal ſibi adduci debere, quod ſit rónale & mortale. Non vtiq; de equo, vel boue, aut de cæteris, niſi tm̃ de homine dictũ eſſe intelligitur. Vt igitur gñaliter dictum genus oẽs ſpẽs claudit, cum quis dicit omne aĩal: ſic quodlibet animal deſignatam ſpeciem facit. quę cũ ita ſint, a forma generis, id eſt a ſpecie gñis tale ſit argm̃, quam formam generis, Cicero partem ſępe nominat, quod id quod dicitur planius fiat. Notius.n. nomen partis eſt, quã formę. quo autem diſtet forma a partibus & nos ſtrictim ſuperius diximus, & paulopoſt a Cicerone ipſo latius explicabitur. Nunc de propoſitio videamus exemplo. Vxoris ſpẽs ſunt duæ, vna matrumfamilias: altera vſu, ſed cõi gñis noĩe vxores vocantur. fit vero id ſępe, vt ſpẽs iiſdem nominibus nũcupentur, quibus & gña. mater vero familias eſſe non poterat, niſi quæ conueniſſet in manũ. hæc autem certa erat ſpẽs nuptiarum. Tribus.n. modis vxor habebatur, vſu, farreatione, coemptione, ſed confarreatio ſolis pontificibus conueniebat. Quę autem in manum per coemptionem conuenerant, hę matresfamilias vocabantur: Quę vero vſu vel farreatione, nomine. Coemptio vero certis ſolennitatibus peragebatur, & ſeſe in coemendo inuicem interrogabant, vir ita, an mulier, ſibi materfamilias eſſe vellet. illa reſpondebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet, ille reſpondebat, velle. Itaq; mulier, viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ, per coemptionem, & erat mulier materfamilias, viro loco filię. Qua ſolennitatem in ſuis inſtitutis Vlpianus exponit. Quidã igitur extremo iudicio, omne Fabiæ vxori legauit argentum, ſiquidem Fabia ei non tantum vxor, verum etiam certa ſpecies vxoris, id eſt materfamilias eſſet. quæritur an vxori Fabię legatum ſit argentum. Vxor Fabia, ſubiectum eſt. legatũ argentum, prędicatum. Quęro igitur quod nam ex his argumentum ſumere poſſim, quæ in q̃ône ſunt poſita. ac video vxori duas ineſſe formas: quarum vna tantum vxor eſt, altera materfamilias, quę in manum conuentione perficit. Qđ ſi Fabia in manum non conuenit, nec materfamilias fuit, id eſt non fuit ea ſpecie vxoris, cui argentũ omne legatũ eſt. Quocirca qm̃ id quod de alia ſpecie dicitur, in aliam dici non conuenit; cumq; Fabia præter eam ſpeciem ſit, quę in manum conuenerit, id eſt quę materfamilias ſit, & vir matrifamilias legauerit argentum, non videtur Fabiæ eſſe legatum. Quæſtio igitur, vt dictum eſt, an vxori Fabię omne argẽtum legatum ſit. ſubiectum, vxor Fabia. prædicatum vero, legatum argentum. Argumentum ab eo, quod eſt in ipſo, de quo quæritur, id eſt ab eo quod eſt in vxore, de qua quæritur. Eſt autem in vxore, de qua quęritur, ſpecies vxoris: ea .ſ. quæ in manum non conuenit, quæ ad eam affecta eſt. Omnis.n. ſpecies ad ſuum genus refertur, id eſt forma factum eſt igitur argumentum ab eo quod eſt in ipſo, ab affectis, a forma generis. Maxima propoſitio eſt, Quod de vna ſpecie dicitur, id in alteram non conuenire.

*A ſimilitudine, hoc modo. Si ædes exeſæ corruerũt, vitiũve fecerunt, quarũ vſusfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet, nec reficere: non magis quam ſeruum reſtituere, ſi is cuius vſusfructus legatus eſt, deperiſſet.*

12 Similia dicuntur, quæ eiuſdem ſunt qualitatis, ex quibus hoc modo ſumitur argumentum. Quidam teſtamento ędiũ vſumfructum legauit, id eſt conceſſit ædes, vt his alius dum viueret, vteretur. hę cœperunt vel vitium facere, ideſt ruinam minari, vel etiam corruerunt. Petit igitur ab heredeis, cui ędium vſusfructus legatus eſt, vt earum ſibi adium quę a teſtatore legata ſunt, damna compenſet; & ędes quę vitium fecerunt, vel corruerunt, reſtituat. Quæritur an earum ædium, quarum vſusfructus legatus ſit, vitium vel ruinam heres reſtituere cogatur. Hic igitur ſubiecta quidem oratio eſt, veluti quidam terminus, ędium quarũ vſusfructus legatus ſit,

tus ſit, ruinam vel vitium. Prędicata vero oratio, loco termini conſtituta, ab hęrede reſtitutio. Sumo igitur a ſimili argumentum, hoc modo, Quoniam ſiquis ſerui vſumfructum legauerit, iſq; ſeruus aliquo modo deperierit, non cogitur reſtituere hęres ſeruum: ne nunc quidem cogetur hęres reſtituere ædes, quæ in vſumfructum legatæ, ruinã, vitiumve fecerunt. Simile eſt.n. ſerui vſusfructus legatio, ædium vſusfructus legationi. Simile eſt etiam ſeruum in vſumfructũ legatum ſi deperierit, ab hærede non reſtitui, & ędium in vſumfructum legatarum vitium ruinamve ab hærede nõ reſtitui. Eſt igitur quæſtio quidem, An ædium in vſumfructum legatarum vitium, vel ruinam hæres reſtituere cogatur. Terminus vero, ſubiectus quidem, ædium in vſumfructum legatarum vitium vel ruinam: Prædicatus autem, ab hęrede reſtitutio. Argumentum vero ab eo quod in ipſo eſt, ideſt ab eo quod ineſt, vel ruinæ, vel vitio ædium in vſumfructum legatarum. Id autem eſt affectum, id eſt ſimilitudo. Omnis .n. ſimilitudo ei ineſſe perpenditur, quod eſt ſimile. ſimilitudo vero eſt ſerui vſusfructus legati pereũtis, quem reſtituere hęres non cogitur. Maxima vero propoſitio. Similibus rebus eadem conuenire.

*A differentia: Non ſi vxori vir legauit argentum omne quod ſuum eſſet, iccirco quæ in nominibus fuerunt, legata ſunt. Multum enim differt in arcane poſitum ſit argentum, an in tabulis debeatur.*

13 In rebus plurimum differentibus quod de altera earum dicitur, non videtur in alteram conuenire. Id cum ita ſit, quidã argentũ ſuũ omne legauit vxori. Illa pecuniam quoq; q̃ in nominibus debeatur, ſuam eſſe dicebat; quod omnis pecunia nomine vocaretur argenti. Quæritur an id quoq; argentum, quod in nominibus debebatur, legatum ſit. Hic igitur ſubiectus eſt terminus, argẽtum quod in nominibus debeatur, legatum vero, prædicatus. A differentia igitur faciemus argumentationem, hoc modo. Item de plurimum differentibus ſ[illegible] intelligi non põt. Plurimum vero differt argentum: in arca ne ſit poſitum, an in nominibus debeatur. Nam quę poſita in arca pecunia eſt iuris eſt noſtri, in nominibus vero debita, nõ eſt noſtra. nã quod mutuũ datur, ex meo fit accipientis. atq; ideo non cogitur eandẽ ipſam pecuniã debitor reſtituere creditori, ſed aliam tãtam. In arca vero poſita pecunia, & in nominibus debita, non ſunt argenti vel pecunię ſpecies, ſed differentiæ: nã argenti ſpecies, ſignatũ ac non ſignatum eſſe dictę ſunt. Qualitas vero pecunię, in poſſeſſione poſitæ vel non poſitæ, ſed non modis omnibus alienę, in his differentijs conſtat, vt alia ſit in arca poſita reliqua in nominibus debebatur. atq; hoc idcirco dictum eſt, nequis non à differentijs, ſed a ſpecie in argumentationem ductam putaret. Qualitas .n. ſubſtantialis non ſpeciebus, ſed differentijs annumeratur. Cum igitur ſuum omne quod fuerit argentum, vir vxori legauerit; cumq; manifeſtum ſit, id ad eã pertinere, quod fuerit ſuum legátis, id eſt quod in arca fuerit conditum; non poteſt idem intelligi de eo quod in nominibus debebatur, ab eo quod in arca poſitũ eſt plurimum differt. Facta eſt igitur argumentatio ab eo qđ in ipſo inerat, de quo quęrebat̃. Quærebatur vero de argẽto in nominib. debito. In hoc vero inerat propria differẽtia, qua ab alio differebat argẽto, eo.ſ. qđ in arca poſitum fuerit. Id vero eſt affectũ, id eſt differẽtia. Maxima vero ꝓpoſitio, De rebus plurimum differentibus, idem intelligi non poſſe.

*Ex contrario autẽ ſic: non debet ea mulier, cui vir bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Vſus .n. non abuſus legatus eſt. ea ſunt inter ſe contraria.*

14 Quod de aliqua re dicitur, id in eius contrariorum non poteſt cõuenire. Idem enim de duobus contrariis intelligi nullo modo poteſt. Quidam igitur ſupremę uoluntatis arbitrio vxori bonorum ſuorum vſumfructum legauit: mulier cellas uinarias oleariaſq; plenas ad vſumfructũ propriũ deuocabat. Quæritur an penus quoq; vſusfructus legatus ſit. penus igitur vſusfructus ſubiectus eſt; legatus, prædicatũ. A contrario igitur ſumitur argũ, hoc modo. Vtimur his q̃ nobis vtentibus permanent; his vero abutimur, quæ nobis vtẽtibus pereunt. ergo cũ permanere ac perire contraria ſunt, vſus quoq; & abuſus contraria neceſſe eſt iudicentur. Qđ ſi cætera quidẽ vtendo permanent, cellę ãt vinarię atq; oleariç vtendo conſumuntur: aliarum quidẽ rerũ vſusfructus eſſe põt, penus vero non põt vſus eſſe, ſed potius abuſus. Ergo cum vir vxori vſumfructum bonorum ſuorũ legauerit, non potuit legare contrariũ, quod eſt abuſus. eſt vero abuſus vini atq; olei. uinum igitur atq; oleum ad vſumfructum mulieris nõ põt pertinere. Argũ ab eo quod in ipſo eſt, de quo agitur, i. ab vſusfructus legatione atq; ab affecto. i. contrario contraria vero in contrariis non ita ſunt, tanq̃ definitio in eo quod definitur, ſed tanq̃ relatio. Omnis .n. relatio in relatiuis, omniaq; contraria non id quod ſunt, i. qualitates, ſed hoc ipſum quod contraria ſunt, in contrariis eſſe dñr: quia non ſcđm qualitatem propriã, ſed ſcđm diſtantiã plurimã ſibi inuicem conferuntur. Maxima propoſitio eſt, Quod alicui conuenit, id eius contrario non conuenire.

*Ab adiunctis: Si ea mulier teſtamentum fecit, quæ ſe capite nunquam diminuit, non videtur ex edicto Prætoris ſecũdũ eas tabulas poſſeſſio dari; adiungitur enim vt ſecundum ſeruorum, ſecundum exulum, ſecundum puerulorum tabulas poſſeſſio uideatur ex edicto dari.*

15 Adiuncta ſunt, quę proximum ac finitimũ locũ tenent, vt ſi vnũ eorũ quolibet extiterit mõ, alterum quoq; vel extitiſſe, vel extare, vel extaturũ eſſe uideat̃ hæc .n. ſibi quaſi vicina ſunt Quę vero in exiſtendo ſibi ſunt ꝓxima, hęc vel antecedere rẽ volunt, vt amor ſæpe concubitum: vel ſimul eſſe, vt pallor & timor: vel euenire poſterius, vt poſt iracundiam cędes. Eaq; eſt adiunctorum natura, vt quamuis ſeparari quidem poſſint, tñ ſeſe inuicem monſtrent. Nam neq; qui amauit, neceſſario potitus eſt: & ſæpe qui potius eſt, nõ amauit, Nec qui pallet, neceſſario, timet, & ſæpe non timẽs pallet. Nec ex neceſſitate iratus occidet, & occidit ſæpe aliqs non iratus. Sed tamen ſi de ſingulis inquiratur, eum concubiſſe, qui amauit, & pallere qui timet, & occidiſſe qui fuerit iratus, veriſimile eſt: nõ quod ita neceſſe ſit, ſed quia ex vicinis vicina colligimus. Nam quod ad exemplum attinet huius argumenti, hęc ſimilitudo eſt, Capitis diminutio, eſt prioris ſtatus permutatio. Id multis fieri modis ſolet, vel maxima, vel media, vel minima. Maxima eſt, cũ & libertas & ciuitas amittitur, vt deportatio. Media vero, in qua ciuitas amittitur, retinetur libertas, vt in Latinas colonias trãſmigratio. Minima, cum nec ciuitas, nec libertas amittit̃, ſed ſtatus prioris qualitatis imminuitur, velut adoptatio, aut quibuslibet aliis modis prior ſtatus, retenta ciuitate, potuerit immutari. Mulieres vero antiquo iure tutela perpetua continebat. Recedebant vero a tutoris poteſtate, quę in manũ viri conueniſſent. itaq; fiebat eis prioris ſtatus permutatio; & erat capite diminuta quæ uiri conueniſſet in manũ. Quędam igitur quę ſe nunquã capite diminuiſſet, ideſt q̃ in manum uiri minime conueniſſet, ſine tutoris auctoritate teſtamentum fecit. Quęritur an ſcđm eius tabulas ex edicto Prętoris debeat dari poſſeſſio Hic ſubiectus quidẽ terminus, mulieri nunquã capitæ diminutæ tabulę. prędicatus uero, poſſeſſionis conceſſio. Sumitur ergo ab adiunctis argumentũ, hoc modo. Nam ſi ſecundum mulieris tabulas nunquam capite diminutę poſſeſſio detur: nihil cauſę eſt, cur non ſecundum puerulorum quoque, & ſeruorum tabulas, ex edicto Prętoris poſſeſſio permittatur. Quid enim officere poteſt, ne ſecundum mulieris nunquam capite diminutę tabulas poſſeſſio deferatur? Id ſcilicet, quod ea quæ teſtamentum confecerat, ſui non fuit iuris. quod idem & de pueris, & de ſeruis dici poteſt. Illorum enim ętas, iſtorum condi-

tio,

tio, in alterius ſita eſt poteſtate. Adiungitur ergo, Si ſm̃ mulieris, quę in ſuo iure non eſſet, tabulas, poſſeſsio detur: ſm̃ puerulorum quoq; & ſeruorum tabulas poſſeſsionem dari, qui ſui iuris minime ſint, quandoquidem illi ſub tutoris, iſti ſunt ſub domini poteſtate. Proximum nanque eſt rei de qua quęritur, qđ eius eſt conſequens, & poſtea exiſtens, vt ſm̃ ſeruorum puerorũq; tabulas bonorum poſſeſsio detur, ſi illud qđ eſt in q̃one conceditur. Quæritur.n. an ſecũdum mulieris tabulas nunquam capite diminutę poſſeſsio detur. Quam rem conſequitur, ut ſi id fiat, ſecundum ſeruorum quoque, puerorumque tabulas deferatur. quod quia fieri non opotet: ne rei quidem pręcedentis exiſtere debebit exẽplum. Nec tñ neceſſaria eſt conſequutio, ſed vicina. Nã fieri poteſt, vt recipiatur ſolum, ſecundum mulieris tabulas poſſeſsionem dari: non vero id, vt ſecundum tabulas ſeruorum vel puerorum poſſeſsio concedatur. Sed proximum eſt, vt qui nunc hoc recepit, poſterius illud admittat. Eſt igitur argm̃ ad adiunctis, ideſt ab eo quod in ipſo hæret, de quo quęritur. eſt autem q̃o de mulieris nunquam capite diminutę tabulis, ab affectis ſcilicet ab iunctis. Maxima propoſitio, Ex adiunctis adiuncta perpendi.

*An antecedentibus autem, & cõſequentibus, & repugnantibus, hoc modo. Ab antecedentibus, Si viri culpa factum eſt diuortium, & ſi mulier nuncium remiſit, tamẽ pro liberis manere nihil oportet.*

16. Antecedentia ſunt, quibus poſitis, aliud neceſſario conſequatur, licet illud quod antecedit, minus ſit atque poſterius. Minus quidem: vt, ſi homo eſt animal eſt. homo em̃ minus eſt animali, & tamen poſito homine conſequitur, vt animal ſit. Poſterius vero: ut, ſi peperit, cum uiro concubuit. poſterius .n. eſt peperiſſe quam cum viro concubuiſſe. Aliquoties vero & quod ęquale, & quod ſimul, & quod prius eſt, ponitur vt antecedens. Aequale quidem: vt, ſi homo eſt, riſibilis eſt. Simul vero, ut, ſi terra obiecta eſt, Luna deficit. Et hæc ſibi conuertuntur, ut conſequentia fiant antecedentia. vt, ſi riſibilis eſt, homo eſt, & ſi Luna defecerit, terræ adſit obiectio. Antecedens vero prius eſt vt, ſi arrogans eſt, odioſus eſt. Prius enim eſt arrogans, poſterius odioſus.. Illud tamen in omnibus manet, poſitis antecedentibus, neceſſario cõſequẽtia trahi. Exempli uero talis eſt explanatio. Ciuitatis Romanę iure, liberi retinentur in patrum arbitrio, vſque dum tertia emancipatione ſoluantur. Ergo ſi q̃n diuortium interceſsiſſet culpa mulieris, parte quadam dotis ꝓ liberorũ numero mulctabat̃. De qua re Paulus inſtitutorum libro ſecundo, titulo de dotibus, ita diſſeruit, Si diuortium eſt matrimonii, & hoc ſine culpa mulieris factum eſt: dos integra repetetur. quòd ſi culpa mulieris factum eſt diuortiũ: in ſingulos liberos ſexta pars dotis a marito retinetur, vſq; ad mediam partem dũtaxat dotis. Quare, q̃m quod ex dote cõquiritur, liberorum eſt, qui liberi in patris ptãte ſunt: id apud virum neceſſe eſt permanere. Facto igitur diuortio contenditur, An dotis pars pro liberis, apud uirum debeat permanere. Hic ſubiectum q̃dẽ eſt, factũ diuortiũ a muliere nunciatum: prædicatum uero apud virum ſextę partis dotis poſt diuortium permanſio. Q̃o: an poſt diuortium factum, muliere nuntium remittente, ſextam dotis partem apud virum manere oporteat. Quęro igitur, ſi ab antecedentibus argumentũ faciendum eſt, quid antecedat, quid conſequatur. At ſi viri culpa factum eſt diuortium: video, mulierem dotis parte non poſſe mulctari, etiam ſi prima repudii nuncium miſit. Quod enim anteceſſit, vt viri culpa fieret diuortium, id non permittit, vt dotis pars mulieri pereat: q̃uis prima repudii nuntium mittat. Non enim quia prius libellum repudii nuntiauit, dotis parte mulctanda eſt, ſed abſoluenda potius damno, ꝙ non ſua factum eſt, ſed viri culpa diuortiũ. Igitur antecedens eſt, viri culpa factum diuortium: conſequens vero, dotis partem non retineri. Nam ſi hoc eſt, illud eſt. Argumentationem vero faciam hoc modo, Si viri culpa factum eſt diuortium, ẽt ſi mulier repudii nuntium miſit, nullo mõ tamen dotis parte, mulctabitur. Sed viri culpa diuortium factum eſt: Non igitur iure mulier dotis parte mulctabitur. quod ſi non mulctabitur dotis parte: nihil in viri domo liberorum cauſa, dotis nomine relinquetur. ſed nõ mulctabitur dotis parte: nihil igitur apud virum dotis reliuquetur pro liberis. Vtriuſq; vero cõcluſio ſyllogiſmi hæc eſt, Si igitur viri culpa factum eſt diuortiũ, pro liberis manere nihil oportet. Argm̃, ab eo qđ i ipſo eſt de quo agit̃. verſat̃ q̃ppe ĩtẽtio de dotis parte, eiuſq; apud virũ, poſt diuortiũ, qđ prima nuntiauerit, retentione. hoc vero anteceſſit, viri culpa. qđ q̃a p̃cedens eſt, affectum eſt: omne enim quod pręcedit, ad id quod ſequitur, neceſſe eſt vt referatur. Maxima propoſitio eſt, Vbi eſt antecedens, ibi erit & conſequens. at in hac q̃one eſt antecedens, id eſt, viri culpa factũ diuortium: ibi igitur conſequens erit, ſextas nõ retineri Cur autem ita ſuperius argm̃ concluſionibus intexuerim: cum de his M. Tullio latius exequente tractauero, euidentius apparebit.

*A Conſequentibus: Si mulier cum fuiſſet nupta cũ eo, cui cõnubii ius non eſſet, nũcium remiſit, quoniã qui nati ſunt, patrẽ nõ ſequũtur, ꝓ liberis manere nihil oportet.*

17. Conſequentia ſunt, quæ, cum fuerint antecedentia poſita, conſequuntur: Veluti ſi dicamus, Si homo eſt, animal eſt, animal eſt conſequens. Sed in propoſito exemplo non ſatis apparet conſequentib. argm̃, ſed ab antecedentib. potius, quod paulo poſt liquebit. Filii non iure ſuſcepti, in patrum non erant ptãte, ſed matres potius ſequebãtur, Non aũt omnibus erat connubium cum Romanis; nec erant nuptiæ iure contractæ, quę aut non inter ciuem Romanum, ciuemq; Romanam inibantur. aut cui princeps populuſve ciuitatem, vel cõnubium non permiſiſſet, eo ſcilice mõ, vt in ptãtem parentum liberi redigerentur. Illud quoq; videndum, quod ex impari matrimonio ſuſcepti, nõ patrem, ſed matrem ſequuntur. Ergo quędã Romana vel cum Latino, vel cum peregrino, vel cum ſeruo, cum quo cõnubii ius nõ erat, nuptias fecit, dotem contulit; factoq; inter eos diuortio, contenditur, an nuptę mulieris cum eo cũ quo cõnubii ius nõ erat, apud virum dotis pars poſt diuortium debeat permanere. Hic ſubiectum quidem eſt nupta mulier cum quo connubium non erat: prædicatum vero, dotis partis apud virum poſt diuortium retentionis iure permanſio. Sumitur ergo a conſequentibus argm̃ hoc modo. Nam quia nuptias fecit, cum eo cum quo connubii ius nullum eſt: id conſequitur, vt liberi patrem non ſequuntur. Si autem liberi patrem non ſequũtur, ue in patris quidem ſunt poteſtate. at ſi in patris poteſtãte non ſunt, matriq; applicantur: apud virum dotis pars non poterit permanere. Hic igitur antecedens eſt, cum eo, cum quod connubii ius non erat, nuptiæ: conſequens vero, nihil pro liberis dotis nomine manere oportere. Concludatur argumentatio, Quoniã non permiſſo connubio; liberi qui procreantur patrem non ſequuntur, ne dotis quidem pars apud patrem pro liberis manere debet. q̃nquidem non patrem filii, ſed matrem ſequuntur. Probatum eſt igitur pro liberis manere nihil oportere ex hoc, ꝙ cum eo mulier nuptias fecit, cum quo connubii ius non erat. hoc vero erat antecedens. Non ergo a conſequenti, ſed ab antecedenti potius factum deprehenditur argumẽto. Quod ſi per id quod nihil dotis nomine manere oporteret, probaretur eam nuptias cum eo feciſſe, qui cum connubii ius non eſſet: recte a conſequentibus argm̃ factum eſſe diceretur. Fieret vero a conſequentibus argm̃, ſi ita poneretur, Siquid ex dote pro liberis manere oporteret, quia patrem liberi ſequuntur, cum eo nupta eſſe probaretur mulier, cum quo connubii ius erat. Aſſumo quod eſt conſequens. Sed mulier cum eo nupta non eſt cum quo connubii ius erat. Concludo antecedens. Nihil igitur dotis pro liberis manere oportebit, quia patrem liberi non ſequuntur. Argumentum, ab eo quod in ipſo eſt, de quo quæritur. Quæritur enim de his nuptiis, quarum nullum fuerit iure connubium. Ex affectis. Omne

enim conſequens ad id quod precedit refert. Maxima propoſitio eſt, Vbi conſequẽs non eſt, ibi ne antecedens q̃dem eſſe poteſt. Ac de his erit alius vberius diſſerendi locus.

*A repugnantibus; Si pater familias uxori ancillarum vſumfructum legauit a filio, neque a ſecundo hærede legauit, mortuo filio, mulier vſumfructum non amittet. Quod enim ſemel teſtamento alicui datum eſt, id ab eo inuito cui datum eſt, auferri non poteſt. repugnat enim recte accipere & inuitum reddere.*

18. Secundus hęre dicitur, qui hęredi inſtituto ſubſtituitur. Veluti ſiquis filium inſtituat hęredẽ, ſcribatque, Si is filius intra pubertatem deceſſerit, nepotem vel quemlibet alium hęredem eſſe oportere. Nepos igitur vel q̃libet, alius, ſecũdus hęres dr̃. Repugnãtia sũt, q̃(vt dictũ eſt) cõtraria ſequũtur, ſi ipſis contrarijs cõparentur. Quidã igĩ hæredẽ teſtamento ſcripſit filium, eiq; ſm̃ ſubſtituit hęredem, vxoriq; ſuæ ancillarũ vſumfructum legauit a filio, dixitque vt vxori filius eius vſumfructum ancillarum pmitteret, neq; illud adiecit vt & ſecundus hęres eundẽ vſumfructũ mulieri cõcederet. Succeſſit filius, ac mulieri, ancillarũ cõtulit vſumfructũ. Illo mortuo intra pubertatẽ, agit ſecundus hęres, & vſumfructum ancillarũ mulieri extorquere conatur, dicens vſumfructum ei a filio legatum, a ſe vero minime. Quærit vtrum ea mulier legatũ, q̃ teſtõ acceperat, inuita poſſit amittere. Hic igitur ſubiectũ eſt, legatum, q̃ teſtamenti iure, recte accepit. Prędicatum vero, inuitã poſſe amittere. Sumo igitur argm̃ a repugnantib, Repugnans vero eſt, ſi id quod contrario conſequens eſt, alteri contrario comparetur, velut in hoc ipſo quod tractamus exemplo, recte accipere, & non recte accipere, contraria ſunt, ſed non recte accipere, comitatur inuitum reddere. Iure enim inuitus reddit, quod non recte accepit, Repugnant igitur inuitum reddere ei quod eſt recte accipere. Faciemus igitur argm̃ ſic, Qui teſtamento accepit, recte accepit. Quod autem recte accipitur, inuito eo qui ſemel recte accepit, auferri non poteſt. At mulier teſtamento vſumfructum ancillarum accepit; Id igitur ei inuitę non poterit auferri, Argumentum, ab eo quod in ipſo eſt de quo agitur, id eſt de eo quod recte acceptum eſt. In ipſo vero eſt velut affectum contrarietatis modo; vt ſuperius dictum eſt. Eſt autem argumentum a repugnanti, Maxima propoſitio, Repugnantia conuenire non poſſe.

*Ab efficientib, cauſis, hoc modo: Omnibus eſt ius parietem directum ad parietem commune adiũgere, vel ſolidum, vel fornicatum. At ſiquis in pariete cõmuni demoliendo damni infecti promiſerit, non debebit præſtari q̃d fornix uitii fecerit. Non .n. eius vitio qui demolitus eſt damnum factum eſt, ſed eius operis vitio quod ita ædificatum eſt, vt ſuſpendi non poſſit.*

19. Cauſarum quidem multa ſunt genera, quæ Cicero paulo poſterius diuidit; ſed nunc de efficientium cauſarum differit argumento. Efficiens vero cã eſt, qua p̃cedente aliquid effectum eſt, non tempore, ſed proprietate naturæ velut in hoc quod nunc declaramus exemplo. Damni infecti promiſſio eſt, quoties quis promittit, Si quod damnum eius opera contigerit, ſua reſtitutione eſſe penſandum. Ius autem eſt, parieti cõi, parietem alium, vel fornicatum .i. arcum habentem, vel directum continuumque coniungere. Quidam igitur ad parietem communem, alium extrinſecus parietem iunxit, deditque ſatis damni infecti. Communis autem paries fornicatus fuit, ideſt arcum habens, vel ſignitam fabricam ſuſtinens, adiungente igitur eo qui ſatis dederat, & vt adiungeret, demoliente partem parietis quo iunctura cohęreſceret, vitium communis paries fecit. Queritur an damni infecti promiſſio cogat eum qui promiſerit, damnum reſtituere. Subiectus terminus eſt, damni infecti promiſſio: prędicatus, vitii reſtitutio. Sumimus igitur argumentum a cauſis hoc modo, Si is qui damni promiſit infecti reſtitutionem, eius vitii cauſa fuit reſtituere debet vitium quod eius accidit culpa. quod ſi ea natura parietis fuit vt ſuſpendi, ſuſtinerią; non poſſet (fornicati enim parietis non ea natura eſt, ut ſuſpendi queat) parietis potius forma, quam demoliẽtis culpa, vitium feciſſe videtur: atq; ita nõ cogit reſtaurare vitium q̃ ſe damni infecti promiſſione obſtrinxerit. Fiet igitur argumentatio hoc modo. Si penes parietis formam conſtitit, vt eo adiungente parietem qui damni infecti promiſerat, vitium fieret: id vitium, qui promiſit, pręſtare non cogitur. Fuit autem cauſa paries ut vitium fieret: qui ea fuit, natura vt ſuſpendi ſuſtinerique non poſſet. Non igitur quod fornix vitium fecerit, pręſtare debet qui damni, promiſit infecti. Argumentum ab eo quod in ipſo eſt de quo agitur, ideſt in vitij, reſtitutione, ex affecto, id eſt ex cauſa. Cauſa enim vitij, forma eſt parietis, non culpa coniungentis parietem. Itaque factum eſt, vt fornix vitium faceret, quæ cauſa vitij, cum abſit ab eo qui parietem iunxit: ab eſt etiam eiuſdem vitij reſtitutio. Maxima propoſitio, Vnam quamque rem ex cauſis ſpectari oportere.

*Ab effectis reb. hoc mõ: Cũ mulier viro in manũ conuenit, oĩa quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine.*

20. Effecta ſunt, quæ aliquibus efficiuntur cauſis, non tempore præcedentibus ſed natura. velut ſi quęrat. Vxore defuncta quæ in manum viri conuenit, an ejus bona ad virum pertineant. In qua q̃one, bona vxoris defunctæ quę in manũ viri cõuenerit ſubiectũ eſt: ad virũ ãt ptinere, p̃dicatũ. Quęro igitur argm̃ ab effecto, diſpicioque quid perfecerit ipſa in manum conuentio, atque ex eo argm̃ traho, id autẽ, eſt, Oĩa viri dotis nomine fieri, quęcunque mulieris fuere. Ipſa igitur in manus viri cõuentio, omnia quę mulieris fuere, viri fecit dotis nomine, nõ præcedens tp̃e, ſed ſtatim propria vi naturæ. Nam vt in manum quæcunq; cõuenerit mox ejus bona dotis nomine virum ſequuntur. Facio igitur argumentũ ſic. Si mulier quæ defuncta eſt in manũ cõuenit in manũ vero cõuenientis mulieris bona viri fiunt dotis noĩe: hæc quoque bona de quibus agit, viri ſunt. Argumẽtũ ex eo quod in ipſo eſt, de quo agitur, cõtinetur, Agitur enĩ de bonis ejus quæ in manũ cõuenerit, ſ. ab effectis, id eſt a cauſæ effectis. Effectum nanq; eſt, in manum conuentionis oĩa quę mulieris ſunt, viri fieri dotis nomine. Quamquam hic quoq; non affectus, ſed a cã factum argumentum eſſe monſtretur. Oſtenſum eſt enim fieri viri dotis nomine quicquid mulieris fuerit, ex eo quod mulier in manum conuenerit. Sed hęc cauſa eſt vt quæ mulieris erant, viri fiant dotis nomine. Sed dicat quis, ex eo quod ea quæ mulieris fuerant, viri fiunt dotis nomine, id approbari quod defunctę bona ad virum debeant ptinere. Sed quæ mulieris ſunt, ea viri fieri dotis noĩe, & bona ad virum pertinere: vel idem eſt, vel neutrum alteri cauſa eſt, vel ſiquis dicat eã eſſe cãm vt bona mulieris viro debeant cedere, q̃ per in manus conuentionẽ, viri facta ſunt dotis nomine a cauſa rurſus, ac nõ ab effectis, factum eſſe argm̃, putabit, .i. a dote. ab effectis vero non oportet aliud niſi cauſam probari. Eſſet vero ex effectis argm̃, vt ex eo cauſa probaretur hoc modo, Si q̃ö eſſet, an mulier in manum viri cõueniſſet, & indubitatum haberetur, omnia quæ fuiſſent mulieris, viri facta dotis nomine dicerentur ita. Si omnia quæ fuere mulieris, viri facta sũt dotis nomine: mulier in manum viri conuenit. ſed omnia q̃ fuere mulieris viri facta ſunt dotis nomine: mulier igitur in manum viri conuenit: Maxima propoſitio, Cauſas ab effectis ſuis non ſeparari.

*Ex cõparatione autẽ omnia valent, quæ ſunt huiuſmodi. Quod in re maiore ualet, ualeat in minore: ut ſi in urbe fines non reguntur, nec aqua in vrbe arceatur. Item contra: Quod in re minori valet, valeat in maiore. licet idem exemplum cõuertere. Item, Quod in re pari valeat*

valeat

*ualeat in hac,quæ par eſt. ut quoniam vſus auctoritas fundi biennium eſt,ſit etiam ædium.At in lege ædes non appellantur, & ſunt cæterarum omnium, quarum annuus eſt uſus: valeat æquitas,quæ paribus in cauſis paria iura deſiderat.*

21.A comparatione locus qui dicitur, tripartito ſcinditur aut em̃ a comparatione maiorũ, aut a comparatione minorum,aut a comparatione pariũ naſcit̃.A cõparatione igitur maiorum eſt, quoties maiora minoribus comparantur,hoc modo,vt Quod in re maiore ualeat, ualeat in minore. Sit enim q̃ō,an in Vrbe aquam liceat arceri.In hac igitur ſubiectus eſt terminus, in Vrbe aqua:ꝑdicatus vero,ius arcendi.Regi fines dñr quoties vnuſquiſq; ager propriis finibus terminatur.Arcet vero aquam qui eam per ſua ſpatia meare non patitur.Faciamus igitur argumẽto ſic. Qm̃ plus ẽ regi fines,minus vero arceri aquam:ſi in ciuitate fines non reguntur,quod maius eſt:ne id quidem quod minus eſt, fiet, ut aqua ĩ ciuitate arceatur.Hic igitur ſumptũ eſt argumẽto ab eo quod in ipſo hęret,de quo quęritur. Quæritur vero de arcendę aquæ iure,ab affecto.ſ. id eſt a maiori, quod refertur ad id quod minus eſt. Notandum vero,ꝙ Tullius maximam propoſitionem argumentationi incluſit, hoc modo, Quod in re maiori valet,valeat in minori. & deinceps ea nixus,argumentationem expediuit, ut manifeſtius appareat id quod in primo volumine commemoratum eſt, has maximas propoſitiones aliquoties quidẽ argumentationib. includi,ut in præſenti monſtratur exemplo:alias vero,vires argumentationib.dare, vt in ſuperioribus exemplis locorum.ꝙ ſi idẽ conuertamus exemplum,dicemus, Quod in re minori ualet, valeat etiam in maiori. At in Vrbe aqua arcetur:regantur igitur fines.Hic tñ queſtio permutat̃,hoc modo.Quęritur enim an in vrbe fines oporteat regi. Sed a minore ſumit̃ argumentũ, ideſt ab arcenda aqua: vt ſit hic quoq; argumentũ ab eo q̃d ĩ ipſo eſt,ideſt ab eo q̃d ẽ in regendis finibus, ab effecto ſcilicet, ideſt a minori. Id enim quod minus eſt, affectum eſt: illud nanque reſpicit id ad quod comparatur.Hic quoque maxima propoſitio a Tullio poſita eſt, eaque eſt, Quod in re minori valet, valet etiam in maiori A partibus vero fit ſimiliter comparatio.Neceſſe eſt enim vt valeat ęquitas, quæ partibus in rebus paria iura deſiderat. Plurimarum igitur rerum vſucapio annua eſt. vt ſiquis eis anno continuo fuerit vſus: eas firma iuris auctoritate poſſideat, velut rem mobilem. Fundi vero vſucapio,biennii temporis ſpatio continetur. de ædibus in lege nihil ſcriptum eſt. Quæritur ergo, vſus ędium vno ne anno, an biennio capiatur. Faciemus a paribus argumentationem,& qm̃ immobilium ęqua poſſeſſio eſt, ædes vero immobiles ſunt, ut biẽnio fundus vſu capitur: ita etiam oportet ædes vſucapere biennio poſſidentẽ. Aequitas.n.parib.in reb. paria iura deſiderat.Quę ẽt maxima ꝓpoſitio a Tullio clariſſima poſita eſt: ſed exẽplũ reſtrictius poſitũ ẽ, nec ꝓmptiſſime ad intelligendũ.Ita nãq; ait. Vt qm̃ vſus auctoritas fundi p bienniũ eſt,ſit ẽt ędiũ.hic igitur ædiũ uſus auctoritatẽ biennio fieri ſentit.Sed adiũgit,At in lege ędes non appellant̃,& ſunt cęterarũ omnium quarum annus eſt uſus.hic rurſus ædes in his uidetur ponere, quę anno uſu capiuntur,& concludit nihil definiens,niſi,Valeat ęquitas, quę paribus in cauſis paria iura deſiderat. Sed uidetur ita dictum, quoniam immobiles ſunt ædes ut fundus, biennio vero fundus vſucapitur, ędes quoque biennio vſucapiantur.& ſibi ipſe rurſus opponit: ſed in lege duodecim tabularum,de ędibus nihil ſcriptum eſt,& inter eas relictæ ſũt res taciturnitate legis,quarum eſt uſus annus. Nam cum de fundo præſcriberet lex biennij uſucapionem, tacuit ædes, & ijs potius hac taciturnitate eas iunxit, quarũ annus eſt uſus.Sed ſoluit obiectionem ita: ſed æquitas paribus in rebus paria iura deſiderat.Itaq; qm̃ æque fundus, atque ædes immobiles ſunt,ęque biennio vſucapientur.Factum eſt igitur hic quoque argumentum ab eo quod in ipſo eſt,de quo quæritur,ideſt ab affecto, ideſt pari. Nã cũ agat de ædiũ poſſeſſione,argumẽtũ ſumptũ eſt ab uſucapione ſundorũ.Expeditis igit̃ his locis,q ĩ ipſo de quo agit̃,inhęrebãt:Nũc iã loci eius quã dixit eſſe extrinſecus,ponit exẽplũ.Hic vero eſt q ſumit̃ ab auctoritate iudicii locus valde ꝓbabilis,ẽt ſi nõ maximę neceſſitatis. Quę.n.neceſſaria ſũt,hęc ex ꝓpria cõſiderãt natura: Quæ vero ꝓbabilia ſunt,plurimorũ iudiciũ expectãt.Ea nãq; ſunt ꝓbabilia,q̃ uident̃ vel omnib.vel pluribus.uel maxime claris,atq; ꝓcipuis,vel ſm̃ vnãquamque artem, ſcientiamque eruditis, ut quod medico in medicina, geometrę in geometria,cæteriſq; in propria ſtudiorum facultate verſatis.de quo extrinſecus loco ſic loquitur.

*Quæ autem aſſumuntur extrinſecus,ea maxime ex auctoritate ducuntur.Itaque Græci tales argumentationes ἀτέχνους uocant,ideſt artis expertes.*

22.Alia quippe argumenta ſunt,q̃ ipſe elicit orator, atq; ipſe quodãmõ ex deſignatis locis ſibi cõparat, & ꝓpria facultate conq̃rit.Alia q̃ extrinſecus poſita nõ ipſe inuenit,ſed ꝑſentib.vtit̃ & paratis,veluti teſtimonia,tabulæ,fama,cętera que,de quib.M.Tullius latius tractaturus eſt. Non.n.ſibi ipſe teſtimonia parat orator.ſed parati utit̃. nec ipſe iudiciũ facit:ſed iã poſito ac ſpontaneo rumore veniẽte vtit̃ ad cauſã.atq; iccirco hos locos Gręci ἀτέχνους uocãt,ideſt inartificiales, atque ut Tullius dixit, artis expertes: quę enim non proprio oratoris artificio comparantur, ſed ſe extrinſecus uenientia ſubminiſtrant,hęc iure artis expertia ſunt appellata.Huius exemplum eſt.

*Vt ſi ita reſpondeas,Quoniam P.Scæuola id ſolum eſſe ambitus ædium dixerit, quantũ parietis cõmunis tegẽdi cã tectũ proiiceretur, ex quo in tectum eius ædes qui protexiſſet,aqua deflueret, id tibi ius uideri.*

23. Solum ambitus ędium eſt, quantum ſoli ædium ambitus claudit.Scæuola igit̃ dixit id eſſe ambitus ędiũ ſolum, quod tecti diffuſione tegeretur. Manifeſtũ eſt.n.tecta latius fundi,nec parietibus adęquari,vt ſtillicidium lõgius cadat. Quę cum ita ſint,quidam parietem communem tegere nitebatur,quæritur an ſit aliquod ius tegendi. Reſpondeas tu,inquit. Trebati,id ius eſſe tegẽdi parietis cõmunis,ut in eius qui tegit,non in aliud quodlibet tectũ,ſtillicidii aqua fundatur.alias non eſſe iuris,ut tegat quis parietem, ſtillicidio in uicini tecta defluente. Hæc enim ſtillicidii ſeruitus noua,niſi conſentiente uicino,nihil iuris habet. Sed ſi huic reſpõſo opponat̃,Ne ſic quidẽ,ut tegat,eſſe iuris,quandoquidem ędium ſolum tantum eſt,quãtum cuiuſq; parietes claudunt.Qui vero tegit,tectum longius mittit.Tu,ĩquit, reſpõſum tuũ Scæuolę auctoritate firmabis, dicẽs Scęuolã reſpõdiſſe,Hoc eſſe ſolum ambitus ędium,quantũ tectum ꝓiiceretur,non quantum parietes ambirent.Ius eſt igit̃ proiicere tectum,qui intra ambitum adhuc ſuarum ędium tegit, ſed ita ut in ſuum aqua defluat nec uicino noua noceat ſeruitute.In qua quæſtione neq; a ſubiecto, neq; a prædicato termino ductum eſt argumentum,quod in his locis conſiderari moris eſt,qui in ipſis hærent, ac quibus agitur terminis, ut in omnibus exemplis eſt diligentiſſime declaratum. Sed quia ſumitur argumentum extrinſecus,dubitationi iudiciũ cuiuslibet opponitur, ut nunc Scęuolæ, cuius auctoritate reſponſum eſt:atque ideo ex loco qui uocatur extrinſecus, ſumptum dicitur arhumentum

*His igitur locis,qui ſunt expoſiti, ad omne argumẽtũ reperiendum tanquam elementis quibuſdam ſignificatio & demonſtratio datur.Vtrum igitur hactenus ſatis eſt? tibi quidem nam acuto & tam occupato puto: ſed quoniã auidum hominem ad has diſcendi epulas recepi, ſic accipiam,ut reliquiarum ſit potius aliquid, quàm te hinc patiar non ſatiatum diſcedere.*

Omne

a 4. Omne elementum principium eſt eius rei, cuius elemẽtum eſſe perpenditur. Nam eius quod ex elementis fit, ipſa elementa neceſſe eſt loco eſſe principij. Ergo qm̃ hi loci ſuperius deſignati, argumentorũ quaſi q̃dam principia ſunt. ipſi.n.ſunt qui cõtinẽt argumenta. oẽ aũt quod cõtinet, eius quod continetur, principium eſt: Idcirco ait Cicero velut quędã elementa argumentorũ videri locos hos, quos ſuperius poſuit; cautisſimeq; adiecit, quaſi q̃dam elementa. Non .n. integre elementa, ſed quaſi in ſiſitudine elementorũ sũt hi loci, qui in argumentis efficiendis ſumuntur. Idcirco quoniã argumentorũ q̃dã vĩr eſſe principia. alioqui elemtum oẽ minima pars eius eſt, cuius elementum eſt, & id quod ex elementis efficit, partis vice coniungit vt literę orationem. at vero locus, non pars argumenti ſed totum eſt. eſt.n. ſignificatio q̃dam, & demonſtrõ ad reperiendum argm̃ data: vt ſi locũ deſpexeris, noueris vbi cõdit, vñ duci debeat argumentũ, Sed reliqua ad Trebatium expeditisſime dicta ſunt bſanditurq; ei dicens ẽt breuia poſſe ſufficere, acuminis ꝓrogatiua, præſertim cũ ſit iuris occupatione diſtrictus, & tp̃s legendi plura non habeat. Sed qm̃, vt inquit auidisſimũ ſtudij ad has doctrinarum epulas recepit, ñ vult deguſtatũ, ſed ſatiatũ relinquere, vt non deſit aliquid ſed de pleno ẽt relinquatur, factaq; eſt a cõuiuando trãſlatio iucundisſima. Decluratis igĩ locis oĩbus, eorumq; exemplis diligenter expoſitis, pauca q̃dã de locorũ vi, atq; ordine diſputabo. q̃b. plenisſima diſputatione expeditis, ad ea quę reſtant explananda, tranſgrediar ſed id tertio iam volumine faciendum eſt, quoniam ſecundus liber habet proprium modum.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi commentariorum in Topica Ciceronis.

### LIBER TERTIVS.

ANtequam latiorem M. Tullij diuiſionem de enumeratis ſuperius locis aggrediar pauca, vt ſum pollicitus, de vi, atque ordine locorum mihi videntur eſſe tractanda. vt eorum natura diligentius cognita, facilior ſe argumentorum, copia ſubminiſtret. Primum, igitur quoniã loci oẽs diuiſi sũt in eos, q in ipſo hęrent de, quo q̃ęritur, & in eos q extrinſecus aſſumerentur: videndũ eſt, quinam ſint hi loci, q in ipſo hęrẽt de quo q̃ritur, & quid ab ipſis rebus differunt, in quib. hęrere dñr. Atque illud quidẽ planisſime expeditum eſt, ipſos dici terminos illos, qui in q̃ône verſantur. horum eſſe alterum prędicatum, alterum vero ſubiectum, ſuperior expeditio patefecit. Ab eo igitur termino de quo agitur, quid differt locus a toto? q̃ñquidem idem eſt, ipſum eſſe quod totum: neque enim eſt aliud eſſe quemlibet terminum in quęſtione propoſitũ, q̃ totum eſſe terminũ eũdẽ qui quæſtione eſt conſtitutus. De partibus quoque idem dicimus. nam ſi omnes partes efficiunt id, cuius partes ſunt terminumque in quæſtione propoſitum ſuæ partes efficiunt: non eſt dubium quin partes quoque omnes conuenientes idem eſſe quod ipſum eſt in quęſtione propoſitum rectisſime intelligantur. Notatio vero eodem modo illud ipſum eſt, quod in quęſtione ꝓponitur, rẽ.n. vnamquãq; oẽ vocabulũ deſignat in q̃ône ac denotat. Fit igitur vt totum partes, ac nota, idem qđ eſt ipſum de quo quęritur, eſſe videantur. In tãta igitur ſimilitudine rerum dãda eſt dña. neque.n. vt dictum eſt, ſi locus hęret in eo ipſo de quo quęritur, atq; ab ipſo de quo quæritur capi nõ pt argumẽtum, fieri põt, vt locus idẽ eſſe poſſit, quod ipſum eſt, de quo q̃ritur. Sed hæc dña eſt, ipſum eſt, quod confuſe ac ſingulariter intelligitur, vt homo, in eo ineſt totum ſuum, quod eſt definitio ipſius. Igitur totum, ab eo quod ipſum eſt, intelligentia ſeparatur. q illud quidem ſingulariter intelligitur, hoc uero ſub generis ac differentiarum enumeratione mõſtratur, diuidit .n. definitio atq; diſperit, totumq; patefacit, quod in re ipſa ſingulariter intelligebat. De partibus quoque eadem ratio eſt. ſi enim ad membrorum multitudinem, uel ſpecierum omnium enumerationem, ſingularis termini referas intellectum: ſtatim ipſius ac partium differentias comprehendas. Nota etiam, ab eo cuius nota eſt, facile diſtat. q a illud mox & ſignificatio eſt, illud res ſignificationi ſuppoſita. Eorum uero quæ affecta ſunt, non ſunt dubię differentiæ ab his, quorum affecta eſſe monſtrantur. Quis enim idem dicat eſſe coniugatum, quod eſt id cui coniugatum eſt? quis idem dicat eſſe iuſte, quod iuſtitia? quis genus idem quod forma? quis contraria? quis ſimilia? quandoquidem neque contrarium, ſibi ipſi contrarium eſſe poteſt: nec ſimile, ſibiipſi ſimile: nec genus, ſibimet ipſi genus, & de ceteris eadem ratio eſt. Nunc illud dicendũ eſt, propter qđ iſta præmisſimus. quandocunque enim ab illis tribus locis, qui primi propoſiti ſunt, argumenta ſumuntur, i. a toto, a partibus a nota: fit ut ipſe quidem terminus ad cuius fidẽ quęrit argumẽtum, intra quãlibet earum rerum contineatur: quæ cũ ad argumentum ductę fuerint, loci eſſe monſtrantur. velut cũ fit argumentum a toto, ipſe quidem terminus, cui fides affertur, intra totum comprehenditur: totum uero ipſum quod eſt definitio, res eſt. ſiquidem orationem, rẽ vocari placet. At ſi ex ea ſumitur argumẽtum, fit locus. Itaq; ipſum quidẽ de quo agitur, intra totum clauditur: a quo toto cũ fit argumentum, fit ipſum totũ, locus: qđ totum, qm̃ claudit terminũ qui in quęſtione uerſatur, eidẽ termino uideĩ inhęrere. quo fit, ut locus quoq; qui a toto eſt, eidem inhæreat termino, de quo in quæſtione dubitatur. Partiũ quoq; enumeratio eundem terminũ claudit, quem partium collectione cõiungit. Ipſaq; partiũ enumeratio res quædam eſt, ſi oratio rebus annumerãda eſt: ſed ſi ab ea ducitur argumentum, fit locus. Sed quoniã partiũ multitudo in eodem termino eſt, quem conuentus partium iungit: neceſſe eſt eũ quoq; locũ qui eſt a cõiunctione partum, ipſi illi termino de quo quæritur, inhęrere. Nota ẽt rẽ deſignat, & ſignificatione aliquo modo cõprehendit. a qua ſi ducitur argumentum, fit locus. & quoniã nomẽ omne ei videĩ adeſſe, cuius intelligẽtiã ſignificat: locus quoq; qui eſt a notatione, in ipſo hæret, de quo uerſatur intentio. At in affectis quæ in tredecim partes diuiſa ſunt, non idem eſt. Nam qm̃ reſpicientia quodammodo terminũ ſunt, & quaſi extrinſecus cõſtituta; non uidentur eodem modo cõiuncta eſſe cũ termino, quo coniuncti ſunt hi loci, qui a toto, a partium enumeratione, a nota eſſe prędicti ſunt: ſed tamen id quod affectum eſt, ad aliquid dicitur. Id uero aliquid, iunctum eſt illi ſemper qđ ad eius ducitur relationẽ, ac ſine eo nunquam poteſt: quia cum ipſo naſcitur, & quodammodo altero dictio, intelligit alterum. Nam ſi id de quo quęritur, eiuſq; affecta perpẽdas, ea quæ perhibentur affecta, extra id de quo ambigitur, poſita eſſe conſideres; nihil enim eorũ quæ ſunt ad aliquid, ex ſeipſo eſſe poteſt, ſed eſt ſemper ex altero; ut enim in prædicamentis oſtenditur, omniaque ad aliquid dicuntur, oppoſita ſunt; nõ tamẽ ita diſiuncta ſunt, ut omnino ſint diſtributa. ſed quoniã relatiua prędicatione iunguntur: neceſſe eſt aliquo modo in ipſo ſint, ad quod uidentur affecta. Omne quippe affectum, ex eo ad qđ affectũ eſt, ſuſcipit formam, & ſine eo eſſe non poteſt: & dictio altero, alterius ſe ſtatim ſubijcit intellectus. ut cũ dixero dimidium, duplum intelligitur: & cum patrem nominauero, filius ad intelligentiam uenit. & omnia quæcunque ad aliquid ſunt, ex ſeſe pendent, nec a ſe inuicem deſeruntur. Igitur omne affectum, & ad ipſum reſpicit ad quod refertur, & in ipſo eſt. Ad ipſum quidem reſpicit, quoniam affectum ſuum, uelut ad aliquid, relatiuę more prędicationis refertur. In ipſo uero eſt, quod ea eſt affectorum natura, ut alterum exiſtat ab altero, ſeque ipſa poſſideant. quandoquidem & id quod affectum uocatur, eius eſt termini ad quem conſideratur affectum: & terminus in queſtione propoſitus affecto ſuo intelligitur

telligitur eſſe cõnexus. Quæ cũ ita ſint: cum argm̄ ſumitur a coniugatis, qm̄ id ꝙ coniugatum eſt, affectum eſt ad id ꝙ ei ex altera parte eſt coniugatum: id quidem de quo quęritur, in altrinſecus poſito coniugato hęret. Is vero locus vnde argm̄ trahitur, ab altero ducitur coniugato, veluti ſi compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Igitur compaſcere atque compaſcuum, coniugata ſunt. ſed quærebatur an ius eſſet compaſcere. Tractum uero eſt argumentũ a cõpaſcuo. Itaq; terminus quidem de quo fuit qõ, in altero cõiugato poſitus deprehenditur, i. in compaſcendo: locus vero vnde argm̄ tractum eſt, in altero eſt, ideſt in compaſcuo Item quoties a genere ducitur argm̄, id de quo queritur in forma hærere neceſſe eſt. vt cum oſtenditur legata eſſe numerata pecunia, quoniã fuerit argentum oẽ legatũ. Quærit .n. de nnmerata pecunia, q̃ eſt ſpẽs argenti, & argumẽtũ tractum eſt ab argento, id eſt gñe. Itaque ipſum de quo quęrebatur, in forma fuit, ideſt in ſpecie. Argumentum vero tractum eſt ab affecto, ideſt a genere. Quod ſi a forma generis argumentum fiat, conuerſo modo eſt. id quidem ꝙ quæritur in genere eſſe monſtratur: ipſum vero vñ ſumptum eſt argumentum, in forma eſſe perpenditur. Nam cum quęrat, an legatũ ſit vxori argentum, oſtenditur non eſſe legatũ. qa non fuerit vxori tm̄ legatum ſed matrifamilias vxori. vxor vero, genus eſt: materfamilias, ſpẽs vxoris. Quærit igit de vxore, i. de genere. Argumentũ factum eſt a matrefamilias, ideſt a forma. Quoties vero a ſimilitudine trahit argm̄, qm̄ id ꝙ ſimile eſt, non ſibi, ſed alteri ſimile eſſe perpẽdit: res ſi quidem de quo quęritur, in vno eorum quæ ſunt ſimilia, poſita eſt: at vero locus, in altero eſt. velut cũ quæritur an hęres reſtituere vitium ruinamne cogatur ædium in vſumfructum relictarum. In hoc igitur queſtio eſt: locus vero a ſimilitudine, quia non oportet hęredem ædes reſtituere, ſicut nec mancipiũ, ſi id aliqua ratione depereat. Cum igitur ſimilis ſit ędium vſusfructus atque mancipii: quod quęritur, in ędium vſufructu poſitum eſt: locus vero, in vſufructu mancipii. In differentia quoque idem eſt. eorum namque quæ differunt, in altero poſitum eſt id quod quæritur, in altero vero illud a quo id quòd eſt ambiguum, cõprobatur. vt cum quęritur, an id quoque argentum quòd in nominibus debeatur legatum ſit. Hic igitur illud eſt quod dubitatur. In eo vero quod ab hoc differt, locus eſt, a quo oſtenditur minime legatum eſſe argentum quod in nominibus debeatur: quia multum differt in arca ne ſit poſitum an in nominibus ſcriptum. A contrario quoque idem eſt ut in eo quod quæritur, an vſusfructus penus legatus ſit. In vſufructu igitur quęſtio eſt, ſed probatur minime eſſe legatus. quia non poteſt eſſe vſus earum rerum, quę utendo pereunt, ſed potius abuſus. in abuſu igitur locus eſt ſcilicet in altero cõtrariorum, cum fuerit in vſu quæſtio. Ab adiunctis et locus eodem modo ab eo ꝙ quæritur ſegregatus eſt, ut in vno adiuncto quęſtio, in altero vero ſit locus. Nã cum quæratur an ſecundum mulieris tabulas nunquam capite diminutę poſſeſſio detur, in hoc quęſtio eſt, an detur: at in eius adiuncto, locus. Oſtenditur enim minime dari debere poſſeſſionem, quia ſit proximum, vt ſecundum puerorum quoque atque ſeruorum tabulas bonorum poſſeſſio concedatur. Ab antecedentibus vero ita eſt locus, ut quęſtio ſit in conſequentibus. Nam cum quęritur, an aliquid dotis nomine pro liberis manere oporteat: ſumitur argumentum nullo modo manere oportere ex antecedentibus ꝙ viri culpa factum eſt diuortium: locus itaque, in antecedenti: quæſtio vero, in conſequenti. Conſecutum eſt .n. nihil apud partem pro liberis permanere, cum viri culpa præceſſerit. A conſequentibus vero ſi ſit argumentum, res quę dubia eſt, in antecedentibus eſſe deprehenditur. ve ut cum quæritur, an diuortio facto, ſi cum eo nupta eſſet mulier qui cum connubii ius non eſſet, dotis nomine aliquid pro liberis manere oporteat: ſit argumentum ſic, Siquid ex dote pro liberis manere oporteret, quia patrem liberi ſequerentur, cum eo nupta eſſet mulier, qui cum connubii ius eſſet, hic antecedens eſt, ſiquid de dote pro liberis manere oporteret, & in eo quęſtio, an aliquid manere oporteat. conſequens vero, cum eo mulier nupta, qui cũ cõnubij ius non eſſet, a quo ſumitur argm̄, ideſt a conſequẽti. Nam cum manifeſtum ſit, non cum eo nupta eſſe, cũ quo connubij ius erat: oſtenditur ꝙ minime patrẽ liberi ſequantur, atq; idcirco nihil pro liberis manere oportere. Hic igit res quidem quę dubitatur, in antecedenti eſt in eo .ſ. an ex dote pro liberis manere aliquid oporteat: argm̄ vero in eo loco, qui eſt in conſequentibus, ideſt in muliere quę nupta eſt cum eo, cũ eo quo nulla erãt iura connubij. A repugnantibus etiam quoties argumẽta ſumuntur, res quidem dubia in altero repugnanti, in aduerſo vero locus eſt argumenti: vt cum quæritur, an poſſit inuita mulier reddere legatum quod recte teſtamento ſemel accepit. Locus a repugnanti, minime poſſe inuitam reddere quod recte accepit. Quæſtio igitur eſt in eo, ꝙ intelligitur inuitam reddere argm̄ vero, in altero repugnanti, id eſt in eo ꝙ intelligitur, recte accipere. Pugnat enim inuitam reddere, & recte accipere. ſed quæſtio in vno eorum eſt, locus in altero. Quoties vero a cauſis efficientibus ducitur argm̄, qõnem in effectis eſſe neceſſe eſt. vt exemplo quo quæritur, an qui ſatis dederit damni infecti, vitium parietis præſtare cogatur. In hoc igitur, ideſt vitio parietis, quęſtio eſt, ſed cauſa trahitur argumentum. Dicitur enim non oportere pręſtare: quoniam natura parietis cauſa fuerit vitij, non is qui de pręſtando vitio ſatis dediſſet. effectum ergo cauſę vitium parietis fuit. Itaque quæſtio quidem, in effecto: loco vero eſſe conſideratur ex cauſa. At ſi ab effectis aliquid approbetur, locus in effecto, quęſtio in cauſa eſt conſtituta. veluti cum quęritur, an mulier quędam, cuius bona viri facta ſint dotis nomine, in viri manum conuenerit. Quoniam ergo ex in manum conuentione perficitur, vt bona mulieris poſt eius mortem vir adipiſcatur. argumentum ducitur ab effectis. Efficitur .n. per in manum conuentionem, vt quæcunq; ſunt mulieris, viri fiãt dotis nomine. ergo cum ea quę mulieris fuere, vir nomine dotis adipiſcatur, mulierem in manum viri neceſſe eſt conuenire. Quęſtio itaq; eſt de muliere, an in manum viri conuenerit: argumentum vero, ab effectu cauſæ, ideſt in manũ conuentionis. hoc vero eſt, ꝙ ea quę fuere mulieris, vir nomine dotis acquirit. quo fit, vt quod quæritur, in cauſa: locus uero ſit in effectis. A cõparatione vero maiorum ſi fuerit argumentum, quæſtio erit in minoribus. vt ſi quęratur, an in vrbe aqua debeat arceri, defendaturq; minime debere: neq; enim fines reguntur. ita in aqua arcenda, quod minus eſt, quęſtio eſt: locus vero, in finibus regendis, quod maius eſt. Contrarie vero, ſi a minore argumentum ducatur: erit id quod dubitatur, in re maiori, vt ſi dubitetur, An fines in ciuitate regantur: Reſpondeamus minime. quoniam ne aqua quidem arcetur. Ita id quod dubitatur, in re maiore conſiſtit: illud vero vnde argumentum ſumitur, in minori. Et in comparatione parium ſimilis ratio eſt: in vno enim eorum quæ ſunt paria, qõ conſiſtit, in altero locus intelligitur argumenti. veluti cum quęritur. an ædium vſus biennio capiatur, id approbamus, quoniam fundorum quoq;. Cum ergo paria ſint fundus atq; ędes: quęſtio quidem de ędibus eſt, argumentum vero ducit a fundo. Ac de vi quidem locorum, quoq; a ſe modo qõnes & loci argumentorum ſeparẽtur, hæc dicta ſint. Nunc eorum ordinem breuiſſime commemorabo. Ex hoc itaq; oritur omne iudiciũ, qui locus prior, qui ſit poſterior exiſtimandus, ſi eos terminos conſideremus, qui in propoſita quęſtione verſantur. Quæcunque .n. his terminis propinquiora ſunt, hęc rectiſſime priora numerantur. Poſteriora vero q̃tum a propoſitis longiſſime quęq; receſſerint: id autem tali ratione clareſcet. Primum nanque locorum eſt diuiſa pluralitas in eos qui in ipſo ſunt de quo agitur, & in eos qui aſſumuntur extrinſecus: in quo præpoſitos eſſe intelligimus eos locos qui in ipſo ſunt, his locis qui trahuntur extrinſecus. Hic vero locus qui in ipſo eſt, in primas quatuor diſtribuitur partes: quarum prima eſt definitio, quę locus a toto eſt nuncupatus. Idcirco autem primus a toto locus ponitur, quoniam nihil eſt

alicui

alicui tam ꝓximum, quã ꝓpria definitio. Conſequitur enumeratio partiũ. quia poſt definitionẽ ꝓximum locũ partes tenere debent, q̃ totum id, cuius partes dñr eſſe, cõiungunt. His apponit nota, q̃ quaſi conuerſo mõ definito ē. Nã ſicut definitio explicat qđ implicite nota deſignat: ita nota ſuolui, & confuſe indicat, qđ patefacit atq; expedit definitio. Nota uero tertia ideo eſt, q̃a definitio ſubſtantiã tenet: partiũ enumeratio ea dinumerat, q̃ totũ compoſitũ iungũt: nota vero nihil efficit, ſed tm̃ deſignat. Poſt hęc q̃ in ipſis terminis principaliter hærẽt, illa q̃ ſunt affecta numerauĩ, quę iam ſi ipſis inſunt terminis, ſed eoſdẽ velut exterius poſita conſequuntur: atq; idcirco ſolum in ipſis eſſe dñr, q̃m ſine his eſſe non pñt, quorũ prima ſunt coniugata. Nihil .n. inter affecta ſic ꝓximum eſt, quam id quod & re & nomine participat, niſi quod parua nominis inflexione ſeiungitur. Nam id qđ iuſtũ eſt, & iuſtitia participat, & inflexo iuſtitię nomine nuncupatur & in cæteris quidem cõiugatis idẽ eſt. Poſt hęc annumeratũ eſt. Genus genus vero eſt, quod cuiuſlibet vniuerſaliter ſubſtantiam monſtrat, & quod multorum ſpecie diuerſorum ſubſtantialis eſt ſimilitudo, quod a propoſitis terminis longius q̃ coniungata, ſeiungitur: quia tametſi ſubſtantiam monſtrant, tñ ne inflexo quidẽ vocabulo cum termini nomine copulatur, ſed longe lateq; diuerſo. Huic adiuncta eſt ſpecies, q̃ formam Tullius appellauit, quia nihil eſt tam proximum generi, q̃ ſpecies. Species vero eſt ſubſtantialis indiuiduorum ſimilitudo, & qđ ſub genere ponitur. Poſt hanc, ſimilitudo eſt conſtituta. etenim poſt illud idem qđ in ſubſtantiis intelligitur, illud idẽ recte ponitur, quod in qualitate eſſe perpenditur. Paulatim vero res incipit a ſimilitudine recedere, nec ſtatim ad contrariũ venit, ſed prius a differẽtia locũ cõſtituit. Nam remota ſimilitudine nihil aliud occurrit prius, niſi differentia. poſt hanc, a cõtrario locũ ducit, i. eſt a maxime dfia. rurſus ad amica ſibi affecta conuertitur: ſed non eo modo amica, quo ſunt ſimilia, adiuncta .n. proponit, quæ non ſunt integrę ſimilitudinis, ſed inter ſe indicii, & veluti cuiuſdam rerum ſibi cohęrentiũ propinquitatis. Poſt adiuncta vero antecedentia Tullius poſuit. poſt id enim qđ aliquo modo iunctũ eſt, aliquid neceſſe eſt, aut antecedens, aut conſequens intelligatur. Prius itaq; antecedens, poſt conſequens collocatum eſt. Poſt hęc repugnantia dixit, vt quodammodo duplex ordo cõtrarietatũ ac ſimilitudinum naſceretur. Prius enim propoſuit a ſimili, a dfia, a contrario. atque hic vniuerſus ordo eſt ſimilium & contrariorum. Rurſus ab adiunctis, ab antecedentibus a conſequentibus, a repugnantibus. Hic rurſus ſecundus ordo ſimilium & contrariorum eſſe deprehenditur. ſed primus valde euidentior, quam ſecundus: plus eſt .n. ſimile eſſe quam adiũctum: plus eſt differre, quã antecedere, vel conſequi: plus etiam eſt contrariũ, q̃ repugnans. Et in ſuo quęque ordine plenam retinent formam. velut quia ſimilitudo propinquitatem quandam tenere debet, propinquius eſt .n. id quod eſt ſimile, ei, cui ſimile eſſe, conſideratur, quã id qđ adiunctũ eſt ei cui naturali vicinitate coniungitur. Rurſus q̃m differentia diſſimilitudinis auctor eſt: diſſimilius eſt id, quod ab alio differt, quã id quod conſequitur, vel antecedit. Rurſus quoniã contrarium longiſſime ab eo cui contrarium eſt, oportet abſcendere: longius abſcẽdit contrarium, quam repugnans. Poſt hęc quid aliud reſtare poterat, quam effectorum cauſas quærere? aut poſt effectorum cauſas quid aliud quem ipſarum cauſarum perquirere effectus? Præterea, a comparatione loci, poſtremum ordinem tenent, quia ſiue ſimilitudinem, ſiue diſſimilitudinem, in ſola obtinẽt quantitate, ac de locorum ordine ſatis dictum eſt. Illud præterea conſiderandum puto, Num hi quoq; argumentorum loci, qui in ipſo hęrent de quo quęritur; inter affecta iure numerentur. Quandoquidem quę affecta ſunt, idcirco eſſe dicuntur affecta, quia ſunt ad aliquid, & propoſiti termini relatione nectuntur. Nam & definitio, alicuius eſt definitio: & totum, partium totum eſt: & nota, ſignificati nota eſt. Sed inſpicienda natura eſt ſingulorum, & videndum, num ſimiliter hęc ad aliquid referãtur, ut cætera. Nam definitio rem quam definit, quodammodo explicat, atq; cõformat. Item partes, rem cuius partes ſunt, propria coniunctione perficiunt. Nota vero eius intellectum cõiter tenet: & cum hęc, cętera quę vocantur affecta, non faciant, iure hęc non inter affecta ponuntur: ſed in eo ipſo, quod veluti conficiunt atq; conformant, ineſſe dñr. Sed q̃m de vi atq; ordine locorum ſufficienter dictũ eſt, nunc ad ſequentia tranſeamus. Præter omnia .n. quę ſuperius dicta ſunt, illud animaduertendum maxime eſt, quia non ſiquid in argumentis fuerit ſumptum, illud eorum argumentorum locus dicẽdus eſt, niſi nõ ſolũ inſit argumentis, verumẽt ab eo argumenta naſcantur. id qđ dico, planioris liquebit exemplo. Si quod .n. fuerit argm̃ in quo ſumatur genus vel ſpecies: non ſtatim illud argm̃ ex gñe vel ſpecies tractũ eſſe dicitĩ, niſi ei argõ vires gñis vel ſpẽi qualitas ſubminiſtret. Age enim, ſit qõ, An idem ſit animali eſſe quod viuere, & fiat argumentatio ſic, Non idem eſt animali eſſe quod viuere, quia ne inanimato quidem idem eſt eſſe, quod mori: plurima quippe ſunt inanimata, neq; moriuntur. Nam quæ nunquã vixere, ne mori quidem poſſe manifeſtum eſt. Hoc igitur inanimatum genus eſt lapidum, ac fuſilium metallorum, & ſumptum eſt in argm̃, ſed non ex gñe factum eſt argm̃, licet in eodem genus videatur incluſum, ſed potius a contrario. Nanq; contrarium eſt, vitę quidem mors, animali inanimatum, ſed mori non ſequitur inanimatum, igitur ne animal quidem uiuere. Non ergo ex gñe locus iſte dicendus eſt, ſed potius ex contrario, q̃uis genus huiuſmodi cõtineat argm̃: tunc enim locus eſſet a gñe, ſi ab animalis, vel a viuendi gñe argumenti ratio traheretur. velut ſi ita fieret argm̃, Animali eſſe, ſubſtantiæ eſt eſſe, ipſum vero viuere, ſubſtantia non eſt, ſed in ſubſtantiam venit. Non eſt igitur idẽ viuere quod animali eſſe. A ſubſtantia igitur tractum eſt argm̃, a gñe videlicet animalis. Hoc igitur argm̃, & genus cõtinet, & ex gñe ductum eſt. in priore vero, etſi genus continet, a contrario tñ ductũ eſſe perpenditur. Illud .n. ſemper ſpeculandum eſt, non quid in argumento ſit, ſed ex quo ducitur argm̃, & in cęteris quidẽ rõ tenenda eſt: neq; eſt .n. in ſingulis immorandum. Siquis .n. diligentiam decurſæ ſuperius expoſitionis exercuit, facile in reliquis colliget, quod vno declaratur exemplo.

*Quando ergo uniuſquiſque eorũ locorum, quos expoſui, ſua quadam membra habet, ea quã ſubtiliſſime perſequamur, & primum de ipſa definitione dicatur. Definitio eſt oratio, quæ id quod definitur explicat quid ſit.*

25. Propoſitis igitur breuiter argumentorum locis, eoſdem ſubtilius atq; enodatius ſtatuit pluas partes & conuenientia mẽbra partiri. Ita enim locorum omnium diligentius natura conſiderabitur, ſi nõ confuſe ſolum, verumetiam diſtributim, & in ſuarum partium proprietate noſcantur. Dat uero hoc multam inueniendorum copiam argumentorum: vt enim de definitione dicamus, Si cunctas aliquis definitionũ partes agnouerit, ex omnibus ſibi poterit argumenta conquirere; eritque in inueniendis copioſior argumentis eo, qui quot ſint definitionis ſpecies ignorat. Ex tot enim definitionum partibus argumenta producet, quantas quis definitionum partes eſſe cognouerit. Is vero habebit plurimam talium locorum facultatem, quem definitionum diuerſitas non latebit. Ob hoc igitur M. Tullius, quos confuſe atq; indigeſte poſuit locos, nunc eoſdem diligentiore ratione partitur. Ac primum illud propenſiore conſideratione tractandum eſt, quod vt dictum eſt, etiam loci ipſi res quędam ſunt: ſed tunc eſſe intelliguntur loci, cum ab his trahitur argumentum. Ergo nunc Cicero non principaliter locos, ſed res ipſas diuidit, quę ad argm̃ ductæ, ſpeciem ſumunt locorum. Definitio nanque, & pars, & nota, res quędam ſunt, ſed cum ab his argumentum ducitur, loci fiunt. Cum igitur Marcus Tullius res ipſas ita vt ſunt, naturaliter partiatur: ſimul cum rebus diuidit locos. Si enim res una eſt a qua duci poterit argumentum, vnus eſt etiam locus: at ſi illa

diuiditur,

diuiditur,quot partes eius rei fuerint, tot erunt & loci generis eiuſdem, de quo argumenta naſcuntur. Quæ cum ita ſint,cũq; primus oĩum locus a toto ſit, id eſt a definitione: prius quid ſit Definitio, definitione declarat, ut patefacta rei natura,ſpecies eius,vel membra, cõuenienti ordine partiatur. Definitio,inquit,eſt oratio,quę id quod definitur,explicat quid ſit. ſicut definitio eſt hominis, animal rationale mortale. Dictũ uero cautiſſime eſt, explicat. Nã qđ nomen confuſe denunciat,id definitio per quædã ſubſtantialia mẽbra diffundit. Quod.n.confuſe noĩe hoĩs declaratur:id aperit atq; explicat definitio,dicens, hominem eſſe animal rõnale,& mortale. Nã niſi ita dixiſſet, poterat eſſe cõis definitio,gñi quoque, velut hoc modo, Definitio eſt,quæ deſignat qđ eſt id quod definit. Sed genus quoq; deſignat quid eſt, id de quo prędicatur, ſed non explicat quid ſit. Sola.n. definitio explicat quid ſit, quæ oratione perficitur. Genus uero,& cætera q̃ ſingulis plerunq; nominibus proferuntur, minime. Explicat autem definitio id quod definitur,nõ quo quo modo.i.non in eo quod quale, vel quantum eſt,non in quolibet aliorum prædicamẽtorum,ſed quid ſit, id eſt eius quod definit,ſubſtantiã monſtrat. Ea uero definitio,ſubſtantiam digerit, quæ ex genere differentijsq; conſiſtit:hęc nanque vniuſcuiuſlibet ſubſtantiam ſignificant, ſicut in his dictum eſt,vbi de genere,ſpecie,differentia,proprio,accidentiq; tractatum eſt. Ergo omnis definitio explicat quid ſit id quod definitur. Ariſtoteles vero eodem pene modo definitionem determinat,dicens,Definitio, eſt oratio quid eſt,eſſe ſignificans. M.Tullius partitur hoc modo.

*Definitionũ autem duo ſunt genera prima: vnum earũ rerum quæ ſunt, alterum earum quæ intelliguntur. Eſſe ea dico,quæ cerni tangiue poſſũt,vt fundum,ędẽ, parietẽ,ſtillicidium,mãcipium,pecudẽ,ſupellectilẽ, penus,& cætera. quo ex genere quędã interdum nobis definienda ſunt. Nõ eſſe rurſus ea dico, quæ tãgi demõſtrari ve non poſſũt, cerni tamen animo,atq. intelligi poſſunt: vt ſi vſucapionem,ſi tutelã,ſi gentem,ſi agnationẽ definias: quarũ rerum nullum ſubeſt quaſi corpus,eſt tamen quędã conformatio inſignita,& impreſſa intelligentia, quã notionem voco. ea ſæpe in argumentando definitione explicãda eſt.*

16 Oẽm definitionem manifeſtum eſt ad aliquid dici: alicuius eſt.n. ſemper definitio. Quę uero ad aliquid dicunt quandam proprietatẽ ex his ſumant neceſſe eſt, ad q̃ referuntur. Quo fit, vt ex his rebus quas determinat definitio, in ipſas definitiones quędam proprietas transferatur, ſed quia ꝙ ad aliqd refertur,id non pt̃ eſſe idẽ ei ad ꝙ dicitur: ppriam quoq; ipſm ꝙ referi ad aliud formã neceſſe eſt poſſidere. Eo que fit,vt in definitionibus, & ſua inſit forma,& ea quã ab his accipiunt,quę definiunt,conſideretur. Quod M. Tullius videns, primum diuidit definitiones ſecundum ea quæ definiuntur,quarum genera duo eſſe proponit,unũ earum rerũ q̃ ſunt,alterum earum,quę intelliguntur. Has igitur definitionem differentias ex his uidetur ſumpſiſſe, quæ in definitione monſtrantur. Omnia.n.quæ definiuntur,aut corporalia ſunt.aut incorporalia. Res.n. omnes in hęc primitus diuiduntur. Ea uero quæ corporalia ſunt, eſſe dicit: ea q̃ ſunt incorporalia,non eſſe. Non quòd omnino ea quæ incorporalia ſunt,non ſint, alioqui nec definitionem ſuſciperent. Nam ſi definitio eſt qua explicatur id quod definitur quid ſit: eius rei,quæ omnino nõ eſt, nec quid ſit explicatio ulla eſſe poteſt. Sed q̃a humanum genus ſenſibus degit,id maxime eſſe arbitratur, ꝙ ſenſuum comprehenſioni ſubiicitur. Quis.n.ſibi non magis lapidẽ ſcire uideatur,aut hominem, q̃ iuſtitiam,uel hæreditatem, uel quicquid aliud non ſenſibus, ſed intelligentia comprehendit? Vnde fit, ut propter euidentiam cognitionis ea magis eſſe uideantur quæ ſubiecta ſunt ſenſibus,ea minime, quæ intelligentiæ rõne capiũtur. Sed id ſciendum eſt, M. Tullium ad hominum protuliſſe opinionẽ,non ad ueritatẽ. Nam ut inter optime philoſophãtes cõſtitit,illa maxime ſunt,quę longe a ſenſibus ſegregata ſunt: illa minus,q̃ opiniones ſenſibus ſubminiſtrãt. Vñ & idẽ Cicero in Timæo Platonis ait. Quid eſt ꝙ ſemp ſit, nec vllum habeat ortũ,& ꝙ gignatur,nec unq̃ ſit? Quorum alterum, intelligentię rõne comprehendit: alterum affert opinionem ſenſus rõnis expers. Hic igitur id qđ ſemper ſit, rõni adiecit: id vero qđ nunq̃ ſit,ſenſibus cõiunxit. Sed, ut dictum eſt,corporea eſſe,& incorporea non eſſe, non ad veritatẽ, ſed ad cõem quorumlibet hoĩum opinionẽ locutus eſt. Ponit igitur exempla earum q̃dem rerum q̃ ſunt,formas quaſdam corporalium rerum,vt fundũ,ędes,parietes,ſtillicidium,atq; id genus: q̃ corporalia eſſe, hac rõne oſtendit, qm̃ cerni tangiq; poſſunt. Earum uero rerum q̃ nõ ſunt,exẽpla poſuit,uſucapionẽ,tutelam,gentem, cęteraq; q̃ ſunt incorporea: q̃ ex hoc incorporea eſſe monſtrauit,ꝙ ait,ea tangi demonſtratiue non poſſe, ſed intelligentia atq; aĩo comprehendi. Cur uero ea non eſſe dixerit,ſuppoſuit rationem dicens. Nullum quaſi corpus earum rerũ eſſe,nec molẽ aliquam q̃ feriat ſenſum. Quod.n.corpus eſſe pt̃ uſucapionis? Nã ipſa q̃ uſucapiuntur, corporea ſunt, ipſa vero vſucapio corporea non eſt. Ipſa.n.per utendi conſuetudinẽ poſſidendi firmitudo,quodnam corpus habere pt̃? Itẽ,quod quis tutela regit corporale eſt,hõ nanq; eſt: Ipſa uero cura tutelæ, atq; ipſum ius alium tuendi, nihil oĩno corporis habere pt̃. Hoĩes quoq;, qui in eadem gentilitate ſunt corporei ſunt. Ipſa uero gentilitas,i. cõis nois liberorum ſocietas, vt Scipionum,Valeriorum,& Brutorum,certe incorporea eſt: ſed q̃dam earum rerum incorporalis animi conceptio eſt, atq; intelligentia. quam notionem uocauit. Ipſa .n. imaginatio uſucapionis uel tutelæ,atq; intellectus incorporalis rei,notio dicitur,quàm græci ἐννοίας vocant. Diuiſit igitur definitionem in has duas partes,ſcilicet ſm ſubiecti differentias, vt alias quidem eſſe diceret definitiones earum rerum quæ ſunt,i.corporalium: alias uero earum q̃ non ſunt,i.incorporalium. Hinc quæri poteſt, quod etiam ſuperius breuiter cõmemoraui, Quonam modo definitio nõ inter affecta numeretur,cum omnis definitio ad aliquid eſſe uideatur? Idcirco .n.affecta eſſe dicta ſunt,ſimilitudo,contrarium, & cętera, qm̃ ſemper ad aliquid, referuntur. Quod ſi etiam definitio refertur ad aliquid, nec eſt abſolutę ac proprię conſiderationi, ea quoq; inter ponẽda eſt. Sed occurritur,qm̃ ea quę affecta ſunt,tanquam umbrę quędam corpus, ita extra poſita, nõ poſſunt id relinquere ad quod probantur affecta, & aut omnino ſubſtantiam eorum ad quę affecta ſunt, non ſignificant,ut contrariũ,ſimile,& cætera: aut ſi qñ deſignãt, vna q̃dam pars intelligitur eſſe ſubſtantię,velut, genus,ſpecies,differentia. Non.n.genus tota ſubſtantia eſt ſpeciei: qñquidem non ſolum genus ſpeciem format, ſed differentiæ quoque. nec differentię totam ſubſtantię continet formã: quandoquidem non ſola differentia ſpeciem perficit: ſed & genus. Ipſa uero ſpecies, quędam generis pars eſt: at uero definitio,etſi ad aliquid eſt, tamen totam ſubſtantiam monſtrat,atque exęquatur ei rei quam definit, & ſubſtantiam pficit: ut neq; extra poſita ſit, ſicut ſimilitudo, & contraria, neque pars eius ſubſtantię ſit, quàm definitione determinat,ſed potius ipſa ſubſtantia. Ac de hac quidem re ſatis dictum eſt. Idem uero de partibus dici poteſt. Nam coniũctæ partes,totum id efficiunt cuius partes ſunt. Nota quoq; totum ſignificat id quod deſignat, atque omnia coæquanẽ, & definitum definitioni & partes toti,& nota rei q̃ ſignificatione declarat, ſi non ſit ęquiuoca, vel ſi res quæ deſignat, non ſit multiuoca. Sane illud dubitari recte poteſt,cur cum dixiſſet duo genera eſſe definitionum: non ipſas definitiones partius eſt,ſed quę definiuntur, ideſt corporale atq; incorporale. Quod iccirco dictum uidetur, quia definitio cũ ſit ad aliquid,vt dictum eſt, quandam capit ex his, quorum ſubſtantiam determinat, qualitatem.

*Atq. etiam definitiones,aliæ ſunt partitionum,aliæ diuiſionum. Partitionum,cum res ea quæ propoſita ẽ, quaſi*

*in membra diſcerpitur, vt ſi quis Ius ciuile dicat id eſt, qđ in legibus, Senatuſcõſultis, rebus iudicatis, iuriſperitorũ auctoritate, edictis magiſtratum, more, æqtate cõſiſtat. Diuiſionum autem definitio formas omnes cõplectitur, q̃ ſub eo genere ſunt, quod definitur, hoc modo: Abalienatio eſt eius rei quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut in iure ceſſio, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt.*

27 Quũ definitio ita ex ſubiecta re quã definit, proprietatẽ capit, ut tñ formam propriã non relinquat: iccirco poſt eas dſias definitionum, q̃ ab his rebus tractæ ſunt, q̃ definiebantur, nũc a propria forma definitionũ differẽtias tradit. Propria uero forma vniuſcuiuſq; cõpoſiti in ſuis partib. cõſtat. itaq; ex partibus definitionũ tales differẽtias docet, ꝙ aliæ definitiones ꝑ diuiſionẽ, aliæ ꝑ partitionẽ fiũt. Definitur.n. res quælibet dum aut eius ſpecies oẽs enumerãtur, aut partes. Partes uero a ſpecie quo differant, paulopoſterius dicã. Nunc exponenda arbitror Ciceronis exempla. dat.n. partitionis exemplum hoc, Sit.n. propoſitum definire quid ſit Ius ciuile, dicemus ita, Ius ciuile eſt, quod in legibus, Senatuſcõſultis, reb. iudicatis, iuriſperitorũ auctoritate, edictis magiſtratuum, more, æquitate conſiſtit. Lex igitur eſt, quam populus centuriatis comitiis ſciuerit. Senatuſconſulta ſunt, q̃ fuerint ſenatus auctoritate decreta. Res iudicatæ ſunt, q̃ inter eos qui ſuper aliqua re ambigunt, ſententia iudicũ fuerint conſtitutæ: quarum exemplo cæteræ, quoque iudicãtur. Iuriſperitorum auctoritas eſt eorum, qui ex duodecim tabulis, uel ex edictis magiſtratuum, ius ciuile interpretati ſunt, probatæ ciuium iudicis, creditæque ſententiæ. Edicta magiſtratuum ſunt, quæ Prætores vrbani vel peregrini, uel Aediles curules iura dixere. Mos, eſt quod in ciuitate, ſolitum eſt fieri. Aequitas, eſt quod naturalis ratio perſuaſit. Hæc igitur omnia unam formam iuris efficiunt, tanquam partes, uelut hominem, caput, brachia, thorax, uenter, crura, atque pedes. Partitio eſt enim, ut ipſe ait, quæ unamquamque rẽ propoſitam, quaſi in membra diſcerpit. Alteram uero partem definitionis, quæ per diuiſionem fit ſpecierum, tali monſtrat exemplo. Definit enim quid ſit abalienatio eius rei, quæ mancipi eſt, dicens, Ablienatio eſt eius rei, quæ mancipi eſt, aut traditio alteri nexu, aut ceſſio in iure, inter quos ea iure ciuili fieri poſſunt. Nam iure ciuili fieri aliquid, non inter alios, niſi inter ciues Romanos poteſt: quorum eſt etiam ius ciuiles, quod dupdecim tabulis continetur. Omnes vero res quo abalienari poſſunt, id eſt quæ a noſtro, ad alterius tranſire dominium poſſunt, aut mancipi ſunt, aut non mancipi. Mancipi res veteres appellabant, quæ ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quandã nexus fieret ſolẽnitatẽ. Nexus uero eſt q̃dam iuris ſolennitas, quæ fiebat eo modo quo in Inſtitutionib. Caius exponit. Eiuſdẽ autem Caii lib. 1. Inſtitutionum de nexu faciendo. hæc uerba ſunt. Eſt aũt mancipatio, ut ſupra quoque indicauimus, imaginaria q̃dam venditio. qđ ipſum ius proprium Romanorum eſt ciuiũ: eaq; res ita agit, adhibitis non minus q̃ quinq; teſtib. Romanis ciuibus puberibus, & præterea alio eiuſdem conditionis, qui libram æneam teneant, qui appellatur libripens. is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneaque libra. Deinde ære percutit libram, indeq; æs dat ei a quo mancipium accipit, quaſi pretii loco. Quæcunque igitur res lege duodecim Tabularum aliter, niſi per hanc ſolennitatem, abalienari non poterat ſui iuris autem cæteræ res, nec mancipi uocabantur. Eædẽ vero etiam in iure cedebantur. Ceſſio uero talis fiebat modo, ut ſecundo commentario idem Caius expoſuit, In iure autem ceſſio fit hoc modo. Apud magiſtratum populi Romani, vel apud Prætorum vel apud Præſidem prouinciæ, is cui res in iure ceditur, rem tenens ita uindicat, Hunc ego hominem ex iure Quiritium meum eſſe aio. Deinde poſtquam hic vindicauerit, Prætor interrogat eum qui cedit an contra uindicet. quo negante, aut tacente, tunc ei qui vindicauerit, eam rem addicit idq; legis actio vocabatur. Res igitur quæ mancipi ſunt, aut nexu, vt dictũ eſt, ab alienabant, aut in iure ceſsione. Has ãt ſolennitates quaſdam eſſe iuris, ex ſuperiorib. Caij verbis oñditur. At ſi res ea q̃ mãcipi eſt, nulla ſolennitate interpoſita tradatur, abalienari non poterit, niſi ab eo cui traditur, vſucapiatur. Quæ cum ita ſint, recte definita eſt ſm diuiſionem abalienatio rei mancipi, ſ. q̃ aut nexus traditione, aut in iure ceſsione perficitur. Nam pura traditione, ab alienatio rei mancipi non explicatur. Species vero has eſſe, non partes, hinc intelligitur: quia ſiquis nexu abalienet rẽ mancipi, id ꝙ ſuum fuit, in alterius poteſtatem pleno iure tranſtulit. Quod ſi ẽt in iure cedat, plenum abalienationis ius erit. Vbi ãt plenum nomen eius, ꝙ diuidunt, partes ſuſcipiunt: illud genus, & has ſpecies eẽ, paululum quoq; dialectica cognitione imbutus intelligit. Quæ cum ita ſint, diuiſit Cicero definitionem in duas partes: vnã q̃ partiũ enumeratione fieret, alteram quæ ꝑ partiũ diuiſionẽ. Vtraq; uero definitio partes enumerat: Sed hoc intereſt, quia hæc q dem ſpẽs, illa vero membra partitur. Hic ſuboritur qõ valde difficilis. Nam ſi definitio eſt ẽt partitio mirũ videri p̃t, quamadmodum alter ſit a definõne locus, alter a partium enumeratione: q̃ res maximam confuſionem ꝓſtat. Nam cum ſuderius ĩ locorum enumeratione alter a definitione locus, alter ſit partium enumeratione propoſitus (cumq; nunc enumerationẽ partium, vel diuiſionẽ, definõnis ſpecies eſse confirmet: non eſt dubium, quin cum idem ſit partium enumeratio ꝙ definitio (idem nanq; eſt ſpecies qđ genus) idẽ ſit locus a definitione, q eſt a partium enumeratione. Cuius qõnis valde difficilis facilior abſolutio eſt, ſi definitionum ipſarum formas ac diſtantias colligamus. Multis nanq; modis fieri definitio p̃t. inter quos vnus eſt verus atq; integer definitionis modus q ẽt ſubſtantialis dicitur, reliqui ꝑ abuſionem definitiones vocantur. De quib. oĩbus paulo poſterius integram faciam diuiſionem. Nũc in cõe ſic diſſeram. Nam quia omnis definitio explicat quid ſit id ꝙ definitur: Explicatio aũt fit duob. modis, vno quidem, cum ꝓ re minime cognita, planius aliquid affertur: alio vero, cũ fit quædam partium enumeratio. Ac de priore quidem modo, poſterius. Nunc vero de enumeratione partium ita dicẽdum eſt, quod omnis definitio, quæ per partium enumerationem fit, quaſi quædam partitio recte intelligitur. Dictum eſt, id quod in nomine confuſe ſignificaretur in definitione quæ fit enumeratione partium, aperiri, atque explicari. qđ fieri non poteſt, niſi per quarundam partium nuncupationẽ. nihil.n. dum explicatur oratione, totum ſi̅l dici poteſt. Quæ cum ita ſint, cumque omnis huiuſmodi definitio, quædam ſit partium diſtributio: quatuor his modis fieri poteſt. Aut enim ſubſtantiales partes explicantur, aut proprietatis partes dicuntur, aut quaſi totius membra enumerantur, aut tanquam ſpecies diuiduntur. Subſtantiales partes explicantur, cum ex genere ac differentiis definitio conſtituitur. Genus enim quod ſingulariter prædicatur, ſpeciei totum eſt. Id genus ſumptum in definitione pars quædam fit. Non enim ſolum ſpeciem complet, niſi adijciantur etiam differentiæ, in quibus eadem ratio quæ in genere eſt. Nam cum ipſæ ſingulariter dictæ totam ſpeciem claudant: in definitione ſumptæ, partes ſpeciei fiunt, quia non ſolum ſpeciem quidem eſse deſignant, ſed etiam genus. Huius exemplum eſt, Homo eſt animal rationale mortale. Cum ergo tota definitio homini coæquetur, totiuſque definitionis partes ſint, tum animal, tum rationale tum mortale, ipſius hominis partes eſse videntur ſingula, quæ eiuſdem definitionis partes ſunt. Hæc igitur proprio nomine, definitio nuncupatur. Item eſt illa definitio, quando in vnum accidentia colligitur, atque vnũ aliquid ex his efficitur: & eſt veluti quædam partium enumeratio, non in ſubſtantia, ſed in quadam accidentium collectione poſita. huius exemplum eſt, Animal eſt, quod moueri propria uoluntate poſsit. Animali nanque & motus eſt accidens, & uoluntas, & poſsibilitas: ſed hæc iuncta perficiunt animal, non ſubſtantialiter conſtituentia, ſed per quædam accidentia deſignantia, quæ animalis quaſi quædã

partes

partes ſunt,& hæc, deſcriptio nuncupatur.At ſi nō accidentia rei,ſed quaſi membra q̄dam dicamus, ex quibus cōponitur atq; coniungitur , atq; inde definitionem facere tentemus,hoc mō dicimus.Domus eſt q̄ fundamento parietibus, tectoq; conſiſtit.Hię membra quædam ſumpta ſunt ad definitionem, quibus res tota coniungitur, & hęc vocatur per enumerationē partiū definitio . At ſiquis ita definiat,vt nō in defini tione ponat membra , ſed ſpecies: a diuiſione ſpecierum definitio nuncupatur.velut ſiquis hoc modo pronūciet,Animal eſt ſubſtantia,quę uel ſenſu tm̄ uel ſenſu,& rōne nitatur. Hic igitur quatuor a ſe differre manifeſtum eſt . In ea nanq; definitione, quæ per ſubſtantiales partes efficitur, ſingulæ partes maiores eſſe uidentur,& ſubſtantialiter vniuerſaliores ab ea re,quam definiūt, ut animal,maius eſt ab hoīe.Mortale etiam atq; rōnale,ſingula hoīs tráſgrediūtur naturam,quæ in vnū conueniētia,eidem quo ſigillatim maiora ſunt,coęquantur.Acce dentia vero quę in definitione ponuntur,omnino a ſubſtantiæ rōne diſiuncta ſunt.In ea vero definitione quæ ex partium enumeratione perficitur, alia ſunt,quæ enumerantur,ut ſingula totius definiti nō capere non poſſint atq; iccirco eodem minora ſunt:vt fundamenta non pñt domus uocabulo nuncupari . Fundamenta .n.domo minora ſunt itēq; cęteræ partes.At vero in ea definitione,quæ per diuiſionem fit, ſingulę quidem partes tota ea re quæ defini tur,minores ſunt:totum tñ definitæ rei nomen ſuſcipiunt. vt rationale nomen capit animalis, eodem modo irrationalis.Quibus ita diſcretis, quotieſcunq; ab ea definitione,quæ per ſubſtantiales partes efficitur,uel ab ea quę per accidentium enumerationem colligitur, argumētatio fit,a definitione,i.a toto, tractum dicit argm̄ . Quoties vero ab ea definitione, quæ uel per membrorum enumerationem,vel per ſpecierum diuiſionem perficitur,argumētatio fit:ab enumeratione partium argm̄ ductum eſſe perhibetur.Sed M. Tullius,qui iam partitionem definitionis ingreſſus eſt,etiam hanc interpoſuit, quæ non ad definitionē,ſed ad numerationis partium locum pertinebat.Huius vero rei argm̄ eſt,quia cum poſt,de eiſdem locis latius tractans , de enumeratione partium loqueretur:nullam aliam enumerationē partium poſuit,niſi eam,quam nūc definitionis ſpēm dixit.Nec tamen eſt arbitrandum,omnem partitionem,definitionis locum poſſe obtinere,vt ſiquis ſic dicat, Fundamēta,parietes,& tectum domus eſt.id non eſt neceſſe.pōt nanque eſſe porticus publicis uſibus deſtinata: poteſt itē aliud quodlibet,vt theatrum quod propter ampliores ſonitus exhibendos tegi ſolet. Sed hic nunc intelligere nos oportet , poſſe per partitionem aliquid ſæpe definiri,cum partium illa collectio vnam rem tātum poſſit efficere , vt ſi nihil eſſet aliud quod fundamenta , parietes atq; tectum poſſet habere,niſi domus:iure definitio facta eſſe uideretur,Domum eſſe quam fundamenta, parietes,tectumq; perficiunt.

*Sunt etiam alia genera definitionum, ſed ad huius libri inſtitutum illa non pertinent: tantum eſt dicendum, qui ſit definitionis modus.*

58 Hunc locum Victorinus vnius uoluminis ſerie aggreſſus exponere, & omnes definitionum differentias enumerare, multas interſerit,quę definitiones eſſe pene ab omnibus reclamantur. Inter definitiones enim ponit & nomina, quod ſpecialiter Ariſt. in omni doctrinarum genere peritiſſimo non uidetur,pernegatque in Topicis nomine fieri definitionem.veluti ſiquis dicat,quid eſt conticeſcere?& reſpondeatur,tacere,hæ nullo modo definitiones habendę ſunt. Qđ etiam ex ipſis M. Tulij definitione approbari poteſt, quam definitio quid eſſet,oſtendit.Dixit enim definitionem , eſſe orationem,quę id quod definitur,explicat q̄d ſit.Sed cū nomen non ſit oratio, manifeſtum eſt,nomine definitionē nō poſſe conſtitui, cum pręſertim , ne omnia quidem quę oratione pronuntur , atque aliquid oſtendunt,proprio definitionis nomine deſignentur: veluti deſcriptiones, omniſque alia oratio, quę non ex ſubſtantialibus partibus,ſed ex quolibet alio modo coniunctis efficitur, quod ne ipſe quidē Victorinus ignorat . Sed videtur id definitionis loco ipſe ſibi Victorinus ad differendū ſumpſiſſe propoſitum, qđ quoquo modo rem ſubiectam poſſet oſtendere.Iccirco.n.nomē quoque in definitionum numerum recipit,quoniam ſæpe notiore uocabulo fit clarius, quod ignotiore antea prolatum latebat. Iccirco etiam nos ſuperius diximus explicationē fieri duobus modis. Vno quidem cum pro re minime cognita, planius aliquid afferatur; Alio uero,cum fit per quandā partium enumerationem , vt ea quidem explicatio, in qua notius aliquid affertur,nominis ſit; ea uero quæ fit per partiū enumerationem orationis:quanquam etiam in ipſis orationibus ſemper planius aliquid afferat , quo notius fiat illud de quo diſſeritur.Vt igitur nihil expoſitio noſtra pręteremittat,& definitionis proprietas appareat, itaque omnia in notitiam deducantur , vt nec vera definitio neſciatur,& quæ non ſit proprie uereque definitio,ſub ſcientiam cadat:talis definitionum differentia facienda eſt . Definitionum enim alię propriæ definitiones ſunt , aliæ abuſiuo nuncupantur modo,Ac propriæ quidem definitiones ſunt,quę ex genere differentiſque conſiſtunt,velut hæc,Homo eſt animal rationale mortale.hic enim animal genus eſt, rationale uero, & mortale,differentię.Earum uero definitionum,quæ nō proprie,ſed abutendo definitiones uocantur, aliæ ſunt quę ſingulis nominibus denotantur, aliæ uero quas explicat ac depromit oratio. Atque illarum quidem definitionūq; tm̄ nomine deſignant,alię ſunt quę κατ' ἀντίλεξιν,i.d ē ad uerbū, fiunt , cum pro nomine redditur nomen, velut ſi dicat aliquis,Quid eſt conticere?& reſpondeatur, tacere . Quid eſt haurit?percutit.Alia uero,quæ exempli gratia ponuntur,ut cum uolumus deſignare quid eſt ſubſtantia. exempli gratia dicimus,ut homo, hęc uocatur Gręce αὐτύπος . quæ iccirco,vt dictū eſt,inter definitiones ponitur,quoniam id quolibet modo aliquid deſignat, eius quod deſignatur, & ſi nō proprie , tamen aliquo modo uidetur eſſe definitio. Earum uero definitionum, quę in oratione conſiſtunt,neq; tamen ſunt proprię,multę ſunt diuerſitates.quarum eſt omniū nomen cōe deſcriptio. Harum aliæ fiunt partitione, alię diuiſione,de quibus ſuperius dictum eſt. Alię uero ſubſtātiales quidem differentias ſumunt,ſed genus non adijciunt,atque hęc quidem a Victorino ἐννοηματικὴ dicit,quaſi quandam cōmunem continens notionem.veluti ſi quis dicat,Homo eſt, quod rationali conceptione uiget, mortalitatiq; ſubiectum eſt.Hic igitur genus poſitum non eſt,ſed differentiæ ſubſtātiales.Alię vero ſunt,quæ pluribus quidem qualitatibus deſignantur, accidentibus tamen, Ita ut ſingulæ qualitates ēt ſi non coniungantur,poſſint tamen,quod demonſtratur efficere.ut Homo eſt,vbi pietas eſt,ubi ęquitas:& rurſus, vbi malitia & uerſutia eſſe poſſunt: nam & ſi cætera nullus adiungat , ſufficit ad oſtendendum hominem dicere, vbi pietas ineſſe poteſt , vel vbi iuſtitia , uel cętera . Hęc uocatur ποιότης Alię vero ſunt.quę pluribus in vnum accidentibus coniunctis efficiuntur, vt ſi quis luxurioſum definire uelit , dicat , Luxurioſus eſt , qui pluribus & non neceſſariis ſumptibus in delitias affluit, & in libidinem fertur effuſior omnia enim coniuncta, luxurioſum uidentur efficere , ſingula vero , minime . Haec vocatur ὑπογραφική . Aliae quoque fiunt eo modo , ut ad ſignandam differentiam praeponantur in his rebus, quae indiſcreto fine coniunctae ſunt. ut ſi dubitet quis , Nero imperatorne an tyrannus fuerit : dicit eū tyrannum fuiſſe , quoniam crudelis fuerit atq; intemperans. Haec.n.adiuncta differentia,tyrannum ab Imperatore ſeiungit.Aut etiam ſi de eodem tyranno, atque Rege dubitetur quid vterque ſit:iuncta differentia utroique deſignat, ut ſi temperantia quidem Regi, & pietas: tyranno uero, & intemperantia & crudelitas conuenire dicatur . hęc uocatur κατὰ διαφοράν. Alia quae per tranſlationem dicitur.ut, Adoleſcentia eſt flos aetatis . Illa quoque definitio eſſe dicitur, quae fit ex priuatione contrarii . vt,Bonum eſt,quod malum non eſt. Illam quoque Victorinus definitionem ponit, quae tantum proprus nominibus aptari poteſt,quae ēt ὑποτύπωσις appellatur. vt, Aeneas eſt Veneris & Anchiſae

filius. Præter has & illa eſt, q̄ fit per indigentiam pleni.ut, Quadrans eſt, cui dodrans deeſt,ut ſit as.Ponit etiā Victorinus inter differētias definitionū illā quoq; q̄ per quādam laudem fieri pōt.ut,Lex,eſt mens,& animus,& cōſilium,& ſententia ciuitatis.Quod maxime ratione caret. Non.n.laudis modus illi faciet differentiam.Illa.n.conſiderāda ſunt, q̄ in definitione ponunt,non quo aīo conſtituta ſunt.Quod ſi recipiēda fuit laudandi uoluntas inter differentias definitionū,cur nō uituperandi quoq; uoluntas aliam differentiā definitionis efficiat?Sed hoc aperiſſime inconueniēs,& ueritati uidet̄ eſſe contrarium.Fiunt & definitiones per ꝓportionem,vt ſiquis dicat,Homo eſt minor mundus.ſicut.n.mūdus ratione regit:ita quoque, q̄m homo multis partibus iūctus,habet tamen in omnibus rōnē ducē,minor mundus dici pt. Fiunt etiam definitiones a relationibus,cum dicitur, Quid eſt pater?reſpondetur,cui eſt filius.Cauſa quoq; ſolet efficere definitionem,ut cum dicimus,Quid eſt dies?reſpondetur,Sol ſuper terram cauſam,enim,i. Solē,pro re ipſa cuius cā eſt,interpoſuimus.Atq; ita diem definitione monſtrauimus.Hę ſunt definitionem differentię, quas in eo libro, quem de definitionibus,Victorinus edidit,enumerauit.quas M.Tullius prętermittit eo nomine, ꝙ eas minime neceſſarias eſtimaverit. Nos uero nequid perfecto deeſſet operi, etiam quæ ſunt a Cicerone prętermiſſa ſubiecimus.

*Sic igitur ueteres præcipiunt, cum ſumpſeris ea quæ ſunt ei rei,quā definire uelis,cū aliis cōmunia,uſque eo ꝑſequi,dum proprium efficiatur, qđ nullam in aliā rē trāſferri poſſit. Vt hoc,Hæreditas eſt pecunia: commune adhuc:multa enim genera ſunt pecuniæ. Adde quod ſequitur, Quæ morte alicuius ad quempiam peruenit.nondum eſt definitio.multis.n.modis ſine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ poſſunt.Vnum adde verbum,Iure:iam a communitate res diſiuncta videbitur, vt ſit explicata definitio,ſic: Hæreditas eſt pecunia,quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure.Nondum eſt ſatis,adde:Nec ea aut legata teſtamento,aut poſſeſſione retenta.confectum eſt.Itēque vt illud, Gentiles ſunt,qui inter ſe eodē nomine ſunt.non eſt ſatis. Qui ab ingenuis oriundi ſunt. ne id quidem ſatis eſt.Quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit.abeſt etiam nunc. Qui capite non ſunt diminuti. hoc fortaſſe ſatis eſt. Nihil enim video Scæuolam Pontificem ad hāc definitionem addidiſſe, Atque hæc rō valet in vtroque genere definitionum, ſiue id quod eſt, ſiue id quod intelligitur,definiendum eſt.*

29 Definitionis ratione propoſita, diuiſaque per ſingulas partes tum materiæ,tum etiam formæ:Materiæ quidem. cū definitionem eſſe dixit,uel earum rerum quę corporeæ eſſent,uel earum quę incorporeę: Formę uero,cum aut partitionibus,aut diuiſionibus definitiones fieri docuit. Prętermiſſiſque cęteris quæcunque ad propoſitum opus minime pertinerent: nunc quod utiliſſimum eſt,maximeque totam definitionum intelligentiam ſignificare poteſt, exequitur, Id autem eſt, Qui ſit in omnibus, quæcunque quomodolibet ſunt,definitionis modus.Eſt autem una atque omnibus communis definiendi ratio,ut ex communitatibus inter ſemet iunctis,atque compoſitis,in unam proprietatem rei definitio colligatur. Omnia enim quę communia atque vniuerſalia ſunt,ſiquid eis fuerit adiectum,determinatione minuuntur, & ad particularitatem redeunt: atque eo ambitu quo concludebant cuncta, cohibentur, ueluti cum generi adijcitur differentia, & fit ſpecies. Nam cum genus per ſe proprio ambitu multas ſpecies contineat:ei propriam adiicias differentiam, minuitur; & in quandam quodammodo particularitatem redit,ueluti cum dicimus animal,hoc nomen multa concludit. At ſi ei rationale adiicias, facialque animal rationale, minus erit a ſimplici.Minus nanq; eſt animal rationale, a ſimpliciter animali, Ita addita differentiæ, quod maius fuit, in particularitatem quandam redegit,atq; cohibuit. Quoties igitur aliqua res definienda eſt,ſumitur id,qđ ei cum pluribus aliis cōe eſt, huic adiiciuntur differētię, ſtatimq; neceſſe eſt minuatur id, quod pluribus fuerat ante cōe.& ſi hac differentię additione in tm̄ modū decreuerit,ut rei q̄ definitur,fiat ęqualis, alias differentias colligere atq; aptare non neceſſe erit,ſed id ipſum quod ita decreuit,vt æquale ſit ei,quod definitur, definitionē eſſe neceſſe ē, At ſi adhuc amplius ſit ab ea re q̄ definitur: q̄ ramus neceſſe eſt aliam differentiā, qua adiuncta numerus quidam creſcat,uis āt cōitatem, differētiarum additione decreſcat, atq; id hactenus faciendum, quatenus,ut dictum eſt,ea q̄ ad definitionem ſumuntur,ei quod definiendum eſt, adæquentur.Vt igit id non rōne ſolum, uerum conuenienti quoque clarius fiat exemplo, ſumatur res notiſſima ad definitionē, id ſit homo. Huius igitur ita quęrimus definitionem.ſumimus quod ei cum plurib. aliis cōe eſt, ideſt animal.Dicimus igitur hoīem eſſe animal.nondum eſt definitio.Primū,quia, vt dictum eſt,ſolo nomine definitio reddi non pt̄ dehinc, quia animal maius eſt hominem.Vt igitur minuat animal,& homini coæquetur, addimus differentiam,qua adiuncta,rerum quidē numerus creſcit,vis autē rei atq; amplitudo minuitur.Addo igit rationale,efficioque animal rōnale.Minus eſt igitur animal rationale, quam proprie animal. Dico autem hominem eſſe animal rationale.Sed id nōdum coæquatur ad hominem: pñt enim eſſe animalia rationabilia, ſicut Platoni quoque de aſtris placet, quę homines non ſunt. Addo igitur rurſus aliam differētiam, ſi quoquo modo iterum definitio contrahatur, ut fiat homini quod definitur, ęquale.Adiungo igitur mortale,ac dico hominem eſſe animal rationale mortale.id æquatur ad hominem.Nam & qui homo eſt,animal rationale mortale eſt, & quod animal rationale mortale eſt,homo eſt. Dico igitur hominis hanc eſſe definitionem,quæ ex pluribus communibus iunctis, unum tamen quoddam, homini proprium atq; æquale conficit. Atque in cęteris definitionibus eadem ratio eſt,ut definitiones fiant collectis communitatibus,in unumq; copulatis,cum neceſſe ſit illa copulatione,quę communia ſunt,contrahi,atq; in minorem cohiberi modum,eique quod definitur ex cōitatibus iunctis aliquid proprium atq; æquale componitur.Hoc eſt igitur quod ait Cicero, hunc eſſe definitionis modum, Cum ſumpſeris ea quæ ſint ei rei,quam definire uelis, cum aliis communia,vſque eo perſequi,ut proprium efficiat̄, qđ in nullam aliam rē transferri poſſit:ut his uerbis & hac ſentētia breuiter ſignificare uideatur hanc eſſe definitionem, Quæ ex ſubſtantialibus communitatibus iuncta,atq; in minorem modum redacta,fit ei rei, quæ definitur,ęqualis.Exēpla uero quę ponit, huiuſmodi ſunt;unum definiendæ hæreditatis, alterum Gentilitatis. Hæreditatis quidem hoc modo, Hęreditas eſt pecunia. Commune hoc, & multis aliis conueniens, quę hęreditates non ſunt, vt donationibus, ut furtis, uel quibuſlibet aliis pecuniariis rebus, quę minime ſunt hæreditates. Huic igitur pecuniæ addendum aliquid fuit .i. Quę morte alicuius ad quempiam peruenit, Hęreditas enim pecunia eſt, ad quempiam alicuius morte perueniens. Sed ne id quidem plenum hęreditatis explicat intellectum.Commune nanque eſt. Et pecunię mortuorum pluribus teneri modis poſſunt, ueluti ſi bello quis uictus eſt,ac ſpoliatus.Addendum igitur eſt aliquid, Iure. ut ſit, Hæreditas eſt pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam iure peruenit, Hæreditates enim iure capiuntur. Videatur forſitan hoc loco definitionem poſſe conſiſtere, ſed minime quid enim? ſi legata pecunia eſt, hęreditas quidem dici non poteſt, capta tamen morte alicuius iure pecunia eſt. Nam ſi teſtamenta iure fiunt, pecunia etiam iure legatur. Adiiciendum eſt aliquid, id ſcilicet quo ab hęreditatibus, legata ſeparentur; ut dicamus, hæreditatem eſſe pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenientem iure, quae legata non ſit, Num ſatis eſt definitioni? Minime. Quid enim ſi meum quidem dominum ſit fundi, uel alicuius pecuniariæ rei, alterius uero uſusfructus?Nam mor-

te eius,cui vſusfructus competit : ad me res illa reuertitur, q̃ in meo dominio proprietatis poſſeſſione iure tenebat:neque tñ hęreditas eſſe ꝑt.adijciẽdũ igitur eſt, minime poſſeſſione eſſe retẽtã,ideſt,ut proprietatis poſſeſſione, id qđ ex morte alicuius iure nõ legatum peruenit, nõ retineat. Hoc aũt mõ poſſeſſione retineri ꝑt,ſi ſit noſtra ꝓprietas, & eius q decelſerit vſusfructus.Coniuncta igitur oĩa in unũ,faciẽt hęreditatis definitionem hoc mõ, Hęreditas eſt pecunia, q̃ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, non legata,neque poſſeſſione retenta. Hæc definitio eſt ęqualis hęreditati.Na nt hęreditas,pecunia eſt morte alicuius ad quempiam perueniens iure,neq; legata,neq; poſſeſſione retenta. Ita q̃cunq; pecunia alicuius morte ad aliquẽ iure peruenerit,neque legata ſit,neq; retenta , hanc hæreditatem eſſe neceſſe eſt.Sed cum M.Tullius ad eum uſq; locum definiendo veniſſet,ut diceret hęreditatem eſſe pecuniam,q̃ morte alicuius ad quempiam perueniſſet iure,ait:Iam a cõitate res diſiuncta uidebitur,vt ſit explicata definitio, ſic,Hęreditas eſt pecunia,q̃ morte alicuius ad quempiam iure peruenit.Idq; ita dictũ eſt , quaſi iã plena facta ſit definitio. Quid.n.eſt aliud explicatam eſſe definitionem,& a cõitate diſiunctam,niſi ꝑfectam,& cui deſit nihil? Sed rurſus,quaſi non ſit explicata definitio,nec a cõitate diſiuncta, adiicit,Nondum eſt ſatis: adde,nec ea aut legata teſtõ,aut poſſeſſione retenta.Cuius adiectionis hęc ratio eſt. Fecit.n. definitionem aliis adiunctis,aliis ſeparatis. Itaq; id quod definiebat,vel his q̃ adiunxit,uel his q̃ ſeparauit, a cęterorum omnium communitate ſegregauit . Hęreditatem.n. dixit eſſe pecuniam,huic addidit,morte alicuius ad aliquem peruenientem. ſeparauitque eam ab iis pecuniis, quæ non morte alicuius ad aliquẽ, ſed contractu uiuentium peruenirent. addidit iure,ut ab his pecuniis ſepararet, quę per uim morte alterius,ad quempiam peruenirent.His igitur duobus,morte, atque iure,ea pecunia effecta eſt , quę a cæteris ita ſeparetur,ut tamen per legitimum acquirendi modum,non inter utroſque viuos, ſed inter vnum viuum atq; alterum mortuum fieret. Hęc igitur vna ſeparatio a cæteris facta eſt, atque ideo ait explicatam eſſe definitionẽ , & a cõitate diſiunctam. Sed qm̃ in ea ipſa pecunia,quæ morte & iure ad aliquem peruenit,inerant q̃dam quę hæreditate non eſſent , harum ſeparatione, plena effecta eſt hæreditatis definitio.Nam cum diceret,hęreditatem pecuniam eſſe,itemque,quę morte alicuius ad aliquem perueniſſet,itemque quæ iure:hęc omnia efficientia ſubſtantiam hæreditatis appoſita ſunt . Sed quoniam erant in hac collectione quædam, ad quæ huius collectionis intellectus transferri poſſet , nec tamen eſſent hęreditates,ueluti legatum,aut poſſeſſionis retentio:his ſubtractis,reliqua fuit hęreditas , de qua intelligi poſſit , pecunia alicuius morte ad quempiam iure perueniens.Non igitur legatum,aut poſſeſſionis retentio,ſubſtantiam hęreditatis efficiunt , quippe q̃ impedirent ad eius ſubſtantiam demonſtrandam,niſi remouerentur.At vero nec negatio quidem, cuiuſquam ſubſtantiam perficit,ſed tantum quid non ſit,oſtendit. Quod ſi legatum & poſſeſſionis retentio hæreditatis ſubſtantiam nõ mõ non complent,uerum etiam impediunt atq; corrũpunt, niſi fuerint diſiuncta atq; ſepoſita ; cumque harum negatio nihil ex hæreditatis ſubſtantia monſtret , ſed tm̃ quid non ſit,oſtendat:relinquitur pars ſuperior , id eſt pecunia morte alicuius ad quempiam iure perueniens, quæ ſubſtantiam hęreditatis oſtendat , eaq; ſit explicata definitio,a cęterisq́ue diſiuncta. Sed qm̃ rurſus, vt dictum eſt,q̃dam ſunt ad q̃ deriuari huius definitionis intelligentia poſſit,iccirco ad diſcretionẽ integram deſignandam reliqua pars additur.Itaque qm̃ iſta demonſtrant hęreditatem, efficiuntque ſubſtantiam,iure dictum eſt,iam a communitate res diſiuncta uidetur,ut ſit explicata definitio:Hæreditas eſt pecunia, q̃ morte alicujus ad quempiam peruenit iure . Sed quoniam rurſus hic intellectus ad plura intra ſe poſita poterat conuenire,non immerito additum eſt:Nondum eſt ſatis,&c. quæ legatum & poſſeſſionis intentionem ab hęreditatis definitione ſeiungunt:ac de priore quidẽ hæreditatis exẽplo hęc dicta ſint. Ad huius uero ſimilitudinem etiam ſm̃ tractat exẽplum,quod de definitione gentilitatis eſt poſitum. Gẽtiles .n.ſunt,qui eodem nomine inter ſe ſunt,ut Scipiones , Bruti,& cęteri.Quid ſi ſerui ſunt ? num ulla gentilitas ſeruorũ eſſe poteſt? Minime . Adiiciendum igitur, Qui ab ingenuis oriundi ſunt. Quid ſi Libertinorum nepotes Ciuium Rom. eodẽ nomine nuncupentur?num gentilitas ulla eſt? Ne id quidem. Quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas ducitur: addatur igitur, Quorum maiorum nemo ſeruitutẽ ſeruiuit.Quid ſi ꝑ adoptionẽ in alterius familiam tráſeat?tunc ẽt ſi eius gentis ad q̃ migrauit,nomine nuncupetur,licet ab ingenuis,& ab ijs ortus parentibus ſit,qui nunq̃ ſeruitutem ſeruiuerit,tñ qm̃ in familia gentis ſuę non manet:ne in gentilitate quidem manere poteſt,addendum igitur eſt,Neque capite ſunt diminuti.Hoc fortaſſe, inq̃t,ſatis eſt ſm̃ Scæuolæ Pontificis definitionem: nihil.n.vlterius adiecit,vt ſit definitio gẽtiliũ hæc, Gẽtiles ſunt, q inter ſe eodẽ ſunt noĩe, ab ingenuis oriundi, quorũ maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit , & ubi gentilitatem nulla capitis diminutio deſtruxit : Hęc quoq; definitio facta eſt ex pluribus cõitatibus in unũ confluentibus atq; unam proprietatẽ eius rei q̃ definiebat , id eſt gẽtilitatis,facientibus. Hic igitur definitionis modus in utroque gñe rerum ualet, ſiue quæ ſunt,ſiue q̃ non ſunt, ideſt ſiue corporaliũ,ſiue incorporaliũ. Ná,ut ſuperius oſtẽſum eſt,id eſſe, Cicero dicit,qđ corporale ſit:id nõ eſſe,qđ eſt incorporale . Ac poſtremo oĩum definitionũ modus hic eſt, vt ex pluribus cõitatibus aliqua proprietas fiat. Sed diſtant a ſe definitiones, ꝙ hæ q̃ proprie definitiones uocantur, ex his cõitatibus coniunguntur q̃ ſubſtantiales ſunt. Illæ quę vero quæ non uerę , ſed abutendo definitiones dicuntur,ex accidentibus communitatibusq́; congregantur.

*Partitionum autem, & diuiſionum genus quale eſſet, oſtẽdimus:ſed quid inter ſe differant,planius dicẽdũ eſt. In partitione quaſi mẽbra ſunt, vt corporis,caput humeri,manus,latera,crura,pedes, & cætera. In diuiſione formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant , noſtri ſiqui hæc forte tractant, ſpecies appellant,non peſſime id quidẽ,ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo.Nolim.n.ne ſi Latine quidem dici poſſit,ſpecierum, & ſpeciebus dicere, & ſæpe his caſibus vtendum eſt : at formis & formarum uelim. Cum autem utroque idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam definiunt hoc modo : Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notio,cuius differentia ad caput generis,quaſi fontem referri poteſt. Notionẽ appello, quod Græci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν dicunt. Ea eſt inſita & ante præcepta cuiuſque formæ cognitio enodationis indigens, Formæ igitur ſunt hæ, in quas genus ſine ullius prætermiſſione diuiditur: vt ſiquis ius in legem,morem,æquitatem diuidat. Formas qui putat idẽ eſſe quod partes,cõfundit artem,et ſimilitudine quadã conturbatus nõ ſatis acute quæ ſunt ſecernenda, diſtinguit. Sæpe etiã definiũt & oratores,& poetæ per translationem uerbi ex ſimilitudine cum aliqua ſuauitate. ſed ego a ueſtris exemplis, niſi neceſſario non recedam. Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus, cum de litoribus ageretur , quæ omnia publica eſſe vultis, quærentibus iis ad quos id pertinebat,quid eſſet litus , ita definire , qua fluctus eluderet , hoc eſt quaſi qui adoleſcentiam florem ætatis,ſenectutem occaſum vitæ velit definire. Translatione.n. utẽs diſcebat a uerbis propriis rerum,ac ſuis. Quod ad definitiones attinet,hactenus: reliqua uideamus.*

30 Quoniam definitionum formas in partitionem,diuiſionemq; diſtribuit : ne qua rerum auditor ſimilitudine turba-

retur, diuiſionis ac partitionis differẽtias prodit. ac primũ aliud partes, aliud ſpecies eſſe demonſtrat. Species n. ſæpe partes: partes uero nunq̃ ſpecies appellantur. Differunt ve ro hęc a ſe, q̃m partes totius membra cõiungunt, Species vero genus diuidit, atque diſpertit. Nam vt ſuperius quoque dictum eſt, partes eius, qd copulant, non ſuſcipiunt nomen totius. Neque enim fundamẽta, vel tectum domus eſſe dici põt: nam niſi omnia quę quid efficiunt, iuncta ſint; totius vocabulũ ſingula non habebunt. At vero ſpecies etiam ſingulę generis ſuſcipiunt nomen, vt homo animalis: quo fit, vt in his illa quoq; differentia poſſit agnoſci, quod partes quidem totius partes: ſpecies vero non totius, ſed vniuerſalis rei, ideſt generis ſpecies eſſe dicuntur. Differt vero totũ a genere, qđ genus quidẽ vniuerſale eſt, totũ vero minime. quod probatur hoc modo, Si enim id quod totum dicitur, vt domus, vniuerſale eſſet, partes quoque eius, totius ſuſciperent nomen. At non ſuſcipiũt, vt ſępe monſtratum eſt. quod igitur totum eſt, vniuerſale non eſt, Genus vero vniuerſale eſſe manifeſtum eſt; q̃m eius nomen deductę ab eo formę ſuſcipiunt. Item alia differentia. Genus ſpeciebus ſuis prius eſt, totum vero ſuis partibus poſterius inuenitur: niſi enim partes fuerint, totum non poteſt cõiungi. Quo fit, vt ſi genus pereat, ſpecies quoque perimantur. Si ſpecies intereat, maneat genus, quod in partibus totoque contrarium eſt. Nam ſi pars quælibet vna pereat, totũ neceſſe eſt interire: ſi vero totum, qđ partes iunxerant, diſſipetur partes manent diſtributę, veluti ſi domus, tecta, & parietes & fundamenta a ſemetipſis extrinſecus poſita intelligatur, domus quidem non erit, quia coniunctio deſtructa eſt, partes tamen manebunt. Proprijs igitur nominibus Marcus Tullius partes quidem veluti totius membra appellat, ſpecies vero formas: idcirco, quoniã nõ ſatis ei aptavidet inflexio caſuũ ab eo nomine quod eſt ſpecies. Et, licet plures, in quit, vſurpauerint hoc nomen: tamen q̃m dura eſt huius nominis per caſus inflexio, cum dicitur ſpeciei, ſpecierum, ſpeciebus: Idcirco commoditatẽ in dicendo, vt ipſe ait, non arbitratus eſt negligendam, vt formas vocaret, in cuios nominis caſibus nulla ſentitur aſperitas. Et quoniã forma pręter Genus eſſe non poteſt (nihil enim præter ſuum põt eſſe principium) vtrumque appoſuit definitiones, dicens, genus eſſe notione ad plures differentias ptinẽtẽ. Notio vero intellectus eſt quidã, & ſimplex mentis cõceptio, q ad res plures ptineat a ſe iuicẽ differẽtes eſt, Id vero genus eſſe manifeſtũ eſt, qđ aptiſſimo liquet exẽplo. Aĩalis quippe intellectus ad plures differentias pertinet, ad rationale, ſcilicet atque irrationale: ad mortale etiam, atque immortale: ad ambulabile, reptibile, volatile, natabile: & eſt eorum omnium, quę ſub his differentijs ſita ſunt, genus. Idem vero ſignificat hæc definitio, quod etiam vetus: hæc eſt huiuſmodi. Genus eſt, quod de pluribus ſpecie differentib. in eo quod quid eſt, prædicatur. velut animal, genus ad plures res ſpecie differentes, id eſt ad hominem atque equum, in eo quod quid eſt, prędicatur. Nam interrogantibus quid eſt homo vel equus, animal dicitur, Item formæ definitionem talem dedit, Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis, quaſi fontem, referri poteſt: & recte. Nam ſi formæ a genere deducuntur, ſpecies neceſſe eſt referantur ad genus. Si igitur principium quoddam & fons formæ genus eſt: neceſſe eſt vt intellectus formæ ad primordium ſuum, id eſt notionem generis reuertat. Intellectus. n. hominis refertur ad animal, itemque equi, & cæterorum. Notionẽ vero appellat, quod Græci ἔννοιαν dicunt. huius hæc eſt definitio Notio eſt inſita, & ante percepta cuiuſque formę cognitio, enodationis indigens. Hęc vero definitio hinc tractata eſt, qđ Plato ideas quaſdã eſſe ponebat, id eſt ſpecies incorporeas ſubſtantiaſque conſtantes, & per ſe ab alijs naturę ratione ſeparatas, vt hoc ipſum homo, quibus participãtes cęterę res, homines, vel animalia fierent. At vero Ariſtoteles nullas putat extra eſſe ſubſtantias, ſed intellectam ſimilitudinem plurimorum inter ſe differentiũ ſubſtantialem, genus putat eſſe, vel ſpeciem. Nam cum homo atque equus differant rationabilitate atque irrationabilitate, horum intellecta ſimilitudo efficit genus. Nam ſimilitudo equi & hominis ſubſtantialis in eo eſt, qđ vterq; ſub ſtantia eſt, vterque animatus, vterq; ſenſibilis, quæ iuncta efficiunt animal: eſt animal namque ſubſtantia animata ſenſibilis. Igitur hominis atque equi ſimilitudo, eſt animal qđ eſt genus. Rurſus cum Plato atque Cicero, numero accidentibus diſtarent: horum ſimilitudo, quę eſt humanitas intellecta atque animo formata, ſpecies eſt. Ergo cõitas quędam, & plurimorum inter ſe differẽtiũ ſimilitudo notio eſt: cuius notionis aliud genus eſt, aliud forma. Sed q̃m ſimilium intelligentia eſt omnis notio, in rebus vero ſimilibus neceſſaria eſt differentiarum diſcretio, idcirco indiget adhuc notio quadam enodatione ac diuiſione, velut ipſe intellectus animalis ſibi ipſe non ſufficit. Nam mox animus ad aliquod animal, id eſt vel hominem, vel equum deducitur inquirendum, & hominis notio vel ad Tullium, vel ad Platonem, vel ad quemlibet ſingularium pſonarum refertur. Quę cum ita ſint, quoties genus diuiditur in formas, nullã prætermitti oportebit. Eſt enim vitiũ vel maximum, ſi qua diuidentem forma pręterea t. veluti ſiquis ius diuidere velit, in legẽ, morẽ, atq; equitatẽ neceſſe eſt partiatur. Nam & lex, & mos & æquitas, & ſingula & in cõe, iuris vocabulo ſubiecta ſunt. Culpat vero illorum inſcitiã, quidem ſpecies vel formas putant eſſe, quod partes: conturbariq; eos inſcitia dicit, quod res a ſe plurimũ differẽtes impedite atque improuide diſtinguere, ac ſegregare non curẽt. Sed quoniã de definitione loquebatur, addit aliã ſpeciem definitionis, q̃ non ſuperius enumerauimus: quę per tranſlationem, non proprietatis, veritatiſq; ſed ſplendoris atq; ornatus ratione perficitur. quod poetarum atque oratorũ eſſe autumat, quibus luculenta oratio curæ eſt. Huius definitionis exemplũ a iure ciuili Tullius petit; atq; ſe non aliter ab exẽplis notioribus Trebatio receſſurũ, q̃ ſi neceſſitas cogat. Per tranſlationẽ vero definitio eſt, veluti cum Aquilius litus definire volens, dicebat li us eſſe quo fluctus eluderet. hoc eluderet ab ijs tranſlatũ eſt, qui agitatione aliqua, cauſa luſus mouentur itemq; adoleſcẽtia eſt flores pręcedunt. Et ſenectus, vitę occaſus id a die ductum eſt qui definit eſſe cum ſol occiderit, quæ tranſlationes a proprietate diſcendunt, & quadam ſimilitudinę ſubiecta ſignificant. Eſt. n. tranſlatio, quoties habẽtis rei nomẽ pp alterius ſimilitudinẽ, a re ſimili nomẽ imponitur vt motus habet propriũ nomẽ, itẽ luſus ſuo Vocabulo nuncupat: ſed q dicit, qua fluctus eluderet, a ſimilitudine agitationis, ad fluctuum motũ, vocabulum traſfert. Ac de definitionibus quidem diſputationem terminans, ad partitiones tranſitum facit. Sed nunc tertio volumini ſatis eſt reliqua in poſterum differamus.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi in commentariorum in Topica Ciceronis.

### LIBER QVARTVS.

EXPLICARE non poſſum mi Patrici, q̃tas ſępe in difficillimi operis curſu vires afferat amicitię cõtemplatio. cum & ijs ſtudioſius componamus, quos repoſito penitus amore diligimus, & placere cupientibus multa ſeſe rerum copia ſub miniſtret. Huc accedit, q vt quęq; in mẽtẽ venerint, inuidicata, atq; ẽt incaſtigata promũtunqõquidẽ apud chari pectoris ſecretum nihil eſt piculi pferre, qđ ſentias. Eſt igitur mihi, cum tuã beneuolentiam ſpecto, pronum oẽ, atq; vt ita dicam, voluptatum quod in tuę pręſcriptum iucunditatis impenditur. Sed cum memet ipſe perpẽdo, vereor ne imperato muneri par eſſe non poſſim, & deficientis culpa in adhortantis cedat iniuriã. Quo fit, vt tibi & atq; ẽr prouidendum ſit, ne tuis ipſe moribus emendatus;

nostri

noſtri alicuius erroris ſarcinam feras. Noſti oblatrantis morſus inuidię: noſti quam facillime in difficillimis cauſis liuor iudicium ferat. Quęſo igitur extremam noſtro operi manum, cõis negotii ſtudioſius imponas: abundãtia reſeces, hiantia ſuppleas, errata reprehẽdas, ſis poſtremo noſtri laboris, tuęq; adhortationis aſſertor. cũ ꝑiculum me ſecurũ peractũ reddat offitiu te amici pudor dignus poſſit cõuenire, ſi diſplicet. Sed hęc alias, nũc operis ſuſcepti tramitẽ ꝓſequamur. Qm̃ locorum in ipſis de quib. quęrit terminis inhærẽtiũ, alii ſũt a toto, alii a partibus, alii a nota, alij ex affectis: De eo quidẽ loco, qui a toto eſt, & in definitione eſt conſtitutus, ſufficiẽter diſſeruit ſuperiore tractatu. Nunc vero de partium enumeratione dicere inſtituit, rectã ordinis viam ſcilicet inſiſtens, vt nõ ſolum exemplo qualis eſſet partium enumeratio perdoceret, verum rõne quoque oñderet, quõ partium enumeratione in argumẽtationib. eſſet vtendum.

*Partitione autem ſic vtendum eſt, nullam vt partẽ relinquas: vt ſi partiri uelis tutelam, inſcienter facias, ſi vllam prętermittas. At ſi ſtipulationem, aut iudiciorum formulam partiare, non eſt vitium in re finita prætermittere aliquid. Quod idẽ in diuiſione vitioſum eſt. Formarũ enim certus eſt numerus, quę cuiq; generi ſubiiciantur. Partium diſtributio ſæpe eſt infinitior, tanquam riuorum a fonte deductio. Itaq; in oratoriis artib. quęſtionis genere propoſito, quot eius formę ſint, ſubiungitur abſolute: at cum de ornamentis verborum, ſententiarumq; præcipitur, quę vocantur σχήματα, non fit idem. Res enim eſt infinitior, vt ex hoc quoq; intelligatur, qđ velimus inter partitionem, & diuiſionem intereſſe. Quanquam enim vocabula prope idem valere videantur: tamen quia res differebant, nomina etiam diſtare voluerunt.*

31. Senſus huiuſmõi eſt; Rerũ quę partibus coniunguntur, alię quidem paucas, ac facile intelligibiles, comprehenſibileſq; partes habent: aliæ vero plures intellectuque difficile. In his igitur partibus quę ſunt paucę, ac facile ſub intelligentiam cadunt, vel maximum vitiũ eſt, ſi partiendo aliquid relinquatur. In his vero quarum, ut ipſe ait, infinitior numerus eſt, & confuſior ꝑſpectio, minus vitioſum eſt, ſi qua diuidentem pars in enumeratione ꝓtereat. Fit aũt hoc non ſolum ꝑ eas res, quæ aliquib. partib. cõſtant verũ ẽt ſæpe per partes ipſas, quas in diſtributione partimur: vt ſi hoĩs corpus velimus intellectu ac rõne per propria mẽbra diſtinguere, faciemus ita, caput, humeros, manus, thoracem, ventrem, ſuras, atque pedes. Et quoniam maiores partes ſumpſimus ad diuidendum, idcirco nihil prætermiſſum eſſe vr̃. at ſi minutiſſimas particulas perſequamus, tũ oculi quoque, & labia, & nares, atq; aures, earumque partes perſequendę sũt, idq; in toto corpore faciendum eſt. eoque modo difficilior erit partitio, cum ſit partium numerus infinitior. Sępe etiã, ut dictum eſt, res ipſę his partib. iunctę ſunt, quarum nõ fit facilis inſpectio. vt ſi quis ſtipulationum, & iudiciorum formulas partiatur, vel etiã ſi figuras loquendi, quas σχήματα gręci vocant, diuidi neceſſe ſit. Hic igitur ſi quid prætermiſſum ſit, non erit vitium partiẽtis: quia partiũ natura multiplex ſępius obtendit errorem. At ſiquis genus diuidat, pernicioſum eſt aliquam prętereire formã, qm̃ formarum finita quantitas eſt. Nam quia ſemper in contrariũ diuidũtur aut duæ ſunt ſp ſpecies generis, aũt tres: & tunc tres, cũ ea vt ſi colorem diuidamus, dicendum eſt ita, Coloris aliud eſt album, aliud nigrum, aliud medium. Idq; mediũ; ex albi coloris ac nigri commiſſione coniunctum eſt, quamuis in quamlibet alia coloris ſpeciem transferatur, ſeu purpurei, ſeu rubri ſeu viridis. Itaq; ſi tale eſt quod diuidis, taleſq; ſunt partes, quas ad diuiſionem ſumis, quas nõ difficulter intelligentia cõprehendas, vitiũ erit, ſiquid omiſeris, velut ſi tutelas partiaris. Tutela quippe quatuor fere modis eſt: aut .n. per cõſanguinitatis gradum eſt, aut, patronatus iure defertur, aut teſtõ patris, tutor eligitur, aut vrbani Prætoris iuriſdictione formatur. & ſunt forſitã plures, ſed nũc iſtæ ſufficiunt. Hic igitur & paucę partes, & facile comprehenſibiles. At ſi ſtipulationum formulas & iudiciorum comprehendere velis, qm̃ multę in his partes ſunt. non erit vitioſum, ſi quid omiſeris. In prõptu vero eſt exemplũ partium, quod de tutelis eſt dictum: magis .n. vt genus in formas, quam ut totũ in partes, tutela diuiſa eſt. Nã ſiue ꝑ ſanguinitatem ſit tutor, ſiue patronatus iure, ſiue cæteris modis, integrũ tutelæ ius habet. quod in ſingulis partibus non ſolet euenire, vt totius integrum capiãt nomen. Sed vt conueniẽs vidcať exẽplum, requirẽdę ſunt tales tutelarũ partes, quę iunctę tutelas efficere poſſint, nõ q̃ ſingulę tutelę noĩe deſignẽtur. qđ neſcio an quicquã iuriſperitię ꝓfeſſor, tales tutelæ partes ediderit. Merobandes uero rethor ita intelligendũ putauit, vt id qđ ait: Partitione ſic vtendũ eſt, ut nullã partẽ ꝓtermittas, de diuiſione dixerit, ideſt de vna parte ꝓpoſitę partitionis. Nã & diuiſio, & ꝑ mẽbra diſtributio, partitio nũcupatur. In diuiſione .n. vitioſum eſt aliqd ꝓtermittere: in partitione mẽbrorũ, minime. Ita exẽplũ de tutelis ei partitioni accõmodatũ dedit, q̃ ẽ diuiſionis. At ſi diuiſionẽ facias, id eſt formarũ a gñe partionẽ, ſummũ eſt vitiũ aliquid ꝓtermittere: qm̃ cũ ſit finitus formarũ numerus, ſiqd omiſſum ſit, inſcitia pręteritur, ut ſi oratorias qõnes in formas diuidere velimus, dicemus oẽm rhetoricã qõnem, aut de facto eſſe, aut de qualitate facti, aut de noĩe. At ſi locutionum figuras, ſententiarũq; diſtribuã, nõ erit, vt dictũ eſt, vitium, trãſire aliquid. qñquidẽ ſentẽtiarũ inter ſe atque locutionum figuræ & multiplices, & varia ratione diuerſæ ſunt. Hic quoq; figurarum partes non ita vĩr accipi poſſe, quẽadmodũ totius, ſed vt ſpẽs gñis. Vna quęq; enim figurarum, quę infinitę ſunt, velut figurę gñalis ſpẽs eſt. quod poſſumus intelligere ex his verbis rhetorũ, vbi de elocutione tractat. Nullę nanq; ſunt figurarum partes, quæ figuras iungant ita, vt ſingulę figurę nomen vniuerſalis figurę nõ poſſint admittere. Sed obiici nobis poteſt. Et quõ infinitæ ſunt figurę, ſi ſpecies ſunt? Sed rñdebo leuiter. Elocutione mutata figuram quoq; mutari, atque idcirco in ptãte eſſe dicentis, figuras facere, quas is qui tractat, difficile, anteq̃ fiant, põt agnoſcere: hę vero nõ ſubſtantialib. q̃buſdam dr̃is conſtituũtur, ſed potius accidentibus explicanť. vnde fit vt tum cõis nominis in ſignificationes partitio fieri videatur, cum figura diuiditur, potius quã gñis in ſpecies. Omnia vero ſignificata cuiuſq; nominis, diuiſione includere, difficile eſt: quia noua plerunq; finguntur, ſed ne id quidẽ rerũ ratio permittit. Nam vnaquęq; figura gñalis figurę nomine, & definitione comprehenditur. Quocunq; enim modo figura definitur, eadẽ erit definitio etiã vniuſcuiuſq; figuræ. Quę res, vnamquamque figuram, vniuerſalis figurę ſpeciem eſſe declarat: vniuoca .n. ſunt ſpecies & genus. Sed eſt illud verius, partitionem figurarũ ad elocutionẽ ipſam Tullium retuliſſe, cuius pars quædam eſt figura, non ſpecies: variis .n. multiplicibuſq; figuris elocutio luculenta cõtexitur. Siquis igitur elocutionem partiri velit in figuras, nõ genus in ſpecies, ſe totum ſecabit in partes. Quæ cum ita ſint ex hoc quoq; apparet, quid interſit, inter diuiſionem partitionemq;: cum partitio interdum talis ſit, vt ſiquid in ea prætermiſſum ſit, nihil afferat vitii. Diuiſio vero formarum talis eſt, vt in ea non queat aliquid ſine culpa præteriri. Quo factum eſt, vt quia res differebant, diuerſa ẽt vocabula reb. inter ſe diſtãtib. inderentur.

*Multa etiã ex notatione ſumuntur: ea eſt autem cũ ex vi nominis argumentũ elicitur, quã greci ἐτυμολογίαν appellãt, ideſt verbũ ex verbo ueriloquium. Nos autem nouitatẽ verbi non ſatis apti fugientes, genus hoc notationẽ appellãmus, quia ſunt uerba rerũ notę. Itaq; hoc idẽ Ariſtoteles σύμβολον appellat, quod latine eſt nota. Sed cũ intelligitur quid ſignificet, minus laborandum eſt*

de nomine

*de nomine. Multa igitur in diſputãdo notatione eliciũtur ex uerbo, ut cum quæritur poſtliminium quid ſit, non dico quæ ſint poſtliminij. Nam id caderet in diuiſionẽ, quæ talis eſt. Poſtliminio redeũt hęc, hõ, nauis, mulus clinellarius, equus, equa quę frena recipere ſolet. Sed cum ipſius poſtliminij uis quæritur, & uerbũ ipſum notatur, in quo Seruius noſter (ut opinor) nihil putat eſſe notandũ niſi poſt, & liminiũ illud productionẽ eſſe uerbi uult, ut in finitimo, legitimo, aditimo, nõ plus ineſſe timum, quàm in meditullio, tullium. Scæuola autem P. filius iunctum putat eſſe uerbum, ut ſit in eo & poſt, & limen; ut quæ a nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem peruenerint, & ex ſuo tanquam limine exierint, hinc ea cum redierint poſt ad idem limen, poſtliminio uideantur rediſſe. Quo in genere etiam Mãcini cauſa defendi poteſt, poſtliminio rediſſe deditum non eſſe, quoniam non ſit receptus. Nam neque deditionẽ, neq; donationẽ ſine acceptione intelligi poſſe,*

32. Poſt enumerationem partium, recto ordine de notatione perpendit; Notatio igitur eſt, quoties ex nota aliqua rei, quæ dubia eſt, capitur argũ. Nota vero eſt, quę rem quaſi deſignat. Quo fit, vt oẽ nomen nota ſit idcirco, quod notã faciat rẽ de qua prædicatur, id Ariſt. σύμβολον nominauit. Et notatione autem ſumitur argũ, quoties aliquid ex notatione, i. nominis interpretatione colligitur. Interpretatio vero nominis, ἐτυμολογία grece, latine veriloquium nuncupatur. ἔτυμον enim verum ſignificat, λόγος orationem. Sed quia id veriloquium, minus in vſu latini ſermonis habebatur, interpretationẽ nominis notationem Tullius appellat. Ea eſt hmõi, vt ſi quæras quid eſt poſtliminium? In qua qõne nõ illud videtur inquiri, quæ res poſtliminio reuertantur. Hoc. n. in diuiſionem caderet, ideſt earũ omniũ rerũ enumerationem, quę poſtliminio redeunt, poſtularet, velut ſi ita dicamus. Poſtliminio redeunt, hõ, nauis, mulus clitellarius, equus, equa quæ frenos recipere ſolet, ideſt domita. Nunc enumeratæ ſunt res quæ poſtliminio reuertantur. At cũ qđ ſit ipſum poſtliminij ius quęritur, põt ex ipſius nominis interpretatione cognoſci. Poſtliminio enim redit, quiſquis captus ab hoſtib. ad patriã remeauerit. Nãq; dum captiuitatẽ hoſtium patitur, ius ciuis amittit. omnia vero iura recipit, ſi poſtliminio reuertatur. Ergo ex notatione nominis ita ius poſtliminij clareſcere põt, vt quia ſp, poſt, id ſigñat quod retro relinquitur, poſtliminij vocabulo quædam reuerſio ſigñatur, vt Seruius probat, q ex aduerbio poſt, vim nominis interpretatur, reliq̃ vocabuli partẽ protractionẽ eſſe confirmans. nam in eo quod eſt poſtliminium, ex eo quod poſt dictum eſt, interpretationẽ nois ſumit. liminium vero, ſuper vacuo putat eſſe productum. Ad horum nominum formam: medi tullium, prima. n. pars, mediũ ſigñat, tullium vero, nihil: & legitimũ, & editimũ. In vtriſq; . n. lex ibi, ædes ibi, aliquid, timũ vero nihil oĩno deſignat. Id vero nomen quod eſt poſtliminium, Scæuola P. filius, ex aduerbio poſt & limine putat eſſe cõpoſitũ: nam quia ad idem limen, quod prius reliquit, reuertit is qui poſtliminio redit, idcirco ex vtriſq; ſigñationib. arbitratur nomen eſſe compoſitum. Quęcunq; . n. a nobis abalienata ad hoſtem perueniunt, cũ a noſtro limine exierit, ſi poſt ad idem limen reuertantur, poſtliminio redeunt. Quo mõ ẽt Mancini cã defendi põt, quẽ cum pop. Rom. ob fœdus male ictum dediſſet, hoſtes eum ſuſcipere noluere: qui cum reuerſus eſſet, poſtliminio rediſſe videbatur, idcirco, quia ſi eum hoſtes recepiſſent deditum a ciuibus, ẽt ſi quo modo ab hoſtib. effugiſſet, non videretur poſtliminio regreſſus, qui iudicio ciuium omni libertatis iure fuiſſet exutus. ſed qm̃ nec deditio, nec datio, nec donatio. preter acceptionẽ videtur poſſe conſiſtere, idcirco qui nõ ſit ſuſceptus, ne deditus qdẽ intelligi poſſit. Recte ergo Mãcinus q nõ deditus, in hoſtiũ, ſi ea vti vellẽt, peruenerat ptãtẽ, cũ i ptriã remeauit, iurẽ poſtliminio rediiſſe, defẽſus ẽ,

*Sequitur is locus, qui conſtat ex his rebus, quę quodam modo affectæ ſunt ad id de quo ambigitur, quẽ mõ dixi in plures partes diſtributũ. Cuius primus eſt locus ex cõiugatione, quarũ greci συζυγίαν vocant, finitimus notationi, de qua mõ dictũ eſt: vt ſi aquã pluuiam eã mõ intelligeremus, quam imbri collectam videremus, veniret Mutius, qui quia coniugata verba eſſent pluuia, & pluendo, diceret omnem aquam oportere arceri qua pluẽdo creuiſſet.*

33. Cum locũ, qui ipſis de quib. quęritur, inhęreret, in quatuor dñas ſupra diſtribuit, a toto, ab enumeratione partiũ, a nota, ab affectis qm̃ diligẽter de ſuperiorib. trib. paulo ante tractauit; nũc quartũ locũ. i. affecta pſequit. Et qm̃ locus ab affectis in plurimas dñas ſoluebat, quarũ prima a cõiugatis ꝓpoſita eſt: primũ loquit de cõiugatis q̃ multũ a notatione non differunt. Nam quia notatio ex vi nominis trahitur, ĩ emq; cõiugatio ſimilitudine vocabuli cõtinetur, aliquid inter ſe veluti confinium tenent. Sed hoc intereſt, quia notatio, expoſitione nominis: coniugatio, ſimilitudine vocabuli ac deriuatione perficitur. Et qm̃ facilis & intellectu & tractatu locus eſt, tm̃ ponere ſufficit exemplum, quod eſt huiuſmodi. Aqua pluuia eſt, quæ pluendo colligit, & creſcit. Pluendo vero atq; pluuia cõiugata ſunt; In vno enim eodemq; vocabulo diuerſus nominum terminus dñiam facit. Item, Ius eſt aquam pluuiã arceri, id eſt, vt ſi in alicuius agro pluuia aqua colligatur, & in alterius agrum defluat, eaq; vicini frugib. nocitura non creſcat; arceat eam ſuis finibus ille, qui id ſua putat intereſſe, ne defluat. Si fluius igitur pluuia creuerit, quęritur, an debeat arceri. Rñdetur inquit Mutius, qm̃ aqua pluuia a pluendo dicta ſit, fluuium quoq; q pluẽdo creuerit, aq̃ eſſe pluuia, atq; arceri debere.

*Cum autem a genere ducetur argumentum, nõ erit neceſſe id vſq; in capite accreſcere: ſæpe etiam citra licet, dũ modo ſupra ſit quod ſumitur, quam id ad quod ſumitur, vt aqua pluuia vltimo genere ea eſt, quæ de cœlo veniens creſcit imbri, ſed proprie loco, in quo quod ius arcẽdi cõtinetur Genus eſt, aqua pluuia nocens: eius generis formæ, loci uitio, & manus nocens: quarum altera iubetur ab arbitro coerceri, altera non iubetur.*

34. Talis generum ſpecierumque intelligitur eſſe natura, vt cum colliguntur vel ẽt diuiduntur, ab indiuiduis per ſpẽs & gña, vſq; ad maxima gña poſſit aſcendi: itemque a maximis gñib. per infra poſita gña, vſque ad indiuidua valeat eſſe deſcenſus. Id vero vno clarũ fiet exẽplo. Cicero quippe, indiuiduum eſt: huius ſpẽs, homo: huius genus, animal: huius ſuperius genus eſt, corpus animatum, & ſi longius aſcendas, corpus vlterius genus inuenies: ſi prolixius egrediare, ſubſtantia vltimi loco gñis occurit. Cum igitur multa ſint gña, ſi cuiuslibet ſpẽi genus aſſignandum ſit, non neceſſe erit, inquit, maxima & principalia gña ſemper exquirere; verum eorum quoque aliquid, quę in medio locata ſunt, oportebit adhibere; illa tñ ratione ſeruata, vt ſemper genus ſuperius ſit eo, ad quod prædicatur vt genus. Extrema quippe inſcitia eſt, ſi, cum genus ſemper natura ſpeciebus propriis ſuperponatur, loco gñis, id quod eſt inferius, collocetur. Quocirca vitioſum eſt, ſiquis corporis genus dicat eſſe corpus animatum. Quo fit, vt ſi ad ſpeciem aptandum eſt genus, eorũ quę ſuperiora ſunt, aliquid aptemus, & nõ erit neceſſe ultimum ſemper genus adhibere. vt ſi homini genus propriũ preponere velimus; non neceſſe eſt, vt ſubſtantiam preponamus, ſed vel corpus, vel corpus animatum, vel quod maxime fieri oportet animal. Illa enim ſemper gña ſumenda ſunt, quęcunq; proxima formis adhærent, eaq; in diffinitione maxime requiruntur; ſed in argumentationib. nihil differt, vtrum ꝓximũ eligas, an ſuperius genus Nam qm̃ ex continẽti fit argumẽtatio, plus cõtinet id qđ ẽ ſupius genus. Quocirca ſi de hoie aliqd ambigitur, &

tur, & a genere argumentandi ſumitur locos: quicquid de animali dicetur, id ét de homine prædicabitur. Quo fit, vt ſiquid etiam de animato corpore prędicetur: idem etiã de homine dici poſſit. Vt igitur argumentationes ex proximis generibus fiunt: ita ét ex vlterius conſtitutis. Sed in his omnibus illud eſt, quod maxime conſiderandum videtur, ne id quod eſt inferius, ſuperiori præponatur vt genus. Et ſententia quidem talis eſt. Quod vero ad exemplum attinet, declarabitur hoc mõ. Sit aqua pluuia, genus, ea quę deiecta de cœlo imbri colligit: huius ſpecies duplex eſt. alia.n. aqua pluuia nocens eſt, alia non nocens. Nocẽtius quoq; duplex ſpecies eſt, alia manu, alia vitio. Sed aqua pluuia manu nocens eſt, quę ita loco aliquo excipitur, vt inde profluens vicino noceat, ſi locus is non ſit naturaliter talis, ſed manu hominis excipiendę aquę fuerit apparatus. Vitio vero, quoties naturaliter ita ſeſe locus hẽt, vt excipere aq̃ poſſit & nocere vicino. Si igitur, eius aquæ, q̃ quis arceri velit, ne ſibi noceat, a vicino, genus velit exquirere: non neceſſe eſt ab vltimo vſq; gñe deducere, vt dicat, aquę eius q̃ quis velit arceri, genus eſſe aq̃ pluuiã, ſed pt id qđ inquirit genus paulo inferius inuenire, vt huius aquę, q̃ arceri deſiderat, id genus eſſe dicat, quod eſt, aqua pluuia nocens. Quod ſi genus proximum quærat, illud poterit adhibere, quod eſt, aqua pluuia manu nocens: hoc.n. arcere quis cogitur, ꝙ manu ſit noxium. Quod vero loci forma vel vitio, incommoditatis aliquid apportat, arcere nõ cogitur. Quod autem dicimus, eius aquę, q̃ arceri oporteat, genus eſſe aq̃ pluuiam manu nocentem; ita intelligendum eſt, ſi aqua, quæ arceri dẽt, plurima ſub ſe hẽat indiuidua, & ſimilia: tunc.n. demum eius aquæ quę arceri debet, aqua pluuia manu nocens genus eſſe poterit. ꝙ ſi aqua quę arceri debet in nulla indiuidua diducatur, ipſa eſt indiuidua, nec eſt eius genus aqua pluuia nocẽs manu, ſed ſpecies. Quod ſi cui paululum videt́ obſcurius: hic ſi eos cõmentarios, quos de genere, ſpecie, differentia, proprio, atq; accidenti, cõpoſuimus, libris quinque digeſtos inſpexerit, nihil horum poterit incurrere, quo caliget.

*Cõmode etiam tractatur hæc argumentatio qua ex genere ſumitur, cum ex toto perſequare partes, hoc modo: Si dolus malus eſt, cũ aliud agitur, aliud ſimulatur, enumerare licet quibus id modis fiat: deinde in eorũ aliquẽ id quod arguas, dolo malo factum, includere: quod genus argumenti in primis firmum videri ſolet.*

35. Dictũ eſt quemadmodum genus ad ſpẽm debeat aptari, atq; in eo præſcriptum eſt, vt niſi id qđ eſt ſuperius, adhiberi non debeat. Nunc illud adiungitur, quemadmodum eius loci, qui a genere ducitur, in argumentatione commodior vſus eſſe poſſit. Quotieſcunq; .n. de re aliqua dubitatur, ſi facta generis alicuius diuiſione, ſub aliqua eius gñis parte id, de quo ambigitur, potuerimus includere: tunc a genere tractum eſſe argm̃ videtur, hoc modo, Sit dolus malus, qñ aliud agitur, aliud ſimulatur. Huius ergo ſi ſpecies diuidant́, & id quod factum eſſe arguimus, alicui earum ſpecierũ quæ a dolo malo deductæ ſunt, potuerimus adiungere: quicquid de dolo malo exiſtimabitur, idem etiam de ea rę quàm arguimus, neceſſe eſt iudicari, & factum eſt argumentum a genere. Nam de quo quęritur, ſpecies eſt; & id a quo ſumitur argumentum, genus eſt, vt ſi ita contingit, dolus malus; locus vero hic ab eo qui eſt a partium enumeratione diuerſus eſt. Nec ſi enumeramus partes, ideſt formas aut ſpecies, idcirco non a genere, ſed ab enumeratione partium ducitur argumentum. Quoties enim ipſa partium enumeratione vtimur ad argumentationẽ, tunc ab eadem partitione argumentum tractum eſſe dicimus, vt hoc modo, Si fundamenta, & parietes, & tectum habet, & habitationi eſt deſtinatus locus, domus eſt: ipſa igitur partitione vtentes, domum eſſe probauimus. Quoties vero ſub genere aliquid collocandum eſt, diuiſiſque partibus alicui eorum quæ a genere deducuntur, id de quo quęritur aggregamus, vt hoc modo, Ciceronem animal eſſe monſtremus, dicemus ita. Omne animal aut rationale eſt, aut irrationale: ſed Cicero rationalis eſt, alal igitur eſt. Nõ partitione vtimur principaliter ad argm̃ cõſtituẽdũ, ſed idcirco genus diuiſimus, vt in vna qualibet diuiſione, id qđ nitebamur oſtendere, poſſet includi, ideſt vt id de quo dubitat́, in aſſumpti cõtinentia gñis redigeretur, itaq; de eo per gñis naturã fides fieret. Sic ergo a gñe facta argumẽtatio iure dicet́. Amplius ita partiũ enumeratio totius efficere ſubam ſolet, ſiue illud vniuerſale ſit vt genus, ſiue partiũ cõiunctione cõpletur, vt totũ. At vero hęc diuiſio gñis, in cuius parte qualibet illa res de qua contendit́, includẽda eſt, nõ id efficit, vt totius ſuba cõſtituat́, ſed vt illud qđ approbare quęrimus, intra genus collocetur. Quem argumentationis modum in primis M. Tullius validum eſſe confirmat: Illa.n. regula ſatis vera eſt atq; neceſſaria: Quę de gñe prędicantur, eadem de ſpecie modis omnibus prędicari. Illud vero quęri perutile eſt, Cum aliquid de particularibus probatur ex ſuperpoſita proxima ſpecies, vt ſi Socratem rationalẽ eſſe approbemus, quoniam ſit homo, cum ſit homo rationalis: vtrum ex gñe, an ex forma argm̃ ductum eſſe arbitremur. Nam ſi dicamus ex gñe, vltima ſpẽs genus eſſe non põt: ſi ex ſpecie, ſuperpoſitum genus ſemper ſpecies probare deſiderat. Socrates vero cui fidem pręſtat homo, qm̃ rationalis eſt, genus hominis non eſt. Sed dicendum eſt, qm̃ velut a gñe tractum videbitur argm̃. Nam ex genere, quaſi ex continenti atque ampliori, & de ſubſtantia prędicari fides ducitur; quam ſortem ad ſua indiuidua ſpeciem nemo dubitat obtinere. Nam & continet ea & de eorum ſubſtantia prędicatur.

*Similitudo ſequitur, quæ late patet, ſed oratoribus, & philoſophis magis quam vobis. Et ſi enim omnes loci ſint omnium diſputationũ ad argumenta ſuppeditanda, tamẽ aliis diſputationibus abundantius occurrunt, alijs anguſtius. Itaque genera tibi nota ſint: vbi autem his vtare, qõnes ipſæ te admonebunt. Sũt enim ſimilitudines quę ex pluribus collationibus perueniunt quo volunt, hoc modo: Si tutor fidem pręſtare debet, ſi ſocius, ſi cui mandaris, ſi qui fiduciam acceperit, debet etiam procurator. Hæc ex pluribus perueniens quo vult, appellatur inductio, quæ grece [illegible] nominatur, qua plurimum eſt vſus in ſermonibus ſuis Socrates. Alterum ſimilitudinis genus collatione ſumitur, cum vna res vni, par pari cõparatur, hoc modo: Qemadmodum ſi in vrbe de finibus controuerſia eſt, quia fines magis agrorum videtur eſſe quam vrbis, finibus regẽdis adiicere arbitrum no poſſit: ſic ſi aqua pluuia in vrbe nocet, quoniã res tota magis agrorũ eſt, aquæ pluuiæ arcendę adijcere non poſſis arbitrum. Ex eodem ſimilitudinis loco etiam exempla ſumuntur, vt Craſſus in Curiana cauſa exemplis plurimis vſus eſt, agens de eo qui teſtamento ſic hęredem inſtituiſſet, vt ſi filius natus eſſet in decem menſibus, iſq; mortuus prius, quam in ſuam tutelam veniſſet, ſecundus hæres hęreditatem obtinuiſſet: quæ commemoratio exemplorum valuit, eaq; vos in reſpõdendo vti multum ſoletis. Ficta etiam exempla ſimilitudinis habent vim, ſed ea oratoria magis ſunt, quam veſtra, quanquam vti etiam vos ſoletis, ſed hoc modo: Finge mancipio aliquem dediſſe id, quod mancipio dari non poteſt, num idcirco id eius factum eſt qui accepit? aut nũ is qui mancipio dedit, ob eam rem ſe obligauit? In hoc genere oratoribus & philoſophis conceſſum eſt, ut muta etiã loquantur, ut mortui ab inferis excitẽtur, vt aliquid qđ fieri nullo mõ poſſit, augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ, quæ Hiperoble dicitur, & multa mirabilia alia. Sed latior eſt cãpus illorũ, eiſdẽ tamen ex locis (vt ante dixi) et in maximis & in minimis quæſtionibus argumẽta ducũt.*

36. De ſimilitudinis loco plane atq; expedite diſſeruit, omnéq; apuit intellectú, ſitudinũ diuidẽs formas; pſcripſitq; apertiſſime, quib. magis ex ſitudine argumẽta cõtingerẽt .i. philoſophis, atq; oratoribus: etenim ſitudo pſuaſionib. videt aptiſſima. Nã qđ in vnã vel plures extra eã de qua q̃ritur, cauſam cadere ſolet: facile credi pt in eã quoq; de qua ambigitur, cõuenire. Idcirco ex ſitudine tractæ argumẽtationes, magnum oratoribus vſum pręſtant. Philoſophis quoq;, qm̃ non in omnibus quęſtionibus demonſtratione vtuntur, ſed aliquoties veriſimilia colligunt, quo id facilius perſuadeant quod nitũtur oſtendere. inde ſimilitudo rerum ſæpe eſt inquirenda, atq; idcirco locus a ſimilitudine oratoribus maxime philoſophiſque conducit, non tñ ſolis. Omnes .n. loci communes ſunt cuiuſq; materiæ, ſed in aliis vberius incidunt, in aliis anguſtius inueniuntur. Quocirca cognitis, atq; ante perceptis locis, qõnes ipſę quę tractabuntur, quibus locis vti debeat, ſolertem animum poterunt, admonere. Omnis vero ſimilitudo duplex eſt. aut em̃ ex pluribus ſimilitudo colligitur, & inductio nuncupatur, quod Gręci ἐπαγωγὴν nominant: aut ſingulę res per ſimilitudinem comparatur. Ac prior quidem hmõi eſt, Si tutor fidem pręſtare debet, ſi ſocius cui mandaueris ſi qui fiduciam acceperit; debet ẽt procurator. Nam cum in pluribus rebus fides pręſtari debeat; vnaque ſimilitudo ſit in fide præſtanda tam in tutore quã ſocio, atq; eo cui mandatum ſit, eoq; qui fiduciam acceperit, debet eadẽ ſimilitudo procuratori etiã conuenire. Fiduciam uero accepit, quicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet, velut, ſiquis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, vt ei, cum tempus quod ſuſpectũ eſt, pręterierit, reddat: hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco quòd reſtituẽdi fides interponitur. Hac ſimilitudinis collectione plurimum Socrates eſſe vſus dicitur, vt in Platonis, aliorumq; eius ſectatorum voluminibus inuenitur. Quoties vero vna res vni rei per ſimilitudinem comparatur, hoc mõ colligitur argm̃. Regendorum finium arbitri eſſe dicuntur, qui finalia litigia diſcernunt. vt ſi fuerit de finib. orta contentio, eorum dirimatur arbitrio. Sed fines, in agrorum tãtum limitibus; eſſe dicuntur: arbitri aũt finium regẽdorũ in ciuitate eſſe non poſſunt. Itẽ arceri aq̃. in agris tantum dici ſolet, vbi ſi ex aliquo loco aqua pluuia colligatur, & defluens in campos, vicini paſcua, frugeſue corrumpat; arbitri arcendę aquę a magiſtratibus ſtatuebant. Quęritur ergo, an in vrbe arcendæ aquę arbitrum poſſimus adigere. Et argm̃ capitur ex ſimilitudine. Si regendorum finium, quia ſolius agri ſunt, I Vrbe arbitrum adigere non poſſis; ne aquæ quidem arcẽdę. quia ſolorum eſſe videtur agrorum, in Vrbe arbitrum poſſis adigere. Hic igitur vna res vni rei ſimilitudine coniuncta eſt. Ex eodem ẽt ſimilitudinis loco illa ſunt Cicero proponit, quę vocantur exempla, veluti Craſſus in cauſa Curiana, quæ fuit hmõi, Quidam pręgnantem vxorẽ relinquens, ſcripſit hęredẽ poſthumum, eiq; alium ſubſtituit ſecũdũ, qui Curius vocabaĩ, ea conditione; vt poſthumus, qui intra menſes decem proximos naſceretur, ante moreretur, q̃ in ſuam tutelam perueniſſet, ideſt ante obiret diem, q̃ teſtamentum iure facere poſſet, ſecundus hæres ſuccederet. qđ ſi ad id tẽpus perueniſſet, quo iam firmo iudicio in ſuam tutelam receptus, iure ciuili, inſtituto poſſet hærede defungi, ſecundus hęres .i. Curius, non ſuccederet. quæ vocatur ſubſtitutio pupillaris, quęſitum eſt an valeret ita inſtituta ratio. Craſſus igiĩ multa protulit exempla, quibus ita inſtitutus hęres obtinuiſſet hęreditatem. quę exemplorum commemoratio iudices mouit. Dicit ẽt ipſos quoque iuriſconſultos vti ſępius exemplis, veluti cum fingitur propoſitio, vt caſus de quo agitur per ſimilitudinem intelligatur, hoc modo, Siqs enim iuriſperitus adiiciat id, quod non iure contractum eſt, nullius eſſe momenti; adhibeatque exemplum tale, velut ſiquis rem non mancipi mancipauerit, num idcirco aut rem alienaui, aut ſe reo facto potuit obligaſſe? minime. Quod enim non iure contractum eſt, nihil retinet firmitatis. Et alia hmõi apud iuriſperitos inueniuntur. in quib. oratores maxime valent quib. ẽt iuratũ fingere licet, vt eorũ oratione ẽt mortui ſępe ab inferis excitentur. qđ Tull. in ea facit oratione, qua Cæliũ defendit. Sed latior, inquit, eſt illorum cãpus, id eſt oratorum, quib. ſpatiari ac deuagari licet. Nec idcirco minus cęteris quoque facultatibus ſimilitudines pſunt, quoniam eadem argumenta maximis minimiſq; cauſis conueniunt. quo fit vt loci quoq; argumentorum diuerſarum artium quęſtionibus accomodentur.

*Sequitur ſimilitudinẽ differẽtia, res maxime cõtraria ſuperiori: ſed eiuſdem facultatis diſſimile & ſimile ĩueni re. eius generis hæc ſunt, nõ quẽadmodum qđ mulieris debeas, recte ipſi mulieri ſine tutore auctore ſoluas, ita qđ pupillo, aut pupillæ debeas, recte poſſis eodẽ mõ ſoluere.*

37. Eiuſdem facultatis eſt ſimilitudines differentiaſque cognoſcere. qui enim ſcit, quid ſit idem, noſſe poterit quid ſit diuerſum. Omnis vero ſimilitudo idem aliquid eſſe conſtituit. quod enim idem eſt ſecũdum qualitatem, id ſimile eſſe neceſſe eſt. Omnes quippe res, aut ſubſtantia eędem ſunt, aut qualitate, aut cęteris prędicamentis. quod ſi ita eſt, & animus intelligere hoc idem in pluribus prędicamentis poteſt: ſed eum hoc ipſum idem in prædicamentis notat, eodẽ modo in eiſdem prędicamentis, quod diuerſum eſt intuetur. ſed ſimile idem eſt, differentia vero diuerſum. Idem igitur animus eademq; intelligentia ſimilitudinem differẽtiamq; cognoſcit. Differentiarum vero multę ſunt ſpecies. aliæ quippe ſunt ſubſtantiales, vt homini rationale: alię nõ ſubſtantiales, ſed inſeparabiles, vt nigrum æthiopi, atque coruo: alię vero, mobiles neque conſtantes, vt ſedere, ſtare, & huiuſcemodi cęteræ quibus, & ab alijs hominibus, & a nobis ipſis ſæpe diſtamus. Item differentię alię aliquo modo ſunt generum diuiſibiles, alię aliquo modo ſpecierũ conſtitutiuæ: Sed ſi a cõſtitutiuis argumentum ducatur, velut a genere ducitur. Nam ſicut genus continet ſpeciem; ita differentiæ continet ſpecies. Sane ſi differentiæ conſtitutiuę vt genera intelligentur, fides ab his ad ea aptabitur quæ conſtituunt. hæc enim talium differentiarum veluti formæ quædam ſint. Siu vero ſint diuiſibiles, ſi quidem ad ea probanda, ideſt genera quæ diuidunt, earum ducitur fides, a forma argumentum fieri videtur. nam tales differentię eorum quę diuiduntur, formę quędam ſunt. Quod ſi ad ea probanda referuntur, quę in contrariam partem genus diuidunt, tunc proprie a differentia fieri argumentum videtur, quia contrarię veluti differentię comparantur. Quod vero ad exemplum attinet Tullij huiuſmodi eſt. Mulieres antiquitus perpetua tutela tenebantur, pupilli item ſub tutoribus agunt. ſed mulieribus ſi quid debitum fuiſſet, ſine tutoris auctoritate poterat ſolui, pupillis vero minime. Ergo quæratur, an id quod debeatur pupillo cuilibet, tenuente tutore poſſit exolui: a differentia ſumitur argumentum ſic Non ſicut mulieri ſine tutoris auctoritate debitum poſſis exſoluere, eodem modo niſi actoritas tutoris acceſſerit, pupillo ſoluere, quod debeas, poſſis. Illę enim perpetua tutela, et iam prouecta iam ætate continentur: illorum tutelæ certus annorum numerus terminũ facit, atque idcirco ſolui pupillo ſine tutoris auctoritate non poterit. Differt enim perſona mulierum a perſona pupillorum, vel in eo quod pupilli non perpetua reguntur tutella, mulieres vero perpetua: vel quod pupillus nullum ſuæ rei adminiſtrandę vtilitatis iudicium habere poteſt: cũ ſit aliquis mulieribus, & ſi non firmus, in explicanda familiaris rei vtilitate delectus.

*Deinceps locus eſt quia a cõtrario dicitur. Cõtrariorũ autem genera ſunt plura, unũ eorum quæ in eodem genere plurimum differunt, vt ſapientia, ſtultitia. Eodẽ aũt genere dicuntur quib. ꝓpoſitis occurrunt tanquam e regione quadam contraria, vt celeritati tarditas, nõ debilitas.*

*tas:ex quib.contrariis argumenta talia exiſtunt. Si ſtultitiam fugimus,ſapientiam ſequamur : & bonitatem, ſi malitiam. hæc quæ ex eodē genere contraria ſunt,appellantur aduerſa.Sūt alia cōtraria,quæ priuantia licet appellemus latine,græce appellātur στερητικὰ.Præpoſitio.n. in,priuat uerbū ea ui quā haberet,ſi in ꝓpoſitū nō fuiſſet, ut dignitas indignitas,humanitas inhumanitas, & cætera generis eiuſdē. quorū tractatio,eſt eadē,quæ ſuperiorū quæ aduerſa dixi.Nā alia quoq.ſūt cōtrariorū genera uelut ea quæ cū aliquo cōferuntur, ut duplū ſimplū multa pauca,lōgū breue, maius minus:Sunt et alia ualde cōtraria:quæ appellantur negātia,ea ἀποφατικὰ græci,contraria aientibus, ut ſi hoc eſt,illud non eſt.Quid .n. opus exemplo eſt? tantum intellīgatur in argumento quærēdo contrariis omnibus contraria non conuenire.*

38. Diuiſo differentiæ loco, nunc de contrariis tractat: quare uti rerum ordo clarius colliqueſcat, pauca mihi ex Ariſtotele ſumenda ſunt,quę ille vir omnium lōge doctiſſimus,de hac diuiſione tractauit, quāq̄ M.Tullius re quidem Ariſtot. fere conſentit, ſed ab eo nominū interpretatione diuerſus eſt. Nā quę Ariſtoteles oppoſita .i. ἀντικείμενα vocat, ea Tullius contraria nominat: ſed hæc paulo poſterius,nunc Ariſtotelis diuiſio conſideretur. Oppoſitorū igiť ſecundum Ariſtotelē alia ſunt contraria, alia priuatio & habitus,alia relatiua,alia contradictoria. Contraria quidem, ut album atq; nigrum.Habitus vero & priuatio, vt viſus,& cęcitas, dignitas & indignitas. Relatiua vero, vt pater filius,dn̄s ſeruus.Contradictoria, ut eſt dies,non eſt dies.horum oīum tales inter ſe dr̄ię conſiderātur. Nā quę contraria ſnnt, partim mediata ſunt, partim vero medio carent. Mediata ſunt, ut album nigrū:eſt .n. horum medius q̄libet alius color,vt rubeus,uel pallidus. & horum contrariorum non neceſſe eſt alterū ſp̄ ineſſe corporib. Neq; eñ oē corpus,aut album aut nigrū eſt,ſed aliquoties in horum medietate eſt cōſtitutum,ut ſit rubrum,vel pallidū.Immediata uero cōtraria ſunt,quorum nihil medium poterit inueniri, ut grauitas & leuitas:horum.n.nihil eſt medium.Nam quæ leuia ſunt,ſurſum feruntur:quę grauia, deorſum. Qđ autem ſit corpus,quod neq; ſurſum,neq; deorſum feratur,nihil poterit inueniri.Sed immediata contraria talia ſunt,ut alterū eorum cui p̄t accidere,ſp̄ inhęreat,ut in propoſito ſuperius exemplo.Neceſſe eſt.n.omne corpus, uel leue eſſe, uel graue.q̄a leuitas & grauitas medium non hn̄t,quod præterea ineſſe corporibus poſſit.At ea quę in priuatione & habitu ſunt,ut cęcitas & viſus,diſtans quidem ab his contrariis,quę claudunt aliq̄ medietatem,quod ipſa medietatē ñ hn̄t:ab his vero contrariis differunt,quę ſunt immediata, qm̄ horum contrariorum alterum ſp̄ ſubiecto ineſſe neceſſe eſt,vt corpori grauitatē,vel leuitatem: priuationem uero,& habitum non ſp̄. ut cum ſit habitus quidem vſus, priuatio āt cæcitas: non oē quod uidere poteſt, aut videt,aut cęcum eſt.Infans q̄ppe nondū editus,neq; videt,q̄a nōdum ꝓceſſit in lucem, neq; cęcus eſt,q̄a nondum habuit viſum, quem potuiſſet amittere.Idem de catulis dici p̄t,qui ſtatim nati nequeunt intueri:uā tunc eos, nec cęcos dicere poſſumus,nec uidentes. Et poſtremo contraria ſemper in ſuis qualitatib.conſiderantur, priuationes aūt ,non qđ ipſę ſint aliq̄d,ſed ex habitus abſentia colliguntur:neq; enim cæcitas eſt aliq̄d,ſed a viſus intelligitur abſceſſū.Tam vere priuatio quam cōtrarietas differt a relationis oppoſitione,eo quod neq; contraria,neq; priuatoria ſimul eſſe pn̄t: idem .n.in uno eodemq; tp̄e,uno eodemq; i loco,albū & nigrū, videns & cæcū eſſe nō poterit.ſed relatiua a ſe nequeūt ſeparari.neq;.n.p̄t eſſe filius ſine P̄re, nec ſeruus,ſi dn̄s non ſit.Amplius.Contraria ad ſe & priuatoria non referūtur.nemo.n.dicit album nigri,uel nigrū albi,uel cæcitatem uiſus, vel viſū cęcitatis.Quæ vero in relatione ſunt poſita, i ipſa relationis prædicatione conſiſtunt, vt duplum dimidij dn̄s ſerui, & cætera ad hunc modum. Tam vero contraria, & priuatoria, quam etiam relationes differunt ad cōtradictionibus.quoniā cōtradictiones quidē ſemper in oratione conſiſtunt,& in altera earum parte veritas,in altera falſitas inuenitur.Contraria vero,& priuatoria, & relationes,in ſimplicibus partibus orationis inueniuntur, & in his neq. veritas,neq; falſitas ineſt.nam cum dico album, nigrum, cęcitas, viſus, dominus, ſeruus, ſimplices orationis partes ſunt,neq; verum,neq; mendacium continentes:in ſimplicibus enim partibus orationis veritas, vel falſitas nulla eſt. Cum autem dico, dies non eſt, vtræq; propoſitiones, vna in affirmatione, altera in negatione poſita,orationes ſunt. Sed M. T. non tam proprijs nominibus quam notioribus, vtitur.ait enim Contrariorum alia eſſe, quę aduerſa vocentur, alia quæ priuantia. alia qnę in comparatione ſint. alia quæ aientia,& negantia nuncupantur Sed quę cōtraria nominat,oppoſita verius dicerentur. quæ aduerſa dicit, contrariorum melius ſuſciperent nomen.quæ in collatione nominat,ea relatiua,vel ad aliq̄d certius vocarentur. ſed vtatur nominibus vt volet, dū res ipſę certa proprietatis ſuę rōne ſignentur. nos vero in cæteris quos edidimus libris eo nuncupauimus modo, quo ſuperius in Ariſt. dictum eſt diuiſione.Secundum M.T.igitur contrariorum alia ſunt aduerſa; vt ſapientia ſtultitia.alia priuantia,vt dignitas, & indignitas.alia quę cum aliquo conferuntur, ut duplum ſimplū.alia quę appellantur negantia, e cōtrario aientib.cōſtituta,vt ſi hoc eſt,illud non eſt.Aduerſa igiť ſunt, q̄ ſub vno gn̄e poſita,plurimum a ſe differūt, ut album,nigrum, q̄ a ſe plurimū diſtāt ſub vno gn̄e poſita,i.ſub colore.Itē celeritati tarditas aduerſa eſt,poſitis vtriſq; ſub motu.neq;.n celeritati debilitas opponenda eſt,quia debilitati firma valetudo contraria eſt,qđ in diuiſione omiſit C. ſed docuit exēplo. Illa quoq; dūr aduerſa,q̄ in diuerſis gn̄ib. ſita, plurimū a ſe diſcrepare intelligūtur:vt ſapientię ſtultitia.Illa.n.ſub gn̄e boni ē:hæc vero ſub mali.q̄q̄ hmōi exemplū priuationē potius ſpectare videat.nā ſtultitia priuatio ē ſapiētiæ nec q̄c quā eſt aliud ſtultitia niſi ſapientię,& rōnis abſentia.ſed q̄ ſint quę priuantia Cicero appellat,poſterius demonſtrabo. Ex his diuerſis hoc modo ſumitur argm̄: Si ſtultitiam fugimus,ſapientiā ſequamur;ſi bonitatem appetimus, malitiā fugimus,q̄q̄ malitia quoq; ſecundum eundē modum qui ſuperius dictus eſt,priuationib.poſſit adiungi. Priuantia vero ſm̄ Ciceronē ſunt,q̄ grecæ στερητικὰ appellanť, q̄ hn̄t eam partē orōnis ꝓpoſitā,q̄ cū fuerit adiecta,ſp̄ fere aliquid demit.ea eſt,in,ꝓpoſitio.hæc.n.ſyllaba cui ſuerit appoſita,demit fere aliq̄d ex ea vi,q̄ eſſe res quælibet habitura, ſi in, ſyllabam ꝓpoſitā non haberet,vt humanitati inhumanitas: In nanq; præpoſita,id de quo dicitur,humanitate priuauit, vt dignitas indignitas.Et T.quidē ea tm̄ priuantia eſſe confirmat,in quibuſcunq; ſyllaba iſta præponitur; priuantium quippe natura,ſcđm Tullium,huius ſyllabæ commemoratione finitur.a Peripateticis vero accepimus priuationes cum ſimplicibus noībus, tum cum priuatoriis ſyllabis efferri. ſimplicibus noībus, vt cęcitas.cum priuantibus vero ſyllabis, vt dignitas, inhumanitas. Quocirca ſcđm M.T. cęcitas non erit priuatio viſus,ſed ei aduerſum. atq; idcirco forſitan ſtultitiam inter aduerſa numerauit qm̄ non habet in,ſyllabam ex qua priuationes arbitratur exiſtere. Ex quibus eodem modo vt in ſuperius poſitis aduerſis, argumenta ducuntur. Inhumanitatem auerſemur ſi humanitas conſectanda eſt.Illa vero contraria, vt ait T. quę cum aliquo conferuntur,talia ſunt,vt duplum ſimpli.Id tantumdē eſt,tāquam ſi diceret duplum dimidii.ſimplū.n. dupli dimidiū eſt & pater filii.eaq; ſunt ſemper reciprocantia,aliquoties quidē ſeptimo caſu,aliquoties vero genitiuo:nam filius patris eſt filius,& pater filii.hæc ſcđm genitiuum conuerſo eſt.duplum ſimplo duplum eſt: hęc ſecundum ſeptimum caſum.ſunt etiam quæ acuſatiuo,ut pauca ad multa,& magnum ad paruum.Itē negantia ſunt quę in affirmationibus, & negationib. poſita ſunt,vt ſi hoc eſt,illud non eſt, veluti

ſi

ſi dies eſt, nox non eſt, atq; hanc oppoſitionem Cicero valde dicit eſſe cõtrariam. Ex quib. omnib. ſecundũ ſuperius dictum modum argumentorum facultas eſt: nam ex relatiuis cõtrarijs ita ſumimus argumentum, Si pater eſt, fieri nõ põt quin ei filius ſit. Ex negantib. aũt quæ ἀποφατικὰ (vt ait) greci vocant, ita, ſi Sol ſupra terram ſit, nox eſſe non poteſt: hæc enim affirmatio illam petimit negationem. cur vero hęc negãtia eſſe conſtituerit, mirandum eſt. Nam quæ negantia ſunt, aientib. opponuntur, & ſimul eſſe non pñt, vt diem eſſe, ac diem non eſſe. hoc vero conſequens eſt, cũ ita dicatur, ſi hoc eſt, illud non eſt, vt ſi dies eſt, nox non eſt: atque affirmationem negationemque Tullius valde dicit eſſe contrariam, ſed in hac conſequentia nequeunt eſſe contraria. Nam quod eſt conſequens, contrarium non eſt.

*Ab adiunctis autẽ poſui equidem exemplum paulo ante, multa adiungi, quę ſuſcipienda eſſent, ſi ſtatuiſſemus ex edictio ſecũdum eas tabulas poſſeſſionum dari, quas hic inſtituiſſet, cui teſtamenti factio nulla eſſet. Sed locus hic magis ad cõiecturales cauſas, quæ verſantur in iudicijs valet: Cum queritur quid aut ſit, aut euenerit, aut futurum ſit: aut quid omnino fieri poſsit. At loci quidem ipſius formula talis eſt. Admonet autem hic locus, vt quæratur, quid ante rem quid cũ re, quid poſt rem euenerit. Nihil hoc ad ius, ad Ciceronẽ inquibat Gallus noſter, ſi quis ad eum quid tale retulerat, vt de facto quæreretur. Tu tamen patiare nullũ a me artis inſtitutæ locũ prętereiri, ne ſi nihil niſi quod ad pertineat ſcribẽdum putaris, nimiũ te amare videar. Eſt igitur magna ex parte locus hic oratorius, non modo non iuriſconſultorum, ſed ne philoſophorum quidem. Ante rẽ enim quæruntur, quæ talia ſunt apparatus, colloquia, locus conſtitutum cõuiuium. Cum re autem, pedũ crepitus, ſtrepitus hominum, corporum vmbrę, & ſiquid eiuſmodi eſt. At poſt rẽ, pallor, rubor, titubatio, & ſi qua alia ſigna conturbationis & conſcientiæ: præterea reſtinctus ignis, gladius cruentus, cæteraq; quæ ſuſpicionem facti poſſunt mouere.*

39. Quid ſit ab adiunctis locus, breui ſuperius monſtrauit exemplo, eo ſcilicet quo dixit, Si ſecũdum mulieris nunquam capite diminutę tabulas poſſeſſio bonorum daretur, conſequens eſſe, vt ſecundum quoq; puerorũ, & ſeruorũ tabulas poſſeſſio permitteretur. Sed nunc formam ipſam &, quaſi ſubiectum loci monſtrare ꝓponit, quæ eſt huiuſmõi, Ab adiunctis enim locus eſt, cum ex eo quod ꝓponitur aliquid aliud vel eſſe, vel fuiſſe, vel futurum eſſe argumentatione colligitur, vt in eo ipſo quod dudum poſuit exemplo. Approbatur enim non debere ſecũdum mulieris nunq̃ capite diminutę tabulas, bonorum poſseſſionem dari: quia ſi id fuerit poſitum, id futurum eſt, vt ſecũdum puerorum quoq; ac ſeruorum tabulas, bonorum poſseſsio permittatur. Talia vero ſunt quæ dicuntur, vt circa rẽ fere quæ quæritur, inueniantur, neq; tamẽ neceſse ſit ei ſp abhęrere. Et forma quidem huius loci talis eſt, vt hanc quoq; definitionem poſsit admittere: Ab adiunctis locus eſt, cum ex aliquibus, quæ ſunt proxima eis, de quib. quæritur rebus, id quod quęritur vel fuiſse, vel eſse, vel futurum eſse monſtratur. qui locus eſt coniecturalibus cauſis maxime neceſſarius. Cum enim de facto quęritur, tum ſi id factũ eſt quod dubitatur, quid vel fuerit, vel ſit, vel futurum ſit conſiderati ſolet. Multa enim ſunt quæ vnicuique adiuncta rei, variorum euentuum potum colliguntur: idcirco enim quid ante rem, quid cum re, quid poſt rem euenerit, in coniecturalib. cauſis inquiritur. quæ ab oratoribus tractantur ſolis, neq; iuriſconſulris in hmõi negotijs cum rhetorica facultate vlla cõmunio eſt. Iuris enim peritus de facti qualitate, nõ etiã de ipſius facti veritate rñdet: idcirco quoties ad Gallum peritum iuris facti qð deferebatur, nihil ad nos inquibat, & ad Ciceronẽ potius cõſolentes, ideſt ad rhetorẽ remittebat. In quo Tullius facete ad Trebatiũ iocũ miſcuit dicẽs, Quãq̃ locus hic ab adiũctis cõiecturalib. cauſis maxime vtilis, nihil cõſultorũ iuris prudentiã iuuet, patiere me tñ inqt, nulla ſuſcepti operis partẽ pręterire: ne ſi in hoc libro nihil pręter tuæ artis exẽpla conſcripſero, tuæ tñ gr̃æ videar addictus. Ab adiunctis vero locus, q̃ ſi mõ iuriſcõſultis, ſed ne philoſophis quidẽ p̃ter oratores, nõ patet, triũ ſępe tẽporum rõne tractãdus eſt. Nã de facto ſi quęritur, qđ vel ante id, vel cũ eo, vel poſt id fuerit, neceſſe eſt veſtigari. Ante rẽ quidẽ, hoc modo. Apparatus: veriſimile eſt.n. effeciſse aliquem qđ ante efficiendum parauit. Colloquia: fieri eñ potuit vt amauerit, qui ſępe fuerit collocutus. Locus: velut cum ad aliqd faciendum opportunus locus eligitur. Conſtitutũ conuiuiũ: velut ſiquis conſtituto ante conuiuio in eo feciſſe aliquid arguatur, capiaturq; cõiectura facti, ex eo ipſo, ꝙ ſit conuiuium conſtitutum. atq; horum omniũ ante rem de qua quæritur exempla ſunt. Cum re vero, hoc modo. Pedũ crepitus, velut ſi eſſe in quempiam locum aliquis accuſetur, pedum crepitu deprehenſus eſſe probatur: vel ſi fuiſſe adulter in cubiculo, ex vmbra corporis deſignet. Hęc cũ ipſis de quib. quæritur inſpecta, eiſdẽ, tñ intelliguntur adiuncta. Poſt rẽ vero, ſi quas conſcientię maculas pallor, rubor, titubatioq; prodiderit. Reſtinctus ignis, velut ſi clam factum aliquid extincto igni velimus oſtẽdere, vt tutius, notitiam ſubmouentibus tenebris, committeretur. Item gladius cruentus peractum facinus monſtrat. Hęc omnia poſt rem facto intelliguntur adiuncta, & ſemper ante rem, cum re, & poſt rem, ſecundum rationem temporum intelligendum eſt: neque ita vt in ancedentibus & conſequentib. Illic enim naturę ratio conſideratur: omnia quippe ſimul ſunt. nã quod antecedit, ſi poſitum ſit, ſtatim eſt id quod conſequit̃, vt ſi ponas hominem, ſtatim animal eſſe neceſſe eſt. nec ante, ſecundũ tp̃s, homo dici poteſt, poſt vero ſubſequi animal: vt ante aliquis apparatus eſt ſecundum tp̃s, poſterior effectus. Itaq; illic antecedentia & conſequẽtia nominãtur, hic ante rem, cum re, & poſt rem. Idcirco ꝙ illud quidem, non ſecundum tempus, ſed ſecundum principalitatem naturę ſecum ſimul aliquid trahentis antecedens dicitur, Cõſequẽs, id quod antecedens comitatur. Ea vero quę ſecundum tp̃is priorem poſterioremve ratione conſiderantur, adiuncta, idcirco ante rem, cum re, & poſt rem cepere vocabulum.

*Deinceps eſt locus dialecticorũ proprius ex conſequentibus & antecedentib. & repugnantibus, qui etiam ab adiunctis longe diuerſus eſt: nã adiuncta de quibus paulo ante dictum eſt, non ſemper eueniunt, Conſequentia autem ſemper. Ea.n. dico conſequentia quæ rem neceſſario conſequuntur: itemq́. & antecedentia & repugnantia. Quicquid enim antecedit quamque rem id cohæret cũ re neceſſario: & quicquid repugnat, id eiuſmodi eſt, vt cohærere nunquam poſſit.*

40. Expedito adiunctorum loco, nunc de antecedentibus, & conſequentibus, & repugnantib. differit. Qui locus, cũ ſit vnus, in tria velut membra diuiſus eſt. M. quidẽ Tullius loci huius vocabulum tacuit, mihi autem totus conditionalis appellandus vr̃. Cuius cum prõptiſſime natura claruerit, nomen quoque ei, quod nos poſuimus, recte inditum manifeſtius apparebit. Primum igitur ſingularũ partium definitio ꝓponenda eſt. Itaq; antecedẽs eſt, quo poſito aliud neceſse eſt conſequatur. Itemq; cõſequẽs alicuius eſt, quod eſse neceſse eſt, ſi illud cuius eſt conſequẽs, præceſſiſse cõſtiterit. Repugnãs eſt, quod ſimul cũ eo cui repugnare dr̃, eſse non poſſit. Antecedentiũ igitur, atq; cõſequentiũ, & repugnantium, vnum eſse locum ꝓdiximus: qui quõ ſit vnus, paucis oſtendam. Primum igitur, dum quæreretur quoniam modo vnus eſset locus a conſequentibus, antecedentibus & repugnantibus, dicebatur quoniam eiuſdem mentis eſse atq; intelligentiæ, tam conſectanea ſibimet quã diſſidẽtia præ

uidere

Videre: idcirco hunc quoq; locũ vnum videri. Cõſentaneorũ nãnq; duę ſunt partes, antecedens una altera conſequẽs. Nam cum altero pręcedente comitatur alterum, illa ſibi in ipſa oaturę conſequentia, conſentire neceſſe eſt. Repugnantium vero, tametſi duę partes ſint, vnum tñ eſt utriſq; vocabulum: vtraq; .n. repugnantia nominantur. Duo vero eſſe, q̃ ſibimer repugnent, atq; a ſe diſſeotianr, nullus ignorat: ſed eo diſtant, ꝙ antecedẽtium & conſequentium duo ſunt nomina, licet vnus ſit utriuſq; conſenſus. Repugnantibus vero vnum nomen eſt, cum ſit vnus io vtriſq; diſſeoſus. Ergo eadem mens, eademq; intelligentię rõ, id quod pręcedit, & id quod comitatur, iotelligit. Neq; .n. fieri poteſt, ut antecedens aliquid intelligatur, niſi in eodem quid ſit conſequẽs conſideretur. Eodem quoq; modo nec conſequens, niſi appareat quid præcedat. Item repugnans aliquid iotelligere nemo põt, niſi intelligat cui repugnet. ſed qm̃ eadem rõ ꝑt ſimilia diſſimiliaq; perſpicere: Antecedentium vero & cõſequentium conſenſus quidam, & per naturæ ſimilitudinẽ cõcordia eſt: diſſenſus vero in repugnantibus, ac diſſimilitudo, neceſſe eſt, vt vna atq; eadem rõ antecedentium conſequẽtiumq; oaturam, & repugnantiũ ſpectet, quo ſit vt vnus quoque locus ſit eorum quæ una intelligentia cõprehendit. Sed hic opponebatur. Cur igitur alium ex ſimilitudine, alium ex contrario locum M. Tullius ſuperius enumerauit? Nam ſm̃ propoſitam rõnem, qm̃ ſimilitudinem & contrarietatẽ intelligentia una perpendit, vnus locus ſimilium contrariorũque eſſe debuiſſet. ſed reſpondebatur, qm̃ noo eodem mõ ſibi antecedentia & conſequentia cooſentire dicuntur, ſicut ea quoq; ſimilia nuncupantur. In his nãq; vna tñ qualitas inuenitur, & ſm̃ eandem qualitatem ſimilia eſſe dicuntur: at in aotecedentibus & cooſequentibus oon qualitatis ſimilitudo, ſed quidam oaturę conſenſus eſt. Et quæ ſimilia ſunt, ſine ſe eſſe pñt; antecedentia uero & cõſequentia ſine ſe eſſe non pñt, atq; idcirco oon uideẽ eſſe cõſequentium & antecedentium cum ſimilitudine vlla communio naturæ. Quę rõ noo ualde uideẽ idonea, nec explicat, quod demonſtrare conatur. Illud certe firmiſſimum eſſe conſtat, quod huius loci tractatus conditionalibus ſemper propoſitionibus accõmodareẽ. Conditionalis uero propoſitio eſt, quæ cum conditione pronunciat eſſe aliquid, ſi aliud fuerit: veluti cũ dicimus, ſi dies eſt, lucet. Hæc igit rerum conſequeotia facile in repugnantiam vertiẽ. Nam ſi rebus conſequentibus negatio interponaẽ, ex conſequentibus repugnantia redduntur, hoc modo. Si dies eſt, lux eſt. Repugnantia ſunt ita. Si dies eſt, lux non eſt: repugnãt .n. diem eſſe & lucem oõ eſſe. Quæ repugnantia in conditione conſiſtit. Dicimus .n. ſi nox eſt, lux non eſt. nã diei contrarium eſt nox. Cõſequens vero noctis, lucem non eſſe. quare eſſe diem & non eſſe lucem repugnat. Argm̃ vero eſt, hanc repugnantiam in conditione conſiſtere. quia ſi conditio deficiat, nulla eſt repugnantia, hoc mõ, dies eſt, lux non eſt: vtraque .n. diſiuncta propoſitiones ſuas ſententias geruot, nec quicquã intelligunẽ habere cõe, atq; ideo diuerſis acceptę temporibus verę ſunt, nec repugnant. Nam ſicut in his propoſitionibus dies eſt, lux eſt, nulla eſt conſequeotia, qm̃ conditio deeſt, quæ propoſitionem facit connexam, ſed vterq; a ſe diſiunctę ſuam ſenteotiam claudunt: ita in his quibus proponitur. dies eſt, lux uon eſt, nulla eſt repugnantia, qm̃ ſeruat ſuam utraq; ſeparata ſententiam. At ſi his conditio interueniat: ſuperiorum quidem in ſententia copulaẽ, vt conſequentes fiant: poſteriorũ uero ita, vt repugnantes hoc modo, ſi dies eſt, lux eſt. Hęc conſequens propoſitio, ex duabus per conditionem mediam, effecta eſt vna. At ſi ſit ita, Si dies eſt, lux non eſt, repugnat. Negatum enim quod ſequiẽ, repugnare neceſſe eſt. Amplius argm̃ quod ex antecedentibus & conſequentibus fit, ex vnius propoſitionis connexæ partibus naſciẽ. nam conditionalis propoſitionis connexę vna pars eſt antecedens, alia conſequens. Quod ſi a repugnantibus argm̃ fiat, rurſus ab voius propoſitionis membris tale argm̃ naſci oportebit. igiẽ ex his propoſitionibus, dies eſt, voa eſſe nõ ꝑt niſi a cõditioue copuleoẽ, vt voũ ſit antecedens, aliud conſequẽs: & ideo in his ex antecedenti, & conſequenti argm̃ eſſe nõ ꝑt, qm̃ duę ſunt. Ex illis quoq; propõnibus quæ ſuot dies ẽ, lux noo eſt, vna eſſe ooo poterit, niſi conditioois adiunctiooe io vnius quodammodo propõni ſententiam reducanẽ. cuius propõnis partes ſunt repognantes. Nam vt in connexa propõne vna pars antecedens, alia eſt conſequens: ita in repugnanti utraq; pars propõnis a ſemet inuicem repugnat, ac diſſidet. Amplius repugnans propoſitio connexę partem cõtrariam tenet. nam vt io illa, quod antecedit ſecum id ꝙ ſequiẽ trahit, ita in hac propoſitione partes ſimul eſſe non pñt. Contrarię vero differentię ſub eodem genere poni ſolẽt. Si igiẽ connexa propoſitio io conditione eſt conſtituta: repugnãs quoq; io conditione ſubſiſtit. Qđ ſi & conſequentiam propoſitionum & repugoãtiam conditio facit, non eſt dubiũ quin locus hic iure cooditiooalis voceẽ, ac ſit vnus poſitus in conditione diuiſis partibus .i. in antecedentẽ conſequẽtẽq; & repugnantem. Connexam nanq; propõnis vna pars antecedens eſt, alia conſequens. Repugnantis vero ꝓpõois vtraq; repugnat ac diſſidet. Itaq; connexæ propõnis partes antecedeos & conſequens ſuot, repugnantis vero repugnãtes. Nec illud intelligentiam turbet, ꝙ dies eſt, & lux eſt, quadam ſibi ratione conſentiunt. Itẽ dies eſt, & lux non eſt, quaſi a ſe diſſentiunt atq; diſcordant. nam connexa eſt ꝓpoſitio, ſi cũ aliud anteceſſerit aliud conſequaẽ. Item repugnans, ſi uno poſito aliud inferaẽ, quod eſſe noo ꝑt, niſi id ius cooditionis efficiat. Quu circa, aperte demonſtratũ eſſe arbitror, conditionalem hunc locum uocari, & recte vnum eſſe a M. Tullio conſtitutum. Quomodo vero fiat ab antecedentibus & conſequentibus, & repugnantibus argm̃, poſterius dicã. Sed qm̃ nullius facultatis alterius eſt quid uel quã que rem conſequiẽ, vel quid cuiq; repugnet inſpicere, niſi dialecticę tñ, quæ huius quã maxime rei peritiam profiteẽ: idcirco arr hũc eſſe locum totum dialecticorum, qui ẽt ab adiunctis longe lateq; diuerſus eſt. Primum ꝙ adiũcta ꝓdere ſeſe, atq; oſtendere inuicem poſſunt, non vero perficere atq; adimplere naturã veluti ambulatiooẽ, pedũ ſtrepitus, ſignificare qoidem ac denunciare ꝑt, efficere uero oon põt. Neq; .n. ambulationem efficit pedum ſtrepitus, nec vero ex neceſſitate ambulatio vt ſit, pedum ſtrepitus auctor eſt; ſed ſępe ita ambulaẽ, ut oullus pedum ſtrepitus exaudiaẽ, ſæpe non mutato loco moueri pedes ac ſtrepere ꝑter ambulationem queuot, idcirco non ſemper inueniuntur adiuncta: propoſitoq; termino, quẽ probare cõtẽdimus, ſępe ex adiũctis argumẽta deficiunt, qa ipſa quoq; aliquoties deficere uidẽtur adiũcta. Præcedentia uero & conſequẽtia, & repugnantia ouñq̃ deſunt: omne .n. quicquid io rebus eſt, habet quod ſe aut ſequatur oaturaliter, aut præcedat. Eſt ẽt a quo ꝑ naturę diuerſitatem diſſideat, velut animal ſequitur quidẽ hominem, pręcedit uero ſubſtãtiam. dicimus .n. ſi homo eſt, animal eſt: ſubſtantia vero pręcedit, cum proponimus, ſi aĩal ẽ, ſubſtantia eſt. Repugnat vero mortuo, cum enuntiamus. Si aĩal eſt, mortuum non eſt. Præterea quę ſunt adiuncta, temporibus diſtributa ſunt, ut ante rem, cum re, poſt rẽ. Quę vero ſunt antecedeotia, conſequentia, & repugnantia, quomodolibet in temporibus ſint, oihil refert. Nam priora ſæpe temporibus comitantur, & temporibus poſteriora pręcedunt: & quæ ſimul temporibus ſunt alias præcedunt, alias vero conſequuntur, ut ſuperius quoque ſępe diximus. Amplius, q̃ antecedentia ſunt, & conſequentia relinquere ſeſe ooo pñt, nec ſibi repugnantia cohęrere, & ſunt repugnãtia oeceſſario ſibimet inconnexa: quę uero ſunt adiuncta nihil obtinent neceſſitatis, quia & iungi ſibimet, & a ſe ſeparari queunt. Quæ cum ita ſint, quęſtio difficilis vehemẽter oboritur. uidetur .n. minus intuentibus, nihil hic locus differre his locis qui dicti ſunt uel a gñe, uel a ſpẽ, uel a contrarijs: nam genus ſp ſpẽm ſequitur, ſpẽm genus ꝑcedit, contraria ſimul eſſe noo pñt. Quæ ſolueoda eſt hoc mõ. Primum quia non oẽ conſequens genus eſt, oec oĩs ſpecies antecedens. repugnãtia uero non ipſa contraria, ſed contrariorũ ſũt cõſequentia, ut io locorũ, qui a M. Tullio propoſiti ſunt expoſitiooe monſtrauimus. De hioc quia cũ a gñe fit argumen-

tum ipſum genus aſſumitur:eodem quoq; modo & ſpẽs, cũ ab ea aliquid uolumus approbare. Cum vero ab antecedentibus aliquid monſtrare contendimus, eo quod in conditionali propoſitione præceſſit, vtimur in aſſumptione ẽt ſi non fuerit genus. Itẽ ſi a conſequenti argm̃ fiat, ẽt ſi ſpecies nõ ſit, a conſequẽti parte conditionalis propoſitionis ducitur argm̃. veluti cũ ita dicimus, Si ignis eſt, leuis eſt. Ignis antecedit leuitas ſequitur. ſed neutrum neutri eſt genus aut ſpecies. aſſumitur itaque, atqui ignis eſt, nunc igit id qđ antecedebat aſſumpſi:ex quo monſtratur concluſio, leuis igitur ẽ. At ſi ita aſſumamus, ſed non eſt leuis: id ꝗ conſequebatur aſſumpſi. Concluditur ergo atq; monſtratur, non eſt igitur ignis. Vides igitur vt de his præcedentibus & conſequentibus nunc loquamur, quę in conditionali propoſitione poſita, vel præcedere vel conſequi intelliguntur. Cum uero fit ex genere argm̃, ſpecies quidem eſt de qua aliquid probare contendimus: genus vero aſſumimus, non quaſi præcedens, ſed quaſi continẽs, vt quicquid eſſe conſideratur in gñe, id ẽt formæ quoq; debeat aptari. Genus.n.quo ad permanet, a ſua ſpecie non recedit, cum vero de ſpecie ſumimus argm̃, genus quidẽ eſt, de quo aliquid quęritur: ſed id laboramus, vt quod de genere conamur oſtendere, id ex ſpecie poſſit facilius agnoſci. Vt cum uxori Fabiæ relictum fuiſſet legatum, ſi mater familias eſſet, qm̃ non conuenit in manũ, ſ ab in manus conuẽtione, quę eſt ſpẽs vxoris vxorem quod eſt matris familiæ genus, a legati iure ſeiungimus, & legatum ad ſpẽm, ideſt matrẽfamilias deriuamus. Sed illud inter ius diſpiciẽdum uidetur, nũ locus ab antecedentibus & conſequentibus totus ſuperuacaneus eſſe videatur: cum quolibet mõ fuerint ex eo argumẽta compoſita, a cęteris locis, quos ſuperius deſcripſimus, non recedant. Nam quodcunq; ab antecedentibus & conſequentibus ducitur argm̃, id vel a toto, uel a partibus, vel coniugatis, uel ab aliquo reliquorum, tractum eſſe perpenditur, hoc modo, ſi utilis eſt æquitas cõſtituta ad res ſuas obtinendas. vtile eſt ius ciuile: at id quod præcedit, quod ſequitur igitur. Hoc eſt a definitione argm̃, ſcilicet ab aſſumptione pręcedentis. At ſi ita dicam, ſed nõ eſt utile ius ciuile, non eſt igitur vtilis ęquitas conſtituta ad res ſuas obtinendas. hic per conſequentis aſſumptionem a definitionis loco ſumptum eſt argm̃. Item a partium enumeratione, ſi neque cenſu, neque cæteris, non eſt liber. at cenſu vel cęteris, eſt igitur liber. at non eſt liber, neque cenſu, igitur neque cæteris manumiſſus eſt. Sed notandum eſt, quæ ſit vis vniuſcuiuſque argumenti, & quonam modo proferatur. Sunt enim argumenta, quæ prędicatiuis apta ſint ſyllogiſmis, vt a definitione fiat ſic. Ius ciuile eſt ęquitas conſtituta his, qui eiuſdem ſunt ciuitatis ad res ſuas obtinendas. Id vero vtile eſt, vtile eſt igitur ius ciuile. Item a partibus, qui neque cenſu, neque vindicta neque teſtamẽto eſt manumiſſus: hic ex ſeruitute liber factus non eſt. Stichus vero neque teſtõ, neque cenſu, neque uindicta manumiſſus eſt. Stichus igitur liber non eſt, & in cæteris eodem modo. Omnia uero quęcunque per categoricum ſyllogiſmum proferri pñt, eadem per conditionalem ſyllogiſmum dici queunt. Omnis nanque prędicatiua propoſitio in conditionalem verti poteſt, hoc modo. Omnis homo animal eſt, prædicatiua eſt, hæc facile vertit̃ in conditionalem ita, ſi homo eſt, animal eſt. Non uero omnis conditionalis in prędicatiuam verti poteſt, velut hęc, ſi peperit, cum uiro concubuit. Nemo enim dicere poteſt ipſum, peperiſſe, id eſſe quod cum viro concumbere, quo modo dicimus hominem id eſſe qđ animal ſit. alia enim ratio eſt in his propoſitionibus quę ita dicuntur, quæ peperit, cum viro concubuit. Hęc enim ſimilis eſt ei quæ dicit, ſi peperit, cum viro concubuit, ſed prædicatiua propoſitio id eſſe ſubiectum dicit, quod fuerit prędicatum. Conditionalis vero id ponit, ut ſi id quod antecedens fuerit, neceſſario comitetur quod ſubſequitur. Cum vero prædicatiua eſt propoſitio ſi ea uertatur in conditionalem, alia nimirum redditur propoſitio. Nam cum dicitur omnis homo animal eſt, ipſe homo animal eſſe proponitur. Cum uero, ſi homo eſt, animal eſt, non id ſentitur, ut ille q homo eſt, animal ſit, ſed propoſito eſſe hominem, conſequi vt ſit animal. Ergo conditionalis ſyllogiſmus in anteceſſione, & conſecutione poſitus, licet per definitionem & p partium enumerationem, & per coniugationem, & quolibet alio fiat modo: tamen in propria forma ſe continet, & eſt conditionalis, ideſt vtens propria ptãte, vt quodammodo cętera argumenta ſuæ veluti naturę uideatur habere ſubiecta. vt cum ſit a definitione argumentum, ſiquidẽ per prędicatiuam formam factus fuerit ſyllogiſmus, a definitione ductum eſſe dicatur. ſin uero per hypotheſim facta fuerit argumẽtatio, conditionis fit ſyllogiſmus, quem diſcernat aſſumptio, vtrum ab antecedentis, an a conſequentis parte promatur. Quo fit ut etiam ſi per cęteros locos conditionale argm̃ proferatur, tñ ſuam quandam habeat formã, qñquidẽ in anteceſſione & conſecutione eſt conſtitutus. Tunc.n.definitio, partes, coniugatio, & cętera veluti res ipſę fiunt, ac non locus, cum uenerint in conditionem. At ſi conditio ceſſet, ex ipſis profectum uidebitur argm̃. Quod ſi propoſitionem conditio copulauerit, ipſa quidem ea ſunt, quę in propoſitionibus continentur, veluti quędam argumẽti partes, locus vero in conditione eſt conſtitutus. Atque hæc ita dicta ſunt, quaſi aliter cõditionalis hic locus tractari non valear, niſi eorum aliquem, quos prædiximus includat, nã põt pręter eos etiam ſępe reperiri, vt cum dicimus, Si Hõ eſt, riſibilis eſt Si coruus eſt, niger eſt Hic.n.nec definitionem, nec partes, nec vllum alium locum ſuperius enumeratũ cõtinet argm̃. Amplius, facile eſt in ſingulis eorum differẽtias peruidere locus quippe a toto, a ſubſtantia trahitur. A partibus vero, a rei compoſitione: nam in ſimplicibus terminis tale argm̃ non poteſt inueniri. A nota, ab interpretatione. A coniugatis, ab eo ꝗ ex eodem vtrunq; deducitur. A genere, a continenti A forma, ab eo quod continetur. A differẽtia, ab eo quod diſcrepat. A ſimilibus, ab eadem qualitate. A cõtrariis, ab eo ꝗ a ſe longe diuerſa ſunt. A cauſis, ab his quæ efficiendi uim habent. Ab effectis, ab his quę uim alterius efficientię ſuſceperunt. Ab adiunctis, a uicinitate naturę. A comparatione, maiorum, partium, uel minorum, a relatione ad æqualem vel inęqualem quantitatem. Ab antecedentibus vero longe alius modus eſt. Conſtat enim in eo quod ſi propoſitum quid fuerit, aliud quiddam modis omnibus exiſtet, quod conſequens appellatur: huius uero intelligentia conſiſtit in eo, ꝗ pręcedente quolibet, aliud ſubſecutũ eſt. repugnantium vero intelligentia conſiſtit, non modo, quòd neque ſequi, neque antecedere pñt: verum etiam ꝗ ſimul eſſe non poſſunt, quę in conditione conſiſtere dubium non eſt. His igitur ita expeditis, quoniã M. Tullius proprietatem loci ſuccincte, vt in tranſcurſu poſuit, euidenter expreſſit: nunc quibus modis eodem loco vti conueniat, adiũgit. Quę Topicorum pars, quoniam diligentius explananda eſt, finem quarto uolumini faciam, quinto cętera redditurus.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi commentariorum in Topica Ciceronis.

### LIBER QVINTVS.

DE omnibus quidem hypotheticis ſyllogiſmis, Patrici rhetorum peritiſſime, plene abundanterque digeſſimus his libris quos de eorum principali inſtitutione conſcripſimus: a quibus integrã perfectamq; doctrinam, cui reuoluendi illa vacuum tempus eſt, lector accipiet. Sed quia nunc Ciceronis Topica ſumpſimus exponenda, atque in his aliquorum M. Tullius modorum meminit, dicendum mihi breuiter exiſtimo de his ſeptem conditionalibus ſyllogiſmis, quę eorum natura ſit, propoſitionumque contextio, vt cũ hæc ad ſcientiã rite prælibata puenerint, Tulliana

facilius

facilius noſcantur exempla. Omne igitur qđ in qõne dubitatur, aut uerisimilibus, aut oeceſſariis probabitur argumẽtis. Argm̃ uero omne aut io ſyllogiſmi ordinem cadit, aut ex ſyllogiſmo uires accipit. Syllogiſmus uero omnis propoſitionibus cõſtat. Propoſitiones autẽ uel ſimplices ſunt, vel compoſitę. Simplices ſunt quę ſimplicibus orationis partibus coniuoguntur. Copulant autem incompoſitam propoſitionem ſimplices orationis partes, nomen & verbum, veluti cum dicimus, Dies eſt, vel dies uernus eſt, vel dies ſerenus eſt: hic.n.omnem uim propoſitionis nomẽ connectit & verbum. Omnis autem ſimplex propoſitio ex ſubiecto prędicatoq; conſiſtit. Subiectum eſt, de quo dicitur id quod p̃dicatur. Prædicatum eſt, ꝙ de eo dicitur quod ſubiectum eſt. Verbum autem aliquoties prędicato nomini adiũgitur, aliquoties ipſum prædicatur. prędicato oomini adiungitur, vt in hac propoſitione, quę dicit, Dies ſerenus eſt: dies.o.ſubiectus eſt, ſerenus prędicatus. Eſt vero, verbum ſereno adiunctum eſt, quod diximus eſſe prædicatum. At ſi talis ſit propoſitio, quæ ſolo nomioe conſtet & verbo, veluti cum dicimus, Dies eſt tunc dies ſubijcitur, eſt verbum ſine dubio p̃dicatur. ſine verbo autẽ nulla eſt propoſitio. Omnis.n.propoſitio uel vera, vel falſa eſt. niſi autem verbum ſit quodlibet adiunctum quo eſſe aliquid, aut non eſſe dicatur, nulla veritas aut falſitas in propoſitionibus deprehenditur. Sępe autem propoſitiones etiam ex totis orationibus conſtant, vt ſi dicamus, Tranſire in Africam vtile eſt Romanis: hic.n. ſubiectum quidem eſt tranſire io Africam: utile autem Romanis, prædicatum, eſt vero prædicato coniungitur. Hmõi igitur omnes propoſitiones prædicatiuę dicuntur. Prædicatiuę vero appellantur, quia aliud de alio prędicatur. Omoeſque qui ex his propoſitionibus fiunt ſyllogiſmi, ſecuodum enunciatioonum ſuarum formas prædicatiui appellantur. Ex his autem prędicatiuis propoſitiooibus exiſtunt compoſitę propoſitiones: quarum alię quidem copulatiua coniunctione nectuntur, vt, & dies eſt, & lux eſt. Alię vero per conditiooem fiunt, quę etiam conditionales enunciationes uocantur. Hæ vero ſunt, quæ coniunctione quadam partibus interpoſita, ad conſequentiam, conditionemque; ducuntur. Age.n.ſint duę propoſitiooes prędicatiuæ, voa quidẽ, quæ dicit, animal eſt: alia vero quę proponit, homo eſt. His ſi cõiuoctio interueniat, faciet, ſi homo eſt, animal eſt. Vides igitur ut duas prędicatiuas propoſitiones in vnam conditionem coniuoctio copulauerit. Quæ cum ita ſint, omnes hę propoſitiones hypotheticæ, ideſt conditionales uocantur, atque ex his ſyllogiſmi tales exiſtuot, quibus hypotheticis vel conditionalibus oomen eſt. Omnis autem hypothetica propoſitio, vel per conoexionem fit, vel per diſiunctionẽ. Per conoexionem hoc modo. Si dies eſt, lux eſt. Per diſiunctionem ita, aut dies eſt, aut nox eſt. Earum vero quæ per connexionem fiunt, alię ex duabus affirmatiuis copulatę ſunt, vt ſi dies eſt, lux eſt: nanque dies eſt, & lux eſt, vtræque aliquid affirmant. Aliæ ex duabus oegatiuis, vt ſi lux nõ eſt, dies oon eſt: nam lucem ooo eſſe, & diem noo eſſe, vtraque negatio eſt. Alię uero ex affirmatiua oegatiuaque coniunctæ ſunt. vt ſi dies eſt, nox non eſt. Alię vero ex oegatiua, affirmatique copulantur, vt ſi dies noo eſt, nox eſt: omnes tamen io cõnexione poſitæ ſunt. Aut enim affirmatio affirmationem ſequitur, aut negationem, eique conoexa eſt, aut affirmationem negatio, aut negatiooem affirmatio. Sed ex cõnexis repugnantes manifeſtum eſt naſci: nanq; vbi affirmatio ſequitur affirmationem, his ſi media oegatio ioterpoſita ſit, repugnantiam facit hoc modo, ſi dies eſt lux eſt, hic affirmatio ſequitur affirmatiooem. Aut cum dico, ſi dies eſt, lux non eſt: repugnant ioter ſe partes propoſitionis connexæ interpoſita negatione. Item quoties negatio ſequitur negationem, ſi poſteriori propoſitionis parti negatiuum demat aduerbiũ, repugnantes fiũt, hoc mõ, Si aoimal nõ eſt, homo nõ eſt. hęc connexio eſt ex duabus propoſita negatiuis. At ſi poſteriori parti, ideſt hõ non eſt, negatiuum detrahat aduerbium, fiet, Si animal non eſt, homo eſt, qđ repugnat. At ſi affirmatio negatiooem ſequatur, ſiue poſteriori parti negatio iungatur, ſiue priori auferatur, repugnantes fiunt, hoc modo, ſi dies non eſt, nox eſt hic igitur affirmatio ſequitur negationem. Siue igitur poſteriori parti, id eſt nox eſt, negatio copuletur, vt ſi ita, ſi dies noo eſt, nox non eſt: ſiue priori auferatur, vt ſi ita, ſi dies eſt, nox noo eſt, repugnantẽ fieri propoſitionem neceſſe eſt. Quod ſi negatio affirmatiooẽ ſequatur, & poſteriori parti negatiuum aduerbium ſubtrahatur, propoſitionis connexæ partes in repugnantiam cadunt, hoc modo, Si vigilat, non ſtertit. hic affirmatiooem ſequitur negatio: ſed ſi poſteriori parti, i. non ſtertit, negatio demaiur, fiet, ſi vigilat ſtertit, & erit repugnans. Sed in connexis atq; diſiunctis propoſitiooibus illud intelligendũ eſt, quod in earum partibus & uis qõnis includitur, & argumenti. Age.n.dubitetur, an lux ſit, idq; approbãdum ſit, ex eo ꝙ dies eſt. Si igitur ita fiat propoſitio, ſi dies eſt, lux eſt: ea quidem pars totius propoſitioois, quę ſequitur, ideſt lux eſt, qõnis eſt. De ea nanque quæritur, an lux ſit. Ea uero quę prior eſt, i.dies eſt, vim continet argumẽti. Ex eo.o.ꝙ dies eſt, lux eſſe probabitur. Et in cęteris quidem vel connexis, vel diſiũctis eadẽ ratio eſt. In omnibus vero his, qm̃ ſyllogiſmus atque argumentatio ad demonſtrãdã partem alteram qõnis accommodatur, quęſtio vero omnis dubitabilis eſt, oportet ſyllogiſmos, qui accommodaotur ambiguę qõni, indubitabiles eſſe atq; perſpicuos: q vt tales ſint, ex claris atq; apertis & in neritate patentibus propoſitionibus neceſſe eſt cõſtẽt: propoſitiooes vero partim per ſe notę ſunt, partim aliquibus probatiooibus indigebunt. Omnis vero ſyllogiſmus eounciatione propoſita habet alicuius partis aſſumptionem, vt quod eſt in quęſtione concludat, hoc modo, Si dies eſt, lux eſt. Vt igitur lucem eſſe demonſtrem, aſſumam vnam partem propoſitioois ſuperius conſtitutæ, dicamque, Sed dies eſt, ac tunc demum id quod eſt in quęſtione concludam, lux eſt igitur. Ergo cum ad ſyllogiſmi concluſionem, & tota eouociatione io proponeodo, & in aſſumeodo parte enunciationis vtamur: neceſſe eſt, vt ea quibus utimur nil habeanr dubitabile. Siquidem ex his ea quæ ſuot ambigua, capiẽt fidem. Quòd ſi propoſitio aliquoties quidem per ſe oota eſt, atque perſpicua, aliquoties vero probationis iodigens inuenitur: aſſumptio quoque aliquoties per ſe uera eſſe notabitur, aliquoties approbationis iudiget adiumentis. Quo fit, vt ſi & propoſitio & aſſumptio demonſtrãdæ ſint, quinque partitus (vt Cicero etiam in rhetoricis auctor eſt) ſyllogiſmus fiat, conſtans ex propoſitione, eiuſqoe probatione, aſſumptione, eiuſdemque probatione, & cõcluſione. Quod ſi neutra ſit approbanda, tripartitus ſit, ex propoſitione ſcilicet, aſſumptione, & cõcluſione. Quod ſi altera earum demonſtranda ſit, ſit quadripartitus, ex propoſitiooe ſcilicet & aſſumptiooe, atque vnius earum approbatione, & concluſioue. Concluſionis vero ipſius probatio præcedente propoſitione atque aſſumptione perficitur. Quę cũ ita ſint, cumque omnis propoſitio hypothetica in conoexionem diſionctionemque diuidatur: in connexis propoſitionibus aliud dicimus pręcedens, aliud cõſequens. Idem autem conſequens & conoexum uocamus, velut in hac propoſitione, ſi dies eſt, lux eſt. Dies eſt, pręcedit, annectitur, lux eſt. In diſiunctis autem non eſt eadem ratio: quia cum ea quæ proponuntur ſimul eſſe non poſſint, nullo modo dicuntur eſſe coonexa. Pręcedens autem & ſubſequens inde iudicatur, quia quod primum ponitur, iure antecedens oocatur: quod poſterius, iure ſubſequens dicitur. Ex his igitur propoſitiooibus, quę connexę ſunt, fit Primus & ſecundus hypotheticorum ſyllogiſmorum modus. Addita uero negatione propoſitioni connexæ, & ex duabus affirmationibus copulatę, atque inſuper denegata, Tertius accedit modus. Ex diſiuoctis autem propoſitionibus diuerſo modo aſſumptionibus factis, Quartus & Quintus. Vtriſque vero per negationem compoſitis, Sextus, & Septimus. atque hę ſeptẽ ſunt hypotheticæ concluſiones, quarum M. Tullius io Topicis meminit: quarum omnium deinceps ordo atque exempla ſubdeoda ſunt. Primus igitur modus eſt, cum in connexa propoſitiooe aſſumptio eo quod præcedit, uolumus mon-

ſtrare quod ſequitur,& ita eſſe oportere,vt eſt io connexione prolatum.In quo ſi id quod connexum eſt,ac ſequitur aſſumpſerimus,nullus omnino fit ſyllogiſmus . Huius exéplũ tale eſt,ſi dies eſt,lucet.ſi igitur lucere mõſtremus, aſſumamus,neceſſe eſt diem eſſe,hoc modo, atqui dies eſt,couſeq̃tur ergo ex neceſſitate,lucere:quòd ſi lucere aſſumamus,itaque dicamus, atqui lucet,nõ neceſſe eſt diem eſſe, atq; ideo nulla neceſſitas euenit concluſionis. Vbi vero nulla neceſſitas eſt,ne ſyllogiſmus quidem intelligi poteſt.Eſt igitur primus modus in hanc formam.Si dies eſt,lucet:dies autem ẽ, lucet igitur. Iouenĩũtur tamen in quibus æquo modo valet aſſumptio, ſiue pręcedeos, ſiue ſubſequens aſſumatur, vt in homine,atq; riſibili.Si enim homo eſt,riſibile eſt. atqui homo eſt,riſibile igitur eſt. Atqui riſibile eſt,homo igitur eſt . ſed in his hæc cauſa eſt, quia homo atque riſibile æqui ſunt termini, atque idcirco vnò poſito alterum comitari neceſſe eſt: ſed quia hoc in omnibus non eſt,idcirco dicimus nõ eſſe vniuerſale,vt aſſumpto poſteriore,quod pręcedebat probetur. Secundus vero modus eſt,quoties aſſumpto poſteriore atque conſequenti, quod antecefferat,auſertur,hoc modo.Si dies eſt,lucet. hic ſi aſſumamus lucere,contrario modo atque in propoſitione prolatum eſt, dicentes,atqui noo lucet.in eo igitur ſequitur noo eſſe diem. quòd ſi diem negemus,id eſt quod antecedit in aſſumptione contrario modo atque poſitum eſt in propoſitione, proferamus.nõ tollitur,quod eſt connexũ.vt ſi dicamus,atqui noo eſt dies,mox ſequitur non lucere.Poteſt enim non eſſe dies,& tamen lucere.Eſt igitur ſecundi modi forma huiuſmodi Si dies eſt lucet, atqui non lucet, non eſt igitor dies. Primus igitur modus aſſumit,quod præceſſit,vt approbet quod connexũ eſt: non poteſt vero aſſumere quod connexum eſt, vt approbet quod præceſſit.Secundus autem aſſumit econtrario quod ſequitur,vt quod pręceſſit euertat.noo poteſt autem ecootrario aſſumere quod præceſſit,vt id quod connexum eſt,auferatur.Tertius modus eſt , cum inter partes coonexæ, atque ex duabus affirmationibus copularę propoſitionis negatio interponitur,eaque ipſa negatio denegatur,quę propoſitio ὑπεραποφατικὴ Gręco ſermone appellatur , vt io hac ipſa , q̃ ſuperius propoſuimus,ſi dies eſt,lux eſt.ſi inter huius propoſitionis partes, negatio interueniat,fiet hoc modo.Si dies eſt,lux oon eſt , hanc ſi vlterius denegemus, erit ita, non ſi dies eſt, lnx non eſt.cuius propoſitionis iſta ſnĩa eſt, quia ſi dies eſt,fieri non poteſt , vt lux non ſit. Quę propoſitio ſuperabnegatiua appellatur , taleſque ſunt omnes , io quibus negatio pręponitur negationi , ut non eſt dies : & rurſus , Necnon Auſonij Troia gens miſſa coloni . In hac igitur ſi priorem partem,ideſt diem eſſe , in aſſumptione ponamus, conſequitur ẽtiam lucem eſſe , hoc modo : non ſi dies eſt , lux non eſt,atqui dies eſt, lux igitur eſt: Qui modus a ſuperioribus plurimum diſtat. quòd in eo modo qui fit ab antecedentibus pooitur antecedeos,vt id quòd ſequitur,aſtruatur. Io modo vero qui fit a conſequeotibus.perimitur conſequens,vt id quod præcefferat,auſeratur. In hoc uero oeutrum eſt nam neqoe antecedens ponitur , ut quod ſequitur confirmetur,nec interimitur ſubſequens,vt id quod præceſſerat , euertatur: ſed ponitur antecedens, vt id ꝙ ſequitur, ioterimatur . Hic autem propoſitionis modus partes inter ſe ſuas continet repugnantes.aduerſum quippe eſt,ac repugnat,ſi dies eſt,non eſſe lucem, ſed idcirco rata propoſitio eſt, quia conſequentium repugnantia facta per mediam negationem alia negatione deſtruitur , & ad vim affirmationis omnino reuocatur Nam quia conſequens eſſe intelligitur, ac verum eſt, ſi dies eſt,eſſe lucem:repugnat ac falſum eſt,ſi dies eſt,non eſſe lucem . quę denegata rurſus vera eſt ita.Non ſi dies eſt,lux oon eſt,& ſit conſimilis affirmationi, ſi dies eſt, lux eſt, quia facit affirmationem geminata negatio.Similis uero fiunt ex repugoantibus propoſitioois partibus argumenta , vel ſi duabus negationibus,vel ſi negatione & affirmatione , vel ſi affirmatione & negatione iungatur.Quomodo uero fiant ex talibus connexis repugnantes, ſuperius dictum eſt . fit vero ex ea propoſitiooe,quę duab, iungitur negatiuis ex repugnantibus argũ hoc modo.Sit ꝓpoſitio, Si non eſt lux,dies non eſt.fiat repugnans,ita,ſi nõ eſt lux,eſt dies,huic iungamus negationem,vt fiat vera,ita, non ſi lux non eſt,dies eſt. atqui lux non eſt,dies igitur nõ eſt.Item fit ex negatione atq; affirmatione propoſitio hęc. Si dies non eſt,nox eſt. huic additur ex poſteriore parte negatio,& fit ita.Si dies non eſt,nox non eſt,fit repugnãs.hęc nihilominus abuat vt ſit vera, non ſi dies non eſt,nox noo eſt,aſſumimoſque.atqui dies non eſt, concludimus,nox igit̃ eſt.Item ex eadem propoſitione quæ ex negatiua affirmatiuaque coniungitur,& dicit,ſi dies oon eſt,nox eſt.ſi a priori partę negatio ſubtrahatur,fiet repugnans, hoc modo , ſi dies eſt,nox eſt . hnic apponatur negatio, vt vera eſſe poſſit,hoc modo , non ſi dies eſt,nox eſt,aſſumamusque,atqui dies eſt,concluditur, nox igitur noo eſt.At ſi fit ex affirmatione & negatione propoſitio coniuncta,velut hæc,ſi uigilat oon ſterttit: demitur poſteriori parti negatio,ut fiat ita. Si uigilat ſtertit , ſed hæc repugnat.Tota rurſus propoſitio denegetur,vt fiat vera hoc modo. Non ſi vigilat ſtertit,aſſumimus,atqui uigilat. Coocludamus neceſſe eſt , non ſtertit igitur.Sed hę quatuor ex repugnantibus cõcluſiones in tertio modo conſiſtere intelliguntur, quarum quidem Tullius tres commemorauit,voamque pręcepto docuit,eam q̃ propoſitio talis efficit . quę duabus iungitur affirmatiuis: Duas vero exemplo,ſ.eam quę ex tali propoſitione naſcitur,quã duę copulaot oegationes & eam quæ ex propoſitione tali connexa procreatur, quæ ex affirmatione negationeque cõſiſtit. Reliquam vero pręterijt , quòd illarum ſimilitudine etiam hæc in Tertium concluſionis modum uidebatur incidere. Quartus modus in diſiunctione cooſiſtit, hoc modo . Aut dies eſt,aut nox eſt,ſed dies eſt,nox igitur non eſt.Hujus hęc ratio eſt : quia diſiunctiua enunciatione propoſita prior pars eius aſſumitur affirmando,vt ſubſequens auferatur:ex ea enim propoſitione,quę dicit, aut dies eſt,aut nox eſt , aſſumimus , atqui dies eſt , ſcilicet affirmantes eſſe diem , quam aſſumptionis affirmationem conſequitur non eſſe noctem . Quintus modus eſt , cum in eadem diſiunctiua propoſitione , id quod primum eſt, oegando aſſumitur,vt id quod eſt poſterius,inferatur, hoc modo.Aut dies eſt,aut nox eſt,atq dies non eſt,per oegatiooem ſcilicet facta eſt aſſumptio,conſequitur eſſe noctem.Sextus vero modus,ac Septimus ex Quarti & Quinti modi diſiuncta propoſitione deducuntur , vna negatione videlicet adiuncta, & diſiunctiua propoſitiooe detracta,additaque coniunctiua his propoſitionibus , quę ſuperius in diſiunctione ſunt poſitę hoc modo.Non & dies eſt,& nox eſt. Dudum igitur in diſiuncta ita fuit,aut dies eſt, aut nox eſt . Ex hac igitur propoſitione ſublata,aut coniunctione, quę erat diſiunctiua: adiecimus,&,quę copulatiua eſt,prępoſuimuſque negationem.Itaque fecimus ex partibus diſiunctiuæ propoſitionis copulatis addita negatione propoſitionem Sexti , atq; Septimi modi quæ eſt . Non & dies eſt,& nox eſt.In qua ſi aſſumatur eſſe diem,noctem non eſſe conſequitur ita, atqui dies eſt , non eſt igitur nox . Septimus vero modus eſt , cum prima pars propoſitionis negando aſſumitur, vt poſterior ſubſequatur , hoc modo . Non & dies eſt & nox eſt . atqui dies non eſt . Nox igitur eſt . Atqoe hic modus propoſitiooum io ſolis his inueniri poteſt, quorum alterum eſſe neceſſe eſt,vt diem vel noctem,ægritudinem vel ſalutẽ, & quicquid medium non habet . Quo autem modo omnium ſyllogiſmorum conditionalium veritas ſeſe habeat, his diligentiſſime explicuimus libris , quos de hypoteticis conſcripſimus ſyllogiſmis . Nunc vero , non ꝙ de his perfectior conſideratio inueniri poſſit,hæc appoſuimus : ſed id , quod ad explaoandum M. Tullij ſententiam poterat accommodari . Vt igitur cuncta,quę diximus breuiter colligantur.

Primus modus eſt,quoties io connexa propoſitione,primũ,vt in propoſitiooe locatur,ſic aſſumitur,vt cõſequatur ſecũdũ,hoc modo.Si dies eſt,lux eſt,atqui dies eſt , lux igitur eſt.Secũdus modus eſt , quoties in connexa propoſitione

ne ſecundum econtrario aſſumitur quam in propoſitione collocatum eſt, vt id quod primum eſt auferatur, hoc modo. Si dies eſt, lux eſt. atqui non eſt, lux non igitur dies. Tertius modus eſt, cum cónexę ꝓpoſitionis partes ex affirmationibus iunctę, negatione diuiduntur, totique propoſitioni negatio rurſus adiungitur, aſſumiturq; quod prius eſt, ſicut in propoſitione eſt enunciatum, vt econtrario concludatur ſecundum, quod in propoſitione prolatum eſt, hoc modo. Non ſi dies eſt, lux non eſt, atqui dies eſt, lux igitur eſt. Hic ergo poſito quod pręcedebat, ideſt eſſe diem, euerſum eſt quod ſequebatur, ideſt non eſſe lucem: negationem quippe affirmatio omnis euenerit. Vel cum cónexæ propoſitionis ex negationibus iunctæ, ſecundæ parti negatio detraitur, totaque propoſitio denegatur, poſitaque priore propoſitionis parte, interimitur qđ ſubſequitur, hoc modo, Non ſi lux non eſt, dies eſt, atqui lux non eſt, dies igitur non eſt. Vel ſi connexæ propoſitionis ex negatiõe atq; affirmatione compoſitæ, ſecundæ parti negatio iungatur. eaque inſuper denegetur, ponaturq; quod prius eſt, vt id quod ſequitur auferatur, hoc mõ. Non ſi dies non eſt, nox non eſt, atqui dies non eſt, nox igitur eſt. Vel ſi in eadem propoſitione, quæ ex negatione atque affirmatione copulata eſt: priori parti negatio ſubtrahatur, eaque degerent, ponaturque quod primum eſt, vt id quod ſequitur auferatur hoc modo. Non ſi dies eſt, nox eſt, atqui dies eſt, nox igitur non eſt. Vel ſi connexæ ꝓpoſitionis ex affirmatione & negatione copulatę, poſteriori parti negatio dematur, totaque inſuper denegetur, poſitoq; priore, id quod ſequitur interimat, hoc mõ. Non ſi vigilat ſtertit, atqui vigilat, non ſtertit igitur. Atq; hęc oĩa in tertio modo eſſe intelliguntur, atq; ex repugnantib. fiunt, & ſemper id, ꝙ antecedit ponitur: vt id quod ſequitur, auferatur. Nam, non ſicut in propoſitione conditionali, quia negata repugnantia partiũ fit vera, prior pars ponitur, ſiue affirmatiue, ſiue negatiue: ita eam reddit aſſumptio. Sed vt prior pars fuerit aſſumpta, reliqua contraria enunciatione concluditur. Nam ſi aſſumptio fuerit affirmatiua, erit negatiua concluſio: Si aſſumptio negatiua, erit concluſio affirmatiua. Quartus modus eſt, cum in diſiunctiua propoſitione primũ ponitur, vt auferat ſm, hoc modo, Aut dies eſt, aut nox eſt, atqui dies eſt, nox igitur non eſt. Quintus modus eſt, quoties in diſiũctiua propoſitione aufertur quod prius eſt, vt ponatur ſm, hoc modo, Aut dies eſt, aut nox eſt, non eſt autem dies, nox igitur eſt. Sextus modus, cum his rebus, q̃ in diſiunctionem venire põt, i. contrariis vel repugnantibus medietate carẽtibus negatio præponitur, & copulatiuæ coniunctiones adiungũtur, poniturq; quod primum eſt, vt id quod eſt ſubſequens auferatur, hoc modo. Non & dies eſt & nox eſt, dies autem eſt, nox igitur non eſt. Septimus modus eſt, cum in eadem propoſitione aufertur id quod pręcedit, vt ponatur id quod conſequitur hoc modo. Non & dies eſt, & nox eſt. atqui dies non eſt, nox igitur eſt. His igitur ita prædictis ad Ciceronis verba veniamus.

*Cũ tripartito igitur diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionẽ, repugnantiam, reperiendi argumenti locus eſt ſimplex, tractãdi triplex: nã quid intereſt, cũ hoc ſumpſeris, Pecuniam numeratam mulieri deberi, cui ſit argentum omne legatum, utrum hoc modo concludas argumẽtum? Si pecunia ſignata argẽtum eſt, legata eſt mulieri. Eſt autem pecunia ſignata argentum, legata igitur: An illo modo? Si numerata pecunia nõ eſt legata non eſt numerata pecunia argentum. eſt autẽ numerata pecunia argentum, legata igitur eſt: An illo modo? Non & legatum argentum eſt, & nõ legata eſt numerata pecunia. Legatum autem argentum eſt, legata igitur numerata pecunia eſt.*

41. Eum locum qui ex antecedentibus, conſequentibus & repugnantib. eſſet, vnum recte videri, cumq; in conditione eſſe poſitum, ſed trina partitione diſtribui, ſuperius explicatum eſt, idq; M. Tullius euidentius notat dicẽs, intellectum quidẽ eius conſiderationẽq; in cõditione poſitã, unã eſſe, ſed ꝑ argumẽtationis tractationẽ tripartito diuidi. Cuius rei ꝑ primum ac ſm & tertium hypotheticorũ ſyllogiſmorum modum, ſicut paulo ſuperius diximus, exempla ſubiecit. Quę qm̃ implicatoria vñr, q̃ ut primo ſtatim auditu comprehendantur uiſum eſt, paulisper apertioribus exemplis animum lectoris imbuere, ut in facilioribus primum exercitata intelligentia, ſine magno negotio, quæ ſunt difficiliora perpendat. Ab antecedentibus igitur argumentatio fit, quoties enunciata propoſitionis conditione, ſumitur id ꝙ antecedit, vt id qđ ſequit inferat, hoc mõ. Sit .n. dubium, an Tullius aĩal ſit, concedaturq; eundẽ Ciceronẽ eſſe hominẽ, & ſit rata ꝓpoſitio hæc. Tullius ſi hõ eſt, aĩal eſt. Homo antecedit, aĩal ſequitur. Si igitur ex antecedenti uelim facere argumentationẽ, aſſumam id ꝙ præcedit hoc modo, ſed hõ eſt Cicero, cõſequitur aĩal eſſe Ciceronem & eſt hic primus quẽ ſupradiximus, modus. Rurſus a conſequenti argumentatio fit, quoties in conditione ꝓpoſita, id ꝙ conſequitur, tollit aſſumptio, ut id qđ pręceſſerat interimat, hoc modo, Si homo eſt Cicero, aĩal eſt, antecedit homo, ſeqtur animal: Si igitur ex conſequenti facere argm̃ uelim dicam atq; non eſt aĩal, ſeqtur ne eſſe hoĩem quidem, ſed id perſpicue falſum eſt: eſſe .n. hoĩem conſtat. falſum eſt igitur animal nõ eſſe. Tullius igitur animal eſt: & hic dictorum ſuperius ſecũdus eſt modus. Qđ ſi a repugnãtibus fiat, in Tertio .ſ. modo digeſtarum ſuperius concluſionum, faciemus ita. Non ſi hõ eſt Tullius, animal non eſt: repugnat .n. eſſe hoĩem & aĩal non eſſe: hic ſi aſſumamus eſſe hominem, animal quoque eſſe, recta rõne concludimus hoc modo, atqui homo eſt, aĩal igitur eſt atq; hic quidẽ modus ex ea propoſitione connexa conuerſus eſt, quæ ex duabus coniuncta eſt affirmatiuis. His igitur tribus modis Tullius qui homo eſſet, animal quoque monſtratus eſt eſſe: Nunc quidem dum id quod antecedit aſſumimus, ideſt eſſe hominem: Nunc vero dubium id quod conſequitur, in aſſumptione denegamus, ideſt non eſſe animal: Nunc autem repugnantiam denegantes eorum, quæ ſibi ſunt conſequentia, poſito quod pręcedebat, id qđ ſequebatur intulimus. Quibus ita præcognitis, nunc M. Tullij tractemus exempla. Cum .n. dixiſſet, loci in conſecutione, anteceſſione, & repugnantia poſiti, reperiendi quidẽ argumenti ſimplicem eſſe intellectum, tractandi autem triplicem, adiecit, Nam quid intereſt, cum tibi ſumpſeris ad demonſtrandum pecuniam numeratam mulieri deberi, cui ſit argentum omne legatum, utrum id ab antecedentibus, an a conſequentibus, an a repugnantibus probes? Nanque eadem ſententia in concluſione colligitur, & argumentationum diuerſitas non in re, ſed in antecedentium & cõſequẽtium & repugnantium tractatu eſt conſtituta. Primum igitur ponatur, quòd teſtamento aliquis omne ſuum argentũ mulieri legauerit, quęraturque an numerata quoque pecunia mulieri legata ſit. Concedaturque numeratam etiam pecuniam argentum appellari. Argumentum igitur in primo modo ex antecedentibus tali ratione contexitur: Proponimus enim ſic, Si pecunia ſignata, numerataque argentũ eſt: eadem pecunia ſignata numerataque, legata mulieri eſt: hic igitur præcedit numeratamque atq; ſignatam pecuniam argentum eſſe, ſequitur legatam eſſe mulieri. Id igitur quod præceſſit aſſumimus dicentes, at eſt ſignata ac numerata pecunia argentum: concludimus, numeratam ſignatamq; pecuniam mulier eſſe legatam. eritq; totius argumẽtationis hic textus. Si pecunia ſignata, numerataq; argentum eſt, legata mulieri eſt. At eſt pecunia ſignata numerataque argentum, igitur legata eſt mulieri. In quo ſi ad ſępius præmiſſa, plurimiſq; exemplis ſuperius enodata lectoris animus reuertatur; hanc argumẽtationẽ in primo modo ab antecedentibus eſſe compoſitam non ignorabit. A conſequentibus uero, hoc modo. Si numerata pecunia non eſt legata mulieri, cui ſit argentum oẽ legatum, numerata pecunia non eſt argentum. Hic igitur præcedit, numeratam pecuniam non

eſſe legatam,cum ſit argentum omne legatum:ſequitur numeratam pecuniam argẽtum non eſſe. Si igitur id quod eſt poſterius auferamus, ideſt numeratam pecuniam non eſſe argentũ,dicemus,Atqui eſt numerata pecunia argentũ affirmatio nanq; tollit negationem.Sequitur igitur,vt pars præcedens auferatur, ea quę erat,non eſſe legatam mulieri pecuniã numeratam. cũ argentum ei fuiſſet omne legatũ. Sed cum ſit oẽ negatio affirmatione cõſumitur,dicimuſq; in cõcluſione. Eſt igitur numerata pecunia mulieri legata, cũ ei ſit argentum oẽ legatum, eritq; hmõi argumentatio.Si non eſt mulieri legata pecunia numerata, cum ei ſit argentũ oẽ legatum,non eſt argentũ numerata pecunia.Atqui eſt argentum numerata pecunia, legata eſt igitur mulieri numerata pecunia cum ei fuerit argentum omne legatum.Sed qđ Tullius breuitatis cauſa pręterijt,i.illam partẽ propoſitionis,q̃ ait, Cum ſit mulieri argentum omne legatum:nos apertioris intelligentiæ cauſa ſubiunximus. Nec perturbare lectorẽ debet, ꝙ cum in ſuperioribus exemplis in ſecundo mõ ꝑ negationẽ facta fuerit ſemper aſſumptio & per negationem rurſus illata concluſio,nunc per affirmationem & aſſũptio & concluſio facta eſt. Cuius rei euidentiſſima rõ eſt. Nam cũ in ſuperioribus exemplis pria propoſitio ex affirmationibus fuerit conſtituta, atq; in ſcdo modo,aſſumptio id qđ ſequebat,auferret,atq; interimeret id qđ præcedebat: neceſſarium erat duplicem affirmationem geminata negatione conſumi,hoc mõ.Si dies eſt,lux eſt, vtręq; ex affirmatione ſunt conſtitutę. Vt igitur poſterior pars,ideſt lux eſt, quæ affirmatio eſt, interimatur deneganda eſt.Dicam igit, atqui non eſt lux,quo ſit ut p̄cedentẽ quoq; partẽ,i.dies eſt, q̃ affirmationem eſſe manifeſtum eſt, negatione tollamus concludentes,Dies igitur non eſt.At in hoc Ciceronis exẽplo utraque pars primę atq; hypotheticæ propoſitionis negationibus enunciata eſt,quę in aſſumptione,vel concluſione non ab aliis niſi ab affirmationibus auferuntur hoc mõ; eſt.n.tale Cic.exemplum; Si legata non eſt mulieri numerata pecunia, non eſt numerata pecunia argẽtum. vides vt ſit vtraq; negatio?Nam & non eſſe legatam mulieri pecuniam numeratam, & non eſſe numeratam pecuniam argentum, vtręq; in negatione ſunt poſitę. Quòd ſi auferenda eſt per aſſumptionem,propoſitionis conſequens pars, quæ negatio eſt, non eſſe numeratam pecuniam argentum; dicendũ eſt, argentum eſſe pecuniam numeratam. Et ſi in concluſione auferenda eſt pars præcedens,ea quę negatio eſt,ideſt,non eſſe legatam mulieri pecuniam numeratam:dicendũ eſt,Legata igitur mulieri numerata pecunia eſt. Et ſecũdus quidẽ modus rite a conſequentibus factus hmõi eſt.Illud tamẽ eſt diligentius annotandum,ꝙ ſuperius M.Tullius,cum locorũ omnium breuiter exempla diſponeret, loci huius,qui a conſequentibus ducitur, inconueniens ſecundo conditionaliũ ſyllogiſmorum modo ſubiecit exemplum,potiuſque primo conuenit modo, quia non a conſequentibus concluſionem, ſed ab antecedentibus facit. Ita quippe poſuit a conſequentibus, ſi mulier cum fuiſſet nupta cum eo qui cum connubium ius conceſſum non eſſet, nuntium remiſit: quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur pro liberis manere nihil oportet. Hic igitur cum quæratur, an dotis pars apud virum debeat permanere,id quod pręcedit aſſumitur,vt fiat rata cõcluſio hoc modo, Sed mulier cum eo nupta eſt quicum connubij ius non fuit, concluditur, Quoniam igitur qui nati ſunt,patrem non ſequuntur, pro liberis manere nihil oportet. & ita non eſt a conſequentibus argũ:quia non id quod cõſequebatur aſſumptum eſt,ſed id quod præcedebat. Erat quippe antecedens,nupta mulier pręter connubij ius:ſequebatur,cum filij patrem non ſequebantur,pro eis nihil ex dote retineri. Sic igitur Tullius pro eo quòd eſt a conſequentibus argumentum: ab antecedentibus potius dedit exemplum. Poteſt vero ita fieri a conſequentibus argumentum, ſi id de quo quęritur potius ponatur, & id quod aſſumendum eſt poſterius, hoc modo, Si quid ex dote pro liberis manere oportebit,quia patrem liberi ſequuntur. cum eo nupta eſt mulier,qui cum connubii ius eſſet.Sumo igitur id qđ conſequitur per negationem ita ſed non eſt nupta mulier cũ eo quicum connubii ius erat, atq; ideo qui nati ſunt,patrem non ſequuntur. Perimitur ergo in concluſione,id qđ in propoſitione præceſſerat, ita, pro liberis igitur manere nihil oportet.Sed de ſecundo modo iſta ſufficiant,nihil nanque,vt arbitror,prętermiſſum eſt.Tertius modus a repugnantibus longe perſpicuus eſt hoc modo. Non & legatum omne argentum eſt,& non eſt legata mulieri pecunia numerata Hic nanq; conſequens erat, Si argentum eſſet omne legatum,pecuniam quoq; numeratam fuiſſe legatam.Vt igit̃ fieret repugnans, huic conſequentiæ interpoſita negatio eſt, dictumq; eſt, Si argentum omne legatum eſſet numeratã pecuniam non eſſe legatam. quod quia pugnat & falſum eſt, ad veritatem alia negatione ſic reducitur, Non ſi legatũ argentum eſt,non eſt legata numerata pecunia,vt.ſ.ei affirmationi conueniat, quæ dicit: Si legatum argentum eſt,legatã eſſe pecuniam numeratam. Aſſumimus igitur huic propoſitioni argentum omne eſſe legatum: & conſequitur oẽm numeratam pecuniam mulieri eſſe legatam,vt ſit forma argumentationis hmõi, Non ſi legatum argentum eſt,non eſt legata numerata pecunia Atqui legatum argentum eſt,legata eſt igitur numerata pecunia.M.vero Tullius propoſitionem ita formauit.Non & legatum argentum eſt, & non eſt legata numerata pecunia: ſed nos idcirco cauſalem coniunctionẽ appoſuimus eam,quę eſt,ſi,vt ex quo eſſet gñe talis propoſitio monſtraremus.Nãq; id ex conſequenti connexo,negatione addita,ſit repugnãs. Connexũ vero nulla æque vt, ſi,coniunctio poſſet oſtendere:q̃q̃ idem efficiat,& copulatiua coniunctio.Nam quę connexa ſunt,etiam coniuncta eſſe intelliguntur ex hoc qđ paulo ante diximus. Quod argũ ex ea propoſitione profectum eſt,quæ duabus affirmationibus copulabatur,& iuncta negatione inſuper denegata eſt. In omnibus igitur illud eſt approbatũ,pecuniam numeratã mulieri deberi,cum ſit argentum omne legatum.Sed nũc quidẽ ex ſupra dictis propoſitionibus,id qđ antecedebat, aſſũpſimus:Nũc uero, id qđ conſequebatur:Nunc autem id qđ repugnabat.Ac de explanandis Ciceronis exemplis,vt arbitror,ſatis eſt. Illud autem dubitationem mouere poteſt. Nã ſiquis minus callidus ad Ciceronis exempla reſpiciat, eundem locum arbitrabitur eſſe a genere,quem ab antecedentibus,& conſequentibus,& repugnantibus eſſe diximus. Illo falſus errore, quòd in vtriſq; locis eodem Cicero vtitur exemplo. Argenti videlicet & numeratę pecunię. ſed diligentius intuenti, in eiſdem rebus diuerſus argumentationũ videbitur eſſe tractatus. Aliud quippe eſt dicere,cum argẽti ſpecies ſit numerata pecunia: ſi genus legatum ſit,& ſpeciem eſſe legatam, quoniam nunquam ſpecies a genere ſeparatur. Aliud eſt in conditione enumerationem proponere,& eiuſdem partibus aſſumptis,argumentationem varia ratiocinatione formare,vt ſuperius demonſtratum eſt:cum pręſertim hmõi ex conſequentibus, antecedentibus, & repugnantibus argumentationes etiam præter genera ac ſpecies fieri poſſint,velut nos ſuperius indicauimus in die atq; luce. Nam neq; dies lucis,neque lux diei ſpecies, aut genus eſt.Sed in tantum in his conſiderari debet,quia poſito altero alterum neceſſaria ratione ſubſequitur. Differunt igitur loci a genere vel a ſpecie ab eo loco; qui in conditione eſt conſtitutus: quoniam illi ex uniuerſalitatis ſpecie ac partitione ducũtur: hic ãt in conſequentię ac repugnantiæ ordine tractatur.Poſt hæc igitur Tullius hypotheticorum ſyllogiſmorum modos, concluſioneſq; dinumerat,hoc modo.

*Appellant aũt Dialectici eã concluſionem argumenti, in qua cum primũ aſſumpſeris, conſequitur id quod annexum eſt,primum concluſionis modum.Cum id quod annexũ eſt negaris,vt id quoque, cui fuerit annexũ,negãdum ſit,ſecũdus appellatur concludendi modus. Cũ aũt aliqua cõiuncta negaris, & his alia negatio rurſus adiungitur, & ex his primũ ſumpſeris,vt qđ relinquitur, tollendum ſit:is tertius appellatur cõcluſiõis modus.Ex hoc illa Rhe*

thorum

*thorũ ſũt ex cõtrariis cõcluſa, quæ ipſi enthymemata appellãt: non quod omnis ſententia proprio nomine enthymema non dicatur, ſed vt Homerus propter excellentiã, commune poetarũ nomẽ efficit apud græcos ſuũ, cum oĩs ſentẽtia enthymema dicatur, quia uidetur ea, quæ ex cõtrariis cõficiatur, acutiſſima, ſola proprie nomẽ cõmune poſſedit, Eius generis hæc ſunt, hunc metuere, alterum in metu nõ ponere: eã quã nihil accuſas, dãnas: Bene q̃ meritã eſſe dicit: exiſtimas male mereri? Id qđ ſcis ꝓdeſt, nihil id qđ neſcis, obeſt? Hoc diſſerendi genus attingit oĩno veſtras quoq. in reſpondendo diſputationes. Sed philoſophorum magis, quibus cum oratorib. illa ex repugnãtib. ſentẽtiis cõmunis cõcluſio, quæ a dialecticis tertius modus. a rhetorib. enthymema dicitur. Reliqui dialecticorũ modi plures ſunt, qui ex diſiunctionibus cõſtant: ut, aut hoc, aut illud: hoc ãt, nõ igitur illud. Itẽque aut hoc, aut illud: nõ ãt illud igitur. Quæ cõcluſiones idcirco ratæ ſũt, quòd in diſiunctione plus uno uerũ eſſe non pt. atque ex his cõcluſionib. quas ſupra ſcripſi, prior quartus, poſterior, quĩtus, a dialecticis modus apellatur. Deinde addunt coniunctionẽ negatiuam, ſic, nõ & hoc eſt & illud: hoc autẽ eſt, non igitur illud. hic modus eſt ſextus. Septimus autem, non & hoc et illud: non autem hoc, illud igitur. Ex his modis concluſiones innumerabiles naſcuntur, in quib. eſt tota fere dialectica, Sed ne hæ quidem quas expoſui, ſunt ad hanc inſtitutionem neceſſariæ.*

42. Et ſi multipliciter ſuperius cuncta digeſſimus, nec ea poſitionis indiget repetita toties diſputatio: erit tñ operæ pretium, ſi q̃ breuiſſime potero M. Tullij verbis mediocris lucem commẽtationis interſeram. Septem igitur modos hypotheticos enumerans ait. Cum in connexis propoſitionibus id quod eſt primum aſſumit, ut oſtendatur ſecundũ: Primũ a dialecticis modũ vocari, hoc modo. Si hoc eſt, illud ẽ: quod dicit, hoc, primum eſt: ꝙ vero ait illud, ſcđm. aſſumitur ergo ꝙ primum eſt, atqui hoc eſt: concluditur igitur id quod ſecundum eſt, illud igitur eſt. velut in his rurſus exẽplis. Si homo eſt, animal eſt. Aſſumitur, atqui homo eſt. Concluditur; animal igitur eſt. Secundum vero modum ait eſſe Tullius connexis propoſitionib. textum, in quo ſi ſecundum negatur, ſequitur, vt id etiam quòd primum eſt, abnuatur hoc modo. Si hoc eſt, illud eſt. Illud autem non eſt, igitur ne hoc quidem eſt. In exemplis ita, Si hõ eſt, aĩal ẽ: animal aũt non eſt, homo igitur nõ eſt. Sed Tullius ita dixit. Cũ id, quod annexum eſt negaris, vt id quoque cui fuerit annexum negãdum ſit, ſcđm eſſe modum, quaſi cõnexa ꝓpoſitione affirmatiuis partibus iuncta. Vniuerſaliter autem rectius diceretur, cum id quòd annexum eſt, ideſt ſecundum, perimitur, perimi illud quoq; cui annexum eſt, ideſt primum: vt ſi affirmatiuum eſt, id ꝙ annexum eſt, negatione perimatur: ſin vero negatiuum, affirmatione. Et de eo quoq; cui annexum eſt, ideſt primũ idẽ eſt, vt ſi in cõnexa ꝓpoſitione affirmetur, in concluſione denegetur, ſecundum nunc ꝓpoſitũ Ciceronis exemplum. Si vero negatiua ſit propoſitionis prior pars, in concluſione contraria affirmatione tollatur. Tertium vero modum ait eſſe Cicero, cum ea quę coniũcta ſunt, denegantur, & his alia negatio rurſus adiungitur. vt quia animal homini coniunctum eſt, ita dicamus. Non & homo & nõ animal eſt? atq; ex his vnum ponitur, vt quod relinquitur auferatur, hoc modo. Ponimus hominem eſſe dicentes, Atqui homo eſt. Quod ergo relinquitur, non eſt animal, aufertur, atque concluditur, animal igitur eſt. Fit argumentatio hoc modo, Nõ & hõ eſt, & non animal, atqui homo eſt, animal igitur eſt. Ex his naſci dicit enthymemata ex contrarijs concluſa, quibus plurimum rhetores vti ſolent: atque hæc enthymemata nuncupantur, non quod eodem nomine omnis inuentio nuncupari nõ poſſit. Enthymema namq; eſt mentis conceptio, ꝙ põt oĩb. inuentionib. conuenire: Sed quia hæc inuenta, q̃ breuiter, ex contrarijs colliguntur, maxime acuta ſunt, ꝓp excellentiã ſpeciemq; inuentionis cõe enthymematis nomen propriũ factum eſt, vt hęc a rhetorib. quaſi proprio noĩe enthymemata vocẽtur. Sicut apud græcos quoq; poeta Homerus tñ dicitur, & quiſquis ex Homero aliquid profert, ita dicere conſueuit, Hunc verſum poeta locutus eſt, & tunc non alius intelligitur pręter Homerum. Non ꝙ cæteri non ſint poetę, ſed quod excellentia huius cõe nomen vertit in propriũ. Fiũt vero hęc enthymemata hoc modo, ex contrariis videlicet texta, hunc metuere, alterũ in metu non ponere, velut ſi de Lentulo, & Cethego, cęteriſq; diceretur. Paucos ciues interficere metuis, ne reſpublica intereat nihil laboras. Connexum quippe eſt, vt quicunq; noluit interire paucos ciues, rempub. multo magis nolit extingui. Quib. cum interponitur negatio, fit ex repugnantib. argm̃. Sed hoc breuiter Tullius enunciauit: nos vero argm̃ in ſyllogiſmum redigamus, a repugnãtibus .ſ. ex quo enthymemata naſci ſolent, hoc modo. Sit connexũ, ſiquis metuit ciues paucos interfici, is metuit interire rẽpub. Huic interponitur negatio ſic. Siquis metuit ciues paucos interfici, is non metuit interire rempublicam? iungitur alia negatio. Non ſiquis metuit paucos ciues interfici, non metuit interire rempub. Quæ duæ negationes vni affirmationi pares ſunt. quæ dicit. Siquis metuit hoc, metuit & illud. cuius quidem aſſumptio eſt, at metuit hoc. concluſio ſequitur, metuit igitur & illud q̃ tantũdem valet, ſi negando interroget ita, hoc metuis, illud non metuis? Sed quia non totus (vt ſupra poſuimus) in his argumentationib. ponitur ſyllogiſmus, ſed propõ, cuius aſſumptio & concluſio notæ ſunt: idcirco enthymema dicit, quaſi breuis aĩ cõceptio. Et in cęteris exemplis idem modus eſt. Sed hęc quidem Cicer. ſimilitudo no tam ex repugnantib. q̃ ex contrarijs argm̃ intelligitur continere. Metuere, quippe & non metuere contraria ſunt: niſi hęc ipſa verborũ prolatio a contrarijs argm̃ ad repugnantia retrahat. Nam qđ dicit hunc metuere, alterum in metu nõ ponere, tale eſt, vt repugnantia videant. Etenim metuere & nõ metuere contraria ſunt. In metu ãt non ponere & metuere, prolatione ipſa tam contraria q̃ repugnantia intelligũtur, licet eadẽ probet eſſe ſola. His adiecit alia rurſus exempla. eã q̃ nihil accuſas, dãnas. Huius enthymematis talis eſt integer ſyllogiſmus, nõ ſi nihil accuſas, dãnas, ſed nihil accuſas, nõ dãnas igitur. Venit ergo hoc argm̃ ex ea propõne cõnexa, q̃ ex duab. cõponit negatiuis, ita. Si nihil accuſas, non dãnas. poſteriori vero parti detracta negatio eſt, & inſuper tota eſt propoſitio denegata hoc mõ, non ſi nihil accuſas, damnas. & ex ea factum eſt argm̃, quod poſitum in interrogatione efficit enthymema. hoc modo. Quã nihil accuſas, damnas? Bñ q̃ meritam eſſe dicis, autumas male mereri? Huius quoq; enthymematis talis eſt collectio. non & bñ meritam eſſe autumas, & male mereri. atqui bene meritam eſſe autumas, non male igitur mereri, quod enthymema ex ea propoſitione connexa perficitur, quæ conſtat ex affirmatione, & negatione, ita. Si bene meritam eſſe dicis, autumas non male mereri. Cuius ex poſteriore parte dempta negatione, totaq; propoſitione denegata, fiet propoſitio, Non ſi bñ meritam eſſe dicis, autumas male mereri. quod in interrogatione deductum facit enthymema, Bene quem meritam eſſe dicis, autumas male mereri? Itẽ id quod ſcis prodeſt, nihil id quod neſcis obeſt, hoc quoque enthymema tali nectitur ſyllogiſmo. Non id quod ſcis prodeſt, & id quod neſcis nõ obeſt. at id quod ſcis prodeſt, obeſt igitur id quod neſcis. hoc argm̃ ex ea propoſitione compoſitum eſt, quæ duabus affirmationibus iuncta acceperit mediam negationem, & inſuper denegata eſt. Quod interrogatum fit enthymema hoc modo: id quod ſcis prodeſt, nihil id quod neſcis obeſt? Omnium vero ſuperius exemplorum iſta ſententia eſt. Nam quam quiſquam nihil accuſat, eam damnare recte non poteſt Et eam quam bene meritam eſſe autumat, male mereri eadem turpe eſt. Et ſi id quod ſcit quiſq; in cauſa proderit

oberit:

oberit ſi eſt contrarium id quod neſcit. Hunc vero locum cōem eſſe oratoribus ac philoſophis dicit. Sed apud illos tertium modum, apud rhetores vero enthymema nūcupari. Reliqui inquit modi plures ſunt. nam cū tres ſuperius enumeraſſet modos, adiunges quatuor, plures dixit. Hi ſunt in diſiunctionib conſtituti hoc modo, aut hoc, aut illud. hoc āt, non igitur illud. qui eſt quartus modus a nobis quoq; ſupra poſitus, ita, aut dies: eſt, aut nox eſt. Dies aūt eſt, non igitur nox eſt. & ſemper quod ait Cicero, hoc, ad præcedens ſpectat: quod uero ait illud, ad conſequens, ſiue in connexis propoſitionib. ſiue diſiunctis. Item aut hoc aut illud; nō autem hoc, illud igitur. Hic quoq; quintus modus eſt, velut in his exēplis. Aut dies eſt, aut nox eſt, non autem dies, nox igitur eſt. Quartū concluſionū neceſſitatem ex eo dicit euenire, q̄a quę in diſiunctione ſunt poſita, medium non videntur admittere, vt eſſe aliud pręter eorū alterum poſſit atq; iō vno ſublato alterum eſſe, vno quoque poſito alterum nō eſſe cōcluditur. Quod ſi ſit mediū, quod pręter alterutrum eſſe poſſit, nec vera ꝓpoſitio, nec rata eſt concluſio. velut in his, aut album eſt, aut nigrū, id falſum eſt. Eſſe .n. præter ea rubrum pōt. Sed ponamus eſſe albū, vel auferamus, non neceſſe erit nō eſſe vel nigrum, quia ꝙ rubrū ē, medium eſſe pōt. Deinde, inquit Tullius, addunt coniūctionum negantiā in diſiunctiuis, ſ. ꝓpoſitionib. hoc mō. Nō & hoc, & illud. hoc autē, non igitur illud. idē eſt, nō & nox & dies eſt, nox āt eſt, non igitur dies eſt. Hic igitur ſextus modus eſſe pręd ictus eſt. Septimus aūt eſt ex eadē veniens propoſitione hoc mō. Nō & hoc & illud, nō autē hoc, illud igitur. velut ſi ita dicamus, non & nox, & dies eſt, nox non autē eſt, dies igitur eſt. Quæ ꝓpoſitiones niſi in diſiunctis, medioq; carentib. reb. ratam cōcluſionē habere non poterunt. age .n. ita dicamus. Nō & albū & nigrum, ponamuſq; non eſſe albū, non conſequitur vt ſit nigrum, pōt .n. eſſe qd mediū eſt. Hmōi igitur per negationem coniunctionum (vt Tullius ait) propoſitio, ſi ratas factura eſt concluſiones, in diſiunctis reb. medioq; carentibus accommodetur, alias non erit rata concluſio. Diſtat vero propoſitio tertij modi a propoſitione ſexti & ſeptimi, quod tertii modi ꝓpoſitio ex coniunctis naſcitur. Hęc vero ſexti & ſeptimi ex diſiunctis terminis exiſtit, ut in ſuperioribus patet exemplis. Ex his igitur, inquit, modis concluſiones innumerabiles naſcuntur. Vnus .n. quilibet eorum modus infinitis concluſionib. aptari poteſt: veluti primus ac ſecundus in oībus quæ ſibi connexa ſunt, quorum nullus eſt numerus, ſiquis perſequi velit. Itemq; repugnantiū infinita eſt multitudo, in quibus tertius modus eſt vtilis. Item plura diſiuncta ſunt, in q̄bus quartus & quintus & ſextus & ſeptimus plurimum valeant. Atq; in his, inquit, oīs fere eſt dialectica, ſed ad topicos locus tres primi modi ſunt neceſſarii, qui anteceſſionem, conſecutionem, & repugnantiam tenent. Reliqui vero complendæ diſputationis magis gratia quam quod ad hanc inſtitutionem neceſſarii fuerint, videntur adiecti.

*Proximus eſt locus rerum efficiētum, quæ cauſæ appellantur: Deinde rerum effectarum ab efficientib. cauſis. harum exempla ut reliquorum locorum paulo āte poſui, & quidem ex iure ciuili, ſed hæc patent latius. Cauſarum .n. genera duo ſunt. Vnum qd vi ſua id qd ſub ea ſubiectum eſt, certe efficit, ut ignis accendit. Alterum quod naturā efficiendi non habet ſed ſine quo effici non poſſit, ut ſiquis æs cauſā ſtatuæ velit dicere, quod ſine eo non poſſit effici. Huius generis cauſarum ſine quo non efficitur, Alia ſunt quieta, nihil agentia, ſtolida quodāmodo, vt locus, tēpus, materia, ferramenta, & cætera generis eiuſdē. Alia āt præcurſionem quādā adhibent ad efficiendum, & quædā afferunt per ſe adiumenta, & ſi non neceſſaria, ut amori congreſſio cauſam attulerat, amor flagitio. Et hoc genere cauſarum ex æternitate pendentium Fatū a Stoicis nectitur. Atque ut earū cauſarum ſine quib. effici nō poteſt, genera diuiſi, ſic ētiam efficientiū diuidi poſſunt. Sunt enim aliæ cauſæ quæ plane efficiāt nulla re adiuuāte, aliæ quæ adiuuari velint, ut ſapiētia efficit ſapiētes, ſola per ſe beatos efficiant nec ne, quæſtio eſt.*

43. Poſt eū locum qui in conditione eſt conſtitutus; conſequens erat is qui conſiderabatur ex cauſis. poſt hunc is enumeratus locus eſt, qui in effectis cauſarum poſitus, argumenta præſtabat. Quorum quidē ſuperius M. Tullius exempla propoſuit, nunc rationem latius tractat. Cum igitur Ariſtoteles quatuor poſuerit cauſas, quibus vnumquodq; conficitur; Primā, quæ mouendi principium eſt. Secundam, ex qua ſit aliquid, quam materiā vocat. Tertia, rationē ac ſpeciem, qua vnumquodq; formatur. Quartā, finē propter quē quolibet efficitur: M. Tullius principalem cauſarum diuiſionem facit inter ea, quę efficiant aliquid, & inter ea ſine quib. effici nequeat, ut id quod efficit, ad eam cām referatur, in qua motus principium conſtitutum eſt: id vero ſine quo non ſit aliquid, tū ad intellectum materiæ transferatur, uel eorum quæ coniuncta materię efficiētis adiuuant facultatem: tum ad reliquas cauſas dicatur, vt paulo poſterius apparebit. Eius igitur cauſę, quę vi ſua id quod ſubiectum eſt, efficit, tale proponit exemplum, ut ignis accendit. Nam accenſionis ipſius cā ignis eſt, & id efficere pōt. atq; illud, ꝙ accēditur, mouet atq; permutat. Eam uero cām, ſine qua id quod faciēdum eſt fieri nequit, ab vna eius parte deſignat, veluti cum dicit ęs cām eſſe ſtatuæ ꝙ ſine eo ſtatua non poſſit exiſtere, hoc .n. vt per faciendam diuiſionē clareſcet, non ea ipſa eſt cauſa ſine qua nō efficitur, ſed pars eius eſſe monſtrabitur. Eam vero cām ſine qua, id ꝙ faciēdū eſt, effici non pōt, diuidit hoc mō. Alia .n. ſunt quieta, nihil agētia, ſed ſtolida quodammodo, ac per ſe, niſi agēdi extra motus acceſſerit, immobilia: horum exempla ſunt, locus, tempus, materia, inſtrm̄. Omne .n. ꝙ ſit, locum neceſſe eſt habere ſubiectum, in quo niſi aliquid fiat, locus ipſe immobilis eſt ad aliquid explicandum. Itemq; materia & inſtrumenta, niſi manu moueātur artificis, ipſa naturaliter nihil egerint. Tempus quoque operationi ſubiectum eſt: quæ ſi deſit nihil, ipſum proprię naturę rōne, perfecerit. Atque hęc quidem ſunt, quę nihil agentia, tñ cauſę ſunt, ſi his efficiēs operatio ſuperueniat. Alia vero quę in motu poſita præcurſionem quandam ad efficientiā ac pręparationē. videntur afferre: velut amoris, cā eſt congreſſio, quę pręceſſit; & amor, flagitii. Ex his inquit cauſis ſtoica diſputatio fatum cōnectit. Fatum .n. dīt eē pręcedētiū, cauſarū ſubſequētiumq; rerum ꝓplexionē quādā, & catenæ more cōtinētiā, hoc mō Iō profectus eſt peregre, q̄m parētū iracūdiā ferre nō poterat. idcirco parēdū iracūdiā non ferebat, quia amicæ amore detinebatur. idcirco amabat, ꝙ ſępe fuerat aū congreſſus. iō congreſſus eſt quia aliquid vt cōgrederetur pręceſſit. itaq; ordine pręcedētiū cōſequētiūq; rerū, Fatū (vt dicit) a Stoicis nectitur. Item diuidit eā cām; quę viſua efficit aliquid in eā quę ad efficiēdum ſibi ſufficiat, eamq;, quę extriſecus adminiculationis indigeat. Sufficit igitur ſibi ad efficiēdū cā, vt ſapientia, quę efficere ſapientes per ſe nullo penitus adiuta ſolet. Sed hæc an ſola beatos efficere poſſit, quæritur, an ei ſint extrinſecus addēda quæ iuuent, vel fortunæ bona, vel corporis. Itaq; ea cā quæ vi ſua efficit aliquid, aut talis eſt, vt ei nulla ſint extrinſecus adiumēta quęrēda, aut talis, ut ei fortis aliqđ adminiculū cōueniat, velut artifici inſtīa q̄dā, q̄b. id ꝙ efficiēdū ē, explicet atq; cōformet. Earū vero oīum, q̄ Tullius ſtatuit ī alterutra diuiſione cārum, illa quidē, q̄ viſua explicāt ea quorū cauſæ ſunt, oīa tā ꝑ ſe ad efficiēdū valentia q̄ quę ſiti extrinſecus adiuaminis indigētia, in ea Ariſtotelicę diuiſiōis cā locabunt, q̄ eſt principiū motus. Quāq̄ de ſapiētia tali cauſę ñ cōuenit exēplū, ſed potius ad rōnē formāq; cōcēdit. Nāq; ſapiētia rōne quādā atq; forma efficit ſapientes. Eius vero cauſæ, q̄ Tullius refert, ſine qua non ſit aliquid, materia quidem, tēpus, & locus, i. ex quo ſit, vel in quo ſit, quæ ſunt efficienti ſubſtantia naturæ, ut vno ītellectu cōprehēdant, vel materia

ſunt

ſunt vel materię vice ſuppoſita. Inſtrumenta vero ei cauſæ ſunt ꝙ ad finē ſpectant, ſed nō ipſa finis. qa non finis inſtra reſpicit. ſed hæc, finē. Inſtrumēta nanq; pp aliquē finem parantur. Sed mirũ videri pt, cur cōgreſſionē, amoris cām nō inter ea enumerauit, ꝙ hñt efficiendi vi, ſed inter eas poſuerit cās, ſine quib. effici non pt, cum tñ agat aliquid atq; moueat. Nam ipſa congreſſio aliquid videt efficere, ſimiliſque eſt ei cauſæ, ꝙ ipſa quidē habet efficiendi vim, ſed ſine adminiculo non pt: veluti cum quæritur de ſapientia, an ſola beatũ poſſit efficere. Sed Merobaudes rhetor ita diſſeruit, earum cauſarum, que efficiendi vim haberent, eam eſſe facultatem, vt etiam ſi adiumentis extrinſecus indigeant, effectus tñ earũ ad id ſpectet, quod efficiendum eſt: at in his cauſis, ꝙ ſunt pcurſorię ēt ſi eis antecedentib. aliquid exiſtit, non tñ id qđ exiſtere intelligitur, pręcurſio principaliter operatur. Sed iſta quidem veluti ſub quadam occaſione præcurrit: illa vero res, ꝙ exiſtere dicitur aliis operantibus naſcitur, velut in congreſſione ſolitum eſt fieri. Fortaſſe.n: non pp amorem quiſq; congreditur: ſed præcedēte cōgreſſione, amor exiſtit, quem non congreſſio principaliter appetebat. Itaq; qm̃ præter congreſſionem amor exiſtere nō potuit: recte inter eas cauſas congreſſio locata videtur, ſine quib. non efficitur: qm̃ vero non efficit vi ſua, quādoquidem nec principaliter vt efficiat, ſpectat, ſed tñ ea antecedente aliquid exiſtit: recte inter pręcurſorias, ac non inter efficientes cauſas eſt collocata.

*Quare cum in diſputationē inciderit cauſa efficiens aliquid neceſſario, ſine dubitatione licebit qđ efficitur ab ea cauſa cōcludere. Cum aũt talis cauſa erit, vt in ea nō ſit efficiendi neceſſitas, neceſſaria cōcluſio non ſequitur. Atque illud quidē genus cauſarũ, quod habet uim efficiendi neceſſariā, errorem afferre non ſere ſolet. Hoc autē ſine quo nō efficitur, ſæpe cōturbat. Non enim ſi ſine parētibus filii eſſe nō poſſunt, propterea cauſa fuit in parētibus gignēdi neceſſaria. Hoc igitur ſine quo nō fit, ab eo in quo certe fit, diligenter eſt ſeparādũ. Illud enim eſt tāquam. Vtinam ne in nemore Pelio ſecurib. Cæſæ cecidiſſent abiegnæ ad terrā trabes: niſi enim cecidiſſent abiegnæ ad terram trabes, Argo illa facta non eſſet, nec tamen fuit in his trabibus efficiendi vis neceſſaria. At cũ in Aiacis nauem criſpiſulcans igneũ fulmen iniectũ eſt, inflammatur nauis neceſſario.*

44. Prima quidem cauſarum diuiſio ſecundum Tullium fuit in ea, quæ efficerent aliquid, & ea ſine quibus effici non poſſet; atque illud quidē ꝙ efficeret, in gemina itē partitus eſt, ſ. in id ꝙ ad efficiendum aliquid neceſſariā vim poſſideret, neque vllius indigeret extrinſecus adiumēti, & in id ꝙ niſi aliis adiuuantib. operari atq; efficere non poſſet. Ac primum de ea loquitur cā, quę efficiendi vim tenet. Eius.n. ea pars cui efficiendi neceſſitas adeſt, ſtatim ſecum concluſionē comitē trahit. Dicta.n. cā, quæ neceſſario aliquid efficit, effectus ēt neceſſe eſt conſequatur: veluti ſi Solem affuiſſe quis dixerit, lucem quoq; affuiſſe mōſtrabit. aut cum alicui adeſſe ſapientiam dixerimus, ſapientem neceſſe eſt fateamur. At in his cauſis efficientibus, quę extra poſitis indigēt adiumentis, non eadem ratio eſt. neq; .n. vt quæq; hmõi cā neceſſario efficit quod vult, niſi extra poſitis auxiliis adiuuetur. Idem etiam in ea cauſa, quæ ipſa quidem efficiendi vim non habet, ſed ſine ea non prouenit effectus. Nam vt Tul. quoq; cōmemorat, nullam in efficiendis rebus adhibet neceſſitatem, atq; ideo dicta cā nō ſtatim ſequitur effectus. Neq; .n. ſi congreſſus eſt, mox amauit: nec ſi fuit ęs, ſtatuam quoq; fuiſſe neceſſe eſt. ex quo aliarum cauſarum partitio naſcitur. Alia nanq; cauſæ ſunt neceſſarię, alię minime. Nō neceſſariarum alię ſunt efficientes. alię ſine quib. non efficitur. Neceſſariarũ vero cauſarũ cōcluſio non ſolet cōturbare, vt enim hęc cauſa fuerit dicta, ſtatim in concluſione ſequuntur effectus. Non neceſſariarũ vero, quæ ſunt partim efficientes, quòd nunc tacuit, ſed pauloante pręđixit, non habent ſubſequentem effectę rei concluſionem. Neque enim ſi liberi ſine parentibus non ſunt, idcirco in parentibus efficiendi cā neceſſaria fuit, cum videamus in hominum eſſe ptāte ne gignant. Ea vero cā, quæ ipſa quidē non efficit, ſed ſine ipſa effici nō pt, hmõi eſt quemadmodum Enniano verſu declaratur. Niſi enim cecidiſſent abiegnę trabes ad terram, Argo illa facta non eſſet. Ex trabibus nanque Argo facta eſt, ſed nulla inerat trabibus neceſſitas, vt ex eis fieret nauis. At vero ea cauſa, quę eſt efficiens, & quæ in ſe ſuam cōtinet neceſſitatem, talis eſt; quale cum in Aiacis nauim igneum criſpiſulcans fulmen iniectum eſt: ſtatim enim accendi neceſſe eſt nauim, quia ignis accendendi neceſſaria cauſa eſt, & ſenſus quidem eſt hmõi. Ordo autem paulo confuſior eſt, ait enim hoc modo. Atque illud quidē genus cauſarum ꝙ habet vim efficiendi neceſſariam, errorem afferre nō fere ſolet: hoc autem ſine quo non efficitur, ſępe conturbat, ꝙ cum dixiſſet, cunque vel vtriuſque vel alterius exemplum ponerē debuiſſet, neutro cōuenies exēplum ſimilitudine dedit. Nanque cum vel neceſſariam cauſam efficientem, vel eam ſine qua non efficitur, propoſuiſſet, eius cauſę poſuit exemplum, quæ efficiat quidē aliquid ſed non ſine extra poſitis adiumētis, hoc modo. Nō enim ſi ſine parentibus filii eſſe non poſſunt, propterea a cauſa fuit in parentibus gignendi neceſſaria. Parentes enim & maxime maſculini ſexus, efficiens cauſa eſt ſed non ſine fœmina, ideſt non ſine materia quadam, & ea cauſa ſine qua fieri non poſſit, cum ipſa vim efficiendi non habeat. Itaque nec cauſę neceſſarię & efficientis poſuit exemplum, nec eius ſine qua fieri nihil poſſit, ſed efficientis quidem, non tamen neceſſarię. ſed videtur tacuiſſe in propoſitione id, cuius poſuit exemplum, ita enim apertius dici potuiſſet. Atque illud quidem genus cauſarum, quod habet vim efficiendi neceſſariam, errorem affere nō fere ſolet. Hoc aũt quod non habet efficiendi vim neceſſariam, vel hoc ſine quo non efficitur, ſæpe conturbat. Itaque ſic intelligendum eſt, quaſi ita ſit dictum: nam de neceſſaria cauſa nullum poſuit exemplum. Quod vero ſubiecit, vtriſque cauſis conuenit poſterius enumeratis, tam efficienti non neceſſariæ, quam eius ſine qua nihil efficitur. Parentes nanque tam maſculini ſexus, quam fœminini eſſe dicuntur. quorum quidem maſculini ſexus ea cauſa eſt, quæ efficiat, ſed non neceſſaria. Fęminini vero ea, quæ nō efficiat, ſed ſine quam effici non poſſit: Quę cum ita ſint, diſcernendę ſunt cauſę & peruidenda neceſſitas. Nec omnis cauſa præmittenda vt ſubſequatur effectus ſed ea tantum in qua eſt efficiendi neceſſitas, etiam ſi extrinſecus adiumenta defuerint.

*Atque ēt ēſt cauſarum diſſimilitudo, quòd aliæ sũt ut ſine ulla appetitione aĩ, ſine uolũtate, ſine opinione, ſuũ quaſi opus efficiāt, velut oē intereat quod ortũ eſt. Aliæ āt aut uoluntate efficiunt, aut perturbatione aĩ, aut habitu, aut natura, aut arte, aut caſu. Voluntate ut tu cũ hunc libellum legis. Perturbatione, ut ſiquis euentum horum tēporum timeat. Habitu, ut qui facile, & cito iraſcatur. Natura, ut uitium in dies creſcat. Arte, ut bene pingat. Caſu, ut proſpere nauiget. Nihil horum ſine cauſa, nec quicquam omnino, ſed huiuſmodi cauſæ non neceſſariæ.*

45. Facit aliam rurſus cauſarum diuiſionem, ita, Cauſarum enim aliæ ſunt quæ ſua quadam vi, ſine appetitione, ſine voluntate, ſine opinione, vnũ atq; eunde in efficiendis rebus ordinem tenent, vt eſt Interire omnia quæ orta ſunt. Nam quia ortum eſt, idcirco etiam neceſſe eſt interire, nec tamen ipſe ortus, vt cętera intereant, vel appetitu aliquo, vel voluntate, vel opinione efficit: ſed ita eſt ab ęterno rerum ſtatu, vt quicquid ortum eſt, quia accepit eſſe aliquādo etiam eſſe deſiſtat. Item aliæ ſunt cauſæ, quę aut in voluntate, aut in perturbatione animi, aut in habitu, aut in

natura,

natura, aut in arte, caſu ve conſiſtunt. Voluntate, vt ſi quærat aliquis; cur Trebatius librum legat, rñdebitur, qa legendi voluntas eſt; Perturbatione animi, vt ſiquis timore paleſcat, aut vrbē fugiat, bellis ciuilibus conturbatus. Habitu, vt ſi idcirco Trebatius facile de iuris ratione rñderit, qm̃ multo vſu conſtantem ciuilis ſciæ habitū tenet. vel ſiquis idcirco iraſcatur facile, quia eius animus per iracundię habitū efferatus eſt. Natura, vt ſi quis idcirco dicatur iraſci, quia naturaliter iracundus eſt, idq; ei I dies vitium creſcat. Arte, vt ſi idcirco bene quiſq; pingat: qa eius artis peritus eſſe proponatur. Caſu, vt quæ in noſtra poteſtate nullomō ſunt, fiunt tñ, velut incerto præſertim tpe, proſperitas nauigandi. Atq; horum oīum nihil a cā vacuum eſt: nec quicq̃ eſt in rebus, quod non aliqua cā perficiat. Omnia.n.q̃ fiūt, hñt aliqua rationem, cur facta ſint, quā ſiquis reddere poſſit, cām quoq; reddiderit. Id eſt.n.cauſa, propter quā vnumquoq; fit. Omnes vero cauſę, q̃ vel ex uoluntate, vel perturbatione animi intelligūtur, ad eam cām ptinēt, quæ eſt mouēdi principium, vt in Ariſtotelica diximus diuiſione. Hęc enim ut aliquid efficiatur, mouendi principium ſunt. at in arte, uel habitu, vel natura, illa cauſa eſt, quę in ratione conſiſtit. Species.n.ac ratio vniuſcuiuſque efficiendæ rei in arte, & habitu, & natura poſita eſt. Caſus vero exterior cauſa, nec inter principales annumeratur ſecundum Ariſt. ſecundum vero M. Tullium Caſus eſt latens effectę rei cauſa quod quale ſit, paulo poſterius deſignabitur.

*Omniū aūt cauſarū in aliis ineſt cōſtātia in aliis non ineſt. ī natura, et arte cōſtantia eſt, in cæteris nulla. Sed tamen earum cauſarum, quæ nō ſunt cōſtantes, aliæ ſunt peſpicuæ, aliæ latēt. Perſpicuæ ſunt, quæ appetitione animi iudiciūque tangunt. Latēt, quæ ſubiectæ ſūt fortunæ. Cum.n.nihil ſine cauſa fiat, hoc ipſum fortūæ euētus qui obſcura cā et latenter efficitur. Atque etiā ea, quæ fiunt partim ſunt ignorata, partim voluntaria. Ignorata, quæ neceſſitate fiunt, voluntaria, quæ cōſilio. Quæ autē fortuna vel ignorata, vel voluntaria. Nā iacere telum voluntatis eſt: Ferire quē nolueris, fortunæ. Ex quo aries ille ſubiicitur in veſtris actionib. ſi telum manui, fugit magis quā iecit. Cadunt etiam in ignorationē atque imprudentiam perturbationes animi, quanquā ſunt voluntariæ: obiurgatione enim & admonitione deiiciuntur, tamen habent tātos motus, vt ea quæ voluntaria ſunt, aut neceſſarie interdum, aut certe ignorata videantur.*

46. Rurſus cauſarum diuiſionem aliam clarā ac perſpicuā prodit. Cauſarum nanque aliæ ſunt conſtantes, alię vero inconſtantes. Conſtantes ſunt, quarum nō fere variatur effectus. Inconſtantes vero, quæ huc atque illuc facilioribus mutationibus transferuntur. Omnia igitur, quę ex natura atque arte deſcendunt, conſtantia ſunt. Natura quippe atq; ars ſuum ſēper opus efficiunt, niſi ſubiectæ materię obſtet incertum. Nam quod vnus idemq; artifex ex eadem ſępe materia, non admodum ſimiles ſtatuas format, non eſt hęc in arte varietas: ſed tum in artificis manu, quæ integritatē artis aſſeq non pōt: tū in ipſa materia, quę efficientiæ atq; formæ non ęqualiter cedit. Idem eſt in natura, ſeruat nam que conſtantiam ſuam cum hominem format ex homine. Itaq; ſimilia in cæteris ex ſimilibus gignit, at cum monſtroſum aliquid effertur; non naturæ vitio, ſed materiæ potius applicatur, ex qua id quod efficere contendebat, non ita potuit natura explicare. Sed inter conſtantes cauſas habitus quoq; debuit adiungi. nam quod ex habitu cuiuſque fit, id conſtans, nec mutabile eſſe ſolet. Qñquidem idcirco habitus dicitur, quia diuturnitate habendi in naturæ ſimilitudinem vertitur. Sed forſitan illud, Tullius vidit, quòd natura atq; ars, non iam in effectibus cōſtantes, quam in ꝓpria ratione eſſe intelliguntur, in tm̃ vt quod ars ac natura delinquit, materiæ ſępius imputetur: habitus vero ipſe conſuetudine quadam collectus eſt, qui non ratione aliquid & propria conſtantia, ſed vſu facit. Atq; idcirco forſitan habitum, qui inter cętera pręter artem, & naturam videbatur eſſe conſtantior, a cauſis conſtantibus ſegregauit. Ea vero quæ non ſunt conſtantia, in ea diuidit, quæ ſunt perſpicua, & in ea q̃ latent. Perſpicua ſunt, quę ab animi quolibet motu, vel appetitione, vel iudicij ratione profecta ſunt. Latēt vero, quæ fortunę ſubiacent. Nam quia nō ignorat animus, in quā partē declinet, qui tametſi boni aliquando habet iudicium, nunq̃ tñ eius rei quam efficit, notionem relinquit, præter eos, qui funditus mente capiuntur, & in quibus iam nulla voluntas eſt, neceſſe eſt nota eſſe, quę ex voluntate vel animi iudicio fiunt. Fortuna vero atq; caſus ſemꝑ ignotus eſt: cuius quidem natura æque incerta eſt, atque ea quæ caſibus ipſis fiunt. Sed M. Tullius definit eſſe caſum, euentū cauſis latentibus effectum. quæ non videtur integra definitio. Quid.n.ſi adhuc lateret quibus cauſis Solis defectus Lunęve contingeret? num idcirco caſu ac fortuna fierent, quę conſtantibus cęli motibus adminiſtrantur? An caſus quidē putaretur ab his qui defectus rationē reperire non poſſent: per ſe aut conſideratus, nullo quidem mō eſſet caſus? Sed M. Tullius, non qui videretur eſſe caſus his, qui eius naturā minime perſpexiſſent, ſed quid omnino fortunæ euentus eſſet, definitionis ratione monſtrabat. Euentum vero latentibus cauſis Cicero caſum eſſe ita concludit. Cum omnia certis de cauſis fiant, quorū rō cognoſcitur, eorum euentus caſu fieri non poſſe monſtratur, ſed putātur aliqua fieri caſu eorum, quorum cā nulla ratione cognoſcit. Ex quo euenit, vt fortunæ ſit euentus, qui latentibus cauſis efficit. Hic igitur in rebus quidem ipſis conſtantiam ponit, caſum vero non re, ſed opinionem metitur. Quo fit, vt ſi alter effectæ rei nouerit cauſam, id qđ accidit, fortunæ non ſit euentus. Idē tñ ſit alteri fortunæ euentus, ſi rationē alter ignoret. Quod vero oīum rerum cauſas eſſe dicit, non determinat quales, atq; iō nec de fortuna ipſa, quorum euentuum cā ſit, monſtrat. Nec me ſęuę hoīum mentes arrogantiæ notent, ꝙ velut affectata auctoritate Tullianis ſententijs pugne: cum aduerſus eas ſi quid videbitur, non noſtra, ſed ab antiquiſſimis tractata cōpenſem. Quod ſi noſtra quoque diceremus, oporteret tñ eos, nō perſonarum vetuſtatem, ſed eorum q̃ opponuntur conſiderare rationem, nec odiſſe potius q̃ aduerſus magni nominis viros dñr, quā contraria ſi poſſent, argumentatione reuincere. Nam ſi eis M. Tullius in definitione rerum nimium placet, quænā eſt inuidia nos quoq; Ariſtotelicam rōnem probare? ꝙ ſi intemperāter moleſtiſſimi eſſe pergunt, audiant M. Tullium ſecundo Tuſculanarum diſputationum libro adhortantem potius, atq; ad certamen vocantem hoc modo. Sed tñ tm̃ abeſt, vt ſcribi contra nos nolimus, vt id etiam maxime optemus. Ipſa .n. gręcię philoſophia nunq̃ in honore tantum fuiſſet niſi doctiſſimorū contentionibus, diſſenſionibuſq; creuiſſet. Quā obrem horror omnes, qui facere id pſſt, vt eius quoque generis laudem iam languenti gręciæ eripiant, & transferant in hanc vrbem: ſicut reliquas omnes, quæ quidem erant expetendę, ſtudio atque induſtria ſua maiores noſtri transtulere. Et rurſus nos, qui ſequimur probabilia, nec vltra quā quod veriſimile occurrit progredi poſſumus, & refelli ſine pertinacia & refellere ſine iracūdia parati ſumus. Quocirca quę malum ratio eſt ipſius M. Tullij voluntatem iudiciumque conuellere, cum eiuſdem contra nos ſententijs atque auctoritate nitantur? Sed ſicut commentarios noſtros inſpicere vacuum fuerit: ſciat hęc nos ex Ariſtotelis ſecundo phyſ. volumine aduertiſſe, quę tametſi altioris philoſophiæ diſputationes tangunt: non tñ ſtudijs inuidendum, ſi rhetoricis quoq; ac dialecticis diſputationibus admiſceamus, quæ ſunt profundiora naturæ. Neque pigreſcere ac dilaſſari animos dignum eſt quos intentiores ac vegetos ipſa rerum ambiguitas & variarum cognitio ſpeculationum deberet efficere, cum pręſertim ea librorum natura ſit, vt ad legendum ſtudioſos teneat, nullum cogat ignauum. Dicamus igitur quid euentus ſit for

tunæ

tunæ:vel quarũ rerum ſors cauſa eſſe dicatur. Omnia igitur fiunt, vel immutabiliter ac ſp, vt qđ Sol orit:vel ſępius, vt quod equus quadrupes naſcitur:vel raro, ut ſi equus cum quinq; vel trib.pedib.ꝑcreet:vel ęq;, vt in quib.faciendarũ verũ nihil intereſt, quo potius voluntatẽ vergamus. Atq; illud qdẽ qđ ſp fit, nihil habet oppoſitum, qđ vllo mõ aliter fiat. Id vero quod ſępe contingit, habet aduerſum id, quod rarius euenit: neque enim ſępius fieret, ac non ſemper, niſi diuerſum raro quidem, ſed aliquando contingeret. Quod igitur ex fortuna fit, in ſempiternis non eſt. Quis enim caſu Solem dicat oriri? Ne in his quidem, quæ frequentius fiunt. Nullus enim caſu equum dixerit eſſe quadrupedem. Nec vero in his, quæ fieri æqualiter ſolent. Nam quę voluntaria ſunt, non videntur eſſe fortuita. Reſtat igitur, vt in his fortunę euentus ſit, quæ rarius fiunt. Eorum vero quę fiunt, partim finem aliquem ſpectant, partim minime. Quis.n.finis eſſe põt, ſi manum extendam, ſi genua complicem, atque aliquid iacens humi tollam, quod nullis vſibus applicem? At vero, ea quę aliquem finem ſpectant, partim voluntatis ſunt, partim naturę. Voluntatis, vt ſiquis idcirco domo egrediatur, vt videat amicum. Naturæ, vt quod eſt in animalibus. Omnia quę ab ea fiunt certam animalis reſpiciunt vtilitatem, atque ad eius ſalutem conſeruationemque oĩum membrorum momenta ſunt conſtituta. Caſum igitur ac fortuitos euentus in his eſſe ponimus, quę cum rarius fiunt, in his tñ ꝑ accidens eueniũt, quę propter aliquid fiunt. Veluti ſiquis egreſſus domo vt amicum videret, prætoriens cadente deſuper laſpide, ictus eſt. Id igitur quod euenit, in rariore cauſa ponendum eſt. Acceſſit vero ei voluntati, quæ certum reſpiciebat finem. Ea vero fuit domo egrediẽdi cã, vt amicum videret. Rurſus qm̃ lapis naturaliter grauis eſt, grauitas vero terram petit: Caſus quidẽ lapidis ꝑp aliqđ naturaliter factus eſt. Ad id enim lapidis natura tendebat, vt in ſuum locum pondus veniens conquieſceret. Sed huic naturali intentioni accidit id quod rarius euenit, ſcilicet vt percuteret caput. quo fit vt ſit ſecundum Ariſtotelem Fortuna vel Caſus, cauſa per accidens rarius euenientium in his rebus quæ propter aliquid fiunt. Quæ cum ita ſint, cumque definitio Ariſtotelica a Tulliana plurimum diſcrepet, illud tñ in vtriſq; conſtant, id quod fortunæ ſubiectum eſt, incertis caſibus ſemper eſſe ſuppoſitum. Nam licet ĩ his rebus ſępe Fortuna ſuos experiatur actus, quę voluntate ſunt, & ad aliquem finem referuntur: extra tñ accidit quod fortunę eſt, nec ab eo fine venit, quem ſibi animus ante perſpexerat. Sed cum Cicero diuiſiſſet cauſas in eas quæ perſpicuæ ſunt, & in eas quę laterent; Cumq; eas quę perſpicuæ ſunt diceret eſſe, quæ appetitionem animi, iudiciumque tangerent: manifeſtum eſt eum vel artem, uel voluntatem, vel perturbationem, vel habitum in his cauſis ponere quæ perſpicuæ ſunt. Voluntas quippe atque animi perturbatio in appetitione ponitur. Sæpe enim ex perturbatione aliquid, appetimus, artem vero, vel habitum in iudicio. arte nanq; iudicamus, habitus vero ad vtrunque pertinet. Nam, & voluntates conſuetudo miniſtrat, & multo vſu peritiaque fit quędam conſtantia iudicandi. Caſum in non perſpicuis poſuit. De natura incertum eſt, vtrum inter perſpicuas, an inter latentes, cauſas ipſam collocet. Nam ſi inter latentes. ipſam naturam caſum videretur putare. Cuius opinionis nulla ratio eſt. Quod ſi inter perſpicuas: quęnam appetitio animi, vel iudicium in natura eſt? Neque enim appetendo aliquid vel iudicando facit natura, niſi forte qm̃ ex ipſa ſæpe habilitas quædam mentis & corporis exiſtit. Quę habilitas ad vnamquanque rem adiuuat voluntatem id enim maxime volumus, ad quod habiles ſumus. Sed natura inter pęrſpicuas cauſas ponitur, quę iudicio quoque coniuncta eſt. vt ſi naturaliter ſano quiſq; iudicio compoſitus eſt. appetitioni etiam, vt ſi naturaliter aliquid animus petat. His adiungit aliam cauſarum diuiſionem. Ait enim alias cauſas eſſe voluntarias, alias ignoratas: Voluntarias eas, quęcunq; ex iudicio veniunt animi. Ignoratas, in quibus neceſſitas domina eſt, ideſt in quibus, aut omnino non uolumus, aut ne ſi velimus quidem aliter facere poſſumus vt in natura atque caſu. Neceſſitate enim quadam naturæ, grauia deorſum ferunť, neceſſitate item factum dicimus, ut aliquis ignorans iacto trans parietem lapide ꝑtereuntẽ hominem peremerit. Eaq; neceſſitas talis eſt, non qđ aliter fieri non potuiſſet, niſi vt lapide iacto percuteret: ſed quia voluntas defuit, & nõ idcirco, quia voluit, fecit. Prior vero neceſſitas iam talis eſt, in qua nulla voluntas eſt, vel ea quę eſt ne id qđ cupit efficiat, validiore neceſſitate conſtringitur. Na cũ lapis deorſum propria grauitate deponitur: nulla voluntas eſt, ſed tm̃ naturę neceſſitas. at ſi hõ deorſum cadat, eſt quidem non cadendi voluntas, ſed ferri quo non vult, validiori naturę cauſa cõpellit. Volũtatem vero a fortuitis euẽtibus vno eodemq; aptiſſimo ſecreuit exẽplo, veluti ſi telum manu iaciat, noleniq; feriat prætereuntem. Nã ieciſſe ex voluntatis principio naſcitur. Idcirco .n. iecit, qa voluit. Ignorauit uero quod percuteret, neq; enim ieciſſet, ſi ſe ꝑcuſſurum pręuidere potuiſſet. Neque iecit, quia voluit percutere. Si autem non ignoraſſet, non percutere potuiſſet. Vñ etiam machinamentum quoddam atq; defenſio in iuriſperitorum reſponſionibus inuenitur, hoc modo. Si telum manu fugit magis quã iecit. Nam ſi quis cædis accuſetur, optima ſolet eſſe, defenſio, ſi alia non ſuppetit, fugiſſe manu telum, magis quã voluerit ieciſſe, vt non voluntati, quę cõdemnatur in culpis, ſed ignorantię factum tribuatur. De perturbationibus aũt animorum paulo confuſius iudiciũ eſt. Dubitari enim poteſt vtrum ex volũtate, an neceſſitate, an ex ignoratione venerit, quod perturbatione peccatur vñr eñ voluntaria eſſe peccata. qm̃ qui perturbatus ęſt, appetit aliquid, aut fugit: ſed in hoc perturbatio eius apparet quod non fugienda vitat. & non appetẽda nimis exoptat. Porro autem, quoniam in perturbationibus ſunt confuſa iudicia: (neque enim aliter id quod fugiendum eſt, ſæpe appetunt perturbati, niſi obcęcato, obſcuratoque iudicio. ꝙ vero fit animi confuſione, ſæpe tale eſt, vt nollet admiſiſſe qui fecit) euenit vt non inter voluntarias, ſed inter ignoratas vel neceſſarias cauſas animorum perturbatio ſit. Intantum vero qui perturbatus eſt, a vera diſcretione diſcedit, vt in eam poſſit recta bene conſulentium admonitione reduci. Quo fit vt animorum perturbatio iure a cauſis voluntariis ſegregetur? & aut in ignoratione, aut in neceſſitate ponatur. Nam quod ait, Tñ hñt tantos motus vt ea quę voluntaria ſunt, aut neceſſaria interdum, aut certe ignorata videantur, ita intelligendum eſt, qm̃ oĩs animi paſſio iudicium conturbat, confundit uero rectam diſcretionem ſi acrior fuerit, quam vt rationis retinaculis tẽperetur, & fit quędam ex perturbationibus, veluti violenta neceſſitas: ut dubium ſit, verũ is qui aliquid ꝑturbatus animo facit, ignorans faciat, veluti cum caſu ignorans delinquit, cum futurũ non prouidet caſum, an ſciens faciat, vel neceſſitate ducať. Quod igitur dixit, aut neceſſaria eſſe, aut ignorata; & diuiſit a neceſſarijs ignorata, non pugnat contra id quod ſuperius dixit, ea quæ ignorata sũt, eſſe neceſſaria. Nam id quod eſt ignoratum, ita quodammodo diuidit: Ignoratorum alia quadã neceſſitate fiunt, dum aut nullã voluntas eſt, aut ea q̃ eſt, neceſſitati nequit obſiſtere, Alia caſu, cum in his faciendis, quæ ignorantur, nulla voluntas eſt. Quod igitur dixit perturbationes animi, aut in neceſſariis cauſis poni, aut in ignoratis, id ſine dubio sẽſiſſe intelligitur, perturbationes animi, aut in his eſſe ignoratis, in quibus ea neceſſitas eſt, vt voluntas obſiſtere non poſſit: aut in his, in quibus nulla voluntas eſt, ſed fit delictum cęcitate iudicij. velut in his q immoderatius amoris cupiditati deſeruiunt: aut.n. confuſo iudicio ab honeſtate diſcedunt, & dum quaſi bonum appetunt, in malum decidunt ignorantes. atque ita in caſu quodam atq; errore ponitur amor immodicus. aut nouit quidẽ quod appetit eſſe vitãdum, ſed maioris actu cupiditatis impellitur, atq; ita inter ea neceſſaria ponitur, quę aut non habent voluntatem, aut eam ita infirmam ac debilem, vt nullo modo validioribus paſſionibus obnitatur.

ANITII

# ANITII MANLII SEVERINI Boethi in commentariorum in Topica Ciceronis.

## LIBER SEXTVS.

FORE quoſdam Patrici Rhetorum peritiſſime, non dubitauerim, qui hunc in Topicis altiorem ex philoſophia tractatū varia obtrectatione reprehendāt: q a inter logicam diſputationē phyſicā interpoſuit. Hi vero ſunt, uel quib. hoc totū philoſophari diſpliceat, vel qui in argumentorum locis naturales admiſceri cauſas opportuiſſe non exiſtiment. Sed contra priores quidem, & a M. Tull. & ab ipſa quodam mō humana ratione, quę in motu poſita aliquid ſemper inquirit, atq; amore ſciæ neq; decipi patiť, neq; ullo mō a veritatis rōne traduci, ſepe multumq; rńſū eſt. His vero qui ſequeſtrandas ab oratoria facultate philoſophiæ diſciplinas putant, rńdendum breuiter exiſtimo. Rōne quidē reperiri aliquid pt, ſed id melius atq; facilius artifex faciet, ſi in opere conſtruendo artis facultatem atq; elegantiam comparet. In argumentis quoq; idem eſſe manifeſtum eſt, vi nāq; naturalis ingenij argumenta promūtur. Sed ars facultatē imitata naturæ, viam quandā rationemq; reperit, qua id effici facilius ac melius poſſit. In qua re illorū neceſſe eſt reprehendatur error, qui Rhetoricā facultatem naturalem eſſe dixerunt: qm̄ quilibet totius artis alienus, & intendere in alterum crimen, & ſeſe purgare ſolet, & argumento aliquid probare contendit. Reprehendendi ēt ſunt qui eadem facultatē in ſola arte poſitā eſſe dixerūt. Oportuit.n. eos animaduertere, oēm quidem artem ſui materiā effectus ex natura ſuſcipere, ſed in ea tm̄ rōne ꝓpriam facultatē elegantiāq; experiri. Hęc itaq;, q̄ artiſ rō perficit ab imperitis ēt fieri, vtcunq; contigerit, pñt. bene āt ac facile nemo efficit, niſi artis ratione fuerit inſtructus. Cum igť totius operis hæc ſit intentio, vt argumenta, q̄ cōfuſa & veluti clauſa natura ſuppediat, artificialiter veſtigenť, q d ſit per qđ efficere id qđ promittit ars valeat, ſub exempli notatione demonſtrat: vt.n. facilius argumenta reperiantur, illa res efficiet, ſi demonſtrenť loci in quib. argumenta ſunt collocata. Etenim vt ſi q s aliquid q̄rat, facilius id inueſtigare poſſit atq; inuenire, ſi locus ei monſtreť, vbi ſit poſitum id ꝙ inquirit: ita etiā cū q s argm̄ inuenire conatur, ſi ei locus vbi argm̄ ſit poſitū, declareť, facilius argm̄ ꝙ q̄rit, ualebit inuenire. Ita.n. Ariſt. & ita Tul. appellat eas ſedes, in quibus argumenta ſunt collocata, i. locos, qui ab Ariſt. Topica vocati ſunt. Sed qm̄ de ſedibus argumentorum loquimur, hę cuiuſmodi ſint, paulo altius expediamus. Locus.n. non vno modo intelligitur. Ac relinquamus quidem eos locos, quos Victorinus fruſtra, atq; inconuenienter interſerit, velut eos, qui corpora concludunt. Ac ſimpľr intelligamus eos locos argumentorum eſſe, qui intra ſe continent argumenta. in quibus exponendis poſterius quid ſit quod dicimus, clarius apparebit Nunc cōiter de tota locorum ratione, deque argumentatione, ac de quęſtionibus & propoſitionibus, earumque terminis videtur eſſe tractandum. Ac primum quoniam locus qui tractatur in Topicis, non cuiuſlibet rei, ſed tm̄ locus eſt argumenti: Expoſito prius argumenti intellectu, deinceps de loci ratione tractabimus. Definit igitur Tullins argumentum hoc modo. Argumentum eſt ratio, quæ rei dubię faciat fidem. Sumpſit igitur rationem vt genus. Omnes enim iniurioſi ſunt qui orationis virtutem a ſapientiæ ratione ſeiungunt, aliamque eſſe dicendi artem velint, aliam intelligendi. Nam ſi nihil oratione aliud agimus, niſi quod interius cogitata vulgamus, quæ malum ratio eſt, orationis elegantiam a ſententiarum grauitate ſeponere? quę porro ſententiarum grauitas eſſe poteſt, ſine earum rerum, de quibus dicendum eſt, comprehenſione? Quæ vero alia diſciplina naturam, proprietatemq; rerum oīum docet, vel q̄ oīno eorū q̄ intelligi poſſunt, ſciētiā ꝓfitetur niſi hęc tāto, ex qua nos pauca ꝓſumpſimus, philoſophia? q̄ lōge aliter de his ipſis in ꝓprio ſapientiū tractatu diſputare ſolet, neq; ita curſim, vt nos. q̄ ſi vt in illorū libris ſolet, ꝓlixius differenda ſumpſiſſem, q s ferret inſolentiū hominū temeritatē, ꝓuectus ſuos culpare volentiū, quib. prouectibus proficerent, ſi ſtudioſi potius quam quęruli eſſe mallent? Sed his contentionib. neque antiqua caruit ætas, nec nos ita delicati ſumus, vt quibus patientia doctiſſimorū holum ſæpius obſtitit, ferre nolimus, dum & plurib. ꝓdeſſe poſſimus, & ſapientiū iudicia cōſequamur: ad quē fine hic noſter labor, & totius operis, ſumma cōtēdit. Sed hæc hactenus. nūc ſuſceptæ expoſitionis ordinem perſequamur.

*Toto igitur loco cauſarum explicato, ex earum differētia in magnis quidem cauſis vel oratorum uel philoſophorū magna argumētorū ſuppetit copia: in veſtris āt, ſi nō vberior, at fortaſſe ſubtilior. Priuata.n. iudicia maximarū quidē rerū, in iuriſconſultorū mihi uidētur eſſe prudētia. Nā & adſunt multū, & adhibentur in conſilia, et patronis diligentibus ad eorum prudentiam confugientibus haſtas miniſtrant. In omnibus igitur iudiciis, in quib. ex fide bona eſt additum, plurimus cauſarum uſus ē: ubi et ut inter bonos bene agi oportet: in primiſq. in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt quid melius, æquius parati eſſe debent. Illi dolum malum, illi fidem bonam, illi æquum bonū, illi quid ſociū ſocio, quid eum qui negotia aliena curaſſet, ei cuius ea negocia fuiſſent, quid eū qui mādaſſet, eumue cui mandatum eſſet, alterum alteri præſtare oporteret, qd uirum uxori, quid uxorem uiro tradiderunt. Licebit igitur diligenter cognitis argumentorum locis, non mō oratoribus & philoſophis, ſed iuris etiam peritis copioſe de conſultationibus ſuis diſputare.*

47. Diuiſo cauſarum loco, atque ordine ſuis partibus diſtributo, de loci eiuſdem facultate, quibuſque vberius, quibuſque anguſtius accommodetur, vti ſępe Ciceroni mos eſt, diſſeruit. Primum enim inquit oratoribus ac philoſophis, quorum in diſputationibus larga materia eſt: multa ex cauſarum loco argumentorū ſuppetit copia. Communis quippe oratorib. ac philoſophis hic locus eſſe proſpicitur, qui eſt a cauſis. His naturas rerum quod eſt philoſophię proprium; illis ꝙ oratoriæ facultatis eſt, facta probantib. Nam & cum res quęlibet quęritur, eius cauſæ a hpiloſophis veſtigari ſolent. Quibus præmiſſis, vt ſuperius dictum eſt, comitatur ſtatim quod concludendum eſt, & oratores ad ſuſpicionem mouendam detergendamue factorū cauſas requirunt. Hoc quippe ſtabile in hominum mentibus manet, quod neque factum, neque res vlla præter illam omnium principem naturam, ſine proprijs cauſis poſſit exiſtere. Quo ſit vt vberrimus cauſarum vſus ſit in rhetorum orationibus, philoſophorumque tractato. Sed ut hunc libellum. M. Tullius ſcribens pleraque omnia Trebatio dediſſe videatur, hunc locum iuris quoq; conſultis attributū eſſe demonſtrat dicens. Et ſi nō tam vberes opportunitates habeat hic locus in iuriſperitorum reſponſionib. ſubtilius certe atque acutius pro ipſius artis natura tractari poteſt, ſcilicet vbertatem quæ decrat, ſubtilitate quæ poterat ineſſe compenſas. Habent.n. etiam ipſi proprium campum, in quo eorum virtus poſſit enitere. Eſt enim iuriſconſultorum prudentiæ priuatarum quæſtio cauſarum, maximeq; in illis negotiis hic cauſarum locus examinabitur, in quibus bonę fidei iudicia nectuntur. In his enim qui fuerit animus contrahentium quæri ſolet, qui deprehendi vix poterit, niſi præcedentib. cauſis intelligatur. In his igitur iudiciis in quibus additur, vt ex bona fide iudicent, ideſt vbi ita iudices dantur, vt non ſtrictas inter litigantes ſtipulationes, ſed bo

nam

nam fidem quærant; plurimus cauſarum uſus eſt, in quibus additur. Vt inter bonos bene agi oportet, conſiderant mores, inquiruntur conſilia, ſtatuitur quibus quidq; de cauſis, adminiſtratum ſit. In primiſq; in iudicio vxoriæ rei, vberrimus cāſarum tractatus eſt. Eſt aūt iudicium vxoriæ rei, quoties poſt diuortium de dote contētio eſt. Dos.n.licet matrimonio cōſtāte in bonis viri ſit: eſt tñ in vxoris iure, & poſt diuortium velut res vxoria peti poteſt. Quę quidem dos interdū his conditionibus dari ſolebat: vt ſi inter virū vxorēque diuortiū contigiſſet, qđ melius æquius eſſet, apud virū remaneret, reliquum dotis reſtitueretur vxori, .i. ut qđ ex dote iudicatum fuiſſet melius ęquius eſſe, vt apud virū maneret, id vir ſibi retineret, quod vero nō eſſet melius ęqus apud virum manere, id vxor poſt diuortium reciperet. In quo iudicio non tm̄ boni natura ſpectari ſolet, verumetiam comparatio bonorum fit, vt non tam quod ęquum, ſed melius ęquiuſq; eſt, id ſequendum ſit. Quę omnia ex pręcedentibus cauſis inueſtigari ſolent. Nam ſi viri culpa diuortium factum eſt, ęquius melius eſt nihil apud uirū manere. Si mulieris eſt culpa, ęquius melius eſt ſextans retineri. In hiſque omnibus peritiſſimi iuriſconſulti eſſe debent. quo fit vt Trebatiū quoq; hortetur ad ſtudium. Multa.n.eſſe dicit, quæ eorū operā expectant: illi.n.inqt dolum malum, illi bonam fidem, illi ęquum & bonum: illi ēt quid ſocius ſocio pręſtare debeat, quid is q alienum in ſe gerendū ſponte negotiū ſuſcepiſſet, ei cuius id negotium fuerat. Quid is q mandauerit ei cui mandauerit ſuorum negotiorum actiones. qd vir vxori, quid vxor viro tradiderit. Quæ oīa ad poſteriora cauſæ ſunt, atq; exinde iudicia ſumunt: idcirco.n. verbi gratia, qđlibet illud iudex pronunciare debet in vxoris ac viri cauſa, qa uirū hoc pſtare oportet vxori, idcirco ēt mandato rei cui mandauerit, obligatus eſſe iudicandus eſt, quia inter mādatorem ſuſceptoréq; negotij illud eſt obſeruādum omnia quoq; quæ quiſq; alteri pręſtare debet ea in tractandis iudicandiſq; negotijs cauſę ſunt. quocirca recte concluſit diligenter cognitis argumentorum locis, & oratoribus, & philoſophis, & iuriſconſultis, argōrū copiam non defuturam.

*Coniunctus huic cauſarū loco ille locus eſt, qui efficitur ex cauſis. vt.n. cauſa effectum indicat, ſic qđ effectum eſt, quæ fuerit cā demonſtrat. Hic locus ſuppeditare ſolet oratoribus & poetis, ſæpe etiam philoſophis, ſed his qui ornate, & copioſe loqui poſſunt, mirabilem copiam dicendi, cum denunciant quid ex quaque re ſit futurum. Cauſarum enim cognitio cognitionem euentorum facit.*

48 Omnia quæ ad ſe referuntur recte dicuntur eſſe coniuncta: ipſa.n. relatio rerum efficit coniunctionem. quod ſi cauſa alicuius cā eſt, non alterius, niſi ſui effectus eſt cā: itēq; ſi eſt aliquis effectus, ex cauſarum principijs venit. iure igitur ab effectis locus, cauſarum loco debet eſſe coniunctus. Qm̄ vero ſemper quæ ad ſe referuntur ęquantur, neceſſe eſt, q̄ vbertas ſit cāſarum, eadem quoq; ſit effectiorum. Qm̄.n. cauſa pręter effectum eſſe non poteſt, cum ſit cauſa ſp effectuum, neceſſe eſt, vt ex euentib. quoq; atq; effectibus, plurima ſuppetāt argumenta. ſiquidem ex cauſis etiam plurima contrahuntur: nam ſicut cuiuſlibet effectus poteſt cauſa tractari, ſic ex qualibet cauſa poteſt, qui ſit euentus oſtendi, recteq; ait, Cauſarum cognitio euentorum cognitionem facit: ut.n. in prædicamentis oſtenditur, ſciri relatiuum aliquod non poteſt pręter reliqui ſcientiam relatiui.

*Reliquus eſt comparationis locus, cuius genus & exēplū ſupra poſitum eſt, vt cęterorum, nunc explicāda tractatio eſt. Comparātur igitur ea omnia, quę aut maiora, aut minora, aut paria dicūtur. in quibus ſpectantur hæc, numerus, ſpēs, vis, quadam etiā ad res aliquas affectio. Numero ſic comparabuntur ut plura bona paucioribus bonis anteponantur: pauciora mala, malis pluribus. Diuturniora bona breuioribus, lōge & late peruagata anguſtis: ex quibus plura bona propagētur, quæq. plures imitentur & faciant. Specie autem comparantur, vt anteponantur, quæ propter ſe expetenda ſunt, his quæ propter aliud, & ut innata atque inſita aſſumptis, & aductitiis, integra contaminatis, iucunda minus iucūdis, honeſta ipſis etiā vtilibus, procliuia laborioſis, neceſſaria nō neceſſariis, ſua alienis, rara vulgaribus, deſiderabilia his quib. facile carere poſſis, perfecta inchoatis, tota partibus: rōne vtentia rationis expertibus, voluntaria neceſſariis, animata inanimatis, naturalia non naturalibus, artificioſa non artificioſis. Vis autem in comparatione ſic cernitur. Efficiens cauſa grauior quam non efficiens. Quæ ſeipſis cōtenta ſunt, meliora, quam quæ egent aliis. Quæ in noſtra quam q̄ in aliorum poteſtate ſunt. Stabilia incertis. Quæ eripi nō poſſunt his quæ poſſunt. Affectio autē ad res aliquas eſt huiuſmodi. Principium cōmoda maiora, quā reliquorum, Itemque quæ iucundiora, quæ plurib. probata, quæ ab optimo quoque laudata. Atque vt hæc in cōparatione meliora ſunt, ſic deteriora quæ his ſunt contraria. Parium aūt comparatio nec elationem hēt, nec ſubmiſſionem: eſt.n. æqualis. Multa autem ſunt, quæ æqualitate ipſa comparentur. Quæ ita fere concluduntur. Si conſilio iuuare ciues & auxilio æqua in laude ponēdum eſt, pari gloria debent eſſe hi, qui conſulunt & hi qui defendunt: at quod primum eſt: quod ſequitur igitur.*

49 Omnis comparatio duplex eſt: aut.n. ęqualia ſibimet cōparantur, aut inęqualia: ſed in his q̄ ſunt æqualia, ſp eadem eſſe notatur æqualitas. Inęqualia autē in gemina veluti mēbra diuiduntur, minoris, ſ. atq; maioris. Nam qđ minus eſt, non per ſe minus eſt, ſed comparatione maioris. Itemq; qđ maius eſt, minoris comparatione dicitur maius. Quę cū ita ſint, diuidit, atq; ante oculos ponit omnium comparationū modos, & qđ raro in ſuperiorib. locis fecit, ipſas maximas ꝓpoſitiones ponit in cōparationibus cōſtitutas, ut ſi qñ loco ſit nobis cōparationis utendū, habeamus quoddā, velut inuentionis exēplar, ad qđ qrentē aīum poſſimus aduertere. Oīs igitur comparatio, aut in numero conſtat, aut in ſpecie, aut in vi, aut in aliqua locata extrinſecus affectione. Nā quodcunq; conferre contendimus, aut numero comparamus, & ſm id aliud maius, aliud minus eſſe decernimus. Aut ſpēm ipſam intuentes, eāq; alii comparantes de excellentia iudiciū damus. Aut illud conſideramus, quid res quęq; poſſit efficere, & quātū eius progredi poſſit natura. Aut ex aliorū quodāmodo continentia, & ex circunſtantiū affectione rē quā alii conferimus intuemur. Numero igitur q̄ comparātur, ſi ex eodē ſint gñe, plura paucioribus anteponunt, velut ſi bona omnia ſint ęqualia, iure quiſquā plura bona paucioribus anteponit. Et eſt hęc maxima propoſitio, Plura bona paucioribus anteponuntur, & in cæteris quoq; eadem ratio perſpicitur maximarum propoſitionum. At ſi oīa in contrario ſint gñe, pluralitati paucitas ꝓferenda eſt, vt pauca mala pluribus malis, mala vero ipſa bonis nullo mō conferuntur. Quę.n. nullo modo cōpēſantur, in eodē eſſe gñe debēt, non in contrario. Nā cū aduerſum ſe cōtraria e regione locata ſunt, conferri comparariq; non pñt, qđ ſibi intelligunt eſſe inimica. Eſt ēt ſm numerum comparatio in tēporis quoque ratione. Nam cum tempus certis quibuſdam ſpatiis diuidatur, velut horę, diei, menſis, atq; anni. Ex æqualibus bonis ea magis eligenda ſunt q̄ diuturnius perſeuerant, qđ in numero poſitum eſſe nullus ignorat. Ipſa.n. diuturnitas plurimos eſſe vel dies, vel mēſes, vel annos fatetur, qbus duret id qđ eligitur. Longe ēt peruagata bona, anguſtis, & in unū minimū locū coarctatis numeri comparōe ꝓcedūt. Nam quę longe lateq; ꝑuagata ſunt, ea in plurimas gētes regioneſq;

diffuſa ſunt: pluralitas vero cuiuslibet rei numerũ ſpectat. Iam vero ex quo plura propagantur bona, quis non iudicet eſſe meliora his quorum eſt inops bonorum contractiorq; fœcundiuas? Quis ẽt bonũ quod plures imitentur vt faciãt, cæteris quę ita non ſint, excellere non arbitretur? quę in numero conſtare quis neſciat, qñ in numero pluralitas cõſtat? Specie vero comparantur, quę per ſe ipſa conſiderata, ſuæ quodammodo pulchritudinis merito cæteris anteferuntur. Meliora.n.ſunt quę propter ſe, q̃ quę propter aliud expetũtur, veluti ſalus quæ propter ſe expetitur, medicina quæ pp ſalutem. Quocirca melior eſt ſalus, q̃ medicina. atq; hęc nõ ad aliquem numerum, nec poſtremo ad aliq̃ quantitatem, ſed ad ipſam ſpeciem ſalutis ac medicinę conſiderationem referentes iudicium promimus. Illa quoq; quę innata atque inſita ſunt, aſſumptis & aduentitiis meliora iudicantur. Vnde innata moribus grauitas, longe amplius excellit ea, quę per imitationem affectatur. Integra ẽt potius q̃ contaminata melioris rei iudicium ferunt. Nam quę integra ſunt, ſuã ſpeciem ſeruant: quæ contaminata ſunt, atq; ex aliqua parte uitiata, ſiqua etiam inerat, ſpeciei pulchritudinem perdiderunt. Iucunda minus iucundis meliora, cõis omniũ animalium natura dijudicat. Honeſta vtilibus ſapientes anteponunt. procliuia laborioſis anteferri illa res monſtrat, ꝙ nemo ad eundem finem per laborioſam atq; aſperã illam tendere cupiat, ad quem poſſit procliui, faciliq; itinere peruenire. Labor quippe omnis iniucundus eſt, iucunda eſt facilitas. Neceſſaria etiam nõ neceſſariis partim pręferri, partim ẽt poſtponi debẽt. Quod Marcus Tullius tacuit. Neceſſaria quippe pręferuntur his non neceſſariis, quę non boni ratione, ſed uoluptatis appetitione ſunt cõſtituta, veluti luxu regio parata conuiuio nullus ſapiens iudicet ęſſe meliora his; quæ naturæ expleant indigentiam. Quędam vero ſunt quę ipſa ſpecie boni, cum nõ neceſſaria ſint, meliora ſunt neceſſariis. Nam uiuere neceſſarium eſt, & ſine eo ſubſiſtere aĩal nequit: philoſophari vero non eſt neceſſarium: melius tñ lõgeq; excellẽtius eſt philoſophum viuere, q̃ tm̃ viuere. Illud .n. raro paucisq; etiam vtentibus ratione conceſſum: Illud pecudibus cõe nobiſcum. Sua quoq; alienis iure meliora eſſe dicuntur, veluti hominibus ratio potius q̃ uoluptatis appetitio: illud .n. proprium eſt hominis, illud alienum. Rara quoq; uulgaribus meliora ſunt. atq; hic locus approbat id quod ſuperius dictum eſt, philoſophantem vitam ipſa vita eſſe meliorem. Nam quæ rara ſunt, facile id quod vulgare eſt antecedunt. Deſiderabilia etiam his, quibus facile carere poſſit, illa res approbat eſſe meliora, ꝙ maxime deſiderãtur, & ſine his anxia vita eſt, veluti ſiqnis capillis viſum cõferat. Aegrius.n. toleramus carere uiſu q̃ capillis. ita ex hoc meliorem eſſe viſum capillis indicauimus. quod his facile, illo, æquo animo carere non poſſumus. Perfecta etiam imperfectis naturaliter excellunt: illa enim ſuam formã adepta ſunt, illa minime. Tota etiam partibus eodem modo excellentiora eſse arbitramur. Nam quod totum eſt, habet naturæ propriam formam. Quod vero pars eſt, & ad totius nititur perfectionem, nondum ſuæ pulchritudinis ſpeciẽ cepit, niſi ad totius integritatem referatur. Iam vero ratione vtẽtia rationis expertibus nullus dubitat eſſe meliora. Voluntaria quoq; neceſſariis iure anteponuntur. Nanq; uoluntaria libera ſunt: quæ neceſſaria, quodam nos veluti dominio neceſſitatis aſtringunt. atq; ideo meliora eſſe voluntaria neceſſariis exiſtimamus: q̃q̃ in hoc ẽt illud intelligi poſſit, quod a nobis ſuperius dictum eſt: non neceſſaria ſępe neceſſariis anteponi, qñquidem ea quæ uoluntaria ſunt, nõ fuerint neceſſaria, voluntaria vero meliora ſunt neceſſariis. Non neceſſaria igitur ſæpe neceſsariis excellunt. Animata quoque inanimatis, ipſius animæ vegetatione conſiderata, anteponenda eſſe ratio perſuadet. Naturãlia etiã non naturalibus, & artificioſa inartificioſis. Optimuſque hic gradus eſt, vt naturam arti, artem præferas inertiæ: ars quippe imitatur naturam. Quo fit vt id qđ in ſe retinet pulchri ex natura veniat, cuius imitari ſpeciem cupit: lõge vero poſtrema ſunt, quę cũ artificio carẽt, non a ſpecie ſolũ naturę, verũ etiam ab imitatione diſcedunt. atq; hęc q̃dem de ſpecie in comparationibus conſiderantur. Vis ãt in eo conſiſtit, in quo conſideratur q̃d vnaquæq; res poſſit efficere, nam qđ quæq; res põt, ea vis eius rectiſſime dicitur. Efficiens igitur cã grauiorem uim habet, q̃ ea quæ nihil efficit, velut artifex melior q̃ materia: illa quippe ſtolida eſt atq; immota, nec aliquid efficiens, niſi formam ab artifice, .i. ab efficiente cauſa ſuſceperit. Item quę ſe ipſis contenta ſunt, meliora eſse his videntur, quæ egent aliis. ueluti omnium Deus optimus eſt, quia nullo indiget, & ipſo cuncta ſunt indigna. Item quæ in noſtra ſunt poteſtate magis eligenda ſunt, quam quę in aliena manu poſita facile habuntur. quo fit, vt ſit virtus melior q̃ diuitię. Nam uirtus eſt in noſtra poteſtate, diuitiarum fortuna domina eſt. Iam vero ſtabilia incertis, quę eripi nõ pñt, his quæ poſsunt, ſi tñ bona ſunt, quis non intelligat eſse meliora? quorum tñ locorum pars contraria contrarium tenet, inſpectis quippe his quæ meliora ſunt, ſi horum aduerſa videamus deteriora ſunt. Reſtat in affectione poſita comparatio, quę ita tractatur, vt non per ſemetipſiam res quę alii cõfertur, ſed ex alterius cuiuslibet conſideratione penſetur, velut in tribus quibuſdam rebus ſi duę ad ſe inuicẽ comparentur, eo ꝙ ad tertiam plus minus ve iungãtur. Sint.n. duo q̃dam humanis rebus accommodata, quarum vna principib. atq; etiam ipſi reipublicę accommodatior. Hic igitur iudicabimus eam rem eſse meliorẽ, quæ melioribus prodeſt .i. aut reipublicæ vel principibus, non conſiderantes vt ſeſe res habeat, ſed quantum republicę vel principibus adiũcta ſit. Hęc igitur res ex affectione eſt comparata, meliuſq; iudicatur id qđ principibus commodum eſt, q̃ id quod aliquibus priuatis, qm̃ princeps reliquorum etiã cõtinet ſtatum. Eodẽ modo ſunt q̃ ſequuntur, vt q̃ iucũdiora ſunt pluribus, quę clariora inter multos, quæ a pluribus comprobata ſũt, meliora ducantur. Nã etiamſi minus ipſa huius naturæ ſint, affectione tñ vt dictum eſt, eorum quibus, vel iucundiora, vel inter quos clariora ſunt, aut a quibus probantur, meliora exiſtimanda ſunt. Sed q̃q̃ id quod a pluribus bonum ducitur, ſuperius in ea cõparationis parte poſuerit, in qua fiebat ſecundum numerum comparatio: nihil tñ impedit eundem locum ſecũdum aliam atq; aliam conſiderationem diuerſis generibus ſubdi. velut alia auis cum ſubſtantia ſit, eadem tamen ad aliquid eſſe intelligitur, ſi ad alatum conſideretur. Illa quoq; ex affectione videntur eſse meliora, quę ab eo laudata ſunt, cõtra quem dialectica oratione, vel rhetorica facultate diſſeritur. Nam vt reuincere aduerſarium poſſis, ſat eſt ſi eum tibi conſenſiſse monſtraueris: atq; id aliquando velut optimum prędicaſse, quod tu melius te propoſita monſtrare contendas. Dictis igitur omnibus meliorũ locis, his oppoſiti quæ deteriora ſunt continebunt. Parium vero nulla diſcretio eſt. Neq; enim quod par eſt, aut intentionem ſumere, aut remiſſionem poteſt. Quibus autem modis inter ſe maiora minoraq; penduntur, iiſdem inter ſe paria conferuntur. Nam quę vel numero, vel ſpecie, vel vi, vel affectione fuerint, ęque paria eſſe dicuntur. Commune autẽ cunctorum exemplum eſt qđ Cicero in qualitate cõſtituit, quæ qualitas in cũctis paribus ęqua eſt, ſed vel numero, vel ſpẽ, vel vi, vel affectione paria ſunt. Nam in eorum comparatione quę maiora vel minora ſunt, vna quędam qualitas eſt, ſed horum acceſſione variantur. Nam quibus in eadem qualitate maior numerus, pulchrior ſpecies, efficatior uis ad pretioſiora coniunctior affectio, ea meliora eſse exiſtimabuntur. Quæ ſi æqua fuerint, in eadem qualitate paria ſunt. Exemplum vero quod propoſuit, ad blandiendum Trebatii animum, valet, cum propriam, ideſt oratoriam facultatem, cum iuriſperitorum laude coniungit, hoc modo. Si cõſilio iuuare ciues, quod iuriſperitorum eſt, & auxilio, quod oratorum eſt, ęqua in laude ponendum eſt: pari gloria debent eſse hi qui conſulunt, ideſt periti iuris, & hi qui defendunt, ideſt oratores. Atqui primum eſt .l. conſilio iuuare ciues, & auxilio, æqua in laude ponendum eſt. Quod ſequitur igitur, ideſt infertur. Ea uero concluſio eſt, per quam dicimus. Hi igitur qui conſulunt, & hi qui defendunt, pari

gloria

gloria eſſe debent. Hoc autem breuiter dialecticorum more protulit, qui ſic enunciat. Si dies ē, lucet. At quod primū eſt, id autem tantumdem eſt, ac ſi dicatur. Atqui dies eſt. In propoſitione enim quę eſt, Si dies eſt, lux eſt, prior eſt propoſitio, dies eſt, Cōcludunt quod ſequitur i. igitur eſſe lucē. Id. n. in prima parte propoſitionis, quę erat, Si dies eſt, ſequebatur. Igitur hic quoque Cicero ſic protulit. At quod primum eſt, ideſt conſilio & auxilio iuuare ciues ęque in laude eſſe ponendum, id enim erat primum in ea propoſitione quę dicebat, Si conſilio & auxilio ciues iuuare, ęqua in laude poneretur: pari gloria eſſe oratores iuriſque conſultos. Quod ſequitur igitur, ideſt pari gloria debent eſſe qui conſulunt ac defendunt. id enim erat conſequens in ea propoſitione quę ſtatuebat. Si conſilio & auxilio ciues iuuare par eſſet, pares eſſe qui conſulunt ac defendunt.

*Perfecta eſt omnis argumētorum inueniendorum præceptio, vt cū profectus ſis a definitione, a partitione, a notatione, a coniugatis, a genere, a forma, a ſimilitudine, a differentia, a contrariis, ab adiunctis, a conſequētibus, ab antecedentibus, a repugnantib., a cauſis, ab effectis, a cōparatione maiorum, minorum, parium, nulla præterea ſedes argumenti quærenda ſit.*

50. Tametſi ex his quæ dicta ſunt, intelligatur nullum argumenti locum eſſe pręteritum, breuiter tamen Ciceronis cōcluſionem, qua ſe nihil omiſiſſe commemorat, ad ampliorē doctrinę fidem approbandam reor. In his enim nihil omnino prætermittitur, quę certa ratione tractantur. Nulla vero certior ratio diuiſione: quod enim quiſque partitur a cōmunibus in particularia deducens, tum rectum inter inſiſtat, labi atque in errorem deduci non poteſt. Locorum igitur omnium prima diuiſio fuit in ea, quę in ipſis hærerent, & ea quę aſſumerentur extrinſecus. Cuius diuiſionis nihil mediū reperiri poteſt. aut. n. in ipſo eſt aliquid de quo quęritur: aut extrinſecus neceſſe eſt aſſumatur. Videamus igitur nunc quemadmodum diſputatio per nihil omittentem diuiſionem feratur. Eorum igitur locorum, qui in ipſis ſunt de quibus agitur, nunc ex toto, nunc ex partibus, nunc ex uocabulo, nunc ex affectis ſumitur argumentum. In his igitur quoniam nihil relictum ſit, perſpicue apparet. In eo enim quod coniunctum eſt, duplex diſcretio eſt: Vna ex eo ipſo quod formatum eſt, atque compoſitum, quod totum eſt, in quo etiam definitiones adhibentur: Alia in eius partibus inſpiciendis, ex quibus compoſiti forma coniuncta eſt. Sed quoniā natura hominum id quod intellig(it), uoce ſępius prodit: neceſſe eſt ut nomen quoq; quod ad intellectum declarationem adhibetur, oſtendat, aliquam rei, quam ſignificat proprietatem. Intellectus quippe, qualitatem rei, quam intelligit ſignificat. Quocirca nomen quoque intellectus qualitatē deſignat. Iure igitur dictum eſt proprietatē quandam rei vocabulo ſignificari, atque ita ex eo trahi argumentum poteſt, quod vocatur a nota. Horum uero locorū alias partitiones dedit, quas paulo poſt breuius colligemus. Affecta uero, quę, ut ſuperius dictum eſt, in relatione conſiſtunt, ipſa etiā rite diuiſa ſunt. Nam quæ referuntur ad aliquid, aut ſubſtātialia ſunt, aut Accidentia. Subſtātialia, ut cōiugata iuſto, in eo quod iuſtus eſt, iuſtitia ſubſtātiā facit. Nec id dico, q̧ hoī eſſe ex iuſtitia conſtituat, ſed iuſto, q̧ iuſtitia diſcedēte corūpit. Sīlis & de eo qđ ē iuſte aduerbio rō ēſt. Eſt, ēt ſūbale, genus, ſpēs, dīa, cā, effectus. Accñtia, vt cōtrarium, ſīte, adiunctum, paria, maiora, minora. Conſequentia vero, atq; repugnantia, qm̄ vt ſuperius dictum eſt, in cōndōne poſita ſunt, nunc ſūbalia reperiunt, nunc vero in accidentibus conſiderant. Sūbalia, vt cum genus antecedit ſpēm: accñtia, cum nigredo pręcedentē ſequitur corium. q̄q̄ ēt in cauſis aliquæ accidentes eſſe poſſint. De quarum oīum proprietatib. Tullius ſupra diſſeruit. Atq; vt ſub breuiſſima deſcriptione tota locorū diuiſio colligatur, erit hoc modo. Oē argm̄ aut ex his locis ducitur, qui in ipſo de quo quærit inhęrēt, aut ex his, quę extrinſecus aſſumuntur. Is vero locus qui in ipſis de quib. ambigitur, poſitus eſt, diuiditur in eum locum, qui eſt ex toto, & in eum, qui eſt ex partibus, & in eum qui eſt ex nota, & in eum qui, eſt ab affectis. Is autem qui a toto eſt, a definitione locus vocatur. Definitionum vero aliæ ſunt propriæ, alię nō ꝓprię. Non ꝓpriarum vero, alię ſunt quę ſingulis nominib. denotantur, alię quę oratione panduntur. Earum vero quę ſingulis nominibus fiunt, aliæ ſunt in quibus pro nomine redditur nomē quę dñr κατ' ἀντίλεξιν. Alię quę exempli gratia nomē ſubiiciunt quę dñr ὡς τύπῳ. Earum vero quæ oratione declarant, aliæ fiunt a partitione, alię a diuiſione, alię a differētiis pter genus, q̄ ἐννοηματική dicitur. Aliæ quę ex plurib. qualitatibus fiunt, etiam ſingulis totum id ſignificātibus, quod omnis qualitatum collectio declarat, quæ vocantur ποιότης. Alię q̄ ex accidentibus, non ſingulis, ſed cunctis vnum aliquid efficientibus, conſtant. Alię q̄ ad differentiam dantur, aliæ per trāſlationem, aliæ q̄ ex priuatione contrarii, aliæ q̄ propriis nominib. aptantur, quæ etiam ὑποτυπώσεις dñr. Aliæ per indigentiā pleni, alię ꝓportionē, alię per relationē alię per cauſam. Item alia definitionis diuiſio ſm̄ Tulliū principalis, q̧ alię corporalium rerū ſint, alię incorporalium, & definitionis q̄dē locus ita diuiſus eſt. A partib. aūt locus diuidit in partitionē & diuiſionē. A nota vero locus ſimplex eſt. Ab affectis āt alii ſunt a coniugatis alii gñe, alii a forma, alii a ſimili, alii a differentia, alii a cōtrariis, alii ab adiunctis, alii a cōſequētib. antecedētib. & repugnātibus: alii a cā, alii ab effectis, alii comparatione parium, maiorum, vel minorum. Genus vero diuiditur in ſuprema gña, & in ea quę etiā ſpēs eſſe pōt. Species quoq; diuiditur in vltimas ſpēs, & in ea q̄ etiam gña eſſe pñt. Similium quoque alia in ſingulis conſiderantur & vocantur exempla: alia in pluribus, appellatur inductio: alia in coniunctis, & vocatur proportio. Item differentiarū, aliæ ſunt ſubſtantiales, aliæ etſi non ſubſtantiales, inſeparabiles tñ: alię neque ſubſtantiales, neq; inſeparabiles. Contrariorum alia dicuntur aduerſa, alia priuantia, alia negantia, alia relatiua. Adiunctorum vero alia ſunt, quę ante rem exiſtunt, alia quę cum re, alia vero poſt rem. Locus vero conditionalis diuiditur in antecedens, conſequens, & repugnans. Cauſarum quoque multiplex locus eſt: aliæ nanq; ſunt, quæ vi ſua efficiūt, alię ſine quibus effici non pōt. Earum vero quę vi ſua efficiunt, aliæ ſunt neceſſariæ nihilo indigentes vt efficiant, aliæ vero indigentes vt efficiant, alię vero indigentes & non neceſſariæ. Earū vero ſine quibus non efficitur, aliæ ſunt mobiles, aliæ immobiles. Itē cauſarum, aliæ ſunt nō ſpōtaneę, aliæ ex volūtate, aliæ ex perturbatione, alię ex habitu, alię ex natura, alię ex arte, alię ex caſu. Rurſus cauſarū, alię ſūt, cōſtātes, alię icōſtātes. Amplius cārū alię ſūt volūtariæ alię ignoratæ. Ignoratarū ps in caſu, ps i neceſſitate eſt cōſtituta. Neceſſariarū pars in vi, pars in ſciētia poſita ē. Effecta vero intantum diuidi poſſunt, inquantū ad ſuperius dictas cās referunt. Locus vero a cōparatione minorum, parium, atq; maiorum, diuiditur in numerum, ſpeciē, vim, ad res alias affectionē. Quæ cū ita ſint, cūq; nihil ſit in diuiſione ꝑtermiſſū: recte M. Tullius partitionē cōcluſit, dicēs, nullā argumēti ſedē eſſe præteritam. Reſtat igitur locus qui extrinſecus ſumitur: quem qm̄ iuriſconſultis eſt vtilis, non Trebatii cauſa, ſed ne quid perfecto operi deeſſe videatur, adiungit.

*Sed quoniā ita a principio diuiſimus, ut alios locos diceremus in eo ipſo, de quo ambigitur, hærere, de quib. ſatis eſt dictum: alios aſſumi extrinſecus: de iis pauca dicimus: etſi ea nihil omnino ad veſtras diſputationes pertinent, ſed tamen totam rem perficiamus, quādoquidem cœpimus. Neq; enim tu is es, quem nihil niſi ius ciuile delectet: & quoniam ad te hæc ſcribuntur, vt etiam in aliorum manus, ſint ventura, detur opera, vt quamplurimum iis, quos recta ſtudia delectant, prodeſſe poſſimus.*

51. Ne locus nihil iuriſperito profuturus negligentiam ſui faceret, Trebatium vt in pœmio magnus orator reddit at tentum. ait.n. ita ſeſe diuiſiſſe in principio, vt alios locos in ipſis hęrere diceret, de quibus ageretur, alios extrinſecus aſſumi. Et cum de ſuperiorib. locis idonee diſputatũ ſit, intractatam reliq̃ partẽ non oportere pteriri. Neque.n. hunc eſſe Trebatium, qui ſua arte cõtẽtus, cæterorũ ſtudia negligat: verum diligẽtia atq; ingenio plurimũ valẽs, cuncta ad ſe pertinere ducat, quę liberalib. ſtudiis annumerentur. Si mul dandam eſſe operam dicit, qm̃ beneuolo aïo Ciceronis opus Trebatius eſſet editurus, vt cum in multorum manus veniſſet, prodeſſe ijs in integrũ poſſet, q rectis ſtudiis tenerentur, hoc quoq; Trebatio beneficij nomine concedens, q̃ ad eum ſcripta, & p eũ edita plurimis pfutura cõſcriberet.

*Hæc ergo argumentatio quæ dicitur artis expers, in teſtimonio poſita eſt. Teſtimonium ãt nunc dicimus, omne quod ab aliqua re externa ſumitur ad faciendam fidem.*

52. Extrinſecus poſitum argumẽti locũ, quem M. Tullius vocat artis expertem, in teſtimonio poſitũ eſſe pnunciat. Dubitari ãt pt qd hic locus a ſuperiorib. differat, quos in affectis locauit. Nã vti affecta ſp in relatione ſunt cõſtituta: ita ẽt teſtimonia, ad ea quorũ ſũt teſtimonia, referũtur. Omne .n. teſtimoniũ, teſtatę rei teſtimoniũ eſt. Quocirca cur, aut ea q̃ affecta dudũ vocata ſunt, ñ extrinſecus collocentur; aut ea q̃ nunc vocantur extrinſecus, nõ inter affecta ponãtur, q̃ ti pt, cum pſertim ea q̃ adiuncta eſſe negotio ſuperius diximus, veluti quoddã teſtimoniũ ſæpe reb. afferãt, cũ ex eorũ quę pceſſerunt, vel conſecuta ſunt ſignis, quod geſtum ſit conſiderari ſolet. Quorum omniũ cõis illa ſolutio eſt: q ex affectis argumenta quę fiunt, ab oratore inueniũtur, eiuſq; opera atq; induſtria naſcuntur: Ea vero quę extrinſecus poſita ſunt, rei tm̃ teſtimoniũ pbent. non.n. inueniuntur ab oratore, ſed his orator vtitur poſitis atq; ante cõſtitutis. Nã quę a genere, vel a ſpecie, vel a cęteris affectis argumenta ſunt, ab ipſo quodammodo oratore reperiuntur. Teſtimonia vero ſibi ipſe non efficit, ſed ad cauſam vtitur ante preparatis. Quo fit, vt argumenta ex affectis in cauſa ſtatim atq; ex tempore naſcãtur: ea vero quę in teſtimoniis poſita ſunt, ante rem præcurrentia confirmando vſum negotio poſterius prę ſtent. Et in adiunctis ab oratore coniectura colligitur, & auditorum mentibus intimatur. Teſtimonia vero non in cõiecturis, aut in ſuſpicionibus, ſed in rei geſtę narratione conſiſtunt. Oñdit autẽ vehementius quid eſſet teſtimoniũ, cum dicit, id a ſe teſtimoinum vocari quod ab aliqua externa re ſumitur. Omnia quippe affecta, ab eis ad quę affecta ſunt, non vñr externa. Teſtis uero cum re teſtificata nulla cognatione coniungitur, niſi ſola notitia, quę nihil ad rem quę geſta eſt attinet: cum ſi geſtum negotium nullus agnoſceret, nihilominus tamen geſta res eſſet. ſed id poterit ẽt ad ſimilitudinem duci. Quid.n. minus eſſet aliquid, ſi ei ſimile nihil reperiretur? ſed quod ſimile eſt, ei cui ſimile eſt, eadem qualitate coniungitur: quę qualitas vtrunq; conformat. Scientia vero quamuis efficiat teſtem nulla tamen qualitate coniungitur cum re, cuius illa notitia eſt. Neque enim ſcientijs notitia, rei geſtę qualitas dici poteſt, cum ſi notitia qualitas rei poſſet intelligi, pereuntibus his qui rem norunt, res vel interiret, vel mutaretur. quorum neutrum euenire neceſſe eſt: quandoquidem abſumptis ſcientibus, res ignorata poterit permanere.

*Perſona autem non qualiſcunq. teſtimonii pondus habet: ad faciendã.n. fidem auctoritas quæritur. Sed auctoritatem aut natura, aut tempus affert. Naturæ autoritas in virtute ineſt maxime. In tpe ãt multa ſunt q̃ afferãt auctoritatem, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, vſus, neceſſitas, concurſio ẽt nõnũquã rerum fortuitarum. Nã & ingenioſos, & opulentos, & ætatis ſpatio pbatos, dignos q̃bus credatur putãt: nõ recte fortaſſe, ſed vulgi opinio mutari vix pt, ad eãque oĩa dirigunt, & qui iudicant, & qui exiſtimãt. Qui.n. his reb. quas dixi, excellũt, ipſa virtute uidẽtur excellere. Sed reliquis quoq. reb. quas mõ enumeraui, q̃q̃ in iis nulla ſpẽs virtutis eſt tamen interdũ cõfirmatur fides, ſi aut ars quedã adhibetur: magna.n. eſt vis ad perſuadendum ſcientiæ: aut vſus. Plerunq.n. creditur iis, qui experti ſunt. Facit etiã neceſſitas fidem, quæ tum a corporib. tum ab aĩs naſcitur. Nã & verberib. torti, & igne fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere: et quæ a pturbationib. aĩ ſunt, dolore, cupiditate, iracundia, metu, quia neceſſitatis vim habent, afferunt auctoritatẽ, & fidem. Cuius generis etiã illa ſunt, ex quib. nõnunquã verum inuenitur, pueritia, ſomnus, imprudentia, vinolentia, inſania. Nã & pueri ſæpe indicauerunt aliquid, ad qd ptineret ignari: & p ſomnum, vinum, inſania, multa ſæpe patefacta ſũt. Multi etiam in res odioſas imprudentes inciderunt, vt Staterio nuper accidit: qui ea locutus eſt bonis uiris ſubauſcultantib. pariete interpoſito, quib. patefactis, in iudiciumque platis, rei capitalis iure dãnatus eſt. Huic ſimile qddam de Lacedæmonio Pauſania accepimus. Concurſio autem fortuitorũ talis eſt, ut ſi interuentum eſt caſu, cum aut, ageretur aliquid quod proferendũ non eſſet, aut diceretur. In hoc genere etiam illa eſt in Palamedem coniecta ſuſpiciorum proditionis multitudo: quod genus refutare interdum ueritas uix poteſt.*

53. Qm̃ locum artis expertem in teſtimonio poſitũ eſſe dixit, in teſtimoniis vero perſonarum fidẽ ſuã interponentiũ auctoritas quęritur: neceſſarium fuit, quibus rebus fieri ſoleat auctoritas, expedire. Ac cętera quidem clariſſime atq; apertiſſime dicta ſunt. Sed qm̃ auctoritatem in naturã tpſq; diuiſit; cumq; in tpe, ingeniũ, opes, ętatẽ, fortunam, artem, vſum, neceſſitatem, concurſionẽ ẽt nõnunq̃ rerũ fortuitarum locauit: quęri põt, Quid.n. attinet ad tps ingenium? quid ars? quid vſus? Nam ætas atque opes, fortuna, & fortuitarum rerũ cõcurſio, ſubiecta ſunt tpi: qm̃ vnumquodq; eorum variis temporum vicib. pmutatur. Ingeniũ vero, naturæ potius oportuit attribui: artẽ atq vſum tertiũ quiddã qm̃ neq; tpi neq; naturę ſubiiciuntur. Quanq̃ virtus quoq; ipſa, q̃ M. Tullius in naturæ rõne conſtituit, quibuſdã non naturalis, ſed tñ doctrina, tamen recta exercitatione viuẽdi videat aſcita. Sed hęc ita intelligenda diuiſio eſt, qd omnis auctoritas aut ex magnis atq; excellentibus rebus, & p naturam optimis venit: aut ab his quę inferiore loco ſunt cõſtituta, fidẽ nõ ex naturæ qualitate, ſed ex vulgo inſitis opinionibus capit. Et maximas q̃dem excellentesq; res in natura cõſtituit: quæ ſp, ut ipſe Tullius multis in locis dfendit, boni eſt appetens. At vero quę poſteriora ſunt, in tpe poſuit, idcirco q omnia tpi ſubiecta, principalis boni non retinent ſtatum. Virtus q̃dẽ in deterius flecti nõ pt. Ingenium vero atque opes, fortuna, & ars, atq; vſus ſæpe non recta exercitatione deprauant. Nam q̃cq̃d horum fuerit uirtute ſeiunctum, dignitatem veræ laudis amittit. Et de virtute, q̃dẽ diſtulit dicere. Poſteriorem vero partẽ .i. in tẽpore poſitæ auctoritatis diuiſit, & euidentiſſime patefecit exemplis. Nã & ingeniis fides adeſt, atque ex ea pſto eſt auctoritas plurima. Eos q̃ppe ſapientius, loq homines credunt quorũ ingenium ad expedienda quę propoſuerint ſufficit. opib. quoq; ppollentes, dignos fide iudicant. fortuna quoq; & dignitate pclaris, maieſtatẽ auctoritatis impertiũt: non recte fortaſſe, ſed & iudicium in negotiis, & exiſtimatio vitę, opinione hominum maxime continet. quæ quia mutari uix põt, ad eam cuncta diriget, ea quæ ſibi tractanda regẽdaq; pponet orator. Ars ẽt, atq; uſus plurimum valent. In vtriſque .n. fidem notitia facit. Neceſſitas quoque quaſi id quod latebat, extorquens, auctoritate ſubnix eſt. Quæ tñ ab aïo, tñ a corporibus uenit. A corporibus, cum igni, ferro, ac verberibus uerũ quod latet, aperit. Ab animo, cum mens quadã pertur

bationis

bationis vel ignorantię neceſſitate confunditur. Tunc.n.q̄d dici,q̄d taceri dēat,minime diſtinguens,verũ q̄d occultum erat, ꝓdit atq; effundit in lucē. Nã iracundia ſæpe,& quelibet aĩ perturbõ,q̄d occultandũ foret haud continet:q̄ idcirco hēt auctoritatē ad fidē,quia ſimpl̄r prodita ſunt, nec vlla calliditatis arte ꝓlata. Quinē̄t ignorãtia puerorum,uinolentia,ſomnus quędã ſępe ꝓduxit in mediũ, in quib. ſi iudiciũ fuiſſet vllũ,ꝓlata non eſſent. Sępe ē̄t hoĩes ꝑtervllam aĩ ꝑturbationē imprudētes propria cõfeſſione obligati ſunt, dum cuncta ſimpl̄r effundũt,q̄ ſibi nocitura nõ exiſtimant, vt Staterio eueniſſe ꝓpoſuit,qui interpoſito pariete teſtib. audientib. ea cõfeſſus eſt,ignorans ſe ab inſidiantib. audiri, quib. vulgatis,in iudiciumq; ꝓlatis,capitali ſn̄ia cõdēnatus eſt. Atq; hęc quidē ignorantia , in neceſſitate conſtituta eſt. Nã qui neſcit,id q̄d ignorat,ne ſi velit quidem poterit euitare. Quę autē neceſſitas extorquet,ipſa quodãmodo videt̃ veritas dicere , atq; iõ eis veluti auctoritate ſubnixis fides adhibet̃,Concurſio ē̄t rerũ fortuitarũ facit fidem,q̄ cum aliquoties falſa deſignat:tñ ita ē vehemēs , vt ſe ab ea veritas explicare vix poſſit. Quale ē q̄d de Palamede narrat̃:Phryx extinctus,q quaſi a Priamo miſſus videret̃, repertæ Priami literę Phrygia manus imitata,quæ concurrentia,fidem facerent proditionis. Hinc dicit Cicero , talis etiam fortuitarum rerum concurſio eſt.

Finis huius Sexti deſideratur,& totus Septimus, quo ſequēs Ciceronis textus exponebatur.

*Huius ē̄t generis eſt ſama vulgi,quoddã multitudinis teſtimoniũ. Quæ autē virtute fidem faciũt, ea bipartita ſunt. Ex quib. alterũ natura valet,alterũ induſtria. Deorũ.n.virtus natura excellit, hominũ aũt induſtria: Diuina hæc fere ſunt teſtimonia. Primũ orationis:oracula.n. ex eo ipſo appellata ſunt,q̄ ineſt his deorũ orõ. Deĩde rerũ quib. inſunt quaſi diuina quędã opera. Primum ipſe mundus, eiuſque oĩs ordo & ornatus : deinceps aerei volatus auium atque cantus:deinde eiuſdē aeris ſonitus,& ardores,multarũque rerũ in terra portē̄ta , atque ē̄t per exta inuē̄ta præſenſio. A dormiē̄tib. quoque multa ſignificata viſis: quib. ex locis ſumi interdum ſolent ad fidem faciendã teſtimõia deorum. In hoĩe virtutis opinio valet plurimũ. Opinio aũt eſt,nõ mõ eos virtutē habere,qui habeãt, ſed eos ē̄t qui habere videãtur. Itaque quos ingenio,quos ſtudio,quos doctrina præditos vidē̄t, quorumque vitã cõſtãtē,& ꝓbatã,vt Catonis,Lelii,Scipionis,aliorumque plurium,rē̄tur eos eſſe quales ſe ipſi velint. Nec ſolum eos cē̄ſent tales eſſe qui ĩ honorib. populi,req. pub. verſantur, ſed & oratores,& philoſophos,& poetas,& hiſtoricos , ex quorũ & dictis,& ſcriptis ſæpe auctoritas petitur ad faciendã fidē . Expoſitis omnib. argumentãdi locis, illud primum intelligē̄dum eſt,nec vllã eſſe diſputationē,ĩ qua nõ aliquis locus incurrat,nec fere omnes locos incidere in omnem q̄õnem,& quibuſdã q̄õnibus alios,quibuſdam eſſe alios aptiores locos. Q̄õnum duo ſunt genera,alterum infinitum,definitum alterum. Definitum eſt q̄d ὑπόθεσιν Græci nos cãm. Infinitum,quod θέσιν illi appellant,nos propoſitum poſſumus nominare. Ca certis perſonis, locis, tp̄ib. actionibus,negotiis cernitur,aut in oĩb. aut in pleriſque eorum. Propoſitum ãt in aliquo eorum,aut in plurib. nec tamē in maximis. Itaq. ꝓpoſitum pars cauſæ eſt. Sed oĩs q̄õ earum aliqua de re eſt quib. cauſæ cõtinē̄tur,aut, vna aut plurib. nonunq̄ omnibus . Q̄õnum aut quacunque de re ſint,duo ſunt genera, vnũ cognitiõis,alterũ actiõis. Cognitionis ſunt hæ,quarũ finis eſt ſcientia vt ſi quæratur, a natura ne ius ꝑfectũ ſit,an ab aliqua quaſi condõne hominum & pactione. Actionis ãt hmõi exempla ſunt : Sit ne ſapiē̄tis ad remp. accedere. Cognitionis q̄õnes tripartita ſunt,cũ an ſit, aut quid ſit,aut quale ſit,quæritur. Horum primum cõiectura,ſcd̄m definitione,tertiũ iuris , & iniurię diſtinctione explicatur. Cõiecturę ratio ĩ quatuor partes diſtributa eſt. Quarũ vna eſt,cũ quæritur,ſit ne aliquid. Altera, vnde ortum ſit. Tertia,q̄ id cauſa effecerit. Quarta,in qua de mutatione rei quæritur , ſit nec ne ſic, Ecquidnã honeſtũ ſit,ecquid ęquũ re vera: an hęc tãtum opinione ſit. Vnde ãt ſit ortũ,vt cum quęritur,natura an doctrina poſſit effici virtus. Cauſa efficiē̄t ſic,vt cũ quęritur,quibus reb. eloquentia efficiatur. De commutatione ſic,poſſit ne eloquentia commutatione aliqua cõuerti ĩ infantiã. Cũ ãt quid ſit quæritur,notio explicãda eſt,et proprietas,& diuiſio,& partitio. Hæc.n.ſunt definitiõni attributa. additur ē̄t deſcriptio, quã Græci ὑπογραφὴν vocant. Notio ſic quæritur,ſit ne id æquum,quod ei qui plus põt, vtile. Proprietas ſic,in hominem ne ſolum cadat, an etiã in beluas ægritudo. Diuiſio & eodem pacto partitio,ſic, Tria ne genera bonorũ ſit. Deſcriptio , qualis ſit auarus, qualis aſſentator,cæteraq; eiuſdem generis,in quibus & natura & vita deſcribitur. Cum ãt quæritur,quale quid ſit,aut ſimpliciter q̄ritur,aut cõparate. Simpliciter , expetē̄da ne ſit gloria. Cõparate, præponenda ne ſit diuitiis gloria. Simplicium tria genera ſunt,de expetendo fugiendoq́. de ęquo & iniquo,de honeſto & turpi. Cõparationũ ãt duo, vnum de eodē et alio,alterũ de maiore et minore. De expetendo,& fugiendo hmõi. Si expetendæ diuitię ſi fugiē̄da paupertas. De ęquo & iniquo, Aequũ ne ſit vlciſci a quocũq. iniuriã acceperis. De honeſto et turpi, Honeſtũ ne ſit ꝓ patria mori. Ex altero ãt genere,quod erat bipartitũ,unũ eſt đ eodem,& alio:vt ſi quæratur,quid interſit inter amicũ & aſſentatorē,regem et tyrannũ. Alterũ,de maiore,& minore:vt ſi q̄ratur, Eloquentia ne pluris ſit,an iuris ciuilis ſcientia. De cognitionis q̄õnib. hactenus. Actionis reliquæ ſunt, quarum duo ſunt genera, vnũ ad officiũ,alterũ ad motũ animi vel gignendũ , vel ſedandũ,planene tollendũ. Ad officiũ ſic,cum q̄ritur, ſuſcipiendi ne ſint liberi. Ad mouē̄dos animos,cũ ſiunt cohortationes ad defendendã remp. ad gloriã, & ad laudē,quo ex genere ſunt querelæ,incitationes, miſerationesq́ flebiles rurſusq. oratio tũ iracundiã reſtinguens, tũ metũ eripiens,tũ exultãtem lætitiã cõprimens tũ ægritudinem abſtergens. Hæc cũ in poſitis q̄õnibus genera ſint,eadem in cauſas trãsferãtur. Loci ãt qui ad quaſq; q̄õnes accõmodati ſunt,deinceps eſt videndum. Omnes illi q̄dem ad pleraſq́. ſed alii ad alias, vt diximus,aptiores . Ad cõiecturã igitur maxime apta,quæ ex cauſis, q̄ ex effectis, q̄ ex cõiunctis ſumi poſſunt. Ad definitionem ãt pertinet ratio et ſcientia definiendi. Atq; huic generi finitimũ eſt illud, quod appellari de eodem & altero diximus : quod genus forma quadã definitionis eſt: Si.n. quęratur idem ne ſit ꝑtinacia & perſeuerãtia,definitionib. iudicandũ eſt. Loci ãt conuenient in eius generis q̄õnem,cõſequentes, antecedentes,repugnãtes,adiunctis etiã duobus iis, qui ſumantur ex cauſis & effectis. Nam ſi hanc rem illa ſequitur, hanc nõ ſequitur aut ſi huic rei illa antecedit,huic nõ antecedit:aut ſi huic rei repugnat,illi nõ repugnat : aut ſi huic rei hęc,illius cauſa ē. aut ſi ex alio hoc,ex alio illud effectũ eſt:ex quouis horũ id de quo quęritur.idem ne an*

*aliud ſit, inueniri põt. Ad tertiũ genus q̃õnis in quo quale ſit q̃ritur, in comparationẽ ea cadunt, q̃ paulo ante in comparationis loco enumerata ſunt. In id ãt genus in quo de expetendo fugiendoq; q̃ritur adhibentur ea quæ ſunt aut animi, aut corporis, aut externa, vel commoda, vel incommoda. Itẽq; cũ de honeſto turpiq; q̃ritur, ad animi bona vel mala oĩs dirigenda oratio eſt. Cum ãt de æquo & iniquo diſſeritur, æquitatis loci colliguntur: hi cernuntur bipartito, & natura, & inſtituto. Natura partes habent duas, tuitionem ſui, & vlciſcendi ius. Inſtituto ãt æquitatis tripartita eſt. Vna pars legitima eſt, altera cõueniẽs, tertia moris vetuſtate confirmata. Atq; ẽt rurſus æqtas tripartita dicitur eſſe. Vna ad ſuperos deos, altera ad manes, tertia ad hoĩes ptinere. Prima pietas, ſecunda ſanctitas, tertia iuſtitia, atq; æquitas nominatur. De propoſito ſatis multa, deinceps de cãpauciora dicenda ſunt. Pleraque .n. ſunt ei cũ propoſito communia. Tria ſunt igitur genera cãrũ: Iudiciĳ, Deliberationis, Laudationis. Quarũ fines ipſi declarãt, quibus vtendũ locis ſit. Nã iudicĳ finis ius eſt, ex quo ẽt nomen. Iuris ãt partes tum expoſitę, cũ ęqtatis. Deliberandi finis utilitas, cuius hę partes, q̃ mõ expoſitę rerũ expetendarũ. Laudationis finis honeſtas, de qua item eſt ante dictum. Sed definitæ q̃õnes a ſuis q̃que locis quaſi pprĳs inſtituuntur, in accuſationẽ, defenſionemq; partita. In qbus exiſtunt hæc genera, vt accuſator pſonã arguat facti, Defenſor aliqd opponat de tribus, aut non eſſe factum: aut ſi ſit factũ, aliud eius facti nomẽ eſſe, aut iure eſſe factum. Itaque aut inficialis, aut coniecturalis prima appelletur, definitiua altera, tertia quamuis moleſtum nomen hoc ſit, iuridicialis vocetur. Harum cãrum ppria argumenta ex his ſumpta locis, quos expoſuimus in præceptis oratorĳs explicata ſunt. Refutatio ãt accuſationis, in qua eſt depulſio criminis, quoniam græce στάσις dicitur, latine appelletur ſtatus: in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandũ congreſſa defenſio. Atque etiã in deliberationib. & laudationibus ĳdem exiſtũt ſtatus: Nã & negantur ſæpe ea futura q̃ ab aliquo in ſententia dicta ſunt fore, ſi aut oĩno fieri non poſſunt, aut ſine sũma difficultate non poſſunt. In qua argumẽtatione ſtatus coniecturalis exiſtit. At cũ aliqd de vtilitate, honeſtate, æqtate diſſeritur, deque his reb. q̃ his ſunt contraria, incurrũt ſtatus aut iuris, aut noĩs: qđ idem contingit in laudationibus. Nam aut negari pt id factum eſſe qđ laudatur, aut non eo noĩe afficiendũ, quo laudator affecerit, aut omnino non eſſe laudabile, qđ non recte, non iure factum ſit. Quibus oĩbus generib vſus eſt nimis impudenter Cęſar contra Catonem meum. Sed quæ ex ſtatu contentio efficitur, eã græci κρινόμενον vocãt: mihi placet id, quoniam quidẽ ad te ſcribo, qua de re agitur, vocari. Quibus ãt hoc, qua de re agitur, continetur, hęc continẽtia vocentur quaſi firmamenta defenſionis, quibus ſublatis defenſio nulla ſit. Sed quoniam lege firmius in controuerſĳs diſceptãdis eſſe nihil debet, danda eſt opera, vt legem adiutricem, & teſtem adhibeamus. In qua re alĳ quaſi ſtatus exiſtunt noui, qui appellantur legitimę diſceptationes. Tum .n. defenditur non id lege dici, qđ aduerſarius velit, ſed aliud. Id ãt contingit cum ſcriptum ambiguum eſt, & duę differentes ſententiæ accipi poſſunt. Tum opponitur ſcripto voluntas ſcriptoris, vt queratur, verba ne plus an ſententię valere debeat. Tum legi lex contraria affertur. Ita ſunt tria genera, q̃ controuerſiam in oĩ ſcripto facere poſſunt, ambiguum, diſcrepantia ſcripti & voluntatis, ſcriptura contraria. In hoc perſpicuum eſt, non magis in legibus, quam in teſtamentis, in ſtipulationibus, in reliquis q̃ ex ſcripto aguntur, poſſe controuerſias eaſdem exiſtere. Horum tractationes in alĳs libris explicantur. Nec ſolũ perpetuæ actiones, ſed ẽt partes orationis ĳſdem locis adiuuantur, partim proprĳs, partim communibus: vt in principĳs, quib. ut beneuoli, vt dociles, ut attenti ſint q audiãt, efficiendum eſt proprĳs locis. Itemque narrationes, vt ad ſuos fines ſpectent, vt planæ ſint, vt breues, vt euidentes, vt credibiles, vt moderatæ, vt cum dignitate. quæ q̃q̃ in tota oratione eſſe debent, magis tamen ſunt propria narrandi. Quæ autem ſequitur narrationem fides ea perſuadendo quoniam efficitur, quia ad perſuadendum loci maxime valeant, dictũ eſt in his, in quib. de oĩ ratione dicendi diximus. Peroratio ãt & alia q̃dam habet, & maxime amplificationem: cuius effectus hic debet eſſe, vt aut perturbentur animi, aut tranquillentur: & ſi ita iam affecti ante ſunt, ut augeat eorum motus, aut ſedet oratio. Huic generi, in quo & miſericordia, & iracundia, & odium, & inuidia, & cętera aĩ affectiones pturbantur, pcepta ſuppeditantur alĳs libris, quos poteris mecũ legere, cum voles. Ad id autem quod te velle ſenſeram, cumulate ſatisfactum eſſe debet voluntati tuæ. Nam ne præterirem aliquid, quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura, quam a te deſiderata erant, ſum complexus, fecique quod ſæpe liberales venditores ſolẽt, vt cũ ædes fundũve vendiderint, rutis cęſiſque receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa apte & loco poſitum eſſe uideatur. Sic tibi nos ad id quod quaſi mancipio dare debuimus, ornamenta quædam voluimus non debita accedere.*

# ANITII MANLII SEVERINI POETHI PATRICII ORDINARII, AI. CONSVLARIS VIRI,

## De differentĳs Topicis.

### LIBER PRIMVS.

OMNIS ratio diſſerendi, quam Logicem peripatetici veteres appellauere, i duas diſtribuitur partes: vnam inueniendi, alteram iudicandi. Et ea quidem pars quæ iudiciũ purgat, atq; inſtruit, ab illis analytice vocata, a nobis poteſt reſolutoria nuncupari. Ea vero, quę inueniẽdi facultatem ſubminiſtrat, a gręcis Topice; a nobis localis dicitur. Ac de illa quidẽ parte, quæ iudicandi magiſtra eſt, alias diſputabitur. Nunc vero conſilium eſt aperire qui ſint loci, q̃ eorum differentię, qui etiã quibus apti ſint ſyllogiſmis. Nec id ſimpliciter atq; vniformiter videtur eſſe faciendũ, verũ duplex eſt tradenda partitio vna quidem ex gręcis uoluminibus eruta: altera vero ex M. Tullii Topicis ſumpta. Atq; in his illud ad perfectionem ſpeculationis eſt aſtruendum, vt quibus vtraque modis diuiſio differat, quibusque cõueniat explicetur, quoque modo alteram viciſſim poſſit includere. Et nunc quidem non in ſingulis immorabimur, ſed de tota diuiſione communiter diſſeremus, locorum tantum, ex quibus argumenta naſcuntur, definitione, exempla, differentiasque colligentes. Singula vero pro qualitate

operis

operis diligentius,vel his octo voluminus expedita ſunt;qbus Ariſtotelis Topica in latinam vertimus orationem, vel his ſeptẽ,quib. M. Tullij Topicis lucem plenę expoſitionis infundimus. Illic igitur cuncta ſunt proprijs atq; enodatis partibus expedita.hic vero quæ alias per mẽbra patefacta ſunt,cõi ſpeculatione tractãtur.Nec dialecticos ſolũ locos, ſed ẽt rhetoricos,quoue hi inter ſe,atq.dialecticis differãt, cura eſt exendi,vt omnibus vndiq; locis plena cõſideratio ne propoſitis,eorumq; differentijs inter ſe & comunitatib. pernotatis, & argumentorum copia cõparetur , & locorum clara poſſit eſſe diſtinctio. Vt igitur cuncta perſpicuis rationib.conſtent,paulo altius ordiendũ eſt. Propoſitio eſt orõ verum.falſumue ſignificans,vt ſiquis dicat cœlum eſſe volubile.hæc & enunciatio,& proloquium nuncupatur. Qḡ eſt in dubitationem ambiguitatemq; adducta propoſitio,vt ſiquis quærat,an cœlum ſit volubile. Concluſio eſt argumentis approbata propoſitio,vt ſiquis cœlum ab alijs rebus ꝓbet eſſe volubile.Enunciatio quippe, ſiue ſui tm̃ cauſa dicatur,ſiue ad aliud afferatur approbandum,ꝓpoſito eſt : ſi de ipſa q̃ritur,qõ:ſi ipſa eſt approbata,concluſio. Idem eſt igit̃ propoſitio,qõ,& concluſio, ſed differũt modo ſupra dicto. Argm̃ eſt rõ rei dubię faciens fidem . Nõ vero idẽ eſt argm̃ & argumentatio.Nam vis ſnię,ratioq; ea , q̃ clauditur oratione, cum aliquid probatur ambiguum,argm̃ vocat : Ipſa vero argumenti elocutio,argumentatio dicitur. Quo fit, vt argm̃ quidem virtus & mens argumentationis ſit atq; ſnia, argumentatio vero argumenti per orationem explicatio . Locus ãt ſedes eſt argumenti,vel id, vñ ad propoſitam quęſtionem conueniens trahitur argumẽtum.Quę cum ita ſint, ſingulorum natura diligentius tractanda eſt, eorumq; ꝑ ſpecies ac mẽbra,vt diximus,figuraq; diuiſio facienda eſt.

## *DE PROPOSITIONE EIVSQVE VAriis diſtinctionibus. Cap. I.*

AC prius de propoſitione differẽdum eſt. Hanc eſſe diximus orationẽ veritatẽ vel mendaciũ cõtinẽtẽ Huius duæ sũt ſpẽs, affirmatio vna,altera vero negõ.Affirmatio ſiquis ſic efferat,cœlum volubile eſt. Negatio ſiquis ita pronunciet , cœlum volubile non eſt.Harum vero , alię ſunt vniuerſales,aliæ particulares,alię indefinitę , alię ſingulares.Vniuerſales quidem , vt ſiquis ita proponat , Omnis hõ iuſtus eſt,nullus homo iuſtus eſt . Particulares vero , ſiquis hoc modo dicat, Quidam homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt . Indefinitę hoc modo , Homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt.Singulares vero ſunt,quæ indiuiduum,aut q̇d ſingularc proponunt vt Cato iuſtus eſt , Cato iuſtus non eſt. etenim Cato indiuiduus eſt,ac ſingularis. Harũ vero alias ꝑ dicatiuas, alias cõditionales vocamus. Prędicatiuæ sũt quę ſimpliciter proponuntur, ideſt quibus nulla vis conditionis adiungitur.vt ſiquis cœlum eſſe volubile ſimpliciter dicat. At ſi conditio huic copuletur , fit ex duabus propoſitionib. vna conditionalis hoc mõ,Cœlum ſi rotundum eſt,volubile eſt.Hic enim conditio id efficit, vt ita demum cœlum volubile eſſe intelligatur,ſi ſit rotundum.Qm̃ igitur alię propoſitiones prędicatiuę ſunt, aliæ conditionales: prędicatiuarum partes, terminos appellamus,hique ſunt prædicatus, & ſubiectus.Terminos autẽ verba voco , & nomina quibus propoſitio nectitur,vt in ea propoſitione qua dicimus, Homo iuſtus eſt.Hæc duo nomina,ideſt iuſtus & homo propoſitionis partes vocamus , eoſdem etiam terminos dicimus: quorum alter ſubiectus eſt,alter prędicatus . Subiectus eſt terminus,qui minor eſt;prędicatus vero qui maior:vt in ea propoſitione qua dicitur hõ iuſtus eſt , homo quidem minus eſt,quam iuſtus . Non enim in ſolo homine eſſe poteſt iuſtitia,verum etiam in incorporeis diuiniſque ſubſtantiis. atq; ideo maior eſt terminus iuſtus, homo vero minor. quo fit ut hõ quidẽ ſubiectus terminus ſit, iuſtus vero ꝑdicatur. Qm̃ vero hmõi ſimplices propõnes alterũ habent ꝑdicatũ terminum,alterũ ſubiectum terminũ,a maioris priuilegio, propoſitio ꝑdicatiua vocata eſt. Sępe ãt euenit, vt hi termini ſibi Iuicẽ inueniãtur ęquales hoc mõ, Hõ riſibile eſt.Hõ nanque & riſibile , vterque ſibi ſubiectus ęquus eſt terminus . nam neque riſibile vltra hominem, nec vltra riſibile homo porrigitur.Sed in his neceſſe eſt hoc euenire,vt ſi q̇dẽ inæquales termini ſint , maior ſemper de ſubiecto prædicetur . Si vero ęquales vterque conuerſa prędicatione de ſe dicatur : vt vero minor de maiori prędicetur , in nulla propoſitione contingit.Fieri aũt põt, vt propoſitionum partes , quas terminos dicimus , non ſolum in nominibus , verum in orationibus inueniantur . Nam ſæpe oratio de oratione prædicatur,hoc modo: Socrates cũ Platone & diſcipulis de philoſophiæ ratione pertractat . Hæc quippe oratio,quæ eſt Socrates cum Platone & diſcipulis,ſubiecta eſt.Illa vero, de philoſophię rõne pretractat , prędicatur. Rurſus aliqñ nomen ſubiectum eſt , oratio prędicatum,hoc modo:Socrates de philoſophiæ ratione pertractat . Hic .n. Socrates ſubiectus ſolus eſt : oratio qua dicimus,de philoſophiæ rõne pertactat, prędicatur. Euenit etiam ut ſuppoſnator oratio , & ſimplex vocabulum prędicetur , hoc mõ: Socratis ſimilitudo cum ſupernis diuiniſque ſubſtantiis , iuſtitia eſt. Hic.n. oratio , per quam profertur Socratis ſimilitudo cum ſupernis diuiniſq; ſubſtãtiis, ſubiicitur , iuſtitia vero prędidicatur.Sed de huiuſmodi propoſitionib. in his commentariis, quos in περὶ ἑρμηνείας Ariſt. libros conſcripſimus,diligentius differimus.Conditionalium vero propoſitionum , quas græci hypotheticas vocant , partes , ſunt ſimplices propoſitiones : cuius quidem ea pars quę prius dicitur, antecedens,quę poſterius,conſequens appellatur, v in hac propoſitione quæ dicit. Si rotundum eſt,volubile eſt.Rotundum eſſe antecedit,volubile eſſe conſequitur.Harum quoq; aliæ ſunt ſimplices conditionales alię coniunctę . Simplices ſunt , quæ prędicatiuas habent propoſitiones in partibus,vt in ea quam ſuperius diximus:Si rotundũ eſt, volubile eſt . Rotundum eſt.n. & volubile eſt, vtræque diuiſę ac ſigillatim acceptæ prædicatiuę ſunt . Coniunctarum vero multiplex differentia, de quib.in his voluminibus diligentiſſime perſtrinximus, quę de hypotheticis compoſuimus ſyllogiſmis . Simplicium vero hypotheticarum propoſitionũ quatuor ſunt differentiæ.Aut.n.ex duabus affirmatiuis categoricis conſtant , vt ſi rotundum eſt , volubile eſt, vtraque .n. affirmatiua eſt . Aut negatiuis duabus: vt, ſi cœlum rotundum non eſt,volubile non eſt . Nam rotundum non eſſe,& volubile non eſſe,vtræque negationes ſunt. Aut ex affirmatiua & negatiua : vt,ſi quadratum eſt, volubile nõ eſt.Quadratum enim eſſe,affirmatio eſt . volubile non eſſe, negatio eſt . Aut ex negatiua & affirmatiua , vt ſi rotundum non eſt , ſtabile eſt . Rotundum non eſſe , negatio eſt , ſtabile vero eſſe , affirmatio . Propoſitionum quoq; aliæ ſunt per ſe notæ , & quarum probatio nequeat inueniri : alię quas tametſi animus audientis probet eiſq; conſentiat, tñ põt alis ſuperioribus approbari.Et illæ quidem , quarum nulla probatio eſt , Maximæ ac principales uocantur , quod his illa neceſſe eſt approbari , quę vt demonſtrari valeant,non recuſaut.Eſt autẽ Maxima propoſitio vt hęc , Si de æqualibus æqualia demas , quæ derelinquuntur æqualia ſunt. Ita.n. hoc per ſe notum eſt, vt aliud notius quo approbari valeat, eſſe non poſſit . Quæ propoſitiones cum fidem ſui natura propriã gerant,non ſolũ alieno ad fidem non egent argumento,verum cęteris quoque probationis ſolent eſſe principium.Igitur per ſe notę propoſitiones , quibus nihil eſt notius , indemonſtrabiles , ac maximæ & principales vocantur . Quæ vero quanuis auditoris iudicio comprobeutur tamen aliquid notius naturaliter,ex quo ſi de his fiat quęſtio.velut ex alieno fidẽ capiãr, hæ demõſtrabiles,ac minores poſterioreſq; dicuntur.Et de propoſitionibus quidem iſta ſufficiant.

*De quæſtione categorica.* *Cap. II.*

QVęſtio vero dubitabilis eſt propoſitio, in qua neceſſe eſt fere eadem conſiderari, quę dudum in propoſitione dicta ſunt. Alię nanq; ſimplices, aliæ compoſitę ſūt. Simplices ſunt, vt hæ quæ ex ſimplici propoſitione deſcendunt hoc modo, vt ſi quęratur, an cœlum ſit volubile. Hęc.n.ab ea venit ꝓpoſitione quæ dicit, cœlum eſſe volubile. Atq; ſi a conditionali compoſita propoſitione ſuſcipit initium, erit conditionalis atq; compoſita hoc modo: an ſi cœlum eſt rotundum, volubile eſt: hęc .n. a conditionali propoſitione principium ſumit, quę eſt: Si cœlum rotundū eſt, uolubile eſt. Qō ergo alias quidē prædicatiua eſt, alias conditionalis. Quo fit vt eædem partes qōnis ſint quę, dudū eſſe dictæ ſunt ꝓpoſitiones. Prędicatiuę igitur qōnes habent terminū prædicatum atq; ſubiectum, vt in ea quæ dubitatur, an cęlum ſit volubile. Nam volubile prædicatū, cœlum vero ſubiectum eſt. Maior.n.terminus eſt, volubile, q̄ cœlū. neque.n. cœlum ſolum volubile dici poteſt. Quę vero coniuncta eſt qō, habebit partes, quod prædicatur, & qđ ſubijcitur, quod antecedit, & quod cōſequitur, vt in ea quæ dicit, an ſi cœlum rotundum eſt volubile eſt. antecedit rotundum eſſe, ſequitur volubile eſſe. Quę cum ita ſint, in prædicatiua qōne dubitaſ, an ſubiecto termino prædicatus inhęreat: In hypoteticis vero qōnibus illud tm̄ quęritur, an illam rem quæ præcedit, comitetur id quod ſequens eſſe proponitur. Oīa vero, q̄ de prędicatiuis propōnibus dicta ſunt, id eſt ꝙ aliæ vſes, aliæ particulares, alię indefinitæ, aliæ ſingulares: eadem pñt dici fere in prędicatiua qōne. Hoc etenim tm̄ qō a propoſitione diuerſa eſt, ꝙ propoſitio quidem, vel enunciata ſimpliciter, vel aliud probans, oratio eſt, verum falſumue ſignificans. Qō vero, cum ſit ipſa quidem oratio dubitabilis nō eſt propoſitio. Addita igitur dubitatione quę in propoſitione conſiderantur, eadem etiam conuenit in qōne tractari, Qōnis autem duæ ſunt ſpecies, Vna quę dicitur a dialecticis Theſis. hæc huiuſmodi eſt q̄ de re cęteris circunſtantijs nuda, quęrit ac diſſerit. Quales, a dialecticis maxime, ad diſputationem ſumūtur, vt voluptas ne ſummum bonum ſit? Ducenda ne vxor? Hęc a nobis propoſitio, vel propoſitum dicitur: Altera vero, quę a græcis vocatur hypotheſis. a nobis dicitur cauſa. hęc qō eſt perſonis, temporibus, factis, cęteriſq; circunſtantijs implicita, ea eſt huiuſmodi, Iure ne Cicero in exilium dubio reipublice tempore detrudatur, quia iniuſſu populi ciues Romanos necauerit. Huius autem duplicis qōnis ſubſidiones alias eſſe neceſſe eſt: & Theſis quidem philoſophis, Hypoteſis vero oratoribus attributa eſt. Sed eius quidem qōnis quæ eſt hypotheſis poſterius diuiſiones dabo, Nunc de Theſeos diuiſione pertractabo, quæ in quatuor diuiditur ſpecies. In omni enim dialectica qōne prędicatiua, dubitatur, an ei qđ ſubiectum eſt, id quod prędicatur, inhæreat. Cum vero aliquid alicui ineſſe proponitur, id aut maius erit eo de quo prędicatur, eique ſubſtantialiter ineſſe contenditur: Aut maius quidem eo erit, ſed non de ſubſtantia ipſius prędicabitur: Aut ei erit ęquale, & in ſubſtantia ꝑdicabitur: Aut ei erit ęquale, ſed minime eius ſubſtantiam continebit. Nam vt id quod minus eſt, de eo quod maius eſt prædicemus, in nulla propoſitione euenit. Sed ſi tale eſt, quod in quęſtione proponitur, vt ſubiecto ſit maius, & de ſubiecti ſubſtantia prędicetur, erit genus. Omne.n.genus eſt maius eo de quo prædicatur, & de ſubſtātia eius dicitur, vt animal hominis. At ſi maius quidem fuerit, ſed de ſubſtantia eius non prædicetur, erit accidens, vt album homini. Quod ſi æquale quidem ſit, ſed ſubſtantiale, ſubiecti erit definitio, vt animal rationale mortale homini. hoc nanq; conuertitur, & ſubiecti rationem, ideſt hominis ſubſtantiam monſtrat. Quod ſi æquale quidem ſit, ſed a ratione ſubſtantiæ ſeiunctum, erit proprium, vt riſibile hominis. Itaq; dialęcticę ſimplices qōnes, aut de genere, aut de accidenti, aut de definitione, aut de proprio fiunt. Poſſunt vero fieri ēt de differentia qōnes, cum quęritur cœleſtia corpora rationalia ſint necne, vel cum dubitatur ea ne ſit tyranni ac principis differētia, ꝙ hic legibus ſumpſit imperiū, ille violenta dominatione populum ꝑmit. Sed tantundem eſt de differentia quærere, quantum ſi de gñe dubitetur. Aut.n. conſtitutiua erit differentia, aut diuiſiua. Sed ſi conſtitutiua fuerit, quaſi generis obtinet locum, vt rationabilitas, homini, vel ſi ratione degunt cœleſtia corpora, cœleſtibus quoque corporibus. At ſi diuiſiua fuerit, velut ſpecies conſideratur. omnis.n. ſpecies cum diuiſibili differentia eſt. Quòd ſi differentia nunc quidam loco generis, nunc vero ſpeciei loco vtimur: ambigi non poteſt, cum de ea q̄ritur, de gñe dubitari. Fieri vero poteſt, aut aliquid in certamen comparatione ducatur, velut cum ambigitur, an melior ſit fortitudo iuſtitia. Sed hęc qō in accidentis neceſſe eſt dubitatione ponatur. Namq; ad comparationem nihil niſi accidens venit: hoc.n. ſolum recipit magis & minus. Ruſus de eo quod eſt idem, poteſt fieri certamen; vt an idem ſit vtile quod honeſtum. Sed hæc qō definitioni aggreganda eſt. Quarum enim rerum eadem eſt definitio, ipſæ quoq; ſunt eędem. Quarum vero diuiſa ſubſtātię ratio eſt, ipſæ quoq; ſunt diuerſę Igitur ſimplicis dialecticę quęſtionis recte quatuor ſpecies eſſe dicuntur, de quibus ſufficienter dictum eſt.

*De quæſtione hypothetica.* *Cap. III.*

NVnc igitur de conditionalibus qōnibus tractandum eſt. quarum quidem alia conſtat ex affirmatiuis duabus, alia ex duabus negatiuis, alia ex affirmatione & negatione, alia ex negatione & affirmatione. Si igitur ex duabus affirmationibus conditionalis conſtat propoſitio, id quęritur an affirmatio affirmationem ſequatur. Quod ſi ex duabus negationibus propō iūcta ſit: id in decertatione ē, an negatio negatīonem, comitetur. Quòd ſi ex affirmōne & negōne, vel negōne, & affirmatione copuleſ: id ambigitur, an affirmationem negatio, an negationē affirmatio comitetur. Ac prius quidem eius qōnis facienda eſt diuiſio in qua diſceptatur, an affirmationē affirmatio conſequaſ, q̄ ꝑdicatiuarum qōnum non effugit diuiſionē. Nam vt ꝓcedat aliquid, & aliud conſequatur, in his vere rebus euenire ſolet, quas paulo ſuperius commemoraui. Spēm quippe ſequitur genus, & differentia, & definitio, & proprium, & inſeparabile accidens. Item proprium ac definitionem ſequitur ſpecies: proprium vero ſequitur differentia & definitio, & definitionem ſequitur proprium & differentia, hoc modo. Nam ſi homo eſt, animal eſt. & ſi homo eſt, rationale eſt. & ſi homo eſt, animal rationale mortale eſt. & ſi homo eſt, riſibile eſt. & ſi Aethiops eſt, niger eſt. Si riſibile eſt, homo eſt. Si animal rationale mortale eſt, homo eſt. Si riſibile eſt, rationale eſt. Si riſibile eſt, animal rationale mortale eſt. Si animal rationale mortale eſt, riſibile, & bipes eſt. Pręter hęc autem, alias quidem effectus cauſam, alias quidem effectum cauſa ſequitur. Effectus cauſam ita, Si ſol pręſto eſt, lucet. effectum cauſa hoc modo, Siquid exuſtum eſt, ignis affuit. vel ſic, Si ſol videtur, lucet. Item totum partes ſequuntur, vt ſi integra domus eſt, & tectum & parietes & fundamenta conſiſtunt. Modus etiam ſequitur nomen principale, vt ſi iuſtitia bona eſt, & quod iuſte eſt, bonum eſt. Nomen etiam principale ſequitur modum, vt ſi quod iuſte aſt, bonum eſt: & iuſtitia bona eſt. Accidentia quoq; comitatur id quod ſubięctum eſt, vt ſi album eſt, corpus eſt. Quæ cum ita ſint, cōditionalis quoque ſimplicis, ex duabus affirmationibus copulatę, illa fere diuiſio facienda eſt quæſtionis, quòd in ea vel de genere, vel de differentia, vel de ſpecie, vel de proprio, vel de definitione, vel de accidenti, vel de cauſa atque effectu, vel de toto ac partibus, vel de modo ac principali nomine dubitetur. Atque hęc de ea quæſtione intelligenda ſunt, quę cum ſit hypothetica ſimplex, ex duabus tamen iungitur affirmatiuis. In iiſdem etiam differentiis illas quoque conſiſtere neceſſe eſt quęſtiones, quę ab his veniunt propoſitionibus quæ ex vtraque conſtant negatione. Nam ſi genus non eſt, ſpecies non eſt.

Itē ſi differentia vel definitio vel propriū non ſit. ſpēs non erit. Et de cęteris q̄dem q̄ ſuperius dicta ſunt, eodem modo cōſiderandum eſt. Quicquid.n.antecedit vt aliud conſequatur, ſi id quod ſequitur nō fuerit, nec illud eſt qđ antecedit. Earū vero q̄ōnum, q̄ ex affirmatione & negatione cōſiſtūt, illa fere diuiſio eſt: q̄ vel in diuerſis generibus, vel in diuerſis ſpeciebus, vel in contrarijs, vel in priuatione atq; habitu continentur. Vt.n.affirmationem negatio conſequatur, aut diuerſum ponitur genus, vt quod ab eo diuerſum eſt, abnuatur hoc modo. Si homo eſt, albedo non eſt: vel ſi ſubſtantia eſt, qualitas non eſt. Vel ſi ſub eodem gñe diuerſæ ſpēs proponantur, hoc modo, Si homo eſt, equus non eſt. Vel ſi contraria, vt ſi album eſt, nigrum non eſt. Vel ſi priuationes, vt ſi cęcus eſt, non uidet: & poſtremo in omnibus, q̄cunque eadem non ſunt, euenit, vt ſi vnum eſt, alterum non ſit. Ita vt propoſitam affirmationem negatio comitetur, aut diuerſa erunt genera, aut diuerſæ ſpecies, aut contraria, aut priuantia, aut quolibet alio modo ſibi inuicem inconuenientia. Vt aut negationem affirmatio conſequatur, quæ erat quarta cōditionalis propoſitionis differentia: fieri non poteſt, niſi in his contrariis q̄ medio carent, & quorum alterum ſemper ineſſe neceſſe eſt, hoc modo, Si dies non eſt, nox eſt. Si tenebrę nō ſunt, lux eſt. Facta igitur prędicatiuarum q̄ōnum ac conditionalium diuiſione, illud inſuper uidetur addendū, quòd omnis q̄ō uel ex ratione differendi, vel ex naturali, vel ex morali trahitur ſpeculatione. Ex differendi ratione hoc modo, An affirmatio & negatio ſpecies ſint enunciationis. Ex naturali ita, An cœlum rotundum ſit. Ex morali ſic, An uirtus ad beatitudinem ſola ſufficiat. Præterea q̄ō omnis vel eſt ſimplex vel compoſita, Simplex quoties affirmatione & negatione diuiditur ita, vt totum alteri affirmare alteri negare neceſſe ſit, hoc modo, An cęlum rotundum ſit nec ne. Hic.n.vna pars q̄ōnis affirmationem tenet, alia negationem. Nam cū alter eſſe defendit, affirmat: alter vero negat, cum non eſſe contendit. Compoſita q̄ō eſt quæ in plures diſtrahitur affirmationes hoc modo. Vtrum cœlum rotundum ſit, an quadratum, an longum, aut cuiuslibet alterius formę. Hic enim plures affirmationes probare neceſſe eſt, qui diuerſa defendunt. Et de quæſtione quidem quantum ad præſens negotium, pertinebat ſufficienter dictum eſt.

*De concluſione, & argumento, & quibus quæque diſciplina argumentis vtatur.* *Cap. IIII.*

CONcluſio vero eſt argumentis approbata propoſitio: de qua eadem fere dici pn̄t quę de propoſitione. Quę q̄m diligēter ſuperius explicata ſunt, de argumento deinceps tractandum uidetur. Argm̄ eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Hanc ſemper notiorem q̄ōne eſſe neceſſe eſt. Nam ſi ignota notis probantur, argm̄ vero rem dubiam probat: neceſſe eſt, quod ad fidem q̄ōnis affertur, ipſa ſit notius q̄ōne. Argumentorum vero omnium, alia ſunt probabilia & neceſſaria: alia probabilia, & non neceſſaria: alia ſunt neceſſaria ſed non probabilia: alia nec probabilia nec neceſſaria. Probabile vero eſt quod videtur vel omnibus, uel pluribus, vel ſapientibus, & his vel omnibus, vel pluribus, vel maxime notis, atque pręcipuis, vel quod unicuique artifici ſecundum propriam facultatem, vt de medicina medico, gubernatori de nauibus gubernādis: id pręterea quod videtur ei, cum quo ſermo conſeritur, uel ipſi qui iudicat, in quo nihil attinet verum falſumve ſit argm̄, ſi tm̄ ueriſimilitudinem teneat. Neceſſarium uero eſt, quod ut dicitur ita eſt, atque aliter eſſe non poteſt. Probabile quidem ac neceſſarium eſt, vt hoc, Si quid cuilibet rei ſit additum, totum maius efficitur. Neque enim quiſquam ab hac propoſitione diſſentiet, & ita ſeſe habere neceſſe eſt. Probabilia vero ac nō neceſſaria ſunt, quibus facile mens auditoris acquieſcit, ſed veritatis non tenent firmitatem, vt hoc, Si mater eſt, diligit filium. Neceſſaria uero ac non probabilia ſunt, quæ ita vt dicuntur ſeſe habere neceſſe eſt, ſed his facile non conſentit auditor, vt eſt hoc, Obiectu lunaris corporis. Solis euenire defectum. Neque neceſſaria uero, neque probabilia ſunt, q̄ neque in opinione hominum, neque in veritate conſiſtunt, ut hoc, Habere Diogenem cornua. Quoniam vnuſquiſq; habeat quod nunquam perdiderit. Quæ quidem nec argumenta dici pn̄t. Argumenta enim dubię rei faciunt fidem. Ex his autem nulla fides eſt, quæ neque in opinione hominum, neque in veritate ſunt conſtituta. Dici tamen poteſt nec illa quidem eſſe argumenta, quę cum ſint neceſſaria, minime tamē audientibus approbantur. Nam ſi rei dubiæ ſit fides, cogendus eſt animus auditoris per ea quibus ipſe acquieſcit, vt concluſioni quoque quam nondum probat, poſſit accedere. Quod, ſi quę tm̄ neceſſaria ſunt ac non probabilia, non probat ille qui iudicat: neceſſe eſt, vt ne illud quidem probet, quod ex huiuſmodi ratione conficitur. Itaque euenit ea huiuſmodi ratione, quæ tantum neceſſaria ſumit ac non probabilia, non eſſe argumenta. Sed non eſt ita, ſatq; hæc interpretatio non recte probabilitatis intelligentiam tenet. Ea ſunt enim probabilia, quibus ſponte atque vltro conſenſus adiungitur. ſ. vt mox ac audita ſunt, approbentur. Quæ vero neceſſaria ſunt ac non probabilia, aliis probabilibus ac neceſſariis argumentis antea demonſtrantur: cognitaq; & credita ad alterius rei, de quæ dubitatur, fidem trahuntur; ut ſunt ſpeculationes.i. throremata, quæ in geometria conſiderantur. Nam quę illic proponuntur, talia nō ſunt, vt his ſponte animus diſcentis, accedat. Sed quoniam demonſtrantur aliis argumētis, illa quoque ſcita & cognita: ad aliarum ſpeculationum fidem ducuntur. Itaque quæ probabilia per ſe non ſunt, ſed neceſſaria, his quidem auditoribus, quibus nondum demonſtrata ſunt, ad aliud aliquid approbandum argumenta eſſe non pn̄t. His autem qui prioribus rationibus, eorum, quibus non acquieſcebant, fidem ceperunt, pn̄t ea ſiquid ambigunt, ad argumentum vocari. Sed quia quatuor facultatibus differendi omne artificium continetur dicendum eſt, quæ quibus uti nouerit argumentis, vt cui potiſſimum diſciplinę locorum paretur vbertas, euidenter appareat. Quatuor igitur facultatibus, earumque. velut opificibus, differendi omnis ratio ſubiecta eſt ideſt dialectico, oratori, philoſopho, ſophiſtæ. Quorum quidem dialecticus atque orator in communi argumentorum natura verſatur. Vterque enim ſiue neceſſaria ſiue minime, probabilia tamē argumenta ſequitur. His igitur illę duę ſpecies argumenti famulantur, quæ ſunt probabile ac neceſſarium, probabile ac non neceſſarium. Philoſophus vero ac demonſtrator de ſola tm̄ ueritate pertractat. atq; ſiue ſint ꝓbabilia, ſiue non ſint, nihil refert, dum modo ſint neceſſaria. Hic quoque his duabus ſpeciebus vtitur argumenti, quę ſunt probabile ac neceſſarium, neceſſarium ac non probabile. Patet igitur in quo philoſophus ab oratore ac dialectico in propria conſideratione diſſideat: in eo.ſ. q̄ illis probabilitatem, huic veritatem conſtat eſſe propoſitā. Quarta vero ſpēs argumenti, quam ne argm̄ quidem recte dici ſupra docuimus, ſophiſticis ſolis eſt attributa. Topicorum intentio eſt ueriſimiliū argumentorum copiam demonſtrare. Deſignatis enim locis, ex quibus probabilia argumenta ducuntur, abundans & copioſa neceſſe eſt fiat materia differendi. Sed quoniam (vt ſupra dictum eſt) probabilium argumentorum alia ſunt neceſſaria, alia non neceſſaria: cum loci probabilium argumētorum dicūtur, euenit vt neceſſariorū quoq; doceant, Quo fit, vt oratoribus quidem ac dialecticis hęc principaliter facultas paretur: Secundo vero loco philoſophis. Nam in quo probabilia quidem omnia conquiruntur, dialectici atque oratores iuuantur. In quibus vero probabilia ac neceſſaria docentur, philoſophiæ demonſtrationis miniſtratur vbertas. Non modo igitur dialecticus atque orator, verum etiam demonſtrator, ac veræ argumentationis effector, habet, quod ex poſitis locis poſſit aſſumere: cum intra argumentorum probabilium locos, neceſſariorum quoque principia traditio iſta contineat. Illa uero argumenta, quę neceſſaria quidem ſunt, ſed non probabilia, atq; illud vltimum genus. ſ. nec probabile nec neceſſarium, a propoſiti operis conſideratione ſeiunctum eſt; niſi quod interdum quidam

ſophiſtici

ſophiſtici loci exercendi gratia lectoris, adhibent. Quocirca Topicorum paritas vtilitas inteotioq; patefacta eſt. His .n. & dicendi facultas, & inueſtigatio ueritatis augetur. Nã q dialecticos atq; oratores locorum iuuat agnitio, orationi per inuentionem copiam pręſtat: q vero neceſſariorum doctrinã locorum philoſophis tradit, viã quodammodo veritatis illoſtrat. Qoo magis per veſtiganda eſt, rimandaque vlterius diſciplina, eaq; cum agnitione percepta ſit, vſu atque exercitatione firmanda. Magnum .n. aliquid locorum conſideratio pollicetur ſcilicet inueniendi vias. Quod quidem hi qui ſunt huius rationis expertes ſoli prorſus ingenio deputant, neq; intelligunt quantum hæc cooſideratione quęratur, quę in artem redegit uim poteſtatemque naturæ. Sed de his hactenus. Nunc de reliquis explicemus.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi de differentijs Topicis.

## LIBER SECVNDVS.

### *De argumẽtationẽ & eius ſpeciebus, ſyllogiſmo, inductione, enthymemate, & exemplo. Cap. I.*

OMNIA quidẽ, quæ ſuperioris ſerie voluminis expedita ſunt, minus quibuſdã forſitao eruditis ſuperuacanea quodammodo, & quaſi dependentia uidebũtur. Nam cum de differentijs Topicis librorum titulum legerint, omiſſis doctrinæ gradibus ſtatim finem operis attendũt. Mihi ãt id neceſſarium videtur, quod niſi ſit præcognitũ, ad vlteriora diſceotis animus peruenire non poſſit. Hi quoq;, qui ounc oẽm primi voluminis diſputationem ſuperfluã putant, ſi cuncta perlegant, contextiooemq; operis mente ac rõne colluſtrent, deſinent profecto iudicare ſuperfluũ, qđ neceſſario uiderint in parte operis collocatum. Atq; hęc hactenus. Sed qm̃ de his quę antea poſuimus, ideſt de propoſitione, qõne, concluſione, argumento ſufficienter dictõ eſt, nunc de argumentatione tractemus. Argumentatio eſt per orationem argumenti explicatio. Huius autem ſpecies duę ſunt, vna quę ſyllogiſmus, altera quæ vocatur inductio. Syllogiſmus eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis & conceſſis, aliud quiddam per ea ipſa quę conceſſa ſunt, euenire neceſſe eſt, q̃ ſint ipſa quę conceſſa ſunt. Huius definitionis rationem ſecundus qoidem liber eorum, quibus inſtitutionẽ in categoricos ſcripſimus ſyllogiſmos plene continet. Sed propter intellectus facilitatem, idem breuiter aperiemus exẽplo. Sit .n. ſyllogiſmus hic, omois homo animal eſt, omne animal ſubſtantia eſt, omnis igitur homo ſubſtantia eſt. Totum igitur hoc oratio eſt, in qua poſitis quibuſdam, & conceſſis, ideſt duabus propoſitionib. quę ſunt, omnis homo animal eſt, & omne animal ſubſtantia eſt: per ea ipſa quę conceſſa ſunt, efficitur aliud aliquid, id ſcilicet quod eſt concluſio, omnis igitur homo ſubſtantia eſt. per propoſitiones enim quę conceſſæ ſunt, ſequentia neceſſario concluſionis infertur. Sunt autem propoſitiones hæ, omnis homo animal eſt, & omne animal ſubſtãtia eſt: atq; ex his efficitur aliud quiddam, q̃ ſunt ipſa quę conceſſa ſunt. Concluditur .n. igitur oĩs homo ſubſtantia eſt. Quod longe diuerſum eſt, & ab ea propoſitione quæ dicit, omnis homo animal eſt, & ab ea proponit, omne animal eſſe ſubſtantiam. Syllogiſmorum vero alii prędicatiui ſunt, qui categorici vocantur: alii conditionales, quos hypotheticus dicimus. Et prędicatiui quidem ſunt qui ex omnibus p̃dicatiuis propoſitionibus connectuntur, vt is quẽ exempli gratia ſuperius annotaui, omnibus .n. prædicatiuis propoſitionibus rexitur. Hypothetici vero ſunt; quorum propoſitiones conditione nectuntur, vt hic, Si dies eſt, lux eſt: eſt autem dies, lux igitur eſt. propoſitio .n. prima cooditionem tenet hanc, qm̃ ita demum lux eſt, ſi dies eſt. Atque ideo ſyllogiſmus hic hypotheticus ideſt conditionalis, vocatur. Inductio vero eſt oratio per q̃ ſit a particularibus ad vniuerſalia progreſſio hoc mõ, Si in regeodis nauib. non ſorte, ſed arte eligitur gubernator: ſi in regendis equis auriga noo ſortis euentu, ſed artis commendatione aſſumitur: ſi in adminiſtranda republica noo ſors principem facit, ſed peritia moderandi, ſimiliaque in pluribus conquirũtur, quibus infertur, & in omoi quoq; re, q̃ quiſq; regi atqui adminiſtrari grauiter uolet, non ſorte accommodat ſed arte rectorẽ. Vides igitur quo modo per ſiogulas res currat oratio, vt ad vniuerſale perueniat. Nam cum nõ ſorte regi, ſed arte nauim, currum & rempublicam collegiſſet, qua ſi in cęteris quoq; ita ſeſe res habeat, quod vniuerſale erat concludit, hoc mõ, In omnibus quoq; rebus non ſorte ductũ, ſed arte principem debere præponi. Sępe autem multorum collecta particularitas, aliud quiddã particulare demonſtrat, vt ſiquis ſic dicat. Si neq; nauibus, neq; curribus, neq; agris ſorte præponuntur rectores, ne rebus quidem publicis rectores ſorte ducendi ſunt. Quod argumentationis genus maxime ſolet eſſe probabile, & ſi noo æquã ſyllogiſmo habeat firmitatem. Syllogiſmus nanq; ab uniuerſalibus io particularia decurrit, eſtque in eo ſi veris propoſitionibus contexat, firma atq; incommutabilis veritas. At inductio quidẽ habet maximam probabilitatem, ſed interdum a ueritate deficit, vt in hac, Qui ſcit canere, cantor eſt, & qui luctari luctator eſt, quinq; ædificare ędificator eſt. Quibus multis ſimili rõne collectis inferri poteſt, qui ſcit igitur malũ, malus eſt. qđ non procedit. Mali quippe notitia deeſſe bono nõ põt. virtus .n. ſeſe diligit & aſpernatur cõtraria, cum vitare vitium niſi cognitum nequeat. His igitur duobus velut principiis & generibus argumentandi, duo quidem alii deprehenduntur argumentationis modi: vnus quidẽ ſyllogiſmo, alter vero inductioni ſuppoſitus. Io quibus quidem promptũ ſit cõſiderare, q ille quidem a ſyllogiſmo, ille vero ab inductione ducat exordium, non tñ aut hic ſyllogiſmum, aut ille impleat inductionem: Hi autem ſunt enthymema, atq; exẽplũ. Enthymema quippe eſt imperfectus ſyllogiſmus, i. oratio in qua noo omnibus antea propoſitionibus conſtitutis, inferẽ feſtinata concluſio, vt ſiquis ita dicat, homo animal eſt, ſubſtantia igitur eſt. prætermiſit enim alteram propoſitionem, qua proponitur, omne animal eſt ſubſtantia. Ergo qm̃ enthymema ab vniuerſalibus ad particularia probanda contendit, quaſi ſimile ſyllogiſmo eſt: q vero non omnibus, q̃ conueniunt ſyllogiſmo utitur propoſitionibus, a ſyllogiſmi diſcedit, atque ideo imperfectus vocatus eſt ſyllogiſmus. Exẽplũ quoq; inductioni ſimili ratione copulatur, & ab ea diſſidet. Eſt .n. exemplum quod per particulare propoſitum, particulare quoddam contendit oſtẽdere hoc modo. Oportet a Tullio conſule necari Catilinam: cũ a Scipiooe. Gracchus fuerit interemptus. Approbatum eſt .n. Catilinam a Cicerone debere perimi: q a Scipione Gracchus fuerit occiſus. Quę vtraq; particularia eſſe, ac non vniuerſalia ſingularum deſignat interpoſitio perſonarum. Qm̃ igitur ex parte pars approbatur, quaſi inductionis ſimilitudinem tenet id quod exemplum vocamus: quod vero non plures quibus id efficiat, colligit partes, ab inductione diſcedit. Ita igitur duę ſunt argumentandi ſpecies principales, vna quæ dicitur ſyllogiſmus, altera quæ vocatur inductio. Sub his autem & velut ex his manaotia enthymema atq; exemplum. Quę quidẽ omnia ex ſyllogiſmo ducuntur, & ex ſyllogiſmo uires accipiunt. ſiue .n. ſit enthymema, ſiue inductio, ſiue exemplũ ex ſyllogiſmo quam maxime fidem capit. quod in prioribus reſolutoriis quę ab Ariſtotele tranſtulimus, demonſtratũ eſt. Quocirca ſatis eſt de ſyllogiſmo differere, quaſi principali, & cæteras argumentationis ſpecies continente.

### *De locis & eorum per diuiſionem inuentione. Cap. II.*

REſtat ounc quid ſit locus aperire. Locus nanque eſt (vt M. Tullio placet) ſedes argumenti. Cuius definitionis quę ſit vis, paucis abſoluam. Argumẽti enim ſedes partim propoſitio maxima intelligi poteſt, partim

maximę

maximę ꝓpoſitionis dr̃ia. Nam cum ſint aliæ propoſitiones quæ cum per ſe notæ ſint, tum nihil vlterius habeát quo demonſtrētur, atq; hæ maximæ, & principales vocentur; ſintq; alię quarum fidē primæ ac maximę ſuppleant propōnes: neceſſe eſt, vt oīum q̃ dubitantur, illę antiquiſſimā teneāt probationē, quæ ita aliis facere fidem pſſit, vt ipſis nihil notius queat inueniri. Nam ſi argm̃ eſt qđ rei dubiæ facit fidē, idq; notius ac ꝓbabilius eſſe oportet, q̃ illud ē quod ꝓbatur: neceſſe eſt, vt argumentis omnib. illa maximā fidē tribuant, q̃ ita per ſe nota ſunt, vt aliena probatione non egeant. Sed hmōi propoſitio aliquoties quidem intra ambitum argumenti continetur, aliquoties vero extra poſita argumenti vires ſupplet ac perficit. Exemplum quidem eſt eius argumenti, quod maximam propoſitionem tenet, hmōi. Sit enim quęſtio, an melius ſit regum conſulatu Ita igitur dicemus. Regnum diuturnius eſt, quam conſulatus, cū vtrunq; ſit bonum. At vero quod diuturnius eſt bonum, eo quod eſt parui tpis, melius eſt. Regnum igitur melius eſt quā cōſulatus. Huic igitur argumentationi maxima propoſitio, ideſt locus inſertus eſt, illa .ſ. diuturniora bona, ſunt melioris meriti quam ea quæ parui ſunt tēporis: hoc .n. ita notum eſt, vt extrinſecus probatione nō egeat, & ipm̃ aliis poſſit eſſe ꝓbatio. Atq; ideo hæc ꝓpoſitio totam continet ꝓbationem: & cum inde naſcitur argumēto, recte locus, ideſt argumēti ſedes vocatur. At vero quemadmodum extra poſita propoſitio maxima, vires afferat argumento, tale ſit exemplum. Sit propoſitum demonſtrare, qm̃ inuidus ſapiens non eſt, Inuidus eſt qui alienis affligitur bonis: Sapiens autē bonis non affligitur alienis: Inuidus igitur ſapiens non eſt. In hac igitur argumentatione propoſitio quidem maxima nō eſt incluſa, ſed argumentationi vires ipſa maxima ſubminiſtrat. Eſt .n. hic ſyllogiſmo fides ex ea propoſitione per q̃ cognoſcimus, Quorum diuerſa eſt definitio, ipſa quoq; diuerſa eſſe. Eſt autem definitione inuidi, alienis bonis tābeſcere. Quod qm̃ non venit in ſapientem, idcirco ſapiens ab inuido ſeiungitur. Eſt igitur vno quidem modo locus (vt dictum eſt) maxima, & vniuerſalis, & principalis, & indemonſtrabilis, atq; per ſe nota ꝓpoſitio, quę in argumentationibus, vel inter ipſas propoſitiones, vel extrinſecus poſita, vim tn̄ argumentis & propoſitionib. ſubminiſtrat. Ideo aūt vniuerſales, & maxime propoſitiones, loci ſunt dictę, qm̃ ipſę ſunt, quæ continent cæteras propoſitiones, & per eas fit conſequens & rata concluſio. Ac ſicut locus in ſe corporis continet q̃titatem: ita hę propoſitiones quæ ſunt maximæ, intra ſe oēm uim poſteriorum, atq; ipſius concluſionis cōſequentiam tenent. Et vno quidem modo locus, i. argumenti ſedes, dicitur maxima principaliſq; propoſitio, fidem cæteris ſubminiſtrans. Alio vero modo loci vocātur maximarum differentię propōnum, quæ .ſ. ab his ducuntur terminis qui in qōne ſunt conſtituti. De quibus deinceps differendum eſt. Cum .n. ſint plurimę propoſitiones, quæ maximę vocantur, hęq; ſint inter ſe diſſimiles, quibuſcūq; differentiis inter ſe diſcrepāt, eas oē locos vocamus, Nā ſi ipſę propoſitiones maximę, argōrum loci ſunt, & differētias earum, argumentorum locos eſſe neceſſe eſt. Nam vniuſcuiuſq; ſuba ex ꝓprijs differentiis cōſtat, vt hominis ex rationalitate, q̃ eius ē differētia. Et hi loci, q ſunt differētiæ ꝓpoſitionum, ipſis propoſitionib. vniuerſaliores exiſtūt, veluti vniuerſalior eſt rationalitas homine. Atque ideo pauciores eſſe deprehēdunt hi loci, q in differentiis poſiti ſūt, q̃ ꝓpoſitiones ipſæ quarum ſunt differentię. Omnia .n. quæ vniuerſaliora ſunt, pauciora ſemper eſſe contingit. & ideo facile ſub ſcientia cadere poſsunt, quorum tam multus numerus non eſt, ut cito a memoria diſcentis elabantur. Quæ vero ſint hę differētię, melius diuiſione ꝓducunt. In prædicatiuis autem qōnib. vnus quidem ſubiectus terminus dicitur, alius prędicatus. Nihil quippe in prædicatiuis qōnibus aliud quęritur, niſi an ſubiecto prędicatus inhęret. Quod ſi in eſſe conſtiterit, quæritur ita ne inſit, vt genus, aut vt accidens, aut vt proprium, aut vt definitio. Nam ſi oſiditur non in eſſe, de qōne nihil relinquitur. Nam quod non ineſt, omnino nec vt accidens, nec vt definitio, nec vt genus, nec vt proprium ineſſe pōt. Quod ſi ineſſe cōſtiterit, reſtat queſtio quinam modus ſit de quatuor inhęrēdi. Solum vero ineſſe ad accidens maxime pertinet. nam cum neque, vt genus, neque vt definitio, neque vt ꝓprium ineſt, ſed ineſt tamē, vt accidens ineſſe neceſſe eſt. Quę cum ita ſint, eorū locorum, quos in maximarum propoſitionum differentia conſtituimus, facienda diuiſio eſt. Per ſingula vero quęque currentibus manifeſtius apparebit exemplo, quid maximę propoſitiones a ſuis differētiis diſtent. Etenim qōnes, argumenta, propoſitiones maximas ac principales, earū locqs, i. differentias, per vnumquodq; dabimus exemplum.

## *De locis a ſubſtantia rei ſumptis. Cap. III.*

OMnes igitur loci, ideſt maximarum differentię propoſitionum, aut ab his ducantur neceſſe eſt terminis, qui in quæſtione ſunt poſiti, prædicato, ſcilicet atq; ſubiecto, aut extrinſecus aſſumatur, aut horum medij, qui inter vtroſque verſantur. Eorum vero locorum qui ab his ducuntur terminis, de quibus in qōne dubitatur, duplex eſt modus: Vnus quidem ab eorum ſubſtantia: Alter vero ab his quæ ſubſtantiam eorum conſequuntur. Hi vero qui a ſubſtantia ſunt in ſola definitione conſiſtunt. Definitio enim ſubſtantiam monſtrat, & ſubſtantiæ integra demōſtratio definitio eſt. Sed id quod dicimus patefaciamus exemplis, vt omnis quęſtionum, & argumentorum, & locorum ratio colliqueſcat. Age enim quęratur, an arbores animalia ſint, fiatq; huiuſmodi ſyllogiſmus, Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis: arbor vero ſubſtantia animata ſenſibilis non eſt, arbor igitur animal nō eſt. Hæc de gn̄e qō eſt, vtrum enim arbores ſub animalium genere ponendæ ſint quæritur. Locus qui in vniuerſali propoſitione conſiſtit, hic eſt, Cui generis definitio non conuenit, id eius cuius ea definitio eſt, ſpecies non eſt. Loci ſuperior differentia, qui locus nihilominus nuncupatur, a definitione. Vides igitur, vt tota dubitatio quęſtionis, ſyllogiſmi argumētatione tractata ſit per conuenientes, & congruas propoſitiones, quę vim ſuam ex prima, & maxima propoſitione cuſtodium, ex ea ſcilicet, quæ negat eſſe ſpeciem, cui non conuenit generis definitio, atque ipſa vniuerſalis propoſitio a ſubſtantia tractata eſt, vnius eorum termini, qui in quęſtione locati ſunt, vt animalis, id eſt ab eius definitione, quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Ita igitur in cæteris quæſtionibus ſtrictim ac breuiter locorum differentijs commemoratis, oportet vniuſcuiuſque proprietatē vigilantis animi alacritate percipere. Huius autem loci, qui a ſubſtantia ducitur, duplex eſt modus: partim nanque a definitione, partim a deſcriptione argumenta ducuntur. Differt autem definitio a deſcriptione, quod definitio genus ac differentias ſumit. Deſcriptio ſubiecti intelligentiam claudit, quibuſdā vel accidentibus efficientibus vnam proprietatem vel ſubſtantialib. differentijs pręter conueniens genus aggregatis. Sed hæ definitiones, q̃ ab accidentib. fiunt, tametſi vn̄r nullo modo ſubſtantiam demōſtrare, tn̄ quoniam ſępe verę definitionis vice ponuntur, q̃ ſubam demonſtrant: illę ēt probationes q̃ a deſcriptione ſumuntur, a ſubſtantię loco vn̄r aſſumi. huius vero tale ſit exemplum, quęratur .n. an albedo ſubſtātia ſit, hic quæritur an albedo ſubſtantię velut gn̄i ſupponatur. Dicimus igitur, ſubſtantia eſt, quę omnibus accidentibus poſſit eſſe ſubiectum. Albedo autem nullis accidentibus ſubiacet. Albedo igitur ſubſtantia non eſt. Locus, ideſt maxima propoſitio eadem, quę ſuperius. Cuius .n. definitio, vel deſcriptio ei, quod dicitur ſpecies eſſe, non conuenit, id eius quod ſpecies eſſe perhibetur, genus non eſt. Deſcriptio vero ſubſtantiæ albedini non conuenit, albedo igitur ſubſtantia non eſt. Loci differentia ſuperior, a deſcriptione, quam dudum locauimus in ratione ſubſtantiæ. Sunt etiam definitiones quæ non a rei ſubſtantia, ſed a nominis ſignificatione ducuntur, atq; ita rei, de qua quęritur, applicantur. vt ſi quęratur vtrum philoſophiæ ſtudeudum

deudum

de:adũ ſit erit argumẽtatio talis. Philoſophia amor ſapientiæ eſt, huic ſtudẽdum nemo dubitat, ſtudẽdũ igitur eſt philoſophię. Hic .n. non definitio rei, ſed nominis interpretatio argũ dedit: quo Tullius & in Hortenſio, in eiuſdem philoſophie vſus eſt defenſione, & vocatur Græce quidem ὀνοματικὸς ὅρος, Latine autem nominis interpertatio. Ac de his quidẽ argumẽtis quæ ea ſubſtantia terminorũ I qõne poſitorum aſſumunẽ, claris (vt arbitror) patefecimus exẽplis.

## *De locis ſumptis a concomitantibus rei ſubſtantiam. Cap. IIII.*

NVnc de his dicẽdũ eſt, qui terminorum ſubãm cõſequunẽ. Horũ multifaria eſt diuiſio, plura ſunt .n. quæ ſubĩjs ſingulis adhęreſcunt. Ad his igiẽ, q̃ cuiuslibet ſubãm comitanẽ, argã duci ſolẽt, aut ex toto, aut ex partib. aut ex cauſis vel efficiẽtib. vel materia, vel naturali forma, vel fine. Et eſt efficiẽs q dẽ cauſa, q̃ mouet atq; operaẽ, vt aliquid explicẽ. Materia vero, ex qua fit aliqd, vel qua fit. Finis, ꝑpter qđ fit. Sũt & inter eos locos qui ex his ſumunẽ q̃ ſubãm cõſequunẽ, aut ab effectib. aut a corruptionib. aut ab vſib. aut ꝑter hos omnes a cõiter accidẽtib. Quę cũ ita ſint, eũ prius locũ qui a toto fit inſpiciamus. Totum duobus modis dici ſolet, aut vt genus, aut ut id quod integrum ex plurib. partibus conſtat. Et illud quidem quod vt genus totum eſt, hoc modo ſæpe q̃onibus argumenta ſuppeditat, vt ſi ſit qõ, an inſtitia vtilis ſit, fit ſyllogiſmus: Omnis virtus vtilis eſt, iuſtitia virtus eſt, iuſtitia igitur vtilis eſt. Hic eſt qõ de accidenti, ideſt an accidat iuſtitię vtilitas. Locus eſt is qui in maxima propoſitione conſiſtit: Quę generi adſunt, ſpeciei adſunt. Huius ſuperior locus eſt, a toto, ideſt a genere, virtute .ſ. quæ iuſtitię genus eſt. Rurſus ſit qõ; an humanæ res prouidentia regantur, dicemus, Si mundus prouidentia regitur, hominis autem partes mundi ſũt, humanę igitur res prouidentia reguntur. Qõ de accidenti. Locus, Quod toti conuenit id congruit & parti. Supremus locus, a toto, id eſt ab integro qđ partibus conſtat. Id vero mundus eſt, qui hominibus totum eſt. A partibus etiam duobus modis argumenta naſcuntur: aut enim a generis partibus quę ſunt ſpecies, aut ab integri, id eſt totius, quę partes tñ proprio vocabulo nuncupantur: & de his quidem partibus quę ſpecies ſunt, hoc modo ſit qõ, an virtus mentis bene conſtitutę ſit habitus. Qõ eſt de definitione, id eſt an habitus mentis bene conſtitutę ſit virtutis definitio. Faciemus itaque ſpeciebus argumentationem ſic. Si iuſtitia, fortitudo, moderatio, atque prudentia habitus mentis bene conſtitutę ſunt: hęc autem quatuor virtuti veluti generi ſubiiciuntur, virtus ergo bene conſtitutæ mentis eſt habitus. Maxima propoſitio: Quod in ſingulis partibus ineſt, id toti ineſſe neceſſe eſt. Argũ vero a partibus, id eſt a generis partibus, quæ ſpecies nuncupantur. Iuſtitia .n. fortitudo, modeſtia, & prudentia, virtutis ſpecies ſunt. Item ab his partibus quæ integri partes eſſe dicuntur, ſit qõ, an ſit vtilis medicina, hęc in accidentis dubitatione conſtituta eſt, dicemus. Si depelli morbos, ſalutemque ſeruari, mederique vulneribus vtile eſt, vtilis medicina eſt. At depelli morbos, ſeruari ſalutẽ, mederiq; vulneribus vtile eſt, vtilis igitur medicina eſt. Sępe autem & vna quęlibet, pars valet vt argumentationis firmitas conſtet hoc modo, ut ſi de aliquo dubitetur, an ſit liber factus. Si eum vel cenſu vel teſtõ, vel vindicta manumiſſum eſſe monſtremus, liber factus oſtenſus eſt. atque hæ partes erant dandę libertatis. vt rurſus ſi dubitetur, an ſit domus, quod eminus proſpicitur: dicemus qm̃ non eſt. Nam vel tectum vel parietes, vel fundamenta ei deſunt. ab vna rurſus parte factum eſt argũ. Licet autem non ſolum in ſubſtantiis, verumetiã in modo, in tẽporibus, I q̃titatibus, in loco totum parteſq; reſpicere. Id enim quod dicimus ſemper in tpe totum eſt. Id quod dicimus aliqñ; in tpe pars eſt. Rurſus ſi ſimpliciter aliquid proponamus, in modo totum eſt, ſi cum adiectione aliqua, pars ſit in modo, Item ſi omnia dicamus, in quantitaẽe totum dicimus, ſi aliquid a quãtitate excerpſimus, quantitatis ponimus partem. Eodem modo & in loco, quod vbiq; eſt, totũ eſt: quod alicubi, pars. Horũ ãt oĩum hęc cõiter debetur exẽpla, a toto ad partem ẽm tempus. Si deus ſp eſt, & nunc eſt. A parte ad totum ẽm modum. Si aĩa aliquo modo mouetur, & ſimpliciter mouetur. Mouetur ãt cũ iraſcitur: vniuerſaliter igiẽ & ſimpliciter mouetur. Rurſum a toto ad partes I quãtitate. Si verus eſt Apollo in omnibus vatẽ: verum erit. Pyrrhum Romanos ſuperare. Rurſus in loco, ſi Deus vbique eſt, & hic igitur eſt. Sequitur locus, qui nuncupãtur a cauſis: ſunt vero plures cauſę, quę vel principium motus præſtant atque efficiunt, vel ſpecierum formas ſubiectæ ſuſcipiunt, vel propter ea aliquid fit, vel quę cuiuſlibet forma eſt. Argũ igitur ab efficiẽte cauſa, ut ſiquis iuſtitiam naturalẽ uelit oſtẽdere, dicat congregatio hominum naturalis eſt, iuſtitiam vero congregatio hominum fecit, iuſtitia igitur naturalis eſt. Qõ de accidenti. maxima propoſitio. Quorũ efficiẽtes cauſæ ſunt naturales, ipſa quoque ſunt naturalia. Locus ab efficientibus cauſis. Quod .n. vniuſcuiuſq; cauſa eſt, id eam rem efficit, cuius eſt cauſa. Rurſus ſiquis Mauros arma non habere contendat, dicet idcirco eos armis minime vti ꝙ his ferrum deſit. Maxima propoſitio, Vbi materia deeſt, & quod ex materia efficitur deſit. Locus a materia. Vtrunque vero, id eſt ab efficientibus atque materia, vno nomine a cauſa nuncupatur. æque .n. id quod efficit, atque id quod operantis actum ſuſcipit, eius rei quę efficitur cauſę ſunt. Rurſus a fine, ſit propoſitum ſic, an iuſtitia bona ſit. fiat argumentatio talis, ſi beatum eſſe bonum eſt, & iuſtitia bona eſt. hic .n. eſt iuſtitiæ finis, ut ſiquis ſecundum iuſtitiã viuat, ad beatitudinem perducatur. Maxima propoſitio, Cuius finis bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt. Locus a fine. Ab eo quoque quod cuiuſlibet forma eſt, ita, non potuiſſe volare Dedalum, qm̃ nullas naturali forma pennas habuiſſet. Maxima propoſitio. Tñ quęque poſſe, quantum forma naturalis ſua permiſit. Locus a forma. Ab effectibus vero, & corruptionibus, & vſibus hoc modo. Nam ſi bona eſt domus, & conſtructio domus bona eſt. & econtrario, ſi bona eſt conſtructio domus, bona eſt domus. Rurſus, ſi deſtructio domus mala eſt, bona eſt, domus: & ſi bona eſt domus, mala eſt deſtructio domus. Et ſi bonum equitare eſt, bonus eſt equus: & ſi bonus eſt equus, bonum eſt equitare. Eſt autem primum quidem exemplum a generationib. quod idẽ ab effectibus vocari põt. Secundum a corruptionibus. Tertium ab vſibus. omnium aũt maxima propoſitio, Cuius effectio bona eſt, ipſum quoq; bonum eſt. & econuerſo, Cuius corruptio mala eſt, ipſum quoq; bonum eſt, & econuerſo. Et, cuius vſus bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt, & econuerſo. A communiter accidentib argumenta fiunt quoties ea ſumũtur accidẽtia, quæ relinquere ſubiectũ vel nõ pñt, vel non ſolent: vt ſi quis hoc modo dicat. Sapientem non pœnitebit, pœnitentia enim malum factũ comitatur. Quod quia in ſapiente non conuenit, ne pœnitentia quidem. Quęſtio de accidente. Maxima propoſitio. Cui nõ ineſt aliquid, ei nec illud quod eius eſt conſequens ineſſe poteſt. Locus a communiter accidentibus.

## *De locis extra rei materiam poſitis. Cap. V.*

EXpeditis igiẽ locis his, q ab ipſis terminis in quæſtione poſitis aſſumuntur: nunc de his dicendum eſt, qui licet extrinſecus poſiti, argumẽta tamen q̃onibus ſubminiſtrant. Hi vero ſunt vel ex rei iudicio, vel ex ſimilibus, vel a maiore, vel a minore, vel a proportione, vel ex oppoſitis, vel ex tranſumptione. Et ille quidem locus, qui rei iudicium tenet, eſt hmõi, vt ſi dicamus id eſſe quod vel omnes iudicant, vel plures: & hi vel ſapientes, vel ſecundum vnamquanq; artium penitus eruditi. Huius exemplum eſt, Cælũ eſſe volubile, quod ita ſapientes atq; aſtrologi doctiſſimi iudicauerunt. Qõ de accidente. Maxima propoſitio, Quod omnibus vel pluribus, vel ſapientibus

bus hominibus videtur, ei contradici non oportere. Locus a rei iudicio. A ſimilibus vero hoc mõ. Si dubitetur an hoīs proprium ſit bipedẽ eſſe, dicemus. Similiter ineſt equo quadrupes, vt homini bipes. Nõ eſt aũt equo quadrupes ꝓpriũ. Non eſt igitur homini bipes proprium. Qõ de proprio. Maxima propoſitio, Si quod ſimiliter ineſt, non eſt proprium, nec id de quo quęritur, eſſe proprium poteſt. Locus a ſimilibus, hic uero in gemina diuiditur: hęc .n. ſimilitudo aut in qualitate conſiſtit, aut in quantitate, ſed in quantitate paritas, ideſt ęqualitas nuncupatur: in qualitate ſimilitudo. Rurſus ab eo quod eſt magis. Si quæratur an ſit animalis definitio, quod ea ſe moueri poſſit, dicemus ſic. Magis oportet animalis definitionem eſſe quòd naturaliter uiuat, q̃ quòd ex ſe moueri poſſit. Non eſt autem hęc definitio animalis ꝙ naturaliter viuat. Nec ea quidem igitur quę minus videtur eſſe, quod ex ſe moueri poſſit, animalis definitio putanda eſt. Qõ de definitione. Maxima propoſitio, Si id quod magis videtur ineſſe non ineſt, nec id quod minus uidebit̃ ineſſe inerit. Locus ab eo quod magis eſt. A minoribus vero cõuerſo modo. Nam ſi eſt hominis definitio, animal greſſibile bipes, cum id minus videatur eſſe definitio hominis, q̃ animal rationale mortale, ſitque definitio hominis ea quę dicit animal greſſibile bipes, erit definitio hominis animal rationale mortale. Qõ de definitione. Maxima propoſitio, Si id quod minus videtur ineſſe ineſt, id quod magis videbit̃ ineſſe, inerit. Multę autem ſunt diuerſitates locorum ab eo qđ eſt magis & minus argumẽta miniſtrantium, quos in expoſitione Thopicorum Ariſtotelis diligentius perſecuti ſumus, Item a proportione, vt ſi quæratur, an ſorte ſint eligẽdi in ciuitatibus magiſtratus, dicamus minime: quia ne in nauibus quidem gubernator ſorte pręficitur, eſt.n. proportio. Nã vt ſeſe gubernator habet ad nauim, ita magiſtratus ad ciuitatem. Hic autem locus diſtat ab eo, qui a ſimilibus ducitur. Ibi.n. vna res vnicuilibet alij comparatur. In proportione vero non eſt ſimilitudo rerum, ſed quædam habitudinis comparatio. Qõ de accidẽti. Maxima propoſitio, Quod in vnaquaq; re euenit, id in eius proportionali euenire neceſſe eſt, Locus proportione. Ex oppoſitis uero multiplex ẽ locus. Quatuor.n. ſibimet opponuntur modis, aut.n. vt contraria aduerſo ſeſe loco conſtituta reſpiciunt, aut ut priuatio & habitus, aut ut relatio, aut vt affirmatio, & negatio. Quorum diſcretiones in eo libro qui de decem prædicamẽtis ſcriptus eſt, commemoratę ſunt. Ab his hoc modo argumenta naſcuntur. A contrarijs, ſi quæratur an ſit uirtutis ꝓprium laudari, dicam minime, quia nec uitij quidem uituperari. Qõ de proprio. Maxima propoſitio, Contraria contrarijs conueniunt. Locus ab oppoſitis, id eſt ex contrario. Rurſus in quęſtione ſit poſitum, an proprium ſit oculus habentium videre: Dicam non. eos nanq; qui vident, alias etiã cæcos eſſe cõtingit. Nam in quibus eſt habitus, in eiſdẽ etiam poterit eſſe priuatio, & quod eſt proprium, non poteſt a ſubiecto diſcedere. Et qm̃ veniẽte cęcitate viſus abſcedit, nõ eſſe proprium habentium oculos videre conuincitur. Qõ de proprio. Maxima propoſitio, Vbi priuatio abeſſe poteſt, habitus proprium non eſt. Locus ab oppoſitis ſecundum habitum & priuationem. Rurſus ſit in qõne propoſitum, an patris ſit proprium procreatorem eſſe: Dicam recte videri, quia filij eſt proprium procreatum eſſe. vt.n. ſeſe habet pater ad filium, ita procreator ad procreatum. Quæſtio de ꝓprio. Maxima propoſitio, poſitorum ad ſe relatorum propria, & ipſa ad ſe referuntur. Locus a relatiuis oppoſitis. Itẽ ſit in quęſtione propoſitum, an ſit animalis proprium moueri. Negetur, quia nec inanimati quidem eſt proprium, non moueri. Quæſtio de proprio. Maxima propoſitio; Oppoſitorum oppoſita propria eſſe oportere. Locus ab oppoſitis ſecundum affirmationem, & negationem. Moueri enim & non moueri ſecundum affirmationem & negationem ſibimet opponuntur. Ex tranſſumptione hoc modo fit, cum ex his terminis in quibus quęſtio conſtituta eſt, ad aliud quiddam notius dubitatio transfertur, & ex eius probatione ea quæ in quęſtione poſita ſunt, confirmantur, vt Socrates cũ quid poſſet in vno quoq; iuſtitia quęreret, omnem tractatũ ad reipublicæ tranſtulit magnitudinem, atq; ex eo quod illic efficeret, in ſingulis etiam valere confirmauit. Qui locus a toto forſitan eſſe uidebitur. Sed quoniam nõ inhęret his, de quibus proponitur terminis, ſed extra poſita res, hoc tm̃ quia notior videtur, aſſumitur. Idcirco ex tranſſumptione locus hic conuenienti vocabulo nuncupatus eſt. Fit uero hæc tranſſumptio, & in nomine, quoties ab obſcuro uocabulo ad notius argumentatio transfertur, hoc modo, vt ſi quęratur an philoſophus inuideat, ſitq; incognitũ, quid philoſophi ſignificet nomen: Dicemus ad vocabulum transferẽtes notius, non inuidere, quia ſapiens ſit. Notius vero eſt ſapientis vocabulum, quam philoſophi. Ac de his quidem locis qui extrinſecus aſſumuntur, liquide dictum eſt. Nunc de medijs diſputabitur.

*De locis mediis.* *Cap. VI.*

MEdijs autem loci ſumuntur vel ex caſu, vel ex coniugatis, vel ex diuiſione naſcẽtes. Caſus eſt alicuius nominis principalis inflexio in aduerbium, vt a iuſtitia inflectitur iuſte. Caſus igitur eſt a iuſtitia id quod dicimus iuſte. Cõiugata vero dicũtur, quæ ab eodem diuerſo mõ deducta fluxerunt, vt a iuſtitia iuſtum iuſtus. Hęc igitur inter ſe, & cum ipſa iuſtitia coniugata dicuntur, ex quibus omnibus in prõptu ſunt argumenta. Nã ſi id quod iuſte eſt, bonum eſt, & qđ iuſtum eſt, bonũ eſt: & ſi qui iuſtus eſt, bonus eſt, & iuſtitia, bona eſt. Hæc igitur ſm̃ proprij nominis ſimilitudinem cõſequuntur. Medij vero loci appellantur, qm̃ ſi de iuſtitia q̃ritur, & a caſu, vel a coniugatis argumenta ducuntur, neq; ab ipſa ſubſtantia proprie neq; coniuncte, neq; ab ijs quę ſunt extrinſecus poſita, videntur trahi, ſed ex ipſorum caſibus, i. quadam ex ipſis leui mutatione deductis. Iure igitur hi loci medij inter eos qui ab ipſis, & eos qui ſunt extrinſecus collocantur. Reſtat locus a diuiſione qui tractatur hoc modo. Omnis diuiſio vel negatione fit, vel partitione. Negatione fit, vt ſiquis ita pronunciet. Omne animal aut habet pedes, aut non habet. Partitione vero, velut ſiquis diuidat, omnis hõ, aut eſt ſanus, aut ęger. Fit autẽ vniuerſa diuiſio vel generis in ſpecies, vel totius ĩ partes, vel vocis in proprias ſignificationes, vel accidentis in ſubiecta, vel ſubiecti in accidẽtia, vel accidentis in accidentia. Quorum omnium rõnes in eo libro diligentius explicui, quem de diuiſione compoſui. Atq; idcirco inde ad horum oĩum cognitionem cõgrua petantur exẽpla. Fiunt aũt argumentationes per diuiſionẽ, tũ ex ſegregatione, quæ ꝑ negationem fit, tum ea quæ ꝑ partitionẽ. Sed qui his diuiſionibus vtuntur, aut directa ratiocinatione contendunt, aut in aliquod impoſſibile atq; inconueniens ducunt, atq; ita id qđ reliquerant, rurſus aſſumũt. Quę facilius quiſq; cognoſcet, ſi prioribus analyticis operã dederit. Horum tamen talia in pręſens pręſtabunt exẽpla notitiam: ſit in qõne propoſitum, an vlla ſit origo tẽporis. Quod qui negare uolet, id nimirũ ratiocinatione firmabit nullo mõ eſſe ortum, idq; directa ratiocinatione monſtrabit hoc mõ, Tempus aut originem habet, aut non. Sed quoniam mundus ęternus eſt, (id enim paulisper argumẽti gratia concedatur) mundus vero ſine tempore eſſe nõ potuit, tẽpus quoq; ęternum eſt: ſed quod ęternum eſt caret origine, tempus igitur originem non habet. At ſi per impoſſibilitatem idem deſideretur oſtendi, dicetur hoc modo, Tẽpus aut originem habet, aut non: ſed ſi tempus habet originẽ, non fuit ſemper. Tempus autem habet originem, fuit igitur quando non fuit tempus: ſed fuiſſe temporis eſt ſignificatio, fuit igitur tempus quando non fuit tempus, quod fieri non põt. Non eſt igitur ullum principium temporis. poſito nãq; vt ab vllo principium ceperit, inconueniens quoddam atq; impoſſibile contingit, fuiſſe tempus qñ non fuerit tempus. Reditur itaq; ad alteram partem ꝙ origine careat. Sed hæc quæ ex negatione diuiſio eſt, cum per eam quælibet argumenta ſumuntur, fieri nequit vt vtrumque ſit, quod

affirmatione & negatione diuiditur,Itaq; ſublato vno,alterum manet;poſitio altero,reliquum tollitur. Vocaturq; hic a diuiſione locus,medius inter eos,qui ab ipſo duci ſolēt,atque eos qui extrinſecus aſſumuntur.Cū.n.quæratur, an vlla ſit origo tpis, ſumitur quidē eſſe originem, & ex ea ꝑ propriam conſequentiā de re ipſa que quæritur fit impoſſibilisatis & mendacij ſyllogiſmus, Quo concluſio reditur ad prius qđ verum eſſe neceſſe eſt. Siquidē id qđ ei oppoſitum eſt,ad impoſſe aliquod inconueniensq; perducitur.Itaq; qm̄ ex ipſa re, de qua queritur, fieri ſyllogiſmus ſolet,quaſi ab ipſis locus eſt deductus,qm̄ vero nō in eo permanet,ſed ad oppoſitū redit,quaſi extrinſecus ſumitur. Idcirco hic a diuiſione locus inter vtrūq; medius collocatur. At vero qui ex partitione ſumuntur,duplici fiunt mō, Aliquoties.n.que diuiduntur,ſimus eſſe pñt,vt ſi vocem in ſignificationes diuidamus, oēs ſimul eſſe pñt,veluti cum dicimus, Amplector, aut actionem ſignificat,aut paſſionē,vel vtrūq; ſimul ſignificare pōt. Aliquoties veluti negationis modo que diuidunt ſimul eſſe non pñt,vt aut ſanus eſt,aut æger. Fit autem rōcinatio in priore quidem non diuiſionis, tum quia omnibus adeſt quod queritur, vel non adeſt: tum vero idcirco alicui adeſſe vel non adeſſe, quod alijs adſit aut minime. Nec in his explicandis diutius laborabimus, ſi priores reſolutorij vel Topica Ariſtotelis diligentius animum lectoris inſtruxerint. Nam ſi quæratur, vtrum canis ſubſtantia ſit,atq; hanc diuiſionem faciat collocutor,Canis vel latrabilis animalis, vel marinę bellue, vel cœleſtis ſyderis nomen eſt, demonſtretq; per ſingula & canem latrabilem ſubſtātiam eſſe, marinam quoq; belluam,& ſydus ſubſtantie poſſe ſupponi:mōſtrauit canem eſſe ſubſtantiam. Atq; hic quidem ex ipſis in qōne propoſitis uidebitur argumenta traxiſſe. At in talibus ſyllogiſmis,Aut ſanus eſt, aut eger:ſed ſanus eſt, non igitur eſt æger: ſed ſanus non eſt,æger igitur eſt, vel ita, ſed eger eſt,ſanus igitur non eſt.vel ita, ſed eger non eſt, ſanus igitur eſt.Ab his quæ ſunt extrinſecus ſumptus eſt ſyllogiſmus .i.ab oppoſitis. Idcirco totus hic a diuiſione locus inter vtroſq; medius eſſe perhibetur,qui ſi in negatione ſit conſtitutus, aliquo modo quidem ex ipſis ſumitur, aliquo modo vero ab exterioribus venit, Si uero a partitione ducantur argumenta, nunc quidem ab ipſis, nunc vero ab exterioribus copiam preſtant.

*De Themiſtii diuiſione quod omnes locos complectatur. Cap. VII.*

ET græci quidem Themiſtij diligentiſſimi ſcriptoris ac lucidi, & omnia ad facilitatem intelligentiæ reuocantis talis locorum videtur eſſe partitio. Que cum ita ſint, breuiter mihi locorum diuiſio commemoranda eſt. vt nihil preter eam monſtretur eſse relictum, quod non intra eam probetur incluſum.De quo.n.in qualibet quæſtione dubitatur, id ita firmabitur argumentis: vt ea vel ex ipſis ſumantur quæ in qōne ſunt conſtituta, vel extrinſecus ducantur, vel quaſi in confinio horum poſita veſtigentur. Ac preter hanc quidem diuiſionem nihil extra inueniri poteſt. Sed ſi ab ipſis ſumitur argm̄, aut ab ipſorum neceſſe eſt ſubſtantia ſumatur, aut ab his que eam conſequuntur,aut ab ijs qua inſeparabiliter accidunt,vel his adhærent, & ab eorum ſubſtantia ſeparari ſeiungiq; uel non poſſunt, vel non ſolent. Quæcunq; vero ab eorum ſubſtantia ducuntur,ea aut in deſcriptione,aut in definitione ſunt,& præter hæc a nominis interpretatione. Que vero ea velut ſubſtantiam continentia conſequuntur,talia ſunt,vt vel generis, vel differentiæ, vel integri,vel ſpecierum, vel partium loco circa ea que inquiruntur aſſiſtant.Item cauſæ, vel efficientes, vel materie, vel forme,vel finis,vel effectus, vel corruptiones,vel vſus, vel quantitates,vel tempus, vel modi. Quod vero proprie inſeparabile vel adherens accidens nuncupatur,id in communiter accidentibus numerabitur. Ex preter hec quidem aliquod quod cuique ineſſe poſſit inueniri poteſt. Quibus ita poſitis inſpiciamus nunc eos locos, quos dudum extrinſecus pronunciabimus aſſumi.Ea.n.que extrinſecus aſſumuntur, non ſunt ita ſeparata atq; diſiuncta, vt non aliquo mō quaſi e regione quadam ea quæ queruntur, aſpiciant. Nam & ſimilitudines & oppoſita ad ea ſine dubio referuntur,quibus ſimilia uel oppoſita ſunt: licet iure atq; ordine videantur extrinſecus collocata.Sunt autem hæc,ſimilitudo,oppoſitio,maius,minus,rei iudicium.In ſimilitudine.n. tum rei ſimilitudo,tum proportionis ratio continetur.Omnia.n.ſimilitudinem tenent.Oppoſita vero in contrarijs,in priuationibus,in relationibus,in negationibus conſtant. Comparatio vero maioris ad minus, quedam ſimilium diſſimilitudo eſt. Rerum.n.per ſe ſimiliū diſcretio maius ac minus facit. Quod.n. omni qualitate, omniq; ratione diſiunctum eſt,id nullo modo poterit comparari. Ex rei vero iudicio q̄ ſunt argumenta quaſi teſtimoniū præbent,& ſunt inartificiales loci,atq; omnino diſiūcti,nec rē potius q̄ iudicium,opinionemq; ſectantes. Tranſumptionis vero locus nunc quidem in æqualitate, nunc vero in maioris minoriſue comparatione cōſiſtit. Aut.n.ad id qđ eſt ſimile,aut ad id qđ eſt maius, aut minus fit argumentorum rationumq; tranſſumptio. Hi vero loci quos mixtos eſſe prediximus, aut ex caſibus, aut ex coniugatis, aut ex diuiſione naſcuntur: in quibus omnibus conſequentia & repugnātia cuſtoditur. Sed ea quidem que ex definitione,vel genere, vel differentia,vel cauſis argumenta ducuntur, demonſtratiuis maxime ſyllogiſmis vires atq; ordinem ſubminiſtrāt; reliqua veriſimilibus ac dialecticis.Atq; hi loci, qui maxime in eorum ſubſtantia ſunt, de quibus in quæſtione dubitatur, ad prædicatiuos ac ſimplices, reliqui uero ad hypotheticos & conditionales reſpiciunt ſyllogiſmos. Expeditis igitur locis, & diligenter tam definitione q̄ exemplorum luce patefactis,dicendum videt qūo hi loci maximarum ſint differentie propoſitionum, idque breui: neq; .n. longa diſputationes res eget:Omnes.n. maxime ꝓpoſitiones vel definitionē continent, vel deſcriptionē,vel nominis interpretationē, vel totum,vel partes, vel genus, vel ſpecies, vel cætera quibus differunt inter ſe maxime propoſitiones.Nā in eo qđ ſunt maxime non differunt,ſed in eo ꝙ he a definitione quidem,ille a gn̄e,aliæ vero veniunt ab alijs locis,& his iure differre,hiq; earum differentiæ dicuntur. Sed quoniam diuiſio Themiſtij patefacta eſt,nunc ad M.Tullij diuiſionem tranſeamus.

# ANITII MANLII SEVERINI Boethi de differentijs Topicis.

## LIBER TERTIVS.

*De locis a M. Tullio traditis, eorumque inter ſe diſtinctione. Cap. I.*

QVOD locorum differentias multipliciter varieque tractamus, nihil mirum diligentibus ingenijs videri debet: cum manifeſtum ſit, vnamquanque rem multis ſæpe differentijs, atq; in varias diuiſionis figuras poſſe partiri. Nam quia ſingulas res non vna, ſed plures ſepe differentie comprehendunt: neceſse eſt, vt ſecundum differentiarū varietatem fiat diuerſitas etiam diuiſionum, vt & numeri nunc eas colligimus differentias, ꝙ alij pares, alijs impares:nunc vero ꝙ alij primi atq; incompoſiti,alij ſecundi atq; compoſiti.Triangulorum & multis modis fieri partitionē geometrice diſcipline tenor oſtendit. Id tn̄ in omnibus peruidendū eſt,vt nihil extra in qualibet diuiſionis forma relinquatur, nihil ultra ſuperfluum ac præterq̄ neceſſe eſt,aggregetur:quare quid mirū videri debet, ſi cum antea ſm.Themiſtiū locorum differentias dederimus,nunc diuerſas ſecūdū M. Tullium depromamus? Cuius propoſita breuiter partitione, atque exemplis conuenientibus expedita, tum demū quo differat, vel quo congruat ſuperius digeſte diuiſioni,

diuiſioni,quo & altera claudat alteram commemorabo.Nã cum.M. Tullius omnem logicam facultatem, quam rationẽ diligentem differendi dixit, duas habere partes propoſuerit,vnam inueniendi, alteram iudicandi: cumq; locos definierit eſſe argumenti ſedes, a quibus.ſ.argumenta promuntur:argũ etiã rationem, quę rei dubiæ faciat fidem,diuiſionem locorum omnium hoc modo fecit. Ex his inquit locis, in quibus argumenta incluſa ſunt, alij in ipſo hærẽt,de quo agitur,alij aſſumuntur extrinſecus. Duas igitur locorũ ſpẽs fecit: alios.n. in ipſis qõnũ terminis hęrere propoſuit,alios extrinſecus aſſumi:atq; eos quidem,qui in ipſis hęrerent de quibus quęritur,tali diuiſione partitur. In ipſo, inquit,tum ex toto,tum ex partibus eius,tum ex nota,tum ex his rebus quę quodammodo affectę ſunt ad id, de quo quęritur. Extrinſecus autem ea dicuntur,quæ abſunt, longeque diſiũcta ſunt.Poſt hęc enim locum qui ab affectis ducitur, in conuenientia membra partitus eſt,hoc mõ.Alia.n.inquit,ſunt coniugata, alia ex gñe, alia ex forma,alia ex ſimilitudine,alia ex dña,alia ex contrario,alia ex coniunctis, alia ex antecedentibus, alia ex conſequentibus, alia ex repugnantibus, alia ex cauſis, alia ex effectis, alia ex comparatione, maiorum,aut minorum, aut parium. Quorum quidẽ omnium & natura breuiter attingenda eſt,& exempla ponẽda. Eorum igitur locorum, qui in ipſo de quo agitur hærent, primum eſſe dixit a toto.Totum autem vniuſcuiuſq; rei in definitione conſtat.Omnis.n.definitio, rei quam definit adæquatur. ꝙ ſi vna quęq; res tota eſt (nihil.n.integrum eſſe niſi totum poteſt) definitio quoq; totum eſſe neceſſe eſt i. quæ totum rei, quam definit ſubſtantiam claudat. Definitio vero eſt oratio, quę vniuſcuiuſq; rei quidem eſſe deſignat. Ab hac ita ducitur argũ: vt ſit qõ, an arbores quoq; ſint animalia; dicam, Animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Arbor non eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. concludam, Non ſunt igitur arbores animalia Quęſtio de gñe. maxima propoſitio, Vnde definitio abeſt,inde illud quoq; abeſſe, quod definit. locus a definitione.Partes vero ſunt,quarum conuentu efficitur totum.Partes etiam vocantur,quę diuidunt totum.hæ autem ſpecies,vel formę nũcupari ſolent.a quibus hoc modo ſumitur argumentum. Ab his quidem partibus, quarum coniunctione componitur totum hoc modo, vt ſi ſit dubitatio, an ſit anima corporea: partiemur animam velut his tribus partibus,quod vel vegetabilem, vel ſenſibilem, vel intelligibilem pręſtet.at ipſum neq; vegetare,neq; ſentire, neque intelligere corporale eſt: cumque nulla ſit pars animę corporalis, omnino anima corporalis non eſſe mõſtrat eſt. Quęſtio de gñe.i. an anima corpori ſubijciatur vt gñi. argũ a partibus. Maxima propoſitio, A quibus partes abſunt,totum quoque abeſſe. Locus a partibus totum coniungentibus.Item ab his partibus quę totum diuidunt hoc mo do,ſit in quæſtione, an anima ſecundum locum moueatur: Dicam motus ſecundum locum tres ſpecies ſunt, crementum,diminutio,permutatio: anima vero neq; creſcit,neque minuitur,neq; ab alio loco ad aliam tranſit:non igitur mouetur.Quęſtio de accidenti.Maxima propoſitio eadem quę ſuperius.locus a partibus totum diuidentibus. A nota argũ eſt, quoties ab interpretatione nominis rei dubię fides quęritur,hoc modo,vt ſi dubitetur,an philoſophia ſit bonum: dicemus, philoſophia eſt amor ſapientiæ, at id bonum eſt, philoſophia igitur bonum eſt. Hic igitur rem non definiuimus, ſed nomen definitione prodidimus.Quæſtio de gñe. Maxima propoſitio, Nominis interpretatione rem declarari.locus a notatione.Coniugata ſunt, quę ab eodem nomine flectuntur,vt a iuſtitia,iuſtum,iuſte. Ab his ita capitur argumentum,vt ſi quęratur,an ridere gaudere ſit:dicemus, ſi riſus gaudium eſt,& ridere gaudere eſt.Quęſtio de accidẽti.Maxima propoſitio, Coniugatorum eandem eſſe naturã. Locus a coniugatis. Genus eſt quod de pluribus ſpẽ differẽtibus in eo quod quid,prædicatur.Ab hoc ita ducitur argumentũ, vt ſi quęratur, Vtrũ anima numerus ſit ſeipſum mouẽs,ut Zenocrati Placuit:Dicemus,anima ſubſtantia eſt.Numerus uero ſubſtantia non eſt. igitur anima numerus non eſt.Qõ de definitione. locus a gñe.Maxima propõ:Quorũ diuerſa ſunt gña, ipſa quoq; eſſe diuerſa. Forma eſt q̃ de plurib.numero differentib.in eo qđ q̃d ſit pdicatur. Ab hac fit argumentũ hoc mõ, vt ſi quęratur, An color in ſubiecto ſit:id approbabimus eo,qm̃ albũ vel nigrũ in ſubiecto ſunt. A ſpecie.ſ. ad genus deducentes:Qõ de genere.Nã in ſubiecto eſſe uel non eſſe,accidens vel ſubſtantiã ſignificat, quæ ſunt prima rerũ genera.Maxima propõ, In formis ſpectari generum proprietates.Locus a forma. Simitudo ẽ eadẽ rerũ differẽtium qualitas.Ab hac ita fieri argũ iudicatur, vt ſi q̃ratur,Sorte an electione rectores ciuitatibus dandi ſint:negetur,quoniam ne in naui quidem ſorte,ſed electione peritus rector eligitur.Similis eſt nauis quidem ciuitati, gubernator aũt magiſtratui.Qõ de accidente. locus a ſimili. Maxima propoſitio,De ſimilibus idem eſt iudicium.Itẽ a dña, vt ſi quæratur,an idem ſit rex quod tyrannus: dicemus no mine.nam in rege,pietas, iuſtitia, manſuetudo, in tyranno cuncta diuerſa ſunt. Qõ de definitione, locus a dña. Maxima propoſitio,Differentium rerum nõ idem eſſe iudicium. Contraria vero quæ Cicero appellat,quatuor modis diuiduntur.Aut.n. aduerſa ſunt, vt album nigrum: aut priuantia, vt iuſtitia iniuſtitia: aut relatiua, ut dominus ſeruus: aut negatiua, vt viuere, non viuere. Ab his omnibus ita argumenta ducuntur: ab aduerſis, ſi bona eſt ſanitas,mala eſt ęgritudo: a priuantibus,ſi iniuſtitiam ſugimus, iuſtitiam ſequamur:a relatiuis, quiſquis pater eſſe vult,habeat filium:a negantibus, non me accuſas feciſſe quod me non feciſſe defendis. Qõnes de accidentibus. Maxima propoſitio, in aduerſis,priuantibus,& negantibus: Contraria ſibi conuenire non poſſe.In relatiuis autem, Abſq; ſe relatiua eſſe non poſſe. Locus a contrariis, quę melius oppoſita vocarentur.Adiuncta ſunt, quę finitimum tenẽt locum, ita vt temporibus quoq;, tum antecedeant,vt amorem congreſſio: tum rei;cui adiuncta ſunt, hæreant, vt ambulatio ni pedum ſtrepitus: tum cõſequant,vt atrox facinus,mentis trepidatio. neque hęc neceſſaria ſunt, ſed frequenter eueniunt.Nã neq; qui congreſſus eſt, modis omnibus amauit, & qui congreſſus non eſt, uno ſemel aſpectu in amorem incidit:& ambulante aliquo poteſt non eſſe ſtrepitus pedum, & non ambulante pedes ſtrepere,ſi vno eodemq; loco cõſiſtens pedes moueat: & trepidare quis,cum nihil atrox fecerit,& nõ trepidare qui fecerit:ab his ducet argumentũ,vel cum amare aliquẽ ſuſpicamur,quia fuerit ante congreſſus: ambulaſſe aliquẽ locum, cum pedum ſtrepitus fuerit auditus: vel atrox facinus commiſiſſet, quem trepidare videamus.atq; in his q̃ſtiones de accidẽtibus.Locus ab adiunctis. Maxima propoſitio,Ex adiunctis adiuncta perpendi. Antecedentia vero ſunt, quibus poſitis ſtatim neceſſe eſt aliud conſequatur,velut cum dicimus, Si homo eſt, animal eſt. Neq; in his temporum rõ, nec rerum neceſſitas varia ẽ,ſed ſtatim vt dictum fuerit id qđ antecedit, id comitatur quod ſubſequens eſt. Hic vero locus totus in conditione eſt conſtitutus:poſita.n.condõne ſi ſit antecedens,eſſe, neceſſe eſt quod conſequitur,hoc mõ.Si peperit,cum uiro concubuit. Antecedens eſt perperiſſe, cum viro cõcubuiſſe conſequẽs: nam neque illud quęritur quid prius tempore ſit, quid poſterius. Et ſæpe iſta ita variantur, vt id quod poſterius eſt tpe, antecedens eſſe videatur in propoſitione, ut peperiſſe poſterius eſt, quam concubuiſſet,tñ ſi peperit, modis omnibus cum viro concubuit, & hoc pręcedente & prius poſito, neceſſe eſt illud intelligatur. Aliquoties uero ſimul ſunt ut ſi Sol ortus eſt, dies eſt. Aliquoties prius eſt quod pręcedit, poſterius qđ conſequitur, vt ſi arrogans eſt, odioſus eſt, ex arrogantia.n. quiſq; ſit odioſus. Ex antecedenti igitur ſumitur argũ. Si peperit cum viro concubuit.ſumo quod antecedit, at peperit, concludo quod ſequitur,cum viro igitur concubuit.A conſequentibus ita,ſumo quod ſequitur: at non concubuit cum viro. concludo quod antecedit,non igitur peperit. Qõ eſt de accidẽti. Locus ab antecedentibus & conſequentibus. Maximę propoſitiones,Poſito antecedenti comitari quod:ſubſequitur,

miſtij diuiſionem a principio pariter ordientes, inuicem ſibimet clauſam eſſe monſtremus, in quibus omnib. & exemplorum, & intelligentiæ ſuperius expeditæ præſens debet eſſe memoria. Diſponamus igitur omnem Themiſtij diuiſionem, & poſt hanc ſubijciatur Tulliana partitio, vt ea quæ dicenda ſunt, apertius oculis ſubiecti clareſcant.

Themiſtij diuiſio.

Loci

| Intrinſecus | Extinſecus | medij |
|---|---|---|
| A definitione | A rei iudicio | A caſibus |
| A deſcriptione | A ſimilibus | A coniugatis |
| A nominis interpretatione | A maiore | A diuiſione |
| A toto uel genere | A minor | |
| A partibus uel ſpeciem | Ab oppoſitis | |
| Ab efficientibus | A proportione | |
| A materia | A tranſumptione | |
| A forma | | |
| A fine | | |
| Ab effectibus | | |
| A corruptionibus | | |
| Ab vſibus | | |
| A communiter accidentibus | | |

M.Tullij diuiſio.

Loci

| In ipſo | Extrinſecus |
|---|---|
| A toto | Ab auctoritate |
| A partibus | |
| A nota | |
| A coniugatis | |
| A genere | |
| A forma | |
| A ſimilitudine | |
| A differentia | |
| A contrario | |
| Ab adiunctis | |
| Ab Antecedentibus | |
| A conſequentibus | |
| A repugnantibus | |
| A cauſis | |
| Ab effectis | |
| A comparatione { maiorum, minorum, partium | |

Quibus ita deſcriptis nunc quemadmodum .M. Lullij diuiſio Themiſtij partitioni, conueniat explicemus. Eum igitur locum, quẽ Cicero dixit a toto, a ſubſtantia Themiſtius eſſe propoſuit. Vterque enim in definitione conſiſtit, ſiue illa ſubſtatialis ſit, ſiue deſcriptio. A partiũ enumeratione locus ex Cicerõis Topicis poſitus, idẽ eſt, q in Themiſtij diuiſiõe inter medios a diuiſiõe nõíatus ẽ. Quoties.n. aliqd eſſe vel nõ ẽe mõſtrare cõtẽdimus, ſi fidẽ a ptiũ numeratiõe capiamus, id ex diuiſiõe neceſſario faciẽdũ ẽ. Diuiſio vero aut formarũ pceſſit, aut partiũ, Quãq̃ locus, q ex diuiſiõe a Themiſtio ĩter medios collocatus eſt, a Cicerõe in gñis tractatione ponit Ait.n. Tull. cũ de genere loqueretur, hoc modo: Cõmodo etiam tractatur hæc argumentatio, q̃ ex genere ſumitur, cum ex toto partes perſequare, hoc mõ, Si dolus malus eſt, cum aliud agitur, aliud ſimulatur, enumerare licet qbus modis id fiat, deinde in eorum aliquem id quod arguas dolo malo factum, includere. Quod genus argumenti in primis firmum videri ſolet. A notatione Tullij locus is eſt, qui Themiſtij a nominis interpretatione, A coniugatis communis eſt locus, eum Themiſtius inter medios collocauit. A genere. M. Tullius poſuit, a toto Themiſtius. A forma Ciceronis, a parte, ideſt ſpecie Themiſtij. A ſimilitudine communis quidem eſt, niſi qȯ M. Tullius ſub ea pportionem comprehendit. A differentia. M. Tulii, a toto in Themiſtii diuiſione, vel a parte intelligi põt: a toto quidẽ, ſi ſit cõſtitutiua dfia, de qua ſumitur argm̃, a parte vero, ſi ſit diuiſibilis. A contrario idẽ locus eſt, qui apud Themiſtiũ ab oppoſitis dictus eſt, & extrinſecus cõſtitutus. Ab adiunctis ille eſt, qui in Themiſtii partitione a cõiter accidentibus dr, inter conſequentia ſubſtantiæ nominatus. Ab antecedentibus & cõſequẽtibus locus multifariã ſpargitur. Nã & definitio & deſcriptio & antecedere rẽ & conſequi pñt. Itemq; nominis interpretatio. Item ſpẽs antecedit, genus cõſequitur. Cauſa ẽt efficiẽs antecedit, & ſequitur effectus. Materiam vero ſequitur effectus. Cõiter accidentia quoq; ſi inſeparabilia ſint, neceſſe ẽ, vt conſequantur. Cõiugata ẽt ſeſe vel antecedunt, vel conſequuntur. itaq; hic locus pluribus mixtus eſt, & non tã rebus ab aliis omnibus, quã tractatione diuerſus: ipſa.n. conditio conſequentiæ locum aliũ facit, cum ipſa conditio conſequẽtiæ, vel in definitione, vel in deſcriptione, vel in forma, vel in cã, vel in cæteris poſita ſit. Repugnantia vero oppoſitis aggregantur. Efficientia cauſis efficientibus vel materię. Effecta illi ſunt conſimilia loco, quem Themiſtius poſuit a fine. Nam cauſarum effectus finis eſt. A comparatione maioris vel minoris idẽ locus eſt, qui apud Themiſtium inter extrinſecus locos ponitur a maiore & minore A comparatione pariũ inter eos, qui a ſimili ducuntur eſſe putandus eſt. Dictum eſt.n. in quantitate ſimilitudinem eſſe parietatem. Reſtat locus vtriſq; cõis, qui ẽ extrinſecus collocatus, quẽ Cicero, ſicut Themiſtius a rei iudicio eſſe propoſuit. Et M. Tullii qdẽ diuiſio ſuperiorẽ Themiſtii partitionem tali mõ poterit includere, ꝙ licet in ſubiecta deſcriptiõe pſpicere.

| Tulliana diuiſio. | Themiſtii diuiſio. |
|---|---|
| A toto | A ſubſtantia |
| A partium enumeratione | A diuiſione |
| A notatione | A nominis interpretatione |
| A coniugatis | A coniugatis |
| A genere | A toto vel a genere |
| A forma | A parte vel ſpecie |
| A ſimilitudine | A ſimili & proportione |
| A differentia | A toto uel a parte |
| A contrario | Ab oppoſitis |
| Ab adiunctis } | A communiter accidentibus |
| Ab antecedentibus } — | A definitione vel deſcriptionẽ, vel interpretatione, vel ſpecie, vel cauſa, vel materia, vel communiter accidentibus vel coniugatis. |
| A conſequentibus } | |
| A repugnantibus | Ab oppoſitis |
| Ab efficientibus | A cauſis & materia |
| Ab effectis | A fine. |
| A maiori | A maiore |
| A minore | A minore |
| A pari | A ſimilibus |
| Ab auctoritate. | A rei iudicio. |

Omnis quidem M. Tullii partitio locorum in Themiſtii diuiſione ſuperioris deſcriptionis formula videtur concluſa. Nunc Themiſtii diuiſio ad M. Tulii diuiſionem reducenda eſt. Cuius quidem multa pars Ciceroni conuenit, ſicut prior etiam deſcriptio docet. Quod vero ex Themiſtii ſupereſt diuiſione, id ſi ad Tullianæ partitionis ordinem referatur, facili compendio quemadmodum ad ſe inuicem partitiones reducantur oſtenditur. Nam continuæ

ſarum gñe conſtituta. Si vero ex demonſtratione ſumpſeris bonum, tum ſit demonſtratiua ciuilis qõ. Veniũt ãt vt in materiã ſpẽs ex Rhetorica idcirco, qđ aliter in materia ſua quęlibet facultas non pt̃ operari, q̃ ſi ſuas adhibeat partes. Abſentibus.n.cunctis partib. ſuis Rhetorica quoque ipſa eſt abſens. Sed qm̃ de ſpecieb. dictũ ẽ Rhetoricæ, qm̃ ſunt gñа cauſarum, ita ſunt, vt olum negotiorum, quæ in ciuili quęſtione conſtituta ſunt informatorum a fine iuſto, iudiciale ſit genus. Omnium vero quæ conſtituta in ciuili quæſtione, honeſtum vel vtilem finem ceperunt, deliberatiuum ſit genus. Omnium quoque quę in ciuili quæſtione poſita finem honeſti tantum bonive ſumpſerunt, ſit demonſtratiuum genus. Sed de his haſtenus. Nunc de partibus Rhetoricę prouidendum eſt. Partes enim Rehtoricęę ſunt quinque, inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoratio, pronunciatio. Partes aũt vocantur idcirco, quia ſi aliquid harum defuerit oratori, imperfecta facultas eſt: atquę ideo quę vniuerſam formant oratoriam facultatem, ea partes facultatis eius dicere ius eſt. Sed hæ partes, quoniam Rhetoricæ facultatis ſunt, totamque Rhetoricam facultatem cõponunt, neceſſe eſt, vt vbi fuerit Rhetorica integra, ipſæ quoque partes conſequantur in proprijs ſpeciebus, omnes igitur Rhetoricę partes inerunt Rhetoricæ ſpeciebus. Quocirca, & his ciuilibus negotijs tractandis adhibentur, quæ a prędictis ſpeciebus Rhetoricæ informantur. ęque igitur in iudiciali negotio, & in deliberatiuo, & demonſtratiuo, inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pronunciatioque conueniunt. Quoniam vero omnis fere facultas inſtrumẽto vtitur ad faciendum quod poteſt: erit etiam Rhetoricæ facultatis aliquod inſtrumẽtum, hoc vero eſt oratio, quæ partim in ciuili in genere verſatur, partim minime. De ea autẽ oratione nunc loquimur, quę aliquam habet qõnem, vel quę ad finem expediendæ quæſtionis accommodatur. Ea vero oratio, quæ in ciuili genere verſatur, continue decurrit. Ea vero quæ non eſt in ciuilibus cauſis, interrogatione & reſponſione explicatur. Sed prior rhetorica, ſecũda dialectica nuncupatur. quę hoc a ſuperiorę differt, primum quod illa ciuilem hypotheſim, hęc theſim conſiderat: dehinc qđ illa cõtinua, hęc interciſa oratione peragitur: & quod rhetorica oratio habet præter aduerſarium, iudicem: Dialectica vero eodem iudice, quo aduerſario vtitur. Hęc igit̃ rhetorica oratio habet partes ſex, procemium, quod exordiũ eſt, narrationem, partitionem, confirmationem, reprehẽſionem, per orationem, quæ ſunt partes inſtrumenti rhetoricę facultatis. Et qm̃ Rhetorica in omnibus ſuis ſpeciebus ineſt, eiſdem inerunt. nec potius inerunt quam eiuſdem ea quę peragunt, adminiſtrabunt. Itaque & in iudiciali genere cauſarum neceſſarius eſt ordo procemij, narrationis, atque cæterorum, & in demonſtratiuo deliberatiuoque neceſſaria ſunt. Opus autem rhetoricę facultatis eſt docere, mouereq́; quod nihilominus iiſdem fere ſex inſtrumentis, ideſt orationis partibus adminiſtratur. Partes autem rhetoricę, qm̃ partes ſunt facultatis, ipſę quoque ſunt facultates. Quocirca ipſę quoq; orationis partibus, quaſi inſtrumentis vtentur in partem, atq; vt his operentur, eiſdem inerit. Nam in exordiis niſi quinq; ſint prędictę rhetoricę partes, vt inueniat, diſponat, eloquatur, meminerit, pronunciet, nihil agit orator. Eodem quoq; modo & reliquę fere partes inſtrumenti, niſi habeant omnes Rhetoricę partes, fruſtra ſunt. Huius autem facultatis effector orator eſt, cuius eſt officium dicere appoſite ad perſuaſionem. Finis autem tum in ipſo, tum in altero. In ipſo quidem benedixiſſe, ideſt dixiſſe appoſite ad perſuaſionem. In altero vero, perſuaſiſſe: neq;.n. ſiqua impediunt oratorem quo minus perſuadeat, officio facto finis non eſt conſecutus, ſed is quidem, qui officio ſuit contiguus, & cognatus, conſequitur, facto officio: Is vero qui extra continetur, ſępe non conſequitur: neq; tamen Rhetoricam ſuo fine contentam, honore vocauit. Hęc quidem ita ſunt miſta, vt Rhetorica inſit ſpeciebus, ſpecies vero inſit cauſis.

*De ſtatibus ſeu conſtitutionibus cauſarum & eorum diuiſionibus.* Cap. II.

CAuſarum vero partes ſtatus eſſe dicuntur, quos & alijs nominibus, tum conſtitutiones, tum qõnes nominare licet: qui quidem diuiduntur ita, vt rerum quoq; natura diuiſa eſt. Sed a principio, qõnum differentias ordiamur, qm̃ rhetoricæ qõnes circunſtantijs inuolutę ſunt, omnes aut in ſcripti alicuius controuerſia verſantur, aut pręter ſcriptum ex re ipſa ſumunt contentionis exordium. Et illę quidẽ quę in ſcripto ſunt, quinq; modis fieri pñt, vno quidem cum hic ſcriptoris verba defendat, ille ſententiam. Atq; hoc appellatur ſcriptum & voluntas. Alio mõ, ſi inter ſe leges quadam contrarietate diſſentiant, quas cum ex aduerſa parte defendunt, faciunt controuerſiam. atq; hic vocatur ſtatus legis cõtrarię. Tertio, cum ſcriptũ, de quo contenditur, ſententiam claudit ambiguam, hęc tuo nomine ambiguitas nũcupatur, Quarto vero, cum ex eo, quod eſt ſcriptum aliud non ſcriptum intelligitur, quod quia per ratiocinationem, & quandam ſyllogiſmi conſequentiam inueſtigatur, ratiocinatio vel ſyllogiſmus dicitur. Quinto, cũ ſermo eſt ſcriptus, cuius non facile vis, & natura clareſcat, niſi definitione detecta ſit, hic vocatur finis vel inſcriptio. Quos omnes a ſe differre non eſt noſtri operis, verũ Rhetorici demonſtrare t hæc .n. ſpeculanda doctis, non rudibus diſcenda ꝑponimus, quãuis de eorum differentia in Topicorum commentis per trãſitum diſſeruimus. Earum aũt conſtitutionum, quę præter ſcriptum in ipſarum rerum cõtẽtione ſunt poſitæ, ita dñe, ſegregantur, vt rerum quoq; ipſarum natura diuerſa eſt. In omni.n. rhetorica quæſtione dubitatur, an ſit, quid ſit, quale ſit: & pręter hęc, an iure, vel more poſſit exerceri iudiciũ. Sed ſi factum vel res, quę intenditur ab aduerſario negetur: qõ eſt, vtrum ſit, itaq; coniecturalis cõſtitutio nominat̃. Qđ ſi factũ quidẽ eſſe conſtiterit, quid vero ſit id quod factum eſt ignoretur, qm̃ vis eius definitione monſtranda eſt: definitiua dicitur conſtitutio. At ſi & de rei definitione conueniat, ſed quale ſit inquiratur, tũc quia cui generi ſubijci debeat, ambigitur, gñalis qualitas nũcupatur. In hac vero qõne & qualitatis & quantitatis & comparationis ratio verſatur. Sed qm̃ de genere qõ eſt, ſm̃ generis formam in plura neceſſe eſt hanc conſtitutionem membra diſtribui. Omnis enim quæſtio generalis, i. cũ de genere & qualitate, & quantitate quęritur facti, in duas diſtribuitur partes. Nam aut in præteritũ quæritur de qualitate propoſiti, aut in præſens, aut in futurum. Si in pręteritum, iuridicialis conſtitutio nũcupatur. Si præſentis vel futuri temporis teneat qõnem, negotialis dicitur. Iuridicialis vero, cuius inquiſitio præteritũ reſpicit, duabus partibus ſegregatur. aut.n. in ipſo facto vis defenſionis ineſt, & abſolutas qualitas nuncupatur: aut extrinſecus aſſumitur, & aſſumptiua dicitur conſtitutio. Sed hęc in partes quatuor deriuatur. Aut.n. conceditur crimen, aut remouetur, aut refertur, aut quod eſt vltimum, comparatur. Conceditur crimen, cum nulla introducitur facti defenſio, ſed venia poſtulatur. Id fieri duobus modis poteſt, ſi depreceris, aut purges. Deprecaris cum nihil excuſationis attuleris: purgas cum facti culpa his aſcribitur, quibus obſiſti obuiarique non poſſit: neque tamen perſonę ſint: id.n. in alíam conſtitutionem cadet. Sunt vero hæc imprudentia, caſus, atque neceſſitas. Remouetur vero crimen, cum ab eo qui laceſſitur, transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus fieri modis poteſt, ſi aut cauſa remoueatur, aut factum. Cauſa remouetur, cum aliena poteſtate aliquid factum eſſe contenditur. Factum vero cum alius, aut potuiſſe, aut debuiſſe facere demonſtratur. atque hęc in his maxima ualent, ſi eius nominis in nos intendatur actio, quod non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen cum iuſte in aliquem facinus commiſſum eſſe contenditur, quoniam is in quem commiſſum ſit, iniurius ſępe fuerit, atque id quod intenditur, meruit pati. Comparatio eſt, cum propter meliorem vtilioremve rem factum, quod aduerſarius arguit commiſſum eſſe defenditur. Horum

rum vero omnium ſunt proprię differentię,atq; ideo minutiſſimæ diuiſiones, quas rhetorũ in his docendis explicãdiſque cõſcripti libri diligentius continent. Sed nos hæc a M. Tullio ſumpſiſſe ſufficiat. Ad aliud.n.tota operis feſtinat intentio.De quib.omnibus hoc inſpiciendum eſt modo. M. enim Tullius cauſarum partes conſtitutiones eſſe demõſtrat eo loco,quo contra Hermagoram nititur dicens: Quod ſi generis cauſę partes non poſſunt recte putari,multo minus recte partis cauſę partes putabuntur. Pars autem cauſę conſtitutio omnis eſt,partes cauſę conſtitutiones eſſe deſignãs. Quare de re multa qõ eſt, qũo.n. partes eſſe putabũtur cauſæ.Si.n.ita partes,vt ſpecies,qũo fieri poteſt,vt in vna cauſa plures conſtitutiones ſint?nam ſpecies ſibi inuicem impermiſtæ ſunt. Vt veniunt in cauſam plurimæ conſtitutiones, non ſunt igitur partes cauſarum,velut ſpẽs ſtatus.Illud quoque,Quod nulla ſpecies aliam ſibi oppoſitam ſpeciẽ ad ſubſtantiam iuuat.Conſtitutio vero conſtitutionẽ confirmat ad fidem.Nec vero fieri põt, vt ita ſint cauſarum, quaſi totius partes.nullum.n.compoſitum ex vna parte totum,atque integrum eſſe poteſt. Ac in cauſa conſtitutio vna idonea eſt conſtituere cãm.Quid igitur eſt dicendum?patet via rationi.Neq;.n.cauſæ eius pars dicitur eſſe conſtitutio,quę in cõtrouerſiam venit,& quam ſtatus conſtituit: cum præſertim qui additur ad cauſam ſtatus, vna iam conſtitutione firmata,non ſit principalis,ſed accidens:atq; in vno negotio tot eueniant controuerſię, quot ſunt conſtitutiones, ſed quot controuerſiæ,tot cauſæ: licet eas vnum contineat negotiũ; cauſæ tamẽ impermiſtę ſibimet variant, vt qui iuuenem de lupanari exeuntem vidit, paulo poſt de eodem loco uxorẽ ſuam vidit egreſſam,accuſat iuuenẽ adulterij. Hic vnum negotium,hoc quod vertitur,eſt.cauſæ aũt duę,vna coniecturalis,ſi neget ſe feciſſe.Altera definitiua,ſi in lupanari concubitum dicat,non poſſe adulteriũ putari.Sed neq; negamipars eſt eiuſdem controuerſię conieturalis ſtatus,neq; definienti definito: totam.n.continet cauſam. Cãm autem uoco non generaliter,ſed controuerſiam aliqua conſtitutione formatam. Sunt aũt conſtitutiones partes cauſæ generalis hoc modo.Si.n.oĩs cauſa coniecturalis eſſet,nec alius ſtatus inueniretur,non eſſet ſtatus coniecturalis cauſę pars,ſed ipſa cauſa eſſet ſine dubio coniectura. Sed qm̃ partim coniectura,partim fine,partim qualitate,partim translatione cauſæ oẽs tenentur.pars eſt conſtitutio cauſæ, non eius quàm tenendo informat,ſed eius quam diuidit generalis,cuius.ſ. quaſi membrum,aliquod abſcindens ſuum facit vnaquęque conſtitutio. Sunt igitur partes vt ſpẽs conſtitutiones cauſę generalis,non eius, quam vnaquæq; tenens informauerit. Quare genus eſt Rhe[illegible]ricę facultas. Rhetoricæ vero ſpecies tres,Iudiciale,Demonſtratiuum,Deliberatiuũ.Materia autem ciuilis qõ,quę dicitur cauſa.Partes huius materiæ cõſtitutiones.Rhetoricæ partes,inuentio,diſpoſitio,elocutio, memoria,pnunciatio:Inſtrm̃,oratio:inſtrumenti partes, exordium,narratio,partitio,confirmatio,reprehenſio, peroratio.Opus eſt docere & mouere.Actor eſt orator.Officium benedicere.Finis tum benedixiſſe,tum perſuadere.Eſt vero tota Rhetorica in ſpeciebus. Species vero ita totam materiam informant,vt tamen viciſſim totam ſibi vendicẽt, qđ ex hoc intelligi poteſt, qm̃ omnes materię partes ſingulę ſpecies tenent.Nam in iudiciali quatuor conſtitutiones inueniens,& in deliberatiuo,demonſtratiuoque eaſdem quatuor inuenire queas.Vnde oſtenditur,ſi oẽs partes cauſæ generalis,quę eſt ciuilis quæſtio,ſingulæ ſpecies habent, oẽs vero partes cauſa ipſa eſt,cauſam ideſt ciuilẽ qõnem a ſpeciebus viciſſim vendicari totam eo modo,quo vox vno tpe ad plurimorum aures peruenit cum ſuis integra partibus,i. elementis:nam eodem tempore tota cauſa ad diuerſas ſpecies cum ſuis partibus tranſit.Sed cum ſpẽs in materiam venerint,ideſt in ciuilem qõnem,& eam cum ſuis obtinuerint partibus,inferunt ſecum etiam ipſam rhetoricæ falcultatẽ. Quare etiam rhetoricę partes in ſingulis conſtitutionibus inerunt.Sed illata materia,infert ſecum inſtrumentum ſuũ infert igitur ſecum orationem, & hęc proprias partes,eritque in conſtitutionibus tractandis exordium, narratio, & cętera. Sed cum inſtrm̃ venerit in ciuilem qõnem: operam quoq; ſuam ſimul infert.docebit igitur,ac mouebit in omni conſtitutione:ſed hæc per ſe venire non poterunt, niſi ſit, qui hęc moueat velut artifex atque architectus. Hic aũt eſt orator,qui cum ad cauſam acceſſerit, faciet officium ſuum, Bene igitur dicet in omni genere cauſarum, & in omni conſtitutione: faciet etiam finem, tum vt benedixerit in omni conſtitutione,tum vt perſuaſerit.De ſingulis igitur nũc quidem in cõe tractauimus.De vnoquoq; vero ſeparatim poſt, ſi erit commodum, diſſeremus.Atq; hæc hactenus.

*De locis rhetoricis & eorum inter ſe diſtinctione*

*Cap. III.*

NVnc de inuentione tractandum eſt: etenim prius quidem dialecticos dedimus, nunc rhetoricos promimus locos,quos ex attributis perſonę ac negotio venire neceſſe eſt.Perſona eſt,quæ in iudicium vocatur,cuius dictum aliquod factumve reprehenditur. Negotium, factum dictumve perſonę, propter qđ in iudicium vocatur. Itaque in his duobus omnis locorum partitio cõſtituta eſt.Quæ.n.habẽt reprehenſionis occaſionem,eadem niſi omnino ad inexcuſabilem partem vergunt,defenſionis copiam ſubminiſtrãt. ex eiſdem.n.locis,omnis accuſatio,defenſioq; conſiſtit. Si igitur perſona in iudicium vocatur, neque factum dictumve vllum reprehenditur,cauſa eſſe non poterit.Nec vero factum dictumve aliquod in iudicium proferri põt,ſi perſona nõ extet.Itaq; in his duob.oĩs iudiciorum ratio verſatur,in perſona.ſ.atq; negotio.Sed vt(dictum eſt) perſona eſt,q̃ in iudiciũ vocatur.Negotiũ,factum dictũve perſonæ, pp qđ reus ſtatuit.Perſona agitur & negotiũ ſuggerere argumẽta non poſſunt:de ipſis.n.qõ eſt.De quib.ãt dubitaƒ,ea dubitationi facere fidem nequeunt. Argm̃ vero erat rõ rei dubię faciens fidem. faciunt ãt negotio fidem ea,quę ſunt perſonis,ac negotiis attributa.Ac ſi quando perſona negotio faciat fidem, veluti ſi credatur contra rempublicam ſenſiſſe Catilinã,quoniã perſona ẽ vitiorũ turpitudine denotata tunc non in eo quod perſona eſt, & in iudicium vocatur, fidem negotio facit, ſed in eo quod ex attributis perſonæ q̃dam ſuſcipit qualitatem. Sed vt rerum ordo clarius colliqueſcat, de circunſtãtijs arbitror eſſe dicendum. Circunſtantiæ ſunt quę conuenientes ſubſtantiam quæſtionis efficiunt.Niſi enim ſit qui fecerit, & quid fecerit, cauſaque cur fecerit, locus, tempuſque quo fecerit, modus etiam, facultateſque ſi deſint,cauſa non ſtabit.Has igitur circunſtãtias in gemina Cicero partitur, vt eam quę eſt.Quis circunſtantiam in attributis perſonæ ponatur. Reliquas vere circunſtantias in attributis negotio cõſtituat. Et primam quidem ex circunſtantijs eam,quę eſt.Quis,quam perſonę attribuit ſecat in vndecim partes, nomen, vt Verres: naturam, vt barbarus: victum, vt amicus nobilium: fortunam, vt diues: ſtudium, vt geometer: caſum, vt exul: affectionem, vt amans: habitum, vt ſapiens: conſilium: facta: & orationes: ea quę extra illud factum,dictumq; ſunt,quod nunc in iudicium deuocatur. Reliquas vero circunſtantias, quæ ſunt,quid, cur, quomodo, vbi, quando, quibus auxilijs, in attributis negotio ponit. Quid & cur dicens continentia cum ipſo negotio. Cur in cauſa conſtituens,ea enim cauſa eſt vniuſcuiuſque facti, propter quam factum eſt. Quid vero ſecat in quatuor partes, in ſummam facti, vt parentis occiſio, ex hac maxime locus ſumitur amplificationis. Ante factum,vt concitus gladium rapuit: dum fit vehementer percuſſit:poſt factum, in abdito ſepeliuit. Quę cum omnia ſint facta:tamen quoniam ad geſtum negotium, de quo quęritur pertinent; non ſunt ea facta, quæ in attributis perſonę numerata ſunt. Illa enim extra negotium, de quo agitur poſita, perſonam informantia, fidem ei negotio præſtant, de quo verſatur intentio: Hęc vero facta, quæ continentia ſunt cum ipſo negotio, ad ipſum negotium,de quo quęritur pertinent. Poſtremas vero quatuor circunſtantias

Cicero

Cic.ponit in geſtione negotii, quæ eſt ſcd'a pars attributorum negotiis,& eam quidem circunſtantiā, q̃ eſt q̄do, diuidit in tp̃s,vt nocte fecit:& in occaſionem,ut cũctis dormiẽtibus, Eam vero circunſtantiam,quæ eſt vbi,locũ dicit,ut I cubiculo fecit.Qũo vero ex circunſtãtiis, modũ:vt clam fecit.Quib.auxilijs circunſtantiam,facultatẽ appellat,vt cum multo exercitu.Quorũ quidem locorum,& ſi ex circunſtantiarum natura diſcretio clara eſt: nos tamen beneuolentius faciemus,ſi vberius eorum a ſe d'ñas oſtendamus. Nã cũ ex circunſtantijs, alias M. Tullius poſuerit eſſe continentia cũ ipſo negotio, alias in geſtione negotij.Atq; in continentib. cum ipſo negotio illum adnumerauit locum,quem appellauit dum fit,ex ipſa ꝓlationis ſignificatione idem videt eſſe locus hic, dum fit, ei qui eſt ingeſtione negotij. Sed non eſt ita,quia dum fit,illud eſt,quod eo tempore admiſſum eſt, dum facinus perpetratur,vt percuſſit. In geſtione vero negotij ea ſunt,quæ ante factum,& dum fit,& poſt factum qđ geſtum eſt,continent. In omnibus.n.tp̃s,locus, occaſio, modus,facultas inquiritur.Rurſus dum fit factum eſt, quo adminiſtratum eſt negotium,quæ igitur ſunt in geſtione negotii,nõ ſunt facta,ſed facto adhærentia.Nullus enim,tp̃s,occaſionem,locum,modum,facultatem,facta eſſe conſenſerit ſed (vt dictum eſt)æque cuilibet facto adhærentia ſunt,atque id nullo modo derelinquunt,quia quadam relatione ſubiecta ſunt ipſi quod geſtum eſt,negotio.Item ea quæ ſunt in geſtione negotij,ſine his quæ ſunt continentia cum ipſo negotio eſſe poſſunt.Poteſt.n.& locus,& tp̃s,& occaſio, & modus,& facultas facti cuiuslibet intelligi:etiamſi nemo faciat,quod illo in loco,vel tp̃e,vel occaſione,vel modo,vel facultate fieri poſſet.Itaq; ea,quę ſunt in geſtione negotii, ſine his, quæ continentia cum ipſo negotio eſſe poſſunt: illa vero ſine his eſſe non poſſunt:factum.n. præter locum, tempus,occaſionem,modũ,facultatemq; eſſe non poterit. Atq; hęc quæ in attributis perſonę,ac negotio conſtant,sũt ueluti in dialecticis locis ea,quæ in ipſi hęrent, de quibus quæritur.Reliqua uero quæ vel ſunt adiuncta negotio, uel ſ[l]egum negotium conſequuntur,talia ſunt, qualia in dialecticis locis ea,quæ ẽm Themiſtium partim rei ſubſtantiam conſequuntur,partim ſunt extrinſecus,partim verſantur in medijs: ſecundum Ciceronem vero inter effecta numerata ſunt,vel extrinſecus poſita.Sunt enim adiuncta negotio,ipſi etiam ęque fidem faciunt quęſtioni,affecta quodam modo ad id de quo quęritur,& reſpicientia negotium,de quo agitur.Nam circunſtantię ſeptem in attributis perſonæ,vel negotio numeratę ſunt.hæ cum cœperint aliis comparari, & quaſi in relationem venire, ſi quid ad ſe continens referatur,vel ad id quod continetur, fit aut ſpecies, aut genus. At ſi ad id referatur,quod ab eo longisſime diſtet, contrarium.Acſi ad finem ſuum atque exitũ referatur, euentus eſt. Eodem quoque modo ad maiora,minora, & paria comparantur. Atq; omnino tales loci in his quę ſunt ad aliquid, conſiderantur.nam maius,& minus,aut ſimile,aut ęque magnum,aut diſparatum accidit circunſtantiis,quæ in attributis negotio atque perſonæ numeratę ſunt. vt dum ipſę circunſtantiæ aliis comparantur, fiat ex his argumentum dicti factive quod in iudicium trahitur. Diſtant autem a ſuperioribus,quòd ſuperiores loci vel facta continebant, vel factis ita adhærebant,vt ſeparari non poſſint, vt locus, tempus,& cætera quæ geſtum negotium non relinquunt. Hæc vero quæ ſunt adiuncta negotio, non adhęrent ipſi negotio,ſed accidunt circunſtantiis,& tunc demum argumentũ pręſtant;cum ad comparationem veniunt. Sumuntur vero argumenta non ex contrarietate,ſed ex contrario, & non ex ſimilitudine,ſed ex ſimul, vt appareat non ex relatione ſumi argumentum,ſed ex adiunctis negotio,& ea eſſe adiũcta negotio quę ſunt ad ipſum,de quo agitur,negotium affecta.Conſecutio vero quę pars quarta eſt eorum quę negotijs attributa ſunt,neq; in ipſis ineſt rebus, quę rerũ ſubſtantiam non relinquunt,neq; ex comparatione reperitur, ſed rem geſtam vel antecedit,vel etiam conſequitur.Atque hic totus locus extrinſecus eſt.Primum .n. in eo quęritur id quod factum eſt, quo nomine appellari conueniat, in quo non de re,ſed de vocabulo laboratur. Qui deinde ſint auctores eius facti,& inuentionis comprobatores, atq; æmuli:id totum ex iudicio, & quodam teſtimonio extrinſecus poſito ad ſubſidium confluit argumenti. Deinde & q̃ eius rei ſit lex,conſuetudo,pactio,iudicio,ſententia, artificium. Deiñde quæritur,ſi natura eius euenire vulgo ſoleat, an inſolenter & raro.Et vtrum homines id ſua auctoritate comprobare,an offendi his conſueuerint,& cętera, quæ factum aliquod ſiſr confeſtim,aut interuallo ſolent conſequi: quę neceſſe eſt extrinſecus poſita ad opinionem magis tendere,quam ad ipſam rerum naturam. Itaq; in hæc quatuor licet negotijs attributa diuidere, vt ſint partim continentia cum ipſo negotio,quę facta,eſſe ſuperius dictum eſt:partim in geſtione negotij,quę non eſſe facta, ſed factis adhęrentia dudum monſtrauimus:partim adiũcta negotio. Hęc (vt dictum eſt)partim in relatione ponuntur, partim geſtũ negotio cõſquuntur. horum fides extrinſecus ſumitur. Aede rhetoricis quidem locis ſatis factum eſt.

*De conuenientijs & differentijs locorum rhetoricorum ad locos Dialecticos. Cap. IIII.*

NVnc illud eſt explicandum,quę ſit his ſiſitudo cũ dialecticis,quęve diuerſitas,qđ cum idonee conueniẽterq; monſtrauero,propoſiti operis explebit intẽtio.Primo adeo vt in dialecticis locis(ſicut Themiſtio placet) alii ſunt q̧ in ipſis hærent,de quib. q̃ritur,alii aſſumũtur extrinſecus, alij vero medij inter vtroſq; locati ſunt:ſic in rhetoricis quoq; locis alij in perſonis atq; negotio cõſiſtunt, de quib.ex aduerſa parte certatur,alii vero extrinſecus: vt hi qui geſtum negotium conſequunt,alii vero medij. Quorũ,proximi quidẽ negotio ſunt hi,qui ex circunſtantiis, reliqui in geſtione negotij cõſiderant. Illi vero q̧ in adiunctis negotio collocant,ipſi quoq; inter medios locos poſiti ſunt,qm̃ negotiũ, de quo agitur,quadam affectione reſpiciunt. Vel ſiquis ea quidem,quę perſonis attributa ſunt, vel q̃ continentia ſunt cũ ipſo negotio,vel quę in geſtione negotij cõſiderant, his ſiſia locis dicat,qui ab ipſis in Dialectica trahũtur,de quib. in qõne dubitatur. Conſequentia uero negotium ponat extrinſecus:adiuncta vero inter vtrunq; conſtituat.Ciceronis vero diuiſioni hoc modo fit ſiſis.Nã ea quę continẽtia ſunt cũ ipſo negotio,vel ea q̃ in geſtione negotij cõſiderantur, in ipſis hęrent de quibus quęritur. Ea vero quæ adiuncta ſunt,inter affecta ponũtur:ſed ea quę negotium conſequuntur,extrinſecus collocata ſunt.vel ſiquis ea quidem quæ cõtinentia ſunt cũ ipſo negotio,in ipſis hęrere arbitretur.affecta vero eſſe ea quæ ſunt in geſtione negotij,vel adiuncta negotio:extrinſecus aũt ea quæ geſtum negotiũ conſequuntur.Iam vero illę perſpicuæ ſunt cõitates, quod quidẽ ipſi pene in vtriſq; facultatib. verſantur loci,vt genus,vt pars, vt ſimilitudo,vt contrarium,vt maius,ac minus. De cõitatibus ſatis dictum eſt.Differentię ſunt, ꝙ dialectici theſibus ẽt apti ſunt.Rhetorici tm̃ ad hypotheſes.i. ad qõnes informatas circunſtantijs aſſumuntur. Nam ſicut ipſæ facultates a ſemetipſis vniuerſalitate & particularitate diſtinctæ ſunt: ita ẽt eorũ loci ambitu & contractione diſcreti ſunt. Nam dialecticorum maior eſt ambitus,& quoniam pręter circunſtantias ſunt quæ ſingulares faciunt cãs, non modo ad theſes vtiles ſunt, verũ ẽt ad argumenta quę in hypotheſibus poſita ſunt, eorumq; locos, qui ex circunſtantiis conſtant claudunt, atq; ambiunt:itaque fit, ut ſemper egeat rhetor dialecticis locis: dialecticus ſuis poſſit eſſe contentus. Rhetor.n. qm̃ cauſas ex circunſtantiis tractat,ex eiſdem circunſtantijs argumenta pręſumet, quę neceſſe eſt ab vniuerſalibus & ſimplicibus confirmari, qui ſunt dialectici.Dialecticus vero qui prior eſt,poſteriore non eget, niſi aliquando inciderit quęſtio perſonę,vt cum ſit incidens dialectico ad probandam ſuam theſim cauſa circunſtantijs incluſa,tum demum rhetoricis vtatur locis.Itaq; in dialecticis locis, ſi

ita

ita contingir a gñe argumenta ſumuntur,i.ab ipſa gñis natura.Sed ĩ rhetoricis ab eo gñe,quod illic genus eſt,de quo agitur,nec a natura generis , ſed a re gñis ipſa , quæ genus eſt.Sed vt, progrediatur,ratio ex eo pendet,ꝙ natura generis ante præcognita eſt,vt ſi dubitetur , an fuerit aliquis ebrius,dicetur, ſi refellere velimus, nõ fuiſſe,qm̃ nulla in eo luxuries anteceſſerit , idcirco nimirum , quia cum luxuries ebrietatis quaſi quoddã genus ſit,cum luxuries nulla fuerit, nec ebrietas quidem fuit.Sed hoc pendet ex altero.Cur.n.ſi luxuries non fuit,ebrietas eſſe non potuit ? Ex natura gñis, id demonſtratur,quod dialectica ratio ſubminiſtrat . Vnde .n.genus abeſt,inde ẽt ſpecies abeſſe neceſſe eſt : qm̃ genus ſpẽs non relinquit.Et de ſimilib.quidem, & de cõtrarijs eodem modo,in quibus maxima eſt diſſimilitudo inter rhetoricos ac dialecticos locos.Dialectica .n.ex ipſis qualitatib. Rhetorica vero ex rebus qualitatẽ ſuſcipientibus argumenta veſtigat,vt dialecticus ex gñe.i.ex ipſa gñis natura,Rhetor ex ea re quę genus eſt. Dialecticus ex ſĩtudine , Rhetor ex ſimili,i.ex ea re,quę ſimilitudinem tenet.Eodem modo ille ex contrarietate,hic ex cõtrario.Omnib.igitur quæ ſuperius propoſuimus expeditis , illud arbitror apponẽdũ, quod,M.Tullius Topica quę ad C.Trebatium peritum iuris eddit,non eo mõ quo de ipſis diſputari poſſit,diſſeruit, ſed quemadmodum rhetoricæ facultatis argumenta ducerentur,quod in his commẽtarijs diligẽtius expediuimus , qui a nobis in eiuſdem Cic.Topica conſcripti ſunt. Quo aũt modo de his dialecticis rationib. diſputetur, in his commentarijs,quos in Ariſtotelis Topica nobis translata conſcripſimus,expeditum eſt.

## ANITII MANLII SEVERINI BOETHI de duabus naturis & una perſona Chriſti aduerſus Eutychen & Neſtorium.

ANXIE te quidem diuq; ſuſtinui , ut de ea.quæ in conuentu mota eſt , quæſtione loqueremur.Sed qm̃ & tu quo minus venires,occupatione diſtractus es: & ego in craſtino conſtitutus negotiis implicabor, mandaui literis quę coram loquendo ſeruaueram.Meminiſti.n.cum in concilio legeretur epiſtola, recitatũ Eutychianos ex duabus naturis Chriſtum conſiſtere confiteri, in duabus negare:Catholicos vero & ex duabus eum naturis conſiſtere,& in duabus ęqualiter credi . Cuius dicti nouitate perculſus,harum coniunctionum, quę ex duabus naturis,vel in duabus conſiſterent , differentias inquirebam, multum.ſ.referre ratus , nec inerti negligentia prætereundum quod eius ſcriptor epiſtolæ tanq̃ valde neceſſarium pręterire noluiſſet.Hic oẽs,apertam eſſe dĩam , nec quicq̃ in eo eſſe caliginis confuſumq; ſtrepere . Nec vllus in tanto tumultu,qui leuiter attingeret q̃õnem , nedum qui expediret,inuentus eſt . Abſederam ego ab eo quem maxime intueri cupiebam lõgius,atq; ab eo,ſi ſitum ſedentium recorderis,auerſus,pluribusq; oppoſitis,nec ſi quidem cuperem, vultum nutumq; eius aſpicere poteram.ex quo mihi aliqua eius darentur ſigna iudiij . Atq; ego quidem nihil cęteris amplius afferebam,immo vero aliquid ẽt minus.Nam de re propoſita æque nihil cęteris ſentiebam . Minus vero quam cæteri ipſe afferebã falſę.ſ.ſciẽtiæ pſumptionem.Tuli æger time fateor,compreſſuſq; indoctorũ grege conticui metuẽs ne iure videre inſanus, ſi ſanus inter furioſos haberi contẽderem.Meditabar igitur dehinc omnes animo q̃õnes ; nec deglutiebam quod acceperam,ſed frequentis conſilii iteratione ruminabam.Tandem igitur patuere pulſati animo fores,& ueritas inuenta quęrenti oẽs nebulas Eutychiani recluſit erroris.Vnde mihi maxime ſubijt admirari , quænam hęc in doctorum hominum eſſet audacia, qui inſcientiæ vitium pręſumptionis atq; impudentiæ nube conentur obducere . Cum non modo ſępe id quod proponatur ignorent, verum in hmõi contentionib. ne id quidem quod ipſi loquantur, intelligant , quaſi non deterior ſiat inſcientiæ cã, dum tegitur.Sed ab illis ad te tranſeo , cui hoc quantuluncunq; eſt,examinandum prius perpendendum tranſmitto. Quod ſi recte ſe habere pronunciaueris : peto vt mei nõis hoc quoq; inſeras chartis:ſin vero vel minuendum aliquid, vel addendum,vel aliqua mutatione variandum eſt,id quoque poſtulo,remitti meis exemplaribus, ita vt ad te reuertatur tranſcribendum . Quę vbi ad calcem ducta conſtiterint,tum demum eius cuius ſoleo iuditio cenſenda trãſmittam.Sed quoniam ſemel res a collocutione transfertur ad ſtilum,prius extremi ſibiq; contrarij Neſtorij atq; Eutychis ſummoueantur errores : Poſt vero adiuuante Deo chriſtianę medietatem fidei temperabo.

### *Quod modis natura dicatur,& quid ſit natura. Cap. I.*

QVoniam vero in tota q̃õne contrarium ſibimet hęreſeon de perſonis dubitatur,atq; naturis : hæc primitus differentiis ſegreganda. Natura igitur aut de ſolis corporib.aut de ſolis pędicatur ſubſtantijs .i. corporeis & incorporeis,aut de omnib. reb. q̃ quocunq; mõ dñr. Cum igitur trib.modis natura dici poſſit , trib. modis ſine dubio definienda eſt.Nam ſi de oĩb. rebus naturam dici placet,talis definitio dabitur,q̃ res oẽs quę ſunt poſſit includere.erit ergo hmõi,Natura eſt earum rerum q̃ cum ſint,quoquo modo intellectu capi pñt . In hac igitur definitione & accidentia & ſubſtantiæ definiuntur.Hęc.n.omnia intellectu capi pñt.Additum vero,quoquo mõ,quoniã Deus & natura integro perfectoq; intellectu intelligi non pñt , ſed aliquo tantũ mõ cæterarum rerum priuatione capiuntur . Idcirco vero adiunximus,quę cum ſit,quoniam ẽt ipſum nihil ſignificat aliquid,ſed non naturã . Neq;.n.quod ſit aliquid, ſed potius non eſſe ſignificat . Omnis vero natura eſt.Et ſi de omnib. quidẽ rebus naturam dici placet, hæc ſi naturæ definitio , quam ſuperius propoſuimus . Sin vero de ſolis ſubſtantiis natura dicit, quoniam ſubſtantię oẽs aut corporeæ ſunt,aut incorporeæ;dabimus definitionẽ naturę ſubſtantias ſignificanti hmõi,Natura eſt quod facere, vel quod facere,& pati poſſit.Pati quidem ac facere , vt omnia corporea atq; corporeorum anima. Hęc.n.in corpore & facit & patitur.Facere vero tantum vt Deus,cęteraq; diuina. Habes igĩ definitionem eius quoque ſignificationis naturę, q̃ tantum ſubſtantiis applicatur . Qua in re ſubſtantiæ quoq; eſt reddita definitio.Nam ſi omnem natura ſubſtantiã mõſtrat,eum naturam deſcripſimus,ſubſtantię quoque reddita eſt deſcriptio . Quod ſi naturæ nomen relictis incorporeis ſubſtantijs,ad corporales vſq; contrahitur , vt corporeę tãtum ſubſtantiæ naturam habere videantur,ſicut Ariſt. cæteriq; & eiuſmodi & multimodæ philoſophiæ ſectatores putant:Definiemus eam vt ij ẽt , qui naturam non niſi in corporib. eſſe poſuerunt . Eſt autem eius definitio hoc modo. Natura eſt per ſe motus principium . Quod motus principium dixi,hoc eſt,quoniã corpus oẽ hẽt proprium motum, vt ignis ſurſum,terra deorſum.Item quod per ſe principiũ motus naturã eſſe propoſui & non per accidẽs,tale eſt, quoniã lectum quoq; ligneum deorſum ferri neceſſe eſt,ſed deorſum per accñs ferĩ.Idcirco.n.quia lignum eſt,quod eſt terra,pondere & grauitate deducitur. Non.n.quia lectus eſt, deorſum cadit,ſed quia terra eſt.i.quia terrę contigit vt lectus eſſet.Vnde fit, vt lignum naturaliter eſſe dicamus,lectum uero artificialiter.Eſt ẽt alia ſignificatio naturę , per quam dicimus diuerſam eſſe naturam auri atq; argenti , in hoc proprietatem rerum monſtrare cupientes. Quę ſignificatio naturę definiet hoc modo. Natura eſt vnamquamque rem informans ſpecifica differentia. Cum igitur tot modis vel dicatur,uel definiat natura,tam catholici quam Neſtorius ſm vltimam definitionem duas in Chriſto naturas eſſe conſtituunt.Neq; enim eaſdem in Deum atq; hominem differentias conuenire.

Qui

### *Quid ſignificet perſona, & vnde nomen perſonæ ſumtum ſit.* Cap. II.

SEd de perſona maxime dubitari pōt, quęnā definitio poſſit aptari. Si.n.oīs habet natura perſonam, indiſſolubilis nodus eſt, quęnam inter naturā perſonāq; poſſit eſſe diſcretio. Aut ſi non æquatur perſona naturę, ſed infra terminum ſpatiūq; naturę perſona ſubſiſtit, difficile demū eſt, ad quas vſque naturas perſona perueniat, ideſt quas naturas conueniat hſe perſonā quas a perſonę vocabulo ſegregari. Nā illud qdē manifeſtū eſt, perſonā ſubiectā eſſe naturæ, nec p̄ter naturam perſonam poſſe p̄dicari. Veſtigāda ſunt igitur hęc inquirentib. hoc mō. Qm̄ pręter natura non p̄t eſſe pſona, qm̄q; naturæ aliæ ſunt ſubſtantiæ, alia accīdētia, & videmus perſonam in accidētib. non poſſe cōſtitui. Quis.n.dicat vllam albedinis, vel nigredinis, ſiet magnitudinis eſſe perſonam? Relinquitur ergo vt perſonam in ſubſtantijs dici conueniat: ſed ſubſtantiarum alię ſunt corporeę, alię incorporeæ. Corporearum vero, alię ſunt viuentes, alię minime. Viuentium aliæ ſunt ſenſibiles, alię minime. Senſibilium alię rationales, aliæ irrationales. Rationalium vero alia eſt immutabilis atq; impaſſibilis per naturam, vt Deus: alia per creationem mutabilis atq; paſſibilis, niſi impaſſibilis gratia ſubſtantiæ ad impaſſibilitatis firmitudinem mutetur, ut Angelorum atq; animę Ex quib. omnib. neq; in hoc viuentib. corporibus perſonam poſſe dici manifeſtum eſt. Nullus.n.lapidis vllam dicit eſſe perſonam, neq; rurſus eorum viuentiū quę ſenſu carent. Neq; enim vlla perſona eſt arboris, neque vero eius quę intellectu ac ratione deſeritur. Nulla.n. eſt perſona equi vel bouis, cęterorumq; animalium, quæ muta ac ſine ratione vitā ſolis ſenſib. degunt. At hoīs dicimus eſſe perſonam, dicimus Dei, dicimus Angeli. Rurſus ſubſtantiarū alię ſunt vl'es, alię particulares. Vniuerſales ſunt quę de ſingulis prędicātur, vt homo, aīal, lapis, lignū, cęteraq; hmōi, quę vel gn̄a vel ſpēs ſunt. Nam & homo de ſingulis hominibus, & animal de ſingulis animalibus, lapisq; ac lignum de ſingulis lapidib. ac lignis dicuntur. Particularia vero ſunt, quę de alijs minime prædicantur, vt Cic. Plato, hoc æs, vn̄ hęc Achillis ſtatua facta eſt. Lignum hoc, vnde hæc menſa compoſita eſt. Sed in his omnibus nuſquam in vniuerſalib. perſona dici poteſt, ſed in ſingularib. tantm atq; indiuiduis. Animalis.n. vel gn̄alis, hominis nulla perſona eſt, ſed vel Ciceronis, vel Platonis, vel ſingulorum indiuiduorum perſonę ſingulę nuncupantur. Quocirca ſi perſona in ſolis ſubſtā tijs eſt, atq; in his, rationalibus, ſubſtantiaq; omnis natura eſt, nec in vniuerſlibus, ſed in indiuiduis conſtat, reperta eſt perſonæ definitio, naturę rationabilis indiuidua ſubſtantia. Sed nos hac definitione eam quam Gręci ὑπόστασιν dicunt, terminauimus: nomen.n. perſonę uidetur aliunde traductū: Ex his .ſ. perſonis qui in comœdijs tragedijsq; eos quorum intereſt homines repreſētabāt. Perſona vero dicta eſt a perſonando circunflexa penultima. Quod ſi acuatur antepenultima apertiſſime a ſono dicta videbitur. Idcirco autem a ſono, quia ecōcauitate ipſa, maior neceſſe eſt voluatur ſonus. Græci qnoq; has perſonas πρόσωπα vocant ab eo quod perſonantur in facie, atq; ante oculos obtegant vultum παρὰ τοῦ πρὸς τὰς ὦπας τίθεσθαι. Sed quoniam perſonis inductis hiſtriones indiuiduos homines, quorum intererat in tragœdia vel comœdia (vt dictum eſt) repreſentabant, i. Hecubā, vel Medeam, vel Simonem, vel Chremetem, idcirco cæteros quoq; homines, quorum certa pro ſui forma eſſet agnitio, & Latini perſonas, & gręci πρόσωπα nuncupauerunt.

### *Quid interſit inter eſſentiam, ſubſiſtentiam, ſubſtantiam, atq. naturam.* Cap. III.

LOnge vero illi ſignatius, naturę rationabilis indiuiduā ſubſtantiam ὑποστάσεως nomine vocauere, nos vero per inopiam ſignificantium vocum tranſlatitiam retinuimus nū cupationem, eam quam illi ὑπόστασιν dicunt perſonam vocantes, ſed peritior Græcia ſermonum ὑπόστασιν vocat indiuiduam ſubſiſtentiam atq; vti græca vtar oratione in rebus quę a gręcis agitatę latina interpretatione tranſlatæ ſunt αἱ οὐσίαι ἐν μὲν τοῖς καθόλου εἶναι δύνανται, ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος μόνοις ὑφίστανται, ideſt eſſentię in vniuerſalibus quidē eſſe poſſunt, in ſolis vero indiuiduis & particularibus ſubſtāt. Intellectus.n. vniuerſaliū rerū ex particularib. ſumptus eſt. Quocirca, cū ipſę ſubſtātię in vniuerſalib. quidem ſint, in particularib. vero capiant ſubſtantiā, iure ſubſtantias particulariter ſubſiſtentes ὑποστάσεις appellauerunt. Neq; enim penſius ſubtiliusq; intuenti idem videbitur eſſe ſubſiſtentia, quod ſubſtantia. nam quod gręci ὑπόστασιν, uel οὐσιῶσθαι dicunt, id nos ſubſiſtentiam, vel ſubſiſtere appellamus. Quod vero illi ὑπόστασιν, vel ὑφίστασθαι, id nos ſubſtantiam, vel ſubſtare interpretamur. Subſiſtit.n. qd' ipm accidentib. ut poſſit eſſe non indiget. Subſtat autem id quod alijs accidentib. ſubiectum quoddam, vt eſſe valeant, ſubminiſtrat. Sub illis.n. ſtat, dum ſubiectum eſt accidentibus itaque genera vel ſpēs ſubſiſtunt tm̄: neque.n. accidentia generibus ſpeciebuſve cō tingunt. Indiuidua vero non modo ſubſiſtunt. (Nam neq; ipſa indigent accidentibus, vt ſint. Informata.n. ſunt iam proprijs & ſpecificis differentijs,) ſed accidenlib. vt eſſe poſſint miniſtrant ſubſtantię, ideſt ſubiecta, dū ſunt. Quocirca, εἶναι quidem eſſe, οὐσιῶσθαι vero ſubſiſtere intelligitur. neq; enim verborum inops eſt græcia, vt M. Tull. illudit, ſed eſſentiā, ſubſiſtentiam, ſubſtantiam, perſonam, totidē nominib. reddit. Eſſentiam quidem οὐσίαν. Subſiſtentiam vero οὐσίωσιν. Subſtantiam ὑπόστασιν. Perſonā πρόσωπον appellans. Ideo autem ὑποστάσεις gręci indiuiduas ſubſtantias vocauerunt, qm̄ cęteris ſubiunt. Et quibuſdam quaſi accidentibus ſuppoſitę ſubiectæq; ſunt. Atq; idcirco nos quoq; eas ſubſtantias nuncupamus, quaſi ſuppoſitas, quas ὑποστάσεις. Cumq; etiam πρόσωπα nuncupent eaſdem ſubſtantias: poſſumus nos quoq; nuncupare perſonas. Idem eſt igitur οὐσίαν eſſe, quod eſſentiam. Idem οὐσίωσιν, quod ſubſiſtentiam. Idem ὑπόστασιν, quod ſubſtantiam. Idem πρόσωπον, quod perſonam. Quare aūt de irrationalibus animalibus græcus ὑπόστασιν non dicat, ſicut nos de eiſdem nomen ſubſtātiæ prædicamus, hæc ratio eſt, quoniam nomen hoc meliori applicatum eſt, vt aliqua id quod eſt excellentius, tametſi non deſcriptione naturę ſēm id quod ὑφίστασθαι, atq; ſubſtare eſt: at certe ὑποστάσεως, vel ſubſtantiæ vocabulis diſcerneretur. Eſt igitur hominis quidem & eſſentia, ideſt οὐσία & ſubſiſtentia, ideſt οὐσίωσις Et πρόσωπον, ideſt perſona: οὐσία quidem atque eſſentia, qm̄ eſt οὐσίωσις uero atq; ſubſiſtentia, qm̄ in nullo ſubiecto eſt. ὑπόστασις vero atq; ſubſtantia quoniam ſubeſt cæteris quæ ſubſiſtentię non ſunt, ideſt οὐσιώσεις, πρόσωπον atq; perſona, qnoniam eſt rationabile indiuiduum. Deus quoque & οὐσία eſt, ideſt eſsētia. Eſt enim, & maxime ipſe eſt: a quo omnium eſſe proficiſcitur. Et οὐσίωσις ideſt ſubſiſtentia. Subſiſtit.n. nullo indigens, Vnde et dicimus vna eſſe οὐσίαν vel οὐσίωσιν, ideſt eſſentiam vel ſubſiſtentiam deitatis. Sed tres ὑποστάσεις, ideſt tres ſubſtantias. Et quidem ſēm hūc modum dixere vnam trinitatis eſſentiā tres ſubſtantias, treſq; perſonas. Niſi.n. tres in Deo ſubſtātias eccleſiaſticus loquēdi vſus excluderet, videretur idcirco de Deo dici ſubſtantia. Non quod ipſe cęteris rebus quaſi ſubiectum ſupponeretur, ſed quod idem omnibus vti pręeſſet, ita ēt quaſi principium ſubeſſet rebus, dum eis omnibus οὐσιῶσθαι vel ſubſiſtere ſubminiſtrat. Sed hæc omnia idcirco dicta ſint, vt differentia naturę atque perſonæ, ideſt οὐσίας atque ὑποστάσεως mōſtraremus. Quo vero nomine vnumq odque oporteat appellari eccleſiaſticę ſit locutionis arbitrium.

### *Neſtorii præſulis Conſtantinopolitani confutatio, q̄ duas perſonas in Chriſto aſſerebat.* Cap. IIII.

HOc interim conſtet, quod ſiter naturam perſonamq; differre prędiximus. Qm̄ natura eſt cuiuslibet ſubſtantiæ ſpecificata proprietas: perſona vero rationabilis naturę indiuidua ſubſiſtentia. Hanc in Chriſto Neſtorius

ſtorius duplicem eſſe couſtituit, eo.ſ.traductus errore, q̃ putauerit in omnib. naturis dici poſſe perſonam. Hoc.n.præſumpto, qm̃ in Chriſto duplicem naturam eſſe cenſebat, duplicem quoq; perſonam eſſe confeſſus eſt. Qua in re eum falſum eſſe, cũ definitio ſuperius dicta cõuincat, tum hęc argumentatio euidenter eius declarauit errorẽ. ſi.n.nõ eſt Chriſti vna perſona, duaſq; naturas eſſe manifeſtũ eſt. hominis.ſ.atq; Dei (nec tam erit inſipiens cuiſquam, quin vtranq; earũ ratione ſeiungat) ſequitur vt duę videatur eſſe perſonę. Eſt.n.perſona (vt dictum eſt) naturæ rationabilis indiuidua ſubſiſtentia, quę eſt igitur facta hominis. Deiq; coniunctio? Num ita quaſi cum duo corpora ſibimet apponuntur, vt tm̃ locis iuncta ſunt, & nihil in alterum ex alterius qualitate perueniat? Quem coniunctionis modum Gręci *κατὰ παράθεσιν* vocant: ſed ſi ita diuinitas humanitati coniuncta eſt, nihil horum ex vtriſq; confectum eſt, ac per hoc nihil eſt Chriſtus. Nomen quippe ipſm vnum quiddam ſignificat ſingularitate vocabuli. At ſi duab. perſonis manentibus, ea coniunctio, qualem ſuperius diximus, facta eſt naturarum, vnum ex duobus effici nihil potuit. Omnino. n. ex duab. perſonis nihil vnquam fieri põt. Nihil igitur vnum ſecundum Neſtorium Chriſtus eſt, ac per hoc omnino nihil. Quod.n. non eſt vnum, nec eſſe omnino poteſt. Eſſe. n. atq; vnum conuertitur. Et quodcunq; vnum eſt, etiam ea quę ex plurib. coniunguntur, vt aceruus, chorus, vnum tamen ſunt. Sed eſſe Chriſtum manifeſte ac veraciter confitemur. Vnum igitur eſſe dicimus Chriſtum. Quod ſi ita eſt, vná quoq; Chriſti ſine dubitatione perſonam eſſe neceſſe eſt: nam ſi duę perſonæ eſſent, vnus eſſe non poſſet. Duos vero eſſe Chriſtos, nihl eſt aliud niſi præcipitatę mentis inſania; Cur.n.omnino duos audeat Chriſtos vocare vnum hominem, alium Deum? Vel cur eũ qui deus eſt, Chriſtum uocat, ſi eum quoq; q homo eſt, Chriſtum eſt appellaturus? Cum ſimile nihil habeat ex copulatione coniunctum, cur ſimili nomine diuerſiſſimis abutatur naturis? cum ſi Chriſtum definire cogitur vtriſq; (vt ipſe dicit) Chriſtis, non poſſit vná definitionis adhibere ſubſtantiam. Si.n.dei atq; hominis diuerſa ſubiecta eſt, vnumque in vtriſque Chriſti nomen, nec diuerſarum coniunctio ſubſtantiarum vnam creditur feciſſe perſonam, æquiuocum nomen eſt Chriſti, & nulla poteſt definitione concludi. Quibus aũt vnquam ſcripturis nomen Chriſti geminatur? Quid vero noui per aduentum ſaluatoris effectum eſt? nam catholicis & fidei veritas, & raritas miraculi conſtat. Quam.n.magnũ eſt, quamq; nouum quod ſemel, nec vllo alio ſeculo poſſit euenire, at eius qui ſolus eſt deus, natura cum humana, quę ab eo erat diuerſiſſima, conueniret, atque ita ex diſtantibus naturis vna fieret copulatione perſonæ. Scd̃m. Neſtorii vero ſententiam quid contigit noui? Seruat inquit proprias humanitas diuinitaſq; perſonas. Qñ.n.non fuit diuinitatis propria, humanitatiſq; perſona? Qñ vero non erit? Vel q d amplius in Ieſu generatione contigit, quam cuiuſlibet alterius? ſi diſcretis vtriſq; perſonis diſcretæ ẽt fuere naturæ. Ita.n.perſonis manentibus, illic nulla naturarum potuit eſſe coniunctio, ut in quolibet homine, cuius cum propria pſona ſubſiſtat, nulla eſt ei excellentiſſimæ ſubſtantiæ coniũcta diuinitas, ſed fortaſſe Ieſum id eſt perſonam hominis, idcirco Chriſtum vocet, qm̃ per eam mira quędam ſit operata diuinitas. Eſto vero Deum ipſum Chriſti appellatione cur vocet? Cur vero non elementa quoq; ipſa ſimili audeat appellare vocabulo, per quę deus mira quædam quotidianis motib. operatur? An quia irrationabiles ſubſtantię non poſſunt habere perſonam, quæ Chriſti vocabulum excipere poſſint? Nõne in ſanctis nominibus, ac pietate conſpicuis apertus diuinitatis actus agnoſcitur? Nihil.n.intererit, cur non ſanctos quoq; viros eadem appellatione dignetur, ſi in aſſumptione humanitatis, non eſt vna ex coniunctione perſona. Sed dicat forſitan, illos quoq; Chriſtos vocari, fateor, ſed ad imaginem veri Chriſti. Quod ſi nulla ea homine atq; deo vna perſona coniuncta eſt, omnes ita veros Chriſtos arbitrabimur, ut hunc qui ex virgine genus creditur. Nulla quippe in hoc adunata perſona eſt ex dei atque hominis copulatione. Sicut nec in eis, qui dei ſpiritus de venturo Chriſto prædicabant. Propter quod ẽt ipſi quoque appellati ſunt Chriſti. Iam uero ſequitur, ut perſonis manẽtibus, nullo mõ a diuinitate humanitas credatur aſſumpta. Omnino.n. diſiũcta ſunt, quæ ęque perſonis naturiſq; ſeparantur, prorſus inq̃ diſiuncta ſunt. Nec magis inter ſe homines boueſq; diſiuncti, quam diuinitas in Chriſto humanitaſq; diſcreta eſt, ſi manſere perſonę. Hoĩes quippe ac boues vna aĩalis cõitate iunguntur. Eſt.n.aĩlis ſm̃ genus cõis ſubſtantia, eademq; in vniuerſalitatis collectione natura. Deo vero atq; homini quid non erit diuerſa ratione diſiunctum, ſi ſub diuerſitate naturę, perſonarum quoq; credatur manſiſſe diſcretio? Nõ eſt igitur ſaluatum genus humanum, nulla in nos ſalus Chriſti gñatione proceſſit? Tot prophetarũ ſcripturæ populum illuſere credentem. Omnis veteris teſtamenti ſpernatur autoritas, per quam ſalus mundo Chriſti gñatione pmittitur. non ãt pueniſſe manifeſtum eſt, ſi eadẽ in perſona eſt, quæ ĩ natura diuerſitas. Eundem quippe ſaluum fecit, quẽ creditur aſſumpſiſſe. Nulla vero intelligi aſſumptio põt, ſi manet ęq; naturę perſonęq; diſcretio. Igitur qui aſſumi manente perſona non potuit, iure non videbitur per Chriſti generationem potuiſſe ſaluari. Non eſt igiĩ per gñationem Chriſti hominum ſaluata natura, quod credi nefas eſt. Sed q̃q̃ per multa ſint, quæ hunc ſenſum impugnare valeant atq; perfringere: de argũtorum copia tamen hoc interim libaſſe ſufficiat.

*Eutychis abbatis conſtantinopolitani cõfutatio qui vnã naturam tantum in Chriſto aſſerebat. Cap. V.*

TRanſeundum quippe eſt ad Eutychem, qui cum a veterum orbitis eſſe euagatus, in contrarium cucurrit errorem. Aſſerens tm̃ abeſſe, vt in Chriſto gemina perſona credatur, vt ne naturam quidem in eo duplicem oporteat confiteri. Ita quippe eſſe aſſumptum hominem, vt ea ſit adunatio facta cum deo, vt natura humana non manſerit. Huius error ex eodem quo Neſtorii fonte probabitur. Nam ſicut Neſtorius arbitratus, non poſſe eſſe naturam duplicem, quin perſona fieret duplex. atq; ideo cum in Chriſto naturam duplicem confiteretur: duplicem credidit eſſe perſonam. Ita quoq; Eutyches non putauit naturam duplicem eſſe, ſine duplicatione perſonæ. Et cum non confiteretur duplicem eſſe perſonam, arbitratus eſt conſequens, vt vna uideretur eſſe natura. Itaq; Neſtorius recte tenens duplicem in Chriſto eſſe naturam, ſacrilege confiteĩ duas eſſe perſonas. Eutyches vero recte tenens vnam eſſe perſonam, impie credit vnam quoq; eſſe naturam. Qui conuictus euidentia rerum (qñquidem manifeſtum eſt aliam naturam eſſe hominis, aliam dei) ait duas ſe confiteri in Chriſto naturas ante adunationem, vnam vero poſt adunationem. Quæ ſententia nõ aperte qđ vult eloquitur, vt tñ eius dementiam perſcrutemur. Adunatio hęc aut tẽpore gñationis facta ẽ, aut tẽpore reſurrectionis: Sed tẽpore generationis facta eſt, videĩ putare & ante generationem fuiſſe humanam carnẽ non a Maria ſumptá, ſed aliquo modo alio præparatam. Mariam vero virginem appoſitam, ex qua caro naſceretur, quę ab ea ſumpta nõ eſſet. Illam vero carnem quę ante fuerit, eſſe & diuiſam atq; a diuinitatis ſubſtantia ſeparatam. Cum ex virgine natus eſt, adunatam eſſe deo, vt vna videretur eſſe facta natura. Vel ſi hęc eius ſententia non eſt, illa eſſe poterit dicentis, Duas ante adunationem, vnam poſt adunationem, ſi adunatio generatione perfecta eſt, vt corpus quidem a Maria ſumpſerit, ſed antequam ſumeret, diuerſam deitatis diuinitatiſque fuiſſe naturam: ſumpta vero vnam factam atque in diuinitatis ceſſiſſe ſubſtantiam. Quod ſi hanc adunationem non putat generatione, ſed reſurrectione factam: rurſus id duobus fieri arbitrabitur modis. Aut enim genito Chriſto, & non aſſumente de Maria corpus, aut aſſumente ab eadem carnem, vſque dum reſurgeret quidem duas eſſe naturas, poſt reſurrectionem unam factam. De quibus illud diſiunctum naſcitur, quod interrogabimus hoc modo, natus ex Maria Chriſtus, aut ab ea carnem humanam

traxit

traxit aut minime: ſi non confitetur ex ea traxiſſe, dicat quo homine indutus aduenerit. Vtrum ne eo qui deciderat præuaricatione peccati, an alio? Si eo de cuius ſemine ductus ē homo, quem veſtita diuinitas eſt? Nam ſi ex ſemine Abrahę atq; Dauid, & poſtremo Mariæ non fuit caro illa qua natus eſt, oſtendat ex cuius hominis ſit carne deriuatus. Qm̄ poſt primum hominem caro omnis humana, ex humana carne deducitur. Sed ſi quem dixerit hominem, a quo generatio ſumpta ſit Saluatoris preter Mariam Virginem, & ipſe errore confundetur, & aſcribere mendacij notam ſummæ diuinitati illuſus ipſe videbitur. Quandoquidem Abrahę atque Dauid promittitur in ſanctis diuinationibus, vt ex eorū ſemine toti mūdo ſalus oriatur. Cum preſertim ſi humana caro ſumpta eſt, non ab alio ſumi potuerit, niſi unde etiā procreabat. Si igitur a Maria nō eſt ſumptum corpus humanū, ſed a quolibet alio, per Mariam tñ eſt procreatum quod fuerāt præuaricatione corruptū, ſuperius dicto repellit argumento. Qđ ſi non de eo homine Chriſtus indutus eſt, qui p peccati pœna ſuſtinuerat mortē. Illud eueniet, ex nullius hoīs ſemine talē potuiſſe naſci, q fuerit ſine originalis pœna peccati. Ex nullo igit̄ talis ſumpta eſt caro, vnde fit vt nouiter uideatur eſſe formata. Sed hęc aut ita hominum viſa eſt oculis, vt humanū putaretur corpus, qđ re vera non eſſet humanū, quippe qđ nulli originali ſubiaceret pœnę: Aut noua quędam vera hęc pœnæ peccati ſubiacens originalis ad tēpus hoīs natura formata eſt. ſi vero hominis corpus nō fuit, aperte arguit mentita diuinitas, quæ oſtenderet hominibus corpus, qđ cum verum eſſet, tum fallerentur hi qui verum eſſe arbitrarentur. At ſi noua veraq; non ex homine ſumpta caro formata eſt: Quo tanta tragœdia generationis? vbi ambitus paſſionis? Ego quippe ne in homine quidē non ſtulte fieri puto, quod inutiliter factum eſt. Ad quā vero vtilitatē facta probabitur tanta humilitas diuinitatis? Si homo qui perijt generatione, a paſſione Chriſti ſaluatus non eſt, qm̄ negatur aſſumptus. Rurſus igitur, ſicut ab eodē Neſtorij fonte Eutychis error principium ſumpſit, ita ad eundem finem relabitur. Vt ſecūdum Eutychem quoque non ſit ſaluatum genus humanum. Quoniam non is qui ęger eſſet & ſaluatione curaq; egeret, aſſumptus eſt. Traxiſſe at hanc ſententiam videtur, ſi tñ huius erroris fuit, vt crederet non fuiſſe corpus Chriſti vere ex homine, ſed extra atque a Deum in cęlo formatum, quoniam cum eo in cęlo creditur aſcendiſſe. Quod exemplum continet tale. Non aſcendit in cęlum niſi qui de cœlo deſcendit. Sed ſatis de ea parte dictum uidetur, ſi corpus quod Chriſtus excepit, ex Maria non credatur aſſumptum: ſi vero aſſumptum eſt ex Maria, neq; permanſit perfecta humana diuinaq; natura, id tribus effici potuit modis. Aut .n. diuinitas in humanitatem tranſlata eſt, aut humanitas in diuinitatem, aut vtraq; in ſe ita temperatæ ſunt atq; commixtę, vt neutra ſubſtantia propriam formam teneret. Sed ſi diuinitas in humanitatem tranſlata eſt, factū eſt, quod credi nefas eſt, vt in humanitas immutabili ſubſtantia permanente, diuinitas verteretur. Et quod paſſibile atq; mutabile naturaliter exiſteret, id immutabile permaneret. Quod vero immutabile atq; impaſſibile naturaliter creditur, id in rem mutabilem verteretur. Hoc igitur fieri nulla ratione contingit, ſed humana forſitan natura in deitatem eſſe conuerſa. hoc vero qui fieri poteſt? diuinitas in generatione Chriſti, & humanam animam ſuſcepit, & corpus. Non .n. omnis res in rem omnē verti ac tranſmutari poteſt. Nam cum ſubſtantiarum aliæ ſint corporeę, alię incorporeæ, neq; corporea in incorporeā, neq; incorporea in eam quæ corpus eſt, mutari poteſt. Nec vero incorporea in ſe inuicē formas proprias mutant. Sola .n. mutari traſformariq; in ſe poſsūt, quę habent vnius materię commune ſubiectū. Nec hęc omnia, ſed ea quę in ſe facere & pati poſſunt. Id vero probatur hoc modo. Neque .n. poteſt ęs in lapidem permutari, nec vero idem æs in herbam. Nec quodlibet aliud corpus in quodlibet aliud transfigurari poteſt. Niſi & eadem ſit materia rerum in ſe tranſeuntium, & a ſe & facere & pati poſſint, vt cum uinum atque aqua miſcentur, vtraq; ſunt alia, quę actū ſibi paſſionemq; communicent. Poteſt .n. aquæ qualitas a uini qualitate aliquid pati. Poteſt itē uini ab aquæ qualitate aliquid pati. Atq; iccirco ſi multū qdē fuerit aquę, uini vero paululū, nō dicitur immixtū, ſed alterū alterius qualitate corrūpit. Siqs .n. vinum fundat in mare, nō mixtū eſt mari vinum, ſed in mare corruptū. Iccirco qm̄ qualitas aquę multitudine ſui corporis nihil paſſa eſt a qualitate vini, ſed potius in ſeipsā vini qualitatē ꝓpria multitudine cōmutauit. Si vero ſint mediocres, ſibiq; ęquales, vel paulo inęquales naturę, q̄ a ſe facere & pati pñt, illę miſcētur, & mediocrib. inter ſe qualitatibus temperantur. Atq; hęc quidem in corporibus, neq; his oībus, ſed tm̄ quę a ſe (vt dictū eſt) & facere & pati poſſunt, cōmunem atq; eadem materia ſubiecta. Oē .n. corpus q in generatiōe & corruptiōe ſubſiſtit, cōmunem videtur habere materiā, ſed non oē ab oī vel in omni, uel facere aliquid uel pati poteſt. Corporea uero in incorporea nulla ratione poterunt permutari, qm̄ nulla cōi materia ſubiecta participant, quę ſuſceptis qualitatibus in alterutram permutetur. Omnis .n. natura incorporeæ ſubę nullo materiæ nititur fundamēto. Nullum vero corpus eſt, cui non ſit materia ſubiecta. Qđ cum ita ſit, cumq; ne ea quidē q̄ communē materiā naturaliter habent, in ſe tranſeant, niſi illis adſit poteſtas in ſe & a ſe faciēdi ac patiēdi. Multo magis in ſe non permutabunt, quib. non mō communis materia non eſt, ſed cū alia res materię fundamēto nitatur, ut corpus, alia omnino materię ſubiecto nō egeat ut incorporeū. Nō igit̄ fieri pōt, ut corpus in incorporalē ſpeciē permutetur. Nec vero fieri pōt, ut incorporalia in ſe inuicē commixtione aliqua permutentur. Quorū .n. communis nulla materia eſt, nec in ſe verti, nec permutari, queūt. Nulla āt eſt incorporalib. materia rebus, non poterunt in ſe igitur inuicem permutari. Sed aīa & Deus incorporeę ſubæ rectè credantur. Non eſt igit̄ humana aīa, i diuinitatē, a qua aſſumpta eſt, permutata. Quod ſi neq; corpus, neq; aīa in diuinitatē potuit uerti, nullo mō fieri potuit, ut humanitas conuerteretur in Deum. Multo minus uero credi poteſt, ut vtraq; in ſeſe confunderentur, qm̄ neq; incorporalitas tranſire ad corpus poteſt, neq; rurſus e conuerſo, corpus ad incorporalitatem. quandoquidem nulla his materia ſubiecta communis eſt, quæ alterutris ſubſtantiarum qualitatibus permutetur. Ait ita aūt. Ex duabus quidem naturis Chriſtum conſiſtere, in duabus vero minime. Hoc .n. intendentes, qm̄ quod ex duabus conſiſtit, ita vnum fieri poteſt, vt illa ex quibus dicitur conſtare non maneant. veluti cum mel aquę confunditur, neutrum manent, ſed alterum alterius copulatione corruptum quiddam tertium fecit: ita illud quidem quod ex melle atq; aqua tertiū fit, conſtare ex vtriſq; dicitur, in vtriſque vero negatur. Nō .n. poterit in vtriſq; conſtare, quando utrorumq; natura nō permanet. Ex vtriſq; conſtare poteſt, licet ex ea quibus coniungitur, alterutra qualitate corrupta ſint: in vtriſque vero huiuſmodi conſtare non poterit, quoniam ea quę in ſe trāſfuſa ſunt non manent, ac non ſunt vtraq;, in quibus conſtare videatur, cum ex vtriſque conſtent in ſe inuicem qualitatum mutatione transfuſis. Catholici vero vtrunq; rationabiliter confitentur. Nam & ex vtriſque conſiſtere, ſed id qua ratione dicatur, paulo poſterius explicabo. Nunc illud manifeſtum eſt conuictam eſſe Eutychis ſententiam, eo nomine, quod cum tribus modis fieri poſſit, vt ex duabus naturis vna ſubſiſtat, vt aut diuinitas in humanitatem tranſlata ſit, aut humanitas in diuinitatem, aut vtraq; permixta ſint: Nullum horum modum fieri potuiſſe ſuperius dicta argumentatione declaratur.

## *Catholica fidei expoſitio, duas in Chriſto naturam, et unā tantum perſona aſſerentis. Cap. VI.*

Reſtat ut quemadmodum Catholica fides dicat, & in vtriſque naturis Chriſtum, & ex vtriſque conſiſtere doceamus. Ex utriſque naturis aliquid conſiſtere duo ſignificat, vnum quidem cum ita dicimus aliquid

ex duabus naturis iungi, ſicut ex melle atq; aqua. Id aũt eſt vt ex quolibet modo confuſis, vel ſi vna vertatur in alterã, vel ſi vtræq; in ſe miſceantur inuicem, nullo modo tñ vtręque permaneant: ſ'm hunc modum Eutyches ait ex vtriſque naturis Chriſtum conſiſtere. Alter vero modus ex vtriſque conſiſtendi, quod ita ex duabus iunctum eſt, vt illa tamẽ ex quibus iunctum eſſe dicitur, maneant, nec in alterutra uertãtur, vt cum dicimus coronam ex auro gemmisq; compoſitã. Hic neq; aurum in gemmas tranſlatum eſt, neq; in aurũ gemma conuerſa, ſed vtraq; permanent, nec formam propriam dereliquunt. Talia ergo ex aliquibus conſtantia & in his cõſtare dicimus, in quibus conſiſtere prędicantur. Tunc.n. poſſumus dicere coronam in gemmis auroq; cõſiſtere. Sunt.n. gemmę atq; aurum in quibus corona conſiſtat. Nam in priore modo, non eſt mel atque aqua, in quibus illud quod ex vtriſque iungitur conſtet. Cum igitur vtraſq; manere naturas in Chriſto Fides Catholica confiteatur, perfectaſq; eaſdem perſiſtere, nec alteram in alteram tranſmutari, iure dicit, Et in vtriſq; naturis Chriſtum, & ex vtriſq; conſiſtere. In vtriſq; quidem, quia manent utręq; Ex vtriſq; vero, quia vtrarumq; adunatione manentium vna perſona fit Chriſti. Non autem ſecundum eam ſignificationem ex vtriſq; naturis Chriſtum iunctum eſſe, fides Catholica tenet, ſecundum quam Eutyches pronunciat. Nam ille talem ſignificationem coniunctionis ea utraque natura ſumit, ut non confiteatur in vtriſque conſiſtere: neque enim vtraſque manere. Catholicus vero eam ſignificationem ex vtriſque conſiſtendi ſumit, quæ illi ſit proxima, eãq; conſeruet, quæ in vtriſque cõſiſtere confitetur. Aequiuocum igitur ex vtriſque conſiſtere, ac potius amphibolum, & gemina ſignificatione diuerſa deſignans. vna quidem ſignificatione non manere ſubſtantias, ex quibus illud quod copulatum eſt, dicatur eſſe coniunctum. Alio modo ſignificans ita vtriſque coniunctum, vt vtraque permaneat. Hoc igitur expedito æquiuocationis atque ambiguitatis modo, nihil eſt vltra quod poſſit opponi, quin id ſit quod firma veraq; Fides Catholica continet, eũdem Chriſtum hominem eſſe perfectum, eundem Deum, eũdemque qui homo ſit perfectus atque Deus, Vnum eſſe Deũ ac Dei filium, nec quaternitatem trinitatis aſtrui, dum homo additur ſupra perfectum Deum, ſed vnam eandemq; perſonam numerum trinitatis explere. Vt cum humanitas paſſa ſit, Deus tñ paſſus eſſe dicatur. Non quod ipſa deitas humanitas facta ſit, ſed ꝙ a deitate fuerit aſſumpta. Item qui homo eſt, Dei filius appellatur, non ſubſtantia diuinitatis, ſed humanitatis, quæ tamen diuinitati naturali vnitate coniuncta eſt. Et cum hęc ita intelligentia diſcernantur, permiſceãturque, tñ vnus idemq; & homo perfectus ſit, & Deus. Deus quidem quod ipſe ſit ex patris ſubſtantia genitus, homo vero qđ ex Maria ſit virgine procreatus. Itemque, qui homo, Deus: eo quod a Deo fuerit aſſumptus: & qui Deus hõ, qm̃ veſtitus homine ſit. Cumq; in eadem perſona aliud ſit diuinitas, quę ſuſcepit, aliud quam ſuſcepit humanitas, idem tñ Deus atq; homo eſt. Nã ſi hominem intelligas, idem homo eſt, atq; Deus. Quoniam homo ex natura, Deus aſſumptione. Si vero Deum intelligas, idem Deus eſt atq; homo, qm̃ Deus eſt natura, homo aſſumptione: ſitq; in eo gemina natura, geminaq; ſubſtantia, quoniam homo Deus: vnaq; perſona, qm̃ idem homo atq; Deus, mediaque eſt hęc inter duas hæreſes via. Sicut virtutes quoq; medium tenent. Omnis.n. virtus in medio rerum decore locata conſiſtit. Siquidem vel vltra vel infra quàm oportuerit fiat, a virtute diſceditur, medietatem igitur virtus tenet. Quocirca ſi quatuor hęc neque vltra eſſe poſſunt, vt in Chriſto, aut duę naturæ ſint, duæque perſonę, vt Neſtorius ait: aut vna perſona vnaque natura, vt Eutyches ait: aut duę naturæ, ſed vna perſona, vt Catholica Fides credit, aut vna natura, duęque perſonę. Cumque duas quidem naturas duaſque perſonas in ea, quę contra Neſtorium dicta eſt, reſponſione, conuicerimus. Vnam vero perſonam vnamque naturam eſſe non poſſe, Eutyche præponente monſtrauimus. Neque tamen tam amens quiſquam hucuſque extitit, vt vnam in eo naturã crederet, ſed geminas eſſe perſonas. Reſtat vt ea ſit vera, quam Fides Catholica pronunciat, geminam ſubſtantiam, ſed vnã eſſe perſonam. Quia vero pauloante diximus Eutychẽ confiteri duas quidem in Chriſto ante adunationem naturas, vnam vero poſt adunationem; Cũq; hũc errorẽ duplicem interpretamur celare ſententiam, vt hęc adunatio aut generatione fieret, cum ex Maria corpus hominis minime ſumeretur, aut ſumptum quidem ex Maria per reſurrectionem fieret adunatio: De vtriſque quidem partibus idonee (vt arbitror) diſputatum eſt.

### *Ex quo ſtatu hominis corpus Chriſti aſſumptum ſit. Cap. VII.*

Nunc quęrẽdum eſt quõ fieri potuerit, vt duæ naturæ in vnam ſubſtantiam miſcerentur. Veruntamen eſt & nunc & alia quęſtio, quę ab his inferri põt, qui corpus humanũ ex Maria ſumptum eſſe non credunt: ſed alias fuiſſe ſequeſtratum præparatumque quod in adunatione ex Mariæ vtero gigni ac proferri uideretur. Aiunt.n. ſi ex homine ſumptum eſt corpus, homo vero omnis ex prima pręuaricatione, non ſolum peccato & morte tenebatur, verum etiam affectibus peccatorum erat implicitus. Eaque illi fuit pœna peccati, vt cum morte teneretur obſtrictus, tamẽ eſſe reus etiã voluntate peccandi, cur in Chriſto neq; peccatum fuit, neq; peccandi vlla voluntas? Et omnino habet animaduertendã dubitationem, talis quęſtio. Si.n. ex carne humana Chriſti corpus aſſumptum eſt, dubitari poteſt, quenam caro hęc quę aſſumpta ſit, eſſe videatur. Eum quippe ſaluauit quẽ et aſſumpſit. Sin vero talem hominem aſſumpſit, qualis Adã fuit ante peccatum, integram videtur humanam aſſumpſiſſe naturam, ſed tñ quę medicina penitus non egebat. Quõ autem fieri poteſt vt talem aſſumpſerit hominem qualis Adã fuit, cum in Adam potuerit eſſe peccandi voluntas atq; affectio? vnde factũ eſt, vt etiam prętergreſſis diuinis pręceptis, inobedientię delictis teneretur aſtrictus. In Chriſto vero voluntas quidem vlla creditur fuiſſe peccandi. Cum præſertim, ſi tale corpus hominis aſſumpſit, quale Adę ante peccatum fuit, non debuerit eſſe mortalis, quoniam Adam ſi non peccaſſet, mortem nulla ratione ſenſiſſet. Cum igitur Chriſtus non peccauerit, quęrendum eſt, cur ſenſerit mortem, ſi Adę corpus anteq̃ peccaret aſſumpſit? Quod ſi talem ſtatũ ſuſcipit hominis, qualis Adę poſt peccatum fuit, videtur & Chriſto non defuiſſe neceſſitas, vt & delictis ſubijceretur, & paſſionibus confunderetur. Obductiſque iudicij regulis, bonum a malo non ſincera integritate diſcerneret, quoniã has omnes pœnas Adam delicti præuaricatione ſuſcepit. Contra quos reſpondendum eſt, tres intelligi hominum poſſe ſtatus. Vnum quidem Adę ante delictum, in quo tametſi ab eo mors aberat, nec adhuc vllo ſe delicto polluerat, poterat tamen in eo uoluntas eſſe peccandi. Alter in quo mutari potuiſſet, ſi firmiter in Dei pręceptis manere uoluiſſet. Tunc enim id addendum foret, vt non modo non peccaret, aut peccare vellet, ſed ne poſſe quidem aut peccare, aut velle derelinquere. Tertius ſtatus eſt poſt delictum, in quo mors illum neceſſario ſubſecuta eſt, & peccatum ipſum uoluntaſque peccati, quorum ſummitatum atque contrariorum hæc loca ſunt. Is ſtatus qui primus eſſet, ſi in pręceptis Dei Adam manere voluiſſet. & is qui pœnę fuit, quoniam manere voluit. in illo enim nec mors eſſe, nec peccatum, nec voluntas vlla peccati. In hoc vero & mors, & peccatum, & delinquendi omnis affectio, omniaque in perniciem prona, nec quicquam in ſe opis habentia, vt poſt lapſum poſſet aſſurgere. Ille vero medius ſtatus in quo pręſentia quidem mortis vel peccati aberat. Poteſtas vero vtriſque conſtabat, inter utrunque ſtatum eſt collocatus. Ex his igitur tribus ſtatibus Chriſtus corpore naturæ ſuæ ſingulas quodammodo indidit. Nam quod mortale corpus aſſumpſit, vt mortem a genere humano fugaret, in eo ſtatu ponendum eſt, quod poſt Adæ præuaricationem pœnaliter inflictum eſt, Quod vero non fuit, eo

uoluntas

voluntas vlla peccati, ex eo ſumptum eſt ſtatu, qui eſſe potuiſſet niſi voluntate inſidiantis fraudib. applicaſſet. Reſtat igitur tertius ſtatus .i. medius, Ille. ſ. qui eo tpe fuit, cum nec mors aderat, & adeſſe poterat delinquendi voluntas. In hoc igitur Adam talis fuit, vt manducaret ac biberet, vt accepta digereret, vt laberetur in ſomnum, & alia quę ei non defuerunt. Humana quidem, ſed conceſſa, & quæ nullā pœnam mortis inferrent, quę omnia habuiſſe Chriſtum dubium non eſt. Nam & manducauit, & bibit, & humani corporis officio functus eſt. Neque.n. tanta indigentia in Adam fuiſſe credenda eſt, vt niſi manducaſſet, viuere non potuiſſet. Sed ſi ex omni quidem ligno eſcam ſumeret ſemper viuere potuiſſet, hiſque non mori. Iccirco paradiſi fructibus indigentiam explebat. Quam indigentiam fuiſſe in Chriſto nullus ignorat, ſed poteſtate, non neceſſitate: & ipſa indigētia, ante reſurrectionem in eo fuit. Poſt reſurrectionem vero talis extitit, vt ita illud corpus immutaretur humanum, ſicut Adæ præter præuaricationis vinculum mutari potuiſſet: quodq; nos ipſe Ieſus Chriſtus votis docuit optare, ut fiat voluntas eius, ſicut in cœlo & in terra, & vt adueniat eius regnum, & nos liberet a malo. Hæc.n. nomina, illa beatiſſima humani generis fideliter credentium immutatio deprecatur. Hæc ſunt quę ad te de fidei meę credulitate ſcripſi. qua in re ſiquid perperam dictum eſt, non ita ſum amator mei, ut ea quę ſemel effuderim, meliori ſententię anteferre contendam. Si enim nihil eſt ex nobis boni, nihil eſt quod in noſtris ſententijs amare debeamus. Quod ſi ex illo cuncta ſunt bona, qui ſolus eſt bonus: illud potius bonum eſſe credendum eſt, quod illa commutabilis bonitas, atque omnium bonorum cauſa, præſcribit.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi ad Symmachum, quomodo trinitas eſt vnus Deus, & non tres Dij.

INueſtigatam diutiſſime quęſtionem quantum noſtrę mentis igniculum illuſtrare lux diuina dignata eſt, formatam rationibus literiſque mandatam, offerendam vobis communicandamque curaui, tam veſtri cupidus iudicij, q̄ noſtri ſtudioſus inuenti. Qua in re quid mihi ſit animi quoties ſtylo excogitata commendo, cum ex ipſa materiæ difficultate, tum ex eo quod charis, ideſt vobis tantum loquor, intelligi poteſt. Neque.n. famæ iactatione & inanibus vulgi clamoribus excitamur. Sed ſiquis eſt fructus exterior, hic nō aliam poteſt, niſi materię ſimilem, ſperare ſententiam. Quocunq; igitur a nobis deieci oculos, partim ignaua ſegnities, partim callidus liuor occurrit, ut contumeliam videar diuinis tractatibus irrogare, qui talibus hominum monſtris non agnoſcenda hic potius, quam proculcanda proiecerim. Iccirco ſtylū breuitate contraho, & ex intimis ſumpta philoſophię diſciplinis, nouorum verborum ſignificationibus, velo: vt hæc mihi tantum vobiſq;, ſi quando ab ea conuertitis oculos, colloquantur. Cęteros vero ita ſubmouimus, vt qui capere intellectu nequiuerint, ad ea etiam legenda videantur indigni. Sane tantum a nobis quęri oportet, quantum humanę rationis intuitus ad diuinitatis valet celſa conſcendere. Nam cæteris quoq; artibus idem, quaſi quidam finis, eſt conſtitutus, quouſque pōt uia rationis accedere. Neq; enim medicina ſemper ęgris affert ſalutem. Sed nulla erit culpa medentis, ſi nihil eorum, quę fieri oportebat, omiſerit. Idem quoque ſit in cęteris. At quantum hæc difficilior quęſtio eſt, tam facilior debet eſſe ad veniam. Vobis tamen etiam illud inſpiciendum eſt, an ex beati Auguſtini ſcriptis ſemina rationum, aliquos in nos uenientia fructus intulerint, ac de propoſita quęſtione, hinc ſumamus initium. Chriſtianę religionis reuerentiam plures vſurpant, ſed ea fides pollet maxime ac ſolitariæ, quæ tum propter vniuerſalium præcepta regularum, quibus eiuſdem religionis intelligitur auctoritas, tum propterea quod eius cultus per omnes pene mundi terminos emanauit, catholica vel vniuerſalis vocatur. Cuius hęc eſt de Trinitatis unitate ſententia, Pater, inquiunt, Deus, Filius Deus, Spiritus ſanctus Deus. Igitur Pater, Filius, Spiritus ſanctus, vnus Deus, ſi tres Dij. Cuius coniunctionis ratio eſt indifferentia: eos.n. differētia comitatur, qui vel augent vel minuunt, ut Arriani. Qui gradibus meritorum Trinitatē variantes diſtrahunt atq; in pluritatem deducunt. Principium.n. pluralitatis, alteritas eſt: præter alteritatem.n. nec pluralitas quid ſit intelligi pt. Trium nanq; rerum ſ quolibet rū gñe, aut ſpecie, aut numero, diuerſitas conſtat. Quoties idem, dicitur, toties diuerſum et ꝑdicatur. Idē vero dicitur trib. modis. Aut gñe, ut idē hō qđ equus, q́a idem genus vt aīal: aut ſpecie, ut idē Cato quod Cic. quia eadē ſpēs, ut hō: vel numero, vt Tullius & Cic. qa vnū eſt numero. Quare diuerſum et vel gñe, vel ſpecie vel numero dicitur: ſed numero differentiam, accidentiū varietas facit. Nam tres hoīes neq; gñe, neq; ſpecie, ſed ſuis accidentibus diſtant. Nam vel ſi animo cuncta ab his accidētia ſeparemus, tū locus cunctis diuerſus eſt, quem vnum fingere nullo modo poſſumus. Duo enim corpora vnum locum non obtinebunt, qui eſt accidens, atque ideo ſunt numero plures, quoniam accidentibus plures fiunt. Age igitur ingrediamur, & vnumquodque vt intelligi atque capi poteſt, diſcutiamus. Nam ſicut optime dictum videtur, eruditi eſt, hominis, vnumquodque ut ipſum eſt, ita de eo fidem capere atque tentare. Nam cum tres ſint ſpeculatiuę partes, naturalis, in motu, in abſtracta. Conſiderat enim corporum formas cum materia, quæ corporibus actu ſeparari non poſſunt. Quæ corpora in motu ſunt, ut cum terra deorſum ignis ſurſum fertur, habetque motum forma materiæ coniuncta. Mathematica ſine motu, inabſtracta. hæc enim formas corporum ſpeculatur ſine materia, ac per hoc ſine motu. Quæ formæ cum in materia ſint, ab his ſeparari non poſſunt. Theologia ſine motu abſtracta atque ſeparabilis. Nam dei ſubſtantia & materia & motu caret. In naturalibus igitur rationaliter, in Mathematicis diſciplinaliter, in diuinis intellectualiter verſari oportebit. Neque deduci ad imagines, ſed potius ipſam inſpicere formam, quæ vere forma, neque imago eſt, & quę eſſe ipſum, eſt: & ex qua eſſe, eſt. Omne nanque eſſe, ex forma eſt. Statua enim non ſecundum æs, quod eſt materia, ſed ſecundum formam quę in eo inſignita eſt, effigies animalis dicitur, ipſumque ęs non ſecundum terram, quę eſt eius materia, ſed dicitur ſecundum æris figuram. Terra quoque ipſa, non ſecundum materiam dicitur, ſed ſecundum ſiccitatem grauitatemque, quæ ſunt formæ. Nihil igitur ſecundum materiam eſſe dicitur, ſed ſecundum propriam formam. Sed diuina ſubſtantia ſine materia forma eſt, atque ideo vnum, & eſt id quod eſt: reliqua enim nō ſunt id quod ſunt. Vnumquodque enim habet eſſe ſuum ex his, ex quibus eſt, ideſt ex partibus ſuis, & eſt hoc atque hoc, ideſt partes ſuę coniunctę, ſed non hoc uel hoc ſingulariter, vt cum homo terrenus conſtet ex anima, & corpore, corpus & anima eſt: non, uel corpus vel anima. Igitur in parte non eſt id quod eſt, quod vero non eſt ex hoc atque hoc, ſed tātum eſt hoc. Illud vero eſt id quod eſt, pulcherrimum fortiſſimumque quia nullo nititur. Quocirca hoc vere vnum, in quo nullus numerus, nullum in eo aliud, præter quam id quod eſt neque enim ſubiectum fieri poteſt. Forma.n. eſt formę vero ſubiectæ eſſe nō poſſunt. Nam quod cęteræ formę, ſubiectæ accidentibus ſint ut humanitas, nō ita accidētia ſuſcipit eo quod ipſa eſt, ſed eo ꝙ materia ei ſubiecta eſt. Dum enim materia ſubiecta humanitati ſuſcipit quodlibet accidens, ipſa hoc ſuſcipere uidetur humanitas. forma vero q̄ eſt ſine materia, non poterit eſſe ſubiectū, nec ineē materiæ. Neque.n. eſſet forma, ſed imago. Ex his enim formis quę præter materiam ſunt, iſtæ formę venerūt, quæ ſunt in materia & corpus efficiunt. Nam cæteris quę in corporibus ſunt, abutimur formas vocantes, dum imagines ſint. Aſſimulantur.n. formis his, quę non ſunt in materia conſti-

turę. Nulla igitur in eo diuerſitas, nulla ex diuerſitate pluralitas, nulla ex accidentib. multitudo, atq; iccirco nec numerus. Deus vero a deo nullo differt, nec vel accidentibus, vel ſubſtantialibus differentijs in ſubiecto poſitis diſtat: vbi vero nulla eſt differentia, nulla eſt omnino pluralitas: quare nec numerus. Igitur vnitas tm̄. Nam cum tertio repetitur deus, cum pater, & filius, & ſpiritus ſanctus nūcupatur: tres vnitates non faciunt pluralitatem numeri in eo quod ipſæ ſunt. Si aduertamus ad res numerabiles, ac non ad ipſum numerum. Hic.n. vnitatum repetitio numerum facit. Tres .n. vnitates ternarium faciunt, quia ipſe numerus ex vnitatib. collectus eſt. In eo autem numero, qui in rebus naturalibus cōſtat, repetitio vnitatum atq; pluralitas, minime facit enumerabilium rerum numeroſam diuerſitatem. Numerus.n. duplex eſt. Vnus quidem quo numeramus, alter vero qui in rebus numerabilibus conſtat. Etenim vnum res eſt: vnitas quas vnum dicimus. Duo rurſus in rebus ſunt, vt homines vel lapides dualia mihi; ſed tum dualitas, qua duo homines vel lapides fiunt duo, & in cæteris eodem modo. Ergo in numero quo numeramus, repetitio vnitatum facit pluralitatem: in rerum vero numero non facit pluralitatem vnitatum repetitio, velut ſi de eodem dicam. Gladius vnus. Mucro vnus. Enſis vnus, pt.n. vnus tot vocabulis gladius agnoſci. Hęc.n. vnitatum repetitio, iteratio potius eſt q̄ numeratio, velut ſi ita dicamus, Enſis, mucro, gladius. repetitio quędam eſt eiuſdem, non numeratio diuerſorum. Velut ſi dicā ſol, ſol, ſol, non tres ſoles effecerim, ſed vno toties pręedicauerim. Non igitur ſi de patre filio & ſpiritu ſancto, tertio prædicatur Deus, iccirco trina numeratio numerum facit. hoc.n. illis, vt dictum eſt, imminet, qui inter eos diſtantiam faciunt meritorum. Catholicis vero nihil in differentia conſtituentibus, ipſamque formam, vt eſt, eſſe ponentibus, neq; aliud eſſe, q̄ eſt ipſum quod eſt, opinantibus: Repetitio recte de eodem, quam enumeratio diuerſa videtur, cum dicitur deus pater, deus filius, deus ſpiritus ſanctus. Atque hęc trinitas eſt vnus deus, velut enſis atq; mucro vnus gladius, velut ſol, ſol, ſol, vnus ſol. Sed hic interim ad eam dictum ſit ſignificationem monſtrationemq;, qua oſtenditur non omnem vnitatum repetitionem, numerum pluralitatemq; perficere. Non vero ita dicitur pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, quaſi multiuocum quiddam. Nam mucro & enſis & ipſe eſt, & idem. Pater vero ac filius & ſpiritus ſanctus idem quidem eſt, non vero ipſe. in qua re paulisper conſiderandum eſt, requirentibus.n. ipſe eſt pater qui filius, minime inquiunt. Rurſus idem alter qui alter negatur: non eſt igitur inter eos in re omni in differentia. Qua ſubintrat quem numerus ex ſubiectorum diuerſitate confici ſuperius explanatum eſt. De qua re breuiter conſiderabimus, ſi prius illud quemadmodum de deo vnum quodque prædicatur, præmiſerimus. Decem omnino prędicamenta traduntur, quę de rebus omnibus vniuerſaliter prædicantur, ideſt ſubſtantia, qualitas, quantitas, ad aliquid, vbi, quando, habere. ſitum, facere, pati. Hæc igit̃ talia ſunt, qualia ſubiecta permiſerint. Nam pars eorum in reliquarum rerum prædicatione ſubſtantia eſt, pars in accidentium numero eſt. Ad hæc cum quis in diuinam verterit prędicationem, cuncta mutantur quę prædicari poſſunt, aliquid uero omnino non poteſt prędicari. Nam ſubſtantia in illo non eſt vere ſubſtantia, ſed vltra ſubſtantiam. Item qualitas, & cętera quæ euenire queunt, quorum vt amplior fiat intellectus, exempla ſubdenda ſunt. Nam cum dicimus deus, ſubſtantiam quidē ſignificare videmur ſed eam quæ ſit ultra ſubſtantiā. Cū vero iuſtus, qualitatem quidem, ſed non accidentem, ſed eam quæ ſit ſubſtantia. Sed vltra ſubſtantiam. Neq; enim aliud eſt quod eſt, aliud eſt quod iuſtus eſt, ſed idem eſt eſſe deo, quod iuſtus. Item cum dicitur magnus, vel maximus, quantitatem quidem ſignificare videmur, ſed eam quæ ſit ipſa ſubſtantia talis, qualem eſſe diximus vltra ſubſtantiam. Idem eſt enim eſſe deo, quod magnus. De forma enim eius ſuperius demonſtratum eſt, quoniam is ſit forma & vnum vere nec vlla pluralitas. Sed hæc prędicamenta talia ſunt, ut in quo ſint ipſum eſſe faciant quod dr̃, diuiſe quidē in cęteris, in deo coniuncte atq; copulate, hoc mō. Nā cum dicimus ſub̃a ut hō vel deus, ita dr̃ quaſi illud de quo p̄dicat̃, ipſum ſit ſubſtantia, ut ſub̃a hō uel deus. Sed diſtat. Qm̄ hō non integre ipſum homo eſt, ac per hoc nec ſubſtantia. Quod.n. eſt, aliis debet, quę non ſunt homo. Deus vero hoc ipſum quod eſt, deus eſt. Nec enim aliud eſt, niſi quod eſt, ac per hoc ipſum Deus eſt. Rurſus iuſtus quod eſt qualitas, ita dicit̃ quaſi ipſe hoc ſit de quo prędicatur. ideſt ſi dicamus homo iuſtus, vel deus iuſtus, ipſum hominem uel deum iuſtum eſſe proponimus, ſed differunt qđ homo alter, alter eſt iuſtus, deus vero eſt idē ipſum qđ iuſtum. Magnus ēt hō vel deus dr̃, atque ita qua ipſe ſit hō magnus, vel deus magnus. Sed hō tm̄ magnus, deus uero ipſum magnum exiſtit. reliqua vero neq; de deo neq; de cęteris prędicantur. Nam vbi vel de deo, vel de hoīe prędicare p̄t. De homine, ut in foro: de deo, vt vbique. Sed ita, ut nō quaſi ipſa ſit res id quod prędicatur, de qua dicitur. Non.n. ita homo dicitur eſſe in foro quemadmodum eſſe albus, uel longus, nec quaſi circunfuſus, & determinatus proprietate aliqua, qua deſignare ſe poſſit, ſed tantum quod ſit illud aliis informatum reb. per hanc prædicationē oſtenditur: de deo vero non ita. Nam quod vbique eſt, ita dici uidetur, nō qđ in omni ſit loco. Omnino enim in loco eſſe non poteſt, ſed quod ei omni locus ad ſit ad eum capiendum, cum ipſe non ſuſcipiatur in loco. Atque ideo nuſquam in loco eſſe dicitur, quoniam vbique eſt, ſed non in loco. Quando vero eodem prædicatur modo, vt de homine, heri venit; de deo vero ſemper eſt. hoc quoque non quaſi eſſe aliquid dicitur illud ipſum, de quo heſternus dicitur aduentus, ſed quod ei ſecundum tempus acceſſit prædicatur. Quod vero de deo dicitur, ſemper eſt, unum quidem ſignificat, quaſi omni præterito fuerit, omni quoquo modo ſit pręſenti, omni futuro erit, quod celo & de cæteris immortalibus corporibus ſecundum philoſophos dici poteſt. At de non ita. Semper enim eſt, quoniam ſemper præſens eſt in eo tempus. Tantumque inter noſtrarum rerum pręſens quod eſt nunc, intereſt, ac diuinarum, quod noſtrum non quaſi currens tempus, facit ſempiternitatem. Diuinum vero nunc, permanens neque mouens ſeſe, atque conſiſtens, æternitatem facit. Cui nomini ſi adijcias ſemper, facies ei quod eſt, nunc, iugem indefeſſumque ac per hoc perpetuum curſum, quod eſt ſempiternitas. Rurſus habere vel facere eodem modo. Dicimus enim currit veſtitus, de homine: de deo cuncta poſſidens, regit. Rurſus nihil de eo quod eſt eſſe de vtriſque dictum eſt. Sed hæc omnis prędicatio exterioribus datur. omniaque his quodammodo referuntur ad aliud. Cuius prædicationis differentiam ſic facilius internoſcimus, Qui homo eſt, vel deus, refertur ad ſubſtātiam qua eſt aliquid, ideſt homo vel deus, Qui iuſtus, refertur ad qualitatem, qua ſcilicet eſt aliquid ideſt iuſtus. Qui magnus, ad quantitatem, qua eſt aliquid ideſt magnus. Nam in cęteris prędicationibus nihil tale eſt. Qui enim dicit eſſe aliquem in foro, vel ubique, refert quidem ad prędicamentum quod eſt ubi, ſed non in quo aliquid eſt, velut iuſtitia iuſtus. Item cum dico currit, vel regit, vel nunc eſt, uel ſemper eſt, refertur quidem vel ad facere, vel ad tempus. Si tamen interim diuinum illud ſemper, tempus dici poteſt. Sed non in quo aliquo aliquid eſt, velut magnitudinem magnum. Nam ſitum paſſionēque requiri non oportet in deo, neque enim ſunt. Iam ne patet quæ ſit differentia prędicationum? Et patet quòd alię quidem quaſi rem monſtrent. Alię vero quaſi circunſtantias rei. Quodque illa quidem ita prędicantur, ut eſſe aliquid rem oſtendant. Illa vero vt non eſſe, ſed potius extrinſecus aliquid quodammodo affigant. Illa igitur quę aliquid eſſe deſignant, ſecundum rem prædicationes vocentur: quæ cum de rebus ſubiectis dicuntur, uocantur accidentia ſecundum rem. Cum vero de deo, qui ſubiectus non eſt, ſecundum ſubſtantiam rei prędicatio nuncupatur. Age nunc de relatiuis ſpeculemur, pro quibus

etiam

etiam quod dictum eſt ſumpſimus ad diſputationem. Maxime .n. hæc non videntur ſm ſe facere prędicationem, quę perſpicue ex alieno aduentu conſtare perſpiciuntur. Age.n. qm dominus & ſeruus relatiua ſunt, videamus utrum ne ita ſit, vt ſecundum ſe ſit prędicatio, an minime. Atq; ſi auferas ſeruum, abſtuleris quoq; dominum. At non etiam ſi auferas albedinem, abſtuleris quoq; albū. Sed intereſt quod albedo accidit albo, qua ſublata perit nimirum album. At in domino ſi ſeruum auferas, perit vocabulum quo dominus vocabatur. Sed non accedit ſeruus domino, vt albedo albo, ſed poteſtas quędam qua ſeruus coercetur. Quę quoniam ſublato deperit ſeruo, conſtat non eam per ſe dño accidere, ſed per ſeruorum quodammodo extrinſecum acceſſum. Nō igitur dici poteſt per prędicationem relatiuam quicquam rei de qua dicitur, ſm ſe addere, vel minuere, vel mutare. quę tota non in eo quod eſt eſſe conſiſtit, ſed in eo quod eſt in comparatione aliquo modo ſe habere. Nec ſemper ad aliud, ſed aliquoties ad idem. Age.n. ſtet quiſquam, igitur ſi accedam dexter, ero ei ſiniſter, Ille ad me comparatus, erit dexter, non quod ita ſit per ſe dexter, velut lōgus, aut albus, ſed q ego dexter acceſſerim, Rurſus ego ſiniſter accedo, idem erit ille dexter, non quod ille ſit per ſe dexter, velut albus ac lōgus, ſed quod me accedente ſit dexter: atq; id qđ eſt, a me, & ex me eſt, minime vero ex ſe. Quare quoniam ſm rei alicuius quę in eo quod ipſa eſt, proprietatem non faciunt p̄dicationem, nihil alternare, vel mutare queunt, nullamq; omnino eſſentiam variare. Quocirca ſi pater ac filius ad aliqd dicuntur, nihilq; aliud vt dictum eſt, differt niſi ſola relatione: Relatio vero nō p̄dicatur ad id de quo prædicatur qua ſi ipſa ſit, & ſm rem de qua dicitur, non faciet alteritatē rei de qua dicitur. Sed ſi dici poteſt, quo quidem modo id qđ vix intelligi potuit, interpretatum eſt perſonarum. Omnino.n. magna regulæ eſt veritas, in rebus incorporalibus, diſtantias effici differentijs, non locis. neq; acceſſiſſe dici poteſt aliquid Deo, vt pater fieret, non.n. cœpit eſſe vnquam pater, eo qđ ſubſtantialis quidem ei eſt productio filij. Relatiua vero prædicatio patris, ſi meminimus omnium in prioribus de Deo ſententiarum, ita cogitemus proceſſiſſe quidē ex Deo patre filium, dictum, ex vtriſq; ſpiritum ſāctum. hos qm incorporales ſint, minime locis diſtare. qm vero pater deus & filius deus, & ſpiritus ſanctus deus: Deus vero qm nullas habet differentias, quibus differat a Deo a nullo eorum differt. Differētiæ vero vbi abſunt, abeſt pluralitas, vbi adeſt pluralitas, adeſt vnitas. Nihil aliud gigni potuit ex Deo, niſi Deus, & in rebus numerabilibus repetitio vnitatū nō facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idonee conſtituta eſt vnitas. Sed qm nulla relatio ad ſe ipſum referri poteſt, iccirco quod ea ſm ſeipſum eſt prædicatio, quę relatione caret: Facta quidem eſt trinitatis numeroſitas, in eo quod eſt prędicatio relationis, ſed ſeruata eſt ſubſtātię vnitas in eo quod eſt differentia vel ſubſtātię vel operationis, vel omnino eius quę ſm ſe dicitur prędicationis. Ita igitur ſubſtantia continet vnitatem, relatio multiplicat trinitatē, atq; ideo ſola ſigillatim proferuntur, atq; ſeparatim, quæ relationis ſunt. Nam idem pater qui filius non eſt, nec idem vterq; qui ſpiritus ſanctus: idem tñ Deus eſt, & pater, & filius, & ſpiritus ſanctus: idē iuſtus, idem bonus, idē magnus, idem omnia quæ ſm ſe poterunt prædicari. Sane ſciendum eſt non ſemper talem eſſe relatiuam prędicationem, vt ſemper ad differens prędicetur, vt eſt ſeruus ad dominum, differt enim. Nam omne ęquale ęquali ęquale eſt, & ſimile ſimili ſimile eſt, & idem, ei quod eſt idem, idem eſt, ſimilis eſt in trinitate relatio patris ad filium, & vtriuſque ad ſpiritū ſanctum, vt eius quod eſt idem, ad id quod eſt idem. Quod ſi in cunctis alijs rebus non poteſt inueniri, facit hoc cognata caducis rebus alteritas. nos vero nulla imaginatione deduci: ſed ſimplici intellectu erigi, & ut quodq; intelligi pt, ita aggredi etiam intellectu oportet. Sed de propoſita quęſtione ſatis dictum eſt. Nunc veſtri normam iudicij expectat ſubtilitas quæſtionis. quę vtrum recte diuerſa ſit an minime, veſtra ſtatuat pronūciationis auctoritas Quod ſi ſententię fidei fundamentis, ſponte firmiſſimis opitulante gratia diuina, idonea argumentorum adiumenta præſtitimus, illuc perfecti operis lætitia remeabit, vnde venit affectus. Quod ſi vltra ſe humanitas nequiuit aſcendere, quantū imbecillitas ſubtrahit, vota ſupplebunt.

## ANITII MANLII SEVERINI Boethi ad Ioannem Eccleſiæ Romanę diaconum, vtrum pater, & filius, ac ſpiritus ſanctus de diuinitate ſubſtantialiter prædicentur.

QVERO an pater & filius ac ſpiritus ſāctus de diuinitate ſubſtantialiter prædicentur, an alio quoq; modo, viam indaginis hinc arbitror eſſe ſumendam, vnde rerum omnium manifeſtum cōſtat exordium, i. ab ipſis catholicę fidei fundamētis. Si igitur interrogē, an qui dicitur pater ſubſtantia ſit, reſpondetur eſſe ſubſtantia. Qđ ſi quęrā, an filius ſubſtantia ſit, idē dicitur. Spiritum ſanctum quoque ſubſtantiā eſſe, nemo dubitauerit. Sed cū rurſus colligo, patrē, filiū, ſpiritum ſantum, non plures, ſed vna occurrit eſſe, vna igitur ſubſtantia trium nec ſeparari vllo mō, aut disiungi pōt: nec velut partibus in unū coniuncta eſt, ſed eſt vna ſimpliciter. Quęcunq; igitr de diuina ſubſtantia prędicantr, ea tribus oportet eſſe communia, idq; erit ſigni, quę ſint q̄ de diuinitatis ſubſtantia prædicentur. Qđ quæcūq; hoc mō dicuntr de ſingulis, in vnum collectis tribus ſingulariter p̄dicabuntur hoc mō. Si dicimus pater deus eſt, filius deus eſt, ſpiritus ſanctus deus eſt, pater filius ac ſpiritus ſanctus vnus deus. Si igitur eorum vna deitas, vna ſubſtātia eſt, licet Dei nomen de diuinitate ſubſtantialiter prædicari. Ita pater veritas eſt, filius veritas eſt, ſpiritus ſanctus veritas eſt: pater, filius, ſpiritus ſanctus, nō tres veritates, ſed vna veritas eſt. Si igitr vna in his ſubſtātia, vna eſt veritas: neceſſe eſt veritatē, ſubſtātialiter p̄dicari de bonitate, de incōmutabilitate, de iuſtitia, de omnipotētia, ac de cæteris omnibus, q̄ tā de ſingulis, quā de omnibus ſingulariter p̄dicamus, manifeſtū eſt ſubſtātialiter dici. Vnde apparet ea q̄cūq; in ſingulis ſeparatim dici cōuenit, nec tñ in oībus dici queūt: nō ſubſtātialiter p̄dicari, ſed alio mō. Qui vero iſte ſit, poſterius quærā. Nā qui pater ē, hoc vocabulū nō trāſmittit ad filiū, neq; ad ſpiritū ſanctū. Quo fit vt nō ſit ſubſtātiale nomē hoc inditū. Nā ſi ſubſtātiale eſt, vt Deus, vt veritas, vt iuſtitia, vt ipſa quoq; ſubſtātia, de cęteris diceret. Itē filius ſolus hoc recipit nomē. Neq;.n. cū alijs iungit, ſicut in Deo, ſicut in veritate, ſicut in cęteris ſuperius dixi. ſpiritus quoq; ſāctus nō eſt idē qui pater ac filius. Ex his igitr intelligimus patrem, filiū ac ſpiritū ſanctum, nō de ipſa diuinitate ſubſtantialiter dici, ſed alio quodammodo. Si.n. ſubſtantialiter prędicaretr, & de ſingulis, & de omnibus ſingulariter diceretur. Hęc vero ad aliquid dici manifeſtum eſt: nam & pater alicuius pater eſt, filius alicuius filius eſt, & ſpiritus alicuius ſpiritus. Quo fit vt nec trinitas ſubſtantialiter de Deo p̄dicetur, nō .n. pater trinitas: qui .n. pater eſt, filius ac ſpiritus ſanctus nō eſt, nec trinitas filius, nec trinitas ſpiritus ſanctus ſm eūdē modum. Sed trinitas quidem in perſonarū pluralitate conſiſtit, vnitas vero in ſubſtantię ſimplicitate. Qđ ſi perſonę diuiſę ſunt, ſubſtantia vero indiuiſa ſit, neceſſe eſt uocabulum qđ ex perſonis originē capit, id ad ſubſtantiā nō pertinere, at trinitatē perſonarum diuerſitas facit, trinitas igitr nō pertinet ad ſubſtantiā. Quo fit, vt neq; pater, neq; ſpiritus ſanctus, nec trinitas, de Deo ſubſtantialiter prædicentr, Sed vt dictum eſt, ad aliquid. Deus vero veritas, iuſtitia, bonitas, omnipotentia, ſubſtantia, immutabilitas, virtus, ſapiētia, & quicquid hmōi excogitari poteſt, ſubſtātialiter de diuinitate dicitr. Hæc ſi recte ſe ex fide habent, vt me inſtruas peto. Aut ſi aliqua te forte diuerſus es diligentius intuere, quę dicta ſunt, & fidem ſi poteris rationemque coniunge.

# ANITII MANLII SEVERINI

## Boethi, An omne quod eſt, bonum ſit.

POSTVLAS vt ea Hebdomadibus nſis eius q̃ſtionis obſcuritatẽ, quæ continet modum quo ſubſtantię in eo qđ ſint, bonæ ſint, cum nõ ſint ſubſtãtialia bona, digerã, & paulo euidẽtius mõſtrẽ. Idq; eo dicis eſſe faciẽdum, qđ non ſit oĩbus notum iter hmõi ſcriptionũ. Tuus vero teſtis ipſe ſum quam hæc uiuaciter fueris ante cõplexus. Hebdomadas vero ego ipſe mihi commẽtor, potiuſq; ad memoriam meam ſpeculata conſeruo, q̃ cuiquam participo, quorum laſciuia ac petulantia nihil a ioco riſuq; patit eſſe diſiũctum. Prohinc tu ne ſis obſcuritatibus breuitatis aduerſus, q̃ cum ſint arcani fida cuſtodia, tñ id habent commodi, qđ cum his ſolis qui digni ſunt, colloquuntur. Vt igit in mathematica fieri ſolet cæteriſq; etiã diſciplinis, propoſui terminos regulaſq; quibus cuncta q̃ ſequuntur efficiam. Communis animi conceptio eſt enunciatio quiſq; quam probat auditã. Harum duplex modus eſt. Nam vna ita cois eſt, vt omnium hoĩum ſit, veluti ſi proponã hanc, Si duobus æqualib. æqualia auferas, q̃ relinquantur, ęqualia eſſe: nullus id intelligẽs neget. Alia vero eſt doctorum tm̃, q̃ tamen ea talibus communibus animi cõceptionibus venit, vt eſt, Quæ incorporalia ſunt, in loco non eſſe, & cętera, quę tamen non vulgus, ſed docti cõprobãt. ij. Diuerſum eſt eſſe, & id quod eſt. Ipſum. n. eſſe nondum eſt. At uero quod eſt, accepta eſſendi forma, eſt atq; conſiſtit. iij. Quod eſt, participare aliquo põt. Sed ipſum eſſe nullo modo aliquo participat. Fit. n. participatio cum aliquid iam eſt. Eſt autem aliquid, cum eſſe ſuſceperit. iiij. Id qđ eſt, habere aliquid pręterquam qđ ipſum ẽ, põt: ipſum vero eſſe nihil aliud pter ſe, habet admixtum. v. Diuerſum eſt autem eſſe aliquid, & eſſe aliquid in eo quod eſt: illic. n. accidens, hic ſubſtantia ſignificat. vj. Omne quod eſt, participat eo quod eſt eſſe, vt ſit, alio vero participat, vt aliquid ſit. At per hoc id quod eſt participat eo qđ eſt eſſe, vt ſit. Eſt vero vt participet alio quolibet, oẽ ſimplex eſſe ſuum, & id quod eſt, unum habet. vij. Omni compoſito aliud eſt eſſe, aliud ipſum eſt, omne ſimplex eſſe ſuum & id quod eſt unum habet. viij. Omnis diuerſitas eſt diſcors, ſimilitudo uero q̃dam appetenda eſt. Et quod appetit aliud, tale ipſum eſſe naturaliter oſtenditur, quale eſt illud ipſum, qđ appetit. Sufficiunt igitur q̃ pręmiſimus, a prudente uero rationis interprete, ſuis unumquodq; aptabitur argumẽtis. Quęſtio vero huiuſmodi eſt, ea quę ſunt, bona ſunt. Tenet enim communis ſententia doctorum omne quod eſt, ad bonum tendere. Omne autem tendit ad ſimile, q̃ igitur ad bonum tendunt, bona ipſa ſunt. Sed quemadmodum bona ſunt inquirendum eſt, utrum ne participatione, an ſubſtantia. Si participatione, per ſeipſa nullo modo bona ſunt. Nam qđ participatione album eſt, per ſe in eo quod ipſum eſt, albũ non eſt, & de cæteris qualitatibus, eodem modo. Si igitur participatione ſunt bona ipſa, p ſe nullo modo bona ſunt; non igitur ad bona tendunt. Sed conceſſum eſt, non igitur participatione ſunt bona, ſed ſubſtantia? Quorũ uero ſubſtantia bona eſt, id quod ſunt bona ſunt. Id autem qđ ſunt, habent ex eo quod eſt eſſe. Eſſe igitur ipſorum bonorũ eſt, omnium igitur rerũ ipſum eſſe, bonum eſt. Sed ſi eſſe bonũ eſt, ea quę ſunt in eo quod ſunt, bona ſunt, idemq; illud eſt eſſe, quod bonũ eſſe. Subſtantialia igitur bona ſunt, qm̃ non participant bonitate. Quod ſi ipſum eſſe in eis bonum eſt, non eſt dubium quin etiam ſubſtantialia, cum ſint bona, primo ſint bono ſimilia, ac per hoc ipſum bona erunt: nihil. n. illi pręter ſeipſum ſimile eſt. ex quo fit, ut omnia quę ſunt, Deus ſint, quod dictu nefas eſt. Non ſunt igitur ſubſtantialia bona, ac per hoc non in his eſt eſſe bonum. Non ſunt igitur in eo quod ſunt bona. Sed neque participant bonitate. nullo enim modo ad bonum tenderent, nullo igitur modo ſunt bona. Huic quæſtioni talis poterit adhiberi ſolutio: Multa ſunt quę cum ſeparari actu non poſſint, animo tamẽ & cogitatione ſeparantur. Vt cum triangulum, vel cętera ſubiecta materiæ nullus actus ſeparat, mente tamen ſegregans ipſum, triangulum proprietatemq; eius præter materiam ſpeculatur. Amoueamus igitur primi boni præſentiã paulisper ex animo, quod eſſe quidem contingit, idque omnium doctorum indoctorumq; ſententia, barbararum quoque gentium religionibus cognoſci poteſt. Hoc igitur paulisper amoto ponamus omnia eſſe quę ſunt, bona, atq; ea cõſideremus quemadmodum bona eſſe poſſent, ſi a primo bono minime defluxiſſent. Hinc intueor aliud in eis eſſe. quod bona ſunt, aliud quod ſunt. Ponatur enim vna eademque ſubſtantia bona eſſe, alba, grauis, rotunda: tunc aliud eſſet ipſa illa ſubſtantia aliud eius rotunditas, aliud color, aliud bonitas. Nam ſi hæc ſingula idem eſſent, quod ipſa ſuba, idẽ eſſet grauitas, qđ color, qđ bonum, & bonũ quod grauitas, quod fieri natura nõ ſinit. Aliud igitur tunc in eis eſſet eſſe, aliud aliquid eſſe: ac tũc bona quidem eſſent, eſſe, tñ ipſum minime haberent bonũ. Igitur ſi ullo mõ eſſent, nõ a bono, ac bona eſſent, ac nõ idẽ eſſent qđ bona, ſed eis aliud eſſe, aliud bona eſſe. Qđ ſi nihil oĩno aliud eſſent niſi bona, neq; grauia, neq; colorata, neq; ſpatii dimẽſione diſtẽta, nec ulla in eis qualitas eſſet, niſi tm̃ bona eſſent: tunc non res, ſed rerũ uiderentur eſſe principiũ, nec potius uiderentur, ſed uideretur. Vnum enim ſolumque eſt huiuſmodi quod tamen eſt bonum, nihil aliudq; ſit. Quę quoniam non ſunt ſimplicia, nec eſſe omnino poterant, niſi ea id qđ ſolũ bonum eſt, eſſe voluiſſet. Iccirco quoniam eſſe eorum a boni voluntate defluxit, bona eſſe dicuntur. Primum enim bonum, quoniam eſt, eo quod eſt, bonũ eſt: ſecundum uero bonum, quoniam ex eo fluxit, cuius ipſum bonum eſt, ipſum quoque bonum eſt. ſed ipſum eſſe omnium rerum ex eo fluxit, quod eſt primum bonum, & quod bonũ tale eſt, ut recte dicatur in eo quod eſt eſſe bonum. Ipſum igitur eſſe eorum bonum eſt. Tunc enim in eo quod eſſent, non eſſent, bona, ſi a primo bono minime defluxiſſent. Qua in re ſoluta q̃ſtio eſt, iccirco. n. licet in eo qđ ſint, bona ſint, non ſunt tamen ſimilia primo bono. Qm̃ non quoquo modo ſint res, ipſum eſſe earum bonum eſt. Sed quoniam non põt eſſe ut ipm̃ eſſe rerum non a primo eſſe defluxerit, i. a bono: iccirco ipſum eſſe bonum eſt, nec ſimile ei a quo eſt. Illud. n. quoquo modo ſit, bonum eſt, in eo quod eſt, non. n. aliud eſt præterquã quod bonum eſt, hoc autem, non ab illo niſi eſſet bonum; fortaſſe eſſe poſſet. Sed bonum in eo quod eſt, eſſe non poſſet. Tunc. n. participaret forſitan bono, ipſum uero eſſe qđ non haberent a bono, bonum habere non poſſent. Igitur ſublato ab his primo bono mente & cogitatione. iſta licet eſſent bona, tñ in eo quod eſſent, bona eſſe non poſſent. Et qm̃ actu nõ potuere exiſtere, niſi illud ea qđ vere bonũ eſt, pduxiſſe, iccirco & eſſe eorũ bonũ eſt, & non eſt ſimile ſubſtantiali bono, id quod ab eo fluxit, & niſi ab eo fluxiſſẽt, licet eſſent bona, tñ in eo qđ ſunt bona eſſe non poſſent, qm̃, & pręter bonum, & non ex bono eſſẽt, cũ illud ipſum bonũ primum eſt & ipſum eſſe ſit, & ipſum bonum, & ipſum eſſe bonum. At non etiam alba ĩ eo quod ſunt alba, eſſe oportebit ea quę alba ſunt, quoniam ex voluntate Dei fluxerunt, vt eſſent alba minime. Aliud eſt enim eſſe & aliud alba eſſe hęc ideo quoniam qui ea vt eſſent effecit, bonus quidẽ eſt minime vero albus: voluntatem igit boni comitata ſunt, vt eſſent bona, in eo quod ſunt. Voluntatem vero albi non ſũt comitata, vt talis eius eſſet proprietas, vt eſſet albũ, in eo quod eſt. neque enim ex albi voluntate defluxerunt. Itaque quia voluit eſſe ea alba, qui erat nõ albus, ſunt alba tãtum. Quia vero voluit eſſe ea bona, qui bonus erat, ſunt bona in eo quod ſunt. Secũdum hanc igitur rationem, cuncta oportet eſſe iuſta, quoniam ſeſe iuſtus eſt, qui ea eſſe voluit: ne hæc quidem, nam bono eſſe, ad eſſentiam, iuſtum vero eſſe ad actum reſpicit. Idẽ autem eſt in eo eſſe, quod agere, idẽ igitur eſt bonum eſſe quod iuſtum, nobis vero non eſt idem eſſe qđ agere. Non. n. ſimplices ſumus, nõ eſt igit nobis idẽ bonos eſſe, q̃ iuſtos; ſed idem eſſe eſt nobis omnibus, in eo

quod

quod ſumus, bona igitur omnia ſunt, non etiam iuſta. Amplius bonum quidem generale eſt, iuſtum vero non ſpeciale, nec ſpecies deſcendit in omnia. Iccirco alia quidem iuſta, alia non, omnia vero bona.

## De vnitate & vno.

VNITAS eſt qua vnaquæque res dicitur eſſe vna: ſiue enim ſit ſimplex, ſiue cōpoſita, ſiue ſpiritualis, ſiue corporea res vnitate vna eſt, nec poteſt eſſe vna niſi vnitate, ſicut alba niſi albedine, nec quanta niſi quantitate. Nō ſolum aut vnitate vna eſt, ſed ēt tandiu eſt quicquid quod eſt, quandiu in ſe vnitas eſt. Cum autem definit vnum eſſe vnum, definit eſſe id quod eſt, vnde eſt hoc. Quicquid eſt, ideo eſt, q̄d ſic oſtenditur. Oē.n.eſſe ex forma eſt in rebus creatis, ſed nullum eſſe ex forma eſt, niſi cum forma materiæ vnita eſt. Eſſe.n.non eſt niſi ex coniunctione formæ cum materia. Vñ philoſophi dñt illud deſcribentes: Eſſe eſt exiſtentia formæ in materia. Cum autem forma materię vniur, ex cōiunctione vtriuſq; neceſſario aliquid vnum conſtituitur. In qua cōſtitutione illud unum non permanet, niſi quādiu vnitas formam cum materia tenet. Sed deſtructio rei non eſt aliud q̄ ſeparatio formæ a materia, ſed ſeparatio & vnitio contraria ſunt. igitur ſeparatione ſi res deſtruitur, profecto in ſuo eſſe non niſi vnitate conſeruatur. Vnitio autem non ſit niſi ab vnitate qua eſt, ab vnitione quod erat vnum, diſſoluit. Soluta autem vnione, deſtruitur eſſentia eius, quod ex earū vnitione prouenerat, & ſit non vnum. Quapropter ſicut vnitate res ad eſſe ducitur: ſic & in illo eſſe cuſtoditur. Vnū eſſe, & vnum, inſeparabiliter comitantur ſe, & vñr ſit natura, quia.n.creator vnus eſt, ideo rebus quas condidit hoc in munere dedit, vt vnaquęq; eſſet etiam vna. Ac per hoc ex quo res habet eſſe, vna eſt. ideo motus ſubſtantiarum eſt ad vnum, & propter vnum, & nihil eorum quæ ſunt appetit eſſe, ſed omnia ſicut appetunt. Habere autem eſſe nō poſſunt niſi vnum, ideo omnia ad vnum tendunt. Vnitas .n. eſt quæ vnit omnia, & tenet omnia diffuſa in oībus quæ ſunt. Quapropter quia materia non habet eſſe niſi per vnionem ſui cum forma: Forma autem non tenet vnitatem cum materia niſi vnitas ſit: ideo materia eget vnitate ad vniendum ſe, & de natura ſua habet multiplicari, diuidi, & ſpargi. Vnitas vero retinet, vnit & colligi, ac per hæc ne materia diuidatur, & ſpargatur, neceſſe eſt vt ab vnitate retineatur. Quicquid autem per ſe non vnitur, per ſe vtique ſpargitur, quia oīs q̄ facit aliquam rem contrariam agenti, facit contrariam factę rei. Contrariorum.n.contrarij ſunt effectus. quia vnitas facit vnum, profecto materia facit diuiſionem, ac per hoc vnitas per ſe retinet materiam. Sed quicquid per ſe retinet, non poteſt facerę ſaparationem. Forma ergo exiſtens in materia eſt quę perficit & cuſtodit eſſentiam cuiuslibet rei. Vnitas eſt deſcendens a prima vnitate, quę creauit eam. Prima.n.& vna vnitas, quæ eſt vnitas ſibi ipſi, creauit aliam vnitatem quæ eſt infra eam. Sed quia, omne creatum diuerſū eſt a quo creatur, profecto creata vnitas a creante vnitate omnino diuerſa eſſe debuit, & quaſi oppoſita. Sed q͞a creatrix vnitas non habet principium neq; finem, nec permutationem, nec diuerſitatem: ideo creatæ vnitati accidit multiplicitas, diuerſitas & mutabilitas, ita vt in quadam materia ſit habens principium vt in generatis, & finem, in quadam vero vt in creatis principium & finem, quia in quibuſdam ſubiacet permutationi & corruptioni. In quibuſdam .n. materia eſt ſubtilis, ſimplex, remota a contrarietate, & ſeparatione, perficitur autem ei vnitas & vnitur cum ea ſicut hæc & illa. Sicut non diuiſibile in actu, ſicut in cęleſtibus corporibus, in quibuſdam vnitas a materia inſeparabilis eſt, & ideo carent fine quia perpetua ſunt. In quibus vero materia fuerit ſpiſſa debilis non adæquetur eis vnitas, ſed debilitatur in vniendo eorum eſſentiam, & ob hoc diſſoluitur eſſentia eorum, quia non retinetur ab vnitate, ſicut in generatis quę habent principium & finem. Quanto.n. vnaquæq; vnitas propinquior fuerit primę & veræ vnitati, tanto materia formata per iſtam erit magis vna, & ſimplex: & econuerſo, quanto remotior fuerit a prima vnitate, tāto erit multiplicior, & compoſitior, & ob hoc vnitas quæ duxit ad eſſe materiam intelligentiæ eſt magis vna, & ſimplex, & nō multiplex, nec diuiſibilis eſſentialiter: ſed ſi diuiſibilis eſt, hoc ſiquidem accidentaliter eſt, & ideo hæc vnitas ſimplicior, & magis vna eſt omnibus vnitatibus quę ducunt ad eſſe cæteras ſubſtantias, eo q͞ immediate adhęret primę vnitati quę creauit eam. Sed quia vnitas ſubſiſtens in materia intelligentię, eſt vnitas ſimplicitatis, ideo neceſſario vnitas ſubſiſtēs in materia animę, quia infra eam eſt, creſcit & multiplicatur, & accidit ei mutatio & diuerſitas, & ſic paulatim deſcendendo a ſuperiori per vnum gradum materia inferior vnitas augetur, & multiplicatur quouſque perueniatur ad materiam quę ſuſtinet quantitatem, ſ. ſubſtātiam huius: quę q͞a a prima vnitate remotiſſima eſt, & propter ſpiſſitudinem craſſitudine ſua oppoſita ſubſtantię ſuperiori q̄ eſt ſubtilis & ſimplex, qm̄ illa eſt ſubiectum principij & initij vnitatis. Finis vero multum diſtat a principio, quoniam finis non eſt dictus niſi defectus virtutis principij & terminus: vnde ſm̄ deſcenſum vnitatis a ſuperiore ad inferius ſit degeneratio, ſiue ſimplicitatis & minorationis ſuę virtutis ad ſimilitudinem aquæ, quæ in ortu ſuo ſubtilis & clara naſcitur, ſed paulatim deorſum fluens in paludibus & ſtagnis inſpiſſatur & obſcurat, ſic paulatim variatur vnitas p̄p uarietatem materiæ q̄ ſuſtinet eam. Nam quia aliquid eſt materię ſpirituale. & aliquid corporale, eſt aliquid eius purū & lucidum, & aliquid eius ſpiſſum & obſcurum, & hoc p̄p quantitatem: eius partes in aliquibus ſunt rariores vt in aere; in aliquibus uero ſtrictiores, vt in lapide. Ideo vnaquæq; res materiæ ſm̄ gradum ſuę elongationis, a prima vnitatis origine recipit vnitatem, q̄ dignior eſt ex ſua aptitudine. Inde eſt q͞ videmus partes ignis nimis unitas ſimplices, & æquales adeo, quod forma eius videtur una non habens in ſe diuerſitatem. Partes vero aeris & aquę inuenimus magis diuerſificatas, & ſeparatas, adeo q͞ partes eorum & vnitates diſcerni pſſunt. In duris autem corporibus & ſpiſſis vnitatis iam maior diuerſitas & obſcuritas eſt. Quia igitur materia in ſupremis formata eſt intelligentiæ forma, & forma rationalis animæ, deinde poſtea forma animæ ſēſibilis, deinde formę animæ uegetabilis, deinde forma naturę, ad vltimum autem finis eſt forma corporis, hic non accidit ex diuerſitate virtutis agentis, ſed ex aptitudine materię ſuſcipientis. Forma enim eſt quaſi lumen, eo quòd ſicut per lumen res videtur, ſic per formam cognitio & ſcientia rei habetur non per materiam: ſed hoc lumen in quibuſdā eſt clarius, in quibuſdam obſcurius, prout materia cui infunditur forma, eſt clarior & obſcurior. Quo enim materia fuerit ſublimior ſit ſubtilior, & penetratur tota a lumine, & iō ſubſtantia ipſa ſapientior & perfectior, ſicut intelligentia & rationalis anima. Et econuerſo, quo materia fuerit inferior, ſit ſpiſſior, & obſcurior & non ita penetratur a lumine, quo materia magis deſcendit, ſicut iam ſupradictum eſt, cōſtringitur, & ſpiſſatur & corpulētatur, & partes eius medię prohibēt vltimas perfecte penetrari a lumine. Non.n.eſt poſſibile ut tantum luminis penetret ſecundam quantū primā, nec ad tertiam tantum luminis perueniat q̄tum ad mediā, & ſic paulatim donec perueniatur uſq; ad partem materię infimam. Quę quia remotiſſima eſt a fonte luminis, lumen debilitatur in illa, nec tamen hoc ſicut dictum eſt p̄p lumē in ſe, ſed p̄p multam debilitatem & obſcuritatem materię in ſe. Quemadmodum lumen ſolis cum admiſcetur tenebroſo aeri, nō eſt illius virtutis. cuius eſt admixtum claro aeri, uel quemadmodum panus albus tenuiſſimus cum inducitur a corpore nigro, occultatur candor eius p̄p abundantiā nigredinis. Vel q̄mādmodū ſi tres vel plures feneſtrę uitreę vna poſt aliā rectę contra radium ſolis diſponantur in ordine, cōſtat ſiquidem q͞ ſecunda minus recipit luminis quàm prima, & tertia minus quàm ſecunda. Et ſic uſq; ad ultimam

ſit

ſit defectus luminis non pp lumen in ſe, ſed pp elõgationẽ feneſtræ vitreę a lumine, ita vt lumen formæ vnitatis quod infuſum eſt materię deſcendendo fiat debile, & obſcurum, ita primum eius multum diſcrepet a medio, & medium ab vltimo: & propter hanc diuerſitatem formæ vnitatis, non uno modo, ſed pluribus, dicitur aliquid ab vnitate vnum. Vnum enim aliud eſt eſſentiæ ſimplicitate vnum; ut Deus: Aliud ſimplicium, cognitione, vnum, vt angelus, & anima: quorum unumquodque eſt vnum coniunctione materiæ, & formę. Aliud eſt continuitate vnum, vt arbor, & petra: Aliud eſt compoſitione vnum, ut ex multis tabulis vna arca, vel ex multis parietibus vna domus. Alia dicuntur vnũ aggregatione, vt populus, grex, congeries lapidum, vel aceruus tritici. Alia dicitur prępoſitione vnum, vt rector nauis, & gubernator ciuitatis dicuntur vnum ſimilitudine officij. Alia dicuntur vnum accidente, vt diuerſa ſubiecta eiuſdem qualitatis dicuntur unum in ea qualitate, ſicut nix, cygnus vnum ſunt albedine. Alia dicuntur vnum numero, vt diuerſa accidentia quę ſubiecto inſunt, dicuntur vnum numero, ideſt in numerãdo, vt hoc dulce, & hoc ceruleum, vel hoc longum, vel hoc latum. Alia dicuntur vnum ratione: ſed hoc duobus modis, quia ratione conſortij, vt ens, intellectus, & res, aliquid, & vocabulum vnum genus: vel ratione vnius ſacramenti, vt ſpiritus, aqua, & ſanguis dicuntur vnum. Alia dicuntur natura vnum, vt participatione ſpeciei plures homines vnus. Alia dicuntur vnum natione, vel lingua, vt multi homines dicuntur vna gens, vel una tribus. Alia dicuntur vnum more; ſed hoc duobus modis, vel quia ſecundum conſenſum virtutis, & dilectionis, ut multitudinis credentium erat corum, & anima: Vel ſecundum conſenſum eiuſdem vitij plures homines dicuntur unum, vt qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur. Sic omnia vnitatem appetunt, vt etiam ea multa ſunt, quæ vnum dici uolunt. Quęcunque enim ſunt, idem quod ſunt, vt vera vnitate eſſe nituntur, aut eam ſimulando nitũtur. Quicquid enim eſt, uel eſt vnum, vel eſt plura. Pluralitas autem non eſt niſi ex aggregatione vnitatum, quę vnitates ſunt diſgregatę, faciunt multitudinem. Sin vero fuerint continuæ in materia, faciunt magnitudinem. Quapropter inter vnitates quantitatis diſcretæ, & vnitates quantitatis continuę ſubſiſtẽtis in materia nihil intereſt, quia illę diſgregatę ſunt, & illę continuę. Continuum genus non eſt niſi ex diſcreto, quia intellectus continuitatis non eſt in cõtinuo, niſi continuatio diſgregatorum; Ac propter hoc neceſſe eſt, vt continua quantitas non adueniat in ſubſtantia niſi ex vnitatibus. Quando enim partem quantitatis ſignaueris, neceſſe eſt, ut ſit vnum vel plura. Sed omnis pluralitas (ut dictum eſt) ex unitatibus eſt. Vnde aperte datur intelligi, quod diſcretæ & continuę quantitatis radix una e. eo quod compoſita ſunt ex vna re, & reſoluuntur ad vnum. Et etiam quia corporis partes quo magis fuerint ſibi coniunctę & conſtrictæ, ipſum corpus erit ſpiſſius & magis quãtum ut lapidis: & econuerſo, quo magis fuerint partes corporis diſſolutæ, & latę, ipſum erit ſubtilius & leuius, & minus quantum, ut aer. Verum eſt igitur, quod continua quãtitas non uenit in ſubſtantiam, niſi ex coniunctione & conſtrictione vnitatum in illa. Vnitas igitur eſt, quę vna quęq; res vna eſt, & eſt id quod eſt.

FINIS.

VENETIIS, MDLXXX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RESTAURO DEL LIBRO
di LELLI MARIO